# IN ARISTOTELIS LIBROS DE CÆLO, ET MŨDO

DILVCIDA TEXTVS EXPLICATIO ET DISPVTATIONES IN QVIBVS ILLVSTRIVM Scholarum Auerrois, D. Thomæ Scoti, & Nominalium sententiæ expenduntur earũq; tuendarum probabiliores modi Afferuntur.

AVCTORE

P. Bartolomæo Amico Societatis Iesu Theologo

TOMVS VNICVS.


Neapoli apud Secundinum Roncaliolo 1648.

Sensus Communis

Intellectus Agens



# INDEX RERVM,
## Quæ in Disputationibus de Cœlo continentrn·









a nas

## B

C

F



G



Ge-


ILLVST.MO ET REV.MO DOMINO

# D. AEMILIO DE ALTERIIS

EPISCOPO CAMARINENSI,

& in Regno Neapolitano Sedis Apoſtolicæ Nuncio meritiſsimo.

S. D.





Bſcurum hoc,vt rebar, de corpore Cæleſti volumen, typis licet mandatum,tamen deſtinaueram tenebris, quippe quod ſuis ad venuſtatem facibus deſtitutum, lucem magnopere pertimeſceret. Repebat igitur humi cælo dicatum opus;præfixumq. illi,vel illuſtre de cælo nomen, neſcio quo fato,auſpicium triſte fe-
:erat obſcuritatis. Illuxere tandem illi pretioſæ lucis Diuinæ,quas ama-
ɔat tunc primum,cum gentilitia ſua ſidera benigniſsimo exortu, illud
lluſtrauere:cumq. Tu, quem vti Solem Neapolis venerabunda ſuſci-
ɔit,eius vmbras cum aſpiceres, diſieciſti. Patere igitur, Ampliſsimè
'ræſul, vt nomine tuo frons huius operis illuminetur, ne cælum hoc
: aliorum oculis prodat ſine ſideribus,ſine ſole. Et ſane non erit hoc
ouum ſideribus tuis,vel Tibi,lucem ſcilicet impertiri. Quoties enim
:tris bellorum nubibus Alteria ſidera diem reddidere ſereniorem?
Quoties ferales diſcordiarum cometæ fauſtiſsimas ab eorum igne mu-
ɔati ſunt faces. An non & ſæpe ab illorum luce ſapientia illuſtrior
micuit? An non & præclariſsimæ dignitates, imo & purpuræ ipſe
ɔendor maius inter hæc ſidera lumen hauſerunt? ſed fuerit hæc com-
ɔunis Genti tuæ laus:cur lucubrationibus his meis, iubar maximum
on effulgebit,quæ dum ad patrocinij tui vmbram, ad beneficum ſo-
s aſpectum,ſplendoremque confugiunt,eſt quidem in Te (quis enim
l vel inuitus non videat?) affinitas magna cum ſole; Tot enim radio-
ɔm.Te nitor exornat, quot virtutum ſplendoribus illuſtraris; vt iam
ɔſpicientium omnium oculorum aciem lumine perſtringas tuo. Quis
ɔim in te vigilem illam curam, atq. prudentiam in rebus opportunè,
: ſapientiſſimè prouidendis non admiretur? Quis capacem omnium
ɔimum ad quæcumq. aptum vel difficillima digna proſequatur com-

a men-

mendatione ? illam verò ingenij ſagaciſſimi dexteritatem, ſeu virorum Principum animos pertractes, ſeu priuatorum ſtudia concilies, Tibi veluti propriam, natiuamq. feciſti. Incredibilem pectoris tui conſtãtiam, vbi ad exitum res prouidendæ ſunt, nemo non laudat. Nam Pietas in Deum, & in ſuperos adeò in Te præclariſsimè nitet, vt veluti cæterarũ virtutum ſplendorem occupet, vt mirum non ſit, ſi iam Tribunalis Tui Aula neſcio quam cæli ſpeciem præſeferat, religioſos quippè mores. Te moderante Nunciaturæ huius adminiſtri, tuique domeſtici ac familiares induiſſe videntur, vt quod rarum in Aulicis eſt, nulla eorum animis auri cupiditas, nulla perſonata aſſentationis improbitas, nulla ſcurrilitatum intemperantia dominetur. Adeo vbi Tu ſplendes, nullus eſt maculis locus, nullus vitiorum vel nubeculis aditus. Iam verò quanta in omnes beneficentia Regnum hoc illuſtres, vt in hoc etiam ſoli par niteas, teſtantur quotquot amico Liberalitatis Tuæ aſpectu intueris, quotquot vitali velut Amoris calore foues ac ſeruas: teſtantur Egenorum ipſæ miſeriæ, in quos dum aurum prodigis, non tam aurum, quam animum verè aureum admiramur: teſtatur ipſa hæc vrbs, quæ nouit quidem nuper, quantum animi conatum adhibueris, vt excitatas populari tumultu, bellorum flammas reſtingueres: teſtatur deniq. minima noſtra Societas, quam Tibi innumeris beneficiorum vinculis obſtrinxiſti, vt quam ne ore quidem rependere gratiarum poteſt actionem, animo tamen illam foueat immortalem. Reliquum nunc eſt, vt gratuler ipſe operi huic meo de Cælo fortunam, quod cum tamdiu tenebris obuolutum deſes veluti, inerſq. iacuerit, nunc tanto ſub ſole, tantis ſub ſideribus ſplendeat: Teq. illud enixè rogem, vt doni huius obſcuritatem amicè intuearis, daturus illi lucem aſpectu. Seruet Te diu incolumem D. O. M. vt toti terrarum orbi niteas, qui nunc tanto cum lumine fulges huic regno. Vale.

*Illuſtriſsimæ, & Reuerendiſsimæ Dominationis veſtræ.*

Indigniſſimus, & addictiſſimus ſeruus.

*Bartolomeus de Amico.*

*Luna*

te

*Via*

# FINIS.

Mutius Vitellescus Societatis IESV Præpositus Generalis.

CVM Disputationes P. Bartholomæi de Amico, nostræ Societatis, in libros Aristotelis de Cælo, & Mundo; Tres eiusdem Societatis Theologi, quibus id commissum fuit, recognouerint; ac in lucem edi posse probauerint: facultatem concedimus, vt Typis mandentur, si ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ Kalendis Augusti. 1631.

Mutius Vitellescus.

IMPRIMATVR.
FELIX TAMBVRELLES VIC.GEN.NEAP.

Alexander Ruffus Can.Dep.vidit.
M.Felix Milensius August.Dep.vidit.

# AD LECTOREM.



E modicæ arguar sedulitatis ab huius voluminis inspe-ctoribus opere pretium duxi cuiuslibet vltro occurrere querelæ, atque penitus omni, quæ legentibus obuia suboriri videtur me eximere culpæ; propterea quod tot, tantaq; præter morẽ irrepserint menda; Occurretur, inquam, fietq; satis cuilibet iurè quidem optimo submurmuranti, idq; mecum acritèr conquerenti, si huius quæ fuerit origo peccati propalam detegatur. Ortũ namq; suũ à Correctoribus, Transcriptoribus, atq; Impressoribus istuc crimen agnouit, vtinam etiam horum socordiæ Senectutis meæ, ac minus validæ, firmæq; valetudinis minimè fauissẽt incommoda; error namq; talis adeo meũ pupugit, afflixitq; animũ, vt nihil tàm propè factum sit, quàm eum penitus despondere, ac volumen istud typis mandatum euulgari, mordicus prohibere; eo ductus consilio videlicet optabilius esse illud silentij latitare sub latebris, quam lucem Cælo mendosum adeo, atq; obscuratum gratulari suam. Satius ergò duxi errorum auctores coram omnibus aperire, quam errata de more corrigere; isthæc enim vtpotè sensu vacua, atq; innumera omnis omninò deficit via, quo suo bene consulant infortunio; Illi verò oculati nimis comparandæ pecuniæ, erroribus expungendis quàm maximè obcæcati, iam nunc licet tardiusculè oculorum aciem intendere poterunt, quo suæ, vt par esset, valeant incuriæ, desidięq; prospicere; quam vellem perciperent se quàm maximè dedecere desidiæ in sinu perbellè versari, quos iuuat creberrimè ex animo pecuniam manibus contrectare. Ab re igitur fuerit esse multum, vbi horum in suscepto munere obeundo per modica, ac nimium manca fuerit industria. Vale.



# BARTHOLOMAEI AMICI SOCIETATIS IESV,

## IN LIBROS DE COELO, ET MVNDO.

### *Tractatio prima in Aristo. Proemium Lib. de Cælo.*

1 Vm ad physicam spectet corporum naturā non solum in vniuersali,& principia communia inuestigare, sed etiā naturam singulorum specificam; meritò post tractationem Corporis in genere, cuius principia, & passiones in octo libris physicorum indagauit, ad corporum naturam specificam declarandam descendit,& primo quidem de Cœli, & Mundi natura, de qua nobis est in hoc Opere tractandū, inuestigata prius Aristotelis mente.

### QVÆSTIO I.
*De horum librorum inscriptione.*

2 Variæ inscriptiones horū libr. INscribunt aliqui de Cœlo, & Mundo, eo quod de vtroque hic tractat. at græci omnes inscribunt de Cœlo precisè, siuè à principaliori obiecto, siuè quia Cœlum aliquando significat vniuersum conflatum ex quatuor Elementis, & Cœlesti corpore ab illis distincto; Etenim ex Aristo. 1. Cœli 96. Cœlum tripliciter accipitur, primo pro corpore naturali, quod est in extrema circulatione, quia consueuimus extremum, & sursum vocare Cœlum, in quo diuinum omne collocatum esse dicimus. Secundo pro Corpore continuo extremæ circulationis ipsius vniuersi, in quo Luna, Sol, & quædam astra sunt, quæ dicimus esse in Cœlo. Tertio pro corpore contento ab extrema circulatione, totum enim,& vniuersum cōsueuimus dicere Cœlum. Vnde patet hanc inscriptionem posse accipi à Cœlo secundum prędictas significationes.

Cælum tripliciter accipit Arist.

### QVÆSTIO II.
*De obiecto horum librorum.*

Articulus primus opiniones Doctorum.

3 CVm Auctoris intentio sit Naturam, principia, & passiones obiecti nobis declarare, ea cognosci non possunt, nisi cognito obiecto,& ideo primum de obiecto instituitur quæstio.

Prima op. est dicentiū, obiectū esse Cœlū, quia illud est obiectū, quod per se,& nō illud quod explicatur per accidens, scilicet ratione alterius, vt patet ex natura obiecti, cuiuscumquè potentię,& habitus. Sed hoc est Cœlum, nam de Elementis agitur per accidens, scilicet vt de re contenta infra Cœlorum ambitum, & recipiente Cœlorum influxum, tùm quia per se de illis agitur in lib. de generatione, tùm quia inter corpora simplicia cœlum obtinet primum locum, at hinc incipit tractatio de corporibus simplicibus, ergo primum agit de Cœlo. Confirmatur ex inscriptione, nā licet apud latinos inscribantur de Cœlo, & Mundo, tamen apud Græcos solum inscribuntur de Cœlo, vt testantur Iamblicus, & Syrianus Auctores huius sententiæ apud D. Th. hic in proem. Obiectum adęquatum est Cœlum

Secunda opin. est dicentium obiectum esse vniuersum, vt integratur ex suis corporibus, secundum situm illis connaturalem ad integritatem vniuer. Vnde putant Cœlum, & Elementa non tractari, vt obiecta, sed vt partes obiecti constituentes illud, probatur primo ex inscriptione, nā Cœlū ex 1. de Cœlo 96. significat,& quintum corpus,& totum vniuersum, at hic nō potest accipi pro quinto corpore, quia sic esset manca inscriptio, cum ibi agatur de elementis, ergo pro toto vniuerso. Confirmatur ex 1. Cœli 91.& 160.& 3. Cœli initio, Cœlum dicitur primum Elementum, ergo Elementatum est principiatum, sed non est mixtū aliquod, quia Cœlū non est materia mixtorum, ergo tractatur, vt materia totius mundi, atque adeò vt pars, quod si Cœlum tractatur, vt pars, multo magis Elemēta sic tractantur. Confirmatur, quia illud est subiectum, cuius principia, & passiones quæruntur 1. poster. 25. at hic non quærūtur principia, & passiones Cœlorum, quia nō habent principia, nec Elementorum, quia illa habent quidem, sed non hic quæruntur. Contra vero in primo quæruntur passiones Mūdi, vt finitas vni- 4 Obiectum esse vniuersū integratū ex quinque corporibus.

tas, & æternitas, & in reliquis tractantur principia, & partes Mundi. Confirmatur tertio, quia de Mundo erat Aristoteli agẽdum in philosophia naturali, at nullibi de eo tractatur, nisi hic ergo.

5 *Mixta ingredi per se obiectum.* Hi tamen inter se diuisi sunt, primo nam aliqui putant per se tractari non solum de Cœlis, & Elementis, sed etiam mixtis, quia ex his omnibus integratur vniuersum.

*At alij tractari per accidens.* Alij vero excludunt ab obiecto per se mixta, quod his nõ conueniat situs in vniuerso, nisi ratione Elementi prædominantis, atq; adeò non per se, sed per accidens, scilicet ratione Elementorum pertinent ad obiectum. Hinc manet obiectum esse corpus simplex, ita Simplicius in proem. & co nimbr. 2. differunt in ratione formali, nam Simplicius, conimbricenses, & alij putant esse mobilitatem secundum vbi, quia in *Varia ratio formalis obiecti.* his inquiruntur virtutes motiuæ corporũ simplicium, & differẽtiæ motuum, vt patet ex tractatione ipsa, nã in primo inquiruntur species motuum simplicium, in 2. virtus motiua Cœlorum, & in 3. & 4. virtus motiua Elementorum.

At alij existimare possunt rationem formalem esse integritatem vniuersi, secundũ situm connaturalem corporibus simplicibus, & de mobilitate illorum tractari per accidens, quatenus deseruit ad acquirendum situm illis debitum, vel ad applicandam virtutem illorum actiuam pro cõseruatione integritatis vniuersi, videtur Alex. & D. Th. dum ponunt obiectum adæquatum esse vniuersum, & compositum tanquam ex partibus, vnde corpora simplicia tractantur vt partes, vt materia, & forma, vt partes corporis naturalis, & solum est discrimen, quod vniuersum est physice aggregatum quoddam per accidens, vt puta constans ex partibus completis, corpus vero naturale est ens physicè per se.

6 *Obiectũ esse Corpus simplex, vt supponit absolutè.* Tertia opinio, est dicentium obiectum adæquatum non esse totum aggregatum ex corporibus, siuè solum simplicibus, siuè etiam mixtis, sed corpus simplex vt comprehendit, vt tàm genericam rationẽ, quàm specificam, nam sicut in octo libris physicorum explicata fuerat generica ratio corporis naturalis, ita hic, & generica, & specifica simplicium corporum, est simplicij hic in proem. vbi Conimbr. & fuse Zabarella de constit. sciẽtiæ naturalis cap. 17. ex Auerr. 3. Cœli initio, dum ait primum consilium Aristotelis esse agere de partibus simplicibus Mundi, neque hinc colligitur simplicia tractari, vt principia, quia subdit, de ipsis demonstrari accidentia per suas causas: At subiectum scientiæ est id, de quo accidentia demonstrantur p suas causas. Vnde ibidem habet hæc verba, *& iam loquutus est in 1. & 2. huius libri de corporibus Cœlestibus, & accidentibus eorum, vult modo dicere de alijs quatuor simplicibus, quæ rectà mouentur.* vnde ibi in fine docet diuersa ratione tractari Elementa hic, ac in libris de generatione, vbi nõ cõsiderat Elemẽta, nisi propter cõsiderationem mixtorũ, hic autem vt partes Mundi, atque adeò hic vt subiectum, ibi vt principia, & addit Zabar. idem esse tractari Elementa, vt partes Mũdi, ac tractari secundum se, vt simplicia corpora, quia totum aggregatum non est tractabile vt subiectum, nec distinguitur à suis partibus. *Elementa tractari in lib. de gen. vt materiã mixtorum.*

## ARTIC. II. *Opinio Autoris.*

7 *Adæquatũ obiectũ nõ est Cœlum præcisè.* PRima Concl. obiectum adæquatum nõ est præcisè Cœlum, quia in illis tractatur de Elementis, neque dicas tractari per accidens; tùm quia neque Arist. neque vllus Auctor maiorem partem operis consueuit consumere in ijs, quæ per accidens tractantur, quia id esset confundere ordinem, & modum cognoscendi naturas rerũ; at de Elementis agit in parte secundi libri, & in 3. & 4. per totum: tum quia Elementa secundum proprios situs debitos ipsorum naturis tractari alicubi debent per se, ac nullibi, nisi hic, quia in libris de generatione agit secundum qualitates actiuas, & passiuas, & non secundum integram ipsorum naturã. Vide simplicium, qui plura contra hanc docet.

8 *Vniuersum vt integratũ ex simplicibus, & mixtis corporibus non est obiectum.* Secunda Concl. vniuersum, vt integratur ex corporibus, non est obiectum adæquatum, siuè inter corpora contineantur mixta, siuè sola simplicia, prima pars probatur, quia excedit terminos horum librorum, in quibus non tractatur, neque in communi, neque in specie de mixtis, quæ tamen continentur sub corporibus integrantibus vniuersum. Confirmatur, quia mixta non per se, & primario concurrunt ad integritatem Vniuersi ratione situs, nã non habent situm per se, sed ratione Elementi prædominantis, vt suo loco constabit.

*Reijcitur ratio Zab.* Secunda pars probatur à Zab. c. 15. quia si de vniuerso, prius ageret, quam de partibus deberet ageret de illo vt perfecto, atque adeò vt constante, etiam ex mixtis, quia secundum ipsos prius debet cognosci totum, quam partes, quæ ratio probat de toto, vt comprehendit mixta, sed ista ratio non est valde efficax, quia potest dici agi de toto, vt constat ex primis corporibus, quæ sunt simplicia, secundo melius probaretur, quia secundum ipsos, ideo totum est obiectum, quia de, eo probat passiones, scilicet esse vnum finitum, & æternum, sed hę passiones adæquantur toti, vt complectenti etiam mixta, ergo deberet agi de mixtis, quod aduersarij etiam negant. Confirmatur ex 1. Meteor. initio vbi commemorãs tractata in prioribus libris, non ait se egisse de Mundo, sed de Cœlis, & Elementis, & initio tertij asserit, se egisse in duobus prioribus libris nõ de Mũdo, sed de Cœlo, q vocat primũ Elementum.

Tertia

Cur vniuerſum non eſt obiectum.

Tertio vtraq; pars probatur, quia Mundus, vt eſt totum quodam integrale, ſiue ex ſimplicibus, ſiuè etiam mixtis conſtans non poteſt eſſe obiectum alicuius ſcientię, quia non habet rationem entis per ſe, ſed entis per accidens: at de eo, quod conſtat ex naturis pluribus perfecte completis, vt oſtendimus in logica tract. 27. diſp. 4. q. 2. dub. 4. non poteſt eſſe ſcientia.

9 Obiectũ eſt corpus ſimplex, vt ſupponit abſolutè.

Tertia Concl. obiectum adæquatum eſſe corpus ſimplex, vt ſopponit abſolutè, prima pars patet, tum ex ipſa tractatione, nam in primo inquirit naturam corporis ſimplicis, deinde in ſecunda naturam Cœli, & in cœteris naturam Elementorum, quæ omnia ſunt corpora ſimplicia. Tùm quia Ordo doctrinæ, & naturæ exigit, vt poſt tractationem de corpore naturali in communi contentam in octo Libris phyſicorum, conſequatur tractatio de corporibus ſimplicibus, quia hæc & ſunt priora ſecundum naturam corporibus inanimatis, & ſecundum ordinem doctrinæ, cum mixtorum cognitio pendeat à cognitione corporum ſimplicium, quæ ſunt principia mixtorum, nã ex proemio phyſicorũ ab vniuerſalibus ad minus vniuerſalia eſt procedendum. At hi libri immediatè ſequuntur libros octo phyſicorum ergo. Cõfirmatur, quia obiectum adæquatum eſt corpus naturale, vt ſic, atque adeò quidquid in phyſicæ ſcientiæ partibus tractatur, ſub hac ratione debet tractari; ſed hi libri ſunt pars phyſicæ, ergo obiectum debet eſſe aliquod naturam, habens, & non eſt omnis ſpecies corporis, quia ſic mixta conſiderarentur, ergo erit aliqua ſpecies, hæc autem non poteſt eſſe, niſi ſpecies corporis ſimplicis, quia hæ immediatè ſequũtur poſt corpus naturale, vt enim corpus naturale habet principium motus, ita ſpecies ſimplices habent principium motus ſimplicis.

Cur abſolute ſupponit

Secunda pars probatur, quia hic non ſolum explicatur natura corporis ſimplicis in communi, ſed etiam ſecundum ſpecificam ipſorum rationem, vt patet ex ipſa tractatione, vt diximus in prima parte concluſionis.

Cur ponitur corpus ſimplex, & non totum integratum

Dices cum totum integrale idem ſit, ac ſuæ partes, idem eſt dicere Mundum eſſe obiectum, ac corpora ſimplicia. at Zabar, c. 17. Reſp. ét ſi vtroq; modo exprimatur idem obiectum, non tamen modus conſiderandi eſt idem, quæ eſt quatenus ſimplex, non quatenus Mundus; quia Mundus non eſt ſpecies corporis naturalis, ſed congeries corporum, neque Mundus, vt ſic habet propriam naturã, & motum diſtinctum à naturis ſingulorum corporum quare licet nomine Mundi poſſit ſignificare res hic cõſiderata, non tamen modus conſiderandi, cum vt ſic non ſit naturam habens, ſed aggregatio eorum, quæ naturam habent.

10 Quarta Concl. probabile eſt corpora ſimplicia tractari per ſe, & primariò ſecũdum proprias naturas, & vt ſpecies entis naturalis, quę ſecundum virtutes locatiuas integrant, & conſeruant quantitatem Vniuerſi, & non vt ſunt mobilia, ſecundũ vbi, Prima pars probatur. Nã vnũ, quodq; debet tractari ſecundum primariam eius naturam, nam ſcientiarum munus eſt explicare naturam obiectorum, ſed corpora ſimplicia habent naturam ordinatam ad duo munera, primo ad integrandum vniuerſum, ſecundo ad operandum aliud ſiue actiuè, ſiue paſſiuè, ergo debent explicari, ſecundum vtrumque munus, ſed hic non explicantur, vt operantur, quia hic Elementa non explicantur, vt ordinantur ad operandum per proprias virtutes actiuas, quia ſic pertinent ad libros de generatione, ergo ſecundum propriam ſpetiem, ſecundum quã integrant vniuerſum, quod eſt primarium eorum munus.

Corpora ſimplicia tractantur per ſe, vt ſpẽs corporis naturalis, & nõ vt mobilia ſecundũ vbi

Ex quibus patet ſecunda pars, nã motus ad proprium locum non conuenit illis abſolutè per ſe, & primario, ſed ex ſuppoſitione, quod ſint extra locum illis debitum pro integritate vniuerſi.

Confirmatur, quia corporibus naturalibus primariò cõuenit quies in proprio loco, & ſecundario motus; nam quies cõuenit illis ex generante, & ratione quietis cõuenit motus, vt via ad terminum, quia natura eſt principium motus, & quietis, ſed motus ratione quietis, vt bellum ordinatur ad pacem.

Dices 1. hic non tractantur corpora ſimplicia, quia non tractantur eorum principia, ſiue quia carent vt Cœli, ſiue quia eorum, quæ habent, vt Elementa non explicantur principia. Reſp. principia tunc ſatis explicari, cum explicatur natura rerũ, propter quam quæruntur principia. Vnde cum hic explicetur natura Cœlorum, explicantur ſufficienter principia, ſiuè careant compoſitione, ſiuè non; Elementorum uero principia ſatis cognoſcuntur; tũ ex dictis de materia, & forma, in communi in 1. phyſ. tùm in particulari à poſteriori, nam cum ſint, ſecundum ſe ipſa incognitę, cognoſcuntur per accidentia, ſcilicet per grauitatem, & leuitatem. 11

Quomodo ſcientia debeat explicare principia obiecti.

Dices 2. obiectum phyſicæ eſt corpus mobile vt ſic, ergo obiectum partis erit tale mobile, ſed non eſt mobile ad formã, ergo ad vbi. Confirmatur, quia motus ad locum eſt omnium primus ergo, ergo prima pars phyſicè conſiderare debet mobile ad locum. Reſp. aliqui id dici non poſſe, quia mobilitas ad vbi cõuenit omnibus corporibus, quod ſi dicant hic agi de corpore ſimplici, vt eſt mobile ad vbi, tunc rationẽ formalem faciunt ampliorem, quã materialem contra regulas logicæ. Neque dicant non ſumi mobilitatem vniuerſaliter, ſed ſimplicem, quæ ſolum conuenit corpori ſimplici, tum contra inſtant; quia mobilitas eſt paſſio corporis, quæ à priori

Cur non vt mobile ad vbi.

demonstratur de illo, ex eo quod continet naturam simplicem, ergo non est pars formalis, quia hæc non est demonstrabilis de proprio obiecto à scientia, quod si dicant per mobile intelligi corpus naturale, iam ad nostram veniunt sententiam, quod ex dictis in conclusione facile patet, nam diximus considerari simplicia, vt species corporis naturalis, nō vt natura dicit principiu motus, sed sm̄ se, vt est in vniuerso.

## ARTICVLVS TERTIVS
### *Soluuntur argumenta aduersariorū.*

12 Ad argum. 1. opin.

AD argumenta primæ opinionis, Resp. negando Elementa tractari per accidens, & ratione alterius, sed per se, & primario. Ad primam probationem Respō. diuersa ratione tractari Elementa in illis libris, nam in lib. de Cœlo tractantur, secūdum propriam naturam, vt integrant vniuersum, in quo habent propriam sedem, per virtutes motiuas, at in libris de Generatione tractantur, secundum propriā naturam, vt habent principia actiua, per quas inter se mutuo transmutantur, & generant mixta.

Diuersa ratione Elē. tractātur in lib. de Cœl. & de gene.

Ad 2. probationem, Resp. esse quidem Cœlum inter simplicia corpora omnium præstantissimū; sed hinc non probatur esse adæquatum, sed solum principale obiectū, sicut in libris de animalibus homo est principale obiectum, non adæquatum. Ad cōfirmationem, Resp. negando ab inscriptione probari obiectum adæquatum; quia hæc sumi solet ex varijs capitibus, vt alibi diximus; quare dici posset hic sumi ex obiecto principali.

Nec præstātia obiecti, nec inscriptio ꝓbant obiectum adæquatū.

Resp. 2. ab aliquibus inscribi de Cœlo, & Mundo.

### *Soluuntur argumenta secūdæ opinionis.*

13 Inscriptio sumitur ex varijs capitibus.

AD primum Resp. admitti triplicem illam signif. sed dicimus hic accipi pro quinto corpore, neque est defectus, cum inscriptio sit arbitraria, vt dixi & sæpe non sumitur à re considerata, sed aliunde, vt ab ordine doctrinæ, & similibus, vt metaphysica dicitur sic, quia est post naturam, quæ etiam dicitur scientia diuina, ab vna eius parte, sed principali, sic libri meteorologici dicuntur ab ijs, quæ fiunt in sublimi, cum ibi tractentur etiam, quæ sunt supra, & infra terram. Resp. secundo, etiam si inscriptio sit à Cœlo, vt significat vniuersum, nihil nobis obstat, quia sic est idem secundum rem consideratam, ac corpora simplicia, licet non secundum modum considerandi.

Elementum non dicit ordinem ad elementatū ex Zab.

Ad confirmationem Resp. à Zab. c. 18. negando Elementum primario dicere ordinem ad aliud; nam primario dicit simpliciratem quandam, sed concomitanter habere aliud componere, vt colligitur ex 5. Met. tex. 4. quia ratio Elementi conuenit, tam quatuor dictis Elementis, quam Cœlo, quod dicitur primum Elementum 3. Cœli initio, & tamen non ingreditur cōpositum aliquid. Confirmatur, quia non potest esse proportio inter Cęlum, & quatuor Elementa quoad compositionem, nā Elementa componunt mixta, quod repugnat Cœlis, ergo proportio cōsistit in simplicitate, sed non placet, tum quia Arist. 5. met. tex. 4. explicans definitionem Elementi affert exemplum litterarum respectu syllabarum, quomodo Cœlum se habere potest respectu Mundi, tum quia nō est necessarium vt proportio, in qua fundatur denominatio sit omnino æqualis, alioqui, nec litteræ essent Elementa, sed satis est, vt sit aliqua similitudo, quæ consistit in hoc, quod sicut Elementa quatuor componunt mixta, sic Cœli componunt Mundum, respectu cuius sunt Elementa.

Reijcitur Zabar.

Ego Resp. etiam si Cœli dicantur Elementa respectu Elementati Mundi, non inde sequitur non esse obiectum; tū quia non considerantur solum vt partes, sed secundum propriā speciem, tum quia Elementa considerare, vt sunt in Mundo, est considerare illa secūdū propriā naturam, nam etiam Elementa corruptibilia dicūtur prima Elementa, tamen ibi non considerantur, vt partes Mundi, sed secundum se vt sunt in Mundo, tum tunc partes non sūt species obiecti, qñ totum, quod ex illis existit est obiectum, at ibi Mundus non est obiectum, & ratio quia sæpe res denominantur ab aliqua conditione, quam habent, etiam si ibi non considerentur sub illa conditione. 14

Resp. tertio cum dictum sit, idem esse, quoad rem consideratam, dico obiectum esse Mundum, & partes eius, cum non sint distincta; merito dicuntur Elementa, quæ sunt partes Mundi, & tamen adhuc retinent rationem obiecti.

Ad 2. confirmationem, Resp. negando illa accidētia per se primo conuenire Mūdo, sed Cœlo, & ratione huius Mundo; nam Cœlum est finitum, æternum, & vna periphęria, intra quam cœtera continentur Vnde totum habet vnitatem, & ratio est, quia cum Mundus non habeat propriam naturam, vt sup. (cum non sit aliud, quam simplicium corporum congeries,) non habet alia accidentia distincta ab ijs, quæ cōueniunt simplicibus corporibus, sicut habent proprias naturas singula corpora simplicia. Hinc negatur Mundum habere propria principia, quia licet constet, & integretur ex simplicibus corporibus, tamen illa non dicuntur propriè materia Mundi: tum quia partes non habent rationem principij materialis, nisi illis superueniat forma, vt anima membris animalis, quæ ob id habent tum rationem partium integrantium, tum essentialium, sicut materia, cui aduenit forma est pars essentialis totius; tū quia si Elementa essent principia,

Proprietates Mūdum primariò Cœlo conueniunt.

Cur elemēta non sint propriè materia mūdi.

cipia, deberent prius tractari, quam accidentia, quæ consequuntur principia.

Ad tertiam confirmationem Resp. si de Mundo physica deberet habere peculiarem tractationem, deberet etiam agere de illo, vt constat ex omnibus speciebus, etiā mixtorum, quia sic propriè dicitur Mundus, & est perfectus, quod tamen aduersarij putant esse falsum, & ratio à priori est est, quia nō est totum aliquod, habens naturam distinctam à partibus, sed sunt partes sic ordinatæ, quare non debet tractari in distincta parte physicæ, ac partes, nam cognitis speciebus omnibus cognoscitur Mundus.

Mūdus consideratur secundum perfectionē extēsiuā, & intensiuam.

Ad quartum Resp. Mundum posse considerari, p. secundū perfectionem extensiuam, seu materialem, quæ attenditur ex quantitate molis, & oritur à quinque corporibus simplicibus, præcisis mixtis, tum quia si nulla essent mixta, adhuc esset eadem quantitas molis repletiua eiusdē spatij, tum quia mixtis non cōuenit locus naturalis, nisi ratione Elementi prædominātis; 2. secundum perfectionem intensiuam, seu formalem, & hæc exigit omnes species secundum proprias formas, quarum si vna deficeret, perfectio, & ornatus deficeret; at considerare Mundi perfectionem, siuè intensiuam, siuè extensiuam, non exigit aliud, quam omnium specierum naturas cognoscere.

## QVÆSTIO III.

*De Auctore, & Connexione horum librorū cum cæteris, & eorum dignitate.*

1 Arist. Auct. horū libr.

PRima Concl. Auctor horum librorum est Aristoteles pater, tum ex omnium consensu, tum ex stylo proprio Arist. nec est, qui illos esse Aristotelis negat.

Sequuntur immediatè 8. lib. phys.

Secunda Concl. libri de Cœlo sequuntur libros octo physicorum, quia cum in octo libris de principijs, & communibus accidentibus corporum egisset, deinde descendit ad species naturalis corporis, inter quas primum locum secundum naturam obtinent simplicia, & inter hæc, Cœlum excedit dignitate, & virtute, ita Patritius tom. 1. discus. perip. l. 9. vbi tamen notat 3. & 4. librum non pertinere ad libros de Cœlo, sed de Elementis.

Pertinent ad physicā.

Tertio Concl. libri de Cœlo inter physicos reponuntur ab Arist. Primo ex omnium interpretum sententia. Secundo quia obiectum illorum est species corporis naturalis, cum sit corpus habens in se principium passiuum motus.

2 Patrit. aut ptinere ad Astrologiā.

Contrarium docere videtur Patritius t. 2. discus. Perip. lib. 4. dicens pertinere ad Astrologiam contemplari substantiā Cœlorum, quia secundum omnes ad illā pertinet motus ex 12. Met. t. 44. *Pluralitatem autem lationum ex peculiarissima philosophia Mathematicorum, s. ex Astrologia considerandum est*, ergo substantia Cœli ad ipsam pertinet, qa subiectū pertinet, ad quē ptinet passio. Cōfir. 1. ex 4. Met. t. 4. *tot inquit esse partes philosophiæ, quot sunt* vsiæ, vsiæ autem nomen, & ens quod libet significat, quod definitione explicatur, & dicitur essentia; & significat substantiam, quod est subiectum per se existens accidentibus suppositum, vt fuse Patritius loc. cit. Quare dubium est, quomodo ibi accipiatur, nam si accipitur pro substantia, erant tantum duæ philosophiæ partes, si quidem 6. met. tex. 3. docet esse duas substantiæ partes, dum ait, *si igitur non est alia substantia præter eas, quæ natura consistunt, naturalis profecto prima scientia est, quod si est aliqua substantia immobilis, hæc prior, & phylosophia prima, & vniuersalis.* Vnde mirum est, cur mathematicam dicant esse scientiam, ex 7. met. Quare cum alibi dicat tres esse substantiæ partes, scilicet vnam sensibilem, quæ diuiditur in æternam, & corruptibilem, tertiam vero est immobilem; tres erunt scientiæ, at tertia non potest esse mathematica, quæ non est circa substantiam, ergo erit Astrologia, quæ est circa Cœlum, quod vocat substātiam æternam sensibilem, ex quibus Patritius deducit primam scientiam esse Theologiam, secundam esse Astrologiam, tertiam esse Physicam.

Vsię nomē, quod significet.

Tres substātias partes.

Confirmatur 2. quia physica ex omni opinione, substantias corruptibiles contēplatur, ergo non potest agere de Cœlo, q genere differt à corruptibilibus, vna autē scientia non potest habere duo genera obiectorum, sed vnum. Confirmatur tertio, quia ex 2. phys. text. 71. colligitur, dum *ait tria sunt negotia, hæc quidem circa immobile, illud circa mobile quidem, sed incorruptibile, aliud autem circa corruptibilia*, quod si dicant Astrologiam comprehendi sub scientia physica, quia versatur circa idē subiectū sensibile, eadem ratione erit idem dicendū de methaphysica, quia agit de eodem subiecto æterno, & incorruptibili, imo quia tres substantias sub vno genere comprehenduntur, erit vna scientia circa tres substantias.

Confirm. 2.

Confirm. 3.

Ad primum Resp. Aristoteles 2. phys. tex. 17. naturalem, & Astrologiam conuenire in hoc, quod vtraque cōsiderat accidentia per se Solis &c. Sed differre secūdum modum considerandi, nam Astrologia licet consideret motum, non tamen illum considerat, secundum naturam suam vt est passio corporis, sed vt est numerabilis, & hinc ponitur scientia media inter physicam, & mathematicam; at quæ considerat motum, vt numerabilem, non debet considerare subiectum, secundū propriam naturā, sed satis est confusè cognoscere, quomodo explicandus Aristot. 12. met. t. 44. dum Astronomiam asserit considerare substantiam, quia scilicet considerat figuras, vt sunt in Cœlo, & astris. *Hæc quidem* inquit *de substantia sensibili*, 3

Physica, & Astrologia diuerso modo conside. rant motū.

*ac sempiterna speculatione, at cætera de nulla substantia*, de qua re, vide Scotum ibi, & 6. Met. q. 1.

Explicatur tex. 4. met. 4 Ad primam confirmationem, Resp. illũ locum variam habere explicationem: Nã Alens. D. Th. Auer. & alij putant, ibi accipi phylosophiam pro metaph. cuius tot sunt partes, quot sunt substantiæ, sed non probatur alijs, quod, quæ hic vocãtur partes Phylosophiæ, infra vocantur scientiæ, & supra species sciẽtiæ, at partes vnius, nec dicuntur plures scientiæ, nec species; deinde Phylosophia, & eius partes comparantur cum Mathematica, & partibus eius, at Mathematica non est species infima scientiæ, sed genus, quod habet varias species sub se. Alij vero 2. putant hic solui posteriorem partem, 3. quæstionis propositæ in 3. vbi quærebatur primo, an essent circa substantiam plures scientiæ, quę an ita essent cognatæ, vt vno sapientiæ nomine essent appellãdæ, an alio nomine, cui Arist. soluta priore parte quæstionis, soluit posteriorem, dicens *tot esse Phylosophiæ species*, quot *substantiæ*, scilicet peculiari ratione scibiles, vt alia sit prima ordine naturæ, alia secunda, nam est rationi consẽtaneum, vt per se, & propriè phylosophiæ titulo ornentur, quæ tractant de ente per se, & per se vno, idest de substantia, quæ diuiditur in expertem materiæ, & materiæ participem, & quia substantia expers materiæ est natura prior, ideo scientia illã cognoscens, est prima species phylosophię. Vnde patet Mathematicã, ibi reijci à partibus phylosophiæ presse acceptæ, licet alibi vt 6. Met. t. 2. reponatur inter species phylosophiæ latè sumptæ. Hinc soluitur posterior pars, scilicet sapientiæ nomine posse appellari omnem scientiam, quæ agit de substantia propter eius nobilitatem, sed modestię cã dicũtur phylosophię nomine, de qua re fuse in Logica tr. 1. q. 4. d. 1. Neq; obstat, quod alibi ponat tres partes substantiæ, quia substantiam materialem diuidit in duas scilicet in corruptibilem, & incorruptibilem, sicut naturalis scientia diuiditur in eam partem, quæ agit de substantia corruptibili, & quæ de incorruptibili, quia obiecta non variantur, secundũ corruptibilium, & incorruptibilium, sed secundum sensibilitatẽ ratione, cuius nostræ subijciuntur cognitioni.

Ad secundum, etiam si corruptibile, & incorruptibile differant genere iuxta explicationem alibi positam; tamen vt illa continentur sub communi substantia, siuè analoga, siuè vniuoca, sic scientiæ de illis pertractantes cõtineri possunt sub vno nomine scientiæ, solum hic quæri posset quomodo obiectum librorum de Cœlo, contineat sub se Cœlum, & cœtera Elementa, sed de hoc dictum est supra. — *Obiecta scientiarũ variãtur, nõ ex rõne corruptibilitatis, sed sensibilitatis.*

Ad tertium Resp. rectè ibi dici esse tria negotia, quia tres sunt scientiæ species, quæ agunt de tribus substantijs, & sicut duæ illarum substantiarum cõtinentur sub vno nomine physicæ, ita substantia immaterialis sub metaphysica. Neq; hic fit scientiam de substantia incorruptibili contineri sub Metaphisica, quia distinctio scientiarũ totalium nõ attenditur ex corruptibilitate, vel Incorruptibilitate, sed ex materialitate, & immaterialitate, vt dixi quia inde oritur diuersus modus sensibilitatis, atque adeo diuersus modus cognoscibilitatis respectu nostri intellectus, qui suam cognitionem accipit sensibus.

5 *Scientia de Cœlo præstat scientię de inanim.*

Quarta Concl. scientia de Cœlo præstat dignitate cœteris physicæ partibus, preter eam, quæ est de animalibus, patet qã Cœlum ex 1. Cœl. 16. excellit dignitate, tam Elementa ob ipsius peculiarem compositionem; ex qua oritur incorruptibilitas, tũ quia causa ipsorum, tum ex pluralitate effectum, & eorum præstantia, & efficacia virtutis actiuæ ad omnem distantiam, tum quia scientia de nobiliori obiecto est nobilior ex 1. de Anima initio 6. Met. 2. Excipi scientiam de Animalibus ex 1. de Anima initio, cum hæc, licet secundum quid sint ignobiliora Cœlis, simpliciter tamen propter vitalitatẽ sunt nobiliora. Hinc Arist. vt Cœlum dignitate extolleret, dixit esse animal quoddam.

*Iucunditas, & vtilitas scientia de Cœlo.*

Quinta Concl. scientia Cœlestis naturæ, cum iucunditate coniunctam habet vtilitatem, prima pars patet, nam cognitio eorum, quæ sunt remota à sensibus, etiam si sit confusa, & incerta, iucundior est quam distincta, & certa de propinquioribus nobis 1. de partib. c. 5. Sed talis est cognitio Cœlestis naturæ 1. Cœl. 16. 2. Cœl. 17.

Secunda pars. quia horum cognitio iuuat ad cognoscendos plures effectus, quorum Cœli sunt causæ, non solum post eorum productionem, sed etiam antequam producantur; patet ex prædictionibus Astrologorũ, quæ cognitio est maximè olum expetibilis propter iucũditatẽ, & vtilitatẽ.

## QVÆSTIO IV.
### *De partibus horum librorum.*

1 *Tres partes librorum de Cœlo.*

Constat hos libros diuidi in quatuor libros, sed differẽtia est in quot partes hic quatuor libri diuidantur. Nam cõmunis opinio putat diuidi in tres, quarum prima tractatur de vniuerso, natura ipsius explicata, & partibus in communi, & proprietatibus in particulari, in 2. declaratur Cœli natura, motus, virtutes, & influentiæ, in 3. quæ continetur 3. & 4. libro agitur de Elementis, & eorum motibus.

2 *Duas esse asserit Zab.*

At Zab. lib. de constit. scientiæ naturalis c. 13. & seq. videtur diuere in duas partes, in vna, quæ continetur 1. & 2. libro, explicatur primo natura Cœli, vsque ad t. 152. tum proprietates, & accidentia in sequente parte primi libri, & lib. 2. per totum, ex quibus accidentibus, aliqua redũdant in vniuersum, vt finitudo molis, vni-

tas,& æternitas. Alia vero non redundant, vt sex differẽtiæ positionum, varietas motuum, & astrorum, orbium, eorumquè

Cur in 2. de Cælo tractarur de terra

ordo, figura &c. quare cum in fine secundi agitur de terra, id fit, non vt est Elementum, sed vt est centrum, circa quod Cœlum voluitur, & ideò illa tractatio est pars tractationis de Cœlo, vt centrum est pars circuli. At in secunda parte contenta 3. & 4. libro, tractatur de reliquis corporibus simplicibus, secundum grauitatem, & leuitatem, secundum quam habent determinatum situm, & motum, & licet grauitatem, & leuitatem significet Aristoteles esse formas Elementorum, tamen id fit ex eo, quod formæ veræ nos latent, & ideo qualitatibus proprijs vtitur ad explicandas substantiales formas.

## QVÆSTIO V.

*De ijs, quæ in particulari tractantur, tàm in 1. quàm 2. parte Operis Arist.*

1 Vnde pendet psectio Mundi.

PRimo not. in 1. Libro de Cœlo quatuor tractari, primo perfectionem Mundi pendere ex quinque corporibus simplicibus. Vnde à t. 1. ad 5. ostendit, quid sit corpus naturale, & perfectionem Mundi, tum à t. 5. ad 20. præter 4. Elementa, quæ motibus rectis mouentur, demonstrat dari 5.

Dari 5. corpus.

Corpus, quod cum ei non conueniat grauitas, & leuitas; nec motus rectus, sed circularis, qui est alterius naturę ab alijs, illudquè Corpus à t. 20. ad 33. ostendit nec esse generabile, nec corruptibile, & Elementa esse quatuor. Secundo demonstrat à

Mundus finitus.

t. 33. ad 76. Mundum, seu Cœlum esse finitum mole, nec infinitum Corpus dari.

Est onus.

Tertio à tex. 16. ad 99. vnitas Mundi ostẽditur, & à t. 99. ad 101. extra Mundum, nec esse vacuum, nec plenum. Quarto à t.

Est ingenerabilis, & incorruptibilis.

101. ad finem Mundum esse ingenerabilẽ, & incorruptibilem, atquè adeò, nequè initium habuisse, nec finem habiturum.

2 Varia diuisio lib. 2.

Secundo not. librum secundum diuidi in quatuor partes, prima habet locũ proemij, secunda circulare Corpus explicatur tertia Stellas considerat, quarta terræ munus. At alij diuidũt in tres partes, in prima vsq; ad t. 41. tractatur Corpus circulare, in 2. à t. 41. ad 71. Stellas considerat in 3. à t. 71. ad finem de Terra.

Rerum cognitio pendet ex tribus.

Alij vero diuidunt in duas, scilicet in proemium, & tractationem, & hanc in tres Nam cum cuiusq; rei cognitio pendeat ex tribus, primo ex cognitione totius confusa, quæ habetur in physicis præcipuè ex motu, meritò Arist. inuestigat motũ Cœli, & ea, quæ motum concernunt.

Secundo pendet ex cognitione partium, merito in 2. parte agit de Stellis, quæ sunt propriæ Cœli partes, docens de illis, quæ sit illorum natura, quis motus, quæ figura, in 3. agit de centro, circa quod est Cœli motus, nã motus circularis cognoscitur p centrum. Hoc autem esse tertam ostendit.

Tertio not. Aristotelem in 3. & 4. explicare secundum partem Operis, & quidem explicaturus naturam corporum simplicium, quæ generationi, & ortui sunt obnoxia, in 3. libro primum suo more præponit, de quibus agendum tum à t. 2. ad 4. refert antiquorum opiniones de generatione, & corruptione rerum naturalium, & quia generatio totius, oritur ex partium compositione, refellit per propositiones naturales à t. 4. ad 29. opinionem dicentium dari partes magnitudinis indiuisibiles, & per consequens generationem fieri ex superficiebus contra Platonem, qui putabat omnia corpora componi ex figuris Planis, & in illas resolui, quod hæc indiuisibilia non possunt habere grauitatem, & leuitatem, quæ sunt proprietates corporũ naturalium. Deinde à t. 29. ostendit quibus conuenit generatio, & corruptio, dicens nec omne corpus generari, nec nullũ. Hinc t. 30. ad 53. explicato in particulari, quorũ corporum sit generatio, scilicet Elementorum, quæ sunt quatuor, & eorum, quæ sunt ex Elementis, tum t. 53. ad 65. ostendit generationem Elementorum non esse ex non corpore, neque ex alio corpore diuerso ab Elementis, sed ex alterutris, & refellit ponentes generationem Elementorum esse per modum segregationis, & apparentiæ. Nequè fieri per transfigurationẽ, vt eidem ceræ conuenit Sfera, & cubus, neque per resolutionem in superficies, vt tex. 60. & seq. ostendit. Hinc t. 69. ad finem refellit opinionẽ dicentium essentiales differentias Elementorum esse figuras. His positis in 3. libro, deinde in 4. accedit ad explicationem naturę Elementorum, primo vsque t. 21. declarat naturam grauis, & leuis corporis, relatis, & confutatis antiquorum opinionibus. Hinc 2. vsque ad t. 26. docet causam, cur ex simplicibus aliqua sint grauia, alia leuia, tum tertio distinguit leue, & graue simpliciter, & secũdum quid, vt deinde t. 25. ad 31. docet causam, cur vnum corpus sit leuius in vno loco, quam aliud, & grauius eodem in alio loco, & t. 31. ad 34. quæ corpora sint grauia, & quæ leuia simpliciter. Hæc sunt terra, & ignis, tum t. 39. ostendit omnia Elementa præter ignem grauitatem habere in suis locis, quia singula feruntur deorsum, subtracto inferiore Elemento, at non sic ignis; contra vero prædicta Elementa nõ feruntur sursũ subtracto igni, nisi violẽter.

Hinc tex. 42. ad finem confutat dicentes causam diuersitatis motuum in Elementis esse varietatem figurarum, quia figura licet conferant ad tarditatem, & velocitatẽ motuum, non tamen sunt principia illorũ; & hac occasione duas dubitationes soluit, primum cur plumbea, & ferrea expansa in figuram latam, etiam si sint natura grauiora innatent aquis, alia vero in rotundã, vel oblongam figuram composita, etiam si minus grauia sint, ferantur deorsũ. Secũda cur

Margin notes (right): 3 — Cur Aristo. hic tractec de indiuisibilibus. — Quæ corpora generẽtur. — Quomodo generatio Elemẽtorũ. — Quid in 4. libro tractetur. — 5 Cur ignis non habeat grauitatem, vt cœtera Elementa. — 4 vnde diuersitas motũ, in singulis Elementis.

Margin notes (left): 1 Scientia de Cœlo præstat scientiæ de mundo. — Iucunditas & vtilitas scientiæ de Cœlo. — 1 Tres partes librorum de Cœlo. — 1 Duas esse asserit Zab.

cur minutissima grauium particula, vt auri ramenta, & alia terrea, quæ puluerem imitantur, suspensa in aere volutent.

Ad primum Resp. Democritus, substineri illa corpora ex atomis calidis, ab aqua emissis; non autem si sint oblonga: quia his pauci atomi occurrunt, non tamen substinere illa in aere: quia atomi cum in aere dissipentur, sine impetu occurrunt, atque nequeunt illa fulcire. At Arist. aliter soluit, dicens continuorum alia difficile diuidi, scilicet sicca, & dura, alia facile vt humida, quæ facile alienum terminum recipiunt. Vnde aer facilius secatur quam naturalis aqua, & hæc, quam terra; & eadem ratione id, quod minus est facilius diuidi, quam maius, vt minor aer, quam maior. Vnde cum habentia figuram latam plus de corpore subiecto occupent, quam habentia aliam figuram, ideo illa facile diuidere nequeunt corpus subiectum. At hæc facile, quod si grauitas maioris sit virtutis, quam virtus resistitiua continua subiecti, tunc grauia diuidunt corpus, & feruntur deorsum, nō sic aūt, si sint minoris virtutis.

Cur lata grauia innatent aquis ex Democrito.

At aliter Arist.

# TRACTATIO II.

## *De Mundo, & eius Natura.*

### QVÆSTIO I.

***Quid nomine Mundi intelligatur, & quæ sint eius partes.***

### DVBITATIO PRIMA.

***Quotuplex sit Mundus.***

1 Mundi varia nomina.

PRim. not. Mundum vario modo denominari, primo enim 3. phys. 63. dicitur totum, eo quod ei nihil desit, & nō sit pars alterius, secūdo dicitur vniuersum 1. Cœl. 4. p. Met. 11. eo quod omnem perfectionē sui generis amplectatur, in quo omnia sint quasi in vnum versa, tertio dicitur perfectum 3. phys. 64. eadem ratione, qua dicitur totum; nam 5. met. 21. & 31. totum, & perfectum eodem modo definitur, quarto dicitur Cœlum 1. Cœl. 96. vbi nomine Cœli dicitur significari vltima Sphæra 2. aggregatio omnium orbium, 3. vniuersū & secundum hanc significationem Aristo. vtitur nomine Cœli, siue quia Cœli sunt præcipua pars vniuersi, quia in eo omnia virtute, & eminentia continentur, siue quia Cœlum, vt continens alia habet rationem formæ, siue quia præcipuæ proprietates vt figura, vnitas, & æternitas vniuerso conueniunt ratione Cœli.

Cur celi nomine significetur mūdus.

Denique dicitur Mundus 1. Cœl. 98. 2. Cœl. 32. 3. Cœl. 21. & 25. ob miram eius pulchritudinem. Vnde.

2 Quid nomine mundi significetur

Secundo not. Mundi nomen substantiuē propriē significat ornamentum. Vnde dicimus Mundū muliebre omnia, ex quibus mulier ornatur; vt speculum inaures, gemmæ, &c.

Hinc Pythagoras apud Plutarchum 2. de placitis cap. 1. hoc nomen primum transtulit ad significandam hanc rerum vniuersitatem, à Deo miro ordine dispositam ob maximam eius pulchritudinem, eoquē nomine vsos fuisse Græcos refert Trismegistus in Pymandro cap. 9. & Asclepiade c. 6 & ita vtitur Aristoteles, tum hic, tum cap. 2. de mundo ad Alexandrum, tum 1. meteor. summa 1. c. 2.

Pythagoras primum rerum vniuersitatem mūdum nominauit.

3 Quot mundi à Philosophis ponuntur Empedocles.

Tertio notandum varios mundos à Philosophis poni, nam Empedocles posuit vnum sphærum amicitiæ, alterum clemen rarem, & litis. Ab Academicis, vero tres. s. Idæalis in diuina mente, secundo dicitur animarius, seu rationalis, qui pertinet ad animam, quæ est omnia. 3 dicitur seminarius, & physicus, qui est per semina rationibus animæ respondentia, & quia mundus est chaos formatum, sicut chaos est mundus informis, singulis mundis respondere suum chaum afferunt, vt primo mundo respondeat mens, antequam formetur per ideas. 2. autem essentia animæ ante intellectionem. 3. respondet materia, antequā reddatur p semina generatiua, sub formis quæ doctrina non multum differt à Theologica; nisi solum quod Academici mentē distinguunt a Deo, non sit Theologi. Secūdo, quia mundos idæales duos statuunt, vnum vniuersalem omnia includentem, quæ per essentiam diuinam representatur, alterum prædefinitum includentem, quæ decreuit creare. At Academici non aliū, quam rerum producendarum ex Picolom. lib. de mundo cap. 1. quæ doctrina aliquo mō diuersa est à Platonica. Vnde.

Quibus Academici differant à Theologis.

4 Quot sint apud Platonem mūdi.

4. Not. quinque mundos apud Platonē in Timæo distingui. primus dicitur Archetypus, siuē intelligibilis, & est mens ipsa diuina, in qua sunt omnes creaturarum ideæ, siue exemplaria: nam ex Augustino lib. 1. retractationum cap. 5. cum Deus intelligendo producat creaturas, antequam producat format earum conceptum, vnde Boetius 3 de consol. metro 9. *Tu cuncta, superno ducis ab exemplo &c.* & notat August. lib. 83. qq. Alter dicitur Angelicus, constans ex triplici Angelorū hierarchia: tertius dicitur Elementaris, constans ex quatuor Elementis, & Cœlo, quod Arist. lib. 3. cap. 1. & 1. meteororum vocat etiam elementum: quartus dicitur mundus magnus, seu vniuersum, constans ex collectione omnium creaturarum. quintus dicitur paruus, seu microcosmos, qui est homo: nam in eo continentur omnes gradus rerum; cum enim sit compositum mixtū, continet elementa, & conuenit in esse cum inanimatis, & per gradum vegetatiuum conuenit cum plantis: per sensitiuum verō cum brutis: & denique per intellectum cū intelligentijs; atque adeo sicut mundus magnus continet omnes hos gradus dispersos in varijs speciebus, ita homo continet illos vnitē in vna specie. ita Trismegistr. in Pymandro, Greg. hom. 29. in Euang. explicās id Marc. vlt. *Prædicate Euangelium omni*

Cur homo dicetur paruus mundus.

*omni creatura*. Naz. orat. 1. de Pasch. Niss. c. 16. de homin. opif. Dam. 2. fid. c. 12. August. lib. ad Oros. contra Priscil. cap. 8. Hic autem accipitur 4. modo.

Variæ mundi descriptiones. 5. Not. mundum à Cicerone de natura Deorum dici domum Deorum, & hominum, à Plotino Ened. 4. quod sit fœmina, quia materiam includit Promethei, idest Dei ornatam opere, sed ab Orphæo chaos formatum, & à Platone animal magnum. Ab Academicis, quod sit corporea imago Dei incorporei, & inuisibilis. Dicitur etiam liber magnus, & visibilis diuinam sapientiam, per physicos charatteres, nobis, manifestans, Cleomedes, & Auctor libri de mũdo ad Alexandrũ vocat opificium, ex Cœlo, & terra, & cæteris naturis compactum. Vbi nomen opificij tribuitur ab ordinẽ, quem species habent. Arist. vero significat esse corpus compositum ex omnibus sensibilibus, & physicis corporibus, circulari figura contentum, vbi figura se habet, vt

Reijcitur à Picolom. forma, cætera autem vt materia, sed nulla harum placet Piccol. nam aliæ dantur per metaphoras, aliæ sunt diminutæ, nam Ari. definitio non explicat formam, cum figura non sit illius forma, & caret efficiente, & præterea est superflua, quia satis explicata fuisset materia, si fuisset dictum constare ex omnibus corporibus physicis, sed

Defenditur Arist. non fuit mens Aristotelis definitionem tradere absolutam, sed solum, quid nomine, Cœli significatur, vt etiam in 1. Cœli 97. dicitur totum, ab extrema circulatione contentum, & t. 107. totius consistentia: Quare Piccol. ex Aristotelis mẽte definit,

Vera definitio. quod sit ordinata series cunctorum naturæ consistentium à Deo, & per Deum seruata. Nam ordo habet rationem formæ, dicitur secundo, cunctorum loco materiæ, tertio dicitur à Deo loco efficientis, quarto per Deum loco finis.

## DVBITATIO II.

### *An mundus componatur ex materia, & forma, & qualis sit eius forma.*

#### ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Quotuplex sit forma. PRimo not. duplicẽ esse formam, vnam informantem, q̃ respicit materiam, & est ens partiale, & incapax naturaliter existẽtiæ sine materia saltẽ in sui prima origine; ex qua cũ materia fit vna natura, ꝙ si forma fuerit substantialis, erit vna natura p se, si verò accidẽtalis, fit vnum cõpositum per accidens; alteram vero dici assistentẽ, quæ nec est ens partiale, nec exigit materiam, quæ sit ens partiale, sed potius contra, nam ipsa est eos per se totale, & completum, & subiectum; cui assistit, similiter erit ens completum, quo modo in artificialibus Nauta dicitur forma assistens naui, & in naturalibus intelligentiæ dicuntur assistere Cœlis; ratio autem nominis sumetur ex proportione ad formam informantem; nam sicut illa, & regit totum, & dat illi operationes; ita assistens regit corpus, & dirigit, & dat illi operationes, vt Cœlo dat motum.

Secundo not. inter formas informantes præcipuum locum habet anima, quæ triplex est vegetatiua, sensitiua, & rationalis, & quia in vniuerso apparent aliquæ operationes, quæ non videntur posse oriri à formis particularibus naturarum: Nõnulli posuerunt formam quandam vniuersalem, quæ non esset determinata loco, & corpori, sed diffusa per omnes partes vniuersi, sicut in omni loco, & in qualibet parte Vniuersi reperiuntur huiusmodi operationes, quarum debet poni aliquod principium, hæc autem non potest esse, nisi sit quædam forma vniuersalis diffusa per omnes partes. 2 Quotuplex sit anima.

Tertio not. hanc quæstionẽ tractari posse, tum de Cælo, an informetur per animãs tum de toto vniuerso, & licet aliqui has quæstiones non distinguant, quod putent animam cœlestem esse eandem cum anima totius vniuersi. Alij tamẽ illas quæstiones distinguunt, quod diuersa ratio sit de vniuerso, quod dicit congeriem multarum specierum, ac de Cælo, quod dicit naturã vnius speciei, ideò nos has quæstiones diuidemus. 3 Cur ponitur forma vniuersalis.

#### ARTIC. II. *Opiniones Doctorum.*

4 PRima opinio est dicentium vniuersum, quod dicimus mundum, constare ex materia, & forma, tanquam ex partibus substantialibus, eamque dicunt esse animam; ita omnes antiquiores Philosophi apud Plutarchum 2. de placitis cap. 3. præter Democritum, Epicurum, & Aristotelẽ refert Galenus de historia philosophica, Albertus 2. physicorum tr. 1. cap. 5. vbi ait, illam dici naturam vniuersalem, quæ est principiũ motus, & quietis in omnibus naturalibus, quæ scilicet cõtinet, & regit omnem naturam particularem. Hanc docuit Plato in Philebo, & Timæo, vt refert Marsilius lib. 4. de Theologia, & fusè explicat Piccol. lib. de mundo cap. 29. qui tribuit Iamblico lib. de mysterijs, & exercẽtioribus tribuitur Philalteo 2. de Cœlo cõs. 53. & Cardano apud Scaligerum exercitatione 6. §. 2. tribuitur Orphæo apud Arist. 1. de anima t. 84. dum dixit hominem, dum spiritum trahit animam trahere. Sequuntur Stoici, præsertim Strato, Crysippus, & Cic. lib. 2. de natura Deorũ, Trismegistus sermone ad Asclepium *spiritu agitatur, & vivificatur omnis in mundo species*, quod forte significauit Virgilius 6. Eneid. dicens, *spiritus intus alit, totamque infusa per artus, mens agitat molem, & magno se corpore miscet*. Ex peripateticis vero tribuitur Temist. 1. de anima cap. Mundi anima informari vniuersali ex antiquis.

cap. 15. & Simplicio in proœmio libro de anima, & Auer. 2. cœli 74. dum mundum vocat animal: sed ab hac calumnia illos defendit Picolomineus.

Fundamentum primo sumitur, & præstantia mundi, nam nihil est præstantius mundo; At si careret anima, non esset præstantior, quia omnis præstantia rei oritur à forma, inter formas autem anima est præstantior.

Conf. 1. Conf. 1. nam aliquæ partes mundi viliores sunt animatæ, vt vermis, &c. ergo multo magis mundus erit animatus. Conf. 2. Conf. 2. nã id quod ex se mouetur est animatum, sed sic mouetur muudus, quia per aliquam suã partem se mouet, vt animal se mouet per cor. Confirmatur tertio, Conf. 3. nam vbi sunt plura corpora, quæ inter se ordinem seruant quoad motum, ibi debet esse subordinatio ad aliquam animam, quæ dirigat motus illorum: Alioqui non posset seruari ordo, nisi a casu; sed in vniuerso sunt plura corpora, quæ inter se ordinẽ seruãt quoad motus proprios, vt conseruent vniuersum; ergo dari debet anima, illos regulans: sicut in paruo mundo datur anima, regulans motus partium corporis ad conseruationem totius.

5 Secundo probatur ex materia mundi, nam, vbi datur materia proportiata animæ, ibi debet dari anima; sed sic est mundus, quia constat ex partibus organicis ob æterogeneitatem. At anima est actus corporis organici Confirmatur primo nam inanimata non habent ex se certam figuram, sed a cõtinente illam recipiunt, sed mundus habet determinatam figuram, & certas partes ordinatè dispositas, vt patet ex situ elementorum. Confirmatur secundò, quia mundo conueniunt differentiæ positionum, quæ sunt propriæ corporis animati. Confirmatur tertio, quia compositũ ex partibus æterogeneis, non conseruatur, nisi per animam. Vnde videmus, recedente anima dissolui partes corporis animalis 2. de anima t. 90. sed mundus sic compositus conseruatur, ergo habet animam. Ex qua partium connexione oritur simpatia, per quam vno moto mouetur aliud, & antipatia, per quam vnum repellit aliud. Confir. 4. ex inclinatione partium ad conseruandum totum, nam vt in animali brachium se exponit periculo, vt conseruet caput, eo quod habet animam, quæ regit omnes partes corporis; ita in vniuerso videmus partes contra propriam naturam moueri ad impediendum vacuum, ne intereat vniuersum, vt grauia ascendere, & leuia descendere, ergo in vniuerso debet dari anima, mouens partes illius ob talem finem. Tertio probatur ex generatione viuentium, vbi nulla datur causa particularis habens vitam, vt quæ oriuntur, ex putri materia, & herbæ; quæ oriuntur sine semine, ergo debet dari ibi aliqua forma vniuersalis: à qua oriatur illa generatio, nõ enim potest esse effectus sine causa efficiente proportionata, atque adeo debet poni anima, tanquam forma vniuersalis totius mũdi. Confirmatur ex placitis Philosophorum, nam Plato in Timeo mundum vocauit animal magnum, vt hominem paruum mundum ex Auer. 2 Cœli 42. 74. Aristot. 8. phis. t. 17. *si autem inquit in animali hoc possibile est fieri* s. vt quiescat, & se moueat *quid prohibet idem hoc accidere, & in vniuerso? si enim in paruo mundo fit, & in magno, & si in mundo, & in infinito*, vbi vides apud Aristotelem eodem modo tribui motum animali, ac vniuerso; ergo eodem modo tribui debet principium motus.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui hanc animam dixerunt esse Deum, vt refert Augustinus 4. de ciuit. c. 11. Tribuitur Stoicis præsertim Crisippo, & Stratoni lãpsaceno apud Marsilium lib. 4. de Theologia Platonis, & Plutarchum de quæstionibus Platonicis q. 2. quod significat Virgilius 6 Æneid. 6 Anima Deus ex Stoicis.

*Deum namque ire per omnes,*
*Terrasq; tractusq; maris, Cœlumq; profundum.*

Et significat Orpheus apud Arist. 1. de anima 84. ex quibus aliqui dixerunt esse spiritum sanctum tribuitur Trismegisto in Epimandro, & Virgilius ibi, *spiritus intus alit*. & Balbo Stoico apud Ciceronem lib. 2. de natura Deorum, & aliquibus Pytagoricis dicentibus tunc animam ingredi corpora humana, cum spiritum trahunt.

At vero alij negant hanc animam esse Deum, sed esse mentem quandam, pertinentem ad ordinem intelligentiarum, inferiorem quidem Deo, sed superiorem animalibus corruptibilibus rerum. Tribuitur Pithagoræ, quem sequutus est Plato, qui statuit Deum esse omnium principiũ, cui mentem subijcit, menti animam, animæ naturam, naturæ verò materiam, quare animam posuit esse medium, quid. s. finem diuinorum immobilium, & æternorũ. Principium vero materiarum mobilium, & temporis, quam in Timeo dicit esse participationem idæarum. Vndè ex Plotino anima mundi est prima participatio ideæ animæ; cœteras vero esse participationes secundas; eandem animam mundi Plato in Timæo posuit in medio mũdi. Quod medium aliqui dixere esse centrum, Ioannes Picus esse lunam, Calcidius esse solem. Alij octauam sphæram, quæ dicitur mediũ virtutis: quare eadem est anima octauæ sphæræ, & Mundi. Alij in centro metaphysicæ sumpto, quia. s. est veluti centrum cæterarum animarum, ad quas se effundit per suam virtutem seminariam. Vnde Esse mentẽ Quid Plato Quid ex plotino. De loco animæ,

Notandum apud Platonem tria esse genera entium, vnum omnino immobile, sub quo est Deus, & mens, & est ingenerabile, quod mente tantum percipiatur, alterum omnino mobile, & sensibile, tertio esse medium, Tria genera entiũ apud Platonem.

dium, & ſic eſt anima mundi, quæ neque eſt purè generabilis, neq; purè ingenerabilis, & hanc dicit eſſe animam vniuerſalẽ. Vnde præter hanc ponit particulares in ſingulis, vt ſcilicet alia anima ſolis, alia lunæ, &c. ex Plat. in Timaeo, vbi ait à Deo animas coniungi in cratere, in quo contemperantur omnes animæ particulares: nam ex cratere, qui eſt fons vitæ educitur anima vniuerſalis. Hunc Plotinus de duabus animis, interpretatur eſſe eſſentiam Dei, quæ eſt omnium exemplar.

Plato præter vniuerſalem ponit aliam in ſingulis orbibus.

Verum alij dicunt animam eſſe lumen quoddam, emicans à Deo, tribuitur apud Marſilium Platoni, de qua re Plotinus En. cap.6. lib.4. per totum, ſed certè cum lumen ſit accidens, non poteſt dare eſſe ſubſtantiale. Secundò differunt inter ſe Platonici, quod Plotinus putat animam hanc vniuerſalem eſſe realiter diſtinctam à formis ſpecierum particularium, quia Plato illi tribuit generationem diuerſarum rerum.

Eſſe lumen.

Inter Plat. diſsiduum.

Alij tamen dicunt hanc animam non diſtingui ſecundum eſſentiam ab alijs formis, ſed ſecundum eſſe; ſicut anima rationalis, licet ſit vna ſecundum eſſentiam, tamen dat diuerſum eſſe diuerſis partibus corporis, iuxta diſpoſitionem illarum.

Eandē Mūdi, ac octauæ Spheræ.

Alij denique illam non diſtingunt à forma octauæ ſphæræ, quæ dicitur anima ipſius, vt dat illi vitam, & motum, dicitur vero anima mundi, vt diffundit ſuam virtutem per totum vniuerſum.

Secunda opinio eſt dicentium, mundum nullo modo eſſe animatum, neq; propriè conſtitui ex partibus eſſentialibus, ſcilicet materia, & forma, ſed conſtitui ex partibus integrantibus, inter ſe congruo ordine diſpoſitis. Vnde videtur diſpoſitio corporum, ac ipſorum ſubordinatio habere rationem aliquam formæ. Ita Ariſtot. quem ſequuntur Peripatetici ferè omnes, quæ opinio mihi placet.

Negatur Mundi anima.

Dices, Peripatetici fatentur mundum eſſe animatum, vt patet ex Themiſtio in 1. de anima cap. 24. vbi agnoſcit animam mundi vnicam, & vniuerſalem, quæ præbet corporibus vim vitalem, & genitalem, vt patet ex productione animalium ex putri materia. Sequitur Auer. 12. met. comm. 8. vbi addit ex ſententia Themiſtij animã hanc collocari in orbe decliui, id eſt zodiaco primi mobilis, eandem ponit Simplicius in proemio librorum de anima, & hãc ſententiam Cicero 1. Academicarum quæſtionum tribuit Platoni, & Ariſtoteli, & confirmari poteſt ex ijs quæ docet Ariſtoteles de animatione Cœlorum.

Reſponſio infra patebit, ab Ariſtotele non fuiſse agnitam compoſitionem in Cælo ex orbe, & intelligentia; tamquam ex materia, & forma, ſed tamquam ex mobili, & motore, atq; adeò agnoſcit animationẽ metaphoricam, nam ſicut anima dat motũ corpori, ita intelligentia orbi: quare ſimili ratione poſitũ eſt, mundum eſſe animatũ ex intelligentia primi orbis: quia ſicut anima in corpore verè animato, dat virtutem generandi, & operandi: Ita intelligentia per motum primi Orbis, applicando ſolẽ, & alia aſtra, dat inferioribus virtutes productiuas rerum. Hinc Ariſtot. 3. de generatione anim. cap. 11. dixit: *Generantur autem in terra, humoreque animalia, & plantæ, quoniam humor in Terra, ſpiritus in humore, calor animalis in vniuerſum ineſt, adeo vt quodammodo animæ ſint plena omnia.* & in primo de partibus animaliũ, cap. vlt. approbat ſententiam Heracliti, dicentis, Deum nulli parti deeſſe, & omnia eſſe plena Deo, quatenus vis quædam vitalis, præſertim per primum motum in vniuerſum effunditur. Vide quæ dixi in phyſicis Tr.8. q.7. d.1.

Quomodo Cælũ ponit animatum Ariſtoteles.

## ARTICVLVS III.
### *Opinio Auctoris.*

Prima concluſio mundus eſt aliquod compoſitum; patet quia in mundo ſunt plura entia, quot ſcilicet ſunt rerum ſpecies; ergo mundus eſt aliquid compoſitum, nam cum mundus ſit vnus, & includit plura, non poteſt habere vnitatem ſimplicitatis, quia quod eſt ſimplex non poteſt includere plura; ergo habet vnitatem compoſitionis; cum autem compoſitio ſit multiplex; ſcilicet ſubſtantialis, & accidentalis, & ſubſtantialis eſſe poſſit ex partibus eſſentialibus, & integrantibus; merito dubitatur, quæ compoſitio conueniat mundo, & quia præcipua controuerſia eſt de compoſitione eſſentiali, quæ exigit materiam, & formam cum informatione; ab illa primum incipiemus, quare ſit.

Mundus eſt cõpoſitus.

Secunda concl. Deus non eſt anima mũdi, tum quia anima eſt eſſentialiter ens partiale, dicens ordinẽ ad materiam, vt actus ad potentiam; ſed Deus non eſt ens partiale, dicẽs ordinem ad materiam, vt actus ad potentiam; quia hoc repugnat illius perfectioni infinitæ vt ordo ad materiam, repugnat eius ſimplicitati; & ex aliquorum opinione ſecundum Ariſt. repugnat eius incorruptibilitati; eo quod omnis forma in materia ſit ex illis corruptibilis, quæ tamen ratio non omnibus probatur propter incorruptibilitatem animæ rationalis, quæ tamen ex Ariſtot. eſt forma in materia, de qua re legite Auguſt. 7. de ciuit. c.7. Henricum 1. par. ar. 29. q.1. Albert. 2. p. de homine tr. de identitate animæ, qui confirmant, quia Deus eſt efficiens mundi at efficiens non eſt forma ſui effectus, quod ſi ab aliquo Philoſopho dicitur anima, id metaphorice intelligendum eſt; tum quia ſua prouidentia regit mundum, vt anima corpus; tum quia ex Ariſtot. motor primi mobilis eſt Deus, qui vt metaphoricè dicitur

Deus nõ eſt anima Mũdi.

Deus Metaphorice anima.

citur anima primi mobilis, quatenus dat illi motum,& vitam per assistentiam, ita dicitur anima mundi, quatenus per motū diurnum diffundit vires in vniuersum orbem, seruans illius ordinem, ratio autem metaphoræ ea est, quia vt anima informan do dat corpori motum, & alias operationes, ità Deus assistendo primo mobili ex Arist. dat illi motum,& quia cœteræ omnium operationes ab illo pendent, dat cœteris operationem, & motum.

Non habet animā vniuersalē distinctam à particularibus.

Tertia concl. Mundus non est animatus anima quædam vniuersali, distincta à formis suarum partium, primo quia ad saluādas operationes, quæ sunt in vniuerso, sufficiunt formæ particulares propriæ rerū, nam vel operationes illæ sunt rebus connaturales,& oriuntur à proprijs formis, vel violentæ, aut indifferentes, & conueniūt ab extrinseco, siuè impellente, siuè trahente vt infra. Confirmatur non sicut partes domus, vel Nauis ob ordinem, quæ habēt inter se non indigent aliqua forma sobstantiali vniuersali respectu totius distincta à forma partium, quia ibi non cernitur aliqua operatio, quæ fit à toto, quæ non possit oriri à formis partium, vel sigillatim, vel coniunctim sumptis, ita neque partes Mundi inter se ordinatæ, quia omnis operatio quæ cernitur, vel est à formis singulorum sigillatim, vel coniunctim sumptis.

Ratio 2.

Secundo probatur, quia Mundus non habet vnitatem per se, sed est aggregatum ex pluribus entibus cōpletis, quibus repugnat venire in compositionem vnius entis per se; ergo non habet propriam formam substātialem distinctam à formis partium, quia vbi non est vnitas per se, ibi non potest esse compositio propria ex materia,& forma, quia proprius effectus huius compositionis est unum ens per se.

Confirm. 1.

Confirmatur 1. nam Mundus integratur ex corporibus, habentibus proprias formas substantiales; ergo non est capàx informari alia forma substantiali, quia vel partes Mundi informantur forma illa vniuersali, quæ dicitur propria Mundi, ratione formæ,& repugnat naturæ formæ, quia cum sit essentialiter potentia substantialis; atque adeò non informabilis, vel ratione materiæ, & cum hæc habeat vnam formam, non est capax alterius, quia naturaliter repugnat materiam informari duabus formis.

Confirm. 2.

Confirmatur 2. nam si forma vniuersalis informaret formam particularem, corrupta forma, corrumperetur, & pariter si exigeret in materia formam particularem, vt illam possit informare, corrupta forma, etiam deberet corrumpi saltem quoad informationem; quod si non exigit, non est cur natura laboraret in generationibus, & corruptionibus rerum, non permittendo materiam remanere sine forma, ob quod non corrumpit vnam, nisi aliam generet, quia ibi remaneret anima Mundi, quæ cum sit secundum aduersarios omnium perfectissima, omnino compleret imperfectionem materiæ; quod argumentum ampliari potest, vrgendo, qualis sit illa forma, diuisibilis, an indiuisibilis, & quomodo informare posset partes adeò disiunctas.

Arist. reijcit animam vniuersalē.

Tertio alij probant ex Arist. qui 1. de Anima reijcit animam diffusam per orbē. Vnde t. 49. *Laboriosum autem inquit est, & commixtum esse corpori, non potens absolui, & præterea fugiendum, siquidem melius est intellectui non cum corpore esse quēadmodum consuetum est dici, & multis placet.* Vnde 2. de Cœlo; eos, qui posuerunt animam Mundi fuisse loquutos per Metaphoram. videte Foxium lib. 2. de Naturali phylosophia cap. 2. vbi ostendit idem de Anima Mundi sensisse Aristotelem, & Platonem, quod vterque posuerunt assistentem, sed differre, quod Arist. Cœlo, Plato vero posuit diffusam per omnes Orbes, qua in re melius videtur sensisse Plato, quod Deus, qui assistit, propter suam immensitatem est vbique, at Piccolom. loc. cit. cap. 20. contra Ciceronem pluribus ostendit Aristotelem à Platone in multis differre.

Consensus Aristot. & Platonis de aīa Mūdi.

Obijc.

Dices, Mūdus est primus effectus Dei; ergo est animatus, quia Deus perfectissimo modo causat, & effectus conformatur suo Artifici. Resp. 1. Modū causandi ex parte Dei semper esse perfectissimum, at vero ex parte effectus, cum causet vt vult, non semper perfectissimus. Tum etiam quia Deus causat singula iuxta exigētiam ipsorum; Vnde cum singula non sint perfectissima, sed alia alijs perfectiora, ita etiam modus causandi ex parte effectus est alius alio perfectior.

Resp. 1. Modus causandi perfectissimus ex parte Mūdi vel effectus

Resp. 2.

Resp. 2. negando consequentiam; nam licet animatum absolutè sit perfectius, quā inanimatum, tamen huic, videlicet lapidi non est perfectius. Vnde cum vniuersum vt habet rationem totius, non sit capax animæ distinctæ à formis partium, non est illi perfectius habere animam, sed eius perfectio summa existit, vt habeat varias partes animatas, & inanimatas.

Obiect. 2.

Confirm.

Dices 2. materia est vna, ergo debet illi respondere vna adæquata forma. Confir. qa Mūdus est vnus 1. Cœl. 76.& seqq. Sed vnitas compositi oritur ab vnitate formæ, à quo oritur essentia, q̄ est radix vnitatis.

Resp. 2.

Resp. negando consequentiam, nā materia debet esse vnius speciei, vt possit recipere plures formas in generatione,& cōruptione rerum; nam in materia omnia generabilia vniuntur; At vero cum ex formis oriri debeat distinctio rerum, non potest dari vna forma specifica, quæ adæquetur potentiæ materiæ, sed debent dari plures, quæ conueniant in gradu actuatiuo, qui respondet adæquate potentiæ materiæ.

Ad confirm. Resp. Mundi vnitatem non esse

Ad confir. esse per se, & essentialem, sed esse vnitatem integritatis ex pluribus Naturis, quæ vnitas non oritur ex aliqua forma substantiali, sed accidentali, siuè hæc sit ordo, siuè figura, siuè aliud vt dicemus infra.

Obiect. 3. Dices 3. ex Arist. 1. Cœl. 93. & 95. Asserit Mundum absolutè dicere formam, hunc verò dicere formam in materia; ergo Mundus habet propriam formam in materia.

Resp. explicãdo Arist. quod hoc Mundus dicat formam in materia. Resp. 1. uerr. Arist. Loqui impropriè: quia Cœlum cum contineat omnia, se habet vt forma, & inferiora vt materia. Resp. 2. Niph. intelligi Deum, sed contra, quia loquitur de forma in materia, vt non est Deus. Resp. 3. Loqui de formis multiplicatis in corporibus: nam si hę multiplicantur in eadem specie fieri potuerunt ex indiuiduis multiplicatis in eadem specie alij Mundi, si daretur alia materia præter hanc occupatam ex his formis, & hac ratione, ita explicata optimè probat, ibi non fieri alios Mundos, quia tota materia est in hoc Mundo.

Resp. 4. ibi vt ostendat vnitatem Mundi proponit rationem in oppositum, nã in omnibus naturalibus, & artefactis, aliud est formam secundum se, aliud forma in materia, vt aliam rationem habet Sphæra, aliam Sphæra Aenea, etiam vbi esset tantum vnum indiuiduum, sed Mundus est quid sensibile, ergo aliud est Mundus, aliud hic Mundus, sed vbi distinguitur natura communis à singulari, possunt dari plura singularia sub communi natura, ergo sub natura Mundi plures possunt dari Mundi. Ad hoc argumentum, Respondens, concedit, aliud esse formam in communi, ac singularem, sed negat inde sequi multiplicationem indiuiduorum, cum vnum singulare totam materiam includit, vt si simitas ex tota carne constaret, non possent dari plura sima; at Mundus constat ex tota materia. Ex quo patet, ibi Arist. non loqui de forma physica, sed metaphysica 1. natura communi, quæ est vt forma singulariũ, quæ dicuntur habere rationem materiæ.

Arist. loquitur de formametaph.

Resp. 5. Zabar. ibi nomine Mundi intelligere Cœlũ, à quo sumitur vnitas totius Mundi, Cœlum aũt constat ex materia, & forma.

13 Mũdus non cõponitur ex partibus esseñtialibus. Ex quibus 2. patet, Mundum, vt dicit aggregationem rerum, & habet rationem totius categorematicè sumpti non componi ex partibus essentialibus, scilicet materia, & forma substãtiali, sed adhuc manet difficultas, an componatur ex partibus integrantibus, & an habeat formam accidentalem.

Mundus est totum integrale. Quarta concl. Mundus habet rationem totius integralis, quia cum contineat plura, & non vt partes essentiales, atque adeò est totum integrale.

Dices ablata parte integrali nõ destruitur totum, vt ablato brachio, non corrumpitur homo, sed ablato vno Elemento, destrueretur vniuersum, ergo partes Mundi non sunt integrales, sed essentiales.

Resp. partes alias necessarias ad totius conseruationem, alias nõ necessarias. Resp. 1. Partes integrales esse duplicis generis quasdam primarias, quæ necessaria sunt requisitæ ad existẽtiam totius, etiam ad alias partes, vt cor, vel caput in animali, alias verò secundarias, non ita necessarias, sed ad completam perfectionem rei. In Mundo autem partes eius, secundum speciem sunt primariò requisitæ, secundùm partes vero earum secundariò requisitę, & ideò destructo toto Elemento corrueret Mundi machina, non autem corruptis partibus Elementorum.

Respon. 2. destructionem totius Elementi non posse fieri virtute naturali, & si virtute diuina id fieret, non maneret totum integrũ, maneret tamẽ mutilum per aliquod tempus, deinde vero successu temporis corrũperentur cœteræ partes, præsertim mixtorum, quia deficeret materia eorum, necessariam ad conseruandam generationem ipsorum.

14 Partes Mũdi primario sunt Elemẽta 4. & Cęl. Quinta Concl. partes primariæ Mundi sunt quatuor Elementa, & Cœli, & secundariò mixta, & inter primarias Cœli sunt principalis pars. Prima pars probatur, quia situs determinatus in vniuerso debetur primariò Elementis, & Cœlo; nam Elementis primariò conueniunt virtutes motiuæ, & Cœlo virtus contentiua aliorum.

Cur Cœlũ dicat pars Mũdi principalior. Secunda pars probatur, quia licet mixta sint simpliciter nobiliora Elementis, tamen non habent situm in vniuerso secundũ se, sed ratione Elementi prædominantis; At compositio vniuersi cum attendatur, secundum situm debitum corporibus attendi debet primariò, secũdum ea corpora, quibus primariò conueniunt virtutes motiuæ, & locatiuæ. Vnde fallitur Proclus apud Philoponum de æternitate Mundi cap. 1. rat. 13. Dum negat mixta esse partes vniuersi, nam ablatis mixtis, vniuersum maximam suam perfectionem perderet, vt notat Plato in Timæo, cum Elementa ordinentur ad mixta saltem quoad animata.

Mixta partes Mundi.

Tertia pars patet, quia Cœlum, & situm habet præstantiorem, & maximè omnium influat in inferiora, illaquè conseruet, ac omnia tanquam forma contineat. Vnde nobiliorem habet naturam, vt Arist. probat ex nobiliori motu.

Diuisio partium integrantium Mundi. Ex his patet tripliciter posse diuidi partes integrantes vniuersum, primò vt quædam entia sint simplicia, quædam mixta, 2. quædam animata, quædam inanimata, 3. quædam corruptibilia, quædam incorruptibilia, & singula membra harum diuisionum possũt diuidi per membra alterius, vt simplicia quædam corruptibilia, quædam non, sed hæc persequi non est huius loci.

## ARTICVLVS TERTIVS

*Soluuntur argumenta 1. Opinionis.*

Ad primum Resp. Mundum esse præstantiorem singulis partibus, quia totum est perfectius qualibet sua parte, non tamen partibus simul vnitis, ad hoc autem non est necessarium habere formam aliquam distinctã à formis singulorum partium, sic enim Ciuitas haberet suam animam distinctam ab animabus singulorũ ciuium, quia est præsta-

tior, & præfertur singulis ciuibus.

Perfectio Intēsiua, & integritatis seu extensiua.

Resp. 2. Duplicem esse præstantiā vnam naturæ, seu intensiuam, & hanc Mundus non habet maiorem, quam singulæ species in eo contentæ; quia omnem huiusmodi perfectionem habet à specie præstantiori, in eo contēta, alteram integritatis, seu extensiuā, & hanc semper habet respectu suarum partium, quia plures continet perfectiones, quā singulæ species, & hac ratione à Theologis Mundus, vt continet Deum, dicitur extensiue Deo perfectior, non tamen intensiuè.

Vnde perfectio Mūdi

Ad primum confirm. præstantiam Mundi non haberi ex propria peculiari natura, ab alijs distincta, sed ratione continentiæ omniū spetierum, per quas integratur: quare neganda est consequentia, cum Mundus non indigeat propria forma, vt sit præstantior vilibus animalibus.

Totus Mundus quomodo habeat velnon habeat motū.

Ad secundum. Resp. Mundum, vt totum syncategorematice sumptum non habere motum aliquem determinatum, sed habet omnes motus suarum partium, nam in aliqua sua parte, scilicet inanimatorum mouetur ab extrinseco, & in aliis, scilicet animatorū ab intrinseco, at categorematicè sumptum nullum habet motum formaliter, sed per appropriationem, eo quod motus primi mobilis, quia secum trahit omnes alias orbes, & affert mutationem dierum, & noctium per ortū diurnū syderū, & præcipuè solis, & mutationē temporū p accessum, & recessum Solis, ex quo omnis spetierum inferiorum conseruatio pendet; dicitur motus vniuersi Mundi; hic autem motus est quidem à principio intellectiuo, non tamen informante, sed assistente vt dicemus infra.

Ordinatio motuum diuersarū causarum ad generatione, vnde oritur

Ad tertium confirm. Resp. ordinationem motuum diuersarum spetierum ad generationem, partim esse ex natura rei determinata ad tales motus, vt ignis fertur sursum, partim à principio, intelligente, inferiori, quod dirigit illas, vt constat ex ijs, quæ per industriam humanam fiunt, partim aliqua vniuntur casu. Vnde sequitur obiectius speciei generatio, omnia tamen diriguntur, & ordinantur à Diuina prouidentia ad aliquem finem, etiam cum monstra nascuntur.

Ordinatio motuum in inferioribus, & in superioribus.

Resp. 2. ordinationem motuum posse cōsiderari, primo in inferioribus; tum quoad singula præcisè sumpta, & oritur ex virtutibus singulorum determinatis ad talem modum operandi. Vnde Hyrundines semper eodem modo formant nidum, in quo modo operandi dicuntur dirigi ab intelligentia nō errante, scilicet à Deo, à quo virtutes operatiuas acceperunt, tum quoad singula vt cum plura vniuntur ad aliquem effectum, & constat eam actionem esse ex virtutibus singulorum applicatis, vel casu, vel ab aliquo agente libero creato, sed semper à Deo omnia prouidente. & Hinc fit, vt aliquando spectatis precisè causis naturalibus appareant eorum motus esse inordinati. Secun. potest ordinatio considerari in superioribus, & hæc quidem semper ordinatè mouentur, vel ex propria natura determinata ad talem motū; vel ab intelligentia assistente, vt infra fusius.

Cur æthæro gen. Cœli, non est dispositio ad animam.

Ad 2. Arg. Resp. negando maiorem, quia licet partes Cœli sint ætherogeneæ, vt multi volunt, tamen nō quælibet ætherogeneitas satis est ad organizationem, sed debere esse talem, quę habeat potentiam proximam ad vitam, vt patet ex definitione animæ, alioque lapis, qui habet in se partes diuersæ rationis haberet partes organicas: quare Cœlum licet habeat partes diuersæ rationis, secundum raritatem, & densitatem, & forte, secundum alias accidentales, & substantiales formas, nō tamen illæ partes dicuntur organa, quia non sunt in potentia ad vitam, vt rectè Aristot. 2. Cœl. ostendit, eo quod nec potest esse potentia ad vitam vegetatiuam, quia hæc non est sine corruptibilitate corporis, & quia sensitiua supponit vegetatiuam, & hāc supponit intellectiuam, ideò potentiam, nec ad sensitiuam, vel intellectiuam habet, neque enim dici potest esse immediatè ad intellectiuam, quia intellectiua vt separata à sensitiua, non potest respicere corpus, cum non egeat illo ad propriam operationem ex Arist. vt ostendam, cum de animatione Cœli.

Mundi figura vnde sit. 15

Ad primum confirm. Mundi figurā non esse aliam à figuris Cœlorum, & Elementorum: quare, si Cœli, & Elementa vendicant sibi propriam figuram, similiter, & Mundus, sin autem illa non vendicant, neque Mundus. quod si aliquæ partes vendicant, & aliæ non, similiter, & Mundus, secundum tales partes vendicat, & secundum tales non vendicat, sed quæ species, existens in Mundo sibi vendicet, & quę non, alibi dicetur.

Ex exigētia figurędeterminatę non sequitur animatio.

Resp. 2. Et si Mundus vendicaret sibi certam figuram circularem, non sequitur hunc esse animatum, nam terra secundum multos vendicat sibi figuram talem, & tamen non est animata. Vnde est fallacia consequentis ex eo, quod aliquid vendicans sibi determinatam figuram sit animatum, inferre omnia talia esse animata.

Ad secundum Resp. Mundo non conuenire tales differentias, nisi ratione Cœlorum, cui quomodo conueniant, dicetur infra, quod illis conueniat secundum quandam proportionem ad animalia, non tamen ex natura rei. Vnde quod apud nos est oriens, & per consequens dextrum, apud antipodas est, occidens, & per consequens sinistrum.

Vbi est corruptio totius cū mutua alteratione partiū non est vna anima.

Ad tertium confirm. Respon. inde potius colligi cōtrarium, quia videmus partes Mundi inter se contrarias se inuicem corrumpere, quod non fieret si daretur anima vna illas informans, sicut partes corporis animalis se inuicem non corrumpūt, licet inter se mutuo agant, & alterent, donec anima informat illas partes, sicut corruptio mutua sequitur recedente anima.

Vnde incorruptibilitas Mundi.

Resp. 2. corruptionem vniuersi, secundum eius totalitatem non posse oriri, non quia in vniuerso sit vna anima, sed ob contemperationem, quam habent partes vniuersi in agendo, & resistendo. Ex quo fit, vt vno indiuiduo

duo ſpeciei corrupto in vno loco oriatur alibi alterum, & aucto Elemento frigido in vno loco, in altero minuitur. Et ſic de alijs.

Connexio partiũ Mũdi ſecundũ ſe diſſolui pôt, vt non pôt ratione vacui conſequentis.

Ad quartam confirm. Reſp. connexionem partium Mundi poſſe conſiderari, vel præcisè ſecundum ſe, vel in ordine ad vacuum. Primo modo non eſſe tantam, vt inter ſe nulla ratione diuidi poſſint, vt exper. patet, nã difficilius partes lapidis diuiduntur, quam pars aeris ab aqua; ſed ſecundo modo eſt tãta, vt per nullam potentiam naturalem dari poſſit diuiſio. Hoc autem non oritur ab anima, vel alia forma, informante vniuerſum, vt ſic, tum qa cũ virtus illius eſſet finita, & inferioris rationis, quam Angelica, non poſſet reſiſtere virtuti Angelorum, quin ſequeretur vacuum; præſertim cum poſſent plures Angeli conari ad illud præſtandum, tum quia anima rationalis indiuiſibilis informans partes corporis, non poteſt impedire, quin partes illæ inter ſe diuidantur ferro, & tamen ſi ex tali diuiſione orıretur vacuum, non poſſet fieri diuiſio; quare huius connexionis neceſſitas ad impediendum vacuum oriri debet à cauſa ſuperiori, quæ eſt Auctor Naturæ, ad cuius prouidentiam ſpectat impedire vacuũ, ne impediatur influxus Cœlorum, & ſubordinatio inferioris Mundi ad ſuperiorem, vt docet Ariſt. initio metereorum, & nos in phyſica Tr.21.q.3.

Cauſa impediens vacuũ non eſt forma informans, ſed auctor naturæ.

Ad tertium argum. Reſp. Generationem viuentium, vbi non apparet vita, fieri, immediatè ab accidentibus diſponentibus materiam; In virtute tamen ſubſtantiæ, ſine actuali cooperatione alicuius principij ſubſtantialis immediati, ita communiter Doctores. At vero quia in phyſicis Tr.17. q.10. 13. & 14. Nobis non placuit, diximus cũ deficit principium ſubſtantiale, auctorem naturæ concurrere ad illam actionem, nõ ſolum, vt cauſam vniuerſalem, ſed etiam vt particularem. Neque Aduerſarij de eo mirari debent, nam ipſi etiam Deum eſſe illorum cauſam aſſerũt, ſed cum maiori difficultate, affirmantes id fieri à Deo, vt anima Mundi, quod ſi intelligant de aſſiſtente re ipſa, idem aſſerunt, ac nos, licet differant in modo loquendi; ſi verò de informante rem difficiliorem, immo impoſſibilem ponunt.

Generatio viuentium immediatè oritur ab accidentibus.

Fieri ab auctore naturæ dum deeſt cã particularis.

Ad pr. confirm. 1. ab Ariſt. Mundum non dici magnum animal, ſed ſolum paruum Mundum, qualis eſt homo, quem diſtinguit à Mundo, quem vocat magnum, & licet motum à ſe ipſo tribuatur animali, & inde inferat Mundo magno tribuendum eſſe motum à ſe, dicens, (*quod ſi in paruo Mundo fit, & in magno, & ſi in Mundo, & in infinito, ſi contingit quidem moueri infinitum totum, & quieſcere;*) Tamen id non dicitur ex propria ſententia, quia affert, vt rationem Aduerſariorum ad probandum motum Mundi incepiſſe, vt incipit motus animalium poſt quietem, quam rationem ſoluit t.20. dicens, *plerumque in animali motus poſt quietem oriri ab externa cauſa, quæ mouet appetitum ad motum, vel alia cauſa,* vt patet in ijs, qui à ſomno excitantur, vt ibi patet. De aliorum vero dictis non eſt mirũ, cum Plato expreſsè pnnat illum eſſe animatum.

Ariſt. ponit magnum, et paruũ Mundum, & nõ magnũ, & paruum animal.

Mundũ moueri à ſe ipſo nõ aſſerit Ariſt. ex propria ſententia.

Reſp. 2. Mundum dici poſſe animatum, ſicut Cœlum ab Ariſt. ponitur per intelligẽtiam aſſiſtentem, à qua mouetur, & regitur, Atque adeo ſic dici ſimilitudinariè, & metaphoricè, non propriè.

## *DVBITATIO III.*

## *An Mũdus formam habeat aliquam accidentalem, & quę illa ſit.*

### ARTICVLVS PRIMVS
*Opiniones Doctorum.*

IN hac dubitatione eſt certum partes Mundi inter ſe vniri, non quidem per accidẽs accidẽtalitate fortuita, ſicut vniũtur lapides in aceruo, ſed accidentalitare per ſe intenta ab auctore Mundi; ſi enim partes priuatæ domus ab Artifice, & Architecto per ſe intenduntur, cur non idem dicendum de partibus Mundi; quæ domus eſt non vnius hominis, ſed totius naturæ humanæ: Quocirca inquirendum eſt, quæ ſit ratio ſeu forma, à qua partes Mundi vniuntur ad faciendum vnum totum per ſe, non quidem perſeitate naturæ, quia hęc illi repugnat, vt diximus; ſed perſeitate intentionis, & artificij, cum vero oſtenſum ſit hanc formam non eſſe ſubſtantialem, videndum eſt, an ſit accidentalis, & quæ illa ſit.

1 Partes Mũdi vniuntur per ſe preſeitate intentionis, nõ naturæ.

Prima opin. eſt dicentium formam Mundi eſſe Cœlũ, quia ſicut forma continet materiam, & illam terminat, ita Cœlum continet, & terminat vniuerſum hoc inferius.

Forma Mũdi eſt Cęlũ.

Confirm. quia forma dicitur, quæ eſt principium operationum: At operationes omnes, quæ ſunt in hoc Mundo, ſunt à Cœlo, quia ceſſante influxu Cœli, nulla eſſet in inferioribus operatio. Neque dicas eſſe à Cœlo, vt cauſa vniuerſali, non autem vt à forma; nam forma ſe habet, vt cauſa vniuerſalis, reſpectu operationum, quæ ſunt à potentijs proprijs: quare hinc potius confirmatur hæc opinio.

Sec. opin. eſt dicentium Mundi formam eſſe propriam ipſius figuram. Hæc autem figura duplex poni poteſt, vna, conſurgens ex ordine, & congrua ratione partium conſpirantium ad eius conſtitutionem, quæ triplici ratione illi conuenire poteſt, nam vt cuncta complectitur, ſeparatæ mentes præſertim Deus dicuntur caput, Cœlum pectus, mortalia pedes: ſi vero conſideretur, vt complectitur ſolum ſimplicia corpora, ita primum mobile erit caput, plantæ pectus quatuor Elementa pedes: At vt complectitur gradus omnes entium Cælum Plotino eſt caput, quod obtineat ſupremam partem. 2. Cœl.72. Homo pectus, cœtera pedes. Altera conuenit ratione termini extremæ ſuperficiei. Vndè aliqui dicunt formam Mundi eſſe figuram primo modo ſumptam, Alij ve-

Mundi forma eſt figura.

Figura tripliciter Mundo cõuenit.

ro esse figurã secundo modo ſumptã. Sed hi nõ conueniunt inter ſe, qualis ſit hæc figura. Nã Plato in Timæo Mundo tribuit figuram habentẽ duodecim facies; eo quod in Mundo ſint duodecim Sphæræ, & duodecim ſigna Zodiaci, & alia ſimilia, à quibus oriuntur alterationes, & affectiones, quæ ſunt in Mundo.

Figura mũdi habet 12. facies ex Plat.

At alij illi tribuunt figuram Sphæricam, nam Deus Mundo figuram maxime decorã, & ea pácem dedit, eo quod hoc animal intra ſe contineat omnia animalia; & ideò eam figuram Mundus exigit, in qua omnes figuræ continentur, cuiuſmodi eſt Sphærica, in qua omnes lineæ ductæ à Centro ad circumferentiam ſunt æquales, & ob id eſt omnium præſtantiſſima; ita Plato, quem ſequitur Ariſt. 2. Cœl. qui fusè id probat.

Alij eſſe Sphæricam.

Tertia opin. eſt dicentium formam vniuerſi, quæ conſtituitur in ratione totius per ſe intenti, eſſe ordinem partium inter ſe, cũ ſub ordinatione ad aliquod primum, à quo omnes partes pendent, ex hoc autem ordine conſurgit figura.

## ARTICVLVS II.

*Opinio Auctoris.*

4 Prima concl. Cœlum licet habeat aliquã proportionem cum forma, non tamen eſt vera forma Mundi, prima pars patet ex prima opinione, quod ſcilicet habeat rationẽ continentis, & terminantis Mundum Elemẽteram; qui videtur proportionari materiæ.

Cœlum nõ eſt vera mũdi forma, niſi ſecundũ quid.

Secunda pars probatur, quia vera forma etiam accidentalis debet informare, & eſſe intrinſeca corpori, quale habet rationem materiæ, cuiuſmodi non eſt Cœlum, quia eſt corpus completum, nec aptum alteri inhære.

Secunda concl. licet Elementis conueniat figura circularis, non tamen dici poteſt forma vniuerſi, prima pars probabitur cum de figura Cœli, & oſtendit Clauius in Sphæra.

Figura Elementorum circularis, non eſt forma Mundi.

Secunda pars patet; tum quia hæc figura non conuenit Elementis ex propria natura, ſed ab extrinſeco continente, ſcilicet Cœlo, tum quia aqua ſecundum ſe non habet illam figuram, cum non ſit tota ſupra terrã æqualiter, licet ex terrã, & aqua fiat vnus globus, habens figuram circularem, in quo centrum grauitatis differt à centro circumferentiæ; tũ quia vniuerſum non continet ſolum Elemẽta; ſed etiam alia mixta, quæ non habent figuram circularem.

Dices figura eſt forma rei figuratæ; ergo eſt forma vniuerſi. Reſp. omne accidens eſſe formam quandam accidentalem reſpectu ſui ſubiecti, ſed nos quærimus illam formam, à qua ſubiectum habet ſimpliciter eſſe. At vero vniuerſum non habet perfectionem, & eſſe vniuerſi per figuram circularem; nam ſi per impoſſibile Cœlum, ſecundum partem concauam eſſet quadrangulare, & eodem modo volueretur circa terram, vt modo; adhuc vniuerſum haberet ſuam perfectionem.

Cur figura circularis non ſit forma Mundi primaria.

5 Tertia concl. forma conſtituens vniuerſum eſt ordo, & ſubordinatio corporum inter ſe & reſpectu Cœli, quia ab illo vniuerſum habet ſuam perfectionem; ſublato enim ordine, tota Mundi machina perturbaretur, nam non ſine violentia rerum naturæ conſiſterent.

Forma vniuerſi eſt ordo, & diſpoſitio ſubordinata partium.

Confirm. nam Mundus reſpectu Dei ſe habet vt opus artificiale, quia eſt à Deo, vt agente per intellectum, & voluntatem; atque adeo ex Idæa, at in opere arte facto ordo partium habet rationem formæ, vt patet ex ędificiis, nauibus, & ſimilibus. Ex quibus patet vanum eſſe laborem. Piccolominei, dum in lib. de Mundo capit. 30. 31. & 32. conatur varias formas Mundo tribuere variaſque figuras ſub hac, vel illa ratione ex Pythagoræ, & Platonis doctrina, ſed non vacat illa omnia referre, & refellere.

Refellitur op. Piccolominei.

## ARTICVLVS III.

*Soluuntur argumenta aduerſariorum.*

6 Ad primum 1. opin. patet ex dictis quomodo Cœlum habeat, vel non habeat rationem formæ. Ad confirm. formam eſſe quidem principium operationum; ſed intrinſecum operanti, non autem extrinſecum adiuuans intrinſecum principium, cuiuſmodi eſt Cœlum reſpectu operationum, quæ conueniunt partibus integrantibus vniuerſum. Alioqui ſi duo traherent Nauem, vnum eſſet alterius forma.

Forma dicitur, quæ eſt principium operationũ operãti intrinſecum.

Dices primum mobile trahit alios orbes, ergo eſt principium, non ſolum adiuuans, ſed totale motus aliorum orbium. Reſp. orbes ad motum tractus non concurrere actiuè, ſed paſſiuè, atque adeò ille motus non eſt à principio actiuo intrinſeco inferiorum orbium, ſed ab extrinſeco; reſpectu verò propriorum motuum habent proprium principium proportionatum, ſiue ſit forma ipſis intrinſeca, ſiue intelligentia illis aſſiſtens, quæ dici ſolet forma metaphoricè.

Orbes paſſiue concurrũt ad motũ tractus.

Ex quibus patet; quid ſentiendum ſit de ſecunda ſententia, nam primus modus, videtur coincidere cum noſtra opinione, cum ponat ordinem, & diſpoſitionem partium eſſe formam vniuerſi, ſed quoad ſecundum modum dicendi iam diximus, figurã ſiue Sphæricam, ſiue aliam eſſe quidem formam rei figuratæ, cui inhæret, non vero reſpectu ſubiecti, cui non inhæret; at illa figura non inhæret omnibus partibus vniuerſi, nec ſi inhæreret, conueniret illi per ſe, ſed ratione circumferentiæ Cœli.

## QVÆSTIO II.

*De origine Mundi.*

## DVBITATIO PRIMA.

*An Mundus ab alio pendeat.*

Henr. quodl. 1. q. 7. & quodl. 9. q. 17. D. Th. quodl. 3. art. 31. & opuſc. 27. & 1. p. q. 44. vbi Bagnes, Molina, Granatus, Vaſquez, Valentia, & alij, Sonc. 12. met. q. 16. & ſeq. Zerb.

Zerb. q. 9. Bonetus 7. suæ theol. c. 2. Hierom. Pla. 8. phys. de æternit. q. 1. Perer. l. 15. phylosophię natur. c. x. extra ad finem, Iand. 8. phys. q. 1. Bona. 2. dist. 1. ar. 1. q. 1. Scot. q. 3. Capr. q. 1 Arim. q. 1. art. 3. Holcoth. q. 2. art. 5. Durand. q. 2. Baecon. q. 45. & 6. Argen. q. 2. art. 2. Burl. q. 2. Ioan. de Neapol. qq. disp. q. 23. Suarez disp. 20. met. sect. 6.

## ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo notan. tria rerum genera contineri nomine Mundi, primo intelligentias, quæ sunt substantiæ immaterialis, 2. substantias corporeas, sed incorruptibiles, vt Cœl. 3. substantias materiales, sed corruptibiles, quarum natura cum constet ex duabus partibus, vna quæ dicitur materia, altera forma, & ex formis aliqua est incorruptibilis, quæ est independens à materia quoad suum esse, vt anima rationalis, altera corruptibilis, quales sunt omnes formæ cœterorum entiũ inferiorum. Quæstio intelligitur de Mundo, vt constat ex his omnibus partibus.

2 Vniuersum pendere ab alio potest in genere causæ efficientis, finalis, & formalis.

Secundo not. Hæc entia pendere posse ab alio tripliciter, primo in genere causæ efficiẽtis, secundo in genere causæ finalis, tertio in genera causæ formalis, quæ exigitiuè dat rei perfectiones, & quidem primo modo adhuc dupliciter, primo per potentiam naturalem, & necessariam, secundo per voluntatem liberam, & hoc vel elicitiuè, vel consectiuè, seu per resultantiam, vt splendor est à Sole, & delectatio ab apprehensione obiecti, vt ait Aureol. in 2. d. 1. q. 1. art. 1. aliud enim est produci à voluntate elicitiuè, & quasi effectiuè per modum apprehensi, & imperati, aliud consequutiuè, & per modum necessariæ sequelæ etiam si non apprehendatur.

3 2. triplex à sit depentia quæ sit cã, & quomodo.

Tertio not. tria posse in controuersiam adduci, primo an Mundus ab alio pendeat, an vero sit independens, secundo quæ sit causa à qua pendeat, siuè mediata, siuè immediata, tertio de modo, quo pendet, qui modus triplex potest esse, primo in quo genere causę, secundo an necessariò, an liberè, tertio an per creationem, an per generationem, an vero per resultantiam, de quibus omnibus non possumus hoc disputare, nam illud ėst munus metaphysici.

Quartum not. licet apud Catholicos nulla sit de hac controuersia, cum ex fide constet omnia, quæ sunt extra Deum non habere existentiam ex sua natura, sed illam habuisse à Deo per liberam Creationem, vt patet Gen. 1. *In principio creauit Deus Cœlum, & terram*. Io: 1. *Omnia per ipsum facta sunt* 1. ad Corinth. 8. *Nobis tamen vnus Deus Pater, ex quo omnia*, Isai. 40. vbi recensitis ijs, quę dicuntur initio Genesis, subdit *Quis adiuuit spiritum Domini, aut quis consiliarius eius fuit*, Ps. 32. *Verbo Domini Cœli firmati sũt*, & primus 113. *Omnia quæcũque voluit, fecit*, & definitur in Symbolo, vbi dicitur Deus, Creator Cœli, & Terræ, & cap. firmiter de Sancta Trinitate, quare cum antiquis philosophis nobis certandum est. Nam apud philosophos magna est controuersia de causa Mundi, & modo producendi illum. Nam cõtra Hæreticos disputat Aug. lib. 3. de Gen. ad litteram, Athan. lib. contra gent. Ambros. hom. 1. in Gen.

Quæst. hæc est cum antiquis philosophis, nã contra hæreticos disputãt Aug & alij.

Quinto not. sicut de fide est omnia entia extra Deum esse producta, ita Deum esse primum principium omnium visibilium, & inuisibilium, in genere, tum causæ effectiuæ, tum finalis, vnde fit vt ipse det non solum, primam rerum perfectionem, sed etiam postremas, non solum vt causa vniuersalis, qua ratione ad omnia concurrit effectiuè, & immediatè, sed etiam vt causa particularis, non quidem effectiuè immediatè, sed mediatè, & exigitiuè, quia dat rebus naturam, quæ exigit tales, vel tales perfectiones, sicut forma dat materiæ quantitatem tantam, vel tantam, nam materia exigit tantam, vel tantam quantitatem, quia informari debet tali, vel tali forma, ex quo fit vt membra vnius animalis etiam secundum dispositiones accidentales differant à membris alterius ratione formæ, non quidem vt formaliter informat, sed vt finis, qui dat materiæ exigitiuæ diuersitatem dispositionum. Ex qua ratione Auerr. Tr. 1. de substantia orbis primum orbem habere à prima intelligent a rotunditatem, dispositionem partium, & similia, non effectiuè, sed exegitiuè, sic etiam quod orbis Saturni sit maior orbe Solis, non habet ex eo, quod est corpus, quia hoc est indifferens ad tantam, vel tantam quantitatem, sed ex vnione cum tali intelligentia mouẽte, & ideò dixit Arist. *Si orbi adderetur vna Stella, non possit moueri ob improportionem.* 4

Omnia rebus conuenire à Deo siue mediate, siue immediate.

5 Dare esse formaliter, & exigitiuè

Sexto not. ex Zerb. 12. met. q. 9. Primum principium nõ ideò dici primum, ante quod nihil, & post quod aliquid sit, ita vt nihil sit affirmatiuè ante ipsum, quasi ex nihilo ipsum processerit, quia omne tale est possibile ad esse, & non esse, & per consequens pendet ab alio, sed dici primũ priuatione ordinis, quia ipsum ordine prioris penitus nihil habeat ante se, quod se habeat ad esse priuatiue, quasi processerit ex priuatione suis, vel negatiue, quia esse eius, nunquã negari potuit, vel secundum potentiam, quia esse eius in nullo ante radicari potuit, quare est perfectissime primum omni ratione prioritatis, & hinc fit vt esse non habeat, nisi à se ipso sine vlla depẽdentia ab alio, quia solum illi esse est substantiale, & essentiale. Hinc Boetius asserit in omni ente citra primum aliud est, *quo est, & quod est*, at in primo est idem. Hinc sequitur esse fontem omnis esse, hinc dicitur primum negatiue, quia non reducitur ad aliud ante se, & positiue, quia ad ipsum secundum esse omnia reducũtur. Hinc fit esse quodam necesse esse, vt inquit Algazel. vnde habet proprietates dignissimas, primo vt non possit esse accidens, nec virtus corpòrea, vel corpus, nec forma, nec materia, quæ sunt partes cõpositi, secundo non posse dari duo necesse

Cur dicatur primum principiũ.

Primũ primitatẽ negatiua, & positiua.

esse, tertio nō posse aliquod prædicatum dari, quod sit ad ditū esse ipsius. nam quidquid est in ipso est idem ipsi; quarto esse penitus immutabilem nulli vicissitudini subiectum, à quo nō potest esse nisi vnum, quia idem eodem modo se habens non potest facere, nisi vnum, & idem, neque hoc est contra Theologos, quia Dionisius docet, ea quæ sunt à primo per distantiam ab ipso recipiunt differentiam, relata autem ad ipsum, & in ipsum sunt vnum, & idem, quod omnia dicunt peripatetici à primo per primum, & mediatū, quod aliquo modo distat ab ipso, tota producitur rerum diuersitas. quarto non est substātia, nec secundum substantiam, que est in genere. quinto cum nō sit ab alio, omnia ab ipso, esse necesse est.

## ARTICVLVS II.

*Opiniones Doctorum.*

6 Qui negarūt mūdum fuisse ab alio.

PRima opinio fuit quorundam antiquorū apud Augusti. 11. cap 4 omnino stulta, qui negarunt mundum esse ab aliquo factū; Tribuitur Parmenidi, & Melisso, qui cum omnia dicerent esse vnum, videbantur negare rerum productionem, sed, vt in ps. 13. dicitur insipiens, qui in corde suo negauit Deū, ita qui negat mundum esse factum, quia hic consequenter negat Deum esse. Ex quo patet errasse Democritum, Leucippum, & Epicurum dicentes mūdum ortum habuisse ex concursu fortuito primarum atomorum per naturam siue vllo principio dirigente, nam hi explicari debent, vnde sint illa prima corpora, & à qua causa, secundo errant in modo producendi, negando Dei prouidentiam à Contra quos Pythagoras, Plato, & Arist. consentiunt.

7 Fūdamētum huius opinionis nullum aliud video potuisse esse, nisi quia non poterant facilè explicare modum productionis, qualis fuerit; cum apud ipsos tanquam primum principium poneretur, ex nihilo nihil fieri, & cum eductio præexigat materiam, non poterant asserere mundum fuisse generatum, quia nesciebant intelligere quo modo illa materia præfuisset: alterum esse poterat, quia independentia ponebat in mundo maiorem perfectionem, quam si ille habuisset dependentiam, at ipsi nihil hoc mundo præstantius iudicabūt, quare non mirum si ex principijs falsis adeò turpiter hallucinati fuerint.

8 Mūdū fuisse factum ex antiquis.

Secunda opinio est dicentium Mundum fuisse factum, vt plerique antiqui apud Arist. 1. Cœli t. 102. dicentes Mundum fuisse genitum; quos refert Egubinus l. 7. de perenni Philosophia per totum, & probat Sonc. 12. metaph. quæst. 17.

Variæ opiniones de causa effectiua mūdi. Lis & amicitia.

Hi tamē inter se primo diuisi sunt quoad causam efficientem, nam aliqui satis confusè, de illa loquuti sunt, vt Anaxagoras, qui primo posuit intellectum esse causam efficientē.

Alij magis explicitè cum Empedocle posuerunt litem, & amicitiam.

9 Alij dixerunt quidem esse Deum, sed non immediatè, vt Simon Magus, qui dicebat mūdum fuisse conditum ab Angelis, & hos à Deo fuisse genitos ex Selene quadam meretrice, vt refert Irenæus 1. aduersus Hæreses c. 20. Augu. de heres. ad quod vult Deum c. 15. excepit illū Menander eius discipulus apud Ireneum c. 21. Eandem ferè Saturninus apud Tertull. lib. de præscriptionibus, & Aug. lib. de hæresibus hæres. 3. Cherintus idē ait, fuisse conditum à septem Angelis Deo ignorante refert Ireneus lib. 1. cap. 26. Aug. hæresi 8. & Castro V. creatura, & alij, lege Sand. lib. 3. de visibus Monar. — Angeli geniti ex Selene.

10 Ad hæc accedere videtur Durandus, dum negauit Deum concurrere immediatè ad actiones omnium creaturarum, sed immerito.

Gnostici: Deo malo. Origines. Apelles.

Alij, vt Gnostici apud Epiph. hær. 25. 26. Augu. hær. 6. Castro loc. cit. qui cum Origene posuerūt Deum vnum bonum, alium malū, & ab hoc esse creaturas, quorum aliquæ sunt malæ, quem errorem aliqui putant originem habuisse à Nicolao illo vno ex septem Diaconis, alij à Carpocrate apud Augustinum hær. 6. & hanc sequutus est Apelles apud Augustinum hær. 13.

11 Manichæi a Deo bono & Demone.

Alij, vt Manichæi posuerunt duo rerum principia, cōtinuo inter se pugnantia, ex quibus vnum bonorum, alia malorum, principium bonorum Deum, malorum vero Dæmonem, vel sm alios Deum malum appellauit ab vtroque mundum fuisse factum, eo quod creaturę sunt commixtæ ex substantia bona, & mala, & malum purgari per separationem à bono, & contra Vnde dicebant animas bonas, quoad bonum habere esse ex substantia Dei boni, ac quoad malum esse ex substantia mali Dei, & in eodem homine malam animā esse commixtam cum bona, & purgari animas perfectas à permixtione mali per separationem à malo ex Aug hær. 46. quem refert 12 Molina loco citato. Addit Prateolus V. manichęi animam rationalem esse vel Dei boni substantiam, vel ex Dei substātia, corpus vero natura sua malum esse, atque adeò ortri à malo principio, legite Augustinū, & Prateolum loc. cit. Epiphanium hær. 22. & 66. Castro V. creatura. Nicephorum l. 6. Hystoriæ cap. 31. Turrecremata tr. quinquaginta veritatum contra Manichæos edito iussu Pij Secundi. Hi tamen differunt aliquo modo in relatione illius hæres, sed credendum Augu. qui ante conuersionem Manichæus erat, & post conuersionem cum illis acerrimè disputauit.

Animam à Deo bono, corpus vero à malo. Augu. credendum in relatione hæresis Manichæorum.

13 Deus omnium immediata causa.

Tertia opinio communis Philosophorum dicentium Deum esse causam omnium immediatam, tam spiritualium, quam corporalium, siue corruptibilium, siue incorruptibilium, idque non solum ex fide sed etiam ratione naturali posse probari Zerb. 1 meth. q. 4. & 9. Sonc. 12. q. 18. & 20. Hanc docuere præcipui Philosophi Plato, & Aristoteles, vt infra, qui tamen inter se non conueniunt in modo productionis nam Anaxagoras posuit Deum, & chaos infinito tempore quieuisse, deinde incepisse motum, redigendo in ordinem — Discrimen in modo dicendi.

nem chaos, & ab Ariſt. videtur tribui Platoni; quod diuina mens ex cunctis ſenſibilibus corporibus, inordinatè motis mundum genuerit ſeruandum æterno tempore. Vnde videtur poſuiſſe motum inordinatum, ante motum ordinatum; licet Sebaſtianus Foxius l. 2. capite 1. putet ſecundum Platonem, Mundũ fuiſſe æternum, & conuenire cum Ariſt.

14 *Mundus ex Ariſtotel. eſt à Deo per emanationẽ æternam.* Alij vero cum Ariſtot. dicunt Mundum fuiſſe ingenitum, & ex omni parte æternum, & à Deo pendere, ſiuè per æternam, & neceſſariam quandam emanationem ab immutabili eius voluntate, vt illi tribuunt Auic. Algazel, Diuus Th. Simplicius, & alij, & probant ex 12. met. 38. 2. met. 4. & 5. ſiuè per æternam conſeruationem mouendo Cœlum, nã eo quieſcente confunderentur omnia, atque adeo mundus deficeret. *Vel per cõſeruationẽ per motum ex Auerroe* Quare ſecundum hos negat Ariſtoteles Mundum ſecundum partes corruptibiles fuiſſe à Deo factum, ſiuè elicitiuè, ſiuè conſecutiuè, ſed ſolum conſeruatiuè, & multo magis negauit ſecundum partes incorruptibiles fuiſſe factum, hanc Auer. tribuit Ariſtoteli, vt refert Aureolus loc. cit. quia vbi non eſt materia, ibi non poteſt eſſe extractio alicuius de potentia in actum; atquè adeò neque actio, & conſequenter, nec efficiens. De qua re Achillinus lib. 3. de orbibus nu. 2. Aureolus in 2. d. 1. a. 1. ad 2.

15 *At ex Ariſt. mũdus fuit factus à Deo quoad materialia, non tum quoad immaterialia apud Aureolum.* Alij vero apud Aureolum loco citato putant ſecundum Ariſtotelem mundum fuiſſe creatum quoad corporalia, non autem quoad immaterialia, quod ſeptimo metaphyſ. 58. dicat quædam æterna habere cauſam, quædam vero nequaquam, ideſt intelligentias, vt ibi Auer. & 12. met. t. 44. ex corporeis vero primũ Cœlum immediatè à Deo fuiſſe productum, cætera vero mediante Cœlo Secundo differunt, quod alij putant Ariſtotelem cenſiſſe intelligentias eſſe actus puros, & neceſſarios pendere tamen effectiuè à Deo, quod 2. met. 4 dicat aliqua neceſſario poſſe habere cauſam ſuæ neceſſitatis.

16 Alij vero ex eo, quod intelligentiæ pendeant à Deo, negant eſſe actus puros, atque adeò ex ſe, & ab intrinſeco habere poſſibilitatem, & contingentiam, à Deo tamen, atque adeò ab extrinſeco habere neceſſitatem, & æternitatem, ita Auic. & tribuitur Auer. & Ariſt. Tertio differunt in modo productionis, quod aliqui ex Philoſophis dixerint fuiſſe productum per generationem, vt Ariſtot. tribuit Platoni. Alij per quandam emanationem, vt lux à ſole: Alij per liberam creationem, vt peritiores docent.

## ARTICVLVS III.

### *Opinio Auctoris.*

17 *Omnes rerum ſpecies infra lunam ſunt ab alio* PRima concluſio omnes rerum ſpecies, quæ infra lunam exiſtunt, dependent ab alio principio, probat Foxius loc. citato, quia eadem eſt ratio partium, & totius, ſed quotidie videmus partes interire, & generari; ergo & totum eſt generabile, & corruptibile; ſed hæc ratio claudicat aliquo modo, quia videtur probare totum fuiſſe productum per generationem, & non per creationem, poteſt tamen reduci ad bonum ſenſum, quatenus formæ rerum corruptibiles in prima Mundi creatione probabiliter fuerint eductæ ex potentia materiæ; licet ſpecies rerum dicantur creatæ ratione materiæ.

Confirmat primo Foxius, quia omnia inferiora ſunt compoſita ex materia, & forma, at illa compoſitio non poteſt eſſe à ſe ipſa, vt patet; ergo ab alio, quæ ratio optima eſt, patebit ex dicendis, de quo Legendus Alb. 8. phyſ. tr. 1. c. 12.

Confirmat 2. Molina 1. p. q. 2. art. 3. quia nullum indiuiduum earum ſpecierum, quæ ſunt infra lunam, habet exiſtentiam ex vi ſuæ eſſentiæ, tum quia ſi ſic non poſſet corrumpi, quia eſſentialia ſunt inſeparabilia; tum quia conſtat generari ſpecies in indiuiduis, quia ſpecies non habent exiſtentiam abſtractam, ſed contractam ad indiuidua, ergo ſi nullum indiuiduum exiſtit ex ſe, neque ſpecies poterit ſic exiſtere, ſicut ſi nullum indiuiduũ exiſteret, impoſſibile eſſet, ſpeciem aliquam exiſtere, vt notat Ariſtoteles in prædicamento ſubſtantiæ. Hinc facile ſequitur exiſtentiã, quam habent, habere ab alio, quia vt rectè D. Th. 1. p. q. 3. ar. 4. quidquid habet exiſtentiam, vel illam habet ex ſua eſſentia, vel ab alio. 18 *Molin. rõ.*

Reſpondent Aliqui omnia quidem indiuidua generari, & corrumpi, atque adeò nõ habere eſſe ex ſe, ſed ſpecies habere exiſtentiam ex ſe, quia habent illam non ab alio extra latitudinem ſuorum indiuiduorum, ſed ex aliquo indiuiduo ſuo vagè, nam vnum eſt ab alio, & hoc ab alio in infinitum, ita vt non poſſit deueniri ad primum, quod habeat eſſe ab alio extra latitudine indiuiduorum, vt defendit Ariſtoteles generationes rerum ab æterno. 19 *Reſp. aliorũ*

Sed contra, tum quia infra oſtendemus ſucceſſionem rerum in infinitum ab æterno eſſe impoſſibilem, tum quia ſpecies v. g. equi producta in tempore eſſet eiuſdem naturę, ac quæ eſſet producta ab æterno, ſed ſpecies producta in tempore, non poteſt habere eſſe ex ſe in aliquo ſuo indiuiduo, ſiuè determinato, ſiue vagè; ergo neque producta ab æterno, nam naturæ eadem habet eaſdem proprietates; & conditiones. At vero ſi vna ſpecies eſſet dependens, & alia independens, non poſſent eſſe eiuſdem ſpeciei; tum tertio quia tota collectio indiuiduorum non poteſt habere eſſe ex ſe, quando nulla illius pars habet eſſe ex ſe, ſed indiget cauſa, per quam extrahatur de non eſſe ad eſſe; ſi enim tota collectio haberet tale eſſe, illud haberet ex vi alicuius indiuidui, at conſtat quodlibet indiuiduum, ſiuè diſtributiuè, ſiuè collectiuè, ſiue confusè, & indeterminatè, ſiuè determinatè ſupponat, habere eſſe ab alio, & non eſſe ex ſe, ergo ſimiliter totam collectionem illorũ. 20 *Oppugnatur reſp.*

Dices, ſicut tota collectio partium proportionalium quantitatis non habet minorẽ, ita dici poſſet totam collectionẽ indiuiduorum non habere exiſtentiam ab alio, cum tamen quodlibet indiuiduum illam habeat ab alio. 21 *Obiectio ex partibus proportionibus.*

Solutio illius.

alio. Sed contra, quia ideo tota collectio non
habet minorem, quia extra illam non est ali-
qua pars componens illud totum, at quælibet
pars, quæ continetur intra illam collectionē
habet minorem determinatè accepta, non aūt
confusè, & indeterminatè, qa sic non quæli-
bet habet minorē; Neq; hinc fit dari minimā,
quia illa esset determinata, & signari posset,
at in tota collectione nulla determinata da-
tur, quæ non habeat minorem. Quare cum
negatur dari minorem, non est, quia datur
minima, sed quia tota collectio constat ex
maioribus, & minoribus, extra quas non da-
tur alia minor. At verò in generatione indi-
uiduorum non est eadem ratio, tum quia cū
generatio sit actus quidam, non potest exer-
ceri, nisi circa terminum determinatum, sicut
æquitatio non potest exerceri nisi in inde-
terminato æquo, & non in æquo vagè sum-
pto, licet aliquis vagè sumptus sit necessarius
ad æquitandum: quare tota collectio non
potest non generari ab alio extra illam,
23 eum nullum indiuiduum indeterminatum
possit terminare generationem, atque adeò
non habet species, vnde existat ex se. Neque
dicant rerum essentias esse ingenerabiles, &
incorruptibiles, quia id intelligitur prima-
riò, nam non sunt præcisè sumpto capaces
existentiæ, sed vt illam habent in indiuiduis;
ita in illis sunt generabiles, & corruptibilis,
tum secundo quia inter partes, constituentes
totum, necessariò dantur partes indetermi-
natæ, quia cum sint inter se vnitæ, & compo-
sitæ ex alijs in infinitum, non potest deueniri
ad vltimam, sed semper remanent partes de-
terminandæ in infinitum, quod si essent sepa-
ratæ inter se, illæ non possent esse indetermi-
natæ, sed determinatæ; at indiuidua specie-
rum cum sint inter se separata, & vt sic ter-
minent generationes, & recipiant existentiā,
non possunt, vt sic habere indeterminationē,
sicut si omnes partes continuæ per impossi-
bile essent separatæ, omnes essent determina-
24 Explicatur quomodo tota collectio partiū proportionalium non habet minorem.
tæ, atque adeò tota collectio esset ex partibus
determinatis. Tum tertio, quia propositio illa
*tota collectio partium non habet minorem*, sim-
pliciter est falsa, quia vel negatur minor ex-
tra illam, & constat dari posse minorem in
altera collectione partium, vel negatur mi-
noritas partium, quæ sunt intra illam, &
constat dari minorem, quia cum omnis
habeat minorem, & nulla sit, quæ non ha-
beat minorem, similiter tota collectio ex il-
lis habebit minorem, quia tota collectio non
25 In tota collectione non datur vna minor omniū sed sunt infinitè minores,
est aliud, quam omnes partes simul sumptæ,
inter quas datur maior, & minor.

Dices quæ est illa pars, quæ est minor om-
nibus partibus simul sumptis. Respondeo
nullam posse signari, quia non est vna, sed
sunt infinitæ minores alijs in illa collectione,
& ideò omnes simul sumptæ habent mino-
res, quia quomodocumque partes accipian-
tur, de omnibus verum est, quod habeant mi-
nores; quia tota collectio, quæ non est aliud,
quam partes simul sumptæ, componitur ex
partibus maioribus, & minoribus. Quæ do-
ctrina verissima est, si ly tota sumatur synca-
tegorematicè. At vero difficultatem habet
si sumatur categorematicè, de qua re infra. 26

Secundo probatur concl. ex principio Ari-
stotelico, qui ex eo, quod quidquid mouetur
ab alio moueatur necessariò infertur deuenie-
dum esse ad aliquod principium immobile,
quod sit extra totam latitudinem mobilium,
ergo similiter, cum quidquid generetur, ab
alio generetur, deueniendum est ad aliud
principium ingenerabile, à quo sit tota collec- 27
ctio generabilium. Neque obstat quod in
causis per se subordinatis, non possit procedi
in infinitum, & ideò deueniri debet ad ali-
quod primum, quod sit principium aliorum.
At in causis per accidens subordinatis, euius-
modi est generatio indiuiduorum, dari potest
processus in infinitum, & ideò non est neces-
sariò deueniendum ad primū aliquod prin-
cipium, non inquam id hic obstat, tum quia
alibi ostendimus processum hunc in infinitū
tam repugnare in causis per se, quàm in per
accidens subordinatis; tum quia hic nō quæ-
rimus, an in illa seriè generatorum debeat
dari primum, sed an exigat aliquod princi-
pium extra illam seriem, quod probamus ex
mente Aristotelis, qui putauit totam seriem
mobilium siue sit finita, siue infinita exigere
principium immobile extra illam, quod ma-
gis verum erit in re nostra, nam ibi non tra-
ctatur de existentia mobilium, sed de motu
hic autem tractatur de existentia, quæ reci-
pitur ex vi generationis. In qua re magis exi-
gitur principium extra totam illam colle- 28
ctionem, à quo sit tota collectio.

2. Cōcl. probari pōt lumine naturali, mūdū
ēt quoad partes incorruptibiles esse ab alio,
1. quia antiqui Philosophi id expressè docue
rūt; at illi hāc veritatē non habuerūt ex fide,
quia illa caruerunt, ergo illam habuerunt ex
vi luminis naturalis. Maior patet ex ijs, quæ
refert Eugubinus cap. 3. de perenni philoso-
phia per multa capita, & lib. sybillarum, qui
extant in bibliotheca Patrum, & Lact. lib. 1.
l.b. 6. Nos solum aliquos referemus, primo
enim Orpheus omnium Græcorum sapien-
tissimus, qui in Argonauticis, Mundum à
Deo fabrefactum mystica poemate decanta-
uit, leg Lactantium lib. 1. c. 5. Secundo Tris-
megistus in lib. quem inscripsit *ἱερὸς λογὸς*,
*principium rerum Deus mens, natura, & ma-
teria*, & in libro de mente ob hanc causam
cuncta condidit, *vt per omnia ipsum cerne-
rer*, & in Hymnodia silentium rebus omni-
bus indicens, *Laudaturus enim*, inquit, *sum,
qui creauit omnia, qui Terram formauit, &
finxit*. Tertio, tales apud Laertium, *pulcbra
res Mundus, opus enim Dei est*. Vnde Cic. de
natura Deòrum, & Lactantius lib. 1. cap. 5.
dixerunt, *mentem quæ ex Talete cuncta fin-
xit ex aquis, esse Deum*. Quarto idem de men-
te posita ab Anaxagora. Quinto Melissus
Parmenides, Empedocles, Pytagora, & anti-
quiores Græci apud Simplicium 1. phys.
com. 3. & 4. Secundo prob. nā opinio, in quā
oēs Gentes consentiunt, non potest esse falsa
ex Arist. lib. de diuinat. per somnium c. 1. nā
fabulosæ opiniones, q̃ sæpe mentibus homi-
nū probatur, nec fuerūt omnibus nationibus
pro-

probatæ, & sensim sine sensu euanuerunt. At hæc opinio, & vniuersalis semper fuit, & in dies altiores radices in mentibus hominum semper egit. Tertio probatur rationibus cōmunibus, tam in corporeis, q̄ in spiritualibus primo probat Bonetus, quia illud causatur ab alio, quod infertur quoad suum esse ex alio posito, quia causare, seu producere sec. ipsum 2. phys. non est aliud, quam inferre aliquid post non esse, vel in esse post esse, vel tantum in esse, vt in productis ab æterno, sed hoc maxime conuenit primo motori, quia si conuenit alteri enti, vt ex esse ipsius inferatur aliud, quoad esse, multo magis id conuenire debet, primo motori, nam inferre aliud hoc modo non dicit imperfectionem, atq; adeo debet poni in illo, cum sit ens perfectissimū, sed hæc ratio supponit falsā minorem, cum illatio possit esse ex effectu ad causam, nec sufficienter probat minorem, cum negari possit ab aduersarijs omnia inferri ex eo quod existit primus motor, nisi per quādam concomitantiam, ideo a. alij probant, quia omne ens per participationem pendet ab ente per essentiam, tum quia eo ipso, quo non habet existentiam ex sua essentia, debet illam participare ab eo, quod habet illam per suam essentiam; nam debet reduci ad aliquod independens, quod significat Aristoteles 2. met t. 4. tum quia omne ens exemplatum, & transcriptum ab ente vero simpliciter, debet produci ab illo, quia omne ens diminutum habet ortum à principali, sed omnia alia à primo ente, sunt diminuta, & exemplata à primo ente, cum sit omnium exemplar, & idea vt alibi probatur, & licet Bonetus 7. suæ Theol. si neget maiorē; quod ars domificandi non est producta à Domo, a qua exemplatur, nec visio ab obiecto, tamen quando non potest dari aliud agens, necessario habens id eam operis dici debet efficiens illius, nam constat illud opus, cū sit exemplatum iodigere efficiente, ga nullum est aptius, quā habens ideam operis neque exempla sunt ad rem, vt alibi ostendi, quare potius debuit negare minorem, vt rationem infregeret, sed omne ens à Deo distinctum est ens per participationem, quia vt recte D. Th. 1. p. q. 44. art. 1. esse eos per essentiam est proprium Dei, quod est ipsum esse per se subsistens ex 1. p. q. 3. art. 4. atque adeo non potest conuenire enti, quod est distinctum à Deo, & ideo omne aliud est ens per participationem legite Caiet. q. 44. Suar. disp. 21. sect. 2. num. 16. & disp. 30. sect. 1. n. 6. & sect. 2. n. 18. & 19.

Bone. ratio.

Refellitur.

Aliorum ratio.

Defenditur ratio cōtra Bonetum.

Confirmatur, quia eo ipso, quo aliquod prædicatum alicui conuenit, & non est illi essentiale, debet conuenire illi cum dependentia, siue per emanationem ab essentia, vt calor conuenit igni, siue ab extrinseco principio. At existentia conuenit alijs entibus distinctis à Deo, & non conuenit per emanationem ab essentia, quia nihil se ipsum producit, & quia in causa præsupponitur existentia prius natura, quam causet, ergo conuenit ab extrinseco principio.

Existentia nō cōuenit creaturis ex vi essentiæ effectiuè.

Responderi potest esse ex vi suæ essentiæ conuenire alijs à Deo, atque adeo non esse proprium Dei, sed contra inquit Diuus Thō. loc. cit. quia esse à se, seu per essentiam non potest esse, nisi vnum, ex q. 11. art. 3. & 4. vt si albedo esset per se subsistens, non posset esse nisi vna, tum quia albedines multiplicātur secundum recipientia, & ratio mihi est, quia illud, quod existit per essentiam, per illud quod essentiale habet esse tale, & hoc tale, quia existentia supponit principium indiuiduans. At quod est hoc tale per essentiam, est immultiplicabile 2. Diuus Th. vero probat, quia illud, quod est per suam essentiam subsistens, est simplicissimum, ergo non potest dari aliud sibi æquale, quia haberent gradum, in quo conuenirent, & in quo differrent, quod repugnat summæ simplicitati. Hinc fit esse per essentiam, vel esse independens ab alio, esse prædicatum, ita proprium Dei, vt nulli alteri enti possit conuenire 3. Sonc. uero 12. Met. q. 17. probat, quia esse per se primo non potest pluribus conuenire, sed si essent plura independentia, tune esse per se primo pluribus conueniret, nam quod conuenit alteri, & non per causam conuenit illi per se primo, nam ly per se excludit, *per accidens*, & ly primo excludit per aliud maior prob. tū quia quod conuenit p se primo alicui, cōuenit adæquatæ, at neutri conuenitet adæquatæ, tum quia ex posterioribus patet prædicatum per se primum dici, quod conuenit alteri sine medio, & omnibus alijs conuenit per ipsum subiectum 1. poster. com. 2 t. legite Eugubinum lib. 3. de peremni philosophia cap. 13. vbi probat vnitatē Dei. Confirmatur ex Alens. 1. p. q. 6. memb. 1. nam vbi est independentia, secundum existentiā, ibi est infinitas per essentiam, sed nullum ens à Deo distinctum, est infinitum per essentiā, ergo maior prob. à D. Th. 1. p. q. 7. ar. 1. quia q. existit per essentiam, non habet existentiam, receptam in essentia, sed quod est tale, est infinitum per essentiā, & in omni alio ente esse est receptum, ergo nullum aliud ens à Deo distinctū, potest esse infinitū p essentiā; verū hæc ratio aliquo modo claudicat, qui multi putant in rebus creatis existentiam non distingui ab essentia, & non satis probatur ens, existens per essentiam esse infinitum per essentiam, quia possit dici, habere tantam perfectionem, quantam habet existentia, quam essentialiter includit, sicut enim existentia, quæ ex extra essentiam, adueniens essentia, non tribuit aliam perfectionem, quam ipsum existere: ita etiam, si conueniet essentialiter, nam sicut alia facit existere accidētaliter, ita illud facit existere essentialiter; ideo 2. prob. ab Alensi apud Vasq. disp. 25. c. 5. nam quidquid existit per essentiam, est independens ab omni causa, ergo est illimitatum secundū essentiam; quia nihil habet, à quo limitetur, cum careat omni causa, à qua oritur limitatio. Neque hæc infinitas secundum essentiam potest communicari creaturæ, sicut communicatur

30 Neq; ex essentię essentialiter ex D. Th.

Cur esse per essentiā non possit esse, nisi vnum.

D. Th.


Sonc.

Alens. Independētia secundū existentiam ponit infinitatem.

31

D. Th. ratio reijcitur.

Alens. ratio



nicatur infinitas secundum durationem, nam infinitas, quæ communicatur creaturæ, est infinitas per participationem, quæ distinguitur ab æternitate Dei, at infinitas secundum essentiam non est communicabilis per participationem, quia non esset infinitas secundũ essentiam; Sed quia hæc ratio examine indiget, de quo in prima parte, ideo tertio probat Vasquius disp. 175. cap. 2. nam quod essentialiter est existens, nulla alia perfectione indiget, quia intra essentiam omnia prædicata continentur, cum existentia sit prædicatum, supponens alia prædicata, & illa faciat existere; at infinitum per essentiam dicimus, quod à se ipso est, nullo alio indigens, vt Vasquius disp. 25. & melius. Suar. disp. 30. met. sect. 2. nu. 18. 59. ostendit. Confirm. à Sonc. quia omne potentiæ actiuæ respondere debet aliquod obiectum adæquatum 2. de Anim. t. 33. nam inde potentia habet vnitatem, & distinctionem, vt alibi, sed primum ens habet potentiam infinitam, vt alibi ostēditur, ergo habet obiectum adæquatum, at hoc non potest esse, nisi ipsum ens possibile esse, seu omne ens, cui non repugnat esse, alioqui si daretur aliquod extra illud, Dei potentia non esset infinita. Sed de hac ratione in metaphysica.

26 ratio Vasq.

Tertio principaliter prob. omnia reuocāda esse ad vnum principium, quia alioqui vniuersum nec esset rectè ordinatũ, nec posset rectè gubernari, vt fusè Cic. de Natura Deorum, confirm. quia si omnia non prodirent à primo principio illud, neque esset vnũ, neque optimum contra communem conceptum sapientum conseq. patet, quia si esset aliquod, quod ab illo non prodijsset, id etiam haberet rationem primi, & ita essent plura prima, & si esset aliquod bonum, quod non esset ex illo bono, essent plura bonorum genera, nec connexa, nec conspirantia ad vnũ, atq; adeo inde destrueretur dilectio Dei erga Mundum; & prouidentia, quæ Mundum gubernat, ita Piccol. lib. 2. de Creat. c. 2. circa finem. Contrarium aliqui videntur docuisse, dicentes creationem rerum lumine naturali non potuisse cognosci, eo quod est axioma lumine naturali cognitũ ex nihilo nihil fieri; sed hi falluntur, quia vt alibi ostendemus lumine naturali cognosci Dei potentiam esse infinitam, atque adeò posse supplere causalitatem materiæ per suam efficientiam, quod an cognouerat Aristoteles dicetur infra, vbi etiam disputabitur an etiam necessaria, & æterna sint à Deo.

Probatur omniũ depēdētia ab vnitate principij.

Cur lumine naturali cognosca-tur ex nihilo aliquid fieri.

Tertia concl. omnia entia pendent à Deo, & vltimo fine patet primo ex scriptura prouerb. 13. *Omnia propter ipsum, &c.* 2. ex Aristotele 12. met. 52. vbi vniuerso ait conuenire duplex bonum, vnum intrinsecum, & est ordo, alterum extrinsecum, & est Deus, 3. probatur, quia sicut omne ens per participationem est ab ente per essentiam, ita omnia quæ sunt bona, per participationē ordinātur ad primũ, & summũ bonũ per essentiā. Videndus D. Th. in 1. dist. 1. q. 2. art. 3. Alensis 2. p. q. 17 mem. 3. Sonc. 12. met. q. 32. & 37. Zerb. 12. m. q. 7. 8 & 22. Riccar. in 2. dist. 5. optimè.

27 Omnia pendent à Deo, vt vltimo fine.

Ex quibus patet Deum esse causam efficientem omnium, nam, vt fusè probat Herueus quodl p. q. 8. quidquid depēdet ab aliquo, vt causa finali, necessariò indigere causa efficiente, quod nos etiam alibi probauimus ex Sonc. 12. met. q. 38. At repugnat Bonetus lib. 7. Theol. natur. c. 1. ex Auer. quod aliud sit finis productionis, qui infert agens, aliud finis rei producto, qui non infert efficiens, vel quod aliud sit causa finalis, aliud finis, sed hæc doctrina posita non euertit, quia agens non solum respicit finem productionis sed etiam Dei productæ, nam illam producit motus ex illo fine.

Deus est omniũ efficiēs, vt probat Her. ex dep. finali.

Bonetus repugnat.

Contrarium docuere aliqui Peripatetici, qui ex Auerr. negant vniuersum pendere à Deo in genere causæ efficientis, vel finalis, sed solum in genere causæ formalis, dantis nō actum primum, sed secundum conseruando per motum, & largiendo externas perfectiones, eo modo quo forma est causa omnium externarum perfectionum, & hinc dicitur 1. causa, non quia dat perfectiones effectiuè, sed exigitiuè, & de hoc modo causandi intelligitur Arist. 2. met. t. 4. & hanc sequitur Aureolus loc. cit. ex mente Arist. & probat quia causa finalis non est, vbi non est efficiēs, ex 3. met. t. 3. *Quo pacto, inquit, in immobilibus reperiri potest principium motus, & boni natura, cum omne ex se bonum, finis sit, & ita causa, vt eius gratia fiant, & sint cætera, finis autē, & cuius cā, actus cuiusdā est finis, actus autem omnis est cum motu; quare in immobilibus non contingit hoc esse principiū, &c.* Resp. 1. Deum esse causam productiuā, vt supra 2. Resp. sufficere, quod sit causa conseruans, & mouens ex Arist. vt omnes fatentur. Ad Arist. t. Respondent aliqui ibi Auer. & Arist. loqui de fine, qui acquiritur per motum, quia hic ad efficientem refertur: non autem de fine ordinis. Quomodo forma dicitur finis materiæ, & effectus formalis finis formæ: nam ita finis habet connexionem cum qualibet causa, & ita omnia, quæ ordinātur ad aliud, respiciunt illũ finē.

28 Auerr. negat vniuersum pēdere à Deo effectiue, vel finaliter, sed formaliter.

Aureol. ex mente Aristotelis.

Finis motus, & ordinis.

Contra eandem conclusionem sunt Democritus, Leucippus, & Epicurei apud Lucretium, qui cum Mundum putent casu fortuito factum, consequenter negant habere finem, sed contra hos plura Aristoteles, nam sicut in alijs, sic etiam in Mundo duplex cōstituitur finis. Vnus productionis, seu generationis, & est Mundi forma, idest vniuersalis partium ordo. Alter est rei productæ, seu genitæ, & hic finis adhuc est duplex, vel totius Mundi, vel partium inuicem relatarum & quidem finis totius gratia cuius q; est perfectio ipsius Mundi: finis vero cui ipsius, perfectionis; sunt rerum species, ex quarum ordine consurgit Mundus: finis vero cui omnia feruiunt, principalis est Deus. At vero si partes inter se comparentur, imperfectiores sunt gratia perfectiorum, vt non viuentia inter corruptibilia sunt gratia viuentium, & hæc gratia hominis.

29 Dem. Leuc. & Epicuri negāt Mundi dependentiam.

Duplex finis generationis, & rei genitæ.

30 Homo finis Mundi ex Dei extrinseca ordinatione.

Quarta concl. videtur etiam certum hominem ex extrinseca Dei ordinatione esse finem Mundi: quia omnia propter electos & ps. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*. & 1. Cor. 3. *Omnia vestra sunt, siue Mundus, siuè vita, &c.* Et ratio est, quia homo est omnium inferiorum Creaturarum perfectissimus, & licet aliqua sint noxia homini, tamen conducunt alijs, quæ vtilia sunt homini. Vnde Arist. vult hominem esse regulam dignoscendi cœtera animātia. vt Scalig. exer. 25. pulchra adducit. Confirm. ex 2. Phys. 24. vbi ait nos esse finem artefactorum, vt ibi Auer. Alb. & D. Th. de naturalibus nihil dicūt. Hinc Arist. 12. met. t. 52. reprehendit negātes in vniuerso vnum esse ob aliud: quia *omnia coordinata sunt aliquo modo, sed non similiter, & natural ia, & volatilia, & plantæ, & non ita se habent, vt non sit vnius ad alterum aliquid, est enim aliquid &c.* primo Polit. c. 5. scribit. Plantas esse animalium causa, & cœtera animalia causa hominum. Denique de natura, quæ nihil frustra facit, omnia hominum gratia fecisse videtur. vt Cicero lib. 1. de legibus circa medium, Lactantius lib. de ira Dei cap. 13. 14. Molina 1. p. q. 2. art. 3. ex Platone in Timæo & q. 22. artic. 1. disp. 2. Ludouicus A ponte 1. p. medit. in 1. fundamento, Zerb. 12. met. q. 22.

Negant aliqui ordinē rerum ad hominem.

Contrarium docent aliqui ex iunioribus, quod putent singulas species completas esse propter proprias operationes, & non ordinari secundum essentias ad alias species. sed hi Doctores, si negāt extrinsecam ordinationem rerum ad hominem, scripturæ repugnāt si intrinsecam, & naturalem ad Deum scripturę repugnant & rationi, vt ostendit Heru. Tr. de æternit. Mundi quæst. 4. 5. si vero intrinsecam ad hominem, disputabitur infra. Interim legatur Nyssenus lib. de hominis opificio cap. 1. & 2. ideo prius inquit, cœteræ creaturæ ante hominē fuere productæ: *Quia consentaneum non erat Imperatorem existere prius, & alia quibus esset cū potestate psuturus. Præparato nimirum ante omnia imperio, tūc deinde proximum erat, Regem designare, &c.*

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Soluuntur argumenta aduersariorū.*

31 1. Ratio negantium.

Duo videntur fuisse fundamenta aduersariorum, vnum ex axiomate communiter recepto apud antiquos sapientes, *scilicet ex nihilo nihil fieri*, atquè adeò cum multa in hoc Mundo viderent, quæ non possunt esse ex præsupposito subiecto, vt materia, Cœli, & intelligentia, enuntiarunt illa entia esse improducta, atque adeo Mundum ratione illorum improductum, sed obscuratū habentes mentis intellectum ex deprauatis affectibus, se se supra materiales causas non poterant erigere, atque adeo veritatem lucem clariorem videre; quare explicandum est nobis illud axioma, *ex nihilo, nihil fieri* tripliciter posse intelligi primo vt, ly ex dicit terminum à quo, & satis constat esse falsum: nam forma, vt rectè notat Philoponus fit ex nihilo sui, ergo ex nihilo, tanquam ex termino à quo aliquid fit. Neque dicas præcedere aliam formam oppositam, ex qua, tanquam ex termino fit; tum quia id nō est necessarium, cum multa sint, quæ carent opposito, vt lumen, colores cum primum ex mixtione generantur, & similia; tum quia opposita forma potius impedit productionem, quam adiuuet, nam forma carens contrario producitur in instanti, quæ vero habet contrarium, vel nullo modo producitur, vel successiuè.

Ex nihilo nihil fieri tripliciter intelligi, vt negat Terminū à quo

Secūdo intelligi potest, vt ly ex dicit causam efficientem, & ita verissimum est, ex nihilo, idest vbi non est causa efficiens, nihil posse fieri, & quia àtiquiores philosophi omnia viderent fieri per causas naturales, dixerunt ex nihilo. idest vbi nulla causa naturalis est, nullum effectum posse fieri, scilicet modo naturali, vt docuit Aristoteles 1. phys. *Omnes enim qui de natura loquuti sunt, in hoc conuenerunt, ex nihilo nihil fieri*, sed inde hallucinati sunt, quod non attenderint ad causam superiorem causis naturalibus, quæ potest operari, etiam dum nulla est causa naturalis, quod si animam rationalem immortalem esse cognouerint, atque adeo productam ab agente sine subiecto substentante, tamen non fuit producta sine causis naturalibus disponentibus subiectum, & sine subiecto recipiente illam; atque adeo non potest dici fuisse factam ex nihilo, tanquam ex causa efficienti naturali. 2. vt negat efficiens.

32 3. Vt dicit causā materialem, siuè affirmatiuè siuè negatiuè.

Tertio potest intelligi, vt ly ex dicit causam materialem, siue recipientem, siue substentantem, quod dupliciter intelligi potest tum affirmatiuè, quasi nihil sit subiectum effectionis, & ita verum est ex nihilo nihil fieri, quia nihil non potest esse subiectum productionis. Secundo negatiue, vt scilicet respectu effectionis negetur subiectum concurrēs, simul cum causa effectiua ad productionem effectus, & ita verum est si spectentur causæ naturales, quia nulla illarum agere potest sine subiecto, at vero falsum est respectu causæ superioris, quæ propter suam perfectionem, & infinitatem non eget subiecto coadiuuante ad productionem totius effectus, sed se sola totum producit, quod ex dictis patere potest, & pluribus infra ostendemus; nā quo causa est potentior, eò requirit subiectū minus dispositum, quia ex potentia remotiore deducere potest effectum ad actum: cum ergo detur causa, non solum superioris rationis, sed etiam infinitæ potentiæ, producere poterit effectum ex nulla præsupposita potentia, quia sicut nulla proportio est inter potentiam finitam, & infinitam, ita nulla est inter negationem potentiæ subiectiuæ, & positionem illius; immo maior est distantia inter potentiam finitam, & infinitam; quam inter negationem potentiæ subiectiuæ, & positionem illius. Vnde si potentia finita potest producere effectum ex materia, infinita poterit ex nulla materia. Sed de hac re infra. Deū autem esse infinitæ potentiæ ostendit,

Ratio cur dari possit productio ex nullo subiecto.

Sonc. 12. met. q. 40. 41. & 42. Zerb. quæst. 11.

33 2. Ratio negantium. Alterum fundamentum habere potuerũt ex ratione necessitatis, quod entia necessaria careant causa, vt patet ex prædicatis essentialibus, quæ naturæ conueniunt sine causa; cum igitur secundum antiquos dentur aliqua entia, quibus necessario conuenit existẽtia, consequenter dixerunt illa non habere causam, sed in hoc etiam hallucinato sunt, nam aliqua necessaria sunt complexa, aliqua incomplexa, & quidem ex complexis alia carent causa, vt prob. argum. ex prædicatis essentialibus, alia vera habent causam, vt passiones, conueniunt subiecto per causam, vt explicat Aristotel. 2. met. cap. 1. & probat Egid. 16. q. 22. ostendens eamdem esse dispositionem rei in sua veritate, & in sua entitate.

De necessarijs vero incomplexis idem omnino ex eodem Aristot. dicendum videtur, quod primum ens, cum necessariò existat ex vi suæ essentiæ, non habet causam suæ existentiæ: at vero alia, quæ non habent existẽtiam ex sua essentia, etiam si habeant necessitatem existendi, illam habent à sua causa, quæ necessariò operatur; quod notat ibi D. Th. *sempiterna inquit non solum habere causam sui motus, sed etiam sui esse*, & idem docet 8. physic. lect. 3. & Flandria 4. Met. q. 5. art. 2. Sonc. 12. met. q. 70. Zerb. 12. met. q. 9. & nos plura infra.

## DVBITATIO II.

### *An Aristoteles cognouerit Deum esse causam, tam finalem, quam effectiuam huius Mundi.*

Conueniunt omnes pr. ex Arist. Deum esse causam omnium finalem, & corruptibilium esse etiam effectiuam, quare discrepant Solis de effectiua incorruptibilium 2. dari vnum primũ principium, & motorem immobilem, & incorporeum sui ipsius contemplatione Beatum, vt 12. met. patebit. 3. dari substantias immateriales Dei contemplatione Beatas, vt colligitur ex 1. Cœl. tex. 100. ibi quo circa neq; apta sunt &c. 4. Cœlũ esse incorruptibile, & solum localiter transmutari.

1 Negant Arist. cognouisse creationem temporaneam, & æternam. Prima opin. est negantium: quia Aristoteles non cognouit creationem dari posse, nõ solum cum nouitate essendi, sed etiam æternam, quia putauit non esse ens necessarium, quod causa efficiente indiget, cum non possit non esse, tribuitur Arim. 2. dub. 1. & sequitur Auer. 12. met. comm. 41.

2 Cognouisse creationẽ alij asserunt. Secunda opinio est affirmantium 1. ex 2. met. t. 4. *Quod maximè verum, est causa veritatis aliorum*, at Deus est maxime ens, & verum 12. met. 37. ex quo loco colligitur illud axioma, quod est tale per essentiam esse causam omnium, quæ sunt talia per participationem, vt Caiet. 1. p. q. 44. art. 1. Neque

Explicatur Aristot. 2. met. t. 4. dicas ibi loqui de principijs sciẽtiarum complexis, quæ sunt principia conclusionis, vt ibi Auer. quia licet primario de illis loquatur, tamen etiam loquitur de incomplexis, tum quia illud probat ex igne, quæ est causa caloris in alijs, tum quia in fine, ibi ait, *quare vt secundum esse vnumquodque se habet, ita etiam secundum veritatem*. Nam veritas sequitur entitatem, Resp. alij loqui de causalitate finali, non de efficiente, vt ibi Auer. sed contra, tum quia exemplum affert causæ efficientis, scilicet primi calidi, & per illud probat propositionem vniuersalẽ, tũ qa principia sunt causa veritatis cõclusionum in genere causa efficientis, non finalis, tum quia ex Auer. ponitur cũ conseruatiua, at eadẽ est cõseruatiua, ac productiua ex D. Th. q. 5. de potentia art. 1. C. & ad 1. vnde principia ait, *non habere causam vt sint*, scilicet vera. *Sed illa cæteris*. At inquies ibi Aristoteles negat principia semper existentium, id est ex Auerr. Cœlorum, non habere causam, cũ igitur loquatur de principijs in plurali sequitur multa esse, quæ nõ habent causam. Respondet Sonc. 12. met. q. 26. ibi constare loqui de causa efficiente, nam negat aliqua habere causam, at ex 12. met. omnia habent causam, quare cum ibi ponat Cœlos habere principio, sequitur habere causam effectiuam, quod si negat Cœlorũ principia habere causam, loquitur de causa per motum, vel transmutationem, vel loquitur de intellectu, & voluntate diuina, quæ à nobis vt plura concipiuntur, ex quibus Cœli fuere producti; At ego Respon. ibi negare principia complexa habere causam suæ veritatis, quæ cum sint necessario vera dicuntur semper esse, & cum sint immediata, dicuntur carere causa. quare nihil colligi potest cõtra doctrinam positam. Obiectio. Resp. Sõc. Resp. Auct.

3 Probatio ex lib. de Cœlo. Secundo ex libris de Cœlo idem probatur, nam 1. Cœli t. 20. vbi naturam ait exemisse à contrarijs, id quod erat ingenitum, idest Cœlũ & t. 32. negat motum Cœli habere contrarium, quia Deus, & natura nihil faciunt frustra, & t. 100. loquens de esse diuino, dixit. *vnde & alijs pendet his quidem exactius, his autem omnibus esse, & viuere*, quod si Cœlorum ex Aristotele datur causa, multo magis aliorum neque dicant ibi loqui de causa conseruante, non de producente, tum quia ens improductum non potest indigere causa conseruante, quia ea ratione, qua habet existentiam ex se, ita à nullo contraria potest spoliari sua existentia, sicut non potest spoliari prædicatis alijs essentialibus, tum quia in æternis non distinguitur productio à conseruatione, vt alibi, tum quia 2. de Cœl. t. 50. loquens de natura, quæ organa non tribuit Cœlo ad motum, ait *nihil naturam facere vt contingit*, idest casu, *neque quidem curam animalium habuisse, quæ autem tam pretiosa sunt despexisse*. at hæc vera sunt de causa producente.

4 Probatio ex lib. de Gener. Tertio ex 2. de Gener. t. 59. Cum corruptibilia inquit, non possint conseruari in vno indiuiduo, *quia illa longe à principio distant, reliquo modo compleuit totum Deus continuã faciens generationem*, vbi apparet tam corruptibilia,

ruptibilia, quã incorruptibilia, quæ secundũ Arist. sunt æterna, esse ex eodem principio.

Vnde ibidem t.51. *sunt*, inquit, *& numero æqualia, & genere eadem scilicet principia quæ & in sempiternis, & primis*, vbi ex D. Th. loquitur de identitate principiorum effectiuorum, nam intrinseca non sunt eadem, sed hic locus non vrget, quia nõ loquitur de principijs Cœlorũ quoad eorũ substantiã, sed quoad motus eorũ, q efficitur ab intelligẽtia.

5 Probatio ex met.

Quarto ex 1.met. circa finem, *quare qui in animalibus, ita in natura intellectum inesse, vt causam Mundi vniuersique ordinis, quasi sobrius cum vetustioribus comparatur, inania dicentibus apparuit*, sed hæc verba ibi nõ inueni. Imo t.10. ex Anaxag. supponit cõtraria.

Et 9.met. t.17. vbi ablatis *primis*, scilicet substantijs incorruptibilibus, seu sempiternis, *nihil vtique esset*, scilicet rerum corruptibiliũ, sicut si vera non essent prima principia, nihil aliorom esset verum, quia scilicet hæc ex illis pendent: sed hic locus nihil probat de dependentia sempiternorum, quare manet, vt probetur ex 12.met.t.38. vbi *docet*

6

*Cœlum, & naturam pẽdere ex tali principio*, quod scilicet est necessariũ, itaut aliter nullo modo se habere possit. & t.52. Deũ esse cãm ordinis vniuersi, vt eius Dux, imo magis quã Dux, q͞a *nõ ipse propter ordinẽ, sed ordo ꝑpter ipsum*, vt causa passionis est cã eius subiecti.

Quinto ꝓbat Scal.exer.61.§.3. ex 30. sect. probl. 5. vbi ait solum homini credeodum, quia solus Deum veneratur, cultus autem illi debetur, vt conditori, Mundi huius; Vnde

Ex proble.

cum Aristoteles negat Cœlum esse generabile, explicat Auer.1.Cœl.20. de vera generatiooe, quæ est ex præsupposito subiecto, per transmutationem, & subdit. *Hæc est differentia inter opinanter, quod hoc corpus*, scilicet Cœlum, *est creatum à prima causa, & opinanter ipsum esse primam causam, quod dicenter sic esse primam causam, opinantur ipsũ non esse generabile simpliciter, & opinanter, quod est causatum à prima causa, opinantur non esse generabile ab aliquo*, vbi notatur in margine, secundum Auer. Cœlum videri esse effectiuè à Deo ex 1. Polit. 1. vbi omnia ait facta esse propter hominem, & 1. Rhet. ad Theod. dæmones ait esse opus Dei. Hinc tribuunt hãc opin. Arist. Alb.8.phys. Tr.1.c.vlt. Simpl.1.phys.in fine 2.phys. t.45.67.70. & 8. phys.digres.p.cõtra Philop.& 1. de Cœl.cõ. 21. 88. Philop. sæpe, Amoo. s. Perih. in fine Auic.9.suæ met.c.4.vbi differt ab Arist.ꝙ ipse posuerit Deũ, sec. intelligẽtiã primã, q̃ primo ꝓducit secũdã intelligẽtiã, tertio mediante aĩa ꝓducit orbẽ, ex materia, & forma cõflatũ, tũ ꝓducit secũdã intelligentiã. Ab hac ꝓducitur tertia, q̃ ẽ aĩa sui orbis, et hæc cõphẽdẽs primũ principiũ ꝓducit intellectũ agẽtẽ, et materiã primã. Intellectus vero agẽs cõprehẽdẽs primũ pricipiũ ꝓducit aĩam rõnalẽ numero multiplicatã, & cũ corpore iunctã, et aĩas oẽs, et formas mortaliũ, vnde hic intellectus dicitur dator formarũ, ita Riccolo.2. de Creat.c.8. Simpl.8.phys.in fine, cõtra q̃ Auic. catenã multa Auer.dis.3.d.18. eandẽ tribuit Arist. D.Th.1.p.q.44.art.1. vbi Bag & Caiet. & q.3.de pot.ar.5.et 2.cõtra gẽt.c.15.vbi Fer. Capr.2.d.1.q.2.cõcl.4. Sõc.12.m q.16. Iau.q.15

Hi tamen inter se diuisi sunt circa modum productionis, nam aliqui volunt produci, quidem corruptibilia per motum Cœlorum at æterna, siue corporalia, siuè incorporalia producta per actionem sine materia, non tamen illam esse creationem, eo quod creatio est productio sine materia eorum, quæ apta sunt produci ex materia, cuiusmodi nõ sunt Cœlũ, & intelligentiæ, ita Zimara Theor.82. 7 1.discrimen inter auct. Negant aliqui productionem sine materia esse creationẽ.

At alij volunt producta fuisse per veram creationem, nam licet quæ sunt apta educi, dum ꝓducuntur sine materia, dicantur creari, tamẽ et, q̃ sunt ex nr̃a sua indepentia à materia dicũtur creari, cũ hoc tamẽ discrimine, ꝙ illis creatio sit innaturalis, sicut eductio naturalis, at hæc naturaliter exigũt creari, ita cõis Theologorũ, & recentiorũ philosophrum. Quibus cõuenit creatio.

Secundo differunt in causa, seu potentia proxima actionis. Nam communiter existimant principium illius actionis esse voluntatem, vel omnipotentiam, quæ est potentia executiua distincta ratione à voluntate diuina, 8 2.discrimen Principium est volũtas.

At Zimara loc.cit. ex Auer. vult principium esse intellectum, nam cum omnia emanent secundum modum conueoientem propriæ naturæ, intelligentiæ erunt effectiue ex vi intellectus, sicut enim sunt entia, quibus conuenit esse per motum, & transmutationẽ, vt sunt ioferiora infra Sphæram actiuorum, & passiuorum, ita sunt alia, quæ non participant esse à primo priocipio per verum motum, sed per metaphoricum, qualis est scientia, & intellectio, & hæc sunt ab æterno à primo principio non per extractionem de potentia ad actum, vel ex subiecto, sed per acquisitionem existentiæ, & conseruationem, quia alio modo sunt disposita in esse, & modo essendi, ac inferiora, cum in multis differant, vt ibi Zimara notat, Modus autem productionis explicatur à Zimara ibidem, intelligentias, & æterna causari, vt intellectum causat intelligentem, nam sicut intelligibile potest mouere plures intelligentes, sic primum intelligibilium, vt est essentia, & scientia Dei est immediata causa plurium intelligentium, vt est aptum diuersimode ab illis participari iuxta dictũ Aristotelis 1.Cœl.100. & Auer. 12.met.44. neque mirum, quia primus intellectus est maxime actiuus, cum Dei scientia sit omnium causa, omne enim agens, vel agit per naturã, vel per intelligere. vide Zimarã ꝓpositione, seu Theo.83. vbi explicat quomodo primus intellectus solũ seipsum intelligat. Principium est intellectus.

Tertio differunt in conditione principij, quod alij volunt ab Aristotele poni, quidem Mundum procedere à prima causa per intellectum, & voluntatem, sed modo necessario, vt Alb.8.phys.Tr.1.c.vlt. vbi explicat quomodo ab vno sint diuersi effectus, at alij voluit ꝓcedere libere, eo ꝙ primæ cãæ, tamquã pfectissimo enti Arist. non denegauit perfectionẽ libertatis in operãdo de qua re in met. 3. discrimẽ quoad modum.

9

Tertio opin. est negantium Deum ex Ari-

Deum ex Arist. incorruptibilium esse causam finalem nõ effectiuam, at corruptibilium etiã esse effectiuã ex Auer.

stotelis sententia esse causam effectiuã, æternorum incorruptibilium, sed illorum finalem, at corruptibilium esse tum finalem, tum effectiuam conseruatiuam mediate scilicet p causas particulares, nam motus æternus, & generatio prædita sunt causa conseruante eorum æternitatem, vt 8. phys. & 1. & 2. de Gen. docuit Aristoteles Hanc docuit Auer. vbique vt 4. Cœl. comm 1. vbi ait æterna carere efficiente proprie dicto, sed habere per similitudinem, nam efficiens aliud est transferens rem de non esse ad esse, & hoc carent æterna, aliud formans, & hoc habent, qa coincidit cum forma, q̃ dicitur efficere, dum format, vnde ibidem Auerr. subdit æternis competere finem, & formam, & clarius disp. 3. ad 18. dub. & est communis apud

Fundamentum opin.

Peripateticos, & Aueroistas: fundamentum negantium causam vere effectiuam rerũ incorruptibilium, & æternorum est idem, quod propositum est, in prima opinione, sed pro conseruatione corruptibilium adducitur motus æternus, qui & habet sui causam, & est causa conseruationis generationis æternæ in inferioribus, vt 8. phys. & 1. 2. de Generat. probatur, & inde etiã sumitur probatio pro corruptibilibus permanentibus, nam generationes ad horum conseruationem ordinantur, & ideo Aristoteles dixit, quod non existente substantia abstracta scilicet Deo, nihil

Aristot.

aliorũ seruari posset, hinc Aristoteles 5. met. t. 6. dixit dari necessarium sine causa, & habẽs causam, & 8. phys. t. 15. aduersus Democritũ ait dari æterna habentia causam, & t. 46. 47. ostendit à principio æterno, & immobili seruari motum, & generationem æternam, hinc

10 Simplicius cur Plato Mundũ dixit genitum

Simplicius 1. Cœl. t. 100. conciliians Platonẽ, cum Aristotele ait Mundum à Platone dici genitum, quia non est vere, vt sunt intelligibilia, & abstracta, sed fieri semper, contra vero intelligibilia semper esse, & non fieri.

Indepẽdentia à fine.

Sed quoad dependentiam à causa finali patet ex 12. met. 38. vbi loquitur de dependentia à Deo vt causa finali, & ratione huius essentialis ordinis docet 9. met. 17. nihil fore ablatis substãtijs abstractis, quia ablatis pri-

Vasq. Arim

mis aufertur secundum. hanc opinionem Aristoteli tribuit Vasq. 1. p. d 81. c. 1. ex Arim. 2. d 1. q. 1. art. 2. Bacconus q. 1.

Causalitas finalis vario modo explicatur.

Hãc tamẽ dependentiam, vt à causa finali vario modo explicant, nam aliqui solũ ponunt illam sine aliqua resultantia; sed per solam ordinationem, ita communiter Auerr. dicẽtes Deũ se diuersimode intelligere, vt finẽ, & inde oĩa æterna in eo resultare, vt à fine.

Baccon.

At Bacconus loc. cit. art. 2. aliter illam explicat, nam ponit Deum ex Auer. 12. met. t. 44. esse in Mundo, vt Principem in Ciuitate, quæ intelligendo seipsum, vt Principem necessario habere debet ciues, quod autem hi non sint, nisi producantur effectiue, id est ex imperfectione Principis, nam si actus, quo se intelligit, vt principẽ esset psectus, ad illũ eõcomitarentur Ciues, & Ciuitates vt necessaria ad suum finem, vt sequela actus, & hoc per quandã resultantiam sine omni efficientia, nam hoc esset maioris perfectionis, quam si præcederet actus, & deinde producerentur Ciues, sicut maioris esset perfectionis, si virtutes inessent nobis à natura, quam si acquirerẽtur, & hãc Zim. prop. 82. tribuit Auer

Apud Zimarã Auer.

12. met. com. 44. dum disputat contra Auic. lib. 5. met. sua cap. 4. vbi ponit quidem omnia

Quid senserit Auic.

resultare ab actu, quo se intelligit, sed effectiue quia putauit suum intelligere obiecta esse pducere ipsum, sicut aliqui Theologi dicunt de actu voluntatis diuinæ, & in

Quid Achi.

hoc sensu hanc opinionem impugnat Achillinus quodl. 2. nam inquit omnis intelligentia contra primam est notitia primæ, quia secunda seipsa cognoscit primam, at notitia ab intelligibili obiecta pendet 12. met. 17. & idem probat ex volitione 12 met. 36. forma Balnei quatenus est in Anima efficit desiderium, vide ipsũ, qui suse de hac materia disputat.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### Opinio Auctoris.

PR. cõcl. probabilius est ex sentẽtia Aristotelis motus, & generationum æternitatẽ pendere à Deo effectiue patet, quia cum singule partes sint ab alio, sequitur omnes etiam esse ab alio, quia omnes sunt eiusdem rationis, & speciei: at si aliquid esset ex se, & non ab alio non posset esse eiusdem speciei, cum illis quæ sunt ab alio, quia dependentia, & independentia simpliciter ponunt distinctionem plus, quam specificam. Confirm. ex dictis tàm in 2. quàm 3. opinione, nam ibi afferuntur loca in quibus Aristoteles fatetur hane dependentiam à primo motore. Difficultas autem solum esse potest, an hæc depẽdentia sit à Deo immediate, an mediate motu, sed huius solutio patebit, tum ex dicendis de motoribus Cœlorum, tum ex dicendis de rerum generatione. Nam videtur non posse saluari, generationem aliquam esse immediate à Deo, & alias esse immediate à causis secundis, & non dari primam generationem, & primo genitum, quod repugnat infinitati generationum, & genitorũ ab æterno.

12 Motus, & generationis æternitatem pbabilius ex Arist. pendere effectiue à Deo.

Secunda conclus. probl. est Cœlum esse à Deo productum secundum Aristotelem, & similiter materiam primam,

13 Cœlum, & materia ex Arist. fuisse à Deo producta pble. 1. pars.

Prima pars probatur ex princip. Aristot. qui posuit Cœlum cõpositum ex materia, & forma, vt colligitur ex 1. Cœl. 92. 93. & 7. met. t. 8. at nullũ compositum potest à se ex se, & sine dependentia à componente existere, vt Alb. Tr. 1. c. vlt. secundo quia Cœlum non habet motum à se, ergo neq; existẽtiã conseq. prob. tũ quia maior perfectio est habere à se existentiã, quam motum & operationem, tũ quia modus operãdi sequitur, modũ essendi.

2. pars.

Secunda pars probatur, quia materia prima est simpliciter omnium entium imperfectissima, ergo non habet perfectionem omnium maximam, qualis est independentia, quoad existentiam ab alio effectiue.

Confirm. quia ex Aristotele materia non est capax existentia sine vnione cum forma, ergo non potest ex se habere existentiã, sed

illam

illam habet dependentem ab eo, quod efficit formam.

14 Vtraq; pars probatur.

Denique vtraque pars prob. tum quia independentia ex 12. met. 31. ponit puritatem actus, quam non habet Cœlum, nec materia, tum quia essent plura principia prima qa plura entia independentia secundum existētiam, tum quia 12. met. t. 38. dicitur ab illo principio, scilicet Deo pendere Cœlum, & naturam. Resp. 1. ibi pendere dicitur Cœlū non quoad substantiam, sed quoad motum, & per motum pendere naturam, ita Alens. colligit ex contextu.

Resp. 1.

Objiciunt.

Sed contra, tum quia eodem modo ait pēdere Cœlum, quo pendet natura, cum eodem tenore verborum de vtraque loquatur sed natura pendet, non solum quoad motus ipsius, sed etiam quoad existentiam, ergo, & similiter Cœlum, tum quia ex Elia Cretensi, id quod est causa passionis, est causa etiam existētię subiecti, cum sine passione nequeat subiectum existere, sed motus est passio Cœlorum, sine quo non existerent, ergo quod est causa motus, est causa Cœlorum secundū substantiam; Neque dicant primum motorē non mouere effectiue, & immediate aliquem orbem, quia vt ostendemus cum Elia Cretensi, quęst. de hac re, & habetur post physicām landuni; primus motor ex Aristotele immediatè, & effectiuè monet primum orbē.

15 Resp. 2.

Resp. 2. ibi Aristotelem non loqui de dependentia in genere causæ efficientis, sed finalis, nam mouet, vt optimum quod debent alij motores immitari, & ei assimilari, vt patet ex contextu. *Vnde Scotus ibi, primum mobile ait non mouere necessario*, necessitate violentiae, neque necessitate absoluta, qua aliquid dicitur necessarium, quia nō contingat aliter se habere, sed necessitate finis *ex hoc, quod sine perpetuitate illius motus, non esset ordo conueniens ad finem, primū ergo mouens, mouet, vt finis, inquit Scotus*, sed contra quia licet ex hoc appareat conseruationem vniuersi esse finem motus Cœlorum; non tamen quod primum mouens moueat, vt finis, ideo alij explicant dicentes per motum intendi assimulationem ad primū principium, quod est Deus, sicut artificiata dicuntur artifici assimilari, inquantum in illis voluntas artificis adimpletur. At ex hac explicatione sequitur Deum esse causam effectiuam Mundi, sicut artifex est causa effectiua operis artificiosi; Confirm. ex expositione Niphi, nam vult ibi poni Deum esse ens necessarium, & ex hoc pendere Cœlum immediate, & naturam mediatè. Confir. 2. quia cum ibi ponatur Cœlum, & naturam pendere à primo principio in genere causa finalis, necessario sequitur hæc pendere ab aliquo effectiuè, quia causalitas finalis, cum sit mouere agens, nō potest esse sine effectiua, quod nobis sufficit, cum tantum hic quæramus, an hæc sint à se, an ab alio effectiuè, vnde Auer. c. 2. de subst. orb. dixit finem significare agēs significatione necessaria, quod probat lib. de destr. destr. disp. 2. in solut. d. 24. circa finem, at aduersarij apud Achill. id concedunt de fine acquisito, non autem de præsupposito, sed fallitur non vterque monet agens ad dandum esse illi, quod pendet ex fine. Cōfir. 2. ex doctrina peripatetica secundum Auer. 12. met. 8. quod in abstractis idem est finis, & & efficiens, vt alibi referemus, quia operantur primario propter seipsas, vt scilicet sint in optima dispositione, quæ conseruatur per motum, ac secundario propter vniuersum vt conseruetur, de quare infra; hæc autem conseruatio intelligentiarum non est præseruatiua, vt conseruatur vinum ne acescat, quia sic, conseruantur corruptibilia, sed conseruatione coexistitoria, vt materia conseruatur per formas, quia si forma non essent, non esset materia in Mundo, & non quia ipsa esset corruptibilis, nam apud Aristotelem si Cœlum non mouerent, intelligentię non essent, quod si dicant assimilationem consistere in ratione monendi, vt notat Niph 12. m. disp. 13. multo magis certum est Cœlos, & Mundum effectiuè pendere à Deo, quia supponitur mouere primum orbem; sicut inferiores intelligentiæ cæteros orbes; Hinc Auer. c. 2. de substantia orbis, non existente intelligentia, non existeret orbis, sicut nec motus, quare eodem modo ait pendere orbem, ac motum ab intelligentia, quia dans formam, dat accidentia consequentia ad formam ex Aue. 3. Cœl. 28 at motus pendet effectiuè, ex Auer. 12. met. 41. vnde D. Th. 8. phys. t. 21. & 12. met. 41. Aueroem reprehendit inconstantiæ, quod 12. met. t. 41. neget Cœlos habere esse ab alio, & de substantia orbis affirmet etiam quoad substantiam.

16 In abstractis idē est finis, & efficiens.

Qualis sit cōseruatio intelligentiarum.

Auer. opin. circa depēdentia orbium.

Reprehenditur Auer. a D. Th.

Confirm. 3. ex 8. phys. t. 15. vbi reprehendens Democritū, & Empedoclem existimātes nullius rei sempiternæ dari causam, *quod autem*, inquit, *in omnibus non recte etenim trigonum semper habet duobus rectis æquales angulos, sed tamen perpetuitatis huiusmodi altera causa*, ergo Cœlorum, & intelligentiarum, quæ sunt perpetuo datur causa, vt ibi notat D. Th Neque dicas cum Arim. ibi loqui de sempiternis complexis, nam vt bene Caiet ibi loquitur contra prædictos antiquus de principio motus ęterni, quod est incomplexum, & ait quærendam esse causam, & probat non obstare æternitatem exemplo trianguli, tum quia causa complexorum in essendo est causa terminorum, quæ affirmationi, & negationi subiacent, quę sunt incomplexa, nam affirmatio, et negatio proprie, & formaliter sunt in Anima per modum qualitatum incomplexarum, & loqui de causa effectiua patet, tum quia ibi loquitur Aristoteles de motu æterno interrupto per quietem secundum illos antiquos, at huic necessaria est causa effectiuè mouens, tum quia exemplum, quo probat, exigit causam effectiuam, & hoc idem exemplum ostendit loqui etiam respectu æternorum permanentiū.

17 Explicatur Aristot. 8. phys. t. 15.

Confirm. 4. ex 5. met. t. 6. *quorundam*, inquit, *alia causa est, vt necessaria sint, quorundam vero nihil, sed propter hæc alia ne-*

18 Similiter 5. met. tex. 6.

*cessario sunt, quare & propriè necessarium est quod simplex est*, vnde Caiet. infert duplex esse necessarium vnum ex se, aliud ab altero & illud esse omnino simplex, quod scilicet est Deus, cum omnia alia sint necessaria à Deo, neque ibi solum loquitur de complexis, vt putat Arim. nam licet illorum faciat mentionem, tamen etiam loquitur de complexis, nam necessarium ex se dicit esse simplex, at non sit principia complexa. Resp. Arim. negando ex eo, quod habent causam, sequi illam esse effectiuam, quia est fallacia conseq. sed cōtra q̃a deduci pōt ex eo, q̃ ipsi fatētur de finali, at ex hac sequitur effectiua, vt sup. tum quia licet conseq. formaliter non valeat, tamē valet materialiter, ratione subiecta materia, quia præmissæ sunt causa effectiua conclusionis.

Denique patet ex dictis in 2. sententia, vbi doctrinam Aristotelis sparsam collegimus.

19 Intelligentiæ motrices sunt à Deo contra Aue. & Bac. & Achill. Tertio concl. probab. est secundum Aristotelem, intelligentias motrices Cœlorū esse à Deo contra Arim. 2. d. 1. q. 1. art. 1. Bacconū ibidem, & Auer. apud ipsos, & Achillinum quodl. 2. de intelligentijs, primo quia intelligentiæ motrices pertinent ad ordinem vniuersi, cum sine illorum actione, nec essent generationes, nec conseruatio vniuersi, sed à Deo pendet Cœlum, & vniuersa natura, ex 12. met. in fine. ergo etiam intelligentiæ, quod

Probatur 1. si dicant, pendere à Deo vt fine, tunc contra, tum quia habens causam finalem, habet etiam efficiens, tum 2. quia dicursus Aristotelis ibi ostendit dependentiam, tum ex fine, tum ab efficiente, nam non est probabile existimasse, defuisse Auctori vniuersi potentiam condendi illum integrum, & complētum ex omnibus partibus, quarū p̃cipua sunt intelligentiæ, quia si p̃pria virtutē illū non potuisset producere oportuisset aliunde aduocare ministros ad mouendos Cœlos tū 3. q̃a depēdentia, à fine explicatur p ad, & nō per ab, vel A. sed ibi dicitur ab hoc principio pendet Cœlum, & natura. Confirmatur, quia sicut Aristoteles cognouit existentia illarum ex motu, ita ex eodem motu colligitur esse subordinatas, & effectas ab eodem motore vniuersi, tum quia non minus pertinent ad constitutionē vniuersi quā cœtera, quæ sine Cœli motu conseruari non possunt, tum quia ita mouent. vt exigit conseruatio vniuersi sine aliqua interruptione, ergo signū est ex motore vniuersi fuisse productas, quia mouent propter finem intentū ab auctore vniuersi, atque adeò propter ipsamet motorem, vt ei ministret, & obsequatur cooperando ad bonum vniuersi, vel Deo assimilentur in agēdo, & bene faciendo, quod Suar. colligit ex Aristotele 12. met. t. 35. vnū esse motorem vniuersi immobilem, à quo omnia alia mouentur, & pendent siue, vt fine, per quē colligitur dependentia effectiua.

Probatur 2. Secun. alij probant, quia secundum Aristotelem non dantur plura principia prima, vt Suar. disp. 29. met. sect. 2. ostendit, & sect. 3. per totam, sed est vnus Princeps dicetur infra, sed si non essent ab alio darentur plura principia prima, quia omnia illa essent improducta, atque adeo prima principia, quia non esset maior ratio cur vni potius, quam alteri conueniret primitas, & vnū cur alteri sit subiectum, nam vbi datur independentia, non datur subordinatio.

Confirm. quia non minor est difficultas in productione Cœlorum, quam intelligentiarum, cum vtrumque ens exigat produci per creationem, ergo si Aristoteles concessit Cœli productionē, etiam concedere debet productionem intelligentiarum.

Tertio probatur. nam secundum aduersarios, æterna, vt sic habent causam conseruantem, vt ostendit Piccol. lib. 2. de creat. c. 5. tū ex motu ab æterno qui continua cōseruatione effectiua indiget, tum ex permanētibus, quæ Deo non existēte, non essent, hoc autem oritur ex eo, quod indigent aliquo influxu conseruatiuo ab illo, ergo etiam ab illo producuntur, consequentia probatur, tū quia conseruatio est eadem actio, ac productio, vt probat Heru. q. 1. de æternitate Mundi, tum quia non est ratio cur, quæ sunt improducta egeant conseruatione, nam ex nobis notis apparet nullum esse effectum, indigentem conseruatione, non sit productus, & contra, multos esse, qui non sint producti, qui non indigent conseruari à sua causa: neque dicant conseruari à prima causa, vt fine, & forma, tum quia primum ens non potest esse forma & licet possit esse finis, tamen non potest id habere respectu entium improductorū, quia hæc necessario sunt ab omni causa independentia, sicut est ipse Deus, quia fundamentū omnis dependentiæ oritur ab effectiua. 20 probatur 3. Piccol. Heru.

21 Non est certum omnia fuisse liberè à Deo producta secūdum Arist. licet sit certum secundū veritatē. Quarta concl. licet certū sit omnia à Deo fuisse libere producta, tamen id non est certum apud Aristotelem, prima pars patet ps. 134. omnia quæcumq; si voluit, &c. Eph. 1. Apoc. 4. & ratione probat Dur. 1. d. 43. q. 4. Nam si Deus vult ex necessitate alia à se, vel illa vult, vt sui finem, & non quia sicut diuina potentia est omnium primum principium, ita diuina bonitas est vltimus omnium finis, nec dicas, vt vult necessario suam bonitatem, ita etiam media ad illam, nam intendens finem, non vult necessario ea, sine quibus, & finis assequi, & conseruari potest, at sine creaturis, & diuina bonitas, & esse, & conseruari potest, nam creaturæ solum sunt manifestatiua bonitatis Diuinæ, vnde Prou. 16. *omnia propter seipsum operatus est Dominus*, vel vult creaturas propter alium finem, & si hic est creatus, ex dictis id patet esse falsum, quia ps. 16. *Deus meus es tu, quoniā bonorum meorum non eges*. Si vero est increatus, erit ipsamet Dei bonitas, quæ non eget creaturis, vt diximus. Confirmat. à D. Th. 2. contra gent. c. 23. & q. 3. de potent. artic. 15. quia Deo tribui debet modus operandi præstantissimus, cum sit omnium præstantissima substantia, at ille modus est agere per volūtatem, & intellectum 12. met. & 7. Ethic. c. 4. & quia ex Aristotele 2. magn. moral. c. 15. & 7. Pol.

7 Pol.c.2. Deus aliquo externo non indiget, cum seipso sit perfectissimus, & Beatus nihil extra appetere necessitatur, & licet ens necessarium sit nobilius ente, contingente, non tamen operans necessario est nobilius operante libere, quia penderet ab obiecto extrinseco, vt alibi explicatur, an autem dicẽdus sit contingenter operari lege D.Th. 1.d. 43.art.1. & loc.cit. de pot. Neque necessitas volendi est similis perfectio, ac necessitas omnia sciendi, nam scientia fertur in res, vt sunt in cognoscente, at voluntas fertur in illas, vt sunt se ex D.Th. 1.p.q.19.art.6.ad 6.

2. pars prob.

Secunda pars probatur, quia licet Aristoteles cognouerit Deum esse ens perfectissimũ, nõ tamen oĩa agere ex necessitate nã docet, non dici aliquem prauum ex eo, quod potest facere, sed ex eo quod facit, nam Deus multa potest facere, quæ non facit, vt Laert. in eius vita refert Aristotelem ante mortem Deũ orasse, & multa ob religionẽ iussisse, vt fierent, & quia probabile est cognouisse Diuinam prouidentiam, nam 2.phys. naturam docet agere propter finem, eo quod ab Auctore natura in finem est ordinata, sed de principalibus partibus vniuersi, an necessario sint productæ, vt putat Tol. vel libere, vt Conimbr.q.5.art.2. non constat, nec vacat hic exterminare, sed in metaphysica fusè.

## ARTICVLVS TERTIVS.
### Soluuntur argumenta aduersariorũ.

22 An Arist. cognouerit modũ producẽdi per creationẽ.

AD primum. Resp. 1. Aristotelem agnouisse productionem Mundi, sed dubiũ fuisse de Mundo; & solum negauit potuisse produci per generationem.

D. Th. Caiet. Scot. Heru. Suar. ex Auer. & Alc. Achill.

Resp. 2. Alij ab Aristotele fuisse agnitum modum producendi per creationem, ita D. Th. 1.par.q.45 artic.2. & 8.phys. lect.2. & 2. contra gent. c.15. & q.3. de pot. art.16. Caiet. 1.p.quæst.44 art.2. & q.45.art 1. Scotus quodl.7. & 2.d.1.q.3. Arg. q.4. Heru. Tr. de æternit. Mundi q.4. Suar. disp 20.met. sect. 1.num.25. & tribuit illam Auer. 2.met. com. 4. 12.met. com.44. c.2. de sub.orb. & Alex. Aphr. ibidem, & videtur Achillini loc. cit. dum Arist. tribuit, quod dixerit intelligentias esse à Deo productas, quia non sunt capaces ꝓductionis alterius rationis, licet dubio, primo contrarium tribuat Aristotele. Sonc. 12.met.q.15. Bald. q. de hac re.

Sonc. Bald.

Dei infinitas ꝓbatur.

Fundamentum quia Aristoteles cognouit Deum habere virtutem Infinite intensam, vt ostendunt Sonc. 12.met quæst.40.&41.& 43. Caiet. opusc. de infinit. primi motoris Fabrus Theor.53. Bonet 2. suæ Theol. c.1. & lib. 7. per totum, & alij, & nos ostendemus in metaphysica, quia absolutè perfectum ex 5. met.t.21 dicitur, quod in se habet omnes rerum existentium, & possibilium perfectiones, quæ sunt definita posita Mundi æternitate, tum ex 8.phys.79. & 12.met.41. non est virtus in magnitudine, quia est infinita, quæ rationes sunt alibi examinandæ, interim videantur prædicti Doctores, & Suar. disp. 30. sect. 2. Confirm. quia Deus est causa prima; ergo illi respondet primus effectus, qui ab omnibus præsupponitur, hoc autem est esse, quod nihilo opponitur, sed hoc quod ex nihilo producitur, creatur ergo.

Hi tamen diuisi sunt, nam aliqui contendunt agnouisse creationem æternam, quæ dicitur emanatio, siue necessaria, vt aliqui siue libera, non tamen illam, quæ est cum nouitate essendi. significat D. Th 8.phys lect.2. & 2.d.1.& alibi Scot.1.d.8.q 5. vbi intelligẽtias sub prima positas ab æterno fuisse ꝓductas immediate a Deo, & necessario esse sententia Aristotelis, idem Zimara q. de triplici genere causæ, Philop.1. de Gen. com.107. & 112. vbi appellat Deum esse causam effectiuam non per transmutationẽ, sed per creationem, & hanc docent omnes, qui dixerunt æterna esse a Deo, & probatur iisdem rationibus, quibus eorum dependentia probatur, vnde Ficinus 18. Theol Plat.c.1 *Mundi moles*, inquit, *& se esse non potest, alioqui seipsã formaret, & faceret, at formare aliquid non ad corpus pertinet, omne enim agens facultate aliqua incorporea agit, pendet igitur corporeum omne ex aliquo principio incorporeo, & cum pendeat totum creari dicitur, & cũ pendeat semper dicitur ab æterno creari*, & Simplic.8. phys. in fine asserit Amonium demõstrasse substantiam Cœli habere causam effectiuam. 23 Aliqui agnĩrum creationẽ æternam vt D. Th. not. Zim.

Neque obstat fundamentum aduersariorum, nam ex positione creationis omnes rationes, quibus probat Mundi æternitatem, corruerent, nam præsupponunt non dari aliũ modum productionis, nisi per transmutationem, quia Aristoteles dum probat Mundum esse ingenitum, atque adeo æternum loquitur contra antiquos dicentes esse generatum in tempore, nam cum generatio prosupponat subiectum, vel illud fuit productum & debuit ex alio subiecto, & sic in infinitum procederet generatio, vel non fuit productũ & tunc debet assignari causa cur prius ex eo non fuit facta Mundi generatio, & nunc ablato illa causa fuit facta, nam ablatio illa non potuit fieri sine alia præcedente mutatione, & sic in infinitum. Soluitur obiecto sũpta ex probatione æternitatis.

Alij vero asserunt non solum creationem æternam, sed etiam temporalem, quam dicunt cum nouitate essendi fuisse ab Aristotele agnitam, quia agnouit productionem animarum rationalium propriarum singulorum hominum post organi rationem corporum existentium, vt patet ex 2. de Generat. anim. c.3. *restat igitur, vt mens sola extrinsecus accedat, eaque sola Diuina sit, nihil .n. cum eius actione communicat actio corporalis*, & tribuunt Auer. 7. met. 31. vbi reprehendit Auic. & Themist. dicentes animalia ex Putri generari ab intelligentia datrice formarum; & sic etiam Platonem dicentem oriri ab ideis, nam ad hæc sufficit agens in materia, & subdit causam, quæ mouit Aristotelem ad ponendum agens abstractum dicẽs; *Mouit Aristotelem ad ponendum mouens se-* 24 Alij asserũt agnotã æternã, & temporalem.

*paratum à materia in factione intelligentiarum quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mistæ in materia, &c.* Hæc Sonc. alia affert Piccol.lib.1. de creat. c.4 quas soluit c.8.sed nos dehac q̃stione fuse tom.1.opu.

25 Intelligentias esse necessario nó est certum apud Arist.

Ad 2. Resp.1. non esse certum apud Aristotelem intelligentias habere necessitatem essendi non aliqui volunt habere possibilitatem non essendi, q repugnat cum necessitate essendi, quia cum potest tribui Arist.opinio vera,nó debet illi tribui falsa,at falsum est intelligentias habere necessitaté essendi, vt ostendit Sonc.12.met.q.2-.quia libere sunt,& conseruantur à Deo, vnde fit, vt sint possibiles non esse per potentiam extrinsecam suę causæ, ex subtractione actionis suæ causæ, & non per potentiam intrinsecam, quia nullum ens est in potentia ad suum oppositum,& destructiuum, nam ex acquisitione termini, ad quem est in potentia, potius perficitur, vt optime Sonc.loc.cit.

Sonc.

Necessariũ simpliciter non habet causam, at secundũ q̃d habet cãm.

Resp.2.ex Sonc.loc.cit.duplex esse necessarium,vnũ simpliciter, & dicitur illud, quod ab intrinseco, & omni ratione habet necessitatem essendi, & hoc nullam habet causam, vt patet ex propositionibus illis, *Homo est animal rationale Triangulus habet tres angulos, &c.* ex 7.met.comm.59. vbi Auer.quæ nó alia ratione nó habent causã,nisi quia sunt necessaria simpliciter, Alterum secundum quid,quod habet necessitatem quidem essẽdi, sed à sua causa extrinseca, quæ est necessario productiua,intelligentiæ autem secundum Aristotelem non habent necessitatem essendi simpliciter, sed secundum quid, & ideo habent causam efficientem,nam ex Aristotele magis implicat, si dicatur, *Deus non est*, quam si dicatur, *Intelligentia non est*, at quod est magis impossibile non esse, est magis necessarium, quam id, quod est minus impossibile, ergo intelligentiæ non habẽt apud Aristotelem tantam necessitatem essendi, quantam habet Deus, vide Sonc. loc.cit.

26 Obiic.

Dices intelligentiæ habent ab intrinseco,& formaliter necessitatem essendi per tempus æternum in futurum, quia ab intrinseco sunt incorruptibilia, ergo etiam à parte ante, ergo sunt simpliciter necesse esse, Resp. habere necessitatem essendi ab intrinseco, accipi dupliciter, primo formaliter, secundo effectiue, intelligentiæ igitur secundum Aristotelem ab æterno, tàm à parte,quàm post habent necessitatem essendi ab intrinseco formaliter, non tamen effectiue, quia illam necessitatem, quam habent ab efficiente formaliter & in se habent,& non est illis extrinseca.

Resp.

Ab intrinseco formaliter, & effectiuè.

Posset etiam negari consequentia, eo quod secundum veritatem intelligentię habent ab intrinseco, vt durent in æternum,quia carent intrinseco principio corruptionis,non tamen habent potentiam intrinsecam ad essendum ab æterno, vt dictum est, quod si dicas, si ab intrinseco sunt incorruptibiles,ergo non possunt à Deo corrumpi, quia non potest ab illis auferre prædicata intrinseca,facile respondetur, primo concedendo à Deo non posse corrumpi, quia si Deus illas non conseruaret non esset corruptio, sed annihilatio.

Ab extrinseco incorruptibilia, quomodo a Deo possint corrũpi

Secundo ab intrinseco incorruptibile accipi posse positiue, & ita non conuenit intelligentijs, & negatiue,quia scilicet in se non habent potentiam ad non esse, & ita conuenit illis, at quod sic est incorruptibile potest ab extrinseco corrumpi, quæ omnia fuse sunt explicanda in metaphysica.

Dices 2. ex Aristotele nihil æternum, est factum, quia secundum ipsum omne factum extrahitur de potentia ad actum, & de non esse transit ad esse, quæ non possunt conuenire æternis. 27

Resp. ad hoc & similia duplicem esse factionem vnam per generationem & mutationem,& hanc Aristoteles negauit æternis conuenire, alteram per simplicem emanationem & hæc conuenire potest æternis, vt fusè infra ostendemus.

Quomodo æternum dicitur factũ vel non factum.

Hinc patet intelligentias non produci per factionem, qua extrahantur de potentia ad actum, quia in illis non est potentia passiua, ex qua extrahantur, licet sit in illis potentia obiectiua, per quam terminant emanationẽ.

Productio intelligẽtiarum nó per eductionẽ.

Secundo patet cur Aristoteles definit efficiens, quod sit principium motus vel mutationes,quia scilicet definit efficiens per generationem.

Efficiens definitũ ab Aristot. est naturale.

Tertio patet cur æterna dicantur ingenita 1. Cœl.125. quia scilicet non pendent, nec pendere possunt per veram generationem, quæ essentialiter dicitur mutatio, & hinc ẽt dicuntur incorruptibiles 1. Cœl. 129. quam sunt ingenita ex materia priuata, ex 1. Cœl. 312. t.t. 134. vbi generabile dicitur, quod prius non erat,& postea ex materia educitur, ita enim explicanda sunt omnia huiusmodi Aristotelis, & Auer. dicta, videte Achillin. quodl.2.

Cur æterna dicitur ingenita.

## DVBITATIO TERTIA.

### *An Mundus fuit ab æterno, an vero in tempore.*

De hac Arist. 8. phys. ferè per totum vbi Alb. Tr.1. optime per 15. capita Balduin. de æternit. motus,& 8.phys. in t.15. Thien.q.1. Saxon.q.1.& 2. Conimb. c.2.q.3.& 4. Ferr. quæst.3. ad 5. Achill.3. de orb.dub.3. Perer.lib.15.nat.phil. per 13. capita,Suar.disp.20.met.sect.1.& disp.13.sect. 4. & in opusc. de operibus sex dier.lib.1. c.1. & seq. & Arist.1.Cœl. àt.102. vbi Doctores D. Th.1.p.q.46.art.1. & 2. vbi Bagn. Vasq. disp.177. & alij Scotus 2. d.1. q. 3. ibi Capr. q.1. Ricc.q.2. Arg. q.2. Bass. q. 5. Arim. per plures qq. Michael de Pala. ibidẽ disp.1. & 2. Maritone 2. d.44. q.1. & seq. Ferr.2. contragent.c.34.37. Henr.quodl.1.q.7. quodl. 6. q.17.fusè Heru.opusc.de ætern.Mund.Ioannes de Neap.q.23. Vrtad. de mend. disp.17. phys. & 18.

ARTI-

## ARTICVLVS PRIMVS

*Explicatur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo not. Mundum hic accipi, vt includit entia, tam permanentia, quam successiua, & tam corruptibilia, quam incorruptibilia, & ex his tam corporalia, quam spiritualia.

Aeternitas conuenire pôt ab intrinseco, & ab extrinseco, &c.

Secundo not. æternitatem dupliciter posse rebus conuenire, primo ab intrinseco, quo modo soli Deo conuenit, secundo ab extrinseco, & hoc vel primo ex necessitate naturæ & hoc dupliciter, vel ex parte causæ, eo quod causa necessitate naturæ determinata ad talem productionem, quo modo Sol ad productionem luminis, vel ex natura effectus, eo quod effectus exigit produci necessariò, vel secundo contingenter, & ex libertate causæ, nunc vero quæritur an Mundus fuerit ab æterno, & quomodo, contingenter ne, an necessariò.

2 Existentia têporaneá pot conuenire necessariò, & contingenter.

Tertio not sicut existere in æternitate potest conuenire, & necessariò, & contingenter, ita existere in tempore potest rei conuenire, & necessariò, siuè quia causa non potest agere ab æterno ob aliquod requisitum necessarium ad productionem, quod non est ab æterno. Vnde fit, vt necessariò exigat produci in tempore, & potest conuenire liberè, & contingenter, eo quod cum effectus possit produci, & ab æterno, & in tempore, causa liberè eligit producere effectum in tempore.

Câ erroris âtiquorum circa productionê mûdi ab æter.

Vnde cum antiqui Philosophi hanc liberam productionem Mundi non satis percipere potuerint, & videbant repugnantiam in productione necessaria in tempore; nam si causa erat necessaria, non videbant quomodo potuerit produci in tempore, nisi haberet aliquid, quo determinaretur ad talem productionem: Et quia non videbant quidnam esset illud determinans, vt potius, nunc produceret, & non ante, & ante, & ante; ideò putarunt Mundum fuisse productû ab æterno.

Quarto not. dupliciter posse intelligi Mûdum fuisse productum, primo per generationem, seu eductionem ex præsupposita materia, secundo per Creationem, idest per productionem sine vllo subiecto. Vnde de vtroque modo productionis potest esse disputatio.

Ab omnib' positû aliqu ens æterno.

Quinto not. ab omnibus antiquis fuisse positum aliquod ens ab æterno, quia si nullum ens fuisset ab æterno, nullum ens potuisset produci in tempore, quia cum nulla res sit sui ipsius productiua, debet dari aliud ens rerum productiuum, quare difficultas est de principio durationis an res illud habuerint, an vero fuerint ab æterno.

## ARTICVLVS II.

*Opiniones Doctorum.*

3 Mundus ab æterno ingenitus, & incorruptibilis, apud Arist. ex lege Caldæorum.

PRima opin. est dicentium, Mundum fuisse ab æterno ingenitum, & incorruptibilem, ita Arist. locis citatis, & in 1. de generatione, & in 2. in fine, & 12. met. quod desumpsit à lege antiqua caldæorum apud Auer. 1. Cœl. 102. & 2. Cœl. 2. Vnde cû Eug. lib. 7. de peren. c. 15. facit Aristotelem æternitatis primum assertorem, debere intelligi, inter philosophos, nam omnes ante ipsum in tempore productum asseruerunt ex Eugub. loc. cit. per totû, quare mirum est cur Martinez 1. Cœl. c. 12. negauerit ex Aristotelis opinione Mundum esse æternum, cum tota fere Aristotelis doctrina fundetur in Mundi æternitate, vt quæ docet de primo motore, motus æternitate, generationum perpetuitate, & similibus: tribuitur Zenophani apud Galenum lib. de Historia philosophica, & apud ficinum in Timæum comm. 13. Platoni, Plotino, Iamblico, & Proclo, & idem de Platone docet Philoponus de æternitate Mundi ratione 6. capit. 8. & Simplicius 8. phys. comm. 3. & 2. & 3. Cœl. 20. Alcinous cap. 4. de doctrina Platonis, qui Platonem, dum dixit, Mundum esse genitum explicant non intelligi de generatione, quæ est cum mutatione, atque adeò in tempore, sed de eductione ab æterno ex pexistente materia, vel nomine generationis explicauit omnem productionem, quæ est cû dependentia à câ, vel dixit esse genitum non ratione totius, sed ratione partium quæ generantur, quorum fundamenta infra referemus.

Mûdus Platoni ab æterno.

Mundum improductû potuerit antequâ apud Bon.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui ex antiquis posuerunt Mundum non solum ingenitum ex materia præexistente, sed nulla ratione productum, eo quod creationem, quæ est factio de nihilo, iudicabant implicare ex terminis, vt refert Bonetus lib. 7. naturalis Theologiæ capit. 1. & hæc tribuitur à multis Peripateticis Aristoteli apud Foxium lib. 5. de natura Philosophiæ cap. 1. de cuius opinione circa hanc dependentiam diximus dubitatione superiori. Alij vero dixerunt fuisse productum ab æterno ex præexistente materia, tribuitur Platoni, vt patet ex dictis, ex Arist. 1. Cœl. 102. 103. *Omnes*, inquit, *genitum esse dicunt: siquidem sempiternum, alij vero corruptibilem*, & tribuit Empedocli, & Eraclito.

Fuisse productum esse præexistenti materia dixit Plato.

Productum per emanationê Arist. & Plato apud Foxiû.

Alij vero, fuisse quidem ab æterno productum, sed per emanationem necessariam, & hæc tribuitur etiam Aristoteli, & Platoni in Timæo apud Foxium lib. 1. de natura Philosophiæ cap. 1.

4 Mundum quoad partes permanentes, &c.

Secunda opinio est dicentium, Mundum quoad partes permanentes, & improducibiles ex materia præexistente fuisse ab æterno existentem, siue productum per necessariam emanationem, siue improductum, vel potius nihil dixerunt de modo, quo extiterit ab æterno; sed quoad partes successiuas, & corruptibiles fuisse libere productum in tempore: Hanc videntur docuisse aliqui ex antiquis, vt Empedocles, Democritus, & alij, de quibus insra, & tribuitur etiam Platoni, dum Mundum dixit fuisse genitum, quoad partes generationi subiectas, vt explicat Alcinous loc. cit.

Fundamêtû

Fundamentum esse potest quod entia, per se sub-

se subsistentia, quæ sunt incapacia eductionis, & corruptionis, videntur habere necessitatem subsistendi; atque adeò vel extiterunt sine causa producente, vel ex causa necessaria. Confirmatur, quia non videtur conueniens, potentiam productiuam æterno tempore fuisse otiosam, & quia omnia entia corruptibilia videmus produci per generationem cum mutatione materiæ, ideo Mundus quoad illas partes productus fuit in tempore.

Mundum quoad omnes partes productum à Deo libere, & in tèpore.

Tertia opin est dicentium Mundū quoad omnes partes tàm corruptibiles, quàm incorruptibiles, tàm corporeas, quàm incorporeas tam successiuas, quam permanentes fuisse à Deo productum liberè, & in tempore. Tribuitur Platoni apud Arist. 8. phys. x. Solus Plato tempus generat. idem tribuitur Platoni à Theophrasto apud Taurum in Timæū, & ab Alexandro apud Simplicium 1. Cœl. t.107. & cœteri ferè omnes idem de Platone docent, vt Laertius in vita Platonis, Seuerus Atticus, & Plutharcus apud Proclum in Timęum, Philoponus de æternitate Mundi rat. 6.capit.27. Philo Iudæus lib. an Mundus sit incorruptibilis, Iustinus, Martyr in oratione ad gentes. Theodoretus de curan.græc.affectionibus. Athanasius lib. de Incarnatione, Augustinus vbique. Besſarion lib.2. ad uers. calumn. Plato c.5. & fuse examinat Perer.l. 15. cap 5. & 6. Eandem D. Thomas 1. p. q. 46 art.1. tribuit Aristoteli, dum ait *Aristotelis rationes non esse demonstratiuas simpliciter, sed secundum quid, scilicet ad contradicendum rationibus antiquorum ponentium Mundum incipisse secūdum quosdam modos in veritate impossibiles*, quod probat tripliciter, & præcipuè ex 1. topic. cap.9. dum ait, an Mundus sit æternus esse problema Dialecticum, & idem patet ex libro de Mundo ad Alexandrum, & ex lib. de Natura Deorum qui interijt, vt refert Albertus 4 phys. Tr.1. cap.2. ad 8.

Plat.

Arist Mundū incepisse in tèpore nōasserit ex propria sententia apud D. Th.

5
D. Th. Excusatio refellitur.

Sed hæc Diui Thomæ, pia excusatio, nec alijs, nec Aristoteli placet, tum quia ex hac Mundi ęternitate totam doctrinam de intelligentijs, & de Deo colligit, scilicet esse æterna, immaterialia, indiuisibilia, expertia omnis potentiæ, atque habere intelligendi vim; tum quia inde sequeretur Aristotelē cognouisse creationem cum nouitate essendi, quod communiter negatur. Neque obstat argumētum ex 1.topic. tum quia vocat problema dialecticum propter varias sententias antiquorum de Mundi existentia, tum quia opinio Auctoris spectanda est ex loco, vbi de re exactè tractat, non autem vbi obiter præsertim cum affertur gratia exempli, in quo non requiretur veritas. Neque obstat, quod prius afferat opiniones antiquorum, quia seruat suam consuetudinem, scilicet examinandi opiniones antiquorum, & cōtradictiones, quæ ex eorum dictis inferuntur. Eadem sententia ab Arist.1.Cœli t.102. tribuitur antiquis Philosophis, & refert Eugubinus lib. 7. de perenni Philosophia, qui tamen cum creationem videantur ignoraſſe, materiam primam, æternam posuerunt; ex qua rerum species omnes fuisse generatas dixerunt.

Vnde propria opinio Auctoris colligitur.

Hi tamen inter se diuisi sunt, primo discrepant in materia, quia exiodus, & Orphæus posuerunt terram: Tales aquam, Diogenes, & Anaximander aerem: Heraclitus ignem: Empedocles omnia quatuor Elementa: Democritus, & Epicurus atomos: Anaximenes corpora quædam media: Anaxagoras ipsum Chaos, & confusam omnium congeriem. 6

Primum discrimen in materia.

Secundo dissentiebant in modo existendi & duratione Mundi: nam alij dixerunt carere principio, & fine, vt Chaldai, Aristoteles, Xenocrates, & Plotinus. Alij contra habere principium, & finem, quæ est opin. vera, vt infra, quam sequuti sunt hæbræi, Mauri, & Christiani.

2. in duratione.

Alij habere principium, sed carere fine: vt Anaxagoras, qui mentem posuit præsidentem Chao, quæ cum infinito tempore quieuisset, cœpit deinde confusa in ordinem redigere; & quia confusa in Chao sunt infinita; ideo huius segregationis nullus potest esse finis: Hæc eadē sententia tribuitur Platoni apud Aristotelem, & Pythagoræ apud Pluthar.2. de plac.c.4.

Alij denique carere principio, sed non fine, tribuitur aliquibus Saracenis apud Alb. Trat. 4. cap. 1. & Sacerdotibus legis Maurorum apud Auer.

7
Tertiū discrimē in modo productionis.

Tertio differunt in modo producendi: nā aliqui dicunt fuisse factum per condensationem, & rarefactionem materiæ, vt refertur 8.phys.77. Alij per congregationem, & segragationē, vt Anaxagoras, & Empedocles.

Alij per fortuitum concursū atomorum, & vacui intercepti, vt Democritus, & Leucippus, qui cum posuisset infinitos Mundos productos, & corruptos, hunc, qui nunc extat in tempore fuisse dixerunt.

Alij per generationē vt Plato apud Arist.

4. in multitudine Mūdorum.

Quarto differunt in multitudine & numero Mundorum, nam aliqui posuerunt esse vnum, vt dictum est; Alij esse plures, & ex his alij dicunt esse simul ac infinitos, vt Democritus, Leucippus, Epicurus, & Lucretius. Alij esse simul, & finitos.

Sed alij dixarunt esse plures, sed successiuè, vt Empedocles, Eraclitus, & Stoici, qui dixerunt esse infinitos. Ex quibus patet neminē dixisse: Mundos fuisse plures, & æternos, quia multitudo sufficit ad seruāda mortalia æterna successiuè.

Hinc patet neminem ex antiquis putasse ita interiturum Mundum, vt ex eius interitu alius non emergat, vt notat Simplicius 8. phys. quia cum materia nec esse possit, nec seruari sine forma, vel in ea sunt ponendæ formę incorruptibiles, vel si sunt corruptibiles, earum successio debet esse æterna: quare falso tribuitur Anaxagoræ ab Auer.8. phys. secundo quod posuerit Mundum aliquando finiendum.

Auer. falsa impostura.

ARTI-

## ARTICVLVS TERTIVS.
*Refellitur æternitas Mundi, & Arist. argumenta soluuntur.*

8 Non potest naturali ratione osten di Mundum fuisse ab æterno.

Prima concl. non potest naturali ratione demonstrari Mundum fuisse ab æterno productum, ita D. Th. 1. p. q. 46. art. ubi omnes Theologi, quia id quod ratione naturali demonstratur est verum, cum demonstratio procedat ex veris &c. Sed Mundum fuisse ab æterno, non est verum, vt infra; ergo non est demonstrabile. 2. prob. quia si qua esset demonstratio ad id probandum maxime esset aliqua ex illis, quas affert Arist. Proclus, & Auer. quas colligit Perrerius lib. 15. Toletus 8. phys. q. 1. Alb. Tr. 1. c. 11. Conimbr. q. 4. quas nos ad tria capita reuocabimus, quarum nulla est efficax.

Aeternitas Mundi primo probat ex parte productionis. Primum caput sumitur ex parte productionis 8. phys. à t. 4. ad decimum motus nunquam potuit incipere, ergo Mundus est ab æterno, antecedens patet, quia motus supponit subiectum, vt patet inductione, & ex definit one motus, qui est actus mobilis, vel transitus subiecti de non esse ad esse, tunc quæro de subiecto an fuerit productum, & nunc per aliquam mutationem erit productum, atque adeò ante primum motum esset alius motus prior.

Neque dicas fuisse improductum, tũ quia est absurdum potentiam naturalem illius infinito tempore quieuisse: tum quia illius quietis erat aliqua causa, quæ iam est ablata, ergo per aliquam mutationem est ablata; tum quia si erant mobile, & mouens ab æterno non existente motu, vel erat impotentia ad motum proximé, & ex hac statim sequitur actus, vel remoté, & debet dari aliqua mutatio, per quam remota deuenerit ad proximam, quæ est necessaria ad actum: ergo daretur mutatio prior primo motus.

Confirmatur ex t. 10. & 11. & Auer. com. 15. motus semper fuit, ergo Mundus antecedens patet, quia tempus semper fuit, tum qa si inceperet, deberet dari instans, in quo incœperit: instans autem est talis naturæ, vt sequatur, & præcedat tempus, 4. phys. 121. ergo tum quia etiã motus deberet dari, quia tempus est duratio motus 4. phys. 49. tum quia si incœpit, verum est dicere nunc tempus est, & ante non esset, sed ante dicit tempus, ergo.

9 2. ex parte rei productæ. Secundum caput sumitur ex re producta, nam 1. Cœl. 101. probat Aristoteles Mundum esse ingenerabilem, & incorruptibilem, & t. 121. probat ingenerabile, & incorruptibile esse æternum, ita enim formatur argumentũ, ingenerabile, & incorruptibile conuertuntur quia vtrumque dicit semper esse, ergo similiter generabile, & corruptibile, nam generabile est, quod non semper est, & corruptibile, quod non semper est, sed Mundus nõ est corruptibilis, quia non potest dici, quod aliquando est, & aliquando non est, ergo.

Confirmatur, quia vnumquodque durat quantum potest, nam qualibet res appetit sui conseruationem; sed Mundus potest semper durare, ergo semper durat, minor probatur, quia quod non potest semper durare, habet periodum suæ durationis, sed tempus non est huiusmodi, quia tam à parte ante, quam post, quocumque tempore signato potest dari maius, vt dicitur 1. Cœl. t. 119.

Confirm. 2. generationes, & corruptiones sunt perpetuæ, ergo & motus consequentia patet, quia perpetuitas motus est causa perpetuitatis generationum; antecedens probatur, quia natura semper appetit esse, cum hoc sit melius, sed appetitus naturalis non potest deficere, neque perpetuò frustrari, ergo res naturales debent semper esse; sed hæc sempiternitas non potest esse in vno indiuiduo, quia singula sunt corruptibilia, ergo vt Mundus perpetuò conseruetur, debent esse perpetuò generationes, & corruptiones 2. de generat. 59.

Confirm. 3. datur in vniuerso aliquod ens incorruptibile, sed si hoc non fuit ab æterno, non potest esse incorruptibile, quia ante productionem vt poterat esse, ita & non esse: at quod est huiusmodi, est corruptibile ergo non poterit esse incorruptibile.

Tertium caput ex parte efficientis, primo vel Deus voluit ab æterno Mundum esse, & cũ eius volitio sit efficax, producet ab æterno; vel voluit in tempore, & tunc esset mutatus, cum ex non volente fit factus volens, & præterea cũ eius velle sit eius esse ab æterno, si ab æterno necessariò fuit, consequenter etiam fuit eius velle, neque dicas velle æternum, non habuisse in effectum, nisi in tempore, quia sicut ex causa noua non potest esse effectus antiquus, ita neque ex causa antiqua potest esse effectus nouus. 10 3 probatur ex parte efficientis.

Confirmatur, quia si posuit prius, & noluit; ergo fuit inuidus, & auarus suorum bonorum.

Confirm. 2. nam semper artifex facit quantum potest, id quod est melius; at melius est operari, quam non operari, & effectum habere esse, quam non esse, 2. de generat. tex. 9. Quæ sint condition. primi principij.

Confirmat. 3. quia perfectius est operans, quam non operans, ergo ne æterno tempore sit imperfectus, ab æterno debuit operari.

Confir. 4. ex condictionibus primi principij, quas oẽs sapiẽtes opinãtur illi inesse, nã quia est commune, ideo ab illo omnia pendere debent, & quia est perpetuum, ideo semper atque adeò ab æterno. tertio est præstantissimum, & ideo semper operatur, quia præstantia principij spectatur ex præstantia operationis. Confirm. 1. quia Cœlum dicitur sedes Dei, sed Deus est ab æterno, ergo & æterna erit eius Sedes.

Ex quibus rationibus videtur sibi demonstrasse Mundum non solum fuisse ab æterno, sed non potuisse incipere in tempore.

*Soluuntur argumenta proposita.*

Resp. ad primũ negãdo motũ nõ potuisse incipere, non quidem intrinsecè, sed extrinsecè; & licet supponat subiectum; tamen non est necessarium illud fieri per alium motum, quod 11 Quomodo motus potuit incipere.

quod supponit subiectum, nam potuit fieri per alium modum productionis, quæ est sine subiecto, scilicet per creationem, quæ potuit esse à Deo ob infinitatem virtutis; quam an agnouerit Aristoteles; alibi dicetur. Vnde non est necessarium, vt ante primum motum præcedat alius motus. Neque obstat, quod dicitur de quiete potentiæ ab æterno existētis; nam licet potentia naturalis, & necessaria, non transeat de quiete ad operationem, nisi præcedat alia causa, vel mouens, vel auferens impedimentum; tamen in causa libera id non est necessarium, quia potest operari, & non operari, positis iisdem circunstantijs: quia agit, quando vult, & quomodo vult, quare ibi potest esse potentia proxima, sine coexistentia effectus, quia effectus voluntatis diuinæ non existit, nisi in illa, & pro illa duratione, pro qua vult illum existere.

Aliter incipit producere causa necessaria, et libera.

Dices si motus incœpit, debet assignari instans vltimum non esse ipsius, in quo dicatur, *nunc non est; immediatè post erit*: ergo ante motum esset instans; at instans non est sine tempore, cum sit vel terminus, vel continuatiuum ipsius; at terminus nō est sine motu, ergo ante primum motum esset alius motus. Resp. illud instans, mensurans extrinsecè motum, non esse verum, & reale, sed imaginarium, sicut datur immaginarium tempus.

Instans extrinsece incœptiuum motus est immaginarium.

Ad primam confirm. primo dicitur actionem, qua Deus produxit Mundum, nō mensurari tempore, sed fuisse instantaneam, & illud instans non fuit temporis continuatiuū, tempus vero incœpit simul cum motu, & cū dicitur, an incœperit in tempore, vel in instanti. Resp. tempus non habuisse aliud tempus tanquam mensuram sui extrinseceam, sed incœpit in se ipso, & falsò diceitur ita incœpisse, vt verum fuerit dicere, nunc est tempus, & ante non erat, quia in instanti non est tempus, & præterea 1y ante non dicit tempus reale, sed imaginarium, neque actio, qua fuit productum subiectum dicitur mutatio, sed creatio, quæ non supponit subiectum præcedens, vt apertè D. Th. 8. phys. in t. 4. & 13. & id fuit causa cur quiesceret prius, quæ tamen quies non fuit ablata per motū, nā fuit ablata per voluntatem Dei, qui ab æterno voluit, vt Mundus existeret in tali tempore, quod etiam secundum Peripateticos debet concedi, voluntatem præsentem posse esse causam effectus futuri, nam deliberatio hodierna de cras ambulando est causa crastinæ ambulationis, sicut volitio intelligentiæ hodierna est causa circulationis futuræ; nā voluntas non causat effectum externum, in duratione, quando est volitio; sed quando vult effectum existera. Vnde patet potuisse Mundum de nouo produci sine motu generationis, vt optime Philoponus ad vndecimum Procli. & licet respectu voluntatis humanæ possit dari distinctio potentiæ remotæ, & proximæ, non tamen respectu voluntatis diuinæ, quæ sine vlla noua mutatione preuia, siue intrinseca, siue extrinseca, potest producere effectum. Ex quibus patet causam quietis sumi posse, primo ex parte voluntatis diuinæ, secundo etiam sumi potest ex parte effectus: siue quia Creaturæ omni repugnat æternitas, siue quia saltem illi repugnat ratione successionis, vt infra dicemus.

Tempus nō incœpit in alio tēpore reali, sed in seipso.

Vnde sumitur causa quietis ab æterno.

11 Ad 2. argum. vt respondeatur supponendum est, res omnes producibiles esse etiam defectibiles, siue per corruptionem, siue per annihilationem, siue per trans substantiationem, quælibet res vt liberè à Deo producitur, ita potest non conseruari inesse, & in his rectè valet, *vt quidquid est producibile, sit defectibile*, non tamen quidquid producitur, potest corrumpi vera corruptione; nisi sit genitum vera generatione, & contra. præterea *quod est ingenerabile, & incorruptibile, esse æternum*, non quidem à parte ante, sed à parte post, quia nulla creatura habet in se exigentiam ad essendum ab æterno, cum omnino pendeat ex libera Dei voluntate. Neque in illa re, quæ est in potentia obiectiua, existit aliqua potentia passiua, exigitiua existentiæ, sed est potentia logica, quæ explicatur per non repugnantiam ad existendum, & licet ex Arist. omnis potentia, quæ denominat aliquod possibile sit indifferens, vt det posse existere, & non existere; tamen non inde fit, rem illam possibilem esse corruptibilē per veram corruptionem, vt videtur male sensisse Arist. 9. met. t. 15. & seqq. nam potentia, quæ facit rem corruptibilem, est potentia receptiua plurium formarū, quę cum existat, potest concurrere simul cum agente naturali ad productionem formæ incompossibilis cum illa, quam habet, Vnde sequitur corruptio prioris compositi.

Omne producibile est aliquo modo defectibile, & quo modo.

Ex quibus patet ad argumentum, nam Mundus licet sit defectibilis ex voluntate Dei, nolentis illum conseruare, non tamen est verè corruptibilis ratione agentis naturalis, quod ex Arist. negatur posse esse æternū à parte post contra antiquos, qui ponebant illū incœpisse per generationē, & esse æternū à parte post, nam quod est sic generabile, est corruptibile, at corruptibile non potest esse æteroum, sed hoc non procedit contra ponentes Mundum incœpisse non per generationem, sed per creationem nouam, vel æternū; qa hoc potest ex natura sua esse æternum, licet defectibile per potentiam Dei.

Mundus est defectibilis ex volūtate Dei. Cur merito Arist. reprehendit antiquos de Mūdi corruptibilitate.

Ad primam confirm. Resp. 1. inde asserūt probari æternitatem à parte post, exigitam, ex natura rei, non tamen ita quin possit deficere ex voluntate Dei. Neque enim res potest habere potentiam ad durandum antequam existat, quia duratio supponit existentiam. Immo res dum est in potentia obiectiua, licet sit in potentia, vt fiat, non tamen necessariò sibi determinat existentiam, vel determinatum tempus incœptionis, quia id pendet ex voluntate Dei, vel sola, vel cum concursu causarum naturalium in rebus naturalibus.

Aeternum exigita ex natura rei vel ex voluntate Dei libera.

Resp. 2. falsum esse, quod quidquid potest, aliquando esse, & aliquando non esse, habe-

Non omnia corruptib. habent certum periodum suę durationis ex se.

habeat ex natura sua certam periodum suæ durationis, nisi sint viuentia, de quibus alibi; nam cœtera habent periodum vel ex Dei dispositione, vel ab extrinseco corrumpente, ignis enim nullum certum terminum habent suæ durationis, & multò minus res possibilis, quæ non existit, cui etiam non potest tribui appetitus ad existendum, quia appetitus supponit existentiam appetẽtis aliquid: Alioqui multa possibilia, quæ nunquam erunt, violenter in eo statu essent, quia ille status esset contra naturalem appetitum, qui perpetuò frustraretur suo bono.

In re non existẽte nõ est appetitus.

Ad secundum confirm. Resp. negando generationes, & corruptiones fuisse perpetuas; tum quia id ostendemus repugnare, tũ quia appetitus ad essendum non est in rebus nondum existentibus, vt dictum est, quod si indè velit probare æternitatem à parte post, nobis non repugnat, quia hic non tractamus de æternitate Mũdi à parte post, sed à parte ante.

13 Deus est cã æterna in actu primo.

Ad tertium dico primo, Deus est causa æterna, nõ in actu, secũdo sed in actu primo, quatenus ab æterno habuit potẽtiã proximã ad effectum, hæc autem in actu primo non infert effectum actu existentem; Neque valet propositio, *sicut non potest effectus antiquus esse à causa noua, ita neque nouus effectus à causa antiqua*, quia in prima apparet implicatio ex parte existẽtiæ, prius requisitæ ad causam. Vnde not. ex Pererio ad 5. Procli, duplicem esse potentiam, alteram primã, seu remotam, alteram primam, seu proximã, prima dicitur ea, quam habet puer ad grammaticam antequam addiscat; secunda dicitur, quando habet iam grammaticam, quæ si comparetur ad primam habet rationem actus, si ad actus consequentes, habet rationem potentiæ, & hinc orta est distinctio actus primi, & secundi, vt ex 8. phys. 32. & 2. de Anima 54. & 55. colligitur; cum igitur, inquit Proclus, causam in actu infert effectum in actu, intelligitur de causa in actu secundo, non de causa in actu primo: *Cum verò dicitur, quod est in potentia tale reducitur ad actum per id, quod est in actu tale*; id verum de eo, quod est in potentia prima, vt puer acquirit grammaticam per magistrum, qui est grammaticus, & neque omnino est hoc in omnibus verum, vt alibi, quia sufficit esse tale virtualiter, illud autem non est verum de eo, quod est in potentia proxima, nam reducitur ad actum se ipso, si est agens liberum, vel si est naturale reducitur ad actum, per tollens impedimentum, vel complens potẽtiam: Quare primo intelligimus Deum habere primam potentiam, deinde velle per quem actum constituitur in potentia proxima, qui actus cum fuerit ab æterno, et Deus ab æterno fuit in potentia proxima ad operandum.

Potentia p. seu remota, & 2. seu proxima.

Obiectio & Solutio.

Dices ab æterno fuit in potentia propinqua, ergo etiam fuit effectus ab æterno. Resp. & Dico 1. si per potentiam propinquam intelligitur causa actu operans, vera consequentia, sed falsum antecedens; neque vt fiat potentia propinqua, idest actu operans requiritur aliqua mutatio ex parte Dei, sed sufficit ex parte creaturæ, vnde optimè Pererius ad 6. Procli. Dixit Deum habuisse omnia ab æterno, quæ ponit actio in agente, sed non fuit ab æterno actio, respectu eorũ, quæ ponit in effectu, quia actio Dei, vt est idem cum essentia, operatur non pro eo tẽpore, quo est, sed quo vult; si autem per potentiam propinquam intelligatur ea, quæ habet omnia requisita ad operandum, hæc fuit ab æterno in Deo, non tamen sequitur effectus ab æterno, quia non exit in actum secundo ab æterno.

Deus à potẽtia remota ad proximã sine sui mutationẽ.

Dico 2. Deus dum operatur non mutatur, siue operetur effectum æternum, siue nouũ, quia siue operetur, siue non, semper habet suam perfectionem. Neque operari à dextra addit aliquid perfectionis Deo, sed tantum in effectu creato, qui recipit existentiam, & incipit esse obiectum potentiæ Dei. Vnde voluntate æterna Deus produxit Mundum in tempore nulla facta mutatione in voluntate Dei, quia hæc volitio semper habuit pro obiecto creaturas in tali tempore, quare effectus fuit volitus ab æterno, sed non pro æterno. Hoc enim est efficacia diuinæ voluntatis, vt non solum operetur, quæ vult, sed etiã & tempore quo vult. habuit igitur Deus ab æterno quidquid erat necessarium ad creationem, sed noluit, vt haberet effectum in ipsa æternitate, hoc autem non potuit capere Arist. qua ratione posita ab æterno efficaci voluntate agentis, non sequatur effectus, aut quomodo nouus effectus esse possit sine mutatione agentis per voluntatem; neque mirum, quia intellectus humanus non potest perfectè intelligere diuinam vim agẽdi, præterea quid diceret Arist. de creatione animarum rationalium, quæ quotidie fiunt: vt notat Augustinus 12. de Ciuitate capit. 4. & quid de concursu nouo cum causis secundis, qui quotidie adhibetur. 14

Dices velle Dei non distinguitur ab eius esse, ergo si actio Dei est eius velle, eum sit idem cum esse necessariò, etiam velle erit necessarium. Resp. hanc destinctionem æquè procedere siue Mundus sit æternus, siue non, nam certum est Mundum fuisse liberè creatum; quare hoc argumentum potius opponitur libertati Dei, quã inferat esse tẽporalis existẽtiæ cũ suũ esse sit necessariũ, & velle liberum, quia hæc est euidens perfectio Dei, vt in vna simplicissima essentia contineantur omnes perfectiones possibiles quantumquè diuersæ, & modo perfectiori, quod quomodo sit, Theologorum est explicare.

Ex identitate rationis voluntatis cum essẽtia Dei, non impeditur productio in tempore

Dico 3. de ratione boni non est actu se communicare, sed posse se communicare, sicut non est actu appeti, sed posse appeti; quare licet Deus sit summè bonus non indè fit, vt necessariò se creaturis communicet, sed liberè ob finitatem bonitatis Creaturarum, & hinc nihil detrahitur bonitati diuinæ quod ab æterno nihil creauerit: tum quia fortè Mun-

De ratione boni ẽ posse, non actu se communicare.

Mundus non fuit capax æternæ existentiæ: tum quia si quæ forte potuerunt esse ab æterno, non erat conueniens illas creare, vt infra quia in æternitate non potuissent habere mutationem conuenientem ipsarum naturis ex Perierio ad 2. Procli; Neque id oriri potuit ex inuidia, nam inuidia est de bono debito, quod tenemur velle creaturis, vel de malo, quod tenemur nolle Creaturis; At Deus nullam talem obligationem habet. & confirmatur, nam alioqui omnes Creaturas possibiles Deus teneretur producere, denique dicimus Deum esse summè sui communicatiuum, atq; ita se communicauit ad intra, producendo filium, & Spiritum sanctum.

15 Quæ potentia perficitur ex operatione. Dico 4. in Deo esse quidem potentiam actiuam, non tamen passiuam, & hinc nihil sibi acquirit ex propria actione, & licet causa sit pfectior increatis, quando operatur, idest quia eius potentia ordinatur ad effectum, tanquam ad finem, potentia autem quæ suũ habet finem, perfectior est illâ, quæ non habet: at non sic potentia Diuina, siue quia est simpliciter absoluta ab omni ordine, vt docet communis opinio; siue quia in se habet perfectiori modo omnem perfectionem effectuum suorum, siue quia omnia ordinantur ad ipsum, non vt dent illi perfectionem, sed vt ab illo recipiant. Vnde operari, vel non operari hoc, vel illud, non fit, quia est maius bonum Dei, sed quia Deus sic voluit, nam id perfectius est, quod Deo placet. Neque est absurdum habere potentiam actiuã non actuatam, quia maior imperfectio esset in Deo potentia passiua, 52. mct. 30. & ideò mouere Cœlum, non ponit perfectionem maiorem in Deo, immò neque in intelligentia, quia habet perfectiores operationes.

Etiã melius fuisset Mũdum esse ab æterno, nihil imperfectionis conuenit Deo non produxisse. Dico 5. etiam si melius simpliciter fuisset Mundum esse ab æterno, potuit tamen Deus nolle, quia cum sit liber, & nemini quidquã debeat, sicut potest plures, & perfectiores creaturas, & tamen noluit, & has, quas produxit, poterat in alio, & alio spacio, & Mundum hunc paulò maiorem efficere, quem tamen non fecit; ita ex sua voluntate hoc tempore creaturas produxit, & non in alio, vel ab æterno.

Ad 4. confirm. Resp. Deum habere quidem illas conditiones, non tamen sequitur ex illis debere producere omnes effectus à se producibiles, vt patet, nam sufficit si habeat potentiam ad illos producendos, & nihil eorum quæ existunt, non pendere ab ipso. Neque ex æternitate ipsius, vel præstãtia sequitur effectus debere esse illi coæternos, vt patet ex dictis, quia solum id est verum in causis necessarijs, nõ autem in liberis.

Quomodo Cœli dicitur sedes Deo. Ad 5. Resp. Cœlum dici sedem Dei, non quia extra illud non sit, cum sua immensitate repleat infinitum spatium imaginarium sed quia in Cœlo se præcipua quadam ratione communicat Angelis, & hominibus, scilicet per beatificam visionem, quę cum exstiterit in tempore, etiam in tempore Cœlum cœpit esse sedes Dei, immo adhuc sufficit, quod Cœlum in sui productione fuerit ordinatum ad hunc effectum.

## ARTICVLVS QVARTVS
*Ostenditur Mundum fuisse productum in tempore.*

Secunda conclus. Mundus fuit productus per creationem in tempore. Hæc concl. secundum eos, qui negant creaturas potuisse esse ab æterno, siue simpliciter, siue cũ hac vicissitudine rerum, & successione, quam nũc habet, facile probari posset ratione naturali, quia cum non potuerit esse ab æterno, necessariò sequitur fuisse productum in tempore: sed quia aliqui Theologi putant Mundum potuisse produci ab æterno, etiam cum successione, quam nunc habet, ideò D. Thomas 1. p. q. 46. & 2. contra gentes à cap. 31. & 38. putat non posse probari ratione naturali, sed ex principijs Theologicis, scilicet ex genesis primo, qui locus licet variè explicetur, vt refert D. Th. loc. cit. art. 3. tamen communior sensus est intelligi de principio temporis, idẽ colligitur cap. 8. prouerbiorum, & Ioannis 17. scripturæ autem sacræ maiorem fidem adhibendam esse, quam omnium, antiquorum scriptis. Inde facilè probari potest, quia tractat de rebus antiquissimis ordinate, & explicatis particularibus cicumstantijs. sec. propter antiquitatem Moysis, qui illum librum scripsit, cum sit antiquior non solum Grecæ sapientibus, sed etiam Dijs gentium. nam vixit tempore Cecropis, qui præcessit Apoll. & Herculem, vt Euseb. lib. 9. c. 4. & lib. 10. c. 3. vlt. de præparatione Euangelica, vbi in hanc sententiam citat Porphirium, & idem ex Tertul. in Apol. c. 19. Lact. de vera sapientia cap. 5. Theodoreto 2. de curandis grec. qui ex Porphirio docet Moysẽ præcessisse Bellum Troianum mille annis; quare antiquior fuit Orphæo, quia hic vna ætate præcessit Bellum Troianum, qui tamen præcessit omnes græciæ sapientes; fusè Aug. 18. de Ciuitate, præcipuè c. 8. 37. 38. 39. vbi ostẽdit græcos Hystoricos, & sapientes fuisse post Prophetas. 3. quia Moyses fuit optimæ vitæ fatentibus ipsis Ethnicis apud Euseb. lib. 9. cap. 4. 4. quia in rebus, quas refert scriptura, & probant Scriptores, satis conueniunt, vt notat Euseb. lib. 9. c. 2. 3. & 4. Tertull. in Apolog. c. 2. Inde Græci Hystorici plurima ex nostris mutuati sunt, vt ait Euseb. lib. 9. c. 3. & lib. 10. cap. 52. & 1. 3. 5. quia græcorũ Hystoriæ docent inuentores artiũ, at si Mundus fuisset ab æterno, id non esset, quod optimè notat August. 12. de Ciuitate c. 10. denique id patet ex definitione Ecclesiæ cap. 1. de summa Trinit.

16 Mũdus fuit productus in tempore per creationem naturaliter quomodo probatur.

Non posse probari ratione naturali ex Thomistis, sed ex scriptura.

Magna fides adhibenda Diuinæ Historiæ. Antiquitas Mosis.

Quomodo veritas hæc suaderi põt gentilibus. Secundo licet conclusio sit certa de fide, adhuc tamen suaderi potest contra Ethnicos ex authoritate phylosophorum, qui dixerũt Mundum incœpisse ex 1. Cœl. 102. & Eugu. lib. 7. de peremni philosophia fere per totũ; nam s. Trismegistus in pymandro eodem ferè tempore, quo Moyses; at hic fuit antiquior

quior omnibus græcis, nam fuit Nepos Atlantis, qui floruit tempore Moysis ex Aug. 18. de Ciuit.c.19. 2. Orpheus apud Philop. c. 27. contra Proclum. 3. Pythagoras apud Plutarcum de pla.c.4. & 6. 4. Anaxagoras, & Empedocles, qui Mundum sæpius dixit productum in tempore 3. Cœli 25. 8. Phys. 2, Pluthar. 2. de placitis c.6. tum 5 stoici ex Philone de æternitate, & accedit Epicurus apud Lucretium lib. 2. tum 6. Plato apud August.2.de Ciuit.c. 12. Ambros.in Hexam. cap.1. Clem. 5.strom. quem sequuti sunt platonici apud Philop.ad sestū rationē Procli, et Ficin 18 Theologiæ Platon. Pluthar.2.de pla. cap.4. & 6. & lib. de Iside, & Isride, quam opinionem semper Platoni tribuit Aristoteles 8 phys.10.1.Cœl.104. & 109. 3. Cœl. 21. qui cum viginti annis audierit Platonem, optimè callere potuit illius sententiā, neque verisimile est falso id imposuisse, cum eo tempore multi Platonis discipuli, & Arist.æmuli viuerent; demum id constat ex Tymæo, vbi ponit materiam præcessisset sine forma, & motam inordinato quodam motu. Vnde asserit Mundum productum de nouo, quia est corpus sensibile: Contrarium tamen Platoni tribuunt Simplicius, Proclus, Porphirius, Taurus, Plotinus, Alcineus de doctrina Platonis c.11. Bess.2. contra calumniatorem c.5. Fossius in Timæum, denique Arist. licet asseruerit Mundum esse ab æterno, tamen sunt, qui illum exponunt loqui ex suppositione contra ponentes fuisse genitum, vt D. Th.1.p.q.46.art.1. & 8. phys. digressione de æternitate Mundi, vnde nunquam impugnauit productionem de nouo simpliciter, sed tantum particulares modos productionis ab antiquis positos, vnde 2. Topicorum cap 9. Mundum æternum dixit esse problema, & Alb.4.phys.Tr.1.c.2. & 8 phys Tr.1.refert, Aristotele in lib. de natura Deorum expressè fuisse dictum, quod Mundus fuit creatus à Deo. Neque id est contrarium illius principijs. Denique Ethnicis hæc veritas suaderi potest physicis rationibus; primo quia si fuisset ab æterno, cum viuentia in dies habeant imbecilliorem vim, & minus viuant, Mundus iam fuisset omnino destructus, refert in conciliator differentia quę tēpore Hypocratis erant remedia, nunc esse veneno ob virium imbecillitatem, & ratio fortasse est, quia omne agens repatitur, ex quo fit, vt nunquā posset producere effectū sibi omnino æqualem in perfectione; & quia Pater ex Hypocrate vitia trāsfundit in prolem, vnde Claudus claudum gignit, ideo in dies, plura, & plura vitia trāsfunduntur. Vnde homines olim erant maiores, & validiores ex Plin. lib. 7. cap.16.& 48. Iuuenalis Satyra 15. Virgin. 2. georgicorum, & 12. Æneidos; Gellius lib. 3.c.10. Solinus c.4. Aug.11. de Ciuitate cap. 9. Auer.2. de Generatione circa finem.

*Arist. alijs pręferendū in referenda Platonis sententia.*

*Physicæ rationes pro temporali Mundi productione.*

17 2. Probat aliqui apud Alb.8.phys.Tr.1.c. 12. quia si Mundus fuisset ab æterno numq̄ potuisset peruenire ad diem præsentem, nam debuisset procedere infinitæ circulationes, & dies, quia cum infinitum sit impertransibile infiniti dies, non potuerunt pertransiri, vnde si aliquis voluisset ab æterno numerando decurrere, nunquam potuisset ad aliquam eius partem, eo quod ante quamlibet partem sunt infinitæ ex parte, qua est infinitum. Resp. Alb.c.12. hoc infinitum esse in successione, & per consequens non esse impossibile, neque sequitur non posse deueniri ad præsentem diem, nam duplex est pars infiniti, vna quæ aliquoties sumpta numerat totum, & dicitur aliquota in toto. Altera quæ non numerat, sed est minor toto, quæ enim est aliquota infinita, est infinita, & ad hanc peruenire non poterit, qui accipit numerando partes infiniti, sed ad illam, quæ nō est aliquota, venire poterit, & tales essent reuolutiones numeratae, & dies sæculi si Mundus fuisset ab æterno. Sed non omnino satisfacit, nam omnis pars est minor suo toto, & solum discrimen est, quod in quātitate finita partes proportionales sunt minores in infinitum indeterminatæ, at in quantitate infinita sunt partes determinatę, & hinc partes proportionales, vt sunt in quantitate finita sunt pertransibiles, at non sic partes determinatæ infinitæ, quia semper retinent infinitatem, sed de hac re infra.

*Idem probatur apud Alb.*

Tertio, nam si Mundus fuisset æternus, nunc deberent esse infiniti homines etiā positis bellis, & pestilentijs, quia multo plures oriuntur, quam intereant, quidquid dicat Macrob. l.2. in somn. Scipionis, neque obstat Alberti solutio, non esse infinitum actu, sed per successionem, vt est tempus, & motus, quia non est probatum animas esse immortales, cum multi ex antiquis id negauerint, nam cum constet de ueritate, necessariò sequeretur infinitas in actu, vnde fatetur illud esse validum. 18

*Idem probatur ex infinitate hominum, quę sequitur ex æternitate.*

Dices esse Ethnicorū Historias, qui Mundum dicunt factū ante 60000. annos, nam refert August.12. de Ciuitate cap. 10. Sacerdotem quendam Ægyptium, & Ægyptiorū Historijs narrasse Alex. regnum Assiriorū durasse plusquam quinquaginta millia annorum, & Regnum ipsarum vsque ad Alex. octuaginta millia, & Cic. de diuinitate. Respon. Caldæos obseruasse cursus astrorū 47. millibus annis, & similia refert Aug. lib. 18. de Ciuitate cap.18. Resp. has fabulas aniles esse, vt August.l.18. de Ciuitate c.40. ostendit, nam Sacerdos ille Historias adeo antiquas habere non poterat, nam Ægyptijs Isis primus, ex Varrone, tradidit charatteres, qui non præcessit Alex. nisi mille annis ad summum, & cōstat ex Historijs græcorum Reginam Assiriorum non excessisse mille, & trecentis annis. Persarum vero, & Macedonū Regnū peruenisse ad quadringētos, & 85. annos, & fictam esse illam astrorum obseruationem Caldæorum, nam licet annus Ægiptius constet quatuor tantum mensibus, tamen adhuc à veritate est aliena narratio.

*Refelluntur fabulæ ægyptiorum de Mundi duratione.*

Tertia conclus. licet esset demonstrabile Mundum non potuisse produci ab æterno, 19

Non posse demõstrari Mundũ fuisse productũ in tali tempore.

sed in tempore; adhuc tamen nulla ratione naturali lumine est cognoscibile fuisse productum in tali tempore, quia id, pendet ex voluntate libera Dei, sed hæc cognosci non potest naturali lumine, sed per solam Dei reuelationem mediatè, vel immediatè, quæ reuelatio est distincta à lumine naturali, neq; dicas posse cognosci ab effectu, quia in effectis non est aliquid, quod demonstret productionem fuisse in tali tempore; nam potuit produci in alio, vel alio tempore. Confirmatur, existentia non conuenit Mundo ex necessitate; ergo non potest de illo demonstrari, quod semper illi conueniat ab æterno, vel in tali tempore: Antecedens patet, quia existentia nõ conuenit Mũdo contingenter, nam non conuenit illi quidditatiuè, quia hoc est proprium Dei, neque potest fluere à quidditate, quia fluxus supponit principium existens: ergo conuenit illi ab extrinseca causa: At causa dans Mundo existentiam, non est necessaria, sed libera; tũ ad dandam existentiam simpliciter, quam ad dandam illam in tali tempore: at effectus à tali causa pendens existit contingenter, & in hoc sensu fortasse Galenus apud Auer. 1. Cæli 22. de Mundi productione dixit nihil posse demonstratiuè cognosci, sed standum esse Historicis, & fortasse quibusdam coniecturis. Deum autem liberè Mundum produxisse, dicetur alibi, interim legantur Conimbr. quæst. 5.

Est Mundo productione in tẽpore, est Dei existentia, & libertas.

Quarta conclus. congruenti ratione Deus produxit Mundum in tempore, primò ex D. Th. 2. contra gentes cap. 38 quia ex noua & tẽporanea productione manifestatur Dei libertas in producendo, si enim fuisset agens necessarium, cum fuerit ab æterno, ab æterno produxisset. secundò quia Mundus fuit productus, vt inde cognosceremus Dei existẽtiã: hæc aũt potius clarè cognoscitur ex tẽporanea productione, quam ex æterna, nam ibi apparet necessitas principij productiui, cum enim Mundus non existens, non potuerit incipere à se ipso, necessariò indiguit principio æterno producente, hoc autem non ita manifestè apparet, si Mundus fuisset ab æterno, cum nunc plurimi assertores æternitatis Mundi, negent Mundum à Deo fuisse productum, vt supra retulimus. Tertiò, quia temporanea productio est magis connaturalis rerum naturis, quæ cum sint mutabiles siuè substantialiter, siuè accidentaliter, in ea duratione produci debuerunt, in qua mutatio esse potuit; At in æternitate non potest esse mutatio; quia ibi non potest esse prius, & posterius. Vnde creatura producta cum vna dispositione ab æterno, per æternitatem ita permansisset.

Cur hoc tẽpore, & nõ alio fuerit productus ratio libertatie.

Dices, cur non fuit productus ante illud tempus nam adhuc fuisset capax mutationis. Resp. potuisse quidem Mundum produci à Deo, ante, & ante hoc tempus, in quo fuit productus; tamen cur potius hoc, vel illud tempus elegerit, alia ratio reddi non potest, quam libertatis diuinæ, quia posito quocumque tempore productionis quæri potuisset, cur non ante, vel post illud tempus nõ produxerit.

Dices 2. operatione Deus expectauit per æternitatem, vt postea produceret Mundũ iuxta illud Boetij 5. de consolatione vbi dicit, nec Mũdũ semper fuisse, nec Deum precedere Mundum tempore, sed per æternitatem, & cum æternitas sit duratio indeficiens, necessario concluditur Deum præcedere Mundum duratione, quæ non dicit partes diuisibiles, siue permanentes, siue successiuas, sed nunc indiuisibile æternitatis sine principio. Resp. Alber. 8. phys. Tr. 1. cap. 1. *Cum dicimus Deum præcedere Mundum æternitate, non dicimus spatium magnum vel paruum anni, vel diei, vel alicuius temporis, sed potius ordinem æternitatis ad tempus, & causæ ad causatum, propter quod nihil quærunt, qui dicunt; propter quid Deus tantum expectauit facere Mundum, aut quid fecit Deus in tanto spacio æternitatis, anteq̃ faceret Mundum, quia in illa æternitate non est diu, neq; sito, neque spacium longum, neque breue, cum hæc omnia dicant distinctionem qualitatis alicuius per partes; Æternitas autem est nunc indiuisibile.* Hinc reprehendit dicentes voluntatem Dei esse dilatoriam in creãdo Mũdum, quod voluntas est causa, quæ potest differre productionem sui effectus, & distulit ne Mũdi duratio diuinæ durationi æquaretur. Hoc enim dici non potest, quia omnis dilatio est respectu futuri, at talis processio nõ est in æternitate, atq; timeri potuit æqualitas durationis, quia impossibile est durationem causati æquare suam causam, quando causa, & causatum non sunt coexistentia. Sed hæc doctrina non admittit ab omnibus, nam licet conueniant, quod æternitas sit indiuisibilis, tota simul, & permanens sine vlla intrinseca extensione partium, tamen non potest intelligi, habere rationem durationis, nisi per quandam coexistentiam ad tempus imaginarium: quare sicut nunc, licet existat æternitas, omninò indiuisibilis, tamen dicimus coextitisse tempori præterito, & coexistere præsenti, & coextituram futuro, sicut enim fuit verum dicere in creatione Mundi, *nunc est Mundus, & ante non erat*, ita fuit verum dicere ante creationem, & ab æterno Mundus est futurus. Neque dicas, quod ante Mũdum non fuit futurum, quod continuaretur ad instans præsens, & ideo non potuit, tunc nunciari aliquid de futuro, nam licet ibi non fuerit futurum reale, fuit tamen imaginarium, quod sufficit ad veritatem propositionis, deinde futuritio non erat respectu Dei, sed respectu existentiæ Mundi. Confirmatur quia alioqui fuisset vera eius contradictoria, quod Mundus non esset futurus, quod si dicant non fuisse veram eius contradictoriam; quia non erat aliqua differentia temporis futuri: atque adeo neque aliqua compositio, quæ notaretur componi, vel diuidi respectu alicuius temporis, nam illis obstat regula contradictoriorum, quando sunt ijdem termi-

Quomodo Deus dicitur præcedere Mũdũ æternitate ex Alb.

Quomodo volũtas Dei non dicitur dilatoria in creando Mundũ.

Æternitas non potest intelligi habere rationẽ durationis, nisi per quandã existentiam ad successionẽ imaginariã.

termini cum affirmatione, & negatione, vt apparet in his propositionibus; Mundus vel est futurus, vel non est futurus.

Ego Resp. pro Alberto ex rationibus prædictis, patere cur Mundum noluerit producere ab æterno, & licet nũquam effectus possit verè adæquare perfectionem suæ causæ æquiuocæ, tamen cum appaet in illis aliqua similitudo, facilè quis decipi potuisset iudicando æqualitatem, si enim Angelus deceptus est appetendo æqualitatem diuinam, cur Homo non potuisset decipi in iudicando æqualitatem, quid autem fecerit Deus in æternitate ante productionem Mundi, explicat sæpe Augustinus, seipsum scilicet intellexisse, & amasse, & produxisse filium, ac Spiritum Sanctum, sed hæc non pertinent ad hunc locum.

## ARTICVLVS QVINCTVS.

*Explicantur errores antiquorum, qui ponebant Mundum incæpisse in tempore.*

22 Triplex error átiquorum quoad productionem Mundi temporaneam.

Qvarta concl. licet opinio antiquorum, dicentium Mundum fuisse productum in tempore, sit varitati, conformis, tamen errauerunt in modo producendi, primo enim errauerunt, quod posuerit materiam præexistentem, ex qua Mundus fuit productus, secundo in ordine producendi, tertio in causa productiua.

Cur opinio Plat. de gener. Mundi sit falsa.

Quinta concl. Platonis op. dicentis Mundum fuisse productum in tempore ex materia præexistente, est falsa, non solum propter rationes, quas affert Arist. sed etiam, quia de illa materia quæri potest an fuerit genita, vel non, si genita dabitur ꝓcessus in infinitũ, si non, ergo vel creata, quod Plato negauit, vel fuit improducta, sicut est Deus, ꝙ Plato non expressit, nec concessisset, etiam si posuerit illam ab æterno. Confirmatur, quia si illa fuit ab æterno, vel habuit causam actiuã sibi proportionatam, & ab æterno fuisset effectus, cum illa causa necessariò produxisset, alioqui natura non rectè instituisset, vt materia ab æterno sine vlla forma maneret, vel nõ fuit causa actiua, & tunc sequitur, & fuisse otiosam, & violenter æterno tempore, & Mundum nunquam potuisse produci ex materia sola sine vllo efficiente. Confirmat Aristoteles, nam si Mundus ex materia fuit genitus, vel vt incorruptibilis, & repugnat experientiæ, quæ ostendit omne genitum esse corruptibile ex 1. Cœl. in fine, vel fuit genitus vt sit corruptibilis, & tunc vel ita, vt nuoquam sit redditurus, & videtur absurdum, quia si antequam esset, fuit conueniens vt produceretur, ita etiam post eius corruptionem, cum sit eadem ratio, & experientia constet generationes esse perpetuas, neque vnam formam excludi à materia, nisi alia producatur, vel debet iterum redire, & tunc nõ apparet ratio talis vicissitudinis, atque adeo esset corruptibilis, neque incorruptibilis. Sed hæc ratio Aristotelis facilè potest habere effugium.

Sexta concl. opin. Anaxagoræ non solum peccat præsupponendo materiam, sed etiam quia aufert ordinem naturæ, nam posuit mixtum infinito tempore quieuisse, postea exisse in esse distinctum per generationem factam ab intellectu agente; sed hoc est contra ordinem naturæ, nam natura dicitur vniuersalis cursus causarum à natura naturante ordinata, ordinem vero vocamus illum cursum naturæ, qui est appropiatus illi naturæ, quod oritur ex exigentia formæ, quælibet .n. forma rerum naturalium, exigit determinatum cursum, & specialem in ordine, quia ordo naturæ dupliciter explicatur, nam quædam res sunt talis ordinis, quod semper seruant vnum cursum, vt ignis fertur sursum, & Luna Eclypsis, cum Luna, & Sol sunt in tali situ. Alia vero successionem habent, sed illius successionis habent causam, & tempus determinata, quando hoc tempore, et non in alio fiant, vt tempus generationis, & corruptionis ex accessu, & recessu Solis in Circulo obliquo. Ex quibus patet in opinione Anaxagoræ duo esse contra ordinem naturæ, primo quia ponit mixtum quieuisse infinito tempore, nam vel mixtum quieuit naturaliter, & exiuit violenter in esse distinctum, vel violenter, & non potuit esse infinitum tempus, quia violentum non est durabile, & similiter generatio non potuisset remanere infinito tempore; Vnde temporis quietis ad tempus motus nulla fuisset ratio ordinis, quia nulla forma naturalis permittit talem ordinem naturalis ad violentum. ratio enim ordinis naturaliter ad inuicem ordinatorum sumi debet ex aliqua forma naturali.

23 Errores Anaxag. quoad productionẽ Mundi.

Quis dicatur ordo naturalis.

Ordo naturæ dupliciter explicatur.

Explicãtur errores Anaxagoræ.

Secundum in quo Anaxagoras peccauit, quia etiam si dicatur vtrumque esse innaturale, quod scilicet intellectus agens primo infinito tempore quieuit, & postea infinito tẽpore egit: tamen huius nullam affert causam cur intellectus, nunc egit, & non prius, neq; dicatur nullam esse rationem, quia est opus naturæ, nam licet hoc dici possit in ijs, quæ semper similiter se habent, vt ignem ferri cursum, non tamen in ijs, quæ non semper eodem modo sunt, quia illa diuersitas non est in natura absque ratione, vt dictum est de generatione, & corruptione rerum.

24 Errores Empedoc.

Ex his patet eadem vitia esse in opinione Empedoclis, qui præterea errauit in causa efficiente, asserendo illam esse amicitiam, & litem, quia licet assignare videatur aliquam causam differentiæ illius vicissitudinis, eo quod amicitia sit congregare, & litis disgregare; tamen hoc simpliciter asserit, sed non probat, cum enim illud dictum non sit per se notum, cum ratio communis illi non assentiatur, debet probari, vel per inductionem ex sensatis, vel ex aliqua causa demonstratiua, nam si spectetur natura amicitiæ, & inimicitiæ non congregat, vel disgregat res naturales in vniuerso, sed quædam particularia entia, inter quæ est amicitia, vel inimicitia, nam amicitia, & inimicitia propriè perti-

D 2 nent

nent ad creaturas rationales, à quibus hæc nomina transferuntur ad aliqua entia naturalia, quæ trahunt, vel expellunt alia, vt magnes ferrum.

Deinde tempus motus esse æquale tempori quietis, asseritur sine probatione, cum talis æqualitas non reperiatur in amicitia, & inimicitia inter homines: At inquiunt, principiorum non datur causa. Resp. ita esse quando aliquid constat esse principia; at id non constat de huiusmodi principijs eorũ, imò et eorum, quæ perpetuò sunt vera, datur causa, vt patet ex conclusionibus Mathematicis: Neque Anaxagoræ fauet, quod posuerit intellectum efficere talem motum, quia ipse posuit id effici per naturam, & non per voluntatem,

## ARTICVLVS SESTVS

*Explicatur, quo modo Mundus fuerit productus à Deo.*

25 Modus productionis Mũdi fuit per creationem liberá Dei. Referuntur primi principij.

SEptima concl. Mundus fuit productus in tempore per creationem sine vlla Dei mutatione, ex vi decreti, quod habuit ab æterno, pro cuius probatione sex principia, tanquam certa sunt ponenda, primo dari vnum ens increatum ęternũ, nã alioq; seqretur, vel idem se ipsum posse producere, vel aliquid habere esse de nouo sine causa efficiente. secundo ab hoc omnia pendere vt efficiente, & fine, patet, quia ordo vniuersi, & multiplicitas creaturarum requirit vnum principium, quod omnia regat, & dirigat in vnum finem. Hoc autem esse non potest, nisi naturæ auctor, cui natura ad nutum obedit.

Infinitas Dei probatur.

Tertio hoc ens est infinitę essentię, patet, quia habet esse à se; quare à nullo limitatum, Confirmatur, quia nullam habet potentiam in genere entis. Confirmatur tertio ex D. Th. quia potest creare, creatio requirit pfectionẽ infinitam, vt patet ex calculatione actionis ex materia, nam quo virtus est maior, eo requirit subiectum minus dispositum, ergo si nullum subiectum est actionis, erit infinita virtus actiua. Confirm. quia ex nihilo ad ens est distantia infinita, quàm rationẽ fusè oppugnat Scotus, vt alibi. Quarto habet etiam virtutem infinitam intensiuè, quia potentia sequitur essentiam. Confirmatur, quia potest effectum ex remotissima potentia, scilicet ex nihilo ad ens.

Libertas Dei probatur.

Quinto est liberum, & contingenter operatur ad extra, primo quia alias produxisset effectum infinitum, quia simul produceret totum, quod potest, si esset agens necessariũ. Confirmatur, quia Deus habere debet perfectionem graduum omnium creaturarum, sed reperitur in homine libertas, quę est maxima perfectio ergo: Dicent fortasse libertatem esse imperfectionẽ, quia potest se extendere ad malum, Deus autem, cum sit perfectus, semper est determinatus ad pfectius, & melius; sed contra, quia multa sunt quorum neutra pars est melior ex se, ergo respectu illorum potest poni electio. Vide Perer. lib. 15. cap 1. & Tolet. 8. phys. q. 3. Conimbric. q. 5. quod videtur agnitum ab Aristotele lib. de Mundo ad Alex. vbi comparat primam causam gubernatori nauis, sed differt, quod hic curis angatur, &c. quem librum esse Aristot. testatur Iustinus Martyr in exhor. ad agentes; idem patet 2. phys. 49. vbi numerat Deum inter agentia ex electione, & 8. phys. 8. & seqq. vbi inferens motum semper esse, non probat ex eo, quia necessariò mouet, sed quia non est maior ratio, cur cum propinqua fuerint motiuum, & mobile, cur aliquando sit motus, & alioqn non, etc. Confirm. quia rationes, quibus propatur Dei libertas fundatur in principijs Aristotelis.

Libertas Dei agnita ex Arist.

Contrarium docet Scotus 1. d. 8. q. 4 Heru. quodlib. 2. q. 4. Ferrariensis 1. contra gent. cap. 25. in fin. Sot. 8. phys. q. 1. quia in necessaria actione Dei videntur fundatæ rationes de æternitate Mũdi. Hinc t. 13. colligitur primum mororem esse perpetuum, nam quod immobile est, vno semper motu mouebit, & 2. Cœli t. 35. 36. Cœlum non posse tardius moueri, & 9. met. 17. non est timendum, ne quandoq; Cœlum stet, non enim fatigantur, cum hoc faciunt, &c. & 2. Cœl. 2 t. 1. de generat. t6. 2. de generat. 56. 12. met. t6. docet vicissitudinem generationum esse necessariam.

Arist. non cognouit libertatẽ Dei

Alij tamen putant in Aristotele nihil esse certum, vt explicat Caietanus de infinitate Dei, nam quod posuerit Mundum ab æterno, effecit propter immutabilitatem Dei, ex qua non colligitur necessitas absoluta in operando sed tantum ex suppositione actus, nam si aliquid vult, non potest amplius id nolle, & contra. Vnde si noluisset producere Mũdum ab æterno, non potuisset postea velle producere in tempore, quia mutasset actum voluntatis, in quo tamen errauit, quia potuit ab æterno Mũdum producere non pro æterno, sed pro tali tempore, vt dictum est sine aliquo mutatione voluntatis physica, vel morali. 26

At alij putant Arist. dubitasse.

Sexto hoc ens liberum, & æternum potest producere Mundum in tempore, nam nullũ haberet impedimentum quoad illam productionem, nam vel esset impedimentum ex parte effectus, & non, quia sicut ille potest existere in tempore, ita potest produci in tempore, quia productio non est aliud, nisi communicatio existentiæ, vel ex parte productionis, & neque, quia actio creatiua non exigit materiam, hæc autem actio Deo conuenit ob infinitam eius virtutem, vel ex parte Dei, vel ex parte virtutis Diuinæ, & neq; quia cum non agat necessariò, sed liberè, in potestate illius est eligere, quando vult, & quando non vult producere, neque impeditur ex immutabilitate, nam volitio est ab æterno, actio externa, quæ est in tempore, non est in Deo, sed in effectu. vnde fallitur Auer. dicẽs ex volũtate antiqua nõ posse puenire nouum effectum, vt rectè Perer. ad 5. Procli, & 5. Auer.

QVÆ-

# QVÆSTIO TERTIA.

*De productione Mundi in ordine ad potentiam Dei abſolutam.*

## DVBITATIO I.

*An poſſit dari aliqua creatura, quæ exigat connaturaliter æternitatē.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

1 Dupliciter æternitas pot eſſe cō naturalis Creaturis.

PRimo not. dupliciter æternitatem poſse alicui conuenire connaturaliter primo ab intrinſeco, q. ſ. ex ſua natura habet exiſtentiā æternā, ſecūdo q licet illam ab intrinſeco nō habeat, tamē illā, tanquam ſibi cōnaturalem, exigit hoc autem poteſt dupliciter cōtingere, primo neceſſariò neceſſitate abſoluta, ſicut aliqui dicunt de cōuenientia paſſionum reſpectu eſſentiarum, quæ conuenientia non eſt impedibilis, etiam per potentiā Dei, ſecundo neceſſitate naturali, quæ eſt impedibilis, vel ex libertate cauſæ, producentis, vel ex alio impedimento, ſicut naturale eſt igni comburere, & intellectui intelligere, quæ tamen poſsunt impediri à Deo.

Secundo not. hanc quæſtionem non poſse intelligi de creaturis iam productis, quia cum conſtet omnia entia fuiſse producta in tempore, non poteſt iure dubitari alicui illorum fuiſse connaturalem æternitatem, ſiuè neceſſitate abſoluta, ſiue naturali; quare quaeſtio inſtituta eſt de Creatura poſſibili.

2 Aeternitas dupliciter p. vt dicit ſimpliciter infinitatem ſec. vt dicit illam independenter.

Tertio not. ęternitatis nomen dupliciter poſse accipi, primo ex viſuae etymologiae, & ſignificat durationem quandam interminatam, ſeu infinitam, nam aeternum dicitur, quod eſt extra terminos, ſiue ſit principium, ſiue finis, ſiue vtrumq; vnde oritur triplex genus infiniti, ſ. vndequaque vel ex parte principij, vel finis, atque triplex aeternitas, ſecū. ex ſignificato, ad quod imponitur, et ita apud Theologos ſignificat aeternitatem Dei, vt diſtinctam ab anno, & tempore, nos hic accipimus primo modo.

Aeternitas eſt duratio indiuiſibilis carens principio durationis habēs virtualiter partes infinitas.

Quarto not. aeternitatem nullas habere partes intrinſecas, neque permanentes, ſicut habet quātitas, vel intentio qualitatum, neq; ſucceſſiuas, ſicut habet motus, & tempus, ſed eſse durationem quādam indiuiſibilem formaliter, quae nullum habet principium, pertinens intrinſecè ad durationem, licet poſſit habere principium effectiuum, quia tamen à nobis concipitur, vt habens virtutem coexiſtēdi infinito tempori ſiue reali, ſiue imaginario, dicitur eſse infinita duratio, vt explicaui in phyſicis.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

Opiniones Doctorum.

3 PRima opin. eſt dicentium, quòd licet non poſſit dari creatura, cui conueniat eſsentialiter exiſtentia, atque adeo aeternitas, tamen poteſt dari aliqua, quae exigat exiſtentiam neceſſario neceſſitate aliqua naturali. Fundamentum, quia exigere hoc modo ęternitatem, nō deſtruit conceptū creaturae, quia adhuc eſset dependens à Deo, neque deſtruit aliquam proprietatem neceſsariam creaturæ, nam perfectiuum rei non deſtruit perfectiones rei, ſed perficit: At exiſtere neceſsariò pertinet ad perfectionem rei, cum ens neceſſarium ſit perfectius, quam ens contingens, quia magis accedit ad perfectionē primi principij. Neque hoc repugnet perfectioni Diuinæ, nam maximè repugnaret libertati diuinæ, ſed huic non repugnat, quia adhuc Deus eſset liber ad dandam, vel negandam illi exiſtentiam; ſicut enim creaturarum, quæ nūc ſunt neceſſariò in ordine ad ſuas cauſas nō dicunt aliquid repugnans libertati Diuinæ, ita de illa Creatura philoſophari poſsemus. Hāc docuere multi ex antiquis Philoſophis, dum loquuti ſunt de Mūdi neceſsaria productione, nam ſi abſolutam neceſſitatem exiſtendi Creaturis tribuerunt, multo magis naturalē tribuiſsent; ex recentioribus vero nullus probatus Auctor, quem legerim, illam docuit, quia tamen aliquibus audaciori potius ingenio, quam ſolido id in mentem venire poteſt, illam propoſui.

Poſſe dari Creaturam exigētē exiſtentiam.

Secunda op. eſt dicentium nullam Creaturam eſse poſſibilem, cui ſit ita connaturalis exiſtentia, vt illam neceſsariò exigat ab æterno, ſiuè neceſſitate abſoluta, ſiue naturali. Eſt communis apud omnes Scholaſticos, quia alioqui Deus miraculoſe ſuſpenderet productionem creaturarum poſſibiliū, quin etiam contra naturas ipſarum.

Nō eſt poſſibilis creatura, q exigat neceſsario exiſtentiā.

### ARTICVLVS III.

*Opinio Auctoris.*

PRima concl. nulla Creatura eſt poſſibilis, quæ ſit neceſsariò æterna neceſsitate abſoluta, patet à poſteriori, quia de facto daretur, quia omne ens neceſsarium pro ea duratione, qua habet neceſsitatem eſsendi abſolutam, iam eſset, nam non poſset impediri ab aliquo, quin exiſteret. ſecundo probatur à priori, quia hæc creatura non poiset eſse ab alio, nam vel haberet illam neceſsitatem eſsēdi ſibi eſsentialem, & eſset Deus, quia quod eſsentialiter exiſtit, non poteſt ab aliquo dependere, vel illam haberet neceſſitatem exiſtentiæ exigitiue, & non poteſt cōuenire creaturae, antequam exiſtat, tum quia dum eſt poſſibilis potius ex ſe habet negationem exiſtentiae, quam exiſtentiam, vnde ex ſe eſt indifferens ad vtrumque: tum quia ſi ex ſe neceſſariò exigeret exiſtentiam abſolutè, non eſset ſub dominio Dei, quia Deus neceſſario, & nullo modo liberè illam produceret. Hoc autem repugnat creaturæ, ſicut repugnat Creatori. 4

4 Nulla eſt neceſſaria ab æterno abſolute.

Dices, eſſentia dicit ordinem ad exiſtentiam, tanquam ad ſui perfectionem, ergo exigit

Obiectio.

xigit existentiam, vt sui perfectionem, sicut materia exigit formam.

Respon. concedendo essentiam perfici per existentiam, non tamen illam exigere necessitate absoluta, sicut neque materia sic exigit formam, tum quia appetitus perfectionis supponit rem, quæ appetit, existere; tum quia inde destrueretur conceptus essentiae, vt dixi. an autem ibi sit necessitas naturalis dicetur infra.

5 Potest dari Creatura, quæ exigat existētiā in ordine ad causas existentes,

Secunda concl. possibilis est Creatura, quę habeat naturalem necessitatem existendi in ordine ad causas secundas, quia sicut de facto dantur causae secundae, necessariò operantes, ita debet dari ex parte effectus necessitas, proportionata suis causis. Vnde de facto dantur multi effectus, necessariò existentes in ordine ad huiusmodi causas.

Dices cur in his effectibus, qui nondum existunt, sed sunt possibiles, datur in illis exigentia necessaria existentiae, & non datur in alijs, quæ non habent huiusmodi causas sic dispositas.

An detur in aliquibus effectis necessitas existentiæ.

Resp. quia necessitas redundat in effectus ex existentia causarum. Vnde hi effectus, licet respectu Dei sint simpliciter contingentes, quia liberè producuntur, tamen si quando Deus illos effectus impedit ne sequantur ex causis, dicitur agere miraculosè, & praeter, vel secundum alios contra naturam causarum: Vnde dicuntur fieri à Deo per potentiam absolutam, non ordinariam: At nō sic nō cōcurrendo cum causis possibilibus non existentibus.

Obiectio.

Dices 1. non potest Creatura existere, nisi per actionem Dei creatiuam; at hæc creatio est æterna, quia est intrinseca Deo, nihil autem est Deo intrinsecum, nisi sit ens necessarium, & æternum, sed hæc creatio est etiam in Creatura, ergo etiam Creatura exigit æternitatem, sicut exigit fieri per creationem; Neque dicant creationem actiuā esse in Deo, & æternam, passiuam vero in Creatura, cum per illam formaliter accipiat esse, atque adeo temporalem, nam illis obstat, quia ex actiua necessariò infertur passiua, ergo si actiua habet necessitatem essendi ab æterno, etiam & passiua.

6 Modus quo actiua creatio sit ens necessariū,

Resp. 1. actiuam creationem posse accipi dupliciter, primo quoad realitatem, & ita esse in Deo ab æterno, secundo quoad modum, qui dicit connexionem actualem cum Creatura, & explicari solet per relationem rationis, & ita est temporalis, sicut est Creatura, quia non potest dari actualis connexio sine existentia vtriusque termini. Hæc autem connexio nihil ponit reale in Deo, sed tantū in Creatura, à qua de nouo denominatur,

Creatio actiua quomodo inferat passiuā.

Neque actiua infert passiuam ratione realitatis, sed ratione huius connexionis, & hinc fit vt actio secundum suum completum conceptum non sit in Deo ab æterno. Sed huic obstat, quod actio secundum suum completum, conceptum, est prior natura termino, ergo non completur per connexionem cum termino, quia connexio supponit terminum, ergo debet compleri per aliquid prius, hoc autem non potest esse relatio rationis, quia actio ponit terminum, nullo intellectu considerante. Resp. hanc connexionem completiuam actionis respicere existentiam termini in posteriori naturae, quod de omni actione est cōcedendum, quia semper actio est prior termino, & cum eo necessariò connexa; diuina vero actio in hoc excedit actiones creaturarū, quod actiones creaturarum, sicut non sunt sine passione, ita neque existunt, nisi simul cum termino secundum durationem: At vero increata actio secundum totam suā realitatem præcedere potest æternitate terminum, secundum vero efficaciam actualem esse simul cum termino, quia ob perfectionē operantis non ponit terminum, nisi quando operans vult.

Resp. ostendendo quomodo connexio compleat sit prior termino.

Creatio nō est formaliter in Deo, sed à Deo.

Resp. 2. negando actionem ad extra esse formaliter in Deo intrinsecam, sed esse à Deo, intrinsece tamen esse in termino: Tum quia illud est commune omni actioni transeunti; tum quia id speciali ratione repugnat diuinæ actioni, quia illa est ab omnipotentia Dei, atque adeo habet rationem creati vt quo, At omnis actio creata quocumque modo repugnat esse in Deo; tum quia actio Diuina, sicut & aliae actiones, concipitur, & fuit actus quidam secundi, & via actualis actu ponens terminum, ergo nulla ratione potest esse ante terminum, sicut non potest concipi, nisi simul cum termino; ergo omnis ratio, quae ponitur in Deo, antecedens ad illam habet rationem actus primi, & principij producti, siue elicientis actionem, siue applicantis principium elicitiuum actionis, & ita in Deo est actus voluntatis creandi pro tali, vel tali tempore, qui actus voluntatis non est actio, per quam fit Creatura, sed actus primus, à quo elicitur, vel applicantur potentia elicitiua actionis.

Volitio diuina est principium producti, nō productio.

Quare ex vtraque opinione sequitur, Creaturae non necessario conuenire æternitatem, siue creatio ponatur intrinsece in Deo, siue nō, quia non ponitur secundum realitatem, secundum quam est intrinseca Deo, esse intrinsecam Creaturæ, sed haec exactè explicare non est huius loci. 7

Et ideo Resp. 3. ex hac æternitate actionis non inferri necessitatem absolutam æternitatis Creaturæ, quia sicut actio diuina est libera Deo, ita æternitas contingenter, non necessariò Creaturae conuenit.

8 Præcisā cā naturali non conuenit creaturæ existētia necessariò.

Tertia concl. Creaturæ possibili, nulla posita causa naturali productiua illius, non conuenit existentia necessario necessitate naturali, primo quia aliàs omnes Creaturæ possibiles, quæ nunquam producentur à Deo per violentiam, & contra ipsarum naturam, detinerentur intra nihil, quia quidquid vel fit, vel omittitur contra inclinationem, & exigentiam naturalem alicuius rei, violenter dicitur fieri, vel omitti, præsertim cum illi tribuitur oppositum perfectioni exigitæ, sec.

pro-

probatur, quia quidquid pendet à causa omni, ratione libera; non potest ab alio exigi necessitate naturali, nam necessitas illius derogaret aliqua ratione libertati causæ, quia licet causa non omnino, & absolute necessitaretur, tamen exsuppositione ab ipsa independente habet aliquam necessitatem finis, ne scilicet omittendo actionem praestaret aliquod contra inclinationem rei possibilis, quia essentiā necessariò exigere existentiam, respicit agens, à quo illam exigit.

Ex conuenientia necessaria existentiæ respectū creaturę pateretur violentiam.

Confirmatur, quia alioqui omnis Creaturæ pateretur aliquam violentiam, nam omnis causa potest producere plures, & plures actiones, quas nunquam producit, vnde in illis esset duplex violentia, vna ex parte causæ, altera ex parte operationis, & effectuum, ex qua confirmatione sumi potest ratio à priori, nam sicut nihil patitur violentiam, nisi existat in proxima potentia ad perfectionem à qua recipienda impeditur, ita nihil habet necessariam exigētiam alicuius perfectionis, nisi existat in proxima potentia ad illam. Neque obijcient nobis materiam primam, quæ etiam cum est in potentia remota habet inclinationem ad formas, quia illa iam existit, & habet totam perfectionem sibi intrinsecam, exigitiuam formae, & ideo dicitur esse in potentia remota, & habere inclinationem ad formam. at vero si effectus in nulla causa naturali existente continetur, nullam habet necessitatem essendi, neque ab aeterno, neque in tempore, quia non habet illam ex se, cum illi contingenter conueniat, neque ex causa vt supponimus; ergo. Ex quibus, primo patet nouitatem essendi secundum aptitudinem necessariò conuenire Creaturæ, nam cum neque ex se, neque ex necessitate causae necessariò exigat existentiam æternā, nec necessariò sequitur habere capacitatē ad essendum in tempore, idest habere esse post non esse, quod dicit nouitatem essendi. Sec. sequitur non posse demonstrari Mundum esse aeternum, quia omnis demonstratio est de necessarijs, sed aeternitas non conuenit Mundo ex necessitate, siue intrinseca, siue extrinseca. Vnde rationes Aristotelis allatae ad probandum aeternitatem Mundi non possūt esse demostratiuæ ad simpliciter, sed tantum probant non potuisse esse in tempore p generationem. Vnde falsò colligit fuisse ab æterno.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

9 Cur necessitas absoluta existendi, vel naturalis non impedibilis repugnet Creaturæ.

AD primum Respō. necessitatem essendi absolutam repugnare Creaturæ, quia constitueret illam independentem ab alio, necessitatem vero naturalem non impedibilem repugnare, primo libertati diuinæ, secundo causis naturalibus, quæ omnes sunt subordinatæ Diuino imperio; Denique ipsi effectui, qui cum sit ex natura sua contingēs, non potest habere talem necessitatem, quia hęc duo repugnant, nam contingens dicitur, quod ita potest esse, vt possit non esse, ac necessarium dicitur, quod ita est, vt nō possit non esse; & licet esse necessarium sit perfectius absolutè; quam esse contingens; non tamē respectu Creaturae, cum illi repugnet, sicut esse intellectiuum est perfectius, quam esse lapideum, non tamen in marmore, quia destrueret illius naturam, necessitatem vero naturalem ex vi causarum naturalium subordinatam diuinæ voluntati non repugnare Creaturæ, quia nec aufert ab illis dependentiam, nec contingentiam in ordine ad Deū. dicimus tamen illam non conuenire Creaturæ, quando non continetur in aliqua causa naturali existente, quæ exigat ex sua perfectione exire in actum secundum, quia tunc habet puram possibilitatem, sicut omnes effectus, qui nunc sunt possibiles, & nunquam erunt, siue possibilitate sumpta ex parte secundarum causarum possibilium, siue possibilitate intrinseca, quae explicatur per non repugnantiam.

10 Obiectio. Dices, possibile dicitur à potentia, quae ex sua ratione respicit actum, qui est existentia, ergo habet inclinationem ad existentiam, vt potentia ad suum actum.

Resp. Resp. habere quidem inclinationem, tanquam ad actum sibi non necessariò, sed contingenter conuenientem, quia subordinatur potentiae Diuinae actiuae, quae libera est, atque adeo dum illam non habeat, nihil patitur violentum, vel contra inclinationem.

Obiect. Dices 2. sicut quando effectus continentur in virtute causarum secundarum præter naturaliter, carent existentia, sed non producuntur ita, quia continentur in pōtentia Diuina, praeter naturaliter non existunt, si non producuntur.

Resp. Resp. esse diuersam rationem, quia in primo casu. præter naturalitas se tenet ex parte causarum, quae cum ex natura sua ordinentur ad operandum, præter naturaliter impediuntur ab operatione, & hic secūdario præter naturalitas continet effectus; at in secundo casu nulla est præter naturalitas ex parte Dei, tum quia potentia Diuina ex natura sua non ordinatur ad effectus, sed est ens purè absolutum, constitutum in ordine ad se, & concomitanter habet, vt possit producere Creaturas ob infinitam ipsius perfectionem; tum quia cum potentia Diuina sit libera nullam habet necessitatem operandi, sicut habēt causae naturales, atque adeo effectus in ordine ad illam nullam habent necessitatem essendi, sicut habent in ordine ad causas naturales.

# DVBITATIO SECVNDA,
## An æternitas repugnat Creaturæ, vt sic.

### ARTICVLVS PRIMVS
*Explicatur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo not. cum probatum sit, Creaturam non exigere æternitatem, nunc videndū est, an æternitas illi repugnet, & quia in Creatura variæ rationes considerari possunt, ideò videndum est, an ex aliqua ratione, quæ necessariò illi conuenit, habeat repugnantiam cum æternitate, sunt autem hæ rationes, quæ Creaturæ, vt sic conueniunt. primo carentia existentiae ex se, secundo dependentia à causa, tertio contingentia essendi, quartò corruptibilitas, seù annichilabilitas, quintò mutabilitas quoad operandum, & alia accidentia, sextò mensurabilitas per tempus, & similia; ideò videndum est an aliqua ex his sit incapax æternitatis.

*Quæ sint Creaturæ.*

Secundo not. Mundum hunc constare ex varijs rebus, nam aliæ sunt permanentes, aliæ successiuæ, & ex permanentibus aliæ ex natura sua corruptibiles, aliae incorruptibiles. Vnde quæri potest de æternitate an repugnet Creaturae, si non ex conditionibus conuenientibus Creaturæ vt sic, an repugnet saltem ex aliqua ratione speciali Creaturae, & quia de successiuis est peculiaris aliqua difficultas; ideò in hac dubitatione examinabitur difficultas, non solum de Creatura vt sic, sed etiam vt permanenti, quia ex ratione permanentiæ nō oritur aliqua grauis difficultas, nā de successiuis examinabitur infra.

*Eadē ratio est de creatura secundū se, & vt permanētū.*

2 Tertio not. hic non quæri de æternitate, quae consequitur existentiam independentem, quia cum illa sit propria Dei, repugnat Creaturae; sed de duratione quæ consequitur existentiam dependentem, an possit esse æterna; quia cum non sit necessaria, vt ostendimus, necessariò dicetur contingens, quod est idem cum possibili specialiter accepto possibile enim aliud est commune ad necessarium, & contingens, aliud vero quod est idem ac contingens: quod scilicet ita est, vt posit non esse, vel ita non est, vt posit esse. Vnde hoc possibile repugnat necessario, q̄ semper est.

*æternitatis pportionatur existēt.*

Quarto not. possibile esse quadruplex, primo quod dicitur à potentia actiua, cuius dicitur obiectum, & ideò dicitur possibile obiectiuum. secundo quod dicitur à potentia passiua. & hoc dicitur possibile subiectiuum, tertio à potentia factiua quae est principium actionis transeuntis, & dicitur obiectiuum factibile. quarto dicitur propositionale, quod est inter terminos, quibus non repugnat coniungi, vt Album esse gramaticū, & hoc differt à possibili obiectiuo, quia obiectiuum potest esse propositionale, non autem omne propositionale potest esse obiectiuum, vt patet in hac propositione, *Deus est Trinus*: nam ex Herueo quæst. 2. de æternitate habet possibilitatem propositionalem, quia alioqui esset impossibile, & tamen non habet obiectiuam, quia non potest esse obiectum alicuius potentiæ.

*Possibile dicitur quatuor modis.*

Quinto not. certum esse in Deo fuisse ab æterno potentiam creatiuam, sed difficultas é, an potuerit ex ite in actū creādi ab æterno, vnde Creatura habuerit existentiam æternā; nam ex eo quod Deus potest producere aliquid, non statim sequitur posse illud producere in quacumque duratione, vt patet ex motu, qui cum sit secundum se producibilis, non tā in instanti, ꝑpter repugnantiā terminorū, & ideo videndū est, an inter æternitatē, & Creaturā sit aliqua incōpossibilitas. 3

Sexto not. ab æterno nullam potuisse esse alicuius rei corruptionem, siue successiuæ, siue permanentis, nam corruptionem debet praecedere secundum durationem existentia rei, quae corrumpitur, at æternitatem, nihil potest praecedere.

*Corruptio non potuit esse ab æterno.*

Septimo not. creationem secundum se nō mensurari instanti temporis fluenti, quia per se terminatur ad terminum subsistentem, qui non mensuratur tempore, sed vel æuo quando est incorruptibilis, vt est substantia spiritualis, & materia, vel instanti temporis discreti, quod est permanens, & hoc est mensura propria creationis, nam creatio eadem mensura mensuratur, qua res creata, quia vel non distinguitur à re creata secundum rationem positiuam, vel si habet aliquam distinctionem, nō est quoad durationem, nam donec durat creatio durat res creata, & donec durat res creata, durat idē influxus creationis, qui licet distinguatur à conseruatione, q̄ est creatio noua, ratione negationes ꝑuię requisitæ, tamen in aeternis nullo modo distinguitur, sed sicut aeuum habet vim coexistendi, & tempori, & instanti temporis, ita & creatio, & conseruatio. Hæc tamen coexistentia non potest esse ab aeterno, cum tempus non supponatur esse posse ab aeterno, vnde patet huiusmodi creationem nec per se, nec per accidens, nec directè, nec indirectè mensurari tempore, vel instanti temporis, neque intrinsecè, neque extrinsecè, & per assistentiam, vt loquitur Egid. 2. d. 1. p. 1. q. 4. art. 2. 4

*Creatio secundum se non mensuratur instāti téporis fluēti, sed discreti, vel æuo.*

Octauo not. corrigendam esse falsam aliquorum imaginationem, qui concipientes æternitatem, vt durationem infinitam, concipiunt Creaturam ab æterno productam, nūquam indigere conseruatione, ex quo deducūt nō posse ꝑduci ab æterno, nā in eo patet falli, quia cum in duratione, in qua res producitur, non indigeat conseruatione, nam in ea duratione est productio, ideo nec in æternitate producta indiget conseruatione, quia in æternitate est ꝑductio, sin duratione, quæ caret principio vnde statim, ac assignari pōt principium statim est conseruatio, vnde fit conseruationē nō habere instans inceptionis intrinsecum, sed extrinsecum, quod explicatur, in æternitate non est conseruatio, post æternitatem est conseruatio.

ARTI-

## ARTICVLVS SECVNDVS.
*Opiniones Doctorum.*

5 Aeternitas repugnat creaturę ex conceptu creaturæ.

PRima opinio est dicentium, æternitatem repugnare Creaturæ vt sic, atque adeo nullum creatum siue successiuum, siue permanens, siue corruptibile, siue incorruptibile posse esse ab æterno, ita Henriq. quodl. 1. q. 7. & 8. Alens. 2. p. q. 14. membr. 1. ad 11. & 12. Alber. 2. p. summæ Tr. 1. q. 4. memb 2. ar. 8. & 4. p. q. 2. incidenti, & in 2. dist. 1. art. 3. & 10. q. 4. D. Bonau. 1. d. 44. art. 1. q. 4. & 2 d. 1. art. 1. q. 3. Mais. 2. q. 1. art. 2. Guglielmus Paris. lib. 1. de vniuerso C loto, lib. 1. de fide c. 18. Philo. c. 16. libro contra Proclum, Philoponus apud Simplic. 8. phys. 13. & lib. contra Procl. ad primum c. 3. Toletus 8. phys. q. 8. Burleus post tex. decimum quintum. Murcia disp. 1. q. 3. Hieronymus Plat. de æternitate q. 4. p. 3.

Substantiæ creatæ repugnare æternitatem, nō accidētibus ex Ari.

Ex quibus Arim. putat, ex mente Aristo. repugnare substantiæ creari ab æterno, sed accidentibus non repugnare, produci ab æterno, eo quod æternæ substantiæ sunt per se, at accidentia sunt in alio, & ideo possunt habere dependentiam à causa effectiuam, sed illum omnino fallit optimè, vt ostēdit Heru. q. 4. de æternit. Mundi.

6 varia huius opinionis fundamēta.

Hi tamen inter se diuisi sunt in assignando fundamento huius opinionis, nam aliqui fundantur in patribus, qui dum disputant contra Arrium, negant æternitatem conuenire Creaturæ.

Alij vero dicunt repugnare, eo quod omnem Creaturam necessariò comitatur aliqua successio, siue ratione propriæ existentiæ, siue ratione durationis, quæ necessitate absoluta consequitur Creaturam, ita Bon. & alij.

Aliqui vero dicunt implicare ex ratione Creaturæ, quæ cum ex se habeat esse nō ens; ex vi agentis fit ens: Atq; adeo non esse præcedit esse, vt notat Damasc. 1. fidei cap. 8. hoc autem repugnat æternitati.

4. Alij repugnantiam sumunt ex mutabilitate Creaturæ siue ab intrinseco, siue ab extrinseco, at mutabilitas repugnantiam habet cum æternitate.

5. Alij dicunt repugnare ex ratione permanentiæ, quia Creatura permanens exigit non solum productionem, sed etiam conseruationem; At conseruatio non potest esse ab æterno, quia illam præcedit productio, quod ꝙ si dicant produci in instanti, et immediatè corrumpi, iam in æternitate daretur primum esse rei, quod videtur repugnare.

7 Aeternitas non repugnat creaturæ, vt sic.

Secunda opin. est dicentium æternitatem non repugnare Creaturæ, vt sic, quia nihil continet Creatura, quod non possit habere in æternitate; ita omnes, qui docent Mundū potuisse esse ab æterno, vt docet D. Th. quem sequitur Capr. Hispal. Caiet. Sonc. Argent. & ex Nominalibus Occam, Gabr. Arimin. locis infra citandis, & Venetus 8. phys. t. 15. Ex alijs vero illam docet Duran. in 3. dist. 1. q. 2. & 3. Scotus q. 3. litera F. ad tertiū, vbi negat esse similem rationem contradictionis in quacumque specie coniungi cum æternitate, nam in permanentibus non repugnat; Successiuis verò repugnat; Vndè negat Asinum productum in æternitate potuisse generare in æternitate, quia generatio in Creaturis includit, quod sit mutatio inter terminos oppositos; at quidquid est inter opposita sibi succedentia non potest esse sempiternum, & licet fuisset perfectus, & potens generare quoad actum primum, tamen oportuit ipsum per tempus infinitum quieuisse quoad actum secūdum, quia non fuisset magis perfectus ad generandum, quam Deus ad creandum, & tamen oportuisset Deum quieuisse à creando per infinitum, quasi immaginarium; cum tamen creatio non ita includat nouitatem essendi sicut & generatio. Et infra l. b. 1 § Ad aliud de transitu, vbi ait non esse similem rationem impossibilitatis in successiuis, & permanentibus, quia permanentia licet secundum motus suos possint mensurari tempore, tamen secundum substantiale mensurantur æuo, & ideò ponens permanens sine principio, non videtur ponere aliquod infinitum esse acceptum. Contra vero in successiuis, nam sicut si esset linea quasi protensa in infinitum, incipiens ab hoc puncto. A. non esset possibile, quod esset pertransita; ita è contra imaginando lineam, quasi sic acceptam in præteritum, non videtur possibile, quod sic accepta, vsque ad A. Hanc sequuntur Scotistæ.

Scotus 8. phys. q. 3. Conimbr. cap. 2. q. 6. Ruuius de æternit. q. 1. & 3 Caie 1. p. q. 46. L. Suar. disput. 20. meta. sect. 6. & disput. 29. sect. 1. & 2.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam Duran. videtur excipere creaturas corruptibiles, eo quod putat illas non esse capaces durationis æternæ.

Alij vero æternitatem concedunt omnibus Creaturis permanentibus, siuè sint incorruptibiles, siuè corruptibiles, quia nihil potest corrumpi in ea duratione, in qua est.

## ARTICVLVS TERTIVS.
*Ostenditur æternitatem non repugnare Creaturæ vt sic, ex parte Dei.*

PRima conclus. non repugnat Creaturæ vt sic, produci ab æterno; dixi Creaturæ vt sic, nā an repugnet ex aliqua ratione specifica alicuius Creaturæ dicetur infra, solum hic asserimus Creaturæ posse conuenire æternitatem ab extrinseco, quantum est ex parte Dei, probat illam Diuus Thomas 1. p. q. 46. art. 2. vbi Bagnes, & Vasq. disp. 177. & q. 3. de potentia art. 13. & 14. & opusc. de æternitate Mundi, Capreol. in 2. dist. 1. q. 1. Her. q. 4. de æternitate Mundi. nam ex quatuor capitibus potest sumi repugnantia. primo ex parte Dei producentis, secundò ex parte productionis, tertio ex parte Naturæ creatę secundum essentialia, quarto ex consequentibus Creaturam vt sic; in hac igitur conclusione solum ostendemus, non implicare ex par-

8 Non repugnat creaturæ, vt sic ex parte Dei.

parte Dei, primo quia Deus ab æterno habet virtutem infinitam creatiuam, ergo non deest illi potentia ad creandum in æternitate, quia quando causa habet omnia requisita ad causandum, ex parte sua nullam habet repugnantiam vt exeat in actum, vt enim inquit Aug. 6. de Trinitate; si Sol & aer essent ab æterno, Sol ab æterno illuminaret aerem, quia essent omnia requisita ad illuminationem, ergo similiter posita Dei potentia sufficienti, & completa ad creandum, quia hæc non esset minoris efficacię, quam esset virtus illuminatiua Solis.

Respondent repugnare ex ratione, & perfectione causæ, quæ propter suam dignitatem exigit esse priorem effectu, atque adeo posse esse causam ab æterno completam, quia nihil habet ante se, effectum vero non posse esse ab æterno, quia habet principium, quod est ante se. At quod habet principium, non potest esse ab æterno. Sed

Satis ē cām esse priorē natura effectu.

cōtra quia de ratione, causæ non est esse prius duratione sed natura, vt patet tū experientia, nam lumen in eodem instanti, quo existit, illuminat, & materia in primo instanti, in quo fuit producta, substentauit formam, cum in nullo instāti fuerit sine forma, & Christi Anima in primo instanti habuit gratiam, & similibus; tum quia hoc differt causa producens per motum, ac producens per actionem instantaneam, quia cum motus sit successiuus, non potest esse in eodem instanti, in quo est causa, At vero actio instantanea, cum possit esse in instanti, potest esse in eodem instanti, in quo est causa, nam ex Arist. in instantaneis simul est fieri, & factum esse, tum ratione, nam illa prioritas est necessaria inter causā, & effectum secundū se, quæ satis est ad dependentiam effectus à causa, sed ad hanc nō est necessaria prioritas secundum durationem, quia causa non influit in effectum per virtutem præexistentem, vel prius tempore, vel posterius, quam sit effectus. sed per virtutem præexistentem, dum effectus indiget concursu, sed effectus indiget concursu in illo instanti, in quo primo existit; ergo in illo instanti est necessaria existentia virtutis actiuæ, nam præexistere, vel post existere secundum tempus est impertinens ad influxum in effectum. Vnde fit prioritatem necessariam non esse secundum durationem, sed secundum naturā, sm̄ quam, causa habet existentiā dependentem ab effectū. Cōtra vero effectus.

10 Nulla ratio assignatur ex parte productionis cur effectus, & cā non sint simul duræ.

Confirma. quia simultas secundum durationem causæ cum effectu non repugnat ex ratione productionis, vt patet ex verbo æterno, quod producitur ab æterno: neque ex eo, quod Creatura habeat substantiam diuersam à Deo, quia diuersitat in substantia non ponit in Creatura negationem existentiæ ab æterno, sed solum dependētiam; tū quia hoc quod est dependere ab alio, non repugnat cum hoc, ꝙ est semper esse, nisi quando procedit ab alio per motum; tum quia sicut diuersitas suppositi non ponit hanc repugnantiam, vt ostenditur à Sanctis contra Arrium, ita neque diuersitas in substantia, quia licet sit diuersitas in modo communicandi naturam, vt alibi ostendemus, & modum habendi æternitatem; non tamen quoad habendā æternitatem absolutè, nam semper Creatura haberet æternitatem liberè à Deo, & participatiuè.

Confirm. 2. quia causa producens totam substantiam rei, non minus potest in producendo totam rei substantiam, quam causa producens formam in productione formæ, imò multo magis, quia non producit educendo de potentia materiæ, sicut illud, quod producit formam, sed aliquod agens, quod producit solam formam, potest in hoc, vt forma ab eo producta sit, quandocumquè ipsum est, vt patet in Sole illuminante: ergo fortius Deus, qui producit totam rei substantiam potest facere, vt causatum suum sit, quandocumquè ipse est.

Confirm. 3. Si aliqua causa esset, qua posita in aliquo instāti nō posset poni effectus ab ea procedens in eodem instanti, hoc non est, nisi quia tunc illi causæ deest aliquod de complemento illius; causa enim cōpleta, & causatū sunt simul. sed Deo nunquam defuit aliquid de complemento; ergo causatum eius potest poni semper, eo posito, & ita nō est necessarium, quod duratione præcedat.

Dices hæc vera esse de causa, quæ agit in tempore, non autem de causa, quæ agit ab æterno, quia cum causa secundum omnes sit natura prior suo effectu, necessarium etiam est Deum esse priorem natura suis effectibus, & cum existat in æternitate debet esse prius per totam æternitatem, quia in æternitate nō potest distingui prius, & posterius, sed contra instatur, quia inde ꝓbaretur, Deū in nullo reali instanti posse operari, quia in illo est prior suo effectu, atque adeo præcedit per totam æternitatem, sed non placet, nam aduersarij, volunt effectum non posse produci, nisi post æternitatem: quare effectus poterit produci, et in tempore, et in instanti, quod coexistit æternitati, non quatenus caret principio, sed vt coexistit tempori, et instanti inadæquate: quare ego impugno, tum quia prioritas naturæ non dicit prioritatem durationis, sed dependentiam effectus à causa, et indepēdētiam causæ ab effectu, et ideò dum causa est in illo priori non intelligitur, vt coexistens instanti durationis, existere sine effectu, prioritas enim naturæ dicit negationē effectus præcisiuè, non negatiuè, & exclusiuè: tum quia cum causa intelligitur existere in priori natura, non intelligitur sine effectu, vt ab illa pendet, nam prioritas naturæ consistit in habitione effectus à se dependentis, quod si causa agit successiuè, intelligitur dependentia effectus successiui, quia non potest intelligi prioritas, quæ sit sine suo termino posteriori secundum eam rationem, secūdum quam est posterior, neque obstat libertas Dei in operando, quia ad hanc non exigitur, vt sit indifferens ad agendum prius duratione, quam agat, sed satis est, quod in

11

Non est discrimen inter causam operantem ab æterno, & in tēpore quoad prioritatem

eo

en inſtanti, in quo operatur ſecundum ſe, ſit indifferens, vt patet ex omnium conſenſu, tum in anima Chriſti, quæ in primo inſtanti, quo extitit, liberè ſe Deo ſubiecit, & obtulit; tum in actu diuinæ voluntatis, quo ab æterno voluit Mundum creare. Neque eſt abſurdum creaturam æquare Deum in duratione, ſecundum coexiſtentiam ad tempus immaginarium, quia differunt in modo durandi, quia Deus neceſſario, & ex ſe cœtera autem contingentur, & ab alio durant, quod patet ex duratione à parte poſt æterna cœlorum, & intelligentiarum.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Oſtenditur non repugnare ex parte productionis.*

12 Oſtenditur nō repugnare ex parte ꝓductionis

SEcunda concluſio oon repugnat Creaturę produci ab æterno ex parte productionis, probatur primo ex ratione productionis in communi, nam de ratione productionis non eſt eſse inter duos terminos, ſcilicet non eſse, & eſse, nam res ex vi productionis accipit eſse, quod non habet ex ſe, hoc autem non ponit, & affirmat negationem exiſtentiæ abſolute, et ſimpliciter, ſed tantum negat exiſtentiam illam, quam habet, non habere ex ſe, ſed ab alio.

Dices; de ratione productionis eſt, vt per illam res transferatur de non eſse ad eſse; atq; adeo ſupponit negationem exiſtentiæ abſolute, hoc autem repugnat exiſtentiæ æternæ, quæ nihil ſupponit ante ſe; Antecedēs patet, quia productio non eſt rei exiſtentis, ſed non exiſtentis, quod enim exiſtit, non producitur tum quia ex vi productionis res tranſit de non eſse ad eſse; at eſse, & non eſse nō poſſunt eſse ſimul, ergo non eſse praecedit eſse ſecundum durationem.

Confirm. quia productio menſuratur inſtanti tranſeunte, ergo non eſt ęterna, nam illud inſtans, nec durare poteſt ęterno tempore, cum raptim tranſeat, & cum non ſit continuatiuum temporis, nec terminatiuum, erit initiatiuum temporis, atque adeo æternitatis: At repugnat æternitati habere initiū ſecundum durationem. Reſp. negando antecedens, quia licet illud conueniat productioni, que eſt cum nouitate eſſendi, non tamen productioni abſolutè ſumpte, vt patet tum ex productione verbi, tum ex propria ratione productionis, quę eſſentialiter eſt cōmunicatio exiſtentiae, ſiue dependentia effectus à cauſa, haec autem ſecundum ſe abſtrahit ab aeternitate, & nouitate eſsendi.

Oſtenditur quomodo productio ſit traductio de non eſſe ad eſſe.

Reſ. not. antec. Ad probat. Reſp. ꝓductionē eſſe rei, non exiſtentis non affirmatiuè, ſed negatiuè, quia ſcilicet non neceſſario praeſupponit negationem exiſtentiae prius duratione eſſe, ſed tantum terminari ad exiſtentiam, qua non conuenit rei ꝓductae ex ſe, et ex natura ſua, ſed illam habet ab alio extrinſeco; Vnde debet praeſupponi in priori natura non affirmatiuè, ſed negatiuè, vt infra Fuſius: ſicut productio paſſiones non præſupponit negationem illius in eſſentia, quia tunc non poſſet eſſe ſimul duratione cum ſua eſſentia, ſed tantum in priori natura, quia eſsentia eſt cauſa ſuae paſſionis. Vnde etiam patet falsò dici in omni productione requiri tranſitum de non eſse ad eſse, quia ſufficit recipere eſse quod nō habet ex ſe, ſed ab alio, ſed ſemper poteſt illud habere ab alio.

Ad confirmationem. Reſp. productionem aeternam non menſurari inſtanti tranſeunte, ſed aeternitatis, quia in aeternitate non eſt tranſitus ſed continua permanentia, quae vero eſt tēporanea, illa menſuretur inſtanti trāſeūte. Vnde tēporanea diſtinguitur à conſeruatione. Ex quo patet falli Bonetū, dum cōcedit menſurari inſtanti tranſeunte; atq; adeo non eſſe rei inſtantaneum, ꝓcedere eſſe, quod menſuratur toto tempore ſequenti, quod licet habeat initium, poteſt eſse infinitum, ſicut partes quantitatis, & puncta inter duos terminos lineae finitae, ſunt infinita. Fallitur inquā, quia infra conſtabit res indeterminatae quantitatis non poſſe contineri intra duos terminos, tum quia illa productio non eſset in aeternitate, nam quae ſunt in aeternitate, non poſsunt in eadem aeternitate deſinere eſse, atque adeo tranſire, de eſſe ad non eſſe & hinc res, quae fit in ęternitate dicitur ſemper fieri in aeternitate. — 13 Qua menſura menſuretur productio æterna — Error Bon. reprehenditur.

Secundo probatur ex ſpeciebus productionis; quarum nulla eſsentialiter exigit nouitatem eſsendi, omnis enim productio vel eſt eductio, vel creatio, reſpectu creaturarū, ſed primae, ſcilicet eductioni non repugnat eſse ab aeterno, nam ſi ponantur cauſae proportionatae ab aeterno, ſcilicet materia, & efficiens non repugnat eductionem eſſe ſimul cum ſuis cauſis, quia etiam ſi illa ſimultas repugnet eductioni ſucceſſiuè, non tamen inſtantaneae, nam prioritas requiſita in cauſa, vt ſic reſpectu actionis, & effectus non eſt durationis, ſed naturae, vt patet ex reſultantia paſſionum ab eſsentia, & illuminationis à luminoſo, & in ſimilibus, nam conceptus eductionis ſupra productionem non addit nouitatem eſsendi, ſed ſolum dependentiam à materia; Neque dicas praeexigere priuationem in materia, quia id licet ſit de ratione eductionis habentis conceptum mutationis, non tamen eſt de ratione eductionis vt ſic, nā ſi ponatur produci lumen in aere in primo inſtanti, in quo eſt aer, concurrente aere ad productionem luminis, illa illuminatio erit eductio, & tamen non praeceſſit affirmatiuè priuatio, ſed tantum negatiuè, quod aer cum non habeat ex ſe lumen, illud recipit ab alio, & ratione huius prioritatis naturae, ſecundū quam aer dicitur ex ſe prius nō habere lumē intelligitur à nobis aerem habere aliquam rationem mutationis, ſed id eſt, ex noſtro modo intelligendi, non tamen ſecundum rem, & veram rationem mutationis, ſed concipi à nobis vt ſimilem mutationi, vt dicetur etiam de creatione. — Eſſe ab ęterno nō repugnat eductioni, nec creationi.

Secunda ſpecies productionis eſt per creationem, at creationi non repugnat aeternitas, tum

diuersitas suppositi, & quod in diuinis diuersitas suppositi sit cum identitate naturæ, non autem in creaturis, ponit quidem consubstantialitatem in diuinis, non autem in creaturis: at ex negatione consubstantialitatis non ponitur repugnantia in creatis eum æternitate, sed solum quod in diuinis coaeternitas esset necessario exigita ex vi naturæ diuinae, at in creatis non est exigita, sed contingenter, & liberè communicata. Ex quibus patet ad primam repugnantiam.

16 *An conseruatio in æternis distinguatur a creatione.*

Ad 2. repugnantiam ductam ex distinctione creationis à conseruatione, quæ distinctio destrueretur ex coniunctione creationis cum æternitate, facilè conceditur destrui distinctionem illam, quia ibi non est conseruatio, sed fieri aeternum, ideò quod nihil habet esse praecedens duratione, vbi autem incipit esse conseruatio, ibi statim intelligitur existentia praecedens duratione, quia nó sufficit ad conceptum conseruationis existentia praecedens secundum conceptum, vel natura, quia alioquin in primo instanti, quo res fit, conseruaretur, quia ibi potest cócipi prioritas quaedam, vt patet, dum operatur in eodem instanti, quia prius est secundum naturam existere, quam operari, de qua re videndus Heru q. 1. de aetern.

*Ostenditur non repugnare ex mensura creat.*

Neque tertium obstat, nam primo nó omne quod fit, fieri debet per motum, & mutationem, vel simplicem emanationem, vt est communis ad liberam, & necessariã creationem, nam datur alius modus productionis, qui est per eductionem formarum fine mutatione. quomodo forte fuerunt in prima rerum creatione eductae formae ex potentia materiae in primo instanti, in quo fuit materia, in quo non potuit esse mutatio, quae essentialiter exigit subiectum prius existere sub termino à quo, incompossibili cum termino ad quem.

Secundo etiam si id concederetur, negatur sequi non posse emanationé esse ab æterno, nam licet hoc repugnet mutationi ob incompossibilitatem terminorum in eodé subiecto, tamèn hæc non exigitur in emanatione, vt patet; & licet emanatio cum nouitate essendi præerequirat negationem termini præexistentem, atque adeo in ea detur primum instans rei productæ, ante quod non erat, tamen emanatio vt dicit absolutè esse ab alio, id non dicit, vt patet, tum ex productione verbi, tum ex productione naturæ distinctæ à natura producentis, quia non respicit aliquod determinatum instans, in quo primo sit, vel vltimo non sit, sed dicit totam durationem rei productæ; legite Heru. opusc. de æternitate q. 1. & 3. quæ nos dicemus in primo tom. opusc. Tr. 3. disp. 2.

Tertio dicitur ex Duran. quod licet productio, quæ consequitur motum, mensuretur instanti fluente, non tamen quæ est fine motu intrinsecè, & extrinsecè, quia hæc mensurari potest instanti permanenti, & hoc instanti mensuratur productio, quæ est in æternitate; in qua non datur nec primum, nec secundum instans, quia huiusmodi numerus conuenit instantibus fluentibus, quæ continuant, vel terminant tempus, quod est mensura motus.

## ARTICVLVS QVINCTVS
### *Ostenditur æternitatem non repugnare Creaturæ ex conditione Creaturæ.*

Tertia concl. æternitas nó repugnat creaturae, nam tria possunt considerari in creatura, primum dependentia ab efficiente, at hæc siue sit actualis, siue aptitudinalis non destruitur ex eo, quod ponitur in æternitate; tum quia si æternitas non repugnat creationi, neque repugnabit creabili, quod essentialiter respicit creatio, & multo minus repugnabit factioni, quæ abstrahit à creatione, & eductione, quia fieri non dicit aliud quam aliquid habere suum esse ab alio diuerso in essentia. At hoc nihil includit repugnans cũ æternitate. tum quia conceptus dependentiæ quò magis durat, eò magis perficitur, atque adeo si est ab aeterno erit perfectior dependentia. 17 *Non repugnat creaturæ ex ratione creaturæ*

Secundum quod includit creatura est conceptus substantiæ, vel accidentis, quia omnis creatura vel est accidens, vel substantia, sed substantiæ vt sic non repugnat æternitas, vt patet tum ex diuinis, tum ex perseitate, qua illam constituit, nam illa non excludit causam effectiuam; tum quia alioqui neque posset in tempore à causa produci; tũ quia illam rationé excluditur à substantia, per quam distinguitur ab accidente. At perseitas distinguens non dicit negationem causæ efficientis, sed subiectiuæ sustentantis. Vnde fit æternitatem non repugnare substãtiæ, etiam vt est creata; quia hæc supra conceptum substantiae in communi non addit nisi depédentiam ab alio, quam probauimus posse esse ab æterno, & vim sustentatiuã accidentium, cui non videtur repugnare æternitas, quia tam virtus sustentatiua, quam substentatio potest esse æterna, sicut pôt esse æternus concursus effectiuus. Neque repugnat creaturae, vt est accidens, nam accidés supra ens creatum, non addit nisi dependentiam à subiecto: At dependere à subiecto, non includit aliquid repugnans cum æternitate, nam cum possit esse in eodem instanti, ac est subiectum vt patet ex aere illuminato à Sole, si fuissent ab aeterno, nihil includit, quod repugnat æternitati, quia non exigit subiectum præexistens sub priuatione, vt patet ex dictis, quia licet aer ex se non habeat lumen, atqui adeo dicat negationem luminis, tamen non dicit illam prius duratione, quàm sit lumen, sed prius natura, non quidem positiuè, quasi habeat absolutè priuationem, quia sic repugnaret habere lumen in eodem instanti durationis. sed est prius natura negatiuè, quatenus lumen, quod habet, non habet illud ex se, sed ab alio, quæ negatio semper manet cum lumine, quia semper verum est dicere; aer lumen non habet ex se.

Vnde

Vnde Arim, qui negauit substantiam posse esse ab æterno illud concedit accidenti.

**An repugnat ex eo, quod creatura ex se sit non ens.**

Tertium quod habet creatura est, vt ex se sit non ens, ergo prius habet esse non ens, quã esse ens: at hæc prioritas repugnat æternitati, nam cum illa prioritas sit inter terminos incompossibiles, non sufficit, vt sit prioritas naturae, sed debet esse durationis, nam duo incompossibilia non possunt eidem rei conuenire in eadem duratione.

Confirm. quia de ratione creaturæ est, vt habeat esse acquisitum ab alio, at acquisitio supponit in acquirente carentiam rei, quę acquiritur.

Confirm. 2. ex authoritate Patrum, qui disputantes cum Arrio, qui fatebatur filium Dei esse quidem æternum, sed Creaturã, argumentantur contra Arrium, si æternus, ergo non est dependens, atque adeo nec est creatura. Vnde colligitur ex Patribus dependẽtiam Creaturae à Deo, repugnare eum æternitate. Ita enim Athanasius orat. 2. contra Arrianos, & conc. 2. habita in conc. Nicaeno cum ex æternitate filij collegisset non esse Creaturam. Resp. Arrius, esto filius sit ęternus, tamen ita æternus, vt ab æterno conditus æternitatem in se habeat; tunc contra Athanasius; *si æternus*, inquit, *ergo non est creatura*, & idem argumentum format Cirillus Alexandrinus lib. 6. Thes. c. 2. & l. 12. cap. 9. 10. 13. & 15. Basilius lib. 2. contra Eunomium. *Nos* inquit, *eiusdem dementiæ esse putamus, & creaturæ æternitatis testimonium præbere, & creatura Dominum hac confessione priuare*. Damasc. lib. 2. cap. 8. *Natura* inquit, *minimè comparatum est, vt quod ex nihilo in actum producitur, eandem cum suo principio æternitatem habeat*, & infra. *Creatio cum voluntatis opus sit, non coæterna Deo est, quando quidem suaptè naturae capax non sit: quod de non esse deducitur coæternum illi esse, qui sine principio*. Ambr. lib. 1. Exam. cap. 3. disputans contra philosophos, ponentes Mundum aeternum: *Quid tam inconueniens*, inquit, *quam vt æternitatem operis, cum Dei Omnipotentis coniungere æternitate*: Quare putat Mundum non posse associari in aeternitate cum Creatore omnium. Hugo lib. 1. Sacramentorum c. 10. *Fugit*, inquit, *diuinam virtutem vt aliquid sibi coæternum faciat*. August. 12. de Ciuit. cap. 15. *Quomodo* inquit; *Angeli creati dicẽdi sunt, si semper fuisse intelliguntur*, & lib. contra Felicianum cap. 7. *Creatura* inquit, *est ex eo, quod adhuc non est, aut aliquando non fuit, Deo volente incœpit esse*. & lib. de fide ad Petrum cap. 3. docet omnem creaturam necessariò habere initium. Fulg. lib. 1. ad monimum Regem, vt inquit: omne creationis opus sine initio non potuit, neque potest fieri. Sic illa sempiterna voluntas eius nunquam mutabilitati subiacet, quia initium existendi non habet. Vgo libr. 1. de Sacramen. *Dei* inquit, *Virtus nihil habere potuit præter se coæternum*, Iust. Martyr lib. aduersus Arist. ex 3. phys. *docet, quæ oriuntur, necessario habere principium*, & ex 4. phys. *quæ orta, & quæ facta fuerunt; neque æterna sunt, neque principio carent*.

**Ciril. Alex.**

18 **Basil.**

**Damasc.**

**Hugo.**

**August.**

**Fulg.**

**Vgo.**

**Iust. Mart.**

Tertul. aduersus Hermogenem; *nihil* inquit, *quod fieri habet sine initio est*. Sed ex his nulla ponitur, repugnantia inter Creaturam, & æternitatem in ordine ad potentiam Dei absolutam, nam Creatura dicitur ex se non ens, non quidem non entitate essentiae, quia ens essentia per se primo prædicatur de Creatura. Vnde ea prædicatio est necessaria, & caret causa, sed intelligitur de non esse existentiae, quod ex se Creatura nõ habet. Hoc tamen dupliciter intelligi potest, primo affirmatiuè, vt scilicet non esse affirmetur de Creatura in propositione de praedicato infinito, & est falsum, tum quia sequeretur negationem existentiae esse de essentia creaturæ, atque ideo nunquam posset habere existentiam, quia destrueretur essentia, nam ly ex se in tali propositione illum sensum reddit, vt explicatur alibi ex Caietan. tum quia non esse, non est necessarium, vt prius verificetur de creatura quam esse, nam licet rebus prius conueniant praedicata per se, quam conueniant per accidens, quando sunt praedicata necessaria, & positiuè exigita, secus autem quando sunt praedicata, quę ex se negantur de subiecto, quia talia praedicata possunt nunquam existere in tali subiecto, vt cum illi tribuuntur ab alio in primo instanti, in quo subiectum existit, praeueniendo conuenientiã negationis talis praedicati; & ita contingit in existentia, quae ab æternitate conuenit creaturae, & ideo dicitur conuenire illi non esse non affirmatiuè, sed negatiuè, vt optimè Heru. loc. cit. quia suis viribus non habet existẽtiam sed ab alio.

**Tertull.**

**Creatura dicit ex se non ens nõ quidem entitate essẽtię sed existentiæ.**

**Ex se nõ ẽs, 1. affirmatiuè, 2. negatiuè ex Ca.** 19

**Heru.**

Dices primo creatura ex se non existit, sed existit ab alio, ergo non existere prius natura illi cõuenit, quia illud habet praecisò quocumque alio. Resp. 1. conuenire negationem prius natura secundum aptitudinem, nõ secundum actum, quia creatura acta est prius natura esse sub negatione existentiae licet de facto non sit, quod praeueniat illã existentia æterna.

**Obiect.**

Resp. 2. conuenire qoidem prius natura, non affirmatiuè quasi habeat negationem, sed negatiuè, siue quia ex se haberet negationem existentiæ, nisi illam haberet ab alio, siue quia semper est verum dicere, quod Creatura ex se non habet existentiam, et quando illam habet ab alio, quia habere ab alio non est illã habere ex se. Vndè negatur vniuersaliter illa Scoti *propositio quando duo incompossibilia rei conueniunt, & vnum prius natura, quam alterum, tunc prioritas natura infert prioritatem durationis*, est enim vera, quando duo illa aliquando positiuè, seu affirmatiuè rei conueniunt; secus autem si negatiuè vt fuse ipse explicat. Neque de ratione Creaturæ est vt aliquando non fuerit, sed vt existat vi, & beneficio causae per realem influxum, quod etiam esset si Creatura ab æterno produceretur, sicut si vestigium pedis esset ab æterno

**1. negatio existentiæ prius cõuenire effectui secundum aptitudinẽ, quam existentia æterna.**

**Scoti.**

ab æterno etiam esset à pede.

20 Heru.arg. Dices etiam si creaturæ negatiuè conueniat non esse prius, quam esse, tamen positiuè conuenit potentia ad non esse, quam ad esse, sed potentia ad non esse, & ad esse vel conuenit simul, & non, quia tunc conueniret potentia ad oppositos actus simul, vel conuenit non simul, & tunc vel prius conuenit potentia ad esse, quam ad non esse, & non quia potentia prius respicit actum, quem habet ex se, quam qui conuenit illi ab extrinseco; ergo conuenit prius potentia ad non esse; hoc autem est prius duratione, quia opposita non possunt conuenire simul duratione, etiam si vnum sit prius altero secundum naturam. ita Heru. qui multa addit in confirmationem huius argumenti.

Resp. expli catur quomodo potētia ad oppositos actus id veniat simul, & quo modo non. Resp. negando potentiam ad oppositos actus non conuenire eidem, simul simultate ex parte potentiæ: licet non simultate ex parte actus, cum potentia oppositarum sit eadē, quæ respicit actus oppositos, non quidem in subiecto simul coexistentes, sed diuisè. Vnde cum natura habeat in se existentiam, retinet etiam in se potentiam ad non existendū pro alia duratione; & contra; quod si quæras quid conuenit prius natura, potentia ad existendum, vel ad non existendum.

Priorit. naturæ secūdū perfectionē, & independentiā. Resp. prioritatem naturæ posse accipi dupliciter, primo vt sumitur à perfectione, vnde prius dicitur, quod est perfectius, & sic prius natura conuenit potentia ad existendū secundò vt sumitur ab independentia, & ita prius conuenit naturæ potentia ad non existendum, nam vt habeat negationem existētiæ non indiget causa effectiua, sicut indiget, vt habeat existentiam; atque adeo potentia ad non existendum est independentior.

21 Cur acceptio, & acquisitio cōcipiātur cū præuia negatione rei quæ accipitur. Ad primum confirm. Resp. eandem difficultatem reperiri in acceptione, & acquisitione existentiae, nam vtraque videtur connotare carentiam rei acceptæ, sed id oritur ex assuetudine concipiendi acceptionem, & acquisitionem, cum plerumque fiant cū tali connotatione; At vero si vtraque accipiatur secundum se absolutè, neutra connotat carentiam rei acceptæ, & acquisitæ, vt prius conuenientem subiecto positiuè, & affirmatiuè, sed tantum prius natura negatiuè, nam res accepta, & acquisita exigit, vt subiectum acquirens illam ex se non habeat.

Vnde duplex acceptio, & acquisitio dici potest, primo cum nouitate essendi, & hæc repugnat cum æternitate; secundo absolutè, vt abstrahit à nouitate essendi, & dicitur solum de re, quæ ab alio habetur, & haec acquisitio non repugnat cum æternitate; quia licet exigat initium effectiuum sui esse, non tamen initium durationis. Vnde patet Creaturam posse accipere, & acquirere existentiam ab æterno à Deo, quia si Deus produceret ab æterno Creaturam, sicut Deus esset in æternitate cum tali effectu à se dependenter, quae dependentia poneret quidem in Deo prioritatem naturæ, & in Creatura posteritatem, non tamen prioritatē durationis; nam æternitas, quae conueniret Deo per essentiam, conueniret Creaturae per participationem. Neque illa prioritas dicit negationem effectus in illo priori per propositionem negatiuam, & absolute, sed per cognitionem praecisiuam.

Ad secundum confirm. Resp. 1. ex hac Patrum authoritate fieri valde probabilem opinionem oppositam; & fundamentum implicantiae sumi deberet, quod de ratione Creaturae sit recipere existentiam ab alio, atque adeò connotare carentiam existentiae; Neque eadem ratio est de verbo, quia verbū non est causatum, nec dependens; cum habeat eandem numero essentiam cum Patre; At Creatura vere causatur, & dependet secundum essentiam, existentiam, & suppositum, distincta à Deo, quia tamen contraria opinio est probabilior, ideo quod dicitur de filio Dei, retorquetur contra aduersarios; nā sicut Filius Dei producitur ab æterno, ita & Creatura, quia illi non repugnat ex ratione productionis, vel distinctionis à suo principio, quia etiam Filius Dei producitur, et suppositaliter distinguitur à Patre, neque ex ratione dependentiae, vel liberae productionis, quia licet haec non conueniant Filio Dei, tamen æternitas non destruit conceptum dependentiae, sicut nec tollit libertatem à causa producente, vt patet ex actu libero diuinae voluntatis, qui est ab æterno; neque est repugnantia ex parte distinctionis naturae, quia sicut est existentia, ita est distincta æternitas. 22 Ex Patrum authoritate fit probabiles opinio contraria.

Hine Resp. 2. ad authoritates Patrū; Nam aliqui putant eos non loqui de repugnantia Physica, & Logica, sed de morali, quia non decuit creaturam esse æternam, nam ex æternitate facilè potuisset erigere se in superbiā, & in contemptum Dei, non agnoscendo suā dependentiam à Deo, contra finem ad quem Creatura ordinatur. Explicātur Patres dum dicit æterni tatem non conuenire creaturæ.

At alij 2. melius Resp. Patres loqui de facto, nam cum Arrius admitteret scripturas, & ex initio gen. constat Mundum fuisse factum in tempore, non potuit verbum, quod ab æterno fuit esse in tēpore, quia per ipsum creata sunt omnia; atque adeò præcessit æternitate omnes Creaturas: & vere multi Patres ita loquuntur, sed quia aliqui hanc interpretationem non facilè admittunt, nam Athanasius in illa disputatione contra Arrium co actum fatebatur filium Dei esse æternum, & tamen adhuc dicebat esse creatutam; instat Athanasius; *est æternus ergo non Creatura*, & contra *est creatura ergo non æterna*. Vnde Auguft. lib. 1. contra Massim. refert Arrium initio concessisse creaturam non esse ab æterno, tamen cum inde vrgeretur à Catholicis, mutasse sententiam, & affirmasse creaturam adhuc posse esse æternam, contra quem Auguft. eandem consequētiam format ac Athanasius, atque adeo non potest illud argumētum fieri ad hominem. posset tamen retenta responsione dici esse ad hominem admittentem Athan. Augus.

tem scripturam, nam cum profiteretur fidē Christianam facilè ex scripturis conuinci poterat nullam Creaturam esse æternam, & ita loqui videtur Cirillus.

Tertio Resp. alij, Patres loqui de Creaturis secundum propriam ipsorum naturam, cum omnibus sint mutationibus subiectæ, nā vel sunt corruptibiles, & ab æterno non possunt habere corruptionem, vel incorruptibiles, & semper habent aliquas mutationes accidentales, quas non possunt habere ab æterno, & ideò Patres dicunt repugnare Creaturis æternitatem, secundum statum scilicet naturalem illis debitū, & colligitur ex Aug. 12. de Ciuit. c. 15. vbi negans Angelos Deo posse esse coæternos subdit, nā licet Immortalitas Angelorum non transeat in tempore, tamen eorum motus, qui tempore peraguntur, ex futuro in præteritum transeunt, & ideo Creatori coæterni esse non possunt.

Aug.

Resp. 4. D. Th. opusc. de ætern. Mundi, non posse Mundum esse coæternum Deo, vt habeant omnino similem immutabilitatem: idest vt (ego explico) independentiæ, nam omnis Creatura in æternitate habet quidem quandā immutabilitatē, sed cū dependentia atque adeo dissimilē immutabilitati Diuinæ.

D. Th.

Vnde patet cum D. Th. & Scholastici authoritates Patrum variè explicent, nō esse cur asseramus hanc opinionem pugnare cum Patribus, & Confirm. ex dictis Nazianz. lib. 3. de Theolog. c. 2. qui ostendens filium, & Spiritum Sanctum esse à patre, tanquam à principio, & tamen esse coæternos, sic ait, *Etenim principij expers, quod est hoc æternū, vt sit oportet, quod vero æternum est, hoc non continuo, & principio caret, si quidē ad principiū patrē*, scilicet refertur, *non igitur hac rā principio carebunt, porro satis constat, causā non omnino his, quorum est causa esse antiquiorem; quoniam nec Sol quidem luce est antiquior, imò neq; causa libera est prior suo actu, vt dicitur de Christo*, qui in instanti suæ productionis habuit actum meritorium.

Naz.

causa simul cū effectu.

25 Ex hac conclusione patet, neque ex parte existentiæ creatæ repugnare æternitatem, nā si non repugnat produci, neque repugnat existere, cum productio terminetur ad existentiam. Dices de ratione existentiæ creatæ est non solum produci, sed conseruari, sed conseruationi repugnat æternitas, quia conseruatio succedit productioni, ens autē successiuū siuè essentialiter, siuè denominatiuum non potest esse ab æterno, quia supponit aliquid ante se, atque adeò initium.

Confirmat. quia si Deus habuit potentiam producendi ab æterno, Creatura fuit possibilis, vt esset ab æterno, sed in æternis idē est esse, & posse. Resp. licet conseruatio sicut et duratio ex nostro modo concipiendi coexistant ad imaginariam successionem durationis, tanquam propriam mensuram, & si esset ab æterno, intelligerentur coexistere ad infinitam successionem imaginariam, tamen secundum rem sint permanentes, sicut & existentia, cui conueniunt: Vnde carent omni intrinseca mutatione, siue per additionem, siue per diminutionem: quare licet duratio ex nostro modo concipiendi videatur supponere existentiam, absolute sumptam, atque adeò illi succedere, ob consuetudinem concipiendi res productas per motum, vel consequenter ad motum, tamen secundum rem nulla est ibi successio, quia res producta in æternitate, vt existit in æternitate, ita durat in æternitate, & idem dicitur de conseruatione respectu productionis, nam sicut in eodem instanti temporis, in quo res producitur, productio non distinguitur à conseruatione, ita nec productio in æternitate distinguitur à conseruatione in eadem mensura æternitatis. Vnde Durandus in 2. dist. 1. q. 2. nu. 19. sicut in diuinis semper est verum dicere, filius gignitur, & genitus est à patre ex necessitate naturæ, & in identitate essentiæ, ita de creatura quandiù est quod Creatur à Deo, & creata est, ex libera tamen voluntate diuina, & in diuersitate essentiæ, vt sit eadem ratio productionis & conseruationis earum.

Cōseruatio licet concipiatur, vt coexistens successioni, tamen secū dum se est permanens.

In æternis simul est gigni, & esse genitum.

Resp. sec. existentiam creatam indigere conseruatione in diuersa duratione, ab ea, in qua est productio. At vero in duratione, in qua est productio, pro ea duratione non indiget conseruatione. Vnde res quæ producitur in æternitate, pro illa mensura non indiget conseruatione.

Productum in æternitate non indiget conseruatione.

Ad confirmationem. Respond. primo propositionem illam proferri ab Aristotele, qui de æternis non multa cognouit. Resp. secūdò esse veram de æternis necessariò existētibus, cuiusmodi est solus Deus, in quo ob suā immutabilitatem idem est esse, & posse, cum sit purus actus, carens omni potentialitate. An autem tales sint intelligentiæ ex Aristo. dicetur alibi.

Quomodo in æternis idē sit esse, & posse.

Resp. tertio propositionem illam esse veram de ijs, quæ ab æterno habent realem potentiam passiuam, quia illa potentia non potest esse in æternitate sine suo actu, non autē de ijs, quæ sunt in potentia logica, quia talia multa sunt, ab æterno, quæ nunquam erunt. Vnde neq; est vera in potētia actiua, quia Dei potētia æterna multa pōt efficere, q̄ nō efficit.

Resp. 4. propositionem illā nō esse ad rē, quia nos nō loquimur de ijs, quæ sunt æterna, sed an alicui repugnet esse ab æterno.

## DVBITATIO III.

### *An creatura repugnet æternitas ex ijs proprietatibus, quæ consequuntur quamlibet creaturam.*

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*Afferuntur rationes repugnantiæ.*

1 DIximus repugnantiam posse sumi ex quatuor capitibus; explicauimus in superiori dubitatione, nō repugnare ex parte Dei, ex parte productionis, & ex parte creaturæ ratione essentiæ, & existentiæ; nunc videndum est, an repugnet ex parte eorum, quę consequuntur quamlibet creaturam. 1

Ex

Quatuor proprietates creaturarum, cum quibus videtur repugnare æternitas.

Hæc autem reuocari possunt ad quatuor attributa, primum est finitas perfectionis creatæ, secundum est, contingentia, seu possibilitas ad essendum, & non essendum. Tertium est corruptibilitas, seu annihilabilitas. Quartum est mutabilitas. Ex quibus aliqui colligunt repugnare creaturæ æternitatem

Ex finitate.

Primum alij probant; nam sequeretur creaturam esse infinitæ perfectionis, nam haberet infinitam durationem, quæ est maxima perfectio diuina. Vnde sicut Deus non potest cōmunicare infinitam sapientiā creaturæ, etiamsi sapientia Diuina esset diuersę rationis à sapientia creata, ita neque æternitatē, quæ est infinitæ perfectionis etiam si æternitas creaturæ esset diuersæ rationis ab æternitate Dei. Confirm. quia habens vim durandi per æternitatem est infinitæ perfectionis, nam si potens resistere per decem annos, est tantę perfectionis, & per viginti, maioris. ergo habens vim duràdi per infinitū tempus habet infinitā perfectionē, huiusmodi autem est esset creatura existens ab æterno.

Ex contingentiā.

Secundo, alij probant ex parte contingentiæ, seu possibilitatis, nam omne ens contingens, seu possibile supponit carentiam existētiæ, quæ suppositio repugnat æternitati. Cōfirm. quia omne contingens, seu possibile ita est vt possit non esse, & contra ai creatura ab eterno ita est in æternitate, vt non possit non esse, ergo destruitur per æternitatem cōceptus contingentiæ, nam necessariò existeret per æternitatem, necessarium autem, & cōtingens opponuntur, & hoc videtur esse fundamentum Durandi in 2. dist. 1. quæst. Sed hic loquitur de corruptibilitate propriè dicta vt infra.

Ex annihilabilitate.

Tertio, alij probant quia creatura ab æterno non esset annihilabilis, hoc autē repugnat, tū Deo rōne libertatis diuinæ, quòd necessitaretur ad influendum in creaturam æterno tempore, tum creaturę, quæ cum non vendicet sibi necessariò existentiam, potest, in quocumque instanti annihilari, quod non solum est verum in creaturis natura sua corruptibilibus, sed etiam in ijs, quæ natura sua sunt incorruptibiles, vt Angeli, & Cœli.

Ex mutabilitate.

Quarto, alij probant ex mutabilitate creaturæ, nam ille status creaturæ repugnat, qui repugnat eius mutabilitati, sine qua creatura non potest esse, sed status æternitatis repugnat mutabilitati, nam quidquid existit ab ęterno, per totam æternitatē non potest corrumpi, atque adeò creatura habens aliquam formam in ęternitate, non potest ab ea forma mutari, siue ammittendo illam, siue aliam illi incompossibilem acquirendo.

Ostenditur nullā proprietatem creaturæ esse incōpossibilē cum æternitate.

At vero alij putāt ex his rationibus nullam poni implicantiam, quia creatura existens ab æternitate esset eiusdem speciei, ac illa, quæ producitur in tempore, atque adeò non acquireret maiorem perfectionem secundū essentiam, & quia idem, vt idem semper est aptum producere idem; ideò ex eadem essentia specifica oriuntur eædem proprietates, atque adeò nō acquireret perfectiores proprietates. Vndè manet, vt sit eiusdem finitæ perfectionis secundum proprium esse; & quia duratio permanens secundum se, non dicit infinitatem, nam est tantæ perfectionis intrinsecæ, quanta est existentia, quam consequitur: ideo ex vi ęternitatis non acquirit infinitam perfectionem. At inquies; Æternitas in Deo dicit infinitam perfectionem; ergo etiam in creaturis. Respond. Æternitatem posse dicere perfectionem infinitam ex ratione connotati tripliciter, primo ex ratione principij, nam principium exigens ęternitatem, est infinitę perfectionis, cuiusmodi est solus Deus, qui est infinitus tàm secundum essentiam, & existentiam, cui conuenit æternitas per essentiam, quàm secundum potentiam, quæ existens ab æterno, potest producere vi propria, & conseruare effectus per totam æternitatem à parte ante, & post. Secūdo ex ratione coexistentiæ ad tēpus, quia æternitas potest coexistere tempori cathegorematicè, vel syncathegorematicè infinito. Ex hoc autem (vt notat Suar. disp. 20. sect. 6. num. 14.) nullam infinitatem intrinsecè dicit quasi habeat in se partes infinitas, vel infinitas perfectiones in genere entis; nam in Angelo durante per mille annos, non est maior perfectio intrinseca, quam sit in durante per momentum. Vndè fit, dici infinitam durationem, siue quia caret principio durationis, sicut infinitum caret principio, siuè extrinsecè quia coexistere potest tempori infinito. tum ex parte cōseruantis, & producētis, nā virtus diuina producens, vel conseruans per æternitatem est infinita.

Aeternitas quomodo dicat infinitatem.

3 Hinc patet diuersam esse rationem æternitatis, ac temporis infiniti, nam æternitati nō fit additio aliqua partium, at tempori fit additio partis ad partem, atquè adeò perfectionis ad perfectionem. Secundo patet cur æternitas possit communicari creaturæ, nō autem sapientia infinita, quia infinitas sapiētiæ creatæ non potest esse, nisi per additionem perfectionis ad perfectionem, siue id fiat per additionem gradus ad gradum, vt fit in intensione, siuè fiat per accessum diuersarū perfectionū ad infinitā Dei sapiētiā, quomodo dicimus creaturas posse in infinitū produci perfectiores, & perfectiores. At instabis; Æternitas dicit maiorem perfectionem, quam tempus infinitū, quia dicit intensiuè omnes perfectiones, quas tempus dicit extensiuè, vt patet ex vi existendi inuariabiliter ad tempus infinitum: At perfectio intensiua est maior, quam extensiua, sicut perfectio, causę est maior, quam perfectio effectuum, quia virtualiter intensiuè continet omnes perfectiones diuersas effectum. Respond. Hinc optimè probari æternitatem per essentiam esse maioris perfectionis, quàm sit tempus infinitū, quia vi sua independenter ab omni alio potest coexistere tempori. At vero non ita in æternitate participata, quia hæc non ex sua vi, & independenter, habet vim coexistendi tempori infinito, sed ex vi causæ producentis, vel conseruantis existentiam eandem inuariatam, quo ad omnes eius perfectiones; hęc autem vis coexistēdi, nec continet perfectiones tēporis infiniti, nec ex coexistentia aliquid intrinsecum acquirit, & hinc patet ad confirmatio-

Diuersa est ratio æternitatis, & tēporis infiniti.

Cur æternitas possit communicari creaturis, & nō sapientiæ infinita.

mationem, non enim existentia durans per maius tempus, est in se perfectior, quam durans per momentum, quia virtus coexistendi est ex vi productionis, vel conseruationis à sua causa. Vndè in effectu non est maior, vel minor, sed tantum in causa est maior, vel minor virtus; an autem idem dicendum sit de re corruptibili, dicetur infra.

Magis durans nō est in se perfectius, quam minus durans.

Ex vi contingentiæ non repugnat.

Secundo probatur, creaturam posse esse ab æterno ex ratione contingentiæ, & possibilitatis, quia cum ex natura sua non vendicet sibi necessariò existentiam, neque negationem existentiæ in quocumque statu potest cōtingentiam habere, potest etiam in eo statu produci, sed ex vi æternitatis non tollitur, quin sit contingens, sicut neque tollitur ex eo quod sit in tempore, quia semper illi conuenit ex libertate sua causæ: At sicut Deus ab æterno determinauit producere creaturam in tali tempore, & tamen liberè, ita potuisset se determinare producere in æternitate, quia semper ille actus voluntatis fuisset liber ab indifferentiâ voluntatis, tàm ad producendum, quàm non producendum, tam in tempore, quàm in æternitate, & ob hanc indifferentiam voluntatis, quæ intelligitur præcedere secundum nostrum modum intelligendi, actum voluntatis, creatura dicitur liberè produci, atque adeo esse contigens, etiam dum producitur.

4 Dices cum Caiet. Tiennensi si creatura potuit esse ab æternò, potuisset infinitum tempus esse transactum; at hoc repugnat infinito ex Arist. 3. phys. Vndè etiam fieri potuisset, vt Deus singulis diebus produxisset Angelos, atque adeò Angeli infiniti fuissent producti, quod etiam repugnat Arist. Resp. ex creatura permanente producta, non sequi poni infinitum tempus; quia negamus in illa esse aliquam successionem, quæ est de essentia temporis.

Ex productione creaturæ ab æterno non sequitur tēpus ab æterno.

Theodor. resp. Soar.

Vndè non placet, quod concedit Tiennensis, posse dari infinitum tempus intra duos terminos, vt dantur infinita puncta in linea, vt supra ostendimus, nam putamus hoc tempus infinitum dari non posse, nec singulis diebus potuisse produci vnum Angelum, vt alibi ostendimus.

Dices primo causa libera duratione pcedit effectū Resp. negando antec. quia Angelus in primo instanti suo esse potuit habere actū liberum.

Dices secundo, res dum est, necessariò est, ergo in æternitate non habet contingentiam. Resp. primo hinc probari Deum non potuisse habere actum liberum ab æterno, quod patet esse falsum. Respond. 2. necessitatem suppositionis non tollere contingentiam: quare est contingens in æternitate, & post æternitatem.

Necessitas ex suppositione non tollit contingentiā.

Dices tertio creatura indiget conseruatione liberæ; at in æternitate non esset necessaria ergo; Resp. primo ibi non esse conseruationem propriè, sed continuam productionem, quod si est, libera est, nam necessitas ex suppositione non tollit libertatem, vt alibi...

Et hinc patet ad confirmationem, nam dupliciter contingentia explicari potest, primo, vt ita sit vt possit non esse, non quidem pro eadem mensura, in qua est, sed pro alia mensura durationis quia implicat simul esse, & non esse. Secundo vt in eodem instanti, non quidem in sensu composito, sed diuiso, nam sicut in illo instanti fuit exercita potentia ad essendum, ita potuit exerceri potentiam ad non essendum ex libertate causæ; & idem dicitur de possibilitate; creatura enim dicitur possibilis, qa potest à causa produci, & licet possibile dicatur id, quod ex natura sua non habet existentiam, tamen absolutè, & simpliciter non prærequirit, negationem existentiæ positiuè, cum possit illam semper habere ab alio.

5 Contingētia dupliciter explicatur.

Ex quibus patet ad argumentum propositum a Caietano Tiennensi 8. phys. quæst. 4. quod vel contingentia conuenit creaturæ æternæ, quia causa potuit non producere, & non quia ly potuit, dicit durationem antecedentem, quæ nulla fuit, vel in instanti productionis, & neque, quia res dum est, necessariò est, vel post productionem, & sic contingentia conuenisset creaturæ in tempore, & non in æternitate, atque adeò repugnat cum æternitate; præterea sicut dum res producitur, necessariò est, ita dum est producta necessario fuit. Respon. contingentiam habuisse etiam dum est producta, quia potuerat non produci ex libertate causæ, neque ly potuit, dicit durationem antecedentem, sed prioritatem quandam rationis in voluntate diuina respectu sui actus æterni.

Quomodo contingentia conueniat creaturæ ab æterno.

Tertio. Alij probant, quia annihilabilitas creaturæ conuenit illi in æternitate non quidem vt possit exerceri in æternitate, quia cum in æternitate producatur, non potest esse simul productio, & annihilatio; & ideò exerceri debet in alia duratione, vt enim quę producūtur in tempore, sunt annihilabilia, nō quidem pro eo tempore, quo producuntur, sed pro alio tempore, ita dicendum de productis in æternitate.

6 Ex annihilitate.

Dices annihilabilitas nunquā potest exerceri in æternitate, quia semper præsupponit rem esse productam, ergo annihilabilitas non potest conuenire creaturæ ab æterno: Atque adeò ex vi æternitatis destruitur hæc proprietas creaturæ. Resp. conuenire quidem creaturæ ab æterno, quia semper hæc passio illam comitatur sed non pro æternitate, sicut Angelus productus in instanti, A, habet in illo instanti annihilabilitatem, non tamen pro illo instanti; & tamen ex productione instananea non destruitur annihilabilitas creaturæ,

Annihilabilitas cōuenit creaturæ ab æterno, sed nō pro æterno.

Ex quibus patet ad quartam repugnantiā, ductam ex mutabilitate creaturæ, quia in æternitate illam habet, licet non possit exerceri pro æternitate, quia nō potest in eadem mensura durationis habere aliquem actū, vel formā in sensu cōposito, & carere sed diuiso.

7 Ex mutabilitate.

Vnde cum ponatur, creaturam habere aliquem actum, vel formam, nō potest in æternitate

nitate illis carere, vt etiam patet de ijs, quæ habentur in tempore, vnde dicitur creatura mutabilis, siue quia potest carere pro alia mensura durationis, siue quia sicut in æternitate habuit hanc formam, ita potuit illam non habere ex vi suæ causæ.

Ex quibus patet ex his quatuor capitibus nullam oriri repugnantiã in creatura, quin possit esse ab æterno.

## DVBITATIO IV.

### An Creatura ex natura sua corruptibilis possit fieri ab æterno.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*Opiniones Doctorum.*

Cvm dictum sit non repugnare creaturæ vt creaturæ æternitatem; nunc videdum est, an illi repugnet ex aliqua specifica ratione, & primo occurrit corruptibilitas, quæ dupliciter accipi potest, primo vt comprehendit omnem desitionem rei, siuè id fiat per annihilationem, siuè alio modo, secundo, vt accipitur pro vera corruptione; quæ fit ex vi agentis naturalis contrarij, quomodo ex Arist. corruptio, & generatio se inuicem consequuntur: Et quia res corruptibiles aliæ sunt corruptibiles ab intrinseco, tàm ex parte efficientis, quam materiæ, vt sunt quæ componuntur ex partibus etherogeneis; aliæ verò corruptibiles ex parte quidem materiæ ab intrinseco, ex parte vero efficientis ab extrinseco. Quæstio hæc de omnibus intelligi potest, sed præcipuè de corruptibilibus ab intrinseco.

*Corruptibilitas duplex.*

2 Prima opinio est dicentium, quod licet creaturæ incorruptibili non repugnet esse ab æterno, repugnat tamen creaturæ ab intrinseco corruptibili per veram corruptionem, primo quia natura corruptibilis essentialiter includit potentiam ad corruptionem, sed in æternitate non potest esse talis potentia, nam in eo statu, in quo impossibilis est actus, impossibilis est potentia ad talem actum; sed in æternitate non potest esse actus corruptionis, quia vel ille actus esset ante productionem rei, seu ante æternitatem, & implicat, cũ tunc nulla supponatur creatura, quæ possit corrumpi, neque in instanti productionis, quia tunc simul esset, & non esset, neque post, quia tunc corruptio non esset in æternitate, sed in tempore: quare manet corruptionẽ esse impossibilem æternitate, vel ante.

*Creaturæ ab intrinseco corruptibili repugnat æternitas.*

Confirmatur: quia omnis creatura corruptibilis necessariò est successiua, siuè secundũ partes substantiales, cum eius partes continuò dilabantur, & producantur, siuè secundum durationem, quę licet sit indiuisibilis vt Quo; est tamẽ diuisibilis vt Quod, cũ habeat partes, quarum vna succedit post aliam. At hinc sequitur duplex repugnantia, vna ex parte entis successiui, cui repugnat esse ab æterno, altera ex parte subiecti, cum rei corruptibili repugnet infinita duratio, tũ ex parte ipsius infinitatis, nam ostendimus infinitum diuisibile dari non posse.

3 Respondent quidam; ex creatura, producta in æternitate non consequi durationem, quia posset Deus illam impedire, ne sequatur atque adeò tunc non repugnabit creaturæ æternitas. Sed cõtra instat, quia sicut Deus non potest priuare rem à parte rei existẽtem præsentia ad spacium aliquod, quia non potest intelligi rem existere, & non alicubi; Ita non potest priuare rem existentem intrinseca duratione, quia non est intelligibile rem existere à parte rei, & non esse præsentem alicui tempori reali, vel immaginario. Hæc autem præsentia est duratio, vt explicauimus in phys. tr. 22. Neq; est absurdum, Deum necessitari ad aliquid producendum ex suppositione alterius rei, vt producto corpore necessitatur ad producendam figuram, quia simpliciter illa actio est illi libera, vt ostendit Murcia 8. phys. disp. 1. q. 3.

*Nõ potest Deus impedire intrinsecam, durationem nec vbi.*

Resp. 2. Alij, illam durationem non esse intrinsecè infinitam, quia est permanens, & indiuisibilis carens partibus: Sed contra quia creaturæ corruptibili non solum repugnat infinitas intrinseca, sed etiam extrinseca, quæ est per coexistentiam ad durationem successiuè infinitam; At æternitas est duratio extrinsecè infinita.

Tribuitur Dur. in 2. dist. 5. q. 2. apud Soar. disp. 20. metaphys. sect. 6. num. 4.

4 Secunda opinio, est dicentium creaturam corruptibilem ab intrinseco effectiuè, & materialiter non posse esse ab æterno; quia ex essentiali compositione ipsius sequitur, nõ posse durare per æternitatem, sed tantum tempore finito. At vero, quæ est corruptibilis intrinsecè tantum ex parte materiæ posse esse ab æterno, quia potest impediri applicatio agentis contrarij. Vndè sequitur non posse corrumpi, atq; adeo durare per æternitatem.

*Corruptibili ab intrinseco effectuè, & materialiter repugnat æternitas, non autem quæ est ab intrinseco materialiter:*

Tertia opinio est dicentium, creaturam corruptibilem relictam suæ naturæ, non posse esse ab æterno, quia sequeretur, durare infinito tempore, & non durare, quia repugnat naturæ ipsius infinita duratio: sed creaturam non relictam suæ naturę, sed à Deo conseruatam præter ordinem suæ naturæ, posse produci ab æterno, quia nulla in hoc inuoluitur repugnantia, ita Sonc. met. quæst. 30. qui confirmat ex eo, quod illa esset virtutis infinitæ, quia virtus resistens contrarijs infinito tempore, esset infiniti vigoris, quia ex duobus cõtrarijs, quorũ vnũ excedit aliud, virtus debilioris cõtrario sẽper minueretur, vnde tandẽ consumeretur, sed hic non vidit in æternitate non posse esse huiusmodi actionem, sequitur Bannes 1. par. q. 45. art. 2. & Pla. q. 4.

*Corruptibili relicto suæ naturæ repugnat æternitas non autem si à Deo cõseruetur.*

5 Quarta opinio est dicentium, absolutè omnem creaturam corruptibilem, siuè ab intrinseco, siuè ab extrinseco agente posse produci à Deo ab æterno, modo sit permanens: probatur eisdem rationibus, quibus supra probauimus de creatura, vt sic: nam creatio taliũ creaturarum, tota simul sine successione existens, ex nullo capite exigit nouitatem essen-

*Nulli creaturę corruptibili permanẽti repugnat æternitas.*

di, vt patebit ex solutionibus argumētorum.

Confirm. quia corruptibilitas semper comitatur naturam in quocunque statu, quia est passio eius: At corruptio non conuenit illi, nisi pro ea duratione, in qua, non est eius oppositum: Vnde corruptio non conuenit, & in primo instanti, in quo producitur, quia corruptio, & productio habent terminos oppositos: Vnde licet creaturæ, productæ ab æterno conueniat ab æterno corruptibilitas, non tamen pro æterno, quia tunc illi conuenit productio: Quare sicut creaturæ corruptibili non repugnat produci in instanti temporis, etiāsi in illo instanti illi repugnet actus corruptionis, ita non repugnat produci ab æterno, etiamsi ab eterno illi repugnet corruptio, quia potentiam respicit actus, vt sunt possibiles: Alioqui oculus non haberet potentiam visiuam in tenebris, quia visio non potest esse in tenebris.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opinio Authoris.*

6 Non repugnat corruptibili ab extrinseco. Prima Conclus. Creaturę corruptibili ab extrinseco non repugnat æternitas, patet ex dictis in 2. opin. quia quælibet res per se ipsam existit semper, absente contrario corrumpente.

Non repugnat corruptibili ab intrinseco effectiuo. Secunda conclus. creatura corruptibilis ab intrinseco efficiente potest esse ab æterno, vt patet ex dictis in 4. opin.

Confirm. quia etiamsi agens, & passum sint applicata, adhuc tamen potest Deus impedire actionem, & patet ex igne in fornace Babilonis, & confirmatur quia sicut non repugnat produci animal in instanti, etiamsi partes illius sint cōtrariæ, qa in eo instanti nō potest esse actio corruptiuatū quia tūc est productio, tū quia exigeret præuias alterationes successiuas, quæ non possunt esse in instāti, ita dicendum de productione illius ab æterno.

7 Corruptibili relicto suæ naturæ non repugnat æternitas. Tertia conclus. Creatura corruptibilis relicta suæ naturæ potest produci ab æterno, quia licet naturæ corruptibili ex natura sua, præciso omni concursu præternaturali, habeat periodum suæ durationis; atque adeò non possit relicta suæ naturæ durare æterno tempore, tamen si comparetur respectu æternitatis à parte ante, nullam repugnantiam in se habet, quin possit produci in æternitate, quia hæc æternitas existenti nihil ponit contra inclinationem illius ad essendum in ea duratione, in qua producitur; sed potius talis productio est secundū inclinationem illius ergo ex vi illius productionis nulla perfectio debita suæ naturæ illi deest; ergo relicta suæ naturæ potest produci ab æterno.

Dices, sicut secundum suam naturam, non potest habere æternitatem à parte post, ita neque à parte ante, quia non est minor duratio à parte ante, quā à parte post; ergo vtraque est contra periodum durationis debita suæ naturæ. Sed contra; nam cum quęlibet res non sit à se ipsa corruptibilis, sed potius inclinetur ad sui conseruationem, sequitur quamlibet secundum se esse aptam durare æterno tempore: Vnde periodus durationis conuenit illi ratione contrariarum causarum corrumpentium; eæ autem causę possunt habere actionem suam, respectu durationis à parte post, non autem respectu durationis æternæ à parte ante, quia cum tunc producatur, non potest esse actio corruptiua; neque potest esse actio dispositiua ad corruptionē, quia hæc inter contraria est successiua, cui repugnat æternitas: & hinc patet cur relicta suæ naturæ non possint durare in æternum, quia ex ordine naturali causarum nō desunt corrumpentia, non possint esse ab æterno. Diuersa ratio æternitatis a parte ante, & à parte post.

8 Dices 2. in æternitate potest esse actio perfectiua creaturæ; ergo & corruptiua. Resp. esse diuersam rationem, quia perfectiua potest esse in eodem instanti, quo creatura producitur, vt dixit Aug. 6. de ætern. c. 1. quod Sole, & igne existente ab æterno esset splendor, & Solis, & ignis: At vero actio corruptiua instantanea esse non potest, quia in eo instanti res producitur, neque potest esse post productionem; tum quia non esset in æternitate, sed post æternitatem, cum sit post productionem æternam, tum quia illa actio necessariò includeret successionem non solū ratione termini producti successiuè existentis ob resistentiam contrarij, sed etiā ratione termini corrupti, qui successiuè desinit esse. Diuersa ratio actionis perfectiuæ, & corruptiuæ.

Dices 3. Deus potest impedire actionem contrarij; at ex hoc impedimento nihil fit contra naturam rei corruptibilis ergo relicta suæ naturę potest durare etiam ęterno tempore à parte post.

Resp. dupliciter posse Creaturam relinqui suę naturę primo concurrendo cum causis secundum ordinem naturæ vniuersalis, & ita constat non posse durare æterno tempore, nam ex vi causarum contrariarum necessariò corrumperetur. Secundo suspendendo concursum generalem cum causis, & tunc actio illa esset miraculosa, præcisè attendendo ordinem vniuersi, quod si spectetur naturæ particularis rei corruptibilis; tunc distinguendum est, nam vel illa creatura est composita ex partibus contrarijs, sui inuicem destructiuis, vt sunt partes animalis, & tunc illa actio esset præter naturalis, non solum respectu naturæ vniuersalis, sed etiam respectu naturæ particularis, quia eius partes impediuntur ab actione sibi naturali, ex qua sequitur talis naturæ corruptio; si vero constat ex partibus homogeneis, tunc talis suspensio cōcursus non esset contra naturam particularem ipsius rei corruptibilis, sed esset præternaturalis, respectu naturę particularis quę impeditur ab actione, & hoc modo natura corruptibilis relicta suæ naturæ cum solo concursu generali præciso omni alio concursu posset durare infinito tempore. Creatura potest dici relinqui suæ naturę.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Respondetur Argumentis Aduersariorum.*

9 Potētia ad corruptio- Respond. ad principiū primæ opinionis, potentiam ad corruptionem nunquam respi-

nem nō respicit actū in instanti in quo res est. respicere actū,qui fit in instāti, in quo est productio,quia in eo instāti repugnat simul esse cū productione, sed respicit aliud instans,in quo nō est talis repugnātia. Neq; hinc fit potentiā ad corruptionē nō esse in æternitate in creatura sic producta, sed eius actū non esse in æternitate,quia potētia non respicit actum existentem in æternitate,sed post æternitatē. Vnde falsum est in eo statu repugnare potētiā,in quo repugnat actus,quia subiectū aliquod habet potentiā in vno instāti ad actus incompossibiles in eodem instanti.

Dices; licet potentia non respiciat actus incompossibiles in eodem instanti in sensu composito, tamen respicit in sensu diuiso, quia potest quemlibet illorum diuisim sumptum habere in illo instanti; At corruptio nulla ratione esse potest in æternitate à parte ante; ergo nullo modo remanet potentia ad corruptionem in creatura ęterna.

10 Nulla corruptio potest esse in æternitate, etiam si in ea sit potētia ad corruptionē. Respond. concedendo corruptionem nullam posse esse in æternitate; quia ex natura sua supponit rei corruptibilis præexistētiam in æternitate,quę præsuppositio non potest esse cum re ęterna illi succedente, quia ęternitati repugnat prǽsupponere aliquid durans ante se, sicut repugnat habere initium durationis,sicut diximus eadem ratione repugnare in ęternitate proprium conceptum conseruationis. Neque hinc fit in æternitate non esse potentiam ad corruptionem, sicut non fit in instanti productionis non esse in re aptitudinem passiuam respectu conseruationis, quæ erit immediatè post instans,quià illa aptitudo cōmunicatur naturę in eodem instanti, in quo producitur,sed respicit actum pro ea duratione, in qua nō repugnat, quod etiā confirmatur, nam Ædificator habet potentiā ędificatiuam tecti,etiam in ea duratione, in qua ędificat fundamentum,cum tamen in ea duratione non possit esse tectum, quia hoc supponit fundamentum pręcedere.

Corruptibilia non sunt in continua successione. Ad confirm. respond. falsò dici,partes rei corruptibilis esse in continua successione, quia constat conseruari corpus in eadem dispositione,& substantia per aliquod tempus, quod negari nō potest non existere in eodem instanti, in quo producuntur; atque adeò si producantur in æternitate existere in eadem æternitate,atque adeò non corrumpi. Nec minus falsum est, quod supponunt, durationem æternam creaturæ corruptibilis esse essentialiter successiuam, quia vt ostendi in physicis Tr.22.q.1. b.4.cōtra Bonau. duratio secūdum se rei permanentis non exigit successionem,licet à nobis intelligatur vt coexistēs successioni. Neque ex hac coexistentia acquirit, vel supponit in se aliquā infinitatem vt sup. ostēdi. Et ex his patet ad fundamenta aliorum qui contrarium sentiunt.

11 An viuens possit produci ab æterno. Ex quibus patet;quid dicendū sit de productione viuētis ab æterno,nam in ęternitate nō fuisset nutritio, & deperditio partis, quia quælibet res creata in ęternitate, maneret in eadē dispositione,in qua est creata per ęternitatem. Neque repugnat viuenti durare,& conseruari sine alimēto,quia licet hoc sit præter naturam rerum viuentium productarum in tempore; nō tamen est pręter naturam rerum productarū in superiori mēsura,scilicet in æternitate,quia ibi cessat omnis huiusmodi actio; vel dicēdum eandem esse rationē rerū productarū in tempore,& in æternitate quia sicut res quę producūtur in tēpore in ea duratione,in qua producūtur nō est cōsumptio humidi radicalis, & partium viuētium,quia nō potest res simul esse,& nō esse; ita & in ęternitate,quia in ęternitate esset,& non esset.

Dices quò cessabit illa immutabilitas. Respōd. id relinquēdū esse Diuinæ Prouidētiæ, quia ex natura rei,nō pōt determinari tēpus. Immutabilitas rei in æternitate cessat quādo non est æternitas.

Dices 2. An creatio æterna sit cōueniens naturæ corruptibili. Respond. Aliqui negādo quia quælibet res debet existere in statu, in quo possit operari:& res corruptibilis in æternitate non posset operari iuxta conditionem suæ naturæ; Imò neq; inchoare posset actionē ex se in aliquo tempore primo,quia illud à parte rei nō datur,sed determinari debet à Deo,quia secūdū se posset ante,& ante in infinitum inchoari actio,vt dixi. Verū hoc alijs nō placet quia eadem ratio est de incorruptibilibus,quæ manere debent immutata per totā æternitatē;quare dicendum est,vel neutri cōuenire productionē ęternā,vel vtrique. Dub. 5. An rē corruptibilē sit conueniens creari ab æterno.

# DVBITATIO V.

## *An repugnet creaturę liberę esse ab æterno.*

### ARTICVLVS VNICVS.

*Opiniones Doctorum, & auctoris.*

Prima opinio est dicentium, Creaturæ liberæ repugnare æternitatem, nam vel producitur cum actu, & cum non possit ab illo cessare per æternitatem, non erit illi liber, sed necessarius,vel producitur sine actu, & non poterit in æternitate exercere actum, atque adeò destruitur libertas, quæ consistit in potentia, & dominio ad productionem, & cessationem actus. Ex quo argumento deducit,nullam creaturam posse produci ab æterno cum propria potentia,nam non posset habere proprium actum, nam si ignis producatur in æternitate applicatus stuppæ, non posset illum comburere, quia non posset corrūpere accidēns,& formā,cum quibus fuit producta stuppa in æternitate, quia illa iam essent, & nō essent in æternitate, & idem deducunt ex fœmina,si grauida produceretur in æternitate,quia nō poterit parere post nouem menses, sed post totam æternitatem,atquè adeò infinito tempore erit grauida. 1 Repugnare creaturæ liberæ æternitatem.

Secunda opinio est dicentium creaturam permanentem siue liberam,siue necessariam posse esse ab æterno, quia modus operandi liberè, vel necessariò non repugnat cum æternitate, vt patet ex operationibus diuinis,nam Deus liberè voluit creaturas ab ęterno, & necessariò intelligit, & amat suam essentiam,& Pater producit filium, & cum filio Spiritum Sanctum; Vnde patet cum æternitate manere libertatem, & necessitatem,& ratio est quia principium liberum sicut in æternitate se applicat ad volendū aliquid,ita potuit in eadem æternitate se appli- 2 Non repugnare probabilius.

care ad non volendum illud. Vnde absolutè esset liber ex suppositione tamen, quod se applicat ad vnam partem: non potest in eadem æternitate suspendere actum, vel se applicare ad volendum aliud, quia illa repugnantia oritur ex naturæ actuum incompossibilium in eadem duratione, & non ex æternitate, nã eadem incompossibilitas est respectu eiusdem durationis instantaneæ, vel temporaneæ; Neq; hæc impotentia ex suppositione tollit libertatem; sicut patet ex eadem suppositione actus in instãti temporis, in quo non potest actus simul esse, & non esse, vel duo incompossibilia esse; Hinc patet ad confirmationẽ nã in casu posito ignis per totam æternitatem nõ accenderet stuppã, quia licet habeat potentiam, tñ ex suppositione q̃ ignis fuerit productus sin eactu, non poterit in eadem duratione habere actionem, quia sic illa actio esset, & nõ esset, & quia stuppa est producta cum forma stuppæ in æternitate, non poterit in eadem æternitate corrumpi illius

3 Actus non sequitur rã ex parte potẽtiæ, q̃ subiecti.

forma; Ex quo patet ex duplici capite non sequi actionẽ, primo ex parte potentiæ actiuæ, quæ cum sit determinata ad vnã partem, nõ potest simul habere partem oppositam.

Secundo ex parte subiecti, quod cum ex vi agentis in ea duratione habeat formam stuppæ, est incapax alterius actionis oppositę, sicut præsente vno contrario, magis actiuo circa aliquod subiectum, non potest aliud agens circa illud operari, destruẽdo formam à fortiori agente productam, quia tunc illa forma simul produceretur, & corrumperetur vt patebit ex dicendis de reactione. Tertio alij dicunt impediri actionem ex eo, quod in æternitate non possit esse successio. Ex quibus patet quid dicendum sit ad partum mulieris in æternitate grauidæ, nam si partus fieret in instanti, posset in eodem instanti, in quo esset producta, parere, sicut Sol, productus in æternitate, illuminaret; nũc vero quia partus fit successiuè per motũ localẽ, non poterit parere in æternitate, posset tamẽ parere ante, & ante determinatũ aliquod tempus in infinitum. Vnde in casu posito pertineret ad Deũ, vt authorẽ naturæ determinare tempus partus. quia quãdo causa naturalis est tam ex se, quã ex circunstãtijs indeterminata, semper determinatur à prima causa liberè operante

An ex ignis approximata in æternitate stuppæ altero disposite sequeretur forma.

Dices, & si stuppa haberet vltimam dispositionem ad formam ignis, & esset approximata igni, an tunc ignis produceret formam ignis in stuppa. Respõdent aliqui posse tunc produci; qui tunc ignis in instanti operaretur, atque adeò in eodem instanti in quo esset, ita videtur sentire Ortad. sed fallitur quia licet non repugnet ex ratione successionis, quia ignis igniret in eodem instanti, in quo est, tamen repugnat ex eo, quod in illo instanti æternitatis stuppa haberet formam stuppæ, ergo in eodem instanti non potest carere illa, atque adeò nec habere formam ignis, incompossibilem cum forma stuppæ.

Opinio auctoris.

Et hęc opinio mihi placet, Nã actu libero sm̃ se nõ repugnet æternitas, vt patet ex actu libero Dei, quo voluit ab æterno producere mundũ, Neq; repugnat actui libero creato, nã sicut creatura necessaria põt in eodẽ instãti, in quo primo existit operari, vt patet ex Sole cũ primũ existit illuminãre subiectũ capax, ita poterit creatura libera exire in suam operationẽ, quia nõ magis impeditur operari, quã necessaria vt patet ex dictis supra, & ex perfectione causæ liberæ.

Resp. ad fundam. aduers.

Vnde patet ad fundamẽta primæ opinionis nã si creaturæ habet actũ liberũ in æternitate, nõ põt ab illo cessare per eadẽ mensurã q̃a simul esset, & nõ esset, & similiter si creatura æterna caret actu in æternitate, nõ poterit illũ habere in eadẽ æternitate, at hoc non destruit libertatẽ nã totũ illud prouenit ex vi causæ liberæ, q̃ vt se liberè determinauit ad actũ, ita potuit se nõ determinare, & cõtra vt suspẽdit a'tũ, ita potuit nõ suspẽdere, quare & positio, vel suspensio potuit esse libera in æternitate, sed illa nõ potuerunt esse simul in æternitate ob repugnãtiã, quã habeat respectu eiusdẽ mensuræ, quę repugnantia semper est respectu eiusdẽ durationis siue æternæ, siue tẽporaneæ, & hæc satis sint, nã cætera, quę disputari possunt de diuini actus libertate qualis sit & quomodo, nõ pertinent ad hũc locũ, sed hic sunt supponenda. Sicut etiam an de ratione indifferẽtiæ necessariæ ad cõstitut. libertatis sit præuia negatio actus secũdũ durationẽ, an sm̃ naturã, nã satis est præcessio sm̃ naturã in creatis, & secundũ rationem in Deo, vt fusè alibi ostendetur.

## DVBITATIO VI.

### *An mundus potuerit esse ab æternitate, cum eadem successione motus, & temporis.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo not. omnes creaturas, vel habere permanentiã, vel successionẽ, & ostesum fuit hucusq; non repugnãre æternitatem creaturæ permanẽti, siue vt creatura est; siue vt permanens, & caret omni variatione; nunc videndũ est de creatura habente aliquã successionẽ, siuè continuã, qualis est in motu locali Cœlorum, siue discretam, qualis est inter generationes, & corruptiones rerum,

Successio haberi potest denominatiuè, & essentialiter.

Secundo not. dupliciter creaturam posse habere successionem, primo denominatiuè, quomodo Cœlum licet in se sit permanens, tamen denominatur successiuè moueri, atquè adeo habet successionem denominatiue; secundo essentialiter, quomodo motus dicitur esse ens successiuum, hoc autem desfinitur ens habens partes incompossibiles, quoad simultaneam existentiam, sed vnam post aliam, atque adeò necessariò includit partes, quarum singulæ habent esse post non esse: nam cum vna sit post aliam, dum existit præcedẽs, nõ existit subsequẽs, & cũ illæ partes sint incõpossibiles, dũ existit sequens, non existit præcedens. Vnde fit, vt præcedẽs existat post non esse sui, & non existat post esse sui, & subsequens existat dũ non existit procedens. Vnde patet necessariò includi variationem

tionem quandã. Ex quò destinguitur ab ente permanente, quod, siue sit indiuisibile, siue habeat partes, totum suum esse simul habet.

2 Ex successiuis alia continua, alia discreta. Tertio not. inter entia successiua aliqua sunt continua, aliqua discreta, inter continua est motus localis, siuè circularis, siuè rectus, alteratio, & auctio: inter discreta vero sunt generationes rerum instantaneæ, & corruptiones, ac alia huiusmodi variationes.

Motus potest cōsiderari vt potest habere omnes partes simul, vel successiuè. Quarto not. motum secundum suas partes posse considerari dupliciter, primo vt potest habere omnes partes simul, sicut possunt omnes partes formæ acquisibilis per m tum, esse simul, quod Bonet. putat. 7. suæ physic. capit. 1. verum etiam de vbicationibus in ordine ad potentiam Dei. Vnde hac ratione putat motum posse fieri in instanti, quia partes eius nõ habent repugnantiam ad simul existere in actu. Secundo vt partes illius habent successionem, sensus igitur quæstionis non est de motu primo modo accepto, vt male putauit. Bonetus, sed de motu secundo modo accepto, nam satis constat actionem instantaneam potuisse esse ab æterno, vt diximus de creatione rei permanentis, & illuminatione aeris à sole.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *Opiniones Doctorum.*

3 Creaturam posse esse æternã cũ successione. Prima opinio est dicentium; creaturas cum successione posse esse ab æterno. Est Diu. Thom. 1 par. quæst. 46. art. 2. vbi Caiet. 2. contra gentes cap. 32. & seq. vbi Ferrariensis cap. 38. & quæst. 3. de potentia art. 13. & sequentibus, & in 7. dist. 1. quæst. 2. & dist. 2. quæst. 1. vbi Capr. quæst. 1. Heru. in 2. distinct. 1. quæst. 1. & tr. de ætern. mundi quæst. 5. & quodlib. 9. quæst. 3. Arimin. in 2. dist. 1. quæst. 3. vbi Gabriel. Arg. q. 2. p. 3. Ocam 2. q. 8 & quodl. 12. quæst. 3.

Ex Philosophis præter illos qui dicunt de facto Mundi esse æternum, docent illam Iand. 8. phys. quæst. 18 ex Auer. com. 18. Tartar. de ætern. dub. 2. Ferrarien. quæst. 3. Canon. quæst. 1. Sotus q. 2. Ritius in Venetum tr. 4. quæst. penult. Conimbr. q. 7.

Fundamentum aliqui sumunt ex eo, quod oppositum non repugnat, cum omnes rationes aduersariorum soluantur, & confirmant, quia id non potest probari per medium extrinsecum, nam productio huiusmodi pendet à voluntate Dei, quæ à nobis sciri non potest. Neque per medium intrinsecum, scilicet ductum ex natura rei factibilis, nam essentia creaturæ abstrahit ab hic, & nunc, ergo non potest ex illa probari, quod sit producibilis hic, & nunc. Vnde mundum incepisse in tempore est articulus fidei.

Confir. ex Aug. 11. de Ciuit. cap. 4. *modo quodam* inquit, *vix intelligibili, Philosophi dixerunt*, mundum esse factum, & tamen non habere principium durationis; ergo ex Augustino non mouit contra dictionem, mundum fuisse sine principio, quia simpliciter esset intelligibile. Et mirum est multos Philosophos non vidisse huiusmodi contradictionem.

Confirm. 3. quia circulus, per quem fit motus, non habet principium ergo neque motus, qui proportionatur spatio, at quod caret principio est æternum.

Confirm. 4. nam producto Cœlo vel mouetur, & habetur intentum vel quiescit, & sequitur esse aptum ab æterno moueri quia quies, cum sit priuatio, supponit in subiecto aptitudinẽ ad motum, quod si dicãt quietem non sumi priuatiue, sed negatiuè adhuc instant, quod aptitudo ad motum est passio necessario consequens corpus naturale, ergo posita causa effectiua erit motus ab æterno.

Confirm. 5. Impossibile non potest transire in naturam possibilis, ex Auer. t. cxl. 124. ergo si est impossibile motum esse ab æterno, & nunc possibile est, impossibile transisset in naturam possibilis, quod dicant fuisse possibile ab æterno, sed non pro æterno, hoc eodem modo omne impossibile erit possibile, scilicet pro alia mensura.

Confirm. 6 non plus repugnat tempus esse infinitum in præteritum, quem in futurum, sed potest perpetuo durare ergo.

Confirm. 6. non minoris potentiæ est virtus motiua Dei: quem virtus causæ secundæ, sed hæc potest habere effectum sibi coæuum vt Sol lumen in aere ergo.

Hi tamen inter semper diuisi sunt, nam quidam putant posse esse ab æterno motum circularem, non tamen motum rectum, vt Heru. Aegid. Arim. Capr. Ritius Iand. Ferrar. Auer. & putant probabilem Conimbr. 4 Primũ discrimen inter prædictos auctores.

Alij vero affirmant tam motum circularem, quam rectum posse esse æternum, quia licet spatium plenum sit finitum, per quod fit motus rectus, tamen posset fieri à Deo in spatio immaginario, vel in pleno per reflexionem, & reciprocationem motus, quia cum motus rectus reciprocatur, eadem ratio est de illo, ac de circulari, nam tota repugnantia oriri poterat ex finitudine spatij, per quod fit motus rectus: At sicut motus circularis fit per spacium finitum à puncto ad punctum; & tamen quia continuatur per replicationem circa idem spacium potest esse infinitus, & æternus; ita & rectus poterit esse infinitus, & æternus per reciprocationem per idẽ spatiũ fusè Bonetus lib. 7. suæ phys. c. 1.

Secundo differunt circa generationes, & mutationes rerum interruptas; nam aliqui putant mundum potuisse esse ab æterno, non solum secundum motum localem, circularem, & rectum, sed etiam secundum generationes, & mutationes, quæ nunc sunt in mundo, quia illas sic posuit Arist. ab æterno, videtur esse D. Thom. dum sententiam Aristot, probat quoad possibilitatem mundi, non autem de facto, Arim. Gab. & Ocham. 5 Secundum discrimen inter Auctores.

Alij vero negant mundum potuisse esse ab æterno, vt posuit illum Arist. sed alio modo, vt ponatur productio vnius à quo omnes alij generarentur, quia ab illo essent infinitæ generationes, Neque repugnat infinito habere primum negatiuè, scilicet ante quod non sit aliud, sed habere primum positiuè, quod est, vt post illum possit assignari secundum: nam in illa infinita multitudine generato-

rum non potest assignari secundum, & ratio est, quia illud primum non est intrinsecum infinitudini, sed extrinsecum,& ideò potest haberi primum efficiens totius multitudinis. non aũt primus effectus,à quo incipiat multitudo infinita,sicut est primũ instãs extrinsecũ motus non aũt prima pars est Capr.10.cit. & ven.8.phy.t.15.&putãt probabilẽ Conib. art.5.tribuitur Heru.de ӕter.q.5. sed falsò.

Alij vero negant generationes, vt nunc sunt, posse esse in æternitate, quia sequeretur posse dari infinitam multitudinem rerum quę haberet primum licet cõcedant posse esse,quo ad motũ localẽ Vasq.1.p.d.177.c.5.

Alij vero concedunt hanc generationem esse posse circa res corruptibiles, non autem circa homines, quia cum anima rationalis sit incorruptibilis, si ab æterno fuissent generationes hominum, tunc essent infinitæ animæ, quia non esset ratio cur omnes non permansissent, ita videtur sentire D.Thom. vt citatur Opusc.72.& 2. contro gentes cap.81. significat.illã 1.p.q.46.art.2.ad 2.& ad 7.& 8. vbi Caiet. & 2. contra gent.cap.38.vbi Ferr. cap.81. Ferrar.8 phys.q.3. Bessarion.2. contra calũniatorẽ c.7. citatur Heru.2.d.2.c.1.q.1.

Alij vero dicunt generationes potuisse esse ab æterno, tam rerum corruptibilium, quàm hominum, vt Greg. & Gabriel, quia putant nõ implicare infinitã multitudinem.

6 *Negãt posse esse cum successione* Secunda opinio est dicentium, quod licet entia permanentia potuerint esse ab æterno, non tamen entia successiua siuẽ continua, siuẽ discreta, atque adeò neque entia permanentia cum tali successione. ita Durand. in 2. dist. 1. quæst. 2. & 3. Perrer. lib. 15. suæ philosophiæ cap. 13. Valenr. in quęst. 46. D.Thom.Soar. disp.20. sect.6. & disput.29. sect.1.& 2. Ruuius 8.phys.de æterrn. quæst.3. Murcia disput.1.quæst.3. Hyeron. Pla. q.4.

*Discrimen in assignanda repugnãtia. Primo de infinitate dierũ pertransita.* Qui tamen differunt in assignanda repugnantia,nam aliqui probant à posteriori, eo quod posita æternitate motus, & temporis, sequeretur ibi esse infinitos dies; at ex hoc sequitur duplex absurdum, primo quod infinitum fuisset pertransitum, nam peruenisset vsque ad hunc præsentem diem; At infinitum ex Arist. 3. phys.t.24. est impertransibile. Vnde t.37. *manifestum esse* ait, *non contingere esse infinitum, vt actu existens*, quia s. ex vi productionis fuisset pertransitum.

*Murcia.* Resp.Murcia ex Vasquio,non esse inconueniẽs infinitum versus partem finitam pertransiri per æternitatem, sicut anima rationalis, quæ nunc producitur,fuit sub non esse ab æterno in tempore immaginario infinito, quod,tamen adueniente tempore existentiæ est finitum: sed contra, inquit Murcia, tum quia infra huiusmodi dies pertransitos cõtinerent infinitus infinita omni fine carentia, & ita infinitum fine carens, finiretur, quod implicat. Vnde infiniti dies essent transacti, & non transacti.

Tum quia transitus non solum conueniret illi infinito ex parte finita, sed etiam ex parte infinita, quia ex ea parte, qua caret principio, iam mobile peruenisset ad hunc diem, perpetuando motum, siuẽ per infinitum spatium, siue per finitum per infinitas dies replicatione pertransitum.

Neque dicas de ratione pertransiti esse initium, & finem, & ideo, licet infiniti dies præcesserint, non possunt dici pertransiti, sicut nec infinitum à parte post dici potest esse pertransibile ob carentiam finis; nam contra obstat; quia infinitum à parte post, ideo est impertransibile,quia non potest totam esse acceptũ, at dies prẹteriti sunt omnes accepti,cũ de illis prẹteriti nihil maneat,vnde sicut vnus motus dicitur pertransitus quia nihil illius manet,ita dicendum de omnibus.

Secundum absurdum,quia daretur infinitum in actu, nam Deus quolibet die potuisset creare vnum Angelum, & cum sint infiniti dies, fuissent creati infiniti Angeli,quod si dicant in rebus spiritualibus nõ repugnare ĩfinitatẽ, tũc dici potest,quolibet die potuisse creari à Deo vnum corpus. Neque dicatur,illum numerum esse infinitum à parte ante,nõ vero à parte post,quia ante, & post non reperitur in numero, sed in successione, & situ. Vnde, si numerus esset infinitus secundum vnam partem, deberet esse infinitus secundum aliam, vel neutro modo, nam ille numerus,si fuisset numerabilis à parte ante ad partem post, fuisset etiam numerabilis à parte post ad partem ante, quia esset eadem numero multitudo; infinito autem repugnat non solum re ipsa pertransiri, sed etiam numerando, quod si dicant ex neutra parte posse numerari; tunc contra obstat,tum quia iam ponitur fuisse pertransitum, vt ipsi concedunt ex vna parte,tum quia Deus produxisset illos homines cognoscendo illos, ergo cognouisset primum à se productum, & sic omnes alios singulis diebus productos: atque adeò potuisse numerare illam multitudinem, quod repugnat infinito. Resp. in illa multitudine non dari primum,neque secundum, sicut non datur primus annus in æternitate. Sed contra quia cæteros omnes annos vnus præcessisset, quia nunquam essent multi simul, cũ simultas repugnet successiuis,ergo ille annus esset prior cæteris. *6 Secũdo ex infinitate in actu.*

Tum quia si Deus creasset simul Angelum, & hominem in die, quo produxisset mobile cum motu,& deinde singulis diebus produxisset solũ vnũ hominẽ,tuc Angelo esset coæuus vnus homo, & nõ alij;ergo ille homo esset omnibus alijs prior, atque adeò primus.

Neque dicant cũ Bassolo 2.dist.1.quæst.5. animas non fore infinitas quia licet sint incorruptibiles, tamen quia vniuersitas creaturarum est limitata ad finitudinem actualẽ, oportet aliquas annihilari à Deo, vnde,licet Deus possit quãlibet signatam conseruare, non tamẽ infinitas simul ex repugnantia effectus: non inquam id dicant,quia sicut potest nouam producere,ita poterit Deus conseruare antiquam,quia plus requiritur ad productionem,quam ad conseruationem,de qua re infra. Neque placet quod docet idẽ Bassolus, s. eandem esse difficultatem in motu finito. In quo sunt infinita instantia,& partes. *Reijcitur responsio Bassoli.*

tes proportionales. In quorum singulis poterit produci vnus lapis: Non inquam placet quia instantia hæc habent eandem indeterminationem ac partes, quæ per illa cõtinuantur; quare sicut non potest expleri determinatio partium, ita neque productio infinitorũ lapidũ, & in motu ęterno omnes circulationes sũt determinatę extẽsionis quia singulas durãt 24. horis, & fiunt per determinatũ spatium à puncto ad punctum, quę omnia Deus vt sibi pręsentia, & cum tali determinatione cognoscit; neque vacat reijcere dictũ Baccon. 2. d. 1. q. 6. art. 2. ad 3. Henr. hunc non negari mundum ab ęterno, sed simul cũ infinitis lapidibus simul existentibus, nam id non peruenit ex impossibilitate mundi ab ęterno, sed repugnanntę rei creatę, quę esset etiamsi essent infinita creata in tempore, sed contra quia ex ęternitate mundi, sequitur illud impossibile, vt ostensum est.

8 *Tertio ex maioritate vnius infiniti supra aliud.*

Tertium absurdũ, quia sequeretur vnum infinitum esse maius altero, tum quia si essent infiniti dies, ibi essent infinitæ horæ, sed plures essent horæ, quam dies, & maior esset multitudo infinita dierum, & noctium, quam dierum tantum, etiam si supponatur, horas diei esse æquales horis noctis; tum quia cum Deus posset producere in singulis annis vnũ hominem, posset etiam illos producere in qualibet parte illius anni, quod si supponitur produci in vltimo mense singulorum annorum, potuisset etiam producere ante illos plures homines in primo mense, vel medio cuiuslibet anni, Vnde sequeretur infinitam multitudinem productã esse infinitam, & tamen haberet vnum hominem ante se productum in medietate, vel initio anni, atquè adeò ex parte, qua multitudo ponitur infinita, haberet terminum.

*Resp. 1.* Resp. primo negando, ibi esse infinitos dies, & horas, quia esset vnus motus, & vnum tempus continuum sine vlla discretione horarum, dierum, mensium, et annorum; sed

*Contra.* contra tum quia ibi esset discretio inter motum solis existentis sub nostro Emispherio, at existentis in nostro, atque adeò esse ibi discretio dierum, et noctium; tum quia verè esset ibi mora tanta, vel tanta; ex qua nos deinde nominamus horam, diem, mensem, et annum: quare in vna continua successione, esset ibi fundamentum harum denominationum, de quo fundamento formari potest idem argumentum.

*Resp. 2.* Respond. secundo alij ibi numeros dierum, horarum, & annorum, esse æquales, & tot esse annos, quot dies, & quot horæ, ex ea parte, ex qua est infinitates, licet non esse, ex parte ea quæ est finitas sed contra inquiunt

*Contra.* Doctores, quia id est, inintelligibile, tum quia in in quolibet die sunt plures horæ, & in quolibet anno plures dies; atquè adeò, ibi esset pluralitas, & æqualitas; tũ quia si fuissent creati duo homines, & vsque ad hunc diem conseruari, quorum vnus, quolibet anno fecisset vnum peccatum, & alter quolibet die comisisset vnum peccatum eiusdem speciei, & intensionis in malitia; tunc quæro, an vnus haberet tot peccata, quot alter si affirmas, sequeretur, qud si moriantur eodem die, æqualiter punirentur, si verò negant, iam concedunt vnum infinitum non esse æquale alteri: tum quia si Deus in eo tempore ęterno quolibet anno creasset vnum hominem, & quolibet die vnum equum, & qualibet hora vnum leonem, quis dicet tot esse homines, quot sunt equi, & quot leones.

*Cõtra negãtes in infinitis non esse inęqualitatem.*

Neque dicunt ibi inęqualitatem, & pluralitatem ex parte finitudinis, ex qua per se infinitum est capax additionis, nam numerus non habet distinctionem principij, & finis quia ex qualibet vnitate potest esse principium vel finis, vnde cum sit idem numerus circulationum solis ab æterno ad hũc diem, qui est ab hoc die ad ęternitatem, & similiter numerus circulationum lunę, merito procedit argumentum, quod vnum infinitum, vt sic fit maius, vel minus altero, neque obstat, illas reuolutiones esse diuersæ rationis, atque adeo posse dari inter illas maioritas, quę solũ impleat in infinito, quoad partes eiusdem rationis, nam illa repugnantia non oritur ex parte subiecti, sed ex parte infinitatis. Vnde Basolus ibidem refert aliquos opinari, non posse dari numerum infinitum quia nullus est, in quo quęcunque vnitas non possit habere rationem principij; & nec esse, nec intelligi posse numerum, cui non possit fieri additio semper in maius, quod tamen non habet locum in continuis, vt patet. *Basol.*

9 *Resp. 3. Sed contra ea physic.*

Respond. 3. Alij concedendo vnum infinitum esse maius altero, sed hoc confutatum est in physicis tr. 18. q. 3. dub. 3. 4. & 5. vbi etiam confutauimus aliam responsionem dicẽtium inter infinita non dari comparationẽ æqualitatis, & inęqualitatis.

*Resp. 4.*

Respond. 4. Alij negando; Deum quolibet die, vel hora, vel anno potuisse producere vnum Angelum, vel hominem; Sed contra, quia productio mobilis sub motu aliquo, nec exhaurit potentiam Diuinam, nec impedit illam, quin operetur ergo non est ratio cur non potuisset producere Angelum, vel hominem ab æterno, ex eo quod produxit mobile sub motu; tum quia sicut produxit mobile sub motu in instanti æternitatis, ita simul cum mobili potuisset producere Angelum, siue hominem sine motu, quia difficilius est intelligere produci ab æterno mobile cum motu, quam aliud sine motu: quod si dicant, nõ posse produci, quia sequeretur dari principium in infinito, tunc contra; nam hoc est vnde probamus nõ posse dari motũ, & tempus ab æterno, quia inter alia absurda sequeretur dari primum in infinito: quære aliundè probare debent, non posse produci quolibet anno Angelum, vel hominem.

*Contra negantes Deũ potuisse producere singulis diebus vnum Angelum.*

*Resp. 5. Probabilibus cęteris*

Respond. 5. alij, in æternitate, ex casu posito, posse produci infinitos homines, vel Angelos, non tamen cum tali ordine, quia talis ordo repugnat infinito, sed sicut in æternitate essent infiniti dies, & essent infinitæ existen-

tiæ

tia Solis, & in nostro, & in alio Emisphęrio absq; eo, quod possit assignari prima existentia in nostro Emisphęrio, vel secunda, ita dicendum de illa infinitudine Angelorum, & hominum. Sed contra quia licet hæc responsio videatur alijs probabilior, eo quod æternitas sit duratio instantanea, non transiens, sicut instans temporis; sed stãs sicut entia permanentia: Vnde potest coexistere omni durationi temporali; tamen adhuc non placet, tum quia illa dierum successio est in æternitate cum ordine vnius post alium, non enim partes motus, & temporis possunt esse simul. Ita cum eo ordine tota illa successio dierum cognoscitur à Deo, atq; adeò in singulis diebus poterit producere cum eodem ordine, quo dies procedunt. tum quia ex omnibus illis circulationibus vna est omnium aliarum proxima creationi subiecti, ergo ille est prima, quia circulatio fuit immediatè post creationem subiecti. Antecedens probatur, nam cum circulationum vna sit immediatè ante alteram, debet deueniri ad circularionem immediatã creationi subiecti, quia licet plures circulationes fuerint in æternitate, nõ tamen plures potuerunt esse immediata in ipso subiecto.

Contra:

10 Neq; dicãt nullam esse immediatam creationi subiecti, nam subiectum creatum fuit, vel in instãti, & tunc si immediatè post quieuit, motus sequens non potest esse æternus, vt patet; si fuit immediatè ante motũ, ergo ille motus est immediatus, & magis proximus creationi subiecti; quod magis patet, si dicatur subiectum fuisse creatum cũ motu; nam illa circulatio esset simul cum creatione subiecti, & aliæ sequentes posteriores ad creationem subiecti.

Resp. Responderi posset aliquam circulationem vagè, cõfusè, & indeterminatè esse immediatam, & proximam creationi subiecti, nullam tamen determinatam; & hinc non potest inferri dari primã, quia illa deberet esse determinata.

Contra. Sed contra: tum quia actio non potest exereeri circa terminũm indeterminatũ, & confusum, sed determinatum, vt v. g. licet ad videndum sit necessarius aliquis oculus indeterminatè, & vagè, tamen exercitium videndi non potest oriri ab oculo indeterminato, sed determinato, & id, quod dicitur de principio actionis, multò magis dicitur determino. At motus ille est à causa efficiente, & à causa materiali; ergo debet esse determinatus; tum quia proximitas ad creationem subiecti non potest applicari pluribus circulationibus, sed tantum vni; ergo terminus, cui tribuitur proximitas, non potest supponere confusè, & indeterminatè, nam terminus supponit confusè, quando disiunctim sumitur pro hoc, vel illo; At hoc non potest conuenire huic, vel illi circulationi, sed tantũ illi, quam vidit Deus esse proximã creationi, quia licet à nobis ignoraretur, non tamen à Deo.

11 2. Repugnãtia ex fini. Secundò alij probant, quia si daretur motus ab æterno, ibi esset infinitum actu, quia ab æterno, & esset non infinitum, quia haberet terminum; Quod alij probãt ex eo quod omnis motus est inter duos terminos à quo, & ad quem. sed ad hoc Respondet Burlęus, motum esse inter duos terminos, vel præcisè secundum se totum, & non conuenit omni motui, sed tantum finito, vel secundum partem, & ita conuenit omni motui, quia in omni motu est aliqua pars, quæ est inter duos terminos, sed non omninò placet, quia id est essentiale mutationi, vt patet ex definitione, & conceptu eius; ergo quidquid destruit hunc conceptum, repugnat motui. Atq; adeò infinitas actualis repugnat motui. Neque tamen hinc fit, motum non posse esse æternum à parte post vt infra ostendemus, quia licet semper fit propter aliquem finem, vel acquirendum, vel perfectiones habitas conseruandas, non tamen hinc fit motum non posse esse æternum à parte post, quia semper potest esse aliquid acquirendum, vel conseruandum. tate, & infinitate motus. probatur finitas motus. Resp. Burl.

Alij probant motum esse finitum, nam habet aliquid prius se; tum quia habet mobile, tum quia habet motorem, non enim potest intelligi, quod motus sit prior mobili, vel motore. Neque dicas esse simul duratione mobile, motum, & motorem, nõ tamen natura; nam cum Deus, & mobile sint entia permanentia, sunt in instanti; At motus non potest esse in instanti, sed post instans, vnde debet incipere per vltimum sui non esse. At hoc repugnat infinito, quia haberet ex illa parte terminum, ex qua est infinitum. 2. Probatur finitas motus.

Ex quo fit vt cum illud instans sit æternitatis, si Motor, & mobile præcedunt per instans durationis, præcedet etiam per instans æternitatis, de qua re multa Burlæus post t. 15. disp. de ætern. mundi §. ad primum argumentum in contrarium, & ad vim huius argumenti reuocatur illud. quod infinito categorematico, vt in physicis probauimus, non fit additio. At motui, & tempori ab æterno potest fieri additio, non solum à parte post, vt si à tempore æterno vsque ad hunc diem addatur dies crastina, sed etiam à parte ante, cum illi motui æterno addatur duratio mobilis, motus, & motoris. Hæc autem ratio non habet vim in productione rei permanentis, quia hæc est in eodem instanti durationis ac sua causa; neq; placet quod docent Conimbr. art. 4 motorem antecedere quamlibet circulationem singillatim, non autẽ collectiuè quia antecedit ad circulationes quocunque modo acceptas vt probat argumentum.

Tertio probant Conimbr. hanc finitudinem ex eo, quod necessario daretur prima circulatio, tum quia si non daretur primą ante quãlibet fuisset alia, atq; ideo oẽs coniunctim acceptas aliqua præcessisset cũ nõ plures in tota collectione, quam in omnibus diuisim sumptis contineantur, sed facilè soluitur nam sicut ex eo, *quod quolibet numero accepto datur maior*, non sequitur posse concepi aliquem maiorem omnium numerorum 12 3. Probat Conimbr.

collectio-

collectione, ita neq; hic, quia est argumentum ex distributa, & copulatiua ad collectiuam, & copulatam, de qua re plura in summulis.

4. Alij probant. Quarto probant finitudinem quia perfectè circuitionem præcedit incompleta, quæ fit spatio 12. horarum ergo illa circulatio tota non potest esse infinita, atque adeo neque media circulatio, quæ præcedit totam solum 12. horis, neque dices spatium 12. horarum præire vnamquamque côuersionem diuisim, non autê omniû collectionem, nâ cum essentialiter media conuersio præcedat totam, non solum diuisim, sed etiam collectiuè sûptus, partibus perfectæ semper dimidia præcedet illas, vt perfectas.

13 3. Repugnantia ex ratione terminorum, quos exigit motus. Tertio alij præcip. probant. Nâ motus est mutatio quædâ, cû mutatio diuidatur in successiuam, quę est motus, & instantaneam, quę dicitur simpliciter mutatio, sed mutationi repugnat æternitas, quia supponit subiectum prius esse sub priuatione formæ, non solum prioritate naturæ, sed etiam durationis, quam sit motus, & terminus motus. Resp. Basfol. negando omnem motum esse mutationem secundum se totam, vt patet ex motu æterno, sed id conuenit motui finito secundum se totum, vel infinito secundû partem quamlibet signabilem, qua ratione non est æternus. Sed contra quia cum motus non possit habere partes simul, & subiectum, ac motor illas simul habeat, necessario duratio mobilis, & motoris excedet motum saltê per instans durationis, nam mobile, & motor prius existunt quâ motus, neque dicas sufficere prioritatê naturæ, quia cum illa suû esse simul habeant, & in ea duratione non possit motus habere suas partes, illa præexistentia non tantum erit secundum naturam, sed etiam secûdum durationem; quæ ratio videtur Riccardi, ad quam respondet Bacc. 2. d. 1. q. 6. art. 2. præcedere quidem instans productionis subiecti, sed illud non esse primum, sicut filius fuit productus in aliquo nunc ęternitatis, sed non in aliquo primo nunc ęternitatis, quia sicut æternitati non repugnat habere nunc, ita repugnat habere primum nunc. Vnde infert non repugnare ęternitati esse inter duo nunc, modo nequeat assignari primum in duratione, sed contra quia nunc mensuram existentiam productionis subiecti, & ipsius subiecti, & motoris non habet aliquid ante se, & habet totum motum post se ergô illud est primum non solum negatiuè, sed etiam positiuè respectu totius motus. Confirmatur quia Deus concurrendo ad motum cognoscit se prius concurrisse ad subiectum producendo, at illa prioritas dicit durationem aliquam.

Bac. contra Richard.

14 Contraque opinionem esse probabilê, quod pateat. Tertia opinio est dicentium vtramq; opinionem esse probabilem; Conimbr. 8. phys. cap. 2. q. 7. art. 4. videtur Scoti in 2. dist. 1. q. 3. vbi quoad mundi æternitatem non est contradictio patens, sed latens. Vndè argumentû à ponentibus mundi æternitatem semper benè soluitur, & ideô putat probabilem opinionem D. Tho. Hinc Tataretus ibidem 5. tenentes docet Scotum in hac quæstione esse problematicû, Michael de Palatio in 2. dis. 1. disput. 2. videtur Basfolis dist. 1. q 3. vbi disputat ad vtramq; partem, & soluit rationes vtriusque partis, quod etiam præstant Conimbr. Egid. 2. d. 1. p. q. 4. art. 2. secûdo princ. vers. tertia deceptio in fine.

Hi tamen si interse diuisi sunt nam Basfolus simpliciter putat id esse possibile.

At Conimbr. putant probabilius non esse possibilem motum successiuum ab æterno.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Ostenditur quomodo mundus potuit esse ab æterno cum mutatione.*

Prima conclusio à Deo mundus potuit esse ab æterno syncategorematicè, tam cum motu continuo, quàm cum motibus discontinuis, & rerum generationibus, quia æternum syncategorematicè dicit têpus siue reale, siuè immaginarium, quod semper potest esse ante, & antè sine vllo termino, sicut explicari solet infinitû syncategorematicû, q. dicitur esse illud, extra aliquod acceptum semper restat aliquod accipiendum; sed mundus potuit esse ante quodlibet tempus determinatum, nam quodcumque tempus signaueris, ante illud potuit mundus semper produci, & hoc in infinitum. 15 Mundus cû omni genere successionis potuit esse ab æterno sya categorematicè.

Confirm. quia eodê modo diximus, Deum posse producere in infinitum ante, & ante, ac plura, & plura, eo quod Dei potentia non habet certum terminum, quo ad numerum, & perfectiones rerum producibilium; ergò similiter neque habet certum terminum rerum producibilium quo ad durationem, quia eius potentia non est determinata ex se ad producendos effectus hoc potius, quam illo tempore. Neque hinc sequitur mundum posse produci ab ęterno categorematicè sumpto, vt infra, sicut neque sequitur posse produci infinitum in actu, & categorematicè sumptum, vt alibi ostendimus.

Dices quidquid producitur debet esse determinatum, non solum quoad perfectiones proprias, sed etiam quoad durationem, sicut enim nihil potest existere, nisi in aliquo determinato spacio, ita nihil poterit produci, nisi in determinata diratione siuè ęterna, siue temporanea, at hęc duratio ęternitatis syncategorematicè est indeterminata, quia nec durationem finitam dicit actu, nec actu infinitam.

Resp. aliud esse de potentia producibilitatis, quę potest terminari ad actum infinitum ad ante, & ante, aliud de actuali, & exercita productione, quæ exigit actualem determinationem, sicut aliud est visionem posse produci ab aliquo oculo vagê sumpto, aliud visionem produci in actu, quæ non potest esse, nisi sit determinatus oculus. Vnde sit. Alia ratio est de potêtia producibili, alia de re producta.

Secunda conclusio licet Dei potentia possit producere mundum ab æterno syncategorematicè, potentia remota, tamen actualis productio in actu exercito exigit in potentia. 16 Actualis productio exigit determinationem.

quo ad omnes circunstantias. tia productiua determinationē effectus, quò ad omnes circunstantias, quæ est à voluntate Diuina, quia Omnipotentia Dei, si non est determinata à voluntate quoad effectus secundum speciem, & numerum, non poterit aliquid producere, quia non potest simul producere totum suum obiectum, quia illud est incapax simultaneæ existentiæ; cum sit infinitum syncategorematicé, neque potest produci vnus effectus, quia ex se non est magis determinata ad hunc, quam illum, à potentia autem indeterminata vt sic, non potest exire effectus aliquis nisi sit formaliter libera, quæ se ipsam determinet, ergo neque potest produci effectus indeterminatus quoad durationem, quia effectus existens non magis abstrahit à duratione, quam à spacio immaginario, sicut enim effectus existens, nec potest existere simul in omni spacio, nec omni spacio carere, nec existere in aliquo vage, quia vagum non existit, nisi in determinato indiuiduo, ergo idem dicendum de effectu respectu durationis.

Quod sentiēdum sic de sententia Aristotelis. Tertia conclusio etiam si vera esset sententia Aristotelis secundum aliquos de mundo improducto existente ab æterno categorematicè, non tamen secundū Aristotelē potuit mundus sic esse ab æterno syncategorematicè, quia possibilitas existentiæ quo ad hanc æternitatem respicit terminum actualem, qui antese habuerit positiuè, & affirmatiuè negationem existentiæ antequam actu existat. At hic effectus nulla ratione secundum Arist. potest esse improductus, quia non potest à se ipso se extrahere de potentia ad actum, quia repugnat aliquid se ipsum producere. Neque potest concipi non solum conceptu adhæsiuo, sed nec etiam apprehensiuo, quod sit ens improductum; ergo necessariò debet esse improductum ab alio.

Dices, inter hos effectus sunt intelligentiæ, quæ secundum Arist. vt aliqui opinantur, sunt improductæ, eo quod Arist. non cognouerit emanationem sine subiecto, ergo etiam erunt improducta, si ponantur possibiles ab æterno syncategorematicè.

Resp. in sententia Arist. vt sibi cohęreat iuxta principia posita, negari debet intelligentias posse esse ab æterno syncategorematicè, sed necessariò esse ab æterno categorematicè; & ideo multo probabilius opinantur dicentes ex sententia Aristotelis intelligentias esse productas per simplicem emanationem.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Ostenditur quomodo motus rectus, possit esse, vel non esse ab æterno categorematicè.*

17 Motus rectus per repetitionem potest esse ab æterno & potest esse circularis. QVarta conclusio, motus rectus per repetitionem nō magis implicat ab æterno, quam motus circularis, est contra aliquos qui id concedunt circulari, & negant recto.

Probatur quia si esset aliqua repugnantia maior, vel esset ex parte mobilis, & non quia in vtroque est finitas, & capacitas motus; quare vtrumque ab alio munari potest consimili duratione, vel ex parte spacij, & nequa, quia in vtroque spatium est secundum se finitum, & habet infinitatem ex vi repetitionis, nam quodlibet finitum infinities repetitum induit rationem infiniti. Immo ex hac parte maior est repugnantia in motu circulari, quam in recto, quia ciculare spacium necessariò est finitum, vt circa illud fieri possit motus circularis, vt ostendit Arist. primo Cœli. At vero spacium, per quod fit motus rectus, non est necessariò finitum, quia secundum multos potest dari infinitum, vel repugnantia sumitur ex parte motus, eo quod circularis per repetitionem potest esse vnus continuus, rectus vero non ita, eo quod in puncto reflexionis debet intercipi quies, cum motus ascensus, & descensus sint diuersæ speciei, vt ostendit Arist. 8 phys. 64. & seqventibus. At attendimus non esse necessariam quietem in puncto reflexionis; vt diximus ibi difficultate 21. & fusius infra tr. de latione. Neque Arist. ibi negat continuationem quo ad rationem quantitatis, sed quoad continuationem specificam, quomodo virga partim viridis, partim sicca dicitur continua quoad quantitatem, non autem quoad substantiales species, vt notat Venetus in summa physicorum cap. 19. ad primum, vbi etiam docet, quod licet illi motus essent ab intrinseco, non essent continui, tamen quando sunt ab extrinseco posse continuari, & denique secundum omnes patet, illos motus posse esse contiguos, quo sufficit, vt motus rectus per repetitionem possit esse æternus, sicut est circularis, quia nulla inter illos mediat quies temporanea, sed solum instantanea: Neque est sufficiens ratio, quod per motum rectum deferatur totus locus, per circularem vero secundum partes, nam in vtroque corrumpitur vbi præcedens eum omnes partes existant in alio spatio, & Sol, qui est in Cœlo desertur totum locum orientis, & acquirit occidens.

Ex quibus patet motum rectum potuisse esse ab æterno, non minus, quam circularis ex vi potentiæ diuinę, quia potuisset Deus producere lapidem, & illud mouere per spacium immaginarium, & infinitum, sicut nunc posset mouere totum mundum per idem spacium. 18

Confirmatur quia sicut extra mundum nihil est, & tamen ibi Deus potest producere corpus, & illud mouere, ita ante productionē mundi extra Deum, nihil erat: ergo, sicut produxit totum mundum, & illud per spaciū mouere potest, ergo si ab æterno motus circularis non repugnat, neque repugnabit rectus, siue per repetitionem, siue sine repetitione per spacium infinitum cōtra communem apud Conimbr. quæst. 7. art. 2. qui negant de motu recto sine repetitione posse esse ab ęterno, sed constat eos falli, quia non magis motus rectus exigit terminos, quam circularis, & non magis potest vnus motus rectus

rectus eſſe velocior altero, quam circulares, & non magis motus recti poſſunt eſſe ab oppoſitis terminis quàm circulares.

Vnde eadem abſurda ſequerentur ex motibus circularibus ęternis, quæ ſecundum ipſos ſequuntur ex motibus rectis.

Quare argumenta illa potius abſolutè probant nullum motum poſſe eſſe ab æterno, quam non poſſe eſſe motum rectum, & poſſe eſſe circularem. immò, vt oſtendi, magis poterit eſſe motus rectus ſine repetitione, quam cum repetitione.

Oſtenditur eandē eſſe rationē motus, recti, & circularis quoad tarditatē, & velocitatem.

Dices eſſe maiorem repugnantiam in motu recto, quam circulari, quia ſpatium interceptum inter mobile tardius, ac mobile Velocius clare apparet eſſe finitum, cum deberet eſſe infinitum, ſicut eſt infinitum ſpatium peractum à mobili tardiore, cum ſit peractum infinito tempore, nam velocius mobile eodem tempore conficit ſpatium duplo maius. Reſp. implicantiam eandem eſſe quoad mobilia circulariter, tum quia vnū altero debuiſſet conficere circulationes plures, vnde ſi tardius mobile perfeciſſet vnum numerum infinitum circulatinnum, velocius perfeciſſet duos numeros infinitos, quorum vnus inciperet à fine primi numeri, & compleretur vltima eirculatione hodierna, ad quam ſupponitur, mota vtraque mobilia, vnde finis circulationis peracta à tardiore mobili eſt hodierna circulatio, hinc etiam fieret ſecundam infinitatem circulationum incipere à media infinitate eirculationum mobilis tardioris, cū velocitas ſit dupla, atque adeo infinitum haberet medium contra rationem infiniti, tum quia ſi ex eirculationibus mobilis tardioris concipiatur fieri vnā lineam, explicatam in rectam, & alteram ex circulationibus mobilis velocioris, ſatis apparet lineā, qua velocius excedit tardius, eſſe finitam, cum deberet eſſe infinita, vt dictum eſt de ſpatio motus recti, ex quibus patet repugnantiam eſſe eandem, ſed magis apparere in motus recti ſpatio.

19 Cur Ariſtoteles cōceſſit motum circularem ab æterno, & negauit rectum.

Dices Ariſtoteles negauit æternitatem de motu recto, & cōceſſit de circulari Reſp. loquutum fuiſſe ſecundum naturæ principia ab ipſo poſita, nam ipſe poſuit Mundum ab æterno cum ſuis ſpeciebus, & earum conſeruatione, & quia ad huiuſmodi conſeruationem eſt neceſſaria hæc coordinatio motuum cœleſtium, conſequenter poſuit in vniuerſo dari Motorē, & omnia, quæ ſunt neceſſaria ad huiuſmodi motus, & quia ipſe non agnouit motum rectum, niſi intra vniuerſum per ſpatium plenum, quod eſt finitum, ideo negauit motum rectum eſſe poſſe infinitum, & quia non agnouit in natura hāc virtutē reflexiuam perpetui motus recti, ideo ēt negauit infinitatē illius motus ēt per repetitionem, ſed nos dicimus illud non oriri à virtute naturali, ſed à Dei potentia abſoluta à legibus naturæ, quare in ordine ad illam dicimus poſſe eſſe motum rectum ab æterno, & ex his patet diſcrimen inter motū circularem, & rectum, quod ille ſecundum Ariſtotelem eſſet à natura, rectus vero nequaquam.

## ARTICVLVS QVINTVS.

*Oſtenditur enti exiſtenti ab æterno repugnare mutationem.*

20 Aeternum, vt ſic non eſt capax mutationis à parte, ex qua eſt æternum. 2. Pars.

QVinta cōcl. Ens ab æterno productū vt ſic non eſſe capacē mutationis, tam ſm̄ exiſtentiam, quàm ſecundum accidentia, cū quibus creatur, ex ea parte, qua eſt æternū, licet poſſit mutari à parte poſt, qua parte non eſt æternus: Hæc pars, patet quia ſi aliquid eſſet productum ab æterno, & duraret vſque ad hodiernum diem, certè hodie eſſet capax mutationis, imò, & heri, & prius in infinitum pro Dei voluntate determinante diem mutationis, ergo exiſtens ab æterno poteſt eſſe capax mutationis ex parte, proxima hodiernæ diei: quia ex hac parte nō habet æternitatē, ideſt carētiam termini. Quare ſolum probatur 1 pars, Nam quidquid exiſtit ab æterno debet durare infinito tempore ſaltem imaginario ſecundum omnia, quæ habet ab æterno, quia æternitas eſt duratio carens principio, atque adeo ex ea parte, qua caret principio, eſt infinita, æquiualens infinito tempori, ſi eſſet poſſibile. At ſi eſſet in eo aliqua mutatio, ſiuè quoad exiſtentiam, ſiuè quoad alia accidentia in ea duratione, tunc ſequeretur fuiſſe ſecundum exiſtentiam, & accidentia in ea duratione, & non fuiſſe.

Prima pars pbatur ex duratione æterna.

Confirm. quia ſi nō durauit per infinitam durationem, durauit per finitam, neq. n. poteſt ab his abſtrahi ſecundum rem, ergo non durauit per æternitatem, quia hæc eſt duratio infinita. Neq; dicas, quod licet non poſſit pati mutationem quoad propriam exiſtētiam quia eſſet, & non eſſet in æternitate, tamen poteſt illam parti quoad accidentia, nam eadem eſt ratin accidentium, tum quia illa eſſent, & non eſſent in æternitate, tū quia cum illa ſint ſimul producta cum ſubiecto, durare debent à parte ante, quantum durat ſubiectum, quia accidens non eſt prius duratione ſuo ſubiecto vel contra, cum vtrumq; ſit ab æterno, & huic repugnet habere principium.

Alij probāt ex priuia alteratione.

Confirmant alij, quia de ratione mutationis eſt, vt præſupponat priuationem formæ, at in æternitate non poteſt eſſe ſimul priuatio, & forma, quod vel erit ſola priuatio, & forma erit poſt æternitatem, atque adeò ſimiliter mutatio ad formam. Neque dicas in æternitate eſſe mutationem, vt dicit tendentiam ad eſſe, non vt dicit receſſum a termino a quo, nam illa non eſſet mutatio, ſed haberet in ęternitate aliquod eſſe immutatum, quod nos in concluſione affirmamus, vel ſola forma, & ſic non erit mutatio.

Ex quibus patet ab æterno non potuiſſe eſſe corruptionem quia hæc ſupponit rē corruptam præexiſtentem in æternitate, ergo in illa non poterit corrumpi, quia terminus corruptionis eſt non eſſe.

Nō pōtuit eſſe alteratio.

Secundo patet, neque poſſe eſſe motū alterationis quia vel ſubiectum fuit ab æterno

productum, cum qualitate v.g. calore, & non potest illo in eadem æternitate carere, vel sine vlla qualitate, vt aer tenebrosus, & tunc non potest in eadem mensura durationis habere lumen, quia simul esset tenebrosus, & luminosus, priuatus, & habens formam.

Resp. Responderi posset æternitatem non esse indiuisibilem transeunter, vt est instãs temporis, sed instans stans, & permanens; quod æquiualet tempori, sicut igitur potest subiectum existere in vna parte temporis, & non in alia, ita potest existere in æternitate, vt æquiualet vni parti, & non alteri, & idem dici posset de mutationibus ad alias formas.

Contra. Sed contra tum quia æternitas secundum eam rationem, secundum quam concipitur habere prius, non potest habere rationem æquiualentem tempori infinito à parte ante, atq; adeo non habet rationem æternitatis à parte ante, quia de huius ratione est non habere aliquid se prius secũdum durationem, tum quia æternitas vt æquiualet priori parti temporis, vel est duratio finita, & non erit æternitas, quia, cum careat principio a parte ante, non potest esse finita a parte ante, vel est infinita, & ita sequitur rem existentem in illa duratione per infinitam duratioñe fuisse inuariatam, tum quia æternitas à parte ante non potest æquiualere alicui successiuo, neque illi coexistere, quia infra ostendemus successiuum nõ posse existere ab æterno categorematicè, licèt possit esse ab æterno syncategorematicè, quia potest esse ante, & ante in infinitum.

Omnes motus simul non potuerunt esse ab æterno. Hinc patet non potuisse esse ab æterno omnes motus simul sumptos, etiãsi ponantur instantanei, quia multi motus sunt contrarij, ergo non possunt inesse eidem mobili simul pro instanti æternitatis, vt motus intensionis, & remissionis secundum eandem formam, vel motus locales, siuè recti, siuè circulares oppositi, ita Bonetus loc. cit.

## ARTICVLVS SEXTVS.
### *De existentia entis successiuè ab æterno.*

21 Enti formaliter successiuo, & continuo repugnat æternitas a parte ante. SExta Conclusio; Enti formaliter successiuo, & continuo repugnat ęternitas, ex parte ante, primo probat Durandus, ex parte infinitatis, quia ens successiuum à parte ante est necessariò finitum; at ęternum est necessariò infinitum secundum durationem, at repugnat aliquid simul esse finitum, & infinitum ergo repugnat aliquod ens esse successiuum, & æternum, maiorem probat dupliciter, primo, posito quod sit v.g. ab æterno motus circularis, nam in reuolutionibus Cœli, quę sunt, vel esse potuerunt præteritæ datur prima, & vltima, ergo non potuerunt esse infinitæ, ergo neque motus ex illis constans potest esse infinitus, & ab æterno, minor patet nam cum omnes sint præteritæ, necessariò omnes fuerunt præsentes, nam quidquid est præteritum aliquando fuit præsens. Vnde ex illis aut aliqua fuit accepta, antequam nulla præcessit, & patet illam esse primam, & quia hodierna circulatio vt supponitur est vltima inter illam, & hodiernam, quæ fuerunt mediæ, non potuerunt esse infinitæ, quia clauderentur duobus terminis, aut non fuit aliqua accepta, antequam nõ sit alia; & tunc contra, quia ante omnes coniunctim acceptas nulla fuit prior, ergo inter illas coniunctim acceptas aliqua debet dari prima, nam non potuerunt esse acceptæ, nisi cum ordine vnius ante aliam, cum nunquam simul plures reuolutiones possint esse, ergo non possũt esse omnes acceptę, nisi sit aliqua accepta, quæ post se includat omnes. Alioqui inter illas coniunctim acceptas non esset ordo, sicut enim in æternitate à parte post non possunt circulationes omnes esse acceptę, nisi detur aliqua, q̃ claudat oẽs ante se, atq; adeò detur vltima, quod clarius patet si loco reuolutionum accipiantur lapides diuersorum colorum, qui sint accepti cum ordine vnius ante alium, vt sunt reuolutiones, tunc necessariò debet dari lapis primò acceptus, vel dicendum esset non omnes esse acceptos: quod si dicant non dari primum, quia id repugnat infinito, iam petunt principium, nã hinc probamus repugnãtiam, quod motus vt æternus deberet esse infinitus, & tamen ex vi successionis necessariò haberet terminum, atq; adeò esset finitus. Neq; dicant, non repugnare infinitum esse inter duos terminos, vt patet ex linea finita, in qua sunt infinita puncta, & partes, nam illa infinitudo in linea non est categorematica, sed syncategorematica ob indeterminationem partium, vt alibi ostendi, quæ infinitudo est coniuncta cum finitate actuali, & categorematica, at ibi esset infinitudo categorematica, vtpotè constans ex partibus æqualibus, & inter se nõ communicantibus, atq; adeò sicut circulationes, quæ sunt partes illius finitudinis sunt determinatæ extensionis secundum successionem, ita potest à Deo determinari, quæ inter illa sit prima, vt supra in secunda opinione clarius nos ostendimus. Diuersa ratio infinitatis pũctorũ in linea finita, & circulationum infinitarum.

Secundo probant minorẽ, nam inter præteritas reuolutiones aut est aliqua, à qua hodierna reuolutio habet distantiam infinitam, 22 Minor secundo probatur quod s. detur prima. & illa erit prima, quia cum non possit distantia maior, quam infinita, ante illam non potest esse alia prior, si vero non est aliqua, tunc sequitur non præcessisse infinitas reuolutiones, nã, quantò plures reuolutiones præcesserunt, tantò distantia alicuius illarum ab hodierna est maior, quod confirmatur à simili, quod ostendimus non posse dari infinitas species actu, quarum vna sit perfectior altera, quia daretur prima, & summa in perfectione. Neque dicas ibi esse ordinem per se in perfectionibus, quia etiam hic inter reuolutiones est per se ordo durationis, cum essentialiter ens successiuũ constituatur ex partibus, quarum vna est post aliam. Neque dicas ibi non esse plures reuolutiones, sed esse vnam continuam reuolutionẽ, quia licet non sint plures per interpositionem quietis, tamen sunt plures designabiles, & habentes determinatam

minatam durationem, quia singulæ durant vigintiquatuor horis: Quare sicut continuum permanens non potest esse infinitum, quia ibi essent partes æquales vni certæ, licet non sint actu diuisæ, sed solum diuisibiles; ita dicendũ in casu nostro. Resp. Sonc. loc. cit. ad 7. & Astudill. 8. physic. q. 1. 2. negando ibi esse distantiam infinitam cathegorematicè, sed tantum syncathegorematicè, quia quacumque data potest dari alia duplo maior, & triplo, & sic in infinitum, & hæc distantia sufficit vt sit dies infiniti, inter quos nõ potest dari aliquis, à quo hodiernus habeat distantiam infinitam, quia infinitum clauderetur duobus terminis. Sed contra; quia quando partes alicuius quantitatis sunt determinatæ extensionis, & omnes actu acceptæ necessariò illa extensio, & distantia quantitatis aut erit actu finita, si partes sunt finitæ, aut erit actu infinita, si partes sunt infinitæ. Sed hæ reuolutiones sunt determinatæ durationis, & sunt numero infinitæ, ergo quantitas illa successiua, & distantia esset infinita cathegorematicè actu, & non syngathegorematicè, & in potentia, quia cum omnes sint acceptæ, & præteritæ, nulla remanet potentia, siuè ad existendum, siuè ad determinationem, quæ essentialiter requiritur ad infinitum syncathegorematicum, legenda sunt quæ diximus in secunda opinione pro huius argumenti confirmatione. Quam finitatem ego confirmo, quia si ponatur corpus aliquod creari ab æterno, certè debuit creari in aliquo spacio determinato, quia quidquid existit, sicut existit in aliquo determinato indiuiduo, ita in aliquo determinato situ, non enim potest abstrahere à spacio: Creatus igitur Sol in Oriente nostri Emispherij, & post creationem moueatur versus Occidentem, hic motus vel perficietur tempore finito, vel infinito, non secundum, quia nunc perficitur spacio v.g duodecim horarum, ergo etiam tunc, quia eadem velocitate moueretur qua nunc, ergo conficeretur idem spacium in eadem duratione, qua nunc, ergo absoluetur ille motus spacio duodecim horarum, à qua duratione vsque ad hodiernum diem est tempus finitum, ergò si illi addatur tempus precedens, quod fuit duodecim horarum, non constituetur tempus infinitum, quia finitum additum finito, non efficit infinitum.

Resp. Sõc. Astudill.

Cõtra objjcitur.

24 Confirm. Confir. quia si fingatur corpus creari Mediolani ab æterno, vel ibi permanet per æternitatem, & patet in æternitate fuisse immotam, vel ibi permanet per durationem finitam, & sequitur durationem, ex qua fuit creatum vsque ad hodiernum diem, esse finitam, nam tempori, per quod est motum, additur tempus finitum, in quo corpus permãsit Mediolani, Quod si dicant per nullam durationem permansisse Mediolani, tunc sequitur nõ fuisse creatum ab æterno Mediolani, quia nunquam habuit vbi, quo occupauit spacium Mediolanense, quod si dicant in æternitate occupasse illud spatiũ, & dereliquisse illud in æternitate per motum, tunc contra quia implicat aliquod corpus esse in aliquo loco ab æterno, & ab æterno illud deserere, quia sequeratur illud vbi simul esse, & nõ esse, quia possessio loci ponit existentiam vbi, & derelictio ponit corruptionem vbi, immo cum deserere locum supponat possessionem loci prius duratione, nunquam derelictio potest esse æterna, quia semper habet possessionem se priorem, sicur dicunt Doctores de corruptione, quæ supponit existentiam rei. Resp. posset, cum motus incipiat per vltimum sui non esse, fieri potest, vt corpus existat Mediolani ab æterno per instans, & immediatè post instãs sit motũ, hoc autem non repugnat infinito, quia non potest dari prima pars motus, vt patet etiam in motu cum nouitate essendi. Sed contra quia Instans mensurans creationem æternam non est instans transiens, & temporis, sed instans permanens, quod necessariò dicit infinitudinem à parte ante, vt contra Aureolum alibi probauimus; ergo existentia temporis Mediolani præcedere debet motum, per æternitatem, idest durationem sine principio, ergo motus sequens non potest esse æternus. Neque obstat quod in motu non detur prima pars proportionalis, quia partes proportionales non sunt determinatæ extensionis; at ibi omnes partes essent determinatæ extensionis secundum durationem, vt supra diximus. Respond. Aliqui ab æterno corpus nõ 25
esse creatum in aliquo determinato situ, sed in aliquo vagè, quia non magis corpus pẽdet à tẽpore, quam à loco, sed Angelus si produceretur in tempore non posset dari determinata pars temporis, cui Angelus primo coexisteret, sed illa pars esset indeterminata, nam sẽper signari potest alia, & alia prior in qua inceperit, ita dici debet Solem fuisse creatum in aliqua parte spatij determinata, neque põt dari pars primo occupata. Sed contra, tum quia determinatũ corpus habet determinatam quãtitatem, ergo occupat determinatum spacium, quia locus vagè sumptus, cum non existat, nisi in determinato indiuiduo, non potest occupari à corpore existente, nisi in determinato indiuiduo, atque adeò habebit determinatum vbi ad talem locum, tum quia Deus creando illud distinctissimè cognouit, in quo spatio, & quomodo extiterit in æternitate, neque potest intelligi rem existere, & in duratione, in qua existit nõ occupare determinatũ spatium, quia actio versatur circa effectum, non solum secundum se determinatum, sed etiam secundum circunstantias, neq; dici potest in nullo spatio creatũ quia non potest intelligi abstrahere ab omni, vt in secunda opinione dictum est, neque in quolibet, quia repugnat corpori occupare spacium, quod sit maius se neque est eadem ratio de productione Angeli in tẽpore, quia duratio Angeli intrinseca est in se determinata, quia nõ pendet à tempore, sed habet incõmẽsurationem cum tempore, sicut indiuisibile est incommensurabile cũ diuisibili, at vbi intrinsecum corpori est determinatum

Resp.

Cõtra objjcitur.

Resp. alij.

Objjcitur.

facta duratio Angelicæ productionis, sed tamen pédet à spatio vt à termino, & ideo spatium non potest esse indeterminatum, quia determinatum non potest pendere in exercitio ab indeterminato.

26 Resp. 2. alij

Respond. 2. alij, corpori secundum se deberi spatium æquale sibi, at creato sub motu deberi spatiũ maius, & quia corpus est creatum sub motu ab æterno fuit in Occidente, & Oriente, in nostro, & inferiori hemisphério infinities, sicut ab æterno fuerunt infinitæ circulationes, imò infinities, dies infiniti.

Obiect.

Sed contra, tum quia productio corporis cum hoc sit subiectum motus est, prior productione motus, sed non est solum prioritas naturæ ergo erit durationis, & cũ sit duratio æterna, præcedet motum per æternitaté, minor prob. quia vbi est solum prioritas naturæ vbi est simultas durationis, sed productio æterna corporis, cum sit tota simul, & instantanea, nó pot esse simul sub motu, cuius partibus repugnat esse simul. quare sicut partes motus sũt inter se incópossibiles, ita & multo magis cum productione instantanea corporis mobilis.

Tum quia aliud est spatium, quod occupat ex vi productionis, aliud, quod occupat ex vi motus, nam quod occupat ex vi productionis est æquale corpori, quia debetur ex vi suæ productionis, & quantitatis afficiẽtis corpus, nam productio est ad corpus vt existens in spatio sibi æquali, at ex vi motus spatium occupatum est maius corpore, & non habet primam partem, vt suo loco dictum est.

Tum deniq; nam etiam si concedatur, occupari spatium indeterminatum, adhuc vrget difficultas, nam vel in eo spatio permansit infinito tempore, & sequitur non fuisse inde motum, vel finito tempore, & sequitur neque fuisse productum ab æterno, nec motum sequentem fuisse ab æterno, vt supra ostẽsum fuit, neq; dicas cum Boneto, motum sequentem esse infinitum, nam ab infinito si auferatur pars finita, adhuc manet infinitum, nam id licet sit verum, quando ablatio fit ex parte finita, at quando fit ex parte, ex qua debet esse infinitum, tunc redditur finitum, quia ibi ex ablatione signatur terminus; quæ autem deinde docet de semicirculo infinito contento intra duos terminos, non satis intelligũtur, & nos fortasse alibi confutabimus.

Res. 3. Bon.

Resp. 3. Bonetus concedendo motũ incœpisse post instans creationis mobilis, sed inde non sequi, non esse infinitum, quia non datur prima circulatio, sicut linea incipiens à puncto habet partes proportionales infinitas, quia non datur prima pars post instans.

Obiect. ex Aur.

Sed mira est ingeniorum diuersitas, nam Aureolus probat, nullam posse dari creaturã æternam, quia omnis incipit per creationem quæ est in instanti transeũti, nam nulla creatura ex vi suæ productionis cõseruatur, alias Deus non posset illam annihilare. In quo licet fallatur Aureolus, tamé rectè probat quò ad motum, nam tunc productio, vel mensuratur instanti permanenti, qualis est æternitas, & constat totam æternitatem præcedere motum, vel instanti transeunte, cum fuerit illud in actu, tempus sequens habet initium, quia illud non potuit esse continuatiuum temporis, cum hoc sequatur motum, quod etiã supra ostendi clarius. Confirm. quia si conseruatio distincta à productione non potest esse æterna quia instans mensurans productionem fuit initium temporis mensurantis conseruationem, vt Aureol. fusè ostendit 2. d. 1, q. 5. art. 2.

Confirm. quia si productio illa duraret per instans transiens non posset esse æterna, quia non duraret per æternitatem, atq; adeo neque motus sequens potest esse æternus.

Error dicentium in hac ratione peti principium.

Ex quibus patet falli eos, qui dicunt. In hac ratione peti principiũ q̃a supponimus. In creatione æterna Cœli dari primum situm. Et primum instans; vnde cum dicitur, Cœlũ debuisse creari in determinato situ, & instãti, distinguunt, nã intelligunt de primo puncto creationis, & sicut non datur primũ punctum, ita neque determinatus situs, vel de creatione Cœli absoluta, & concedunt productum in determinato situ, sed sicut productio est continuata, ita secundum illam in quouis situ est producta, sed ex dictis patet falli, tum quia non supponitur Cœlum productum per primum sui esse, sed productũ per actionem totam simul, & indiuisibilem, & hinc deinde probamus, non posse intelligi, versari circa suum terminum abstrahendo ab omni situ vel in quouis situ, sed in vno singulari, in quo existere debet per æternitatem, & hinc deinde inferimus illum situm esse primum in tali corpore, non quidem per existentiam in primo instanti, sed per coexistentiam æternã, & negationé prioris durationis, & situs, vnde talis situs debet durare per æternitatem, atque adeo non potest per motum localem inde corpus dimoueri per æternitatem, Confirmatur, quia motus localis est transitus corporis ab vno vbi ad aliud ergo semper supponit aliud vbi; ex quo Suar. 1. p. 2. p. lib. 4. c. 11. num. 17. probat primum locum Angeli non potuisse haberi nisi ex vi creationis.

Probatur vlt. conclusio, ex quo æternitas addita enti successiuo destruat rationem formalẽ illius,

Vltimo prob. concl. si æternitas esset cõpossibilis cum successione entis, non destrueret rationẽ formalem illius, quia vt inductione patet, gradus additus non destruit rationem formalem rei, cui additur, siue sit gradus intensionis, siue perfectionis vt differentia addita generi, sed æternitas anterior addita enti successiuo destruit rationẽ formalẽ illius; & contra, ergo non sunt inter se compossibilia.

Minor prob. quia ratio formalis entis successiui est habere partes priores, & posteriores, ita vt nulla pars illius sit, quæ ex his nõ constet, ex quo sequitur, vt illæ partes sint simul incompossibiles, nam existẽte priore, non existit posterior, & contra, sed hæc omnia destruuntur per æternitaté, primo quia quidquid est ab æterno non potest in æternitate desinere esse, quia esset, non esset, Se-

cundo

cũndo, ficut corruptio, ita & desitio esse nõ potest ab æterno, quia semper supponit existentiam priorem duratione, & quia existentia non præcedit sui desitionem tempore infinito, sed finito, neque existentia illius potest esse æterna, & cum nulla pars quomodocumq; accepta, sit, quę non constet ex partibus prioribus, & posterioribus, nulla pars potest esse aeterna, quod argumentum aliter proponi potest, nam omnes partes posteriores non possunt esse ab æterno, eum habeant ante se partes alias priores duratione, & cum haec antecessio non sit per tempus infinitum, sed per finitum, neque priores poterunt esse ęternae.

Aetern. repugnare prioritatẽ, & posteritatẽ multis probatur.

Tertio quia quidquid est in æternitate, siue sit substantia, siue dispositio eius accidentalis, debet durare per aeternitatem, scilicet durationem sine principio, atque adeo dicit immutabilitatem pro illa duratione, ergo nõ potest ab ea dimoueri per aeternitatem, ergo neque potest esse motus ab aeterno; quia motus solum, est quaedam mutatio subiecti ab vna dispositione ad aliam, praesertim qñ est motus localis, qui necessario supponit corpus mobile præexistere cum aliquo, vbi in aliquo spatio, non enim est mutatio à nõ, vbi ad aliud, vt alibi probauimus. Sed ẽt motus ratione successionis dicit mutabilitatem perpetuam pertinent, quo nihil potest magis repugnat aeterno.

28 Quarto quia simultas aeternitatis, & successio, maxime inter se repugnant, neque dicas simultatem non pertinere ad ęternitatem vt dicit negationem principij in communi; sed ad aeternitatem propriam Dei, nam licet Dei aeternitati conueniat simultas. totius esse independenter, tamen aliorum durationibus aeternis eadem conditin conuenit dependenter à sua causa, quia si in aeternitate posset res habere vnum esse post aliud, illud esse, quod est post, non esset sine principio, quia haberet aliud esse ante se, siue determinatum, siue indeterminatum, de quo nunc non disputo.

Resp. Resp. motum posse considerari, dupliciter primo secundum omnes partes suas determinatas, & distributiue sumptas, & ita nõ potuisse esse ab aeterno, quia singulae sicut habent partes ante, ita non sunt ab aeterno,
Obiect. 2. secundum se totum, & ita non repugnat esse ab ęterno. Sed contra nam totum vel sumitur syncategorematice, scilicet pro singulis partibus, & non potest esse ab aeterno, quia tunc singulis partibus illius cõueniret esse ab aeternos atq; adeo etiam posterioribus, & quae ad hunc diem peruenissent, vel sumitur categorematice, & neque, quia praedicatum conueniens toti sic accepto, necessario conuenit ratione alicuius partis, vt totus homo dicitur videre, quia eius oculus videt eum manus non videat, & simul totus homo intelligit ratione animae, cum per corpus intelligat. At existentia ab aeterno non potest conuenire ratione alicuius partis, quia nulla eius pars secũdum se totam est ab ęterno, quia omnis constat ex partibus prioribus & posterioribus, & mirum est totum motum esse ab æterno, & nullam eius partem existere ab æterno, tum quia etiam si dicant aliquam eius partem esse ab æterno indeterminatam, & vage, adhuc non erit totus motus ab æterno, quia si aliqua pars esset ab æterno illa nõ posset ẽẽ, nisi vna pars. s. vna circulatio, nã plures constat esse non posse, cũ nequeãt esse simul, sed vna post aliam, ergo illa non potest esse ab æterno, nam post illam, quae sequitur, non esset æterno, cum habeat priorem, & quia illa prior etiam vage sumpta nõ præcedat posteriorem, nisi spatio 24. horum, neque poterit etiam vage sumpta, esse æterna, neque concipi potest esse infinitas, cũ inter illas sit ordo prioritatis. Neque dicas existere per instans incœptiuum motus, tum quia illud instans non mensurat existentiam motus, sed potius negatinnem existentiæ motus, qui immediate sequit̃ instans, tũ qa illud esset pricipium, quod repugnat infinito simpliciter, licet non repugnet infinitn secundũ quid, ratione partium proportionalium.

Confirm. quia illa indeterminatio circulationis non potest ęsse quoad quãtitatem, qua duret, nam singulae durant 24. horis, ergo neque potest esse quoad singularitatem, quia à Deo, à quo fit, distinctẽ cognoscitur, nullã habere aliam ante se, & omnes alias habere priores. 29

Resp. 2. Resp. 2. potest aliquod prædicatum conuenire toti, vt dicit partes collectiue sumptas, quod nulli parti singulari conuenit, vt numerus duodenarius conuenit omnibus Apostolis collectiue sumptis, cum nulli conueniat, & vniuersitas conuenit ciuibus collectiue sũptis, & nulli Ciui conuenit, ita esse æternum cõuenit toti, vt dicit partes collectiue, etiã si nulli parti conueniat.

Obiect. Sed contra, quia hinc sequeretur, ꝙ motui non potest conuenire æternitas non prædicatum conueniens partibus collectiue acceptis, exigit partes omnes illius collectionis, at motus non potest habere omnes collectiue in aeternitate, quia posteriores non possunt esset in aeternitate, deinde non potest assignari numerus partiũ illius collectionis, nam quod dicunt exigi partes infinitas, iam confutatũ est, nã infinitae subordinatae non possunt esse, quia necessario debet supponi primum.

## ARTICVLVS SEPTIMVS.

*Proponuntur, & soluuntur aliqua argumenta contra Negantes ens successiuum posse esse ab æterno ex ratione mouentis, & mobilis.*

Non repugnat ex parte mouẽtis. PRimo non repugnare ex parte mouentis, quia non repugnat causæ habere effectũ sibi coexistentem in eadem duratione, maximè vbi agens est perfectum, at Deus est æternus, & perfectissimæ virtutis; ergo. 30

Confirm. Confir. quia agens liberum non est mino-

ris potentiæ, quam agens necessarium, quia libertas nō minuit potentiam, sed illam perficit, sed si Deus ageret ex necessitate naturæ, posset producere rem cum motu ab æterno; tum quia agens necessarium, & sufficiens statim ac est, operatur, si aliundè non impeditur, quod impedimentum non potest Deo conuenire ob infinitam eius virtutem; tum quia si non operaretur, & non moueret ab æterno, nunquam posset mouere, quia non esset vnde determinaretur ad mouendum hoc magis, quam illo tempore.

Confirm. 2. & Sonc.

Confir. 2. à Sonc. 12. met. quęst. 31. quia nō est demonstratum Deum non agere ex necessitate naturæ; tum quia Multi Philosophi docuerunt Deum esse agens necessarium, quod non dicerent, si oppositum esset euidens per demonstrationem, nam euidentia ore quidem, non autem mente negari potest ex 4. met. t. 18. & 26. Tum quia Deum agere ex libertate est de fide, ergo non demostrabile, tum quia sicut Deus necessariò intelligit Creaturas, ita videtur dicendum quod necessariò illas velit.

Resp. ad primum oriri repugnātiā ex parte motus,

Respon. repugnantiam oriri non ex parte mouentis sed ex parte motus, eo quod de ratione illius est ordo prioris, & posterioris quod repugnat æternitati, quæ ponit permanentiam, & immutabilitatem in re, quàm mensuras.

31 Ad primum confirm.

Ad 1. confir. Resp. inde satis probari factorem vniuersi non posse esse agens necessarium, quia produxisset omnia quæ potuit, & ob similia absurda, quæ alibi dicentur.

Quomodo motum potuisset producere si Deus esset ens necessarium.

Resp. 2. ex illa hypothesi impossibili non sequi motum fuisse ab æterno, sed Deum non potuisse exercere virtutem motiuam in tempore, nisi ab ab alio fuisset determinatus ad mouendum hoc, vel illo tempore; neque id ponit defectum in virtute Diuina, quia cum motus ab æterno sit impossibilis, non dicit imperfectionem potentiæ, si non potest à Diuina Potentia fieri, vt docent Theologi de impotentia producendi infinita, quia non posse impossibile, est potius perfectio, quam imperfectio potentiæ, sicut non posse peccare non est defectus libertatis, sed perfectio.

Ex quo patet creatis igne, & stuppa ab æterno inter se approximata, ignis non ageret in stuppam successiuè, sed vel in instanti illam combussisset, vel per ęternitatē quieuisset ab actione.

Ad 1. probationem Resp. non esse mirum quod aliqui illam veritatem negarunt, cum inuenti sint, qui omnium euidentissimam veritatem, scilicet primorum principiorum negauerint, contra quos disputat Arist. 4. met. per totum.

Ad secundū confirm.

Ad 2. probationem Resp. negando consequentiam, quia Deum esse, est articulus fidei, & tamen demonstrabile, nam non omnia quæ sunt de fide excedunt vim rationis naturalis, sed inter illa sunt varij gradus veritatis, vt in 1. parte Theologiæ fusius ostendemus.

Ad 3. probat. Resp. diuersam esse rationem intellectus, & voluntatis, nam cum intellectus sit potentia necessaria, si aliquid ignoraret, maximam haberet imperfectionem, at vero voluntas, cum sit libera, si aliquid creatum vellet necessariò, simpliciter haberet imperfectionem, quia ferretur in obiectum contra ordinem debitum illi, nam cum sit appetibile contingenter, necessariò appeteretur.

32 2. ostenditur non repugnare, & parte spacij

Secun. olij non repugnare ex parte spacij; tū quia spaciū immaginariū est infinitū, & etiā si motus rectus ratione spacij repugnaret, non tamen repugnaret motus circularis, quia ad hanc sufficit spacium infinitum circulare; quare sicut in circulo non datur principium, neq; finis, ita motus factus per illum nō habebit principium, neq; finē, quia motus sequitur spacium. At quod caret principio, & fine, est infinitum.

Ostenditur repugnātia ex parte spacij.

Resp. motum eodem modo posse esse infinitum, quomodo circulus est infinitus, sed circulus non est infinitus positiue, quasi habeat partes æquales sine vltima, sed negatiue quia partes cum non sint separatę, non habent puncta quæ determinent principium, & finem lineæ sed quodlibet indeterminate continuationem partium potest determinare, vt habet rationem principij, & finis, & idē dicendum de qualibet circulatione, quę correspondet spatio circulari, hęc autem infinitas, non est, quę exigitur ab æternitate motus, sed est infinitas circulationū durationē æqualium, quæ non probatur ex linea vna circulari, quia debet probari posse motum p illā lineam esse, & repeti ab ęterno.

Tertio non repugnare ex parte mobilis.

Tertio non repugnat ex parte mobilis, quia supra ostensum est corpus permanens posse esse ab æterno, ergo & mobile potest esse ab aeterno, quia omne corpus habet saltem principium passiuum motus. At potentia passiua respicit nō solū actiuā, sed etiā actum; ergo etiam actus illius potētiæ poterit esse ab æterno. Alio qui frustra fuisset illa potentia, quę per æternitatem non potuisset reduci ad actum.

Confirmat. quia alioqui oportuisset Deum expectare infinitum tempus, vt produceret motum.

Resp. potuisse quidem produci mobile ab aeterno, quia non includit repugnantiam, nō tamen illud habuisset motum ab æterno ob implicantiam motus: Neque ob id diceretur esse frustra, sicut non dicitur frustra esse in instanti. in quo tamen non posset esse motus, quia tunc potentia dicitur frustrari suo fine, quando non habet actum sibi debitum in ea duratione, in qua sibi debetur: At vero potentiæ mobili non debetur motus pro æternitate, sed pro tempore, pro quo potest esse motus.

Potentia, tunc frustratur fine, qū caret actu sibi debito.

Ad confirm. Deum non posse ab æterno mouere, sed in tempore, quod determinare, ad ipsum spectat. An autem in hoc dicēdum, sit expectare, questio est de nomine, propriè tā Deus non diceretur expectare, quia expectare est aduertere quod vnum prætereat, aliud succedat, quod esse non potest sine successione rerum, & tempore aliquo, sed ante productionem mundi, tempus non erat, sed

An determinare ad motum in tali tempore, dicatur Deus expectare.

tantum

tantum æternitas, quæ nullas habet partes; quare Deus non oportuit, vt expectaſset. Neque dicas Deũ fuiſse neceſſitatũ ad nõ producendum motum ab æterno, ſicuti nunc nõ dicitur neceſſitari, ex eo, quod non producat chymeram qui neceſſitari ponit potentiam producendi, ſed ab alio impeditam.

Dices; licet æternitas non habeat partes formaliter, habet tamen virtualiter; ergo ratione illarum partium dici poteſt expectare.

Quomodo æternitas ha beat partes virtuales.

Reſp. illas partes virtuales in æternitate non eſse diſtinctas, ſed ſolum concipi à nobis in ordine ad tempus habens partes, nam concipimus mundum productum cum duratione vnius anni eſt facere, vt mundus coexiſtat per annum toti æternitati, cum hæc totum ſuum eſse habeat ſimul. Neque mundum eſse hoc anno, & non fuiſse præterito anno, eſt mundum coexiſtere alicui parti æternitatis hodiernæ, cui non coextitiſſet anno præterito, ſi fuiſſet productus, & ſicut non dicitur Deum expectaſſe per annum præteritum, vt produceret hoc anno mundum, ita non debet dici expectare per æternitatem, vt producat motum in tempore, quod explicari poteſt exemplo motus, qui fit per circunferentium circa centrum, quod cum ſit indiuiſibile, ſemper reſpondebit eidem faciei centrimotus, qui fit per omnes partes circumferentiæ.

Non repugnare ex partemotus quomodo probatur.

Quarto ex partemotus non eſt repugnantia, ex Bonet.7.ſuæ met.c.1. Mundus, vt eſt potuit eſſe ab æterno ſecundum eſſe quidditatiuum ergo etiam ſecundum eſſe exiſtentiæ, conſeq. patet quia eadem ratio ſucceſſionis eſt in quodditate, ac in exiſtentia.

Confirm.1. nam res contingenter ſe habens ad duo extrema propoſitionis, ſi poteſt eſſe ſub vno, poteſt eſſe ſub alio diuiſim, ſed ens ſucceſſiuum poteſt eſſe ab æterno ſub nõ eſſe; ergo poterit eſſe ſub eſſe.

Confirm.2. vt poteſt dari actio productiua termini permanentis ab æterno, ita actio actiua ad vbi indiuiſibiliter, ſed huic non repugnat aliud ſuccedat in infinitum; ergo poterit eſſe productio motus ab æterno: neque ex eo quod illi motus clauderentur inter duas mutationes, fit, vt omnia vbi inter media ſint finita, quia poſſunt eſſe infinita, ſicut infra lineã ſunt infinitæ partes, & puncta.

Confirm. 3. quies poteſt eſſe ab æterno, ergo, & motus, tum quia priuatiuè oppoſita poſſunt eſſe in eodem ſubiecto pro eadẽ duratione diuiſum; tum quia etiã quies menſuratur tempore, ſicut motu: Antecedens probatur, quia ſi mobile eſt ab æterno; ergo vel ſub motu, vel ſub quiete.

Confirm.4. quia dato quocumque inſtanti Deus poteſt ante illud producere motum, & hoc in infinitum ſyncathegorematicè; ergo poterit producere motum ab æterno, quia ſicut infinitum ſyncathegorematicum non habet principiũ, ita & tempus æternum, quod eſt infinitũ cathegorematicè, non enim apparet maior repugnantia in infinito ſyncathegorematico à parte ante, quam cathegorematico, preſertim cum ens ſucceſſiuum aſſimiletur infinito ſyncathegorematico, cum eius partes nunquam ſimul exiſtant, ſed exiſtens ſemper eſt actu finitum, & infinitudo eſt ex parte negationis exiſtentiæ motus.

Confirm.5. quia motus poteſt durare in æternum à parte poſt; ergo etiam à parte ante, nam vtrobique eſt carentia termini, & vtrobique partes non ſunt ſimul, & vt finis reſpondere debet principio, ita negatio finis debet reſpondere negationi principij, quia ſicut ſe habet affirmatio ad affirmationem, ita negatio ad negationem.

Reſp. quidditates rerum eſſe ab æterno, nõ 35
eſt, eas habere aliquo modo exiſtentiam ab æterno, vt malè aliqui concipiunt, ſed eſſe aliquid verificãs propoſitionem neceſſariam. Vnde etiam quidditas entis rationis dici poteſt eſſe ab æterno, quia poteſt ſpecificare, & verificare propoſitionem de illo fictam; realitatem vero quidditates habere in ordine ad exiſtentiam à parte rei, ſicut quidditas entis rationis habet eſse rationis in ordine ad exiſtentiam obiectiuam: hinc fit, vt quidditas dicatur ens ab æterno, quia ab æterno propoſitio de illa facta eſt vera nõ ſolũ pro determinato tẽpore, (cuiuſmodi veritatem habet etiam propoſito cõtingens,) ſed etiã abſtrahendo ab omni tempore, & ratione huius abſtractionis dicitur eſse ab æterno, non quidem poſitiuè ſed negatiuè; at vero ſi ens ſucceſſiuum exiſteret ab æterno, non ſolum cõtingenter exiſteret, & eſset in tempore, ſed etiam poſitiuè; ex quo modo exiſtendi ſequuntur abſurda poſita, quæ non ſequuntur ex quidditate æterna.

Quid ſit eſſentias eſse ab æterno.

Ad primum confir. propoſitionem illam eſse veram, quoad habenda extrema, non tamen pro eadẽ menſura, nam tempus contingenter ſe habet ad eſse, & non eſse, & tamen in inſtanti eſt non eſſe temporis, in quo tamen non poteſt poni eſse temporis. Vnde fit vt negatio entis ſucceſſiui poſſit eſse ab æterno, non tamen exiſtentia illius.

Quomodo res contingẽter ſe habẽ a ad duo ſi habere poteſt vnũ, poteſt habere alterum.

Ad ſecundum Reſp. negando paritatem rationis, quia ex porductione permanentium non ſequitur abſurdum ſicut ex productione ſucceſſiui, vt diximus.

Ad tertiũ Reſp. negãdo quietẽ eſse ab æterno, quia ab æterno non eſt aptitudo, vt ſit tẽpus, quies enim dicit negationẽ motus cũ aptitudine ſubiecti ad motum. Vnde negatio temporis ab æterno non habet rationem priuationis, ſed purae negationis.

Ab æterno non eſt qes

Ad 4. Reſp. 1. inde probari poſſe creari corpus infinitum, & ſimiliter creaturam infinitæ perfectionis, quia quocunq; dato poteſt dari maius, & perfectius, quod tamen etiam aduerſarij negant, & meritò, nã ex producibili infinito ſyncathegorematico rectè infertur potentiam productiuam non habere terminũ ſecundum ſe, non tamen fit poſſe, totum ſuũ obiectum ſimul ponere, ſed in exercitio ſuæ potentiæ debet determinari à voluntate, vt producat tot, & non tot, & hæc, vel illa, quia potentia ex ſe eſt indeterminata; vnde fit vt

non

*Ex producibilitate infiniti syncategorematice nō infertur producibilitas infiniti categorematice.*

non rectè inferatur ex producibilitate infiniti syncathegorematicè producibilitas infiniti cathegorematicè, quia ex vi illius quidquid in actu producitur est finitum: at ex vi huius esset infinitum actu, quod ostendimus repugnare.

Dices: potuit in quocunque instanti priori, & priori; ergo potuit semper produci, ergo ab æterno, quia semper esse est idē, ac esse ab æterno.

*Motū posse produci in quocunq; instanti extrinseco quo modo intelligatur.*

Resp. ly in quocunque instanti posse accipi dupliciter, primo distributiuè, vel diuisim, & sic verum est potuisse produci motū in quocunq; instanti, 2. collectiuè, & negatur posse produci, & ideò nō potuit produci ab æterno, sed in qualibet duratione citra æternitatē produci potest. Vnde huiusmodi possibilitas productionis habet terminū extrinsecum, quia in æternitate nō potest produci, & in quolibet minori potest, vndè cum infertur, quod semper potuit, distinguitur cōsequens, nam si ly semper afficiat potentiam, conceditur illam fuisse ab æterno, si vero afficiat obiectum potentiæ, & significet omnem durationem collectiuè, negatur semper potuisse esse, quia ita fuisset æternum; si vere accipiatur disiunctim, vel disiunctiuè, tunc conceditur, quia potest esse in quocunque instanti signabili, sed hoc nobis nō repugnat, quia nunquam motus poni potest ab æterno, sed semper ponetur in tempore, nā illa possibilitas, vt diximus determinari debet, vt sequatur actio.

*Cur repugnat successio infinita à parte ante & nō à parte post.*

37 Ad quintum Resp negando paritatem rationis, nam semper fore, seu æternum à parte post non ponit aliquid repugnans successioni, quia non destruit prius, & posterius, & alia prædicata essentialia motus, neque ponit aliquod infinitum à parte rei, nam quidquid ponitur est finitum, neque vnquam ponitur in esse tota infinitas, quæ apprehenditur in motu futuro; at semper fuisse ab æterno ponit carentiam prioris, & posterioris, quod repugnat enti successiuo, & tota infinitas iam ponitur extitisse in rerum natura, atquè adeò partes infinitas iam esse transactas. Hinc fit, vt motus futurus sit infinitus syncathegorematicè, præteritus vero esset cathegorematicè infinitus, cum eius partes iam omnes extitissent, & sint acceptę. Neque habeant potentiam, exigitam ab infinito syncathegorematico.

*Circulationes possibiles visæ à Deo ante hoc instans sunt infinitæ syncategorematice*

Ex quibus patet quid dicendum sit de circulationibus, quas Deus videt possibiles fuisse ante hunc diem, dicimus enim illas esse infinitas syncatheromaticè, sicut sunt infinitæ syncathegorematicè diuisiones possibiles continui. Neque ex actuali cognitione Dei fit, illas habere intrinsecam infinitatem actualem, quia hinc sequeretur nullum esse infinitum syncathegorematicum quia nullum est quod non cognoscatur actu à Deo, actualitas, enim, quam Deus videt in obiecto, semper est finita, quia nihil actu existit nisi finitum, potest tamen concedi obiectum diuinæ cognitionis habere extrinsecè infinitatem cathegorematicam, quatenus denominatur cognitum à cognitione Dei, quæ est actu infinita.

## ARTICVLVS OCTAVVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis proposita in artic.*

AD primum Resp. allatas esse repugnantias, quod inde destrueretur essentia entis successiui, & ponerentur alia absurda. 38

*Ad 1. confi.*

*Voluntas Dei cognosci potest à posteriori, & ex effectis.*

Ad primum confirm. quod licet à nobis non possit cognosci voluntas Dei, & potentia à priori, tamen potest cognosci à posteriori ex implicantia obiecti, & licet creatura abstrahat ab hic, & nunc, non tamen sequitur quamlibet creaturam posse esse in qualibet duratione, vt patet ex motu, qui non potest esse in instanti, neque instans fluens in tempore, neque duo contradictoria simul in eodem subiecto; quare non mirum si motus non potest esse ab æterno, etiam si abstrahat ab hoc, vel illo tempore.

*Ad 2. confi*

*Vix, & fere in quo distinguūtur*

Ad secundam confirm. Resp. primo concedendo, ab August. positum fuisse intelligibilitatem mundi, quod extiterit ab æterno, quia ly vix in hoc distinguit à ferè, quia ly vix affirmat id, cui additur, & negat magnitudinem illius; contra vero fere negat id cui additur, & ponit propinquitatem ad illud, vt si dicatur ferè cecidit, sensus est, non cecidit, sed propè fuit, vt caderet: contra vero si dicatur vix cecidit, affirmat cecidisse, sed nō multum, & satis apparenter. Vndè cum August. dicat mundum esse factum, & non habere principium secundum Philosophos, vix esse intelligibile quoad modum, affirmat id posse intelligi, non tamen hinc sequitur id esse possibile realiter, quia intelligibilitas sequitur quidem ens, sed vt abstrahit à reali, & rationis: Vnde est fallacia consequentis inde inferre existentiam realem possibilem.

*Vbi veritas non est euidēs, ibi sunt variæ opiniones DD.*

Respond. 2. id dictum ab August. quia hęc veritas non est euidens, quare non mirum si aliqui contrarium senserint, non solum ex antiquis Philosophis, sed etiam ex peretioribus Theologis, qui suas habent rationes probabiles, ad ostendendum possibilitatem entis successiui. Neque dicatur, August. loquutū fuisse de mundo secundum res permanentes, quia loquitur de mundo, vt positus est ab Philosophis.

Ad tertium, & quartam confirm. patet ex dictis, & licet aptitudo subiecti ad motum sit ab æterno, nō tamen est ad motum pro æterno tempore.

*Impossibile nūquā fieri possibile, quomodo intelligatur*

Ad quintam confirm. impossibile nunquam fieri possibile, quare cum motus sit impossibilis ab æterno semper sic manet impossibilis, non tamen hinc fit, esse impossibilem pro tempore finito, quia hanc possibilitatem semper habuit, & habet simul cum impossibilitate ab æterno, sicut motus est impossibilis, in instanti, & est simul possibilis in tempore, & contradictoria sunt impossibilia simul, & possibilia diuisim; Neque hinc sequitur

quitur omne impossibile posse esse possibile pro alia mensura, quia licet impossibile secundum quid possit esse possibile pro alia mensura, vt dictum est, tamen impossibile simpliciter, & absolutè in nulla mensura esse potest.

Ad sextum confirm. patet ex dictis.

Ad septimum Resp. id non oriri ex defectu potentiæ, sed ex effectus implicantia, quæ non est in effectu, qui producitur sine successione in instanti æternitatis.

39 Obiectio. Dices si implicat mundum esse ab æterno cum motu, sequitur posse demonstrari mundum esse producibilem in tempore; At hoc est contra communem Theologorum dictum id non posse demonstrari, quia pendet ex voluntate Diuina. Vnde D. Thom. 1. p. qu. 46. art. 1. negat posse demonstrari fuisse factum in tempore, vel ab æterno.

Iand. putat non posse naturali lumine cognosci Mundū esse factum in tempore. Resp. Iand. concedendo lumine naturali non posse cognosci mundum esse factum, nisi ab æterno, quia ex sensatis aliud deduci non potest, cum omnis actio fiat ex præexistenti materia, cognitio autem nostra nō potest dari, nisi ex sensatis; At patet eum falli, cum ex operibus iam factis cognosci possit alius modus producendi scilicet per emanationem, & creationem. Ego Respond. cum

Reijcitur opin. Iand. Resp. Philopono, & recentioribus posse demonstrari necessaria ratione mūdum esse factum in tempore, non tamen in tali tempore, prima pars patet, nam cum mundus sicut est iam sit

Factum in tēpore, non tamen in tali tempore, pōt ostēdi. productus, & ostendimus non potuisse produci ab æterno, necessariò sequitur productū esse in tempore: Secunda pars patet quia id non pendet ex natura rei, sed ex libera Dei voluntate, quæ nobis per fidem proposita est. Resp. 2. quoad creaturas permanentes non potest demonstrari nō fuisse ab æterno, nam cum potuerint esse ab æterno, quod non fuerint, sola fide cognoscimus.

40 Obiect. 2. ex Greg. Dices 2. ex Gregor. hom. 1. super Ezech. Moyses dum dixit, Deum in principio creasse par. profetasset de præterito, sed prophetia est de ijs, quæ non possunt cognosci naturaliter, ergo Resp. primo posse esse reuelationem de ijs, quæ naturaliter scibilia sunt,

Quomodo prophetia esse pōt de ijs, quæ naturaliter sciri possunt. non solum ijs, qui ignorāt: quomodo Moysi prius poterat esse obscura inceptio mūdi, sed etiam ijs, qui actu sciunt: quia non repugnat fides, atque adeò obscuritas cum euidentia scientiæ, respectu diuersorum mediorum, etiam si sint in eodem intellectu, vt patet de existentia Dei, quæ naturaliter sciri potest, & tamen est primus articulus fidei.

Qualis fuerit prophetia Moysis de Mundo. Resp. secundo, Moyses non solum prophetauit de inceptione mundi absolutè, & secundum substantiam, sed etiam cum multis circunstantijs, quæ naturaliter sciri non potuerunt, vt est articulus fidei.

Resp. tertio Gregorius fortasse fuit in ea opinione, quod non posset demonstrari, cuius cōtrarium sentiunt alij, vt August. Athan. Bas. Ansel. & alij. At instabis, nouitas nō po-

Obiect. test demonstrari ex parte voluntatis Diuinæ, quia hæc ratione naturali inuestigari non potest, neque ex parte mundi. Nam demonstrationis principium est quicquid, quod secundum rationem suæ speciei abstrahit ab hic, & nunc ergo ex sua essentia non potest demonstrari de lapide, quod non fuerunt ab æterno, & confirm. quia, vt rei conuenit contingenter existentia, ita & negatio existentiæ.

Resp. Resp. primo, mediū demonstrationis à priori esse quicquid habet aliquam rationem causę. Resp. 2. licet essentia secundum se abstrahat ab hic, & nūc determinato, tamen ex natura suæ speciei vendicat sibi durationem in tali specie, vt permanens habet durationem permanentem, successiua habeat successionem, &c. nam duratio est propria passio rei. Vndè dicunt aliqui indiuiduum, corruptibile suæ naturæ relictum non posse produci ab æterno: quia esset ab aeterno, & finito tempore durasset, quare ex natura rei sumi potest demonstratio si duratio propria cuique rei conueniat. Resp. tertio aliud est de aptitudine ad durationem, aliud de actuali duratione, primum demonstrari potest, secundum vero probari nō pōt necessaria ratione, nisi post existentiam, vi vel causę necessarię.

## DVBITATIO VLTIMA,

### *An generationes rerum possint esse ab æterno.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicatur termini, & sensus quæstionis.*

Primo not. licet hæc quæstio ex præcedenti patere possit, cum generationes rerum sint successiuæ, tamen quia aliqui putant in generationibus esse aliquam peculiarem difficultatem, ideo illa examinanda est. 1

Secundò not. generationē rerū dupliciter posse considerari, primò secundum accidentalia prequisita ad illam, quomodo includit alterationes præuias dispositiuas, sec. secundum propriam substantiam, ratione cuius ab Aristotele ponitur esse in instanti terminatiuo alterationis, & secundum hanc rationem potest adhuc accipi, vel solitariè, vt vna non dicit ordinem ad aliam, quomodo possent omnes simul esse, quia vna non pendet ab alia, & per consequens posset Deus immediatè illas producere in instanti æternitatis, quia nulla esset successio, & mutatio, vel cū ordine dependentiæ vnius ab alia, quo sensu disputatur à Doctoribus. Generatio secūdū substantiam, & secūdū conditiones necessarias. Generationes, vel solitarie sumi, vel cū ordine possunt.

Tertiò not. ordinē dependentiæ generationum posse dupliciter poni, primo per dependentiam omnium ab vno per propagationem, quomodo ex Historia Genesis patet omnes homines fuisse productos ab vno Adamo. secundo per dependentiam vnius ab alio in infinitum, absque primitate vnius, a qua sit omnium propagatio, quomodo videtur Aristoteles ponere generationes rerum ab æterno, & vtroque sensu disputari potest. Generationes ordinatæ sumi possunt, vel ab vno principio, vel sine vllo principio.

Quartò not. pro opinione Thomistarum 2

æter-

Modus, quo defendi pōt opin. D. Th de gener. ab æterno.

æternitatem concipi tanquam instans permanens, & stans, tempus vero, vt instans semper fluens, sicut Aristoteles 4. phys. t. 104. docet de mobili, de quo ait esse idem secundū rem in toto motu, sed non esse idem secundum rationem, ita dicendum de instanti, nā sicut motus habens principium, & finem, licet fiat ab vno mobili, tamen clauditur inter duo mobilia secundum rationem, scilicet vt incœpit moueri, & vt cessat à motu, ita dicendum de tempore finito, quod clauderetur duobus instantibus, at sicut si mobile fuisset motum ab æterno, & nunquam incœpisset moueri, non posset totus motus claudi inter duos terminos, nam esset quidem in illo motu vnum mobile, non tamen esset aliud & aliud secundum rationem, quia nunquam posset signari mobile, vt includit totum motum, cum ponatur non incœpisse, ita si tempus fuisset ab æterno instans fluens faceret tempus, & vnum esset instans secundum rē, sed secundum aliam, & aliam partem fluxus esset aliud, & aliud instans secundum rationem, quod si tempus incœpit, potest signari instans, quod non præcessit tempus, quia signari posset mobile, quod nihil peregisset de motu, sed si tempus non incœpit, non potest signari instans, quod non fluxerit, et non fecerit aliquid de tempore, sicut si motus nō incœpisset, non posset signari mobile, quod non fecisset aliquid de motu, scilicet aliquā partem motus. Hinc infert Egid 2. d. 1. p. 1. q. 4. art. 2. Si Mundus fuisset ab æterno, creatio fuisset quidem in instanti indiuisibili, sed illud instans nunquam incœpisset fluere, sed semper fluxisset, quare incœpisset in instanti semper fluire, quod est non incipere, sed sēper esse, quia non esset signari instans, quod non præcesserit aliqua pars temporis, & fluxus, & ideo non potest dici dari, inter duo instantia signata infinita actu, neque hinc fit Deum fecisse Mundum, vel instans temporis in vniuersali, sed in particulari: at sicut instans, quod facit æternitatem semper stetit, & nunquam potest signari, quod non steterit, sic instans temporis semper fluxit, & nunquam fuit signare, quod non fluxerit, cui instanti fluenti poneretur coæua creatio rerum siue mensaretur illo, siue non.

Hinc 2. infertur, quod si ab æterno fuerint geniti infiniti equi in actu, non potest signari instans, in quo incœperit equorum generatio hęc pro opinione Thomistarum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

3 Affirmant generationes rerum successiuas potuisse ab æterno.

PRima opinio est dicentium, generationes rerum successiuas potuisse esse ab æterno; fundamentum sumitur, quia non repugnat ex conceptu generationis, nam præter generationem Verbi æternam, dicimus non repugnare eductionem formae ab æterno, vt illuminatio à Sole si esset æternus. Neque repugnat ex ratione substantiae generabilis, quia supra ostendimus posse à Deo creari ab æterno substantiam generabilem, vt leonem, &c. Neq; ex ratione successionis vnius ad aliam, tum ex argumentis superiori dubitatione adductis; tum 2. quia maxime obstaret infinitas, sed hæc non obstat in ijs, quæ sunt subordinata per accidēs, sed tantum in ijs, quæ sunt subordinata per se, vt ostendit Arist. in 2. met. cap. 2. At generationes indiuiduorum, cum sint eiusdē speciei, non habent subordinationem per se, sed per accidens, quia illæ causæ debent omnes actu existere vt producatur perfectus, & ideò debet dari prima, à qua tota operatio, & motua incipiat: At in his nō requiritur, vt oēs actu sint, nā vt Petrus producat filiū, non requiritur vt existat pater Petri, auus, &c.

Confirm. quia non implicat produci calorem in ligno successiuè, vt per partes proximiores producatur calor in remotiores: Vnde fit, vt nulla pars determinata ligni assignari possit habere calorem, qui nō sit productus ab alia parte caloris existentis in eodem ligno, & hoc in infinitū, quomodo multi dicunt actionē fieri vniformiter difformem ex vi agentium naturalium: ergo non implicat aliquam speciem esse à Deo productam ab æterno, & nullum indiuiduum assignari possit immediatè à Deo productum, sicut nō potest assignari pars, quæ immediatè sit calefacta ab igne, sed singulę, quæ assignantur sint productę ab ijs indiuiduis in infinitum, nam sicut se habet indeterminatio partium in cōtinuo, respectu huius productionis, quia inter illas nō datur prima, ita se habet æternitas, cum careat principio, respectu productionis, vt non detur indiuiduū primo productum.

Confirm. 2. quia corruptio, & generatio opposito modo se habent, sed corruptio non potest esse ab æterno, quia essentialiter est posterior generationi, ita è contra, generatio esse poterit ab æterno, quia à toto genere non habet alium actum ante se, quod est proprium existentiæ ab æterno.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam alij id negant de generationibus hominum, ne detur animarum infinitas actualis, sed concedunt de generationibus aliarum rerum ita D. Th. Caiet. Ferrarien. Heru. Capreol. & alij. 4 Discrimen inter Auct. primæ opi.

Alij vero concedunt eam seriem generationum ęternā in omnibus substantijs, vt Occam, Greg. Gabr. & alij Nomin. qui consequenter cōcedunt non repugnare infinitum in actu.

Ex quibus aliqui concedunt de substantijs, & negant de generationibus accidētium, vt Arim. contra quem multa Heru. de æternitate mundi.

At vero alij putant eandem esse rationem substantiarum, & accidentium.

Secundo differunt, nam alij putant generationes rerum ab æterno ita fuise, vt nullum singulare rerum generabilium, & corruptibilium fuerit à Deo pruductum per creationem, sed omnia fuisse producta per generationem, ita vt nunquam detur primo genitum, 2. discrimen inter productos Auct.

tum, ita tribuunt Arist. & sequitur Auer.& alij illius sectæ, At vero alij alium modum generationis æternæ ponunt, dicentes Deum marem, & fœminam procreasse scilicet leonem,& leænam ab æterno,cum materia sufficienti ad generationem. Ex quibus propagata sit omnis series leonum; ita vt non possit dari primus leo generatus ab illis,sed fuisse ab æterno infinities infinitos progenitos, ita Venetus 8.phys. tex.1.Capreol.in 2. distinct.1.quæst.1.art.2.quem sequuntur Thomistæ, vt Ioannes de Neap. in quæstionibus disputatis quæst.23.

Generationes rerũ successiuas nõ potuisse esse ab ætern.

Secunda opinio est dicentium generationes siue accidentium,siuè substantiarum, siuè corruptibilium, siuè incorrruptibilium formarum,non potuisse ab æterno fieri cum successione; hanc docent omnes, qui negant ens aliquod successiuum posse esse ab æterno,quod supra retulimus;& sequitur Soar.1. de op. sex dierum lib.1. cap.2. à num.19. & aliqui ex illis, qui ponunt motum circularem esse potuisse ab æterno; negant tamen generationes,vt Vasq. 1.par.disp.177.cap.5.

## ARTICVLVS TERTIVS.
### *Opinio Auctoris.*

5
Nõ possunt esse generationes æternæ ex ca immediate à Deo existentis.

PRima conclus. implicat generationes rerum esse ab æterno ex vi suæ causæ immediatè productæ à Deo per creationem, nam generationes illæ deberent esse infinitæ, sed id repugnat,quia vbi datur primum, ex ea parte non potest esse infinitas, sed in huiusmodi serie generationum necessariò debet dari prima, non solum quia datur principium totius seriei,scilicet illa causa immediatè producta à Deo,sed etiam quia in serie generationum debet dari primum,nam cum propagatio initium sumpserit à causa immediatè producta à Deo,illa generatio,quæ erit ab illa causa non genita, sed creata,erit prima,quia illa esset vna antequam non esset alia generatio; ergo illa esset prima.

Confirm. nam illa causa creata vel cæpit generare in tempore,& sic generatio non esset æterna,vel ab æterno,& non potuit, quia cum generatio exigat tempus, & non sit in instanti,inter illam causam æternam,& generationem prolis,à se productæ,necessariò intercedere debet aliqua duratio mensurans generationem successiuam; at hæc duratio non potest esse,nisi æternitas,quia omnis alia duratio,cum sit finita,non potest esse mensura rei creatæ ab æterno,ergo causa creata necessariò præcedere debet generationem prolis per aeternitatem. Ex qua ratione, patet idem esse dicendum de quacunque causa à Deo creata,siue sit vna siue plures, qua eadem generatione,si omnes genuerũt,in tempore genuisse necesse est,atque adeò generationes non potuisse esse ab aeterno. Nequè dicatur, infinito non repugnare primum, & vltimum, nam in linea sunt infinitae partes inter primum,& vltimum punctum,non inquam id dicas; tum quia puncta illa non ingrediuntur numerum partium, quae dicuntur infinitae, & in quibus non datur prima, & vltima;at hic datur prima generatio inter eas, quae complent infinitum, quia illa est aeterna, cui aliae succedunt; tum quia ideò linea est simpliciter finita, quia habet terminos, Vndè dicitur infinita secundum quid: at numerus illarum generationũ esset actu simpliciter infinitus constans ex partibus æqualibus, quare singulæ sunt determinatæ perfectionis, & ideo signari potest generatio, quæ est à causa creata à Deo. At vero partes continui cum sint indeterminatæ, & in infinitum determinabiles, non potest assignari prima pars,vel vltima immediata puncto, quia nulla talis est.

Quomodo infinito nõ repugnat primum, & vltimum.

6
Reijcitur op.dicentiũ dari primũ negatiue, nõ positiuè

Nequè dicas dari quidem primum negatiuè; scilicet indiuiduum immediatè à Deo productum,cum ante illud non sit aliud, nõ tamen dari primũ positiuè, id est post, quod possit designari secundum,tum quia ab illo indiuiduo non fuit immediatè genitus, nisi vnus determinatæ perfectionis; ergo eodem modo potest designari, sicut primum indiuiduum à Deo immediatè productum. Antecedens patet quia Deus cognoscit se concurrisse cum indiuiduo creato ad generationem vnius,& non ad generationem aliorum, quæ non fuerunt producta ab indiuiduo immediatè creato, nam ad illa concurrit Deus cum alijs indiuiduis. Vndè illud indiuiduum agnosceret suum patrem esse tale indiuiduum creatum,& non alia indiuidua sequentia; tum quia etiam illa primitas negatiua sufficit ad destruendam æternitatem, quia designari potest pars illius multitudinis, vltra quam versus æternitatem progrediendo, non põt assignari vlterior pars, hoc autem repugnat infinito, tum quia illa generatio indiuidui subsequitur productionem indiuidui creati post nouem menses;ergo illud indiuiduum nõ potest esse ab æterno, quia inter indiuiduum à Deo creatum, & indiuiduum à se genitum intercedunt nouem menses,quod argumentum vrgeri posset ex arbore productu cum floribus, & muliere grauida, de quo argumento Capr. ad 2. durandi.

Confirmat. Durandus quia quod est de ratione geniti conuenit omnibus genitis, siuè diuisim, siue coniunctim sumptis, quia in omnibus est eadem ratio communis, sicut quia de ratione medij est esse inter extrema, conuenit omnibus medijs, quandocumque acceptis, sed de ratione geniti per alterationem præuiam est, vt sit posterior generante; ergo omnibus genitis simul sumptis conuenit esse posterior, atque adeò esse genitum non potest esse ab æterno. Resp. Ioannes de Neap. loc. cit. ad vltimum; prædicatum dupliciter posse conuenire rationi communi primo sigillatim, & collectiue acceptæ,vt animal homini, secundo sigillatim, & non collectiuè acceptæ,vt finitas angulorum est de ratione figuræ angularis, non tamen vt ratio eius seruatur in omnibus simul acceptus

ceptus

ceptis obiectiuè à Deo cognitis. Esse autem posterius duratione, quam generans, non cõuenit genito in communi primo modo, sed secundo modo: sed contra quia esse posterius generante est ita intrinsecum genito, sicuti est esse ens, & existens, quia non est existens, neq; ens nisi ex generante, ergo cõuenit omnibus genitis quomodocunq; acceptis, inter genitum enim, & generans est aliquis ordo, ergo aliqua prioritas, nec dicas sufficere prioritatem naturæ, vt ait Capreolus ad 3. Arim. dicens, quod sicut Sol produxit infinitos arbores ex Arist. ita illud indiuiduum à Deo productũ produxisset infinita alia indiuidua, inter quos non datur aliquod primogenitũ, & sicut Sol præcessisset duratione quamlibet arborem, à se productam sigillatim, non tamen totam multitudinem præcessisset duratione aliqua determinata, sed solum natura, & causalitate. Sed contra, nam licet generãs in instanti possit præcedere omnes suos effectus solũ natura, non tamen generans per alterationem, quia non solum singula sunt genita per alterationem, sed tota multitudo est sic genita, ergo præcedit duratione totam multitudinem siuè illa duratio sit determinata, siuè indeterminata, parũ enim id refert ad destruendam illam æternitatẽ, quod magis apparet, cũ illa duratio necessariò sit determinata, scilicet nouem mensium, etiam si prętereundo dicatur, illos nouem mẽses non esse indiuidualiter determinatos, sed indeterminatos, nam, præterquam quod ex dictis patet esse falsum, tamen ea duratio sufficit ad destruendam æternitatem totius multitudinis. Neq; dicas cum eodem Capreolo nõ posse accipi aliquã multitudinem includentem omnes productos, eo quod, infinitũ est, cuius quantitatem accipientibus semper est aliquid extra sumere; hon inquam id dicas, nam illa producta iam est, atque adeò tota multitudo iam est accepta: quare sicut nihil illius multitudinis remanet producendum, ita nihil remanet accipiendum; quam rationem egregiè vrget Aureol. in 2.q. proemiarij, qui hinc probat non posse dari infinitam multitudinem generationum.

Capreol.

7 Reijcitur responsio Capreol.

Capreo. responsio falsò

Ex quibus patet falsam esse responsionem Capreoli ad confirmationem Durandi; dicẽtis totalem multitudinem generatorũ nulla certa mensura mensuratorum non oportere, quod præcedatur duratione temporali ab aliquo siue generante, siue non, nam ostẽdimus necessariò debere præcedere generãs totam multitudinem per nouem menses, quia nullus terminus alterationis, siuè sit vnus siuè infiniti, possunt esse simul cum principio alterante; alioquin alteratio non esset temporanea, sed instantanea.

8 Obiectio.

Dices aliquid conuenit multitudini, quod non conuenit singulis, vt multitudo infinita triangulorum est, habens infinitos angulos, cum tamen nullus triangulus habeat infinitos angulos. Ergo similiter esse posterius generante, licet conueniat singulis, non tamen toti multitudini, quia nullum genitum est ab æterno, & tñ multitudo est ab æterno, q a- lio modo est ab æterno Cęlũ, q idẽ pmanet, & alio modo est ab ęterno multitudo genera torũ, quorum nullum permanet, sicut dicitur de infinitis mutatis esse in motu æterno.

Sed contra, quia licet concedatur aliquid conuenire toti, quod non conuenit partibus etiam in rebus finitis, nam totum est compositum, partes verò simplices; tamen aliqua praedicata non possunt conuenire toti, nisi ratione partium, vt in re nostra, esse genitum non conuenit toti, nisi in ratione partium: Quare multitudo siue finita, siuè infinita non potest esse genita, nisi ratione alicuius partis, hoc enim distinguitur multitudo Angelorum, quae nõ est genita à multitudine equorum, quae est genita: ergo ly genitum transfertur ad multitudinem cum ea conditione, quam ex natura sua habet, & conuenit partibus. Hæc autem conditio est, vt non sit simul duratione cum generante: neque exemplum trianguli est ad rem, quia ex multitudine triangulorum crescit numerorum angulorum. Vnde multitudo decem triangulorum habet triginta angulos, quia ille numerus angulorum complet multitudinem angulorum, vt abstrahit ab hoc vel illo trịãgulo; haec autem ratio non militat in ratione geniti, quia multitudo genitorum nõ aufert posteriatem respectu generantis, sed sẽper est posterior generante magis, & minus iuxtà maiorem, vel minorem posterioritatẽ genitorum, nam illa multitudo, sicut continet omnia genita, ita continet posterioritates genitorum, respectu generantis, quæ magis explicabuntur infra cum de opinione Aristotelis. Ex cuius conclusionis probatione patebit etiam probatio huius conclusionis.

Resellitur.

Quomodo aliquid conuenit toti, nõ partibus & quomodo non.

Secunda concl. generationes non potuerũt esse ab æterno indepẽdẽter ab aliquo indiuiduo producto à causa extra illam multitudinem genitorum. Hæc conclusio explicatur, nam multi ponunt ex sententia Aristotelis Mundum fuisse ab æterno hac ratione, primo quod Cœli ab aeterno habuerint motus circulares. Secundo quod materia ab ęterno fuerit siuè improducta, siuè à Deo producta. Tertio materiam illam nunquam caruisse forma, & quia forma generabilis, & corruptibilis non potest durare æterno tempore, ideò putauit Aristoteles materiam ab aeterno variasse formas per aeternam generationem illarũ. Quartò causam efficientem huiusmodi generationum ex parte Cœli sẽper fuisse vnam inuariatam secundum substantiam, sed variatam per accessum, & recessum Solis, & astrorũ, per petuum. Ex parte vero causarum inferiorum non posuit vnũ efficiens, sed infinita, successiuè, eo quod vnũ indiuiduum simul cum influxo Cœlorum, genuit aliud, & hoc in infinitum à parte ante, ita vt nullo modo possit dari primum indiuiduum generans, vel genitum: Quare haec opinio ex duobus capitibus resselli potest, primo vt ponit generationes ab æterno,

9 Generationes ab æterno non potuerunt esse independẽter ab indiuiduo producto à cã extra illam multitudinẽ

secun-

secundo vt ponit illas independenter ab aliquo indiuiduo immediatè producto à Deo, vel alia causa extra illam multitudinem.

Primum facilè patet ex dictis, tum de mo-

10 Repulsãtur generationes ab aeterno ob infinitatem.

tu successiuo, tum de generationibus rerum. Confirmatur, quia hinc sequeretur, dari multitudinem infinitam actu existentium, quod licet Arist. facilè negare posset respectu formarum corruptibilium, tamen Thomistae negare non possunt potuisse à Deo illas formas conseruari siuè in materia, siuè extra. neque enim minorem potentiam habet Deus quod ad conseruandum producta, quã producenda, quæ non præexistunt, & nec Aristoteles, nec Thomistæ negare id possunt de animalibus rationalibus, quia essent producti infiniti homines cum infinitis animabus, quae omnes existerent, cum sint natura sua incorruptibiles.

11 Variæ responsiones ad argumẽtum propositum.

Resp. D.Th. 1. par. 46. art.2. ad 8. quod aliqui concedunt infinitatem actualem animarum, vt patet in metaphys. Algazelis, sed quia hoc Diuus Th. refutauerat q. 7. art. 4. ideo refert aliquos dicentes, animam corrumpi cum corpore, & non esse immortalem, sed hoc & veritati, & Aristoteli repugnat vt suo loco: ideo Tertiò alij dicunt esse vnam omnium animam rationalem, vt Auer. quod nos suo loco cõsutabimus, ideo Quartò alij cum Pythagoricis putant, dari circuitum animarum, vt scilicet animæ separatae à corporibus post determinata temporum curricula iterũ redirent ad alia corpora; Contra quos in lib. de Anima. ideo Quintò Diuus Th. ibi putat hanc rationem concludere; Vnde videtur ipse existimare generationes hominum non potuisse esse ab æterno ob hanc particularẽ rationem, non tamen inde sequitur Mundũ non potuisse esse ab aeterno ratione alterius Creaturae, scilicet Angelorum, sed Contra quia licet hoc dicere potest in sua opinione, non tamen in opinione Aristotelis, qui generationes hominum posuit ab æterno. Vnde Sextò alij Resp. infinitatem in rebus spiritualibus non negari ab Aristotele, sed tantũ in rebus corporis, sed hoc reiecimus in physicis, quia non solum repugnat veritati, sed etiam Arist. vt ibi ostendimus.

Resp. septimò alij, non sequi infinitatem

12 animarum, quia à Deo non conseruantur; sed ad Deum pertinere, vt Auctorem naturę, & conseruatorem vniuersi, vbi certus numerus animarum excreuerit, illas corrumpere, ne ex sequela infinitatis, quæ videtur impossibilis, sequatur destructio vniuersi, dum impediretur ex illa seqnela conseruatio humanae speciei. Haec responsio, licet à nemine sit ita explicata, non tamen omninò placet; tum quia non habet fundamentum in Aristotele, contra quem disputamus: tum quia si generatio hominum est ab aeterno, iam necessariò sequitur infinitas animarum, quia certum est, illas animas productas ab aeterno, non potuisse corrumpi, nisi potest aeternitatem, atquè adeò fuissent actu infinita in ęternitate, quod ipsi vitare conantur; tum quia ex sequela absurdi est negandum antecedẽs, & non ponendum aliud absurdum; ergo ex sequela infinitatis neganda est generatio ab æterno, & non est ponenda destructio rei ex natura sua incorruptibilis: quare existimo hoc argumentum concludere cuntra eos, qui ponunt infinitum esse impossibile, & non solum concludere quoad animas rationales, sed etiam quoad omnes alias Creaturas generabiles; quia omnes possent conseruari à Deo.

Vnde D.Th. apud Suar. lib. 1. de operibus sex dierum cap. 2. num. 10. in 2. contra gentes cap. 28. secundum infinitum rerum permanentium ita repugnare si ponantur simul esse, ac si successiuè, quia cum est pusitus, per accidẽs se habet simul, vel sucessiuè existere.

Confirm. ex ijs, quae pro hac conclusione affert Aureol. in 2. prœmiali. art. 2. Ad quae conatur respondere Capr. sed frustra, dum probat definitionem infiniti conuenire infinito cathegorematico, quod si quis negaret illam definitionem, non cathegorematico infinito, sed syncathegorematice conuenire non satis vrgerent, quod hic explicare ommitto, ne longiur sim.

Secundum probatur à Vasq. 1. p. disp. 187. 13

cap. 3. & Suar. de operibus sex dierum lib. 1. 2. Vasq. & Suar.

cap. 2. quia inde sequeretur species Mundi inferioris non referri ad Deum, vt ad primũ causam, cum enim Deus sit primum ens per essentiam, deberet esse causa omnium, quae participant rationem entis; ergo licet aliqua producantur à causis secundis, tamen illorum productio referri debet ad Deum, vt ad primam causam, hoc autem esse non potest, nisi ponatur aliquod à Deo immediatè productum, à quo deinde cœtera producantur, hoc autem repugnat generationibus infinitis cum sucessione, quia deueniri debet ad primum à Deo productum. Confirmat Vasquius, & Suar. disp. 20. met. sect. 1. à num. 32. & 37. quia posita generatione ab æterno sine hoc ordine, & relatione ad Deum, Deus sua omnipotentia non fuisset causa generationum, sed illam fuisse à natura, vel casu, nam non apparet quomodo Deus potuerit de nihilo esse causa generationum, cum nullam causam posuerit per suam omnipotentiam, vt essent generationes, quia nec esset causa immediata, nec mediata: quare non mirum si Arist. ponendo generationes illo modo, negauerit hoc vniuersum esse à Deo, sed solum ex sua natura tale fuisse, vt notat Vasq. disp. 26. cap. 1. & disp. 81. cap. 1. quod esse absurdum, satis patet ex dictis supra.

Tertiò probat Suarius, quia implicat ali- 14

quam speciem transire de non esse ad esse, 3. probatio Suarex.

per sucessionem generationum, nisi illa existentiam acceperit in aliquo, vel aliquibus indiuiduis, nam non potest species seipsam extrahere ex nihilo, tum quia species immateriales non possunt seipsas producere per aliquod indiuiduum; ergu multò minus species corruptibiles.

Nequè dicas illis non conuenire alium modum productionis, nisi per creationem, at

corruptibilibus conuenit alius, scilicet per generationẽ, non ratio cur species immateriales nõ possint p se seipsas totaliter producere aliquod sui indiuiduum, est, quia quidquid est sub illa specie est producibile, atq; adeò debet distingui à producente, cum nihil seipsum possit producere: At haec ratio militat etiam in corruptibilibus, quia omnia, quæ sunt sub specie corruptibili, debent distingui à suo generante, atque adeo generans debet esse extra omnia illa indiuidua, quae sunt producta per generationem, tum quia sicut repugnat dari processum in infinitum in causis per se subordinatis, vt ostendit Arist. 2. met. cap. 2. ita etiam in causis per accidens subordinatis, quia sicut requiritur influxus in effectum in causis per se subordinatis, ita & in per accidens subordinatis. Immo maior est repugnantia in causis per accidens subordinatis, quam in causis per se, nam in causis per se totus influxus illarum est simul ad effectum. Contra vero influxus causarum per accidens subordinatarum, quia est successiuus per successiuam communicationem virtutis causatiuæ in ordine ad effectum. At magis repugnat æternitati successio, quam simultas, quia quando infinitæ causæ simul concurrunt, vel infiniti effectus simul producuntur, non est necessaria numeratio, & designatio singulorum, & ideo potest deuenire, & pertingere ad effectum. at quando est talis influxus cum successione, singula necesse esset, designare, & numerare, saltem fundamentaliter, quod repugnat infinito. Vndè videmus aliquod continuum palmare posse simul produci, completa productione: at vero productione successiua partium proportionalium nunquam posset compleri productio, quia nunquam potest deueniri ad primam, vel vltimam partem, de qua re nos alibi.

Eadē repugnantia in causis p se, & per accidens subordinatis.

## ARTICVLVS QVARTVS.
*Resp. ad argumenta primæ opinionis.*

15 AD primum, repugnare ex ratione, tum successionis, tum ex ratione primitatis, exigita in causa, à qua sunt generationes, quæ ponuntur æternæ. vt patet ex dictis.

Ad confirmat. Respon. 1. illum modum producendi à multis negari, eoquod putent implicare agens posse agere completa actione in subiectum indeterminatum, sed necessariò exigi subiectũ determinatum, de quare in lib. de Generat.

Resp. 2. hinc potius confirmari nostrã opinionem, nam sicut in casu posito necessarius est aliquis calor in ligno immediatè productus à ligno ab igne, vel à Deo sine concursu caloris existentis in ligno, .s. qui est in parte determinata ligni sibi immediata; Ita est cõcedendum debere dari aliquod indiuiduum à Deo mediatè productum sine concursu alicuius indiuidui illius speciei: At hinc sequitur illud esse determinatum, & determinatè à Deo cognitum, quia esset in specie completum quoad diuisionem à quolibet alio, quod non est in calore producto in parte immediata, & indeterminata, quia sicut illa non est vna ab alijs diuisa, sed continet infinitas, ita & calor in illa productus. Vnde si produceretur calor in parte diuisa ab alia, necessariò ille esset determinatus, & sicut hic calor esset primus, qui procederet ab igne, ita tale indiuiduum esset immediatè à Deo creatum sine concursu alterius.

Calor productus in parte diuisa ab alia necessariò esset determinatus.

Vnde esset primam in illa specie, atq; adeò cœtera, quæ per generationem ab illo pendent, non essent ab æterno.

Ad secundam confirm. Resp. generationem, & corruptionem primo non opponi, respectu diuersarum, nam generatio vnius est cum corruptione alterius, sed opponi, respectu eiusdem, respectu cuius habent diuersas conditiones, nam illud, quod est terminus à quo, respectu generationis, scilicet priuatio formæ, est terminus ad quem respectu corruptionis. Contra vero formæ existentia, quæ est terminus ad quem, respectu generationis est terminus à quo, respectu corruptionis. Vndè sicut generatio est quid positiuum, ita corruptio quid negatiuum, quoad durationem vero non opponuntur, nam vtraque est in instanti. Vndè non sequitur, quod si vna non possit esse ab æterno, altera possit esse ab æterno.

Generatio, & corruptio respectu diuersorum nõ opponantur, sed respectu eiusdē.

Resp. 2. ibi committi fallaciam consequẽtis, quia cum repugnantia existendi ab æterno possit oriri à pluribus causis, ex negatione vnius non rectè infertur negatio repugnantiæ, & ideo licet generationem non præcedat corruptio, tamen necessariò præcedit generans, & hinc oritur repugnantia existendi in æternitate, vt diximus.

Dices; tota ratio repugnantiae oritur, ex eo quod praecedere debet generans per alterationem, & successionem, quia illud esset primum respectu infinitorum, sed haec ratio supponit falsum, quia ex sententia Aristotelis non datur primum in ijs, quae generantur ab æterno, vt probat Egid. in 2. dist. 3. p. 1. q. 4. art. 2. nam Arist. supponit à Deo non solum oriri motum Cœli ab æterno, sed etiam substantiam Cœli, generabilia vero secundũ substantiam non fuisse creata, nisi ratione materiae, sed fuisse producta per generationem vt equus ab æquo, asinus ab asino in infinitum absq; eo, quod deueniatur ad primum aliquod indiuiduum, nam licet singulæ actiones essent determinatae ad singularẽ, & indiuiduam naturam, tamen sicut non datur prima actio, ita nec primum indiuiduũ, quod probat ex eo, quod ita se habent infinita generabilia ab æterno in actu, sicut infinita mutata esse, quæ fiunt in mobili per motum, quia non facit illa in vniuersali, sed in particulari, mediante tamen motu. Vnde fit vt non detur aliquod mutatum esse, quod nõ sit terminus motus, & sicut non datur prima pars motus, ita non datur primum mutatum esse, sed ita se habent generabilia, nam licet omnium Deum sit causa, tamen non est immediata,

16 Obiect. pro Arist.

mediata, sed mediata, idest per agentia naturalia mediante transmutatione. Vnde sicut non est equus, qui non sit factus per trasmutationem, ita non est equus, quem non præcesserit alius equus, & similiter Sol, & hac ratione procceditur infinitum sine positione primi. hoc autem dici non potest, si ponatur aliquod indiuiduum immediatè à Deo productum, quia cum illud non esset terminus transmutationis, ita non se haberet, vt mutatum esse. Neque dicas mutata esse reperiri in motu non actu, sed in potentia, at vero illa indiuidua essent in actu, nam illud esset verum in motu finito. nam in infinito sunt actu infinita mutata esse.

17 Diuerso modo sunt ab æterno, mutata esse ex et Cœli.

Ex quo patet, aliter mutata esse, & aliter Cœlum, & huiusmodi, esse ab æterno, nam Cœlum idem numero si fuisset ab aeterno creatum permansisset ab æterno: At vero mutata esse non ita, quia non potest signari vnum, quod fuerit ab æterno, sicut non potest signari vna circulatio, quæ fuerit ab æterno, sed dicuntur esse ab æterno, quia ante quodlibet signatum praecedit aliud, et aliud in infinitum: quare idem dicendum est de rebus generalibus, nam dicuntur esse ab aeterno, non quia vna signata extiterit ab æterno, sed quia nulla potest signari, antequam non fuerit alia, & hoc infinitum.

Cur alia ratio gener. & mutatis esse, ê instantibus.

Resp. falsò comparari generabilia mutatis esse, vt patet ex mutatis esse motus finiti, in quo sunt infinita mutata esse, & tamen non sunt infinita generabilia, & generationes, & ratio diuersitatis est, quia generabilia, & generationes, ad quas terminatur motus successiuus, sunt secundum se determinata, cum sint diuisa ab omnibus alijs: At mutata esse non sunt secundum se diuisa, sed continuant motum, sicut instantia continuant tempus, & ideò sunt, & habent eandem indeterminationem, quam habent partes. Vnde mutatum esse vltimum est determinatum; ergo multò magis generatio, & terminus generationis, nam mutatum esse vltimum est terminus intrinsecus motus, generatio vero, & generabile est terminus extrinsecus, vt patet in hoc exemplo, nam ad calefactionem consequitur generatio ignis, & existentia ignis, quę sunt determinata, licet partes calefactionis, & mutata esse sint indeterminata.

18

Resp. 2. in hoc argumento peti principiū, nam supponit motum, & tempus posse esse ab æterno, itaut ante quemlibet motum v.g. circulationem viginti quatuor horarum sit alia, & alia, atque adeo possit esse aliud, & aliud generabile, sicut est alia, & alia transmutatio, nam ostendimus necessariò deueniendum esse ad primum, namq; in hoc fallitur immaginatio, vt falsò Egidius confinxit, dum ait concipi æternitatem motus, sicut concipitur æternitas mobilis, & æternitas generabilium, sicut concipitur æternitas entiū, incorruptibilium, nam nos ostendimus ratione nullo modo aliqd posse esset existere in æternitate, nisi per totam æternitatem permaneat. Vnde ipsemet Egid. fatetur corruptionem alicuius rei non posse esse in æternitate; quomodo igitur asserit successiua, quæ nunquam permanent, & semper corrumpūtur posse esse in æternitate?

Corruptio alicuius rei non potest esse in æternitate ex Egidio.

Confirmat. nam vel materia in æternitate semper habuit vnam formam, & ita in æternitate non fuit multitudo generationum, & corruptionum, quia corruptio illius formae debuit esse post æternitatem, vel non habuit vnam, sed diuersas, & necessariò generatio vnius est simul cum corruptione præexistentis, cum materia non possit informari duabus formis, sed corruptio praecedentis formae non potuit esse ab æterno, vt Egid. fatetur, & nos supra probauimus; ergo neque generatio sequentis, cum sit simul cum corruptione praecedentis.

19 In materia producta ab æterno cum forma nō dari primā formam falsum.

Ex quo patet falli aduersarios dum dicūt in materia producta ab æterno cum forma non dari primam formam, nam & supra ostendimus, & ex hoc argumento apparet debere dari primam formam, cum qua materia est immediatè producta à Deo, & quae non potest corrumpi in æternitate.

## QVÆSTIO QVARTA

*De circumstantijs Creationis Mundi.*

## DVBITATIO I.

*De fine, propter quem fuit Mundus Creatus.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Deus, quae vult primariò, vult ex se, quę vero secundariò, vult quasi compulsus a nobis.

PRimo not. ex Damasc. lib. 2. de Fide cap. 29. Deum quædam velle primariò, ad quæ volenda inducitur tantum ex sua bonitate, & liberalitate; quædam vult secundariò, & ex parte nostri aliquid supponendo, vt est punitio, & similia.

Creaturę tā spirituales, quam corporeæ primariò createe, contra origenem.

Secundo not. cum omnes fateantur Creaturas spirituales fuisse creatas primaria intētione, solum de corporibus dubitandi occasionem dedit origenes lib. 1. periar. cap. 7. & 8. & lib. 2. cap. 8. & 9. dum significat fuisse creatas occasionaliter, & secundaria intentione, vt essent tanquam carceres substantiarum spiritualium ob ipsarum peccatum, quod tanquam erroneum, & contrarium fidei dānatur à Leone 1. Epist. 91. & à Brachar. 1. cap. 6. & alibi, vt refert Nicef. lib. 17. Histor. cap. 22. & 28. & confutat August. lib. 11. de Ciuit. cap. 23. & Suar. lib. 1. de operibus sex dierum cap. 1. num. 13. & quod dictum originis supponit quatuor principia contraria Fidei 1. Animas hominum esse aliquos Angelos ex his, qui peccauerunt, quod confutat Suar. de Angelis lib. 1. cap. 3.

Secundò Animas fuisse creatas ante corpora, quod est damnatum in Lateran. & 6. Syn.

Tertiò Animas peccasse ante vnionem cū corporibus, vt est contra innocentiam pri-

morum parentum, & D. Paulum ad Rom. 5. & 9.

Quartò resurrectionem horum corporum perimunt, quod Beatis non ad pœnam, sed ad prœmium pertinerent.

Confirm. quia corporalis Creatura fuit simul creata cum spirituali ex cap. firmiter de summa Trinit. Denique modus loquendi scripturæ ostendit illas fuisse creatas nō occasionaliter, sed primaria intentione, vt scilicet Deus se diuerso modo communicaret Creaturis ex sua bonitate, & liberalitate. Vnde Genes. 1 post narratinnem operum Creatorum dicitur. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.*

2 Omnia creata vt sunt apta manifestare aliq. De per tributū, ita primariò intendi.

Confirm. 2. quia hæc sunt apta manifestare aliqua attributa Diuina, vt sapientiā, &c. Ergo primaria intentione sunt appetibilia, ergo de facto hac intentione fuerunt producta, quia nisi constat oppositum debemus dicere, Deum voluisse producere res, vt exigit earum natura. Nequè obstat, quod aliquae dicantur Eccles. 39. in vendictam, & exterminium impiorum creatæ. nec mirum, quia sicut aliqua mixta imperfecti dicuntur producta per accidens, scilicet per quandam resultantiam, ita aliqua dici possit producta ad punitionem aliorum, & ostensionem Diuinæ iustitiæ, non (inquuam) id obstat tum quia conclusio intelligitur de Creaturis per se, & principaliter requisitis ad integritatem vniuersi; tum quia ex affirmatione finis secundarij, quoad vsum non excluditur finis primarius, vt colligitur ex eodem capite, cū de huiusmodi Creaturis asserat, Sanctis conuerti in bonum, impijs autem in malum, siue quia inde sumunt occasionem peccandi, siue quia inde puniūtur. ex Ambr. 3. Hexamer. c. 9. & August. de Gen. contra Manichæos c. 16. & idem dicitur potest de igne Inferni, qui primariò conditus est ad complementū vniuersi, & secundariò vt eo vteretur ad puniendos peccatores, quos Deus cognoscebat futuros, non quidem per informationem, vt aliqui falsò finxerunt, sed efficienter, vt suo loco dicetur: quare quæstio solum est de fine primariò, qui nam fuerit.

### ARTICVLVS SECVNDVS.
*Opiniones Doctorum.*

3 1. op. dicentium omne creatū, fuisse creatum sui causa.

PRima op. est dicentium sui causa fuisse creata. Ita Chrisippus apud Cic. lib. 2. de natura Deorum *scire etiam*. Chrisippus, vt *Clypei causa inuolucrum*, vaginam autem gladijs, sic, *præter Mundum, cætera omnia aliorum causa esse generata*, quia totum non est ratione partum, sed potius contra: sed vniuersum est quoddam totum omnes Creaturas complectens.

2. fuisse creata omnia propter hominem.

3. Opin omnia propter hominem, quia optimum omnium est finis aliorū, cūm sit maximè appetibile, & tribuens alijs appetibilitatem, quæ sunt conditiones finis, at homo est omnium corporalium Creaturarum præstantissima Creatura, ergo ipse est finis, & licet substantiæ abstractæ sint perfectiores, tamen cum corpore careant, non indigent corporeis, siuè vt eorum beneficio intelligant, cū species concreatæ eis sint, siuè vt conseruentur, cum nec victu, nec vestibus indigeant. Ita Aristoteles 2. phys. t. 24 vnde 1. Polit. c. 5. plantas esse animalium causa, & cœtera animalia causa hominum, quod etiam ostendit Citer. lib. 1. de leg. & Lactan. cap. 15. & 14. de ira Dei, & hac ratione Nissenus libr. de hominis opific. cap. 1. in fine, & cap. 2. asserit hominem fuisse vltimo loco productū, vt prius, ea vt subditi Imperatori pararētur, & bona, quibus homo frui posset. Confirm. ex ps. 8. omnia subiecisti, & 1. Cor. 3. *Et omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.*

3. Opin. omnia propter Deum fuisse creata, vt eius attributa manifesta fierent ex Prouer. 16. *vniuersa propter semetipsum operatus est Deus*, nam est Alpha, & Omega, idest principium, & finis omnium. quod ostendit Iustin. in Apologetico, & Lact. cap. 14. de ira Dei, vbi ostendit cœtera propter hominem, hominem vero propter Deum, vt spectatorem Dei, rerumq; cœlestium, & addit Epictetus non solum esse spectatorem, sed etiam interpetrem. D. Th. 2. d. 1. p. 2. q. 1. ar. 2. et 3. — 3. fuisse creata propter Deum.

### ARTICVLVS III.
*Opinio Auctoris.*

PRima concl. Mundus nō est creatus gratia sui, quia vel esset ordinatus ad aliquā sui partem, vel ad nihil esset ordinatus, non primum quia finis est aliquod bonum, perfectius medijs, sed nulla pars est maius bonū, quam totum, quia semper totum est maius sua parte: quomodo autem homo dicatur finis vniuersi dicetur infra, quia scilicet cœtera corporea sunt ordinata ad bonum hominis, non tamen vniuersum, vt includit hominem, quia sic idem ordinaretur ad seipsū Neque dici potest secundum, quia licet vniuersum sit quodam totum perfectum, atque adeo per se appetibile, tamen, cum respectu Dei sit quid imperfectū, & imperfectū ordinetur ad perfectum, fit, vt Mundus ordinetur ad Deum. — 4 Mundus nō est creatus sui gratia.

Secunda concl. etiam si vniuersum non sit propter aliquam sui partem, tamen habet finem extrinsecum primarium, qui est Deus, patet ex dictis in tertia opinione. — Mundus nō deest finis extrinsecus et si careret intrinseco.

Confirm. ex priscorum sententia, nam Plato in Thimæo sub initium, ait Deum constituisse mūdum, quia cum sit bonus, nulla inuidia tangitur, & ideo omnia sibi quam simillima fieri voluit, & hinc infert Deum, cum sit summum bonum, iuxta ipsius bonitatis naturam alijs rebus bonitatem suam, pulchritudinem, reliquasquè perfectiones communicare voluisse, easque sibi simillimas quātum ferret earum cōditio, reddere, quod etiam Philo lib. de opif. Mundi, Naz. orat. 41. Arbor. lib. de Noe, & Arca, & Basil. hom. 9. & Theod. q. 3. in Genes. dixerant.

Tertia

5 Reliqua corpora immediatè sũt propter hominem, vt D. Th. 1. d. 1. art. 3.

Tertia concl. reliqua corporea immediatè sunt propter hominem patet ex dictis in 2. opinione, quia homines illis indigent, non autem Angeli, quibus deseruire nulla ratione possent, non enim ad eos conseruandos eum non indigeant, neque vt per illam suam bonitatem Deus manifestaret Angelis, nam ex sua ipsorum natura meliorem, & nobiliorem cognitionem habẽt de diuinis perfectionibus. Ex quibus infert Salianus in apparatu cap. 3. numer. 7. quod Deus, nisi homines creaturus esset, nequaquam esset producturus hanc corpoream rerum vniuersitatem, quia nullus fuisset finis, neque conseruationis rerum, neque manifestatione suę bonitatis, quia non erat persona, cui manifestari potuisset. Et haec patet ad argumenta singularum opinionum. Vt fusè & D. Th. loc. cit.

Dices multa non deseruire homini, sed potius nocere, vt venena ex c. Resp. omnia homini deseruire, siue ad sui conseruationem immediatam, vt commestibilia, siue ad famulatum, vt Asini, Cameli, Muli, &c. Ad gestanda onera, & Boues ad arandum, Equi ad equitandum, siue ad delectationem, vt animalia ad venationem, & aucupium apta, siuè ad pacem conseruandam, vt quae sunt apta ad bellum, per quod pax acquiritur, & conseruatur, siuè ad instructionem, & recendẽdũ à malo, vt animalia venenosa, & minuta, alia ad retundendam superbiam; Vnde verè ps. 8. dicitur. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, de quo vide Mol. 1. par. in quæst. 22. Diuus Th. art. 1. disput. 2. 6. pro solutione trium, & D. Th. loc. cit. Alens. p. 2. q. 17. m. 3, rectè .n. D. Th. distinguit finẽ operis, et operantis, qui .s. principaliter intenditur ab operante, vt cõpositionis lapidũ, est finis domus, vtilitas vero quæ prouenit operanti, dicitur fines, et parte agentis, ideo finis Dei operãtis

1 est sua bonitas, ex eo q̃ vult bonitatẽ suam multiplicari, vt est possibile, s. p sui similitudinẽ, vnde oritur vtilitas creaturæ, hinc Deus fecit oĩa ꝓpter suã bonitatẽ, vt est finis operãtis, & propter vtilitatem Creaturæ, vt finẽ operis, et ita homo est finis cœterorum.

## DVBITATIO SECVNDA,

### *De tempore creationis Mundi.*

CVm constet non fuisse ab æterno, sed in tempore creatum, vt patet Gen. 1. in principio, *Deus creauit Cælum, & Terram*, vbi nomen principij non solum significat ordinem, vt idem sit, ac ante omnia, vt dicitur etiam Prouer. 8. & psal. 103. vt exponit D. Th. 1. par. q. 46. art. 1. sed etiam durationem vt idem sit, ac in principio, scilicet temporis, & non ab æterno, vt patet, quia statim dies numerare incipit. Nũc dubitatur, in qua Anni parte fuerit creatas, sc. in hyeme, an vere, an æstiua, an autumnali.

Initio Ianuarij Mũdum habuisse initiũ dixere aliqui.

Prima op. est fuisse principium Ianuarij, eo quod Romani ab eo Mense Annum auspicantur, sed hæc opinio, vt à nemine asseritur, ita facilè reijcitur ex scriptura, quæ refert arbores fuisse repletas fructibus, ac Dominus prohibuit Adamo esum de fructu scientiæ boni, & mali.

Secunda op. ponit æstatem, ita Gerardus mercator dicens initium fuisse, cum Sol ingreditur signum Leonis ex ramo virẽtis oliuæ, quem columba emissa à Noe vndecimo mense attulit, sed non placet, tum quia id accidit post diluuium; tum quia oliua toto Anni tempore folia virentia retinet, tũ quia Ruper. lib. 4. cap. 15. in Gen. Inde colligit id accidisse tempore veris. 1. alios in æstate.

2 Probabiles in tempore æquinoctij autumnalis.

Tertia op. fuisse in tempore Autumnalis Aequinoctij, ita Forniellus in die 6. num. 41. vbi refert alios, & in illam propendet Perer. in opere tertiæ dici, Scaliger lib. 5 de emend. temp. cap. de cond Mundi, & alij.

Primo prob. quod Hæbrei initium Anni, aliud habebant ante legem latam Exod. 12. vbi ad conseruandam memoriam beneficij eductionis ab Ægypto, præcipitur, *vt mensis iste scilicet Nisan vobis principium mensium* primus esset in mensibus Anni. Confirm. ex Gen. 1. vbi refertur, arbores non floribus, sed fructibus repletas, cum Eua dixerit *de fructibus lignorũ, q̃ sũt in Paradiso vescimur, etc.*

Confirm 2. quod festum Tabernaculorum celebrabatur collectis fructibus in exitu Anni, at in circulo finis cohæret principio. Vnde Exod. 34. loquens de scenosegia idest festo Tabernaculorum dicitur, *& solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur*. Hinc Hebræi, & Genebr. initio Chron. annum vulgarem oriuntur à Luna propinquiori æquinoctio autumnali, quia eo mense orbem conditum putent, & ob id, Mense Septembri festum Tubarum, quod vocant initium anni celebrabant & Nisam, quod Martio respondet à Moyse constitutum anni sacri primum mensem ratione Paschatis, & dierum festorum, at respectu aliorum negotiorum initium erat Tisri, idest Septembér, quod fusè narrat Ioseph. lib. 1. c. 4. & idem initium refert Hier. habuisse Populos Orientales, idest Chaldeos, Persas, Ægyptios, q̃bus Genebr. addit veteres Hetruscos.

Confirm. 3. ex diluuio, quod cœpit mense 2. Nouembris, & se extendit ad tempus Hyemale pluuijs cõuenientius, ergo primus fuit October, vel æquinoctium autumnale. Confi. 4. quia id erat cõueniẽtius, vt animalia fuerint ꝓducta in ætate perfecta, ita, & cętera oĩa, quæ perfecta sunt, cũ habẽt in se fructus necessarios ad substentationẽ animaliũ, vnde.

Confir. 5. quia animalia in Paradiso indigebant substentatione: At in Æquinoctio verno nulli erant fructus, quibus animalia illa substentarentur.

Confirm. 6. quia cum Sol continuò mutet signa, & giret nostrum, & inferius semisphærium, non potest constitui certum tempus veris, Autumni, vel Hyemis, nam quando in vna regione est ver, in alia esse potest hyems, vel Autumnus.

Quarta opinio initiũ tribuit Verno Tempori, pro qua Torniellus refert 20. scriptores ex ãtiqui, grecos, latinos, & hębreos, & do- 3 Mundũ fuisse creatum verno tempore.

cet Synodus Palestina iussu Victoris Papæ congregata apud Bedam tom. 1. de sex ætat. l. 1. citatur apud Ascanium Martinengum; Basilius Ambrosius Augustinus Naziãzeno, Nicet Elias Cret. Theod. Ciril. Iren. Athan. Iunilius, Strabo Raban. Asel. Laudunensis, Gaudentius, Apollon. Iulius Hylar. Albinus, Flaccus, Beda, Ruper. Vgo, Commestor, & aliqui Rabini, sequitur Marianus Scotus init. Chronol. Molina de op. sex dierum disp. 14. Valentia disp. 15. quæst. 3. puncto 3. Caiet. genesis 1. la. cap. 8. Cornel. à lapide in 3. diem, Genebr. initio Chronol, Clau. cap. 2. sphæræ salm. in appar. cap. 8. n. 7. probatur à Patribus Ambr. lib. a. Hexameron cap. 4. Nazianzeno crat. 42. Ruper. lib. 1. in gen. cap. 25. ex Exodo 12. vbi loquens de mense Martio *mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*, quia ex Ambr. inde *Mundi oportebat Exordium, vbi erat oportuna omnibus verna temperies*: Vnde Nicet. in Naz. Ait mensem, qui apud Romanos Martius vocatur apud Egyptios vocari pharnuti, apud Macedones Xanticum, apud Hebr. Nisan. Secundo probat Damasc. lib. 1. de Fide cap. 7. & Theodor. in exodum q. 71. ex Genesis 1. ibi *germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciēs fructum*. At hoc conuenit veri, vt Damasc. Ciril. & Theodor. docent. Vnde Theodor. *incipiente* inquit, *vere prata florere solent, segetes semina concipiunt; Arbores fructum emittunt*. Ea de causa Deus etiam sub idem tempus liberauit Popolum Israel à seruitute Aegyptiorũ, & Gabr. Ang. Sanctæ Virgini MARIÆ lætum Nuncium admirandi partus attulit, eodem quoque tempore Christus Dominus salutarem pertulit passionem. Vnde confirmat opinionem Theodoretus, nam eodem tempore fuit conueniens reparari Mundum, quo fuerat cõditus, sicut in primo Macchabeorum cap. 4. templum eodem tempore, & die renouatum fuisse in canticis, & cytharis, in qua fuerat contaminatum à gentibus, & plerique Sancti putant eodem die Christum Dominum in Cruce mortuum, quo Adamus in Paradiso peccauerat; at constat hæc omnia contigisse tempore veris, in quo accidit etiam eductio Israelitarum ex Egypto.

4 *Vtraq; opi. probabilis existimatur*

Quinta opin. est dicentium, vtrumq; opinionem esse probabilem nam vtraque habet Auctores valdè graues, & habet congruētias, & loca scripturæ sibi fauētia, quæ tamen solui possunt, nā locus Exodi pro opinione 4. adductus intelligitur de primitate mensiũ quò ad dies festos, in quibus celebrabatur Pascha in recognitionem beneficij, & liberationis ab Aegypto, vt notant Auctores 3. opin. locus vero ex gen. 1. intelligi debet de virtute germinandi, data rebus, quæ tamen exire debebat in actũ tempore suo, non tamen quod tunc germinaret. Vndè dicitur germinet terra &c. idest tempore suo: At vero Authores quartæ sententiæ nõ sine probabili ratione soluunt argumenta tertiæ sententiæ, nam primum solutum est ex dictis Ambros. & Nazianzeni intelligi de primitate durationis prim. et dignitate ꝓpter Paschę celebrationē.

*Explicatur quomodo terra germinauerit.*

*Cur anno primo accelerata productio fructuum.*

Ad confirmationem. Respond. illo anno mundi, & anni vulgaris, vt qui esset primus origine, & ordine. præcepit Moyses, vt esset præter ordinē fuit accelerata productio fructuum, vt notat Valentia; neque id mirum, quia sæpè in hyeme tepida, & calidiore vere fructus solent gigni tempestiuè, & accelerari, plusquam mense ante ordinarium tempus; quod si in nostris regionibus id aliquando contingit, cur non potuit contingere, vbi erat summa temperies, & quãdo Cœlum nouum erat, terra noua, noua benedictione Domini consecrata.

*Mensē primum nouorum fuisse tempus vernum.*

*Deut. 16. Exod. 23.*

Ad secundam confirmat. dicunt primo mēsem primum dictum mensem nouorum, fuisse tempus vernum, ex Deuteron. 16. *Obserua* inquam *mensem nouarum frugum, & verni primum temporis ver faciat phase Domino*, & idem Exod. 13. & confirm. vt etiam manipuli primarum segetum ex Domini iussione leuit. 23. offerientur, idest de ordeacea messe, nam triticea septem hedõmatibus posterior erat, vt dicit Exod. 34. Neq; mirũ videri debet, si hęc opinio aliquid concedit pręter ordinarium ordinem rerum, nam contraria opinio multo plura concedere debet, nam vel spoliare debet terram omnibus Floribus, & fructibus, qui verè gignuntur, vel si ea ponit in Paradiso tunc fuisse, præter. Naturæ cursum id extitit, vt illa esserit mense Septembri.

*Palestina regio ob calorem tempestiuos fert fructus.*

Secundo dici potest, Palestinam Regionem produxisse fructus præcoces, eo quod calore naturaliter citius maturescunt, quam in alijs Regionibus; quare non mirum, si eo tempore aliquę arbores fructus habebant.

*Festum Tabernaculorum in memoriā eductionis ex Aegypto.*

Dicunt 3. festum Tabernaculorum fuisse quidem celebratum tempore autumnali, non ob memoriam creationis mundi, sed eductionis ex Aegypto, vt dicitur. Leuit. cap. 23. & ego addo fuisse institutum, illud festum in figuram natiuitatis Beatæ Virginis, quæ futura erat tabernaculum Dei.

*Cur apud Hebræos autumnus initiũ anni.*

Quarto apud Hebr. initium anni communis fuisse Autumnum, non quidem, quia eo tempore initium Mundi habuerit, sed ad imitationem Aegyptiorum, inter quos educati erant, quam consuetudinem deinde post liberationem retinuerunt, tum quia illud tempus est valdè commodum negotijs peragendis, quibus Iudæi dediti erant, quia eo tempore omnes fructus Terræ sunt collecti. Vnde incipiebat spes colligendi fructus sequentis Anni, & industria pro ijs colligendis: & ob eam causam illam consuetudinem omnes ferè populi seruant, etiam in nostro Regno, vt patet ex eius constitutionibus. Vndè conductiones, & locationes agrorum, vinearum, & similium eo tempore finiuntur præteriti anni, & incipiunt pro sequenti anno; tum quia illud tempus est valdè commodum ad pecunias colligendas, quia vendi possunt & fructus & animalia, vt dissoluatur æs alienum; tum quia id peculiari ratione erat commodum Pop. Hebræo propter annum Iubi-

*Cur vbique idem ferè seruetur.*

læi,

læi, in quo omnes possessiones reuertebantur ad priores Dominos, nam eo tempore collectis fructibus, remanebat vacua possessio nouis Dominis ad colẽdos agros, vineas, &c. tum quia Annus sabbaticus incipiebat à Septembre in Septembrẽ, vt collecto fructu seminis præcedentis anni, sementem facerent pro sequenti; neque Iosephus id refert ad initium mundi, sed ad consuetudinem Aegypti.

6 Falsò asseritur diluuiũ incœpisse mẽse Octobris ex cur. Ad 3. confirm. falsò ab illis supponi diluuium incœpisse mense Octobri, quia neque ex scriptura id patet, cum tantũ asserat contigisse anno sexcentesimo vitæ Noë, die decimoseptimo mensis secundi, nam non probant Noë natum esse mense Septembri vt secundus esset October, nec id constat ratione, quod illud tempus esset magis aptũ ad pluuiam congregandam, tum quia menses Aprilis, & Maij non sunt minus pluuij, quam illi, tum quia ex Ambr. & Rupert. cum illa pluuia esset à Deo instituta ad puniendum, eo tempore conueniens fuit vt fieret, in quo magis ostenderetur fieri in vindictam peccatorum, & non esse fortuitam, vel tempori congruentem. Respond. 2. etiam si diluuium eo tempore fuerit, non inde sequitur initium mundi fuisse eodem tempore, quia nulla ratione, & auctoritate illa sequela probatur.

Animalia producta in ætate apta ad generationẽ, & similiter plãtæ. Ad 4. Respond. animalia fuisse producta in ea ætate perfecta, in qua essent apta ad generandum, Vnde similiter plantæ, vt possẽt germinare, & sicut non fuit necessarium ad perfectionem animalium illa produci grauida, & cum fœtu, qui est fructus animalium, ita neque fuit necessarium ad perfectionẽ plantarum produci cum fructibus. Ad 5. confirm. Resp. non obstare necessitatem sustentationis animalium; tum quia superueniente hyeme, omnia arescerent; atq; adeò animalia priora pascua nõ inuenissẽt sed potius tẽpore veris, in quo omnia florent, & tellus herbis repletur, quod vero attinet ad homines, cum duæ tantum essent personæ facilẽ sustentari poterant ex fructibus, qui nascuntur in vere, qui in ea regione, & tempore fuerunt præcoces; neque enim fuit necessarium, vt eo tempore essent omnes fructus, sed satis fuit futuros suo tempore, quibus vesci non erat prohibitum, cum tamen nullo vnquam tempore liceret attingere fructus arboris scientiæ boni, & mali.

Pro sustentatione animalium ver num tẽpus est aptius.

Ad 6. confirm. Resp. eum Moyses scripserit de creatione Mundi in Palestina, anni temporum distinctio, respectu illius Climatis sumi debet, vt bene notat Molin. disp. 14. præsertim cum Palestina sit in medio orbis nobis cogniti, vnde Virg. Georg. 2.

*Non alias prima Crescentis origine Mundi*
*Illuxisse dies, aliumquẽ habuisse tenorem,*
*Crediderim, Ver illud erat, ver magnus agebat*
*Orbis, & Hybernis parcebãt flatib. euri (bat*
*Cum primũ lucẽ pecudes hausere, vtrumq;*
*Ferrea progenies duris caput extulit aruis,*
*Immissæ feræ siluis, & sydera Cælo.*

7 Vera op. de Mundi creatione tẽpore veris. Ex quibus satis constat, Ver fuisse initium Mundi, cum Sol ingreditur signũ arietis; vt vnde incipit mundus renouari, inde conueniens est vt mundus cęperit ædificari, sed hæc opinio non est ita certa vt contraria non sit probabilis, nam sicut decet patrem familias fructus condere ad familiæ sustentationem pro toto anni tempore, ita decuit patrem totius orbis eo tempore mundum condere, quo fructus pro toto anno conseruare potuerint.

Dices; quo die mente creatus fuerit mundus. Resp. Hier. lib. de Eccl. scriptoribus, & Basil. lib. 2. Hexameron, & leo epist. 9. ad Dioscorum fuisse creatum die vigesimo quinto martij, & incidisse in diem Dominicum, ex sensu Ecclesiæ in hymn. diei Dominicæ *primo dierum omnium quod mundus ertat conditus, vel quo resurget conditor nos morte victa liberet*, idem enim dies fuit nascentis mundi, & resurrectionis Christi.

## DVBITATIO TERTIA,

### *De modo quo Mundus fuit creatus.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

***Explicantur termini, & sensus quæstionis.***

Primo Not. modum actionis esse duplicem, vnum ex parte agentis, liberè, vel necessarij, & constat mundum fuisse liberè creatum, vt alibi ostendemus contra Aristotelem, quod Basil. hom. prima Exameron probat ex ly creauit, quæ ex psal. 148. fuit ex imperio Dei, ipse mandauit, & *creata sunt* imperium autem dicit actum voluntatis liberum. Confirm. quia alioqui nullum Deus contulisset beneficium creaturis, quia de necessarijs non sunt agendæ gratiæ, sicut filius in diuinis non agit gratias patri pro productione, quia illa fuit communicatio necessaria. Confirm. 2. quia cum Dei potentia sit infinita, si necessariò ageret, produceret effectum infinitum, quia ageret quantum potest, at constat Mundum esse finitum. 1 Duplex modus actionis alter ex parte agentis liberi, vel necessarij.

Secundo Not. alterum modum actionis se tenere ex parte rei productæ, qui licet sit multiplex, tamen à nobis duplex tantum consideratur, primus est quoad substantiam actionis, an scilicet fuerit creatio, an eductio, seu generatio: alter quo ad mensuram actionis, an fuerit in instanti, an in tempore, & quidem de primo modo non est magna difficultas, nam cum generatio præexigat subiectum, necessariò, ne detur processus in infinitum, deueniri debet vel ad subiectum increatum, quod repugnat, vel ad creatum quod nos contra antiquos asserimus; de qua re legendus Eugub. lib. 7. cap. 10. Quare difficultas manet de mensura actionis vnde. 2. Modus se tenens ex parte rei productæ, quoad substãtiã actionis, & quoad mensurã actionis.

Tertio Not. tria posse in controuersiam circa mẽsurã actionis adduci, primo an fuerit successiua, an instantanea, secundo an fuerit successio realis, an intellectualis, siuè formaliter, siue ex nostro modo intelligendi. Tertio si fuit realis, quanta fuit, vnius ne diei, an sex dierum. Tria circa creationis Mundi mẽsuram dispu tari possũt.

Quarto Not. constat ex communi sententia, aliqua fuisse simul, & in instanti producta, vt 2.

cta, vt quæ narrantur producta in primo die, quæ omnia dicuntur fuisse vere, & propriè creata, nam quæ narrantur producta in sequentibus diebus, communis sententia est fuisse producta ex præiacenti materia, atquè adeò per eductionem, de quibus singulis quomodo sint producta, tractatur in materia de operibus sex dierum, nunc igitur dubitatur, an omnia, quæ dicuntur producta sex diebus, fuerint producta eodem die siuè successiuè, siuè in instanti; an vero sex diebus, vt narrat scriptura.

3 Duratio duplex permanens, & successiua, siue continua, siue discreta.

Quinto Not. durationem, aliam esse permanentem, aliam successiuam, successiuam vero aliam esse temporis discreti, aliam temporis continui, successiuam vero discretam costare ex partibus indiuisibilibus quò ad moram, quarum vna tamen succedit alteri, & quia hæ parte possunt esse corporeæ, vt existentia substantiarum, & actionum corporearum, & spirituales, vt sunt duæ intellectiones Angelicæ, quarum vna succedit alteri, Hinc fit, vt tempus aliud sit continuum, aliud discretum, & discretum aliud corporeum, aliud spirituale, seù intellectuale. Hinc fit, vt cum Moyses dixit *in principio Deus creauit Cœlum, & terram*, vt vario modo explicetur, nam alij explicant, in principio temporis intellectualis, & spiritualis, alij vero temporis corporei discreti, alij vero corporei continui. Hinc deinde orta est dissentio de intelligentia sex dierum, nam alij volunt hos sex dies non esse veros, & reales, sed solum intellectuales, quatenus Angelus intelligendo Dei opera simul producta, prius natura intelliget vnum, quam aliud, vt fusè August. pluribus in locis explicat.

## ARTICVLVS SECVNDVS.
### *Opiniones Doctorum.*

4 Op. dicẽtiũ Mũdũ creatum fuisse simul in omnia.

PRima opinio est dicentium mundum fuisse creatum simul, & non per spacium sex dierum ita Philo. l. 1. alleg. legis, & initio libri de opific. mundi, vbi putat esse rusticanæ simplicitatis existimare sex diebus mundum fuisse conditum Procop. in gen. Ang. lib. 4. in gen. ad litteram cap. 22. & 11. de ciuit. cap 6. & 7. & alibi Caiet. in gen. in finem capitis primi, Valent. quæst. 2. puncto. 2. Can. apud Mol. & videtur D. Thom. 1. par. quæst. 74. artic. 2. existimare probabilem; probat primo primo Philo. quia vicissitudo dierum, & nostrum oritur ex motu Solis, at Sol in principio Mundi secundum aduersarios, non erat ; ergo.

Confirm. ex Genes. 2. vbi eodem die, Cœlum terra, & omne virgultum agri, & herba dicuntur fuisse producta.

Confirm. 2. ex Eccles. 18. *qui viuit in æternum creauit omnia simul.*

Confirm. 3. ex latar. c. firmiter de summa Trinit. vbi Deus dicitur sua Omnipotenti virtute simul ab initio temporis creaturam corporalem, & spiritualem creasse.

Confirm. 4. quia cum F. . . us omnia poterit producere simul, non est ratio, cur inter productionem vnius, & alterius expectauerit diem viginti quatuor horarum. Neque cur terrã aquis coopertam sine cauernis, & montibus produxerit, & deinde cauernis productis reduceret aquam in vnum locum, vt terram discooperiret, quod si scriptura memorat fuisse productum sex diebus, id debet intelligi, vel de diebus intelligibilibus, qui sumuntur ex cognitione Angelorum, vel vt Moyses se accommodaret nostro modo cognoscendi rerum productiones, vt infra.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui putant omnia fuisse simul producta in instanti, tàm simplicia, quàm mixta. 5

Alij verò simplicia corpora fuisse prius producta in instanti, deinde mixta in tempore. Alij vero putant omnia fuisse creata successiuè sed vno die, qui secundum varias productiones Creaturarum sexies repetitur, ita Caiet. & tribuitur Cano, qui dixit initio diei fuisse producta Cœlum, & terram, deinde vero mixta.

Aliqui putant omnia creata fuisse successiue, sed vno die.

6 2. op. negãtium Mũdũ creatũ fuisse in instãti, & vno die.

Secunda opinio est negantium, omnia fuisse creata simul siue in instanti, siue in vno die, sed eodem tempore reali sex dierum quomodo scripta narra. Hanc docent Scholastici antiqui, Alen. par. 2. quæst. 46. m. 4. qui ait, *omnia fuisse simul creata*, scilicet ratione materiæ, in qua continebantur, sed non omnia simul facta in proprijs generibus, & speciebus, sed successiuè in sequentibus diebus, & hoc tribuit D. Greg. & D. Hier. Mol. de op. sex dierum disp. 1. Suar. l. 1. cap. 12. Granat. 1. par. tom. 3. contr. 8. Tr. 9. disput. 5. probatur primo quia hæc est communior apud Sanctos Patres, & Theologos in Hexãer. & initio Gen. Basil. Ambr. Chrisostomus Beda, Strab. Greg. l. 32. mor. cap. 5. vel 2. Dama 2. de fide cap. 5 & alij, vt videre licet apud Martinengum, Perrer. in gen. Salaanss cap. 5. sui apparatus.

Secundo quia Ecclesia canit die Dominica creatum fuisse mundum, & refertur cap. quod die d. 75. Confir ex. Triden. sess. 2. lucem ait die Dominica factam fuisse, eodemque die Christum resurrexisse, & Spiritum Sanctum ad Apostolos misisse, vide Suar. tom. 1. de relig. l. 2. de fest. cap. 4. at nulla ratio cogeret ad asserendum die Dominico conditum fuisse mundum, si dies illi non fuissent naturales, nam quod dicunt, (dici septimum idest sabathum, in quo Deus quieuit, non per realem conuersionem primi mobilis, sed per metaphoram quandam, non placet;) tum quia non apparet quæ, & qualis sit hæc metaphora, quod opus creationis incæperit die Dominico, & sabatho quieuisse, cur enim septem dies dici debeant, si omnia simul fuerunt creata, quam enim similitudinẽ habeat creatio simultanea omnium rerum cum creatione successiua sex dierum, & cum quiete in die septimo: tum quia Deus verè, & non metaphoriceè cessauit ab opere, ergo dies septimus, in quo cessauit est vere septimus & non metaphoricus. Alioqui sine vl-

la ra-

la ratione nobis dedisset occasionem errandi, apprehendendo falsum, tum quia qua ratione Ecclesia potuisset colligere, die Dominico incæpisse mundum, quia simili argumentatione, qua aduersarij vtuntur ad id probandum, posset quis vti ad probandum incæpisse die Martis, ob varias metaphoras, quæ contingere possunt: quare standum est simplici narrationi scripturæ, dũ ponit mundum creatum fuisse sex diebus, & septimo die quieuisse.

## ARTICVLVS TERTIVS.
*Opinio Aucteris.*

7 Quæ fuerunt creata 1. die fuerunt in Mundum creata, &c.

PRima Concl. licet quæ dicuntur producta in primo die, fuerint creata in instanti, cætera tamen, quæ narrantur facta sex diebus, non vno die, sed pluribus diebus fuerunt facta. Prima pars patet, nam cum illa, quæ narrantur eo die facta, dicantur creata in principio, scilicet temporis, & principium temporis sit instans, illa dicentur creata in instanti, & licet aliqui exponant ly in principio negatiuè, idest, vt nihil ante Cœlum, & terram fuerit creatum, quod potest intelligi factum esse successiuè, tamen cum creatio ex ratione sua exigat fieri in instanti, cum ex parte rei creatæ nulla sit repugnantia, & resistentia, neque ex parte virtutis actiuæ, cum sit infinita, quæ tollunt causam successionis.

Secunda pars patet primo, quia multa dicuntur facta in illis sex diebus, quæ non potuerunt simul esse ob eorum repugnantiam, vt esse tenebras super faciẽ abissi, et lucẽ esse aliquid informe, & formatũ, vt terram esse vacuam, & inanem, & plenam virgultis, ac herbis aquas esse supra totam terram, & esse congregatam in vnum locum, & similia. Secundo probatur ex communi Sanctorum, & Scholasticorũ in 2.d.12.13.14.et 15.& D. Th. 1.par. q.66. qui illam probant ex Basil. Ambr. Chrisost. Beda, Strabone in genesim, & Ruper. lib.1. cap.37. & alij communiter. Vnde Hilarius lib.12. de Trinit. dixit *tametsi habeat dispensationem sui secundum Moysem firmamenti solidatio, arida nudatio, maris congregatio, astrorum constitutio, aquarum, terraque in eijciendis ex se animantibus generatio; non tamen Cœli, terræ, cæteraque elementorum creatio leui saltem momento operationis discernitur.*

SS. communiter posuit sex dies fuisse realis.

Confirm. quia aliquę operationes non potuerunt esse facta sine motu, vt congregatio aquarum in vnum locum.

8 Confirm. 2. quia si simul facta essent non solum elementa, & Cœli, sed etiam alia species mixtorum, etiam homo fuisset productus in illo principio creationis; quia eodem modo scriptura loquitur de hominis, ac aliorum viuentium productione; at illud est falsum, vt patet tum ex cap.2.gen. vbi post productionem virgultorum, & herbarum subditur, *non enim pluerat Dñs Deus super terram, & homo non erat, qui operaretur eã*; ergo terra fuit prius, quam homo, quia eodem modo negat ibi fuisse pluuiam, ac hominem, sed pluuia realiter, sine aliqua metaphora, & verè non erat, ergo similiter homo, tum quia ibidem dicitur *formauit igitur Deus hominem de limo terræ*, ergo materia prius duratione fuit sub forma terræ, & limi, quam sub forma hominis, & idem colligitur de alijs animantibus, cum dicitur; *formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ*, nam materia non potest esse in eodem instanti sub duabus formis.

9 Tũm quia homo nõ fuit creatus per verã creationem quoad corpus, sed ex præiacenti materia scilicet de limo terræ, tum indũcta anima, producta per veram creationem, vt colligitur ex cap.2. gen. tum quia ibidem dicitur prius fuisse creatus Paradisus, quam homo *plantauerat autem* inquit *Deus Paradisum voluptatis à principio, inque posuit hominem*, & infra *tulit ergo Deus hominem, & posuit illum in Paradiso* quæ ostendunt clarè plantationem Paradisi fuisse priorem productione hominis, tum quia Adam fuit creatus eodem die, ac Eua, vt colligitur ex gen.1. *& creauit Deus hominem, masculum, & feminam creauit eos*. At Eua non fuit creata in primo instanti, quia cap.2. dicitur *Adæ non inueniebatur similis, & non est bonum hominem esse solum*, & ideò immisit soporem in Adam, vt ex eius cõsta Euam formaret: quare Adam fuit prius creatus, quam Eua, atque adeò non omnia facta in illis sex diebus, fuerunt creata simul in eodem instanti.

Plãtatio Paradisi prior quam hominis creatio.

10 Dices; quænam fuerunt creata in primo instanti Resp. coier fuisse creatos Cœlos, & elementa cum suis locis, & proprietatibus, quia cætera, vt ostensum est, nõ fuerunt creata simul, nam sicut patet aliqua non fuisse, simul creata, ita dicendum de alijs, quæ narrantur creata in illis sex diebus, quia non est ratio cur dicatur de vno opere, & non de alio, cum ex cõtextu primi capitis narrentur facta per successionẽ sex dierum. Immò etiam inter aliqua facta eodem die fuit successio.

Narrantur, quæ fuerũt creata in 1. instanti.

Dices 2. cur aliqua fuerunt simul producta, & non omnia. Resp. rationem conuincentem non posse sumi, nisi ex libera voluntate Dei, quæ nobis constat ex scriptura, ratio vero congruentiæ afferri potest, tum ex ratione vniuersi, cuius integritas constat primariò ex elementis, & Cœlis, & Cœlorum motoribus, tum ex propria ipsorum natura, nam cum ex natura sua sint simplicia, exigunt in prima sui esse produci per creationem, cum materia ipsorum, nõ nisi per creationem produci possit, & licet vnum elementum possit esse materia alterius, vt patet ex mutua generatione, tamen id non fuit cõueniens in prima productione, quia omnia debuerunt produci in debita quantitate, vt mutua actio esset contemperata: at vero mixta nec per se primo pertinent ad integritatem vniuersi, nec illis connaturale est fieri per creationem, sed ex mixtione elementorum per generationem, & idem dicitur de quibusdam mutationibus accidentalibus primorum

Cur aliqua fuerint producta, & nõ omnia.

morum corporum, quia mutatio accidentalis supponit existentiam subiecti, quæ autem accidentia habuerint prima corpora in primo instanti suæ creationis dicetur infra, cum de singulis corporibus.

*Dies creationis non fuerunt spirituales, & intelligibiles. Cognitio matutina, et vespertina.*

10 Secunda Concl successio dierum, in quibus dicitur creatus mundus non fuit spiritualis, & intelligibilis, hanc fusè probat Suarius lib. 1. cap. 11. & Molina disp. 1. nam ex D. August. dies constituitur ex cognitione rerum in verbo, quam vocat matutinam, & cognitione rerum in seipsis, quam vocat vespertinã, ita vt ex vespere, & manè fiat vnus dies, vt notat 11. de Ciuit. cap. 7. sed hoc repugnat communi sensui scripturæ, nam initio Deus creauit Cœlum, & terram, & substantiam Angelorum, sed tunc Angeli erant in via, & ambulabant per fidem; ergò non videbant Diuinam essentiam, atque adeò neque res creatas in verbo ergò non habebãt cognitionem matutinam. Vnde nec constitui poterat primus dies. Quod argumentum fieri potest de omnibus rebus, quas dicunt fuisse creatas simul cum Angelis, & in eodem instanti, quia illam non potuerunt Angel. cognoscere in verbo, quod fusè ostendemus in prima parte. Neque dicas cum Scoto illam cognitionem rerum in verbo, non fuisse intuitiuam, sed abstractiuam, quæ stare potest cum fide, quia talem cognitionem nec agnouit Aug. nec dari posse contra Scotum ostendunt Scholastici, nec esset ad rem, quia illa esset, valdè obscura respectu rerum creatarum, & clarior esset cognitio rerum in proprio genere. Vndè potius hæc esset matutina, & illa vespertina.

Confirm. quia cognitio, quam habet Angelus in vero, ponit productionem Angeli iam factam, atque adeò productionem totius mundi, quæ facta est, simul cum Angelorum productione; At cognitio matutina ex Aug. præcedit natura creationem totius mundi, vt putat Mol. ergo non potest constituere dies, in quibus dicuntur creata Cœlum, & terra, lux, & similia.

Confirm. 2. quia non esset ratio distinguendi illos dies, vt alia dicantur in primo die, alia in secundo, & sic in alijs facta, quia neque ex parte productionis, neque ex parte Dei, neque ex parte cognitionis Angelicæ, neque ex parte obiectorum existentium, & cognitorum potest sumi illa varietas dierum, quia multi inter se non habent dependentiam, vel aliquam connexionem, vt prius dicatur vnum, quam aliud productum, vel cognitum. Vnde posset quiuis ad libitum confingere varietatem dierum. Neque est ratio cur Moises, narrans hystoriam rudi Populo, voluerit illa ratione plenè inexplicabili mentionem facere dierum, in quibus res narrat productas de qua re legite Suar. c. 11. nu. 37.

*Falsò afferitur angelos habere sẽ per actualẽ cognitionẽ eorum, quę dicitur producta sex diebus.*

11 Secundò probat Suar. num. 35. quia hæc August. sententia supponit principium, quod communiter negatur, nam supponit omnes Angelos habere semper actualem cognitionem in proprio genere omnium, quæ dicuntur producta sex diebus, vt patet, quia dicit illud mane, & vespere fuisse simul vt lib. 4. de gen. cap 29. & sequentibus at hoc est falsum, quia Angeli non possunt simul cognoscere omnia, quorum habent species, sed tantum ea quæ illi per vnam speciem representantur. Vndè aliqui putant paucos esse Angelos, qui possint per vnam speciem cœlum, terram, spiritualia, & corporalia, & mixta omnia cognoscere. Neque dicas cognoscere illas per plures, quia non possunt plura simul intueri, & licet dici possit, Augustinum fuisse loquutum, non de cognitione vnius Angeli, sed de cognitione Angelica, vt cõprehendat omnes, quas verisimile est fuisse circa omnia creata, nam est incertum an singuli tunc actu cogitauerint de aliquo opere in proprio genere, & fortasse fuit aliquod opus a nemine tunc actu cognitum. at veritas scripturæ nõ debet pendere ex tam incerto principio. Ex quo patet nec probari responsionem illorum dicentium sufficere esse in vno Angelo speciem representatiuam omnium operum Dei, quia licet possit Angelus illa vti adæquatè, tamẽ quia ille vsus est liber, et non potest certo sciri, an supremus ille Angelus vsus fuerit illa specie adæquatè, atque adeò illud principium est incertum.

*Secũdũ aliquos pauci sunt Angeli, qui per vnicam speciem plura diuersa cognoscunt.*

*Ex cognitione matutina, & vespertina nõ põt constitui vnus dies.*

Confirm. Suar. num. 38. nam etiam si habuissent Angeli duplicem illam cognitionem, & modo, quo ponit D. August. adhuc tamen non possent componere vnum diem, quia vespere, & manè non componunt vnum diem, nisi sint partes illius motus, & habeant certum ordinem inter se, sed duæ illæ cognitiones, nec sunt vere partes ordinatæ vnius motus, nec habent similitudinem cum partibus illis, quia licet vna cognitio sit clarior altera, tamen sunt simul, & sine vllo ordine inter se, sed solum concomitanter se habent. Neque sufficit quod vna sit altera excellentior, & clarior, nisi habeant inter se connexionem, & ordinem.

*Inter cognitiones Angelorũ non est prioritas causalitatis, sed dignitatis.*

Dices; Augustinus ponit aliquem ordinẽ inter illas cognitiones, quod vna sit natura prior altera. Sed contra, tum quia nulla apparet prioritas causalitatis sed tantum dignitatis, cum tamen cognitio vespertina sit prior secundum durationem, vt dixi, tum quia ordo, quam ibi ponit Aug. vix est intelligibilis, vt videre licet apud Suarez loc. cit. n. 38. 39. 40. Vnde infert num. 41. ex interpretatione Diu. August. nulla conueniens ratio assignari potest, cur dies creationis sint sex, nã nec Senarius est omnium numerorum perfectissimus, cum denarius sit magis perfectus, nec assignari potest ex rebus cognitis, quod sint sex gradus illarum, quia si firmamentũ factum est secundo die, cum Cœlum octauum, aut nonum, & cœteri continentes planetas non sint alterius generis, & ordinis, debuerunt hæc poni fuisse creata in eodem die, & cum tamen constet oppositum. contra vero cum volatilia non minus distinguantur ab aquatilibus, quam à brutis terrestribus, & hæc plus distinguantur ab homine, quam

inter

inter se, debuerunt constitui tot dies quot sũt gradus horum animalium, cum tantum volatilia, & aquatilia ponantur producta quinto die. & terrestria dicuntur producta sexto die, & eodem die dicitur productus homo, cum tamen si spectetur cognitio ex diversitate graduum, debuissent hi quatuor gradus ex vi cognitionis constituere quatuor dies.

13 *Cognitio matutina, et vespertina Angelorũ constituit primũ diem ex August.*

Secundo sequitur ex interpretatione Aug. non posse assignari congruam rationem ordinis inter illos dies, nam si matutina, & vespertina cognitio Angelorum asserit constituere primum diem ob excellentiam naturæ Angelicæ similiter cognitio matutina, & vespertina hominis debuit constituere secundũ diẽ ob excessum perfectionis, respectu aliarum Creaturarum, quod si dicant hominem poni in sexto die productum, vt in prioribus diebus pararetur locus humanæ naturæ, tunc contra, quia ad hoc satis erant opera producta secundo, & tertio die. At hæc ratio non cogebat ad distinguendum quartum diem à secundo, nec ad proponenda bruta homini in cognitione matutina.

*Ratio cognitionis vespertinæ, & matutinæ Angel. non est cã distinctionis sex dierum.*

Tertio sequitur ex interpretatione Aug. non potest assignari cõgrua ratio septimi diei, nam cum distinctio dierum sumatur ex repetitione eiusdem cognitionis matutinæ in ordine ad diversa opera, & cum in illo die nullum fuerit opus, non potest dici esse septimũ diem, præsertim cum ex Aug. respectu illius diei non assignetur cognitio in proprio genere: atque adeò non assignetur Vespere. Neque dicas assignari septimum diem per cognitionem nullius operis, quia ibi non fuit positiua cognitio, sed negatio cognitionis, etsi quæ intelligitur positiua cognitio, illa non est distincta à cognitione adequata operum, sed includitur in cognitione illorũ, atque adeò in diebus illis; ergo non est necessarium multiplicari septimum diem: quare existimo Divum Aug. verba gen. hac ratione explicasse non litteraliter, sed mysticè, non enim virum tam sanctum, tanta doctrina, & ingenio præstantem existimo historiã, pertinentem ad fundamentum fidei, interpetrari sic voluisse, vt à paucis intelligeretur, & multis incredibilis videretur, cum à communi Patrum, & Scholasticorum sententia ea interpetratio vt litteralis reijciatur. Vide Molina disp. 1.

14 *Illi sex dies fuerunt naturales.*

Tertia concl. dies, in quibus dicitur creatus Mundus fuerũt naturales, & numero sex: prima pars patet ex dictis, nam cum illi dies non sint spirituales, vt supra ostensum est, erunt naturales, idest constantes ex motu Solis diurno, qui perficitur viginti quatuor horis, nam dies in propria significatione hanc durationem significat.

*Verba scripturæ, non sunt transferenda ad metaphoras sine necess.*

Secunda pars patet ex eodem fundamento, ex quo probata est naturalitas dierum, nam sicut scriptura interpretanda est iuxta proprium sensum verborum quoad naturalitatem dierum, ita etiam quoad numerum dierum, quia verba scripturæ non sunt ad metaphoras transferenda, nisi vel ratio cogat, vel ex ipsa scriptura constet, maximè in re pertinente ad instructionem fidei.

Confir. ex alijs scripturæ locis, nam Exod. 20. idem dicitur, & tamen intelligitur de sex diebus naturalibus, *sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die, sabbatum Domini Dei tui est, & infra. sex enim diebus fecit Dominus Cœlum, & Terram, Mare, & omnia, quæ in eis sunt*, & idẽ repetit cap. 31. operari autem licet sex diebus naturalibus, quorum vnus alteri succedit; ergo similibus diebus Deus creauit Mundum.

*Mundũ die Dominico creatũ asserunt partes.*

Confirm. 2. quia alioqui Ecclesia, & Patres non potuissent colligere Mundũ fuisse creatum die Dominico, quo die Christus surrexit, & Spiritus Sanctus ad Apostolos missus est. Si enim in primo instanti vnius diei omnia perfecisset, vel saltem successiuè in vno die, certè in sequenti die, quieuit ab omni opere; ergo nõ esset dies Dominicus, & quies in die sabbato, quia sabbatum sequitur immediatè post diem Veneris, & nõ post diem Dominicum, quod si dies creationis fuit dies Dominicus, dies quietis fuisset dies Lunae. Denique id probatur ex communi sententia Patrum, & Scholasticorum, quas congerit Mol. Salian. Suar. & Martinengus, qui omnes contendunt scripturam intelligi propriè de sex diebus, atque adeò non esse recurrendum ad metaphoras, præsertim cum nulla ratio adsit fundandi metaphoram, nam quod Procopius ait, Moysem id fecisse ad rudis Populi instructionem, potius impedit instructionem, cum det occasionem Populo non concipiendi rem, vt est, sed vt narrant Historici.

*B. Caiet.*

Respon. Caiet. omnia esse facta intra vnũ diem, sed narrantur facta sex diebus, quia si essent facta successiuè, sic distribuerentur, quia ibi narrantur sex gradus rerum creaturarum; Sed contra, tum quia vel loquitur de gradibus genericis, & nõ qa, vel sunt pauciores, quã sex, scilicet quatuor, esse viuere, moueri, & intelligere, vel sunt plures, quam sex.

*Refellitur Caiet. responsio.*

Tum quia cum spiritualia, Cœli, Elementa, & consequenter lux sint facta primo die, siuè in instanti intrinseco, siue extrinseco, vt vult Caiet. nullus nouus gradus manet, vt dicantur plures dies per repetitionem eiusdẽ diei, nam gradus, qui additur, non est nouus gradus, sed accidens quoddam Cœlorum, vnde non esset ratio ponẽdi secundum diem ob creationem firmamenti, quia hoc continetur sub Cœlorum gradu, & idem patet de multiplicatione quarti diei, in quo dicuntur facta luminaria maius, & minus.

Tum ex dictis patet, dum ex Theodoreto 15. diuinorum decret. cap. de materia, ostendimus mista non fuisse facta simul cũ Elementis, cum sit facta ex illis, quia ly ex supponit Elementa præcedere, vnde Lateranse firmiter dixit, humanam naturam fuisse compositam post alias, immo multa diximus quæ facta sunt, repugnare fuisse simul: Hinc Moli-

Molina putat opinionem, quæ docet mixta omnia fuisse producta vna cum alijs in eodẽ instanti, repugnare scripturæ afferenti volatilia, &c. non fuisse ex nihilo, sed ex Elemẽtis producta.

Reijcitur responsio dicentium narrari fuisse facta sex diebus, ab aptitudine, quæ exigũt sic fieri.

Neque dicas illo opera poni facta à Moyse sex diebus, non quidem actu, quia actu omnia sunt producta in vno instanti, vel saltem vno die, sed aptitudinaliter, quia illa illa opera ita exigebant ex natura sua produci, licet aliter sint à Deo producta: Non inquam id dicas, tum quia etiam nũc possent illæ loquutiones esse veræ, si spectetur natura rerum, quia eadem est nunc ac prius, vnde nunc dici poset terram esse opertam aquis, & inanem, & vacuam floribus, at constat id esse falsum. ergo etiam tunc fuisset falsa, si terra erat discoperta, & plena floribus, tum quia Moyses ibi non explicat naturas reiũ secundum se, sed narrat historiam fabricae Mundi, qualis, & quo ordine fuerit à Deo facta.

16 Cani opin.

Resp. 2. Canus apud Mol. dis. 1. dies illos fuisse quidem naturales, sed non fuisse sex, sed vnum, in cuius primo instanti fuit productus Mundus quoad omnia corpora simplicia, vt nunc sunt, mixta vero fuisse producta posterius tempore, quia non fuerunt creata ex nihilo, sed ex corporibus simplicibus. Vnde putat sensum verborum Moysis circa productionem sex diebus, non esse absolutum, sed conditionatũ, quia si Deus suo opere successiuè fecisset, & perfecisset, eo modo, quo homines sua opera solent perficere, illa sex diebus perfecisset, & eo ordine quo narrantur facta. Neque enim id est insuetum auctoribus, nam Arist. 2. Cœl. cap. 2. dixit motũ primi mobilis incipere ab Oriente, cum tamen secundum ipsum motus fuerit æternus; atque adeo non incœperit. Vnde intelligi debet conditionaliter, quia si inciperet, ab Oriente inciperet, & eodem sensu explicandum, quod dicitur 4. physic. nunc fluens efficere tempus, & punctum fluens lineam, & in scriptura sacra primo ad Timotheum secundo dicitur, *Deus vult omnes homines saluos fieri*, scilicet conditionaliter, si per ipsos non stetit, similiter id Matthæi 24. *Cœlum, & Terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*, idest; esto Cœlum, & Terram transirent, &c. Et psalm. 101. *Ipsi peribunt, tu autem permanes*, idest esto illi pereant, tu tamen non perires. Neque id abhorret à communi vsu loquendi, nam dicere solemus, quando vnus efficit opus vno die, quod alius efficeret sex diebus, illud esse opus sex dierum. Sed contra illa, primo obijciuntur, quæ repugnant opinioni Caietani, quia nulla est ratio, cui illa dicantur producta sex diebus, & non decem vel diebus, & cur dicantur producta eo ordine, cum nullam inter se connexionem, & dependentiam habeant: Immo si spectetur natura rerum, aliqua inuerso ordine narrantur facta, nam lumen dicitur factum primo die, Sol vero, & Astra quarto die, cum tamen Sol, &

Multa dicũt absolutè, q tamen conditionaliter sunt vera.

Opin. Cani reprobatur.

Astra sint subiectum lucis, atque adeò prius debuit effici, quam lux, sic etiam cum firmamentum in se habeat Solem, & sydera, debuit narrari tanquam effectum ante lucẽ, si narratio erat texenda, vt lux, & firmamẽtum, quasi distinctis diebus fabricata referrentur: Deinde non est ratio, cur congregatio aquarum disco opertio terræ, productio arborum, & herbarum dicantur facta tertia die, & luminaria Cœli quarta, cum luminaria, sint instituta ad causanda herbas, et similia, vt diximus supra.

Ex quibus patet si prædicta non fuerunt verè causata in ijs diebus, in quibus dicuntur producta, sed narrari sic producta, quia si successiuè fuissent producta; tot diebus, & cum tali ordine fuissent producta, omnino falsa esset narratio, quod repugnat veritati scripturarum.

Confirmat Suar. cap. 12. num. 9. quia licet sensus absolutus explicari soleat per conditionalem, vbi ratio ducta ex materia, vel circumstantijs cogit, vt in exemplis adductis à Cano, tamen in præsenti, nec vlla ratio cogit, vt infra patebit, nec sensus conditionalis verus esse potest, nam conditionalis, vt sit vera exigit, vt antecedens, & consequens habeant aliquam connexionem, siue ex natura rei, siue ex præscientia. At inter hæc opera sic, vt narrantur, neque est connexio ex natura rei, vt dictum est, nam ex productione successiua non sequitur debuisse fieri sex diebus, magis quam duobus: Neque cum tali ordine, neq; est connexio ex præscientia, quia secundum aduersarios non fuerunt facta illis diebus, neque aduersarij scire possunt, quod Deus illa sic fecisset, si successiuè produxisset, nam q docet Canus, illa opera, si ab alio fuisset facta, sex diebus fuissent perfecta, ridiculũ omnino est, tum quia ab alio nec per totam æternitatem potuissent fieri; tum quia etiam si ponatur talis potentia, vnde habet hanc reuelationem, quod ab alio fuissent facta sex diebus: & non potius mille diebus.

17 Quãdo sensus absolutus explicetur conditionaliter.

Confirm. 2. quia nulla ratio cogit ad talem interpretationem; nam difficultates, quas patitur productio sex dierum, patitur etiã productio in vno die, vt ponit Cano; quia difficultates non oriuntur ex successione parua, vel magna, sed ex ordine prioris, & posterioris, vt quod Cœlum prius sit productum, tum illi addita lux, deinde firmamentum, quod etiam est Cœlum, Item quo modo lux fuerit ante Solem, & Cœlum sine stellis, & similia; Quas difficultates, si Canus deuorat in successione vnius diei, deuorare poterat in successione plurium dierum, & maiori cum ratione, vt suam opinionem conformaret cũ diuina scriptura.

Respondet non esse verisimile tantam temporis successionem inter productionem vnius, & alterius operis intercessisse, quia oportuisset Deum esse otiosum, tota die post factum opus.

Resp. 1. in ijs, quæ pendent ex libera Dei voluntate dici potest, *quis nouit sensum Domini?*

Eorum, quę ex libera voluntate pendẽt, nõ est exquirẽda ratio.

*mini? aut quis consiliarius eius fuit? & iudicia Dei abyssus multa.* Vnde non est discedendum ab eo, quod scriptura narrat, ex eo quod non assequamur rationem rei narratæ, quia ratio facti, vt inquit Aug. satis est voluntas facientis.

Resp. 2. etiam si non omnes rationes huius, consilij Diuini assequi possimus, non desunt tamen rationes, cur Deus, & tot diebus, & tali ordine Mundum voluerit producere; Prima enim ratio est ad nos instruendum, vt sex diebus esset laborandum, & septimum diem diuino cultui dicandum in memoriam beneficij creationis, secunda ad commoditatem distinguendi tempora in hebdomadas, menses, & annos, nam licet Creaturæ rationales potuissent ex proprio ingenio hanc diuisionem efficere, tamen facilius id præstiterunt dicti exemplo diuino ad fabricandum Mundum sex diebus, & septimo die quiescendum.

Rationes variæ cur Mundus productus successiuè.

Tertia ad ostendendum ex parte naturas rerum, & ex parte amorem erga hominem, nam condendo terram coopertam aquis, ostendit, quid conuenit naturis rerum, sed terram eleuando supra ipsius naturam, & congregando aquas in vnum locum, amorem ostendit erga hominem, nam inde ostendit Mundum corporeum creatum esse propter hominem, omnia accomodando etiam contra ipsorum naturam, ad conuenientem hominis habitationem, & conseruationem.

Quarta vt ex successiua rerum productione vniuersi perfectio, & pulchritudo magis innotesceret, nam opposita iuxta se posita magis elucescunt, nam Mundo in tenebris producto dum additur deinde lux, magis apparet pulchritudo ex luce prouemens, idemque apparet in productione rerum in alijs diebus, quia ex perfectione addita sequentibus diebus magis apparet earum pulchritudo, & beneficium.

Quinta, vt Deus in producendo Mundū seruaret eundem ordinem, quem seruat natura in generationibus rerum, quæ ab imperfectioribus ad perfectiora, & à minoribus ad maiora progreditur. Vnde Ambr. lib. 1. hexam. c. 7. *Dum Deus successiuè hunc Mundum produxit, ac perf cit, imitatores sui nos esse voluit, vt primo faciamur aliqua, postea venustemur, nedum simul vtrumquè adoriamur, neutrum possimus implere.*

Sexta ratio, vt ex hoc modo producendi Mundum, suam libertatem in producendo ostenderet, quia non potest dici produxisse necessariò, cum non produxerit totum, quod potest in instanti, sed diuisit pductionē operum pro sua libertate, eligendo numerum dierum, & ordinem inter res productas non exigitum à naturis rerum.

Resp. 3. Suar. num. 11. negando opus singulorum dierum fuisse productum in instanti, & reliquo diei rempore Deum fuisse otiosum. Vnde enim hoc aduersarij habent? aut cuius reuelatione id cognouerunt? opera enim singulorum dierum talia sunt, vt in singulis potuerit Deus totos dies integros operari. Videndus Molina d. 1. Suar. lib. 1. c. x. ex num. 25. Salian. in appar. cap. 5. nu. vlt.

Dices; scriptura narrat omnia fuisse producta vno die, vt cap. 2. Gen. *Istæ sunt generationes Cœli, & Terræ, quando creata sunt in die, quo fecit Dominus Cælum, & Terram, & omne virgultum agri.* ergo in vno die fuit creatum Cœlum, Terra, & omne virgultum, vt notat August. lib. 1. gen. circa principium. Vnde Caietanus infert per illa verba declarasse Moysem virgulta, quæ sunt opus tertiæ diei, fuisse producta eodem die cum Cœlo, & Terra, atque adeo idem dicendum est de operibus aliorum dierum, & sicut Caiet. inde vult omnia fuisse simul producta in ipso instanti illius diei, ita Cano vult fuisse producta successiuè integro illo die. 19

19 Argumentū ex c. 2. gen.

Resp. D. Th. 1. p. q. 74. art. 2. ad primum, & quæst. 4. de poten. art. 2. ad primum, ex posterioribus vno die fuisse producta Cœlū, & Terram formaliter, & actus, & virgulta virtualiter, & in potentia Cœli, & aliorum Elementorum, quod significat Moyses, dum ait; *Omne virgultum agri, antequam moraretur in terra, omnemquè herbam regionis priusquam germinaret* Vnde patet virgulta dici esse, & non esse, idest non esse actu, & esse in potentia. Quod confirm. à Greg. lib. 32. moral. cap. 10. quod *Creatura* inqui *omnis simul per substantiam extitit*, idest in radice, *quamuis non simul processit*, quia scilicet in se ipsis non simul fuerunt producta.

Explicatur Diu. Th. ex c. 2. Gen.

Hæc responsio satisfacit quidem argumēto aduersariorum, sed non satisfacit sensui litterali scripturæ, nam, vt patet ex ly *istæ sunt generationes*, ibi Moyses colligit omnia, quæ narrauerat producta in primo capite; at in primo capite virgulta, & alia narrantur producta secundum proprias species, et non solum in potentia. Neque obstant illa verba, *antequam moreretur, & priusquam germinaret*, quia non significant idem, quod prius quam in se, & actu existerent simpliciter, sed ex modo connaturali eorum generationi, nam sicut primus homo non fuit factus ex semine, ita prima herba, & primum virgultum non fuerunt producta ex semine, vel dispositione Terræ, & influentia Cœli, sed immediatè à Deo authore naturæ, non quidem per creationem propriè vel generationem propriè, sed per eductionem formarū, quæ est similis creationi, quatenus est immediatè à Deo sine dispositione naturali materiæ, & similis generationi, quatenus est ex subiecto, quod significant illa verba, *Non enim pluerat Deus super Terram, & homo non erat, qui operaretur Terram*, vt scilicet significaret nō adfuisse causas naturales productiuas herbarum.

Sensus litteralis loci ex 2. Gen.

Resp. 2. alij ly *in die*, quā creauit Deus, nō intelligi determinatè de vna, sed indefinitè pro quocumque die, in quo aliquod ex illis operibus factum est, siue ille dies fuerit idē, siue diuersus, siue vnus, siuè, plures. Neque est nouum in scriptura, vt facta diuersis temporibus

Secūda eiusdem loci explicatur.

poribus singulari numero explicentur, vt Io. 8. *Abraham exultauit, vt videret diem meū*, idest totū tempus mei aduentus, & Isai. 49. *Tempore accepto exaudiuite & in die salutis audiui te, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis*, & Deut. 32. *iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora*, Deut. 32.
Et in communi modo loquendi dicimus die Natiuitatis MARIÆ, Domini, & Ioannes Baptistæ curritur ad Brauium comprehendendum, ita Beda, & alij, neque ibi est metaphorica acceptio diei, sed varius vsus vocis secundum eandem, & propriam significationem, nam cum dies sit vox communis sumi potest indefinite, & determinate per additionem alicuius signi, vt si dicatur primus dies, &c. Sic etiam indefinite sumitur, dum dicitur Gen. 1. *appellauit lucem diem, & fiant luminaria, & diuidant diem, & luminare maius, vt praeesset diei*, vnde dum dicitur, *in die, quo fuit Dominus*, accipitur ly die indefinite, & hoc siue dies accipiatur artificialiter pro tempore, quo Sol est praesens, siue naturaliter pro tempore integra reuolutionis solaris.

Dies artificialis, & naturalis, quid

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

20 Dies oritur ex praesentia lucis nō vero ex illis absentia.

AD primum. Resp. diem oriri ex praesentia lucis supra terram, & noctem ex absentia ipsius lucis, siue illa lux sit à Sole, siue ab alio corpore, similiter luminoso, quare cum prima die dicatur facta lux, idest in aliquo corpore, potuit constitui vicissitudo dierum, & noctium ante creationem Solis creati die quarto.

An autem illi dies fuerint naturales, idest constantes ex viginti quatuor horis, quae cōsequuntur integrum motum corporis luminosi. an vero artificiales, consequentes motum ab Oriente ad occasum, non est huius loci disputare.

Ad primum confirm. iam patet ex dictis, quo modo dicitur virgulta esse facta, nam constat ibi recapitulari omnia opera facta illis sex diebus. Quomodo autem explicentur illa verba, *non enim pluerat Dominus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram, sed fons ascendebat super terram irrigans vniuersum superficiem terræ*. Explicat Molina disp. t.

Ad secundam confirm. ibi loqui de entibus completis, quae facta sunt per veram creationem; initio, nam coetera non ex nihilo, sed ex praesupposita materia condita sunt, & licet anima rationalis verè creetur, tamen illius non fit ibi mentio, quia de ea locuturus erat die sexto in narratione productionis hominis praesertim, cum haec non creetur, nisi praesupposita dispositione corporis.

Cur animae rationalis non fit mētio initio.

Resp. 2. alij loqui de productione rerum, secundum seipsas formaliter, & in potentia, & virtualiter, nam cum initio, creauerit materiam, & Coelum, in quibus continentur mixta virtualiter, & in potentia, merito dicuntur omnia simul fuisse creata.

Cur dicatur simul facta Cal. 28.

Resp. 3. loqui de productione rerum facta immediate à Deo, vt authore, & institutore naturae, qui dicitur creasse omnia simul, non quidem simultate instantanea, nam ex aduersarijs multi dicunt, fuisse creata successiuè in vno die, sed simultate continua, & nō interrupta, quae est simultas quaedam moralis, quo modo dicitur Ioannis 8. de Diabolo, quod homicida fuit ab initio, scilicet moraliter, nam mathematice prius fuit ingratia, quam peccaret, dicitur igitur ab initio, idest proxime ad initium.

Resp 4. Suar. ly simul non dicere mensuram durationis, sed communitatem sine exceptione, quia omnia Deus creauit.

Simul aliqua vt dicit duratione, sed ordinem ad agens.

21 Ad tertium confirm. Respondet Molina Concilium, ibi non diffinire omnia, quae fuerunt creata sex diebus, fuisse simul creata in vno instanti, vel die, sed tantum contra Haereticos, negantes Mundum visibilem fuisse productum à Deo, asserit fuisse à Deo productum corporalem, & spiritualem Creaturam, eo modo, quo scriptura ea producta narrat, scilicet spiritualem creaturam, & Coelum, ac Terram, & substātias spirituales produxisse eodem die, & coetera sine vlla exceptione, coeteris diebus.

Explicatur cum Coeli Lateranense,

Dices; vt Deus omnia produxisse deffinitur, ita fuisse producta simul duratione. Respon. negando consequentiam, quia illud erat in controuersia cū illis haereticis non aūt hoc. Respon. 2. loqui de ijs, quae sunt creata creationi propriè dicta, nam coeterae licet pendeant à Deo, non tamen per creationem propriam, sed per eductionem, vt supra dixi.

Ad quartam confirm. ex dictis patet, cur Deus voluerit successiuè res producere.

Dices; Dei perfecta sunt opera, Deuteron. 32. ergo non erat, cur Deus produceret Mūdum imperfectum, & perficeret Respondet Mol. opus perfectum potest dici dupliciter, primo quod successiuè perficitur per artificem eundem operis; & ita opera Dei dicuntur perfecta ex Aug. 2. super Gen. ad litterā, cap. 15. *vt ergo*, inquit, *opera Dei perfecta dicantur satis est quod nihil eorum, quae ipse, vt causa particularis efficit, imperfectum relinquat, sed ad perfectionem perducat, si non simul saltē per partes, ac progressu temporis*.

Perfecta Dei opera, quomodo dicantur.

Secundo, quod instantaneè perficitur, & haec perfectio licet sit in aliquibus operibus Diuinis, non tamen est necessarium, vt sit in omnibus, vt patet ex dictis, dum ostendimus rationes successiuae productionis rerum, nam causae naturales ab imperfecto ad perfectum tendunt.

Dices 2. aliqua opera, quae dicuntur producta sequentibus diebus, non potuerunt seiungi à rebus productis initio sine aliquo miraculo, nam lux dicitur facta primo die, firmamentum secundo; Sol, Luna, & Stellae quarto, quae ex natura sua exigunt, vt sint simul facta, nam natura vniuscuiusque exigit, vt integra fiat, et cum omnibus suis partibus.

tibus. Vnde si primo die facti sunt Cœli, factum est firmamentum cum suis Stellis, & cæteri cum suis planetis, & lux cum Sole, eū sit eius proprietas; alioqui Cœlum, sine suis partibus fuisset monstruosum.

Resp. hoc argumentum exigere explicationem omnium operum sex dierum, de quibus agemus breuiter quæstione sequenti. Notat tamen Suar. cap. 10. ad tertium eandem difficultatem esse in opinione aduersariorū, explicantium sex dies in ordine ad sex opera, quæ cognoscuntur producta illis diebus, nam vel cognoscuntur perfectè, & integrè, & in Cœlis cognoscuntur sydera, quæ sunt partes Cœli, vel imperfectè, & ita dici possunt producta imperfectè.

## QVÆSTIO QVINTA.

*De ordine, quo res fuerunt à Deo Creatæ.*

## DVBITATIO PRIMA.

### *An Angeli fuerint creati initio Mundi, an vero ante Mundi creationem.*

1 **Angeli creati initio Mundi.** Respondeo fuisse creatos initio Mundi, quia Moyses narrans historiam vniuersi, docet in principio, Deum creasse Cœlum, & Terram; ergo ante hoc principium nihil fuit à Deo creatum, quia si aliquid præfuisset, creatio Cœli, & Terrae non fuisset in principio, sed post principiū.

**Angeli significato nomine Cœli.** Confirm. quia Sancti Patres communiter volunt nomine Cœli significatos fuisse implicitè Angelos habitatores Cœli, sicut contentum sæpè denominatur nomine continentis, vt ostendit Aug. 11. de Ciuit. cap. 9. Confir. **Later.** 2. ex Conc. Lateranensi relato in c. firmiter de summa Trinitate, & fide Catholica, vbi dicitur simul Deum creasse Creaturam spiritualem, & corpoream. Quare cum Sancti **Explicātur SS. qui negant.** negāt creationem Angelorum fuisse à Moyse scriptam, intelligi debent de significatione expresa, nam tacitè, & virtualiter fuisse expressam nomine Cœli, communiter affirmant.

2 **Creationē Angelorum prætermissam à Moyse, & cur.** Contrarium docent aliqui dicentes creationem Angelorum fuisse prætermissam à Moyse, siue quia voluit tātum narrare creationem Mundi corporei, ante quem Angeli erant iam producti, siue quia, licet fuerint simul creati cum corporeis, tamen eos prætermisit, ne eorum cognitione populus ille propensus ad idolatriam, occasionem accepisset adorādi eos cultu idololatrię; siue quia ne redderet incredibilem suam historiā Populo rudi, & inhabili ad concipiendas substantias spirituales, vt notat Cirillus, siue eorum commemoratio, non erat necessaria ad finem intentum à Moyse, quia per hanc historiam intendebat ducere Populum per res, & ceremonias sensibiles ad cultum vnius Dei, & expectationem Messiæ, sed vt ostendit Mos. & Suar. lib. 1. cap. 6. nulla harum ratio est sufficiens ad ostendendum creationem illorum fuisse prætermissam, cum certum sit in eo Populo fuisse cognitionem Angelorum, vt ex Tobia, & alibi.

## DVBITATIO II.

### *An materia prima fuerit producta initio informis ante omnē creationem corporum simplicium, & mixtorum.*

Prima opin. est affirmantium, primo ex Sap. 11. *Non impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum.* 1 **Materiam fuisse initiū informam.**

Confirm. Hebr. 11. *Fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent.* at habens formam, habet etiam accidentia, atque adeò est visibil's. Tribuitur Aug. 11. de Ciuit. cap. 8. *Tu Domine fecisti Mundum, de materia informi, quam fecisti de nulla re, penè nullam rem, & explicans productionem Maris, &c.* Quae facta sunt tertio die, *dando speciem visibilem informi materiæ, quam fecisti ante omnem diē,* quam scriptura significat nomine Terræ, & abyssi, sicut Empyreum nomine Cœli, quod dici solet in scriptura Cœlum Cœli, & idem 1. de Genes. contra Manichæos cap. 5. illam vocat confusam, & informam, & Chaos à græcis appellatū, ex qua omnes speties fuerunt productæ, quæ distinctæ, & formatae sunt. Vnde idem esse ait, materiam inuisam, & informem, & cap. 7. affert rationem cur scriptura illam dicat Cœlum, & Terram, *Non quia hoc iam erat, sed quia hoc esse poterat, nam & Cœlum scribitur postea factū,* Quare sicut in semine arboris dicuntur esse folia fructus, & radices, ita in illa materia erat Cœlum, & Terra. **Aug.** **Materia informis idē, ac chaos apud antiquos.**

*Hæc enim inquit nomina omnia, siue Cœlum, & Terra, siuè Terra inuisibilis, & incomposita, & Abyssus cū tenebris, siuè aqua, super quam spiritus ferebatur, nomina sunt informis materię, vt res ignota notis vocabulis insinuaretur imperitioribus, & non vno vocabulo, sed multis, ne si vnum erat, hoc putarent esse, quod consueuerant homines in illo vocabulo intelligere.*

Hi tamen inter se diuisi sunt; nam quidam dicunt illam materiam informem esse vnius rationis, ex qua productæ sunt omnes corporales Creaturæ, siue Cœlestes, siue inferiores.

Alij vero putarunt illam materiam habuisse partes diuersæ rationis, ex cuius vna parte producta sunt inferiora, & altera verò corpora Cœlestia.

Alij vero dicunt illam materiam informē fuisse tantum, respectu rerum generabilium, & corruptibilium, ita Philast. de Hæref. c. 47.

vbi ait esse veluti materiam omnium rerum, & quasi Hyle, idest materia reperitur in scripturis, vbi appellatur terra, inanis, & vacua, tribuitur Abulensi in genes, & refert illam D.Th.1.p.q 46.art.1. ad 11. ex August.1.de gen. contra Manich.cap.5.et 7.

2 Fuisse creatam materiā informem significatā per terram, simul cum Cœlo.

Secunda op. est dicentium, Deum initio solum creasse Cœlum Empyreum, et materiā informem, significatam nomine terræ, et abyssi, ex qua deinde tam inferiora Elementa, quam Cœli fuerunt creati, ita Abulensis, et Ambr. Catharinus, tribuitur Marsilio in 2.q.8.art.2. Gabr.dist.12.q.1.et 2. Magister d.1. et 12. et Vgo Victorinus.

materiā cū forma corporeitatis dicitur informis.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam Abulensis, et Cathar. volunt, habuisse formam corporeitatis indifferentem ad omnes alias formas, quæ non displicet Lirano, et dicitur informis ob carētiam formarum quoad specificas rationes, et accidentium, quæ illas formas consequuntur.

Alij ex quātitate dicūt informem.

Alij elemēta similia.

At Marsil. et Gabr. negant omnem formā substantialem, et etiam accidentalem praeter quantitatem, sed Magister, et Vgo dicūt illam continuisse commixtionem quatuor elementorum similem Chao Poetarum, in qua elementa continerentur, vt terra, et aqua in luto diuisa in partes, ita minutas, vt discerni nequiuerint, et appellarunt informē, quia non dum apertam formarum pulchritudinē habebat, sed illam delitescentem ratione confusionis.

3 Fuisse creatam sub forma specifica elemētorum, & Cœlorum. Initio Empyreūterra, & aqua.

Tertia op. est dicentium; materiam primam non fuisse creatam sine omni forma specifica, sed sub aliqua forma elementari, vel Cœlesti, ita communis opinio Scholasticorū.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam quidam existimant initio fuisse creatum Cœlum Empyrcum, Terram, et Aquam, quia horum tantum meminit scriptura fuisse creata in initio, nam cœtera fuerunt producta materialiter ex Terra, et Aqua, quæ implebat totum spacium, quod est inter Terram, et Cœlum Empyreum, ex qua creatus est aer, ignis, et Cœli ætherei. ita Molina disp. 1. & 2.

Alij Cœlos omnes, & quatuor elementa.

Alij vero dicunt primo die fuisse creatos omnes Cœlos, et quatuor elementa, et deinde cœtera mixta, ita Suar.lib.1.cap.3.4.8. et 9. Sed de diuersitate harum opinionum dicetur infra, nunc solum varia fundamenta opinionis negantis productionem materiæ in formis afferuntur, nam D.Th.1.p.quæst.66. art.1. probant ex eo, quod putet esse impossibile materiam primam posse sine omni forma substantiali existere, atquè adeò implicat sic produci, sed hoc fundamentum esse falsū patet ex dictis in phys.tom.1.Tr.5.q.4.dub. 5. et 6. nam licet actualitatem specificam, completam, siue prædicamentalem habeat à forma, tamen actualitatem sibi propriam, et essentialem non habet a forma, sed effectiuè à Deo, et formaliter à sua ipsius essentiā, cui additur existentia, dum producitur, vt colligitur, ex Aug. cap. 18. de vera Relig. vbi ait, *etiam si ex aliqua informi materia factus sit Mundus, hæc ipsa facta est omnino de nihilo, nam, & quod nondum formatum est, tamen aliquo modo, vt formari possit, inchoatum est, Dei beneficio aliquid formabile est, bonum est enim esse formatum, nonnullum ergo bonum est, & capacitas formæ, & ideo bonorum omnium Author, qui præstat formam, ipse facit etiam posse formari.*

Affertur argumentum D.Th negātis informitatem sub stantialem.

Reijcitur.

Vnde infra docet *omne formatum, in quantum formatum est, & omne formabile, ib quantum formari potest, ex Deo habet.* Quare patet materiam habere in se aliquam actualitatem, per quam est capax formæ, quod significat Aug.12.confes.cap.5. et 6. probans id esse necessarium, vt possit capere formas istas visibiles.

Confirm. ex Aug. 1. de Gen. ad litteram cap.15. vbi docet materiam fuisset prius natura creatam, quam formas. ergo etiam potuisset creari prius tēpore ratione suæ actualitatis, secundum quam præcedit formas.

Secundo probant alij, nam opera miraculosa, et monstruosa non sunt concedenda, nisi rōne cogente, vel authoritate; at materiā existere sine vlla forma est aliquid mōstruosum in natura; tum ratione propriæ naturæ, quæ naturaliter exigit actualem coniunctionem cum forma, siue determinata, vt materia Cœlorum, siue vagē, vt materia inferiorum, vt ostendi tom 2.phys.loc.cit. dubit.4. tum ratione naturæ vniuersalis, quæ magis abhorret vacuitatem materiæ, quam vacuum locale, vt patet ex eo, quod omnis corruptio coniuncta est cum generatione, & quando in materia non sunt dispositiones, aptæ ad generationem alterius formæ substantialis, semper conseruatur forma in materia, etiam cū dispositionibus maximē innaturalibus, & contrarijs, sicut ne detur vacuum locate videmus moueri corpora contra propriam naturam, quæ ratio mihi placet, sed vt rectē notat Marsil.loc.cit. hæc non conuincit, quin Deus potuerit efficere materiam informem. 4 2. ducitur ex innaturalitate materiæ informis.

Tertio alij probant ex Later. in c. firmiter de suā Trinit. ibi *Deus simul ab initio temporis vtrāque condidit creaturam spiritualē, scilicet & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam*, sed solui potest, dicendo materiam esse Creaturā corporalem, & mundanam, sed contra, quia sicut Angelica, & spiritualis Creaturam, tunc producta est cōpleta, & perfecta, ita etiam corporalis, at materia licet sit Creatura, non tamen completa sine forma. Tertio ex cum alio Lateran.

## ARTICVLVS TERTIVS.
### *Opinio Auctoris.*

PRima concl. materia prima secundum se producta fuit per veram creationem; patet quia est de fide illam fuisse productam à Deo, non enim fuit Deo coæterna, vt aliqui antiqui falsò opinati sunt, vt supra nos probauimus. & fusè ostendit Tertullianus libro contra Hermogenem fere per totum, Amb. lib.1.Hexameron.cap.1. & 5.Basil. homil.1. Hexa- 5 Materia fuit vere creata Tertul. Ambr. Basil.

Anast. Aug. Hexameron, Anast. lib. 1. Hexameron. Aug. lib. 1. ad Gen. ad litteram cap. 14. & de vera relig. cap. 18. D. Th. 1. p. q. 45. art. 2. Suarez disp. 13. metaphys. sect. 5. num. 15. & disput. 20. sect. 1. anum. 17. sed non est producibilis, nisi per creationem; quia cum sit primum subiectum, & carens potentia informatiua, alterius non potest deduci ex alia materia. ergo fuit producta ex nihilo, id est nullo subiecto.

Confirm. quia in symbolo dicitur, Deus creator omnium visibilium, & inuisibilium, ergo etiam materiae, & licet sub his verbis non solum intelligantur ea quæ sunt producta per veram creationem, sed omnia, quæ sunt producta à Deo, siue propriè creata, siue impropriè, vt producta per eductionē, quia omnia hæc habent veram, & propriam dependentiam à Deo; tamen cum materia reperiatur in omnibus Creaturis corporalibus, tanquam fundamentum ipsarum, reponi debet inter ea, quæ sunt producta per veram creationem.

6 Dices; creatio propriè est rerum subsistētium, at materia non subsistit, quia est pars suppositi, atque adeo existens in alio, quod autem existit in alio non subsistit. Respon. ex hoc argumento probaretur, animam rationalem, non posse esse terminum creationis, quia est essentialiter pars, atque adeo non subsistens, at hoc constat ex communi esse falsum, ergo similiter dicendum de materia de qua fuse dixi t. t. phys. Tr. 5. quæst. 5. art. 3. & 4. vbi ex Diu. Th. ostendi, quod licet pars composita non sit persona, vel suppositum, esse tamen subsistentem, quia non est in toto per inhærentium, sed per compositionem, hoc autem non destruet rationem subsistentiæ, vt neque destruit rationem subsistentiæ, idque colligitur ex Aristotele in prædicam. cap. 2. explicans naturam accidentis, *in subiecto*, inquit, *esse dico, quod cum in aliquo sit, non sicut quædam pars*. Hinc distinguunt cōtra Vasq. subsistentiam, aliam partialem, aliā totalem, vt ibi ostendi; & vtramque sufficere ad terminum creationis, nam sicut in generatione datur terminus totalis, & partialis, ita in creatione.

Pars licet non sit suppositum tamen est subsistens.

Arist.

7 Secunda conclus. probabile est materiam fuisse productam cum aliqua forma patet ex dictis in 3. opinione. Confirm. quia scriptura docet, fuisse creatum Cœlum, & Terram, at hæc non dicunt materiam nudam, sed cum forma cœlesti, & Terræ. Neque dicas, materiam informem sic denominari, quia est in potentia ad illam, tum quia verba scripturæ præsertim Historica sunt propriè accipiēda, nisi aliud ratio, vel auctoritas suadeat, vt supra dixi, ex Aug. regula interpetrādi scripturas quomodo Aug. 2. de Gen. ad litt. cap. 1. illud ps. 135. *Fundauit Terram super aquas* putat esse intelligendum de terra metaphorice 1. *de fide simplici paruulorū, nō fabulosis opinionibus incertis, & fallacibus, sed Euangelica, & prophetica prædicatione firmissima quæ per Baptismum solidatur*, nam si secundum proprium sensum verborum intelligeretur fides nostra, & scriptura Sacra irrisioni philosophorum expoeretur. At terra propriè non significat, materiam in potentia terræ, sed formatam, tum quia eadem ratione dici posset in principio Deum creasse animalia, plantas, & cœtera omnia, quæ continebantur in potentia materiæ, at patet id esse falsum, quia in sequentibus diebus narrantur alia fuisse producta, quod si dicantur, hæc fuisse producta secundum actualitatem formarum, ergo etiam terra, & Cœlum dicentur producta secundum actualitatem formarum, tum quia si eo die terra nō fuit producta secundum actualitatem formarum, numque deinde fuisset producta, quia nihil de ipsius productione dicitur in sequentibus diebus.

Fuit producta cum aliqua forma.

Regula interpetrādi scripturam.

Confirm. 2. quia Deus in prima creatione res produxit iuxta exigentiam naturæ cuiusque, nisi vtilitas vniuersi aliud exigebat, sed natura materiæ exigit, vt non existat sine forma aliqua, ergo non est producta sine aliqua forma. Maior patet, tum ex dictis Aug. & aliorū Patrum, tum quia natura semper intendit opus perfectum, & si quando à perfectione in operando recedit est ex aliquo impedimento ex parte materiæ, vel alterius causæ, quale impedimentum non potuit esse in prima creatione, quia ibi non fuit necessaria materiæ præexistentiæ, nec omnipotentia Dei ab alia causa impediri poterat, & licet natura procedat ab imperfecto ad perfectū, tamen in hoc processu imperfectio non est nuditas materiæ, cum hanc natura abhorreat imò neque est ab imperfectione eorum, quæ debentur rei in primo instanti, nisi impediatur extrinsece. 8

8 Singula producta iuxta exigentiam ipsorum.

Minor probatur, nam si materia posset naturaliter existere sine forma, aliquando id contingeret, at constat neque in Cœlis, quorum materiæ sunt, ex communi addictæ vni formę, neque in inferioribus materia fuit spoliata omni forma, vt colligitur, tum quia natura non intendit per se primo corruptionē, tum quia materia non reperitur sine accidentibus, at hæc debētur ratione alicuius formę.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primū materiam dici inuisam, primo quia materiam secundum se non est cognoscibilis, nisi per analogiam ad formam, & ideo etiam si habeat formam dici potest secundum se inuisibilis, & inuisa, quæ expositio si Patrum consensus accederet mihi maxime placeret, sed non legi aliquem, qui materiā initio pductionis, ab illā causam appellet inuisibilem. 9

9 Cur dicatur inuisa.

Resp. 2. alij materiam etiam si fuerit formatæ, forma terræ, & aquæ, dici inuisibilem quia creatā tenebris, & quia terra erat operta aquis, nam terra, & aqua, & secundum aliquos, elementa omnia producta in illo die dicuntur materia orbis, quia omnia mixta

fuerunt producta ex illis, & licet vtatur scriptura verbo creationis, tamē ibi sumitur impropriè pro productione ex materia, vt patet ex ipsis verbis, quia creatio propriè non est ex materia.

Cur dicatur informis.

At instant, nam quod dicitur in versionem vna *inuisa*, dicitur in alia, informi, vt notat Aug. cap. 2. de fide, & symbolo, ergo inuisibilitas, vel est informitas, vel oritur ex informitate.

Resp. non intelligi de informitate substantiali, sed accidentali, quia carebat ornatu, & pulchritudine, tum lucis, tum mixtorum, & idcò etiam terram fuisse inanem, & vacuam; quia carebat non solum animalibus, sed etiā vegetabilibus, & alijs mixtis, ex quibus prouenit terræ maximum ornamentum.

Dices, terra ex qua est conditus orbis non solum dicitur inuisibilis, & informis, sed etiam incomposita; At materia habens formam, est composita, non quidem ex his, sed cum his.

Cur inanis & vacua, et inuisibilis, & incomposita.

Respond. quod in nostra versione dicitur inanis, & vacua, septuaginta legunt, inuisibilis, & incomposita; Vnde eodem modo explicanda sunt hæc verba, ac superiora, cum igitur terra fuerit producta propter habitationem animalium, dum primo die erat cooperta aquis, nec poterat esse apta ad habitationem animalium; Vnde dicitur inanis, quia nondum habebat suum finem; & quia dum erat cooperta aquis, nullam habebat compositionem accidentalem, quæ oritur ex diuersis speciebus mixtorum, & varietate collium, montium, & vallium, ideo dicitur incomposita: deinde vero, dum aquæ congregatæ sunt in vnum locum, superficies terræ discooperta fuit, & in montes, & colles, & similia accommodata, & composita ad generationem mixtorum, animalium, & eorum conseruationem. Ex quo patet malè explicari hanc incompositionem terræ, per mixtionem partium integrātium secundum minutissimas partes, quæ discerni non poterant, vt dicitur de aqua, & terra in luto, quia huiusmodi chaos nullum habet fundamentum in scriptura.

Inconpositio terrę nō Lnne explicatur per mixtionem per secundū integrātium.

Dices 2. Gregor. 32. moraliū c. 9. vel 10. *rerum substantia simul creata est, sed simul species formata non est.*

Respond. 1. intelligi de formatione accidentali, orta ex ornamento lucis, & cæterarum specierum.

Explicatur Greg.

Respond. 2. posse intelligi de simultate naturæ, eo quod, licet materia nō fuerit creata in instanti temporis sine forma, tamen prius natura fuit creata materia, quam formata, quomodo August. lib. 12. confess. à cap. 17. & sequentibus referens varios modos explicandi principium Genesis, eandem cap. 29. explicatis varijs modis prioritatis ait; *Deum fecisse mundum ex materia informi, non quidem prius tempore, sed prius natura, quo pacto, inquit, dicere possumus cantum fieri ex sono, non quidem quasi sonus, ex quo fit cantus, tempore cantum antecedat, sed quia prius natura est esse sonum, quam de articulationem, & numeros cantus in se habeat.* Vnde August. putat orbem esse factam ex materia prima prius natura informi.

Aug.

Ad primum confirm. Respond. Molin. ibi non loqui de creatione ex nihilo, sed de digestione, & coordinatione, ac compositione sęculorum ex materia terræ, & aquæ, quam à principio Deus vna cum Cœlo Empyreo condiderat, vt patet ex verbo *aptare*, quod non est producere, sed accommodare, et ornare, dicit autem terram, et aquas fuisse inuisibiles, quia tenebræ erant super faciem terræ, et abissum aquarum, ex quibus inuisibilibus visibilia facta sunt per Creationem lucis, et aliorum mixtorum.

Explicatur locus Diui Pauli ad Hebr. 11.

Respond. 2. Suar. lib. 2. c. 8. num. 21. nomine sæculorum intelligi res omnes temporales, quæ tunc aptatæ sunt, cum esse cæperunt, quibus Deus suo verbo sine necessitate materiæ præiacentis dedit esse, vt ex inuisibilibus, idest ex esse inuisibili, quod in Idæis diuinis habebant visibilia fierent, idest in proprio esse producerentur, ita D. Thom. Riccard. & alij vbi sy, ex, non dicit habitudinem causæ materialis, sed efficientis, vel exemplaris, vel termini à quo, idest ex non existentibus, nec apparentibus existentia in se ipsis, ac proinde visibilia fierent.

Ex quibus patet ad Authoritatem Aug. qui, vt rectè notat Mol. disp. 4. in hac re fuit aliquantulum varius ob loci difficultatem, vt patet tum ex multitudine librorum, quos de hac re scripsit, tum ex lib. 1. retractationum cap. 10. & 18. vbi profitetur se parum profecisse in expositione huius loci; tum quia tandē docet, nomine terræ intelligi quidem materiam primam sed non informem prius tempore, sed natura, quam fuerit formata.

Explicatur Aug.

## DVBITATIO TERTIA

### *An Cœlum Empyreum fuerit initio creatum.*

Resp. affirmatiuè, quia ex communi sensu Ecclesiæ datur hoc Cœlum, vt domicilium Beatorum, sic dictum, non quod sit naturæ igneæ, sed quia participat splendorem, vt ignis, nam sicut locus damnatis fuit paratus, ita decens erat vt Beatis pararetur, vt fusè probat Suar. de operibus, & l. 1. c. 4. n. 2. contra Caiet. & non, ϙ sit æternum neq; ab intrinseco, vt contra Eugu. ostendunt Perer. Catherin. & Molina disp. 3. & Suar. l. 1. cap. 1. num. 4. Neque ab extrinseco, vt ostendit Molina tum 1. par. quæst. 10. artic. 3. ex Gen. 1. Eccl. & concil. later. in cap. firmiter de Summa Trinitate, & fide, & Prou. 18. sap. diuina de seipsa ait. *Dominus possedit me initio viarum suarum antequam quid quam faceret* tum D. Th. 1. p. q. 44. art. 1. & quæst. 61. art. 3.

1 Cœlū Empyreum initio creatū.

Con-

Elem. Cæli creati vt impediretur visio Empyrei:

Confirm. ex ijs, quæ clemens lib.3.recogn. refert de quęsito Simonis Magi à D. Petro de visibili Cœlo resoluendo, cur fuerit factum initio *Resp. vt esset interiectio quadam & diuisio ne quis fortè indignus habitatione, Cœlestium, sedem Dei ipsius videret, quæ his solis, quæ mundo sunt corde præparatur, nunc autem c. Agonis tempore, inuisibilia esse placuit ea, quæ vicentibus ad praemium destruita sunt*, & dum quęreret Simon cur bonus Deus mundum bonum dissoluetur, Resp. Petrus, quia mundus nõ est factus ꝓpter se ipsum, sed propter aliud: quare necessario dissoluendum, vt id, pro quo factum est, appareat, vt testa ouorum, etiamsi diligenter formata videatur, necessè tamen est, frangi, vt inde pullus appareat.

2 Cur bonus Deus bonũ Mundum dissoluet.

Dices; D. Petrus apud Clem.l. 1.& 3.recogn. in fine, ait Cœlum, sub quo continetur firmamentum, esse perpetuum, & æternum cum his, quæ habitant ibi, *hoc autem visibile in consumatione seculi resoluendum esse, & transire, vt illud Cœlum, quod est antiquius, & excelsius, post iudicium Sanctis, & dignis appareat*.

Explicatur D. Petrus.

Resp. Mol. disp.3. intelligendum esse de perpetuitate, & æternitate à parte post, sicut visibile, quod dissoluendum est igne supernaturaliter, non erit æternum à parte post, quod etiam patet ex 2.Petr.cap. vlt. non tamen dissolutio erit per annihilationem, sed per renouationem noui Cœli perfectioris ex eadem materia, de qua re infra, & dicitur antiquius, vel quia prius natura simul Angelis est creatum, vel quia, vt refert, & sequitur Mol. fuit creatum prius duratione, quam alij Cœli, eo quod nomine Cœli, dum dicitur, in principio Deus creasse Cœlum, intelligitur de Empyreo.

## DVBITATIO QVARTA,

### *An Cœli Aetherei fuerint creati primo die.*

2 Cæli ætherei primo die creati.

Respon. affirmatiuè, Suar. lib.1. cap.3. quia licet aliqui velint, nomine Cœli ibi intelligi solum Empireum, vt Beda, Origenes, Anselm. Vgo, Victorinus, & alij, & ex Scholasticis Bonau. Salmeron, & alij apud Perrerium lib.1. in Gen. et Suarium lib. 1. cap. 4. tamen communis opinio Scholasticorum in 2. dist.12. et D.Th.1.par. quæst.66.art.1. et 2. et q.68.art.1. ad primũ docent nomine Cœli, intelligi etiam Aethereos à primo mobili, vsque ad Cœlum Lunæ, idque probant ex Basil. hom.1. Hexam. vbi nomine terræ intelligi omnia elementa, et nomine Cœli corpus supernum supra elementa, quod deinde hom.2. dicit fuisse stellis, et luce ornatum.

Basil.

Ambr.1.exam.c.6. vbi terram, tunc creatam, ait esse materiam generationis, sicut Cœlum causam efficientem, Tertullian. cap. 26. contra Hermog. Hieron. Epist.129. ad Cipr. August.2. Genes. ad litteram cap.1.2.2. et 4. Perer. 61. in Gen. in id, *in principio creauit*, vbi Eugub. Caiet.

Amb.

Tertul.

Hier. Aug. Perer.

Secundo quia ex communi omnia, quæ sunt facta per veram creationem, facta sunt in primo instanti, nam quæ facta sunt in cœteris diebus, facta sunt ex materia præexistente, vt infra sed Cœlum non est ex natura sua producibile, nisi per creationem, ergo in illo instanti productum est, in quo Deus habuit actum creationis propriè. Minor probatur, quia Cœlum est natura sua incorruptibile et inalterabile ex Dionysio capit. 4. de Diuinis nom.p.1. et nos infra tum ex fine, quia factus ad conseruationem vniuersi per influentiam, quod exigit perpetuam durationem sine vlla trasmutatione etiam partiali: tum quia in tãto tempore nullum apparuit indicium corruptionis, vt Suar.lib.1. de operibus cap. 3. num.6. fusè prosequitur, ergo est etiam ingenerabile ex materia præiacente.

2 Omnia pro ducta ꝑ veram creatio nem, fuisse facta primo die.

Confirm. quia Deus produxit res iuxta exigentiam propriæ naturæ, quia fingere miracula sine necessitate non licet; sed natura Cœli exigit produci per creationem. vt sup.

Tertio quia illud Cœlum dixit Moyses fuisse creatum, quod à Populo præsertim rudi intelligebatur, quia cum vellet Moyses instruere Populum rudem, debuit vti verbis in ea significatione, in qua Populo significatio erat nota, sed Populus nomine Cœli intelligit totam hanc machinam, quæ est supra elementa; ergo illa fuit significata nomine Cœli, & non tantum Empyreum.

Confirm. quia infra ostendetur, nomine Cœli comprehendi etiam aerem, ergo multo magis Cœlum.

3 Negat Mol. Cœlos æthereos fuisse initio productos, sed Empyreum.

At Molina putat, initio non fuisse creatos Cœlos æthereos, sed solum Empyreum, eam nomine Cœli, quod in principio fuit creatum cum terra est Cœlum Empyreum, quare secũda die dicitur creatum fuisse firmamentum, quod vocauit Cœlum, & licet in Hæbreo li.Rakiah. significet latinè extensionem, seu expansionem, quod vertitur firmamentum ob firmitatem, & soliditatem eius, tamen die quarto in illo firmamento facta sunt luminaria, quæ diuidunt diem, ac noctem. Vnde Cœlum lunæ, & solis ex scriptura factum est secundo die, & quarto die fuerunt ornata, addedo luminare maius, & minus, & licet non ita expressè loquatur de Cœlo stellato, & aliorum planetarum, tamen satis colligitur, quod die quarto facta sunt luminaria in firmamento Cœli, etiam diuidant diem, ac noctem, & sint in signia, etc. nam tam planetæ, quam sydera fixa nocte apparent, et lucẽt. Neque dicatur, nomine firmamenti, intelligi infimam regionem aeris, quæ diuidit nubes ab aquis fluuiorum, et maris, tũm quia illis sex diebus ex scriptura non fuit pluuia; ergo nec fuerunt nubes in aere, quæ sunt materia pluuiæ idque, vt magis appareret pulchritudo vniuersi; tum quia in illo firmamento fuerunt posita lumi-

luminaria, ideſt ſtellæ, ſol, et luna: quare omnes Cœli ab octaua ſphera vſquè ad Cœlum lunæ fuerunt producti ſecundo die, ergo nomine Cœli producti initio non poſſunt eſſe Cœli Aetherei, ergo fuit Cœlum Empyreum. Quæ opinio videtur magis conformis ſcripturæ, nam licet infima regio aeris vocari poſſit firmamentum, vt probat Suar. lib. 2. cap. 5. num. 1. fuiſſe factum non quoad ſubſtantiam, ſed quo ad munus, et ſtatum firmamenti diuidendo aquas inferiores à ſuperioribus eleuatis virtute diuina ad ſecundam regionem aeris, tamen non ſatisfacit argumẽto ſũpto ab operibus quartæ diei, quando Deus poſſit luminaria in firmamento, At luminaria non fuerunt poſita in infima regione aeris; Neque dici poteſt firmamentum fuiſſe appellatum, omnia corpora, quæ ſunt inter aquam, et Cœlum Empyreũ, ita vt aliquod corpus illius aggregati receperit munus diuidendi aquas ab aquis, et aliud receperit luminaria; tum quia non eſt ſolũ pars infima aeris, ſed ẽt totum elementũ ignis, quæ dicuntur firmamentum, cum nullam analogiam habeant, in qua fundetur hæc denominatio; ſed de hac re dicetur ſecunda parte noſtræ Theologiæ; interim ſufficiat hæc annotaſſe. vnde patet non obſtare, quod Molina diſput. 2. docet nomine firmamenti intelligi aggregatum ex omnibus orbibus ab octaua Sphera ad orbem Lunæ vna cum igne, & aere; & quod infima regio aeris appellatur Cœlum patet, vt pſal. 8. volucres Cœli, & Gen. 7. cateractæ Cœli, & alibi, ſed hoc ſaluat quomodo luminaria fuerint producta in firmamento, ſecundum illa corpora, quæ dicuntur Cœli ætherei, non tamen quod Cœli ætherei fuerunt producti initio tum quia aquæ, quæ ſuper Cœlos ſunt inuitantur ad laudandum Deum, at aquae nubium non ſunt ſupra multos Cœlos, ſed ſolum ſupra infimam Regionem, tum quia multi ex SS. Patribus volunt, aquas, de quibus loquitur ſcriptura, eſſe ſupra Cœlos æthereos, ſed hęc exactius examinare non pertinet ad phyloſophum naturalem, ſed infra dicendum, quid ſentiendum ſit.

Opin. Mol. videtur magis conformis ſcripturæ.

Soluitur argumentum Molinæ.

## DVBITATIO V.

### *An omnia Elementa fuerint creata initio, cum Cælo Empyreo.*

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

1 PRimo not. in principio tria narrantur fuiſſe primo Cœlum, ſcilicet Empyreum, vt communiter concedunt. Secundo Terram, vt probat Molina, & Suar. lib. 1. cap. 8. num. 25 ex proprietate vocis, nam in c. 1. & 2. nomen terræ propriè vſurpatur. Tertio aquam cum dicitur. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, quas aliqui volunt ſignificari nomine abyſſi, *ſuper cuius faciem erant tenebræ*, vt notat Molina, & Suar. loc. cit. num. 16. quia abyſſus dicitur aqua vergens in immenſam profunditatem, quare difficultas manet de igne, & aqua, aere.

Secundo Not. cum in potentia materię primæ, non magis contineatur terra, quam cætera elementa, conſtat in creatione materiæ fuiſse omnia elementa producta virtualiter, vt in potentia ſubiectiua, quare difficultas eſt de productione elementorum ſecundum propriam, & diſtinctam actualitatem formarum.

Tertio Not. aquã illam non fuiſse aliquid corporis terræ per modũ vaporis, & nebulæ, ſed verum elementum aquæ ſub propria forma, nam illud ſignificat proprie nomen aquæ, at illud vel erat diuerſum ſubſtantialiter ab aqua, & non poteſt propriè ſic appellari, vel accidentaliter, vt vapor, & neque quia propriæ creationi rerum non conuenit productio cum admixtione extraneæ naturæ cum hæc ſupponat ſimplicia, nèque eſt ratio, cur aqua dicatur fuiſse in diſpoſitione innaturali, & non potius naturali; immo etiã cũ habuerit in prima ſui productione locum ſibi naturalem ſupra terram, vt colligitur ex ariditate terræ, quæ apparuit poſt congregationem aquarum in vnum locum, dici debet habuiſse etiam naturales, qualitates,

2 Aqua, cuius mentio fit initio Gen. non fuit corpus tenue, vt nebula,

#### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio eſt dicentium ſimul cum terra, & aqua, & Cœlo empyreo creata fuiſse omnia elementa. Probat Aleſ. par. 2. queſt. 45. memb. 3. quia, licet ſcriptura non meminerit omnium, tamen ſub extremis continentur media. Vnde cum narret ſcriptura fuiſse crearam terram, & aquam, vt fundamentum ædificij, ac Cœlum, vt tectum, ſub his intelliguntur creata omnia elementa, quæ replent totum illud ſpatium inter aquam, & Cœlum, alioqui fuiſset ibi vacuum contra leges naturæ. Aquæ vero mentionem fecit, quia nobis propinquior, & manifeſtior. Confirm. primo quia omnia elementa ſimul cum corporibus cœleſtibus ſunt ęquè primæ partes vniuerſi cum habeant ex propria virtute ſitum determinatum in vniuerſo, vt patet; quia cum alia corpora vniuerſi omnia ſint mixta, habent locum ratione elementi prædominantis. ergo omnia ſunt ęquè primò producta: quia cum æquè primò compleant vniuerſum, conueniens fuit ęquè primo produci. Confirm. ſecundo quia non eſt ratio, cur totum ſpatium à terra ad cœlum fuerit plenum aqua, quæ ſtatim deſtruenda erat, vt produceretur aer, & ignis; quorſum enim tantam magnitudinem aquæ productæ mox conuertendam in aerem, & ignem; fruſtra enim fit per plura, quod æque bene fieri poteſt per pauciora media, cum igitur non ſit de ratione elementorum, vt vnum ſupponat aliud, ex quo fiat, non fuit conueniens occu-

pare

3 Elementa oĩa initio creata.

Mentio extremorum explicat media.

Omnia elementa pręcipuæ partes vniuerſi

pare tantam partem mundi per formam ex aquæ productam, vt inde deinde produceret aerem, & ignem. Vnde soluitur ratio, cur initio cum elementis non produxerit mixta; quia scilicet de ratione mixtorum est, vt supponant elementa. Hinc sequitur aquam occupasse spatium existēs inter terrā, & concauam superficiem aeris.

Aer dictus fuit spiritus

Confirm. tertio quia licet scriptura non expresserit nomen aeris: tamen illud elementum initio fuisse, satis significat illis verbis, *& spiritus Domini ferebatur super aquas,* quæ iuxta litteram, vt ostendit Suar. l. 1. c. 7. num. 8. ex Tertull. Theodor. Diodor. & Gen. intelligi de aére, nec Basil. & August. reijcit, & Athanasius alijs præfert; sicut etiam Procopius, Abul. Oleast. Perer. Vasq. 1. part. d. 108. c. 2. Neque est nouum, aërem in scriptura dici Spiritum, vt Isai. 40. *Exiccatum est fænum, quia spiritus Domini sufflauit in eo.* & cap. 59. *quem spiritus Domini cogit*; & psal. 147. *Flauit spiritus eius, & fluent aquæ.* vbi significatur aer, vel ventus, qui ob magnitudinem sui dicitur *Domini*, vt dicitur mons Dei, vel quia à Deo factus, neque ly *ferebatur* significat motum actualem, sed aptitudinem aëris, vt Suar. num. 10. & seq. ignem vero Valles. dicit significatum fuisse nomine lucis, eo quod ignis sit lucidus.

3 Aer significatus nomine Cœli, ex D. Th.

Confirmatur 4. quia dum dicitur, Deus creauit Cœlum, nomine Cœli significat etiam aërem ex D. Tho. 1. par. q. 66. artic. 1. Strabo in glosa ordinaria Basil. Theodoret. & alij: nam in communi vsu dicitur Cœlum aëreum, & in scriptura sæpius volucres Cœli, & fauet, vox hebræa. nam *samaim*, quæ Cœlos, vertitur, significat totam hanc congeriem corporum diaphanorum, quæ est supra nos: vnde comprehendit ignem, & aërem.

Confirmatur 5. tum ex Patribus, qui dicunt Deum produxisse cuncta visibilia, cum antea non essent, vt Basil. Theodor. & alij in tract. Genes. Damasc. 2. fid. cap. 5. *partim* inquit *Haudquaquam ex præiacente materia vt cælum. & terram, aerem, ignem, aquam: partim ab his ab eo præcreatis elementis, vt animata &c.* Chrysost. homil. 5. in Genes. illis verbis. *Deus creauit Cælum, & terram,* summatim vniuersum mundi opificium comprehendisse, nec displicet August. 15. de ciuit. c. 33. & 2. de Genes. contra Manich. cap. 3. tum ex communi scholasticorum apud Suarium, quos ipse sequitur l. 5. cap. 7. nu.

Damas.

Chrys.

August.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt æquè certum esse initio, fuisse productum aerem, & ignem simul cum terra, & cœlo, quia rationes aliquæ æquè procedunt de omnibus, vt fundamentum primum secunda, & quinta confirm. vnde Alens. ait nomine cœli significari ignem, quia datur cœlum igneum, aqueum, & æthereum.

Alij vero non esse æquè certum, vt Suar. l. 1. cap. 7. quia non est ita certum dari elementum purum ignis in propria sphæra; sicut est certum dari aerem, atque adeo productionem ignis non esse æquè certam ac aeris, cum aliqui velint supremam regionem aeris attingere vsque ad concauum lunæ, & hanc partem probant tertia, & quarta confirm. sumpta ex scriptura, quæ mentionem aliquam facit aeris, & nullam ignis, nec proprio nomine, nec alieno.

5 Negant aliqui initio creatū aerē, & ignē, sed totū spatiū repletum aqua.

Secunda opinio est dicentium, initio non fuisse creatum elementum aeris, & ignis, sed totum spatium inter terram, & empyreum fuisse repletum elemento aquæ, ex quo cætera elementa, & cœli ætherei fuerunt producta.

Opus creationis exspectatur voluntate creantis, nō ex naturis rerū.

Fundamentū est, quia opus creationis non spectatur ex naturis rerum, sed ex voluntate facientis, at hæc nobis non innotescit, nisi ex reuelatione, quæ habetur in historia Genesis. At ibi non fit mentio aeris, & ignis, quod fuerint creata simul cum terra, & empyreo. Ergo sine ratione asseritur ex proprio marte, quia nō esset historica narratio, sed hominis fictio ita Molin. disp. 2. Salianus in appar. cap. 11. num. 7. & citat Chrys. Theod. in ps. 103. Aug. in ps. 41. & contra faustum Manich. cap. 11. Teophilus Iunilius Procop. in Gen. Isid. 13. ethim. cap. 10. Damasc. 2. de fid. cap. 9. Ruper. l. 1. in Gen. cap. 7. Gugl. Paris. par. 1. de vniuers. cap. 34. ex quibus patet aerem, & ignem ex aqua fuisse producta. Vnde.

Molina ex Chrys The. Aug Theophilo. Procop Isidor. Damas Ruper. Gugl. Paris.

6 Res ad fundamentum aduers.

Ad fundamenta aduersariorum. Ad primum respondeo sub extremis non contineri media, nisi necessaria, at in prima creatione omnia elementa non fuerunt media necessaria; quia Deus erat liber in replendo spatium per hoc vel illud corpus elementare.

Ad 1. conf.

Ad primam confirm. Resp etiamsi omnia elementa sint æquè primò de integritate vniuersi; non tamen esse necessarium, vt Deus æquè primo illa produxerit ob suam libertatem. Quare licet hæc ratio probabiliter ostenderet elementa æquè primo fuisse producta; si nullam de illorum productione haberemus historiam, sed quia ex sacra historia constat rerum productio, & ordo in producendo; ideo illi potius standum, quam rationi conuenientiæ ductæ ex humana mente.

Ad 2. conf.

Ae secundam Respond. nullum esse absurdum, fuisse totum spatium illud repletum aqua; quia ex illa erant producenda omnia corpora intermedia pro pulchritudine, & conuenienti statu vniuersi. Dices, cur à principio non produxerit omnia sine tot mutationibus. Resp. primo quis consiliarius eius fuit, vt omnes rationes cognoscat, ob quas Deus sua opera efficiat. Vnde satis nobis est, quod ex sacra historia constet Deum id fecisse etiamsi nesciamus illius rationem reddere. Resp. secundo, id factum fuisse, vt inde magis cognosceretur eius libertas in operando; quia si omnia illa corpora simul produxisset, nō defuisset, qui existimasset Deum necessariò omnia produxisse, tanquam corpora necessaria ad integritatem Vniuersi.

Ad 3. conf.

Ad tertiam quid ibi nomen *Spiritus* significet, non constat apud S. S. Patres nam

licet

licet Suarius l. 1. cap. 7. putet significari ventum seu aerem: tamen alij putant intelligi Spiritum Sanctum, qui ferebatur seu, vt alij vertunt, incumbebat super aquas, seu fouebat aquas, nam cum Deus plurima esset ex aqua producturus, sua potentia dicitur super aquas ferri, producendo ex hac parte vnum opus, ex alia aliud, & sic consequenter, & sicut gallina fouens oua excludit pullos, ita Deus sua potentia fouens, & incumbens aquas, excludebat inde varia opera. Ita D. Thom. 1. par. quæst. 66. art. 1. ad vlt. Val. quæst. 2. pat. 1. Mol. disp. 6. Cornel. hic Sallan. in apparatu, qui testatur esse communissimam, pro qua Martinengus refert sex & triginta Patres. Hinc patet.

Ad 4. conf. Ad quartam multò minus fuisse eius productionem explicatam nomine cœli; quia licet aer aliquando vocetur cœlum: tamen non semper cœlum significat aerem; immò ibi neque significat productionem cœlorum, sed Empyrei ex communi Patrum, vt diximus, quare etiamsi verbum hæbreum significet totam congeriem corporum trāsparentium: vnde ibi non sumitur adæquatè pro toto suo significato.

7
Ad 5. conf. Ad Quintam Resp. posse dictum illorum Patrum explicari, quod loquantur de productione rerum absolutè; quia omnia illa fuerunt producta, & cum illa distinguunt à rebus productis ex cœlo, & elementis, intelligunt de mixtis, ad quæ omnia elementa materialiter concurrunt. Hæc igitur dicuntur à Doctoribus, sed quæ opinio mihi magis placeat, alibi dicendum, non enim est huius loci quæstionem hanc examinare, sed satis est historicè retulisse opiniones.

## DVBITATIO VI.
### *De mixtorum productione.*

1
Mixta producta ex elementis. 1. plantæ.

PRimo constat mixta fuisse producta ex elementis vel omnibus vel aliquo quia sic narrat scriptura, secundo inter mixta primò plantas fuisse tertio die productas ex terra, non quidem effectiuè, sed materialiter quia terra sine semine non est effectiua plantarum, nec est verisimile Deum eleuasse illam ad actiuum concursum, contra Caiet. qui docet finem earum fuisse, vt animalibus cibus pararetur ex August. l. 5. de Genes. ad litt. cap 4 & 5. & l. 8. cap. 1. at Augustinus (Aug.) dicit illas non fuisse productas tertio die, sed tunc terram accepisse à Deo virtutem seminalem illas producendi: at vero actualem productionem fuisse temporibus sequentibus, sed non placet Molinæ, & Suario l. 2. cap. 7. tum quia quod prima productio specierum pertineat ad auctorem naturæ, vt quæst. 2. art. 3. ostendit tum quia subdit, *protulit terram herba virentem, & lignum faciens fructum*. Tertiò Plantas fuisse productas in statu perfecto magnitudinis exigitæ à natura, vt potuerint producere fructus, & germina ad conseruationem. Vniuersi quia

2
In quo statu plantæ productæ.

Dei perfecta sunt opera, vnde etiam probatur non fuisse productas per causas naturales, quia non nisi longo post tempore ad debitam magnitudinem peruenissent, vt patet ex piris, & alijs arboribus, & idem dicendum de animalium productione facta sequentibus diebus. Probabile est etiam, eo die fuisse productas spinas, tribulos, & c. Ita Diu. Thom. quæst. 69. art. 2 ad 2. & August. 3. de Genes. ad litt. cap 18. Molin. disp. 13. & ratio quia vel spinæ sunt necessariæ ad fructus vel vtiles, vt ad rosariū, & similia, & cum cōstet, rosas futuras fuisse in Paradiso, etiam in statu innocentiæ, dicendum est fuisse etiam spinas; alias fuisset illa planta in statu innaturali. Aliæ vero sunt sine hac vtilitate, & illæ etiam fuissent ad pastum omnium animalium, & alios vsus, tum ex necessitate naturæ, tum quia cum naturaliter nascantur, non erat natura spolianda hac virtute, tum quia serpentes fuerunt, & tamen magis molesti sunt hominibus. Quarto constat plantas venenosas, & similes mortiferas fuisse tertio die productas, tum ne earum perfectio deesset vniuerso, tum quia quæ vni sunt noxia, alijs prosunt: immò multæ earum cum alijs mixtæ etiam hominibus prosunt. Ita Bas. hom. 5. Hexam. Amb. l. 3. c. 9. & 11. difficultas est de spinis, & tribulis.

Non fuerit productæ p causas naturales.

Probabile est spinas, & tribulos fuisse producta ante peccatum.

Plantæ venenosæ 3. die productæ

Contrarium Bas. & Ambr. quos sequitur Damasc. 2. de fide, & Beda, & Rab. qui rosas ante peccatum spinis spoliant. quia Gen. 1. in narratione plantarum non fit earum mentio, Confirm. quia Genes. 3. in pœnam peccati maledicitur terra, vt spinas, & tribulos germinat. Resp. noxias plantas ibi comprehendi, quia sunt herba virens, faciens semen, & fructum, si non ad esum hominum, certè ad alia multa commodum, & vna quæque est perfecta iuxta exigentiam suæ naturæ. Quod si omnia illa aliquibus non quadrant; certe sub præcipuis plantis aliæ minus præcipuæ intelliguntur ex Bas. Ad confirmationem, Resp. id dici ad differentiam Paradisi terrestris, qui erat ex amenitate, & fœcunditate ac pulchritudine, & carentia omnium huiusmodi spinarum Iucundissimus, & loco illius positus fuit in terra molestissima, nā inde ex pulsus est in pœnam peccati, in terram ex natura sua, comparatione Paradisi sterilem, & plenam spinis, & tribulis 1. vt loco fructuum, quos tuo labore sperabas, inquit Deus Adamo, *spinas, & tribulos germinabit tibi* scilicet in pœnam peccati, vt alias Deus conqueritur de vinea infructifera sine vlla culpa, sua, a qua expectauit, vt faceret vuas, fecit autem labruscas. Vnde in hac terra fuissent spinæ, & tribuli, etiamsi non fuisset peccatum. Quod si aliquæ herbæ sunt, quæ non oriuntur ex semine, sed ex dispositione qualitatum materiæ putrescentis, non fuerunt productæ à Deo immediatè, sed fuissent in mundo, etiam si non peccasset homo; quia ex Augustino 7. de Ciuit. cap 3. *Deus ita ad ministrat omnia, quæ creauit, vt etiam ipse proprios exercere, & agere motus sinat*, vt notat

5
Spinæ & tribulus nō fuissent ante peccatum.

Dicitur terra in pœnā peccati germinare spinas, nō simpliciter, sed homini laboranti loco productum.

Fuisset etiā herbæ, quæ oriuntur ex patri.

tat

Paradisus 3. die plãtatus

rat Suar. loc. cit. num. 11. Hinc patet Paradisum fuisse hoc die plantatum, quia constat ex cap. 2. fuisse plantatum ante sextum diem: at nullus dies magis conuenit illius productioni, quam tertius, quia hoc die omnes alias terræ partes disposuit, vt recté Suar. cap. 7. num. 13.

4 Producta aquatilia ex materialiter concurrente. imperfectiora volatilibus, vt hæc terrestribus.

Sexto ex Molina, & Suar. l. 2. cap. 10. producit aquatilia ex aqua: quia voluit Deus imitari naturam, quæ ab imperfectionibus ad perfectiora procedit, at inter animalia pisces sunt imperfectiores: nam sicut volatilia sunt perfectiora illis, quia, & plura organa, & magis distincta habent; ita terrestria sunt perfectiora cæteris omnibus, tum quia inter illa est homo, tum quia habent, & plura, & magis distincta organa, tum quia vim habent immediaté ex se generandi sibi simile, non sit pisces, & volatilia, quæ immediaté producunt oua. Hæc autem quarta die non fuerunt producta in potentia, vt putauit Augustinus, sed actu: nec aqua ad illa effectiué concurrit, vt putauit Caietanus, sed materialiter, vt dictum est supra de productione plantarum ex terra, quia eadem est ratio.

Eodem die producta volatilia.

Septimo. Eodem die produxit volatilia, tum quia elementum aquæ est simile aeri ob humiditatem, & perspicuitatem, sicut eo die impleuit mare piscibus, ac aërem auibus auibus, tum secundo, quia multa sunt volatilia, quæ in aquis viuunt, vnde in multis sunt similes vt Perer, & Torrello ... fusé. Tum 3. quia producta sunt ea eodem elemento, scilicet aqua. sed hæc ratio non recipitur ab omnibus, nam Caiet. Catharin. Perer. & alij putant producta ex terra, quod Genes. 2. dicatur. *Formatis igitur Dominus Deus de humo terræ cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus Cœli, &c.* At Suar. l. 2 c. 10. num. 17. ex August. Eucherio, Rupert. ex D. Tho. productio fuisse ex aere, quod magis participant ex aere, & in eo naturaliter degunt. sed quia aer est trinus fluidus, & rarus fuisse illi ad mixtam materiam aqueam, & ideo scripturæ aiuntse factas ex aqua eleuata in vapores. At productas fuisse ex aquis, docet August Basil. Ambr. Rupert. Ocham. & alij cum Damasc. 2. de fid. cap. 9. Hier. Epist. ad Diaconum, & Schola. dist. 15. primo ex sensu Ecclesiæ in Hymn vesp. fer. 5. ab Ambros. composito, *Magna Deus potentiæ qui ex aquis ortum genus, partim remittis gurgitie. partim leuas in aera.* Secundo, quia aer ob suam raritatem non erat adeo aptor ad generationem illorum animalium ob densitatem, & duritiam: vnde accepta fuit materia non ex terra remotiore, sed ex aqua proximiore aeri. Tertio ex Genes. 1. iuxta vulgatam, & versionem septuaginta *Producant aqua reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram*, & Caldæus, *& auem quæ volet super terram.* Vnde dum alij ex textu hebræo vertunt. *Producant aqua reptile animæ viuentis, & volatile volet super terram*, debet explicari iuxta sensum vulgatum, & aliorum, vt volatile ibi narretur tanquam productum ex aqua cum piscibus, vnde illa ratio optima est, quare verbis ex cap. 2. Gen. adductis ab aduersarijs, debet reperiri ly formatis scilicet formatis animantibus terræ .. formatis, volatilibus ad ... vnde licet ibi non exprimatur materia; tamen supponitur expressa in cap. . vide Molinam, & Suarium l. 2. cap. 8. nu. 13.

Cur volatilia dicuntur producta ex aqua. Fuisse materiã aptã aquã docent alij.

5 Animalia terrestria producta 6. die.

Octauo, producta sunt sexto die animalia terrestria iumenta, quæ sunt domestica. Bestias, quæ sunt feres, & reptilia; quod supra postus gratiatur, vt patet ex textu: ex quo patet futura fuisse animalia venenosa, etiamsi Adam non peccasset. Sed hominibus in statu innocentiæ non nouisseat, ex August. 3. de gen. ad litt. 11. Dices an ea, quæ ex alijs causis naturalibus produci possunt, fuerint producta immediate à Deo initio. Respondeo hæc omnia reuocari posse ad tria genera, primo quædam oriuntur ex superfluitatibus. Salitu, ex salitionibus, & corruptione aliorum animalium, vt potiale, cimices, tinea, vermes, &c. & hæc negant Aug. & alij fuisse producta, & recipit Molina: alia; qua ex comixtione elementorum per causas naturales generantur, vt muscæ, culices, lacerti &c. & probabile est fuisse initio producta ex Aug. 3. de Gen. ad litt. cap. 9. sed dubitat Molina, quod non fuerunt reseruata in Arca, licet oppositum non improbet, quod multa fuerint immediaté producta, quæ deinde per alias causas extiterunt.

Animalia venenósa in statu innocentiæ.

An producibilia ex alijs causis naturalibus fuerit immediate à Deo producta.

An quæ ex cõmixtione animalium diuersæ speciei fuerit initio producta.

Hi sunt, quæ ex commixtione plurium animalium oriuntur, vt mulus, leopardus, & simlia, & negat Molina probabiliter fuisse initio producta, tum quia strada plerumque sint, atque adeo inepta ad se propagandum per propriã generationem, tum quia innaturalitatem quandam habent in generatione, cum natura simile patet similetum quia non fiunt sine aliqua humana industria, vt colligitur Deut. 19 *Iumenta tua* inquit, *non coire facias cum alterius generis animalibus* sequitur Suar. l. 2. cap. 10. nu. 12. ex Ruper. stella, & Torniello.

6 Negat *Sua.* quæ ex putri generantur fuisse producta. immediate a Deo.

At Suar. l. 2. cap. 10. num. 10. cum Perer. & Torniello negat omnia, quæ ex putri generantur, siue ex cadaueribus, siue ex putredine elementorum fuisse producta initio immediaté à Deo; quia huiusmodi entia non sunt per se requisita ad perfectionem, & integritatem vniuersi, sed quasi per accidens, quia consequuntur ex concursu per accidens plurium causarum. Confirm. quia sicut in speciebus perfectis non fuit necessarium omnia indiuidua immediaté fieri ab auctore naturæ, sed solum prima, ex quibus alia orirentur, ita in his speciebus imperfectis non fuit necessarium prima indiuidua fieri à Deo, sed satis fuit produxisse causas, in quibus continentur virtualiter; quia non erat necessarium per propagationem vnas ab altero species conseruare. Confirm. 2. quia constat aliquarum huiusmodi speciarum nullum fuisse indiuiduum immediaté productum, vt pulices, & similia ergo neque alterum, quia non

erat

erat maior ratio cum omnes contineantur in causis elemẽtaribus,& cœlo sine semine. Dices multa ex his erant necessaria pro substentatione perfectorum animalium, vt pisces minuti,& vermes Res. per se id est spectara ipsorum natura non fuit necessaria eorum productio; at per accidens scilicet ob causam dictam vel similem fuerunt aliqua producta immediatè,sed non propter propagationem,& conseruationem specierum; Mihi vero vtraque pars est probabilis sed probabilior videtur secunda. Dices secundo quid de animalibus carniuoris. Respond. Molina disput.20. fuisse producta initio, nam horum alia sunt volatilia, vt accipires, aquilæ, &c. alia terrestria, vt leones, vrsi, lupi, &c. at vtrumque genus est de perfectione vniuersi. Ergo fuerũt producta. Dices in eo tempore non erat tanta multitudo animalium, vt ex ijs nutriri potuerint animalia, & augeri indiuidua specierum per earum conseruatione ergo non fuerunt producta talia animalia. Respond. quidam, in eo tempore animalia non appetisse nutriri carnibus, sed herbis, sed contra quia cum id sit illis innaturale non est dicendum fuisse miraculum sine necessitate.

*probabilior Suar. opin.*

*Quid sentiendi de animalibus carniuoris.*

*Obiect.*

*Mol. resp.*

Resp. secundo Molina, multitudinem indiuiduorum sub singulis speciebus non fuisse tam paruam, vt non sufficeret ad sustentationem illorum, & augendas species vide Suar. l.9. cap.7. num.8. At contrariũ 2. Gen. significatur ibi dicitur *ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semet ipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animalibus, terræ, omni volucri cœli, & vniuersis, quæ morantur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum*. Resp. Molina disp.20. id dici de animalibus, quæ ex naturali appetitu illis vescuntur, quæ comparatione carniuerorũ possunt dici, ferè vniuersæ, nam carniuora pauca sunt, ex quo loco disputari, potest an carnes sint naturalis cibus hominum.

8

*Homo creatus die 6. & quomodo.*

Die sexta creatus fuit homo non prius in communi, & postea determinatus ad particularem hominem dum ex humo fuit formatus, vt falsò finxit Franciscus Georgius, sed fuit immediatè à Deo ꝓductus particularis homo Adã de limo terræ sine ministerio Angelorũ, non solũ quoad organizationẽ,& dispositionem ad animam ratiunalem, quod fieri non potest ab Angelo, sed neque quoad congregationem materiæ, sed totum fuit à Deo factum immediatè, & in instanti cum proporrione necessaria essentialiter ad informationem, vt Saur. fusè l.3. cap.1. ostendit, tum ex Adami consta reali, & naturali formauit Euam Deus, vt testatur scriptura Gen. cap. 2. quare non potest Caietanus excusari ab aliqua nota, qui id negauit, ob quasdam difficultates apparentes, nam, vt optimè Suar. l.3. cap.2. à num.3. ex scriptura Patribus,& ratione ostenditur, nã illæ difficultatea non destruunt veritatem facti, sed explicationem exiguunt quomodo ex costa fuerit Eua, nam consta illa vel erat superflua ad integritatem Adami, & fuisset creatus cum monstruositate vel erat necessaria, & post ablationem costæ, remansisset monstruosus sed ad hoc Resp. D. Thom. fuisse superfluam Adamo, vt persona priuata, non autem vt persona pubiica, & caput totius generis humani, sicut semen est superfluum indiuiduo secundum se, sed non vte ordinatus ad conseruandam speciem, nam vt semen est naturale, non vt pars, sed vt superfluum alimenti, ita illa custa non erat naturalis, vt requisita ad complementum corporis per actionem naturalis agentis sed ex institutione auctoris naturæ, quia vt in prima eius productiooe auctori subordinatur tam secundum substantiam, quam secundum mudum ita quicquid ab auctore illi tribuitur in prima productione, potest dici naturale, quia illud recipit à natura,& ideo non potest inde prouenire monstruositas, quia hæc accidit effectui præter intentionem agentis, at costa fuit per se, & ex intentione agentis data, vt esset totale, & vnicum principium naturæ.

*Errot Caie.*

*Consta ex qua Eua, erat superflua Adamo, vt priuatę personę, sed vt capiti.*

At alij dicunt formatam ex costa necessaria ad integritatem naturalis corporis, pro qua Deum aliam carne vestitam restituit,& ideo dicitur, *& repleuit carnem pro ea*. Deinde dubitatur quomodo ad integrũ corpus Euæ formandum potuerit sufficere consta vna, quia est impossibile substantiam sub parua quantitate existentem constitui sub maiori quantitate sine rarefactione, vel existentia substantiæ in pluribus locis, vel secundum eandem partem sub distinctis quantitatibus, at materia illa constæ, licet potuerit replicari in diuersis sitibus, & rarefieri tamen non est verisimile id factum esse, quia primum esset miraculosum, & tanta rarefactio non esset naturalis corpori, cum multæ partes exigant densitatem, sed Resp. reliquam partem materiæ necessariam ad integritatem, fuisse à Deo aliunde suppletam, siue illa materia fuerit de nouo creata, vt ait D. Thom. siue sumpta ex proximo aere, vel terra, vt factum est in multiplicatione panis, neque hoc obstat quin possit dici, formata ex consta Adami: nam illa consta fuit fundamentum formationis, quia illi additæ sunt partes materiæ. Neque negandum est miraculum accidisse, quod sequitur ex natura facti, quod narratur, vt est sumptio constæ sine dolore Adami,& excitatione à somno &c. nam formatio Euæ, cum fuerit prima productio ex consta,& alia materia, non est magis miraculosa quam formatio Adami ex limo, ex quibus falso supponit caiet. Adam,& Euam fuisse simul creatos neque scriptura dicit simul masculum, & fœminam fecisse sed absolutè fecisse Adam. Hæc sint historicè dicta, nam illa exacte examinare pertinet à Theologos.

*Alij dicunt costam illã fuisse necessariam ad integritatẽ naturę.*

*Qua ratione consta fuerit sufficiens materia totius corporis.*

# TRACTATIO TERTIA,
## De proprietatibus Mundi.

## QVÆSTIO PRIMA.
### De vnitate Mundi.

### ARTICVLVS PRIMVS.
*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Triplex vnitas: generica, specifica, indiuidualis.

PRimo notandum triplicem esse vnitatem, primo genericam, quæ consistit in pluritate specierum conuenientium in genere, secundo specificā, tertio indiuidualem, quæ in rebus simplicibus est simplex, in rebus compositis est composita. & quia compositio est multiplex, scilicet ex gradibus Metaphysicis, vel ex partibus physicis, siuè ex partibus essentialibus, vt est materia, & forma, siuè integralibus, vt partes continui. Ideo vnitas indiuidualis potest totidem modis denominari, vnde.

3 Vnitas indiuidualis compositi essentialis, metaphysica, & per æquiualentiam.

Secundo notandum; vnitatem indiuidualem compositi essentialis, vel integralis posse esse duplicem, vnam metaphysicam, quæ consistit in exceitate, seu in determinatione speciei incommunicabili pluribus inferioribus; etiam per potentiam Dei inuariabili, vt sunt vnitates indiuiduæ singularum rerum, quæ re ipsa dicuntur indiuiduæ; alteram per æquiualentiam, quæ conuenit rebus constantibus ex pluribus partibus habentibus varietatem, & successionem quandam vnius ad aliam, qualis est vnitas fluminis ex labentibus aquis constans, & vnitas populi, in quo alij oriuntur, alij intereunt, & vnitas animalis, cuius aliæ partes euanescunt aliæ aggenerantur per augumentationem, & generationem in quibus vnitas denominatur non ex partibus fluentibus, sed ab aliquo permanenti, vt flumen à loco, populus à Rege, & legibus, animal à partibus primo geneis.

2 Pluralitas ex genere, ex specie, indiuidualitate.

Tertio ex hac distinctione vnitatis sumi posse varios gradus pluralitatis, nam alia sunt plura genere, alia specie, alia indiuidualiter, vnde plures mundi posse constitui primo concentricos, vt si extra hoc cœlum nostrum Deus efficeret cœlum terreum, & post hoc aliud aqueum, & hoc consequeretur aereum, & sic consequenter, & contra hanc pluralitatem non concludunt rationes Aristotelis, quia qualibet terra cuiuslibet mundi quiesceret in medio sui. Secundo Eccentricos, & hoc tripliciter primo quod vnus sit totaliter extra alium se tamen tangentes. Secundo separati inter se. Tertio quod vnus non sit totaliter extra alium, sed vnus sit in aliqua parte alterius, sicut si in orbe lunæ esset alius mundus, & similiter in alijs orbibus; & ita etiam possunt esse plures mundi supernaturaliter.

Supernaturalis.

3 Quarto notandum in hac quæstione maxime vitandam esse insaniam Abellardinam, 1. Petri de Abellardo, & Collardinam; quam sequutus est Ioannes Vuicleffus, qui dicebant Deum nihil posse producere præter ea, quæ produxit, neque meliori modo, quam produxit, quia nihil potest producere, nisi quod cadit sub sua prouidentia, at quicquid cadit sub prouidentiam factum est, ergo nihil potest produci, præter id quod factum est: Contra quos multa Bernardus, plurima Vualdensis par. 1. cap. 10. & 11. & 12. Hugo primo de sacram. p. 2. cap. vlt. Magister 1. d. 47.

Insana hæresis dicentium Deum non posse quidquam aliud producere, nec meliori mō.

Et fuit hic error damnatus in Concilio Constantiensi, quia derogat, & infinita potentiæ Diuinæ, & libertati, neque obstat, quod opponit de prouidentia, tum quia prouidentia est respectu eorum, quę sunt, sicut potentia diuina exercetur circa ea quæ sunt; Et sicut potentia potest exerceri circa ea, quæ non sunt, ita circa illa, si Deus vellet producere, exerceretur prouidētia, tum quia etiam prouidentia versatur largo modo circa ea quę non sunt, nam circa electos multa non contingunt ex diuina prouidentia, cuius virtute impediuntur, nam quod dicunt de inuidia Dei nolentis producere alia, quæ potest, est à nobis alibi confutatum; dum antiquos reiecimus, qui ob eandem rationem dicebant mundum fuisse ab æterno, nō enim tangitur inuidia, qui omnia bona secum habet & nulli aliquid debet, sed pro sua libertate rebus esse communicat, vnde Valdensis cap. 12. num. 8. notat radicem huius erroris ortam habuisse ex ignorantia fundamenti Theologici, quod scilicet res dupliciter fluunt à potentia primæ causæ, aut per voluntatem actualiter statuētem, aut per voluntatem habitualiter reseruantem, quid, quali modo res producatur, vel produci posset, etiā si nunquam producatur in esse: Ex August. 6. super Genes. ad literam, cap. 15. *Si*, inquit, *non omnes causas in creatura primitus condita præfixit, sed aliquas in sua voluntate seruauit, non sunt quidem illæ, quae in sua voluntate seruauit, ex istarum, quas creauit necessitate pendentes, &c.* Quare concludendum cum August. Epist. 3. ad Volusianum *Demus, inquit, Deum aliquid posse quod nos fatemur inuestigare non posse, in talibus enim rebus tota ratio facti est potentia facientis*, quod ex Paulo 11. ad Romanos confirmatur: *Inuestigabiles esse vias eius*. At si omnes essent ad extra productæ non essent inuestigabiles, quia inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, vt dicitur ad Romanos primo.

Potentia circa ea, quæ non sunt; prouidentia vero larga circa eadē versatur.

### ARTICVLVS SECVNDVS.
*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium plures esse mundos; Primo quia omnis forma in materia est multiplex, quia materia est causa multitudinis indiuidualis, sed talis est mundus cum sit sensibilis; Omne enim sensibile est materiale. Confirm. 1. Nam si imperfecta sunt plura sub eadem specie: Ergo etiam perfecta, nam si est bonum efficere

4 1. op. dicentium dari plures Mundos, ex eo quod materia est causa multitudinis.

multa bona, erit optimum efficere multa optima, nam bonum, quo communius, eo melius, & eligibilius: Vnde Metrodorus apud Plutharcum absurdum putabat, in latis fudijs vnicam spicam nasci, ita vnum mundum in infinito vacuo. Confirmatur secundo nam vnum dicitur, quod est distinctum ab alio: Ergo si mundus est vnus, debet dari alius, à quo distinguatur. Confirm. tertio quia si est vnus, vel est vnus per se, & non, quia ex multis entibus in actu completo non fit vnum per se, & multo minus ex contrarijs, vel est vnus per accidens, & erunt plures, nam quod est per accidens potest non esse, atque adeo non esse vnum, sed plures. Confirm. 4. non potest assignari qualem vnitatem habeat, nã non habeat naturam numerinam, quia non est continuus, & quia eius materia non est vna, neque specificam quia haberet speciem sibi oppositam, atque adeo esset alius mundus, neque genericam, quia sub genere sunt plures species, vt patet ex definitione generis. Confirm. Quinto quia partes mundi semper variantur, vt patet ex earum generatione, & corruptione: Ergo etiam totus mundus, quia totum dicitur idem, quod constat ex ijsdem partibus eodem modo dispositis. Confirm. Sexto quia rationes Arist. quibus probat vnitatem mundi, vel petunt principium, dum supponit hunc mundum constare ex tota materia, quod esset probandum, vel vnum elementum moueri ad elementum alterius mundi, quod non est necessarium, vel non concluduot, vt in solutione earum ostendemus. Confirm. septimo nam non implicat dari plures mundos, siue numero, siue specie differentes: Ergo de facto dantur, quia nulla ratione constare nobis potest non dari Antec. patet, quia non repugnat ex parte efficientis, cum Deus habeat potentiam infinitam extensiuè, idest productiuam infinitorum indiuiduorum sub eadem specie, & infinitarum specierum se inuicem excedentes in perfectione, neque repugnat ex parte materiæ, quia hæc est diuisibilis in plures partes, neque ex parte formæ, quia hæc est multiplicabilis in ordine ad materiam, quam respicit, neque ex parte finis, quia sicut potest vnum efficiens habere multos effectus, ita multi effectus habentes plures fines speciales possunt respicere vnum vltimum finem.

5
Quia dixerunt esse plures Mundos simul, & successiue simul, finitos, successiue vero infinitos.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui dicunt esse plures simul, & successiuè, simul quidem finitos, successiuè vero infinitos, vt Democritus, Leucippus, Epicurus, Lucretius, & alij, qui in uacuo immenso dicunt infinitas reperiri athomos, ex quarum fortuita conspiratione infiniti conficerentur mundi qui crescerent, & decrescerent, interirent, & reproducerentur, vt videmus accidere in indiuiduis animalium, nam, ex infinitis causis non possunt oriri nisi infiniti effectus, inter illos autem alios carere sole, & luna, alios habere diuersa, ac plura sydera, quam sint in nostro, alios omnibus sydcribus esse vacuos dicebat Democritus.

At alij putarunt esse simul infinitos mundos, vt metradorus, Xenophanes, & alij apud Ruuium, vnde Alexandrum Anaxarcum de infinitorum mundorum existentia disserentem audisset, illachrimasse dicitur, quod non dum vnum ex illis debellasset.

At alij negarunt mundos simul existentes esse plures, sed vnum, successiuè tamen esse plures, vt Empedocles qui mundum dixit oriri ex mutua actione litis, & amicitiæ, definitis temporibus; & idem Stoici, qui mundum infinitis temporibus putarunt in ignem redigi, & mox ex inde refici, de qua re Ouidius.

*Est quoque in fatis reminiscitur affore tempus.*
*Quo mars, quo tellus, correptaque Regia cœli.*
*Ardeat, & mundi moles operosa laboret.*

6
Sec. opinio dicentium Mundu esse vnum, & plures esse impossibiles.

Secunda opinio est dicentium mundum esse vnum, nec posse dari plures, siuè specie siuè numero distinctos, siuè simul, siuè successiuè est Arist. tribuitur à Nipho, & martinez, & tribuitur Platoni, Thaleti, Pithagoræ, Anaxagore Parmenidi, Melysso, Zenoni, & Empedocli apud Plutharchum lib. 1. de Placitis cap. 1. Et Galen. de historia philosophica, & Alcinonum de doctrina Platonis cap. 2. Probant primo ex parte efficientis, quod est vnum, & perfectissimum: Ergo debet efficere vnum opus perfectissimum, perfectum autem dicitur, quod omnia continet, extra quod nihil est. Consequentia patet tum quia opus imitatur conditionem causæ, tum quia ab vno, vt vno non procedit nisi vnum, & quando oritur multitudo, ea est cum ordine quodam, ex quo resultat vnum, tum quia agens necessarium producit totum quod potest, & semper eodem modo operatur; At mundi causa est Deus, qui est ens perfectissimum, & vnum, & est agens secundum Aristotelem ex necessitate naturæ. Vnde qui posuerunt plures mundos, vel posuerunt duo principia, vt litem, & amicitiam, vel agens à casu, vt democritus Confirm. nam, si essent plures mundi essent plura primo mobilia, & plures ordines inter mobilia, ergo plures motores: At non est, nisi vnus primus motor, & princeps regens vniuersum: Ergo vnus mundus, in quo omnia sunt subordinata motui primi mobilis, & vni motori; vnitas autem huiusmodi oritur ex subordinatione ad vnum, sicut vnitas Regni ex subordinatione ad vnum Principem, & vnũ regimen per easdem leges ex 12. Met. t. 38. Inter hos tamen est discrimen, quod stoici, Plato, & Aristoteles dixerunt esse vniuersitatem, & omnia continere, at Empedocles apud Plutharcũ negat esse vniuersitatẽ corporum, sed portionem eius pusillam, reliquam partem esse inertem materiam.

7
3. op. dicentiũ Mundũ de facto esse vnũ posse, tñ esse plures.

Tertia opinio est dicentium mundum esse quidem vnum, non solum specie, sed numero: de possibili tamen posse esse plures non solum successiue, sed etiam simul, siue

con-

concentricos, ſiue eccentricos, eſt communis.

Inter hos autem eſt diſcrimen, quod alij, qui velint non ſolum poſse eſse plures numero, ſed etiam ſpecie, & genere.

Alij vero concedunt poſse eſse plures numero, non autem ſpecie, eo quod non poſſent dari aliæ ſpecies elementorum, & orbium, quæ ſunt neceſſaria ad conſtituendum mundum, ita Durãdus in 1. diſt. 44. quæſt. 3. num. 9. & illam videntur ſequi ex parte, qui negant poſse effici ſpecies perfectiores, & perfectiores in infinitum, vt Scotus in 3. diſtinſt. 13. quæſt. 11. Aureolus in pri. diſt. 44. art. 4. &

At vero alij dicunt quidem, mundum eſse vnum, & negant poſse eſse plures genere, ideſt quod contineat alia entia, quæ non continentur ſub generibus, & prædicamentis ab Ariſtotele poſitis, concedunt tamen poſse à Deo fieri plures nõ ſolum numero ſed etiam ſpecie diſtorictos, ita Albertus primo Cœli tit. 3. cap. 6. ibi Saxonia quæſt. 11. Conimbrigentes cap. 9. quæſt. 1. art. 2. Ruuius quæſt. 2. Murcia d. 3. quæſt. p. Clauius in cap. 1. Sphęra, Georgius quæſt. 2. Angeſtus lib. 2. de proprietatibus formæ poſt. 9. dubium.

Ex Scholaſticis D. Thom. in 1. d. 44. q. 1. art. 2. & Bonauentura quæſt. 1. Gabriel, & Pcca quæſt. 1. art. 2. maior. quæſt. 1. Georgius quæſt. 2. Angeſtus lib. 2.

Inter hos tamen eſt aliud diſcrimen, quod alij patena vnitatem mundi poſse ratione naturali probari, vt aliqui in Peripateticis.

Alij verò non poſse id conſtare in ratione naturali ſed ſolum reuelatione diuina.

## ARTICVLVS TERTIVS.

***Opinio Auctoris circa poſſibilem pluralitatem mundi.***

8 *Implicant Mundi plures genere.*

PRima Concluſ. implicat eſse plures mundos genere diſtinctos, quia implicat dari entia, quæ non contineantur ſub decem prędicamentis, ergo implicat dari plures mundos genere diſtinos quia illi deberent conſtare exentibus quæ non continerentur ſub hic decem prædicamentis ad hoc implicat, quia omne ens eſt ſubſtantia, vel accidens. Confirmatur, quia omnes gradus entis reuocantur ad eſſe, viuere, & intelligere, quia continentur in hoc mundo: Ergo non poteſt dari mundus continens alios gradus, qui non reuocatur ad hoc.

*Certum eſt non implicare plures Mundos numero diſtinctos.*

Secunda concluſ. Non implicat dari plures mundos numero diſtinctos, quia ſiuè diſtinctione numerica ſumatur ab heceeitate, ſiuè à materia ſignata, non apparet ex illis implicantia, non enim ex prima cauſa multitudinis, nam ſpecies nõ eſt determinata ad certas, & finitas hecceitates; tum quia nõ poteſt aſſignari quantitas talis numeri: tum quia ſi mũdus eſſet æternus indiuidua ſub vna ſpecie multiplicarentur in infinitum. Ergo ſpecies ex ſe non determinat ſibi certum numerum hecceitatum, neque eſſe poteſt implicãtia ex ſecunda cauſa, quia habens formam in materia ex Ariſt. eſt multiplicabilis numero, ſed talis eſt mundus, vt patet ex ſpeciebus, quæ in eo ſunt, & ex ordine, qui eſt inter ſpecies conſtituentes mundum, Neque dicas impediri multiplicationem, quando vnum indiuiduum ſpeciei conſtat ex tota materia, quia licet hic mundus conſtet ex tota materia actuali, vnde fit actu non eſſe, niſi vnum mundum, tamen non conſtat ex tota materia poſſibili, quia, Deus, ſicut ſua infinita potentia creauit hanc, ita poſſit creare aliam eiuſdem ſpeciei, cum vtraque ſit ex nihilo; neque poteſt eſt repugnantia ex parte formæ ſingularum ſpecierum, quia ſi eſt multiplicabilis materia multo magis forma, quia vna pars materiæ eſt capax multarũ formarum, neque repugnat ex parte ordinis; Nam multiplicatis elementis, & ſpeciebus poſſent illa eodem modo ordinari, vt nunc ſunt ordinata, ſecundum ſitum, finem, & principium, atque adeo ille ordo eſſet diſtinctus numero ab ordine, qui eſt in hoc mundo. Confirmatur, quia poſſet Deus annihilare hunc mundum, & nouum producere: Ergo potuiſſet illum ſimul etiam cum illo producere, & nihil eſt neceſſitans ad producendum intra, vel extra hunc mundum. Ergo potuiſſet liberè producere eccẽtricum, vel concentricum.

*Mũdus præſens conſtat ex tota materia actuali.*

Ex quo patet erraſſe Vuiclephum, & Abayalardum dum negant a Deo poſſe fieri alios mundos, eo quod cum ſit agens neceſſarium quicquid potuit producere, iam produxit, nihil aliud poteſt amplius; contra quem plura Vuald. tom. 1. doctrin. fidei lib. 1. c. x. & ſequentib. ad 17. oſtendens Deum liberè produxiſſe, & producere, quæ producit, nec eius potentiam ligari voluntate conſtituente ſibi certum numerum indiuiduorum; Nam vt bene Auguſtinus lib. de Geneſ. ad literam cap. 109. *Deus* inquit, *potentia ſua numeros Creaturæ dedit, non iiſdem numeris potentiam ipſam alligauit, nam ſpiritus eius ita faciendo Mundo ſuperferebatur, non corporalibus locis, ſed excellentia poteſtatis*, idque exemplo explicatus nõ ne inquit, *certis dierum numeris cuicumque generi accommodatis, omnis natura ſerpentiũ coaleſcit, formatur, naſcitur roboratur, non tamen exrecti ati ſunt; Dies, vt in Dragonem virga conuerteretur de manu Moyſi, & Aron, decretum enim determinans potentiam non aufert, virtutem, quam habet ſecundum ſe.* Sed cum ex ſe ſic indeterminata ad plura, & plura, determinat illam, at exeat in actum in hos effectus, & non illos; relinquendo potentiam ad illos, & licet voluntas Dei ſit immutabilis, atque adeo nõ ſe determinet ad effectus, ad quos ſemel decreuit ſimpliciter nõ ſe determinare, tamen ex hoc decreto non mutatur potentia Diuina.

*Decretum Dei determinatũ potentiam, nõ aufert virtutem, quã habet ex ſe, ex Aug.*

10 *Neq; impliſcant dari plures Mũdi ſpecie diſtincti.*

Tertia concluſ. non implicat dari plures mundos etiam ſpecie diſtinctos, quia non implicat ex parte Potentiæ diuinæ, cum ſit infinita non ſolumquoad extenſionem effectuum, ſed etiam intenſiuam perfectionem

diuersum, vt alibi, neque ex parte participabilitatis diuinę essentię, quę est exemplar perfectionum creabilium, quia diuina essentia etiam, vt imitabilis (non habet terminum, neque implicat ex parte effectus) nam tripliciter intelligi potest diuersitas specifica mundi. Primo ex parte specierum, quæ mundum integrant, secundo ex parte ordinis, quię est inter species mundum integrantes, tertio ex parte vtriusque: sed ex nullo capite implicat poni mundos distinctæ speciei: non erum implicat ex primo capite, nam diuersitas specifica inter partes mundi potest ex triplici capite oriri: Primo producendo materiam rerum omnium diuersę speciei ab ea, quæ est in hoc mundo, nam compositum ex illa esset diuersæ speciei, ac compositum ex nostra materia, quia haberet partem sui essentialem diuersæ rationis, neque apparet, cur implicet dari materiam diuersæ rationis à materia huius mundi, quia diuersitas illa posset sumi, vel ex formis, quas respicit, quæ essent diuersæ speciei à formis respectis à materia huius mundi; vel à numero formarum respectarum, quia posset dari materia, quæ ex natura sua respiceret formas huius mundi in tanto numero, & non maiori, vel respiceret omnes formas huius mundi, & multo plures à Deo factibiles, quæ non respiciuntur ab hac materia;

11 secundo potest esse diuersitas specifica ex parte formarum cum identitate materiæ eiusdem rationis cum nostra, quia posset Deus in materia huius mundi producere formas diuersarum specierum à formis iam productis: nam sicut nunc elementa habent binas qualitates sibi proprias, ita posset producere alia elementa, quarum singula haberent vnam qualitatem sibi propriam, ex quarũ mistione possent oriri mixta diuersarum specierum ab his, quæ sunt in nostro mundo, immò possent produci elementa habentia qualitates diuersæ rationis à quatuor horum elementorum, & similiter possent produci Cœli alterius naturæ, & speciei ab his productis, qui potuissent materiam inferiorem ad nouas formas transmutare, nouasque, & insolitas propriates transfundere, perfectiores, aut imperfectiores, & quemadmodum iste mundus est accidentaliter perfectibilis, sic est possibilis nouus essentialiter isto perfectior.

12 Tertiò potest esse diuersitas specifica vel per productionem specierum habentium materias, & formas diuersæ rationes à materia, & formis, quæ sunt in hoc mundo, nulla enim apparet in hoc implicantia, sicut enim in hoc mundo Cœli sunt incorruptibiles, & ingenerabiles, & inferiora corruptibilia, & generabilia, ita potuisset ex Thesauris suæ potentiæ Deus educere species inferiores incorruptibiles, & ingenerabiles, ac Cœlos corruptibiles, & generabiles; nulla enim apparet in hoc implicantia; Et sicut constituit Cœlos mobiles, ita potuisset constituere immobiles, vel habentes materiam eiusdem rationis, sed cum diuerso ordine, neque est implicantia ex hoc capite scilicet ordinis; quia licet species huius mundi habeant connaturalem hunc ordinem, vt scilicet terra sit in centro, & cetera elementa, ac Cœlestia ordine disposita, tamen posset Deus conseruando easdem species, siue adendo alias, immutare hunc ordinem, siue sine vlla additione nouarum specierum; quia nulla apparet repugnantia, cur Deus non potuerit ponere ignem in centro, & terram supra aërem, sic ex aliquorũ sententia Patrum posuit aquas naturales supra Cœlos, iuncta illud Genes. primo. *Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis*, vnde in Ps. dicitur. *Et aquæ omnes quæ super Cœlos sunt, laudent nomen Domini.* Dices hic ordo non fuisset naturalis elementis. Resp. primo concedendo, nõ tamen inde sequitur implicare, quia Dei potentia non est alligata legibus naturæ.

Resp. secundo connaturalitatem rerum posse spectari, vel ex fine proprio rerum, & ita non esset connaturale elementis vel ex fine agentis, & ita sicut connaturale est aquæ non existere supra terram, vt relinqueretur locus conueniens habitationi hominis, & animaliũ, & similiter, secundæ regioni aëris est naturalis frigiditas, ad pluuias generandas in vtilitatem animalium, & aquis esse supra Cœlos ob finem Deo cognitum, ita alius ordo, & situs inter elementa, posset esse illis naturalis, non respectu finis proprij singulorum, sed respectu finis præstituti ab auctore naturæ. 13

13 Cõnaturalitas, vel ex fine rei, genitę, vel generantis.

Contrarium docet Durandus, eo quod vnitas mundi consistit in aggregatione ordinata specierum, atque adeo, quæ pertinent ad vnum ordinem, non possunt constituere plures mundos; sed omnes species tam existentes, quam possibiles pertinent ad vnum ordinem: ergo pertinent ad vnum mundum. Minor patet nã species rerum ordinatarum inter se sũt sicut species numerorum. At implicat dari species numerorum cum diuerso ordine: ergo similiter species rerum, nam vel illę species sunt inter se immediatæ, & non potest produci alia species inter illas, sed super illas, atque adeo supra supremum Angelum species producta pertineret ad eundem ordinem, sicut species numeri supra supremum numerum numerorum pertineret ad eundem ordinem numerorum, vel non sunt immediatæ, (vt vere non sunt) & species producibiles inter illas pertinerent ad eundem ordinem. Confirmatur ex Platone, quia si essent plures mundi inter se mutuò agerent, atque adeo nullus eorum esset incorruptibilis. 14

14 Duran. putat implere plures Mundos specie diuersos.

Resp. vnitatem mundi esse quidem vnitatẽ aggregationis, sed sicut aggregata possunt esse plura, siue numero, siue specie differentia, ita possent esse plures mundi, siue numero, siue specie differentes; inter species. n. potest considerari duplex subordinatio, vna secundum perfectionem essentialem, & secundum hanc, species se habent sicut numeri, nam

Deus posset producere Cælos corruptibiles, & hæc inferiora incorruptibilia.

Aggregata possunt esse plura specie, & numero.

ri, nam ficut inter numerorum fpecies non dantur duæ æqualis perfectionis effentialis ita inter duas fpecies naturales, non dantur duæ æqualis perfectionis, vnde ficut inter omnes nomeros vnus eft perfectior altero, ita inter fpecies naturales, vna eft perfectior altera,& ita omnes pertinent ad vnum ordinē refpectu participationis diuinæ,cui fubordinantur omnes fpecies. Altera fubordinatio eft accidentalis fumpta ex fine,ad quem ab agente ordinantur fpecies:& quia hic finis poteft effe diuerfus,ideo vnitas harum fpecierum agregatarum poteft effe diuerfa, fiue numero, quando fpecies eædem fubordinatur,vel diuerfo fini,vel eidem, variatis indiuiduis fpecierum,fiue fpecie,quando fcilicet fpecies agregatæ funt diuerfæ fecundum efsentialem rationem,& hac ratione dicimus mundos pofse efse diuerfos fpecie.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Opinio Auctoris de vnitate mundi actuali.*

15 Naturali ratione oftendi non pōt Mundū effe vnum.

QVarta Conclufio mundum efse vnum non poteft ratione naturali euidenter oftendi, fed tantum probabilibus coniecturis. Prima pars patet quia,quæ pendent à libera voluntate Dei non pofsunt euidenter demonftrari,quia funt contingentia,quæ non pofsunt cognofci nifi experientia,vel per reuelationem; At mundi vnitas, vel pluralitas actualis non pendet ex natura rei,fed ex libera voluntate Dei:ergo non poteft euidentes cognofci per demonftrationem ; neque dicas pofse cognofci experientia, ficut euidenter cognofcimus Petrum exiftere licet hoc pendeat ex libera volunte Dei,quia nullam poffumus habere experientiam de iftis quæ funt extra hunc mundum, nam neque cognitio fenfitiua ad illa pertingit, neque intellectiua habere poteft aliquod fundamentum, ex quo difcurrat ad ea,quæ efsent extra mundum hunc, cognofcenda.

Nullum eft indiciū efse plures Mūdos.

Secunda pars probatur tum negatiuè,quia non funt afserenda quę nullo argumento nobis oftenduntur, alioquin efset temeraria afsertio. At nullum habemus indicium efse plures mundos:Ergo. Secundo pofitiuè ex vnitate ordinis, qui cernitur inter corpora huius mundi,nam cum in hoc mundo fint omnes gradus rerum, & fub illis gradibus fint variæ rerum fpecies,cum mutua dependentia, & fumma ordinatione,probabiliter colligi poteft efse ab vno attifice per fummam fapientiam productum,nec alium produxiffe fine aliqua neceffitate.nam potuifsent fpecies poffibiles etiam collocari in hoc mundo cum eadem fubordinatione,& ordine, vt rectè D.Thom.1.p.quæft.47.art.3.quia omnia quæ funt producta à Deo ordinem habent ad inuicem, & ad ipfum Deum, vnde patet ex vnitate, & ordine in rebus exiftentibus ab Arift.12.met.52. probari vnitatem Dei gubernantis, & Platonem in Timeo probare vnitatem mundi exemplo, ab vnitate exemplaris,quæ ratio eft tantum probabilis, vt dicemus infra.

16 Magis conforme fidei eft non effe plures Mūdos.

Quinta conclufio non efse plures mundos, fed vnum, eft magis conforme fidei, probat D. Thom. loco citato ex Io.primo,*Mundus per ipfum factus eft*, vbi loquitur de mundo in fingulari, atque adeo de vno. Confirmat. Vafquius ibi ex Genef 1. vbi commemorantur omnia à Deo producta, quæ tamen conftituunt hunc mundum, vnde dixit vnitatem mundi efse de fide, nam poft productionem rerum, quæ funt in hoc mundo dicitur cefsafse ab vniuerfo opere. Confirmatur ex Actor.17.ad Romanos 5. vbi Paulus docet, Deum fecifse ex vno homine genus humanum, & per illum peccatum in hunc mundum introiisse Sed eft de fide omnes homines oriri cum peccato originali ob dependentiam ab illo homine:Ergo non funt, aliqui homines immunes à peccato originali at fi efset alius mundus, illi homines efsent immunes à peccato primi parentis, quia non haberent originem ab illo,& fingere aliquos homines huius mundi fuifse translatos ad illum, eft contra omnem rationem, vel diuinare, fine vlla ratione.

Confirm.ex Auguftino de Hærefibus herefis 77.& Ifidoro lib.8. Etimologiarum c.5. qui numerans inter errores contra fidem,ponit efsentionem de multitudine mundorum, & in capite:Quidam autem 24.quæft.3.idem dicitur.

## ARTICVLVS QVINTVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primum Refpon. probari Mundum effe quidem multiplicabilem, non tamen effe multiplicatum, quia vt rectè Arift. in hoc mundo continentur omnes fpecies rerum exiftentes, atque ad o conftat ex tota materia actuali. Ad primam confirmationem refp. negando confequentiam, quia inde fequeretur Angelos multiplicari debere,quia perfectiores, vnde Refp. fecundo effe diuerfam rationem, tum quia imperfecta multiplicantur, quia eorum multiplicatio eft neceffaria ad multiplicationem, & conferuationem huius mundi. At multiplicatio mundorum nihil conferret ad hunc mundum,tum quia vilia paucioribus indigent,& ideo funt plures caufæ à quibus multiplicantur: At perfecta indigent pluribus,quomodo difficilius vniri poffunt, & ideo non funt tot caufæ fufficientes ad earum productionem; tum quia bonum mundi eft omnium communiffimum, & ideo non poteft fieri magis commune, atque adeo non multiplicatur, quia in fe continet omnes gradus entis,tum quia,bonum quo comunius,eo dicitur effe melius,intelligitur circa mortalia, quæ numero multiplicantur ob eorum bonum; At vero melius eft aliquid vnum numero feruari ęternum,q̄ dari multitudinē indiuiduorum mundus autem eft incorruptibilis fecundum totum,neque obftat dictum

Metrodori, quia ſpatium imaginarium infinitum nō eſt ordinatum ad gignendos mundos, ſicut ager ad gignendus ficos, ſiquidem mundus ſolum prodit, ex ſecunditate ſummi boni.

Ad 2. conſ. Ad ſecundum confirm. Reſp. diſtingui ab alio, ſiue actu exiſtente, ſiue poſſibili, eſt paſſio vnius, ex quo non ſequitur, quod ſi mundus eſt vnus, quod ſint plures, ſed ſolum ſequitur quod poſſint eſſe plures Reſp. ſecundo neque diſtingui ab alio eiuſdem rationis, eſt paſſio adęquata vnius, nam paſſio eſt vna, & tamen non diſtinguitur ab alio vno exiſtenti, vel poſſibili, ſed paſſio vnius eſt diſtingui à quocunque alio ente ſiue vnius, ſiue diuerſę rationis vnde patet non ſequi eſſe plures mundos.

18 Ad tertiam confirmationem: Reſp. vnitas per ſe poteſt accipi dupliciter, primo, vt dicit perſeitatem vnionis partium, & ita mundus non eſt vnus per ſe, ſed per accidens, vt probat argumentum, neque ex hoc per accidens ſequitur dari pluralitatem, quia non eſt per accidens contingens, quod diſtinguitur à neceſſario, ſed eſt per accidens, quod diſtinguitur à per ſe ſeu ſimpliciter, quia vnū per ſe eſt ſimpliciter vnum, & ſecundum quid plura, ſicut vnum per accidens eſt ſimpliciter plura, & vnum ſecundum quid. Secundo poteſt accipi, vt diſtinguitur contra per aliud, & ita mundus eſt vnus per ſe: nam conditio eius eſt, vt ſit vnus, cum ſiç totum continens omnia ſub vna ſphæra, etiā ſi modus vnionis partium eius ſit per accidens, & aggregationem.

Ad 3. conſ. Mundus eſt vnus per accidens prout diſtinguitur à per ſe, ſeu ſimpliciter.

Ad 4. conſ. Ad quartum Reſp. Iandunus primo Cœli quæſt. 24. mundum nullam ex illis, vnitatem habere, ſed analogicam ex 4. met. 2. vbi ens dicitur eſſe ab vno, mundus autem non eſt niſi omnia entia, ſed non placet Piccolomineo lib. de mundo cap. 11. nam vnum analogia prędicatur de contento ſub eo, vt patet ex ente, at mundus non prædicatur de ſuis partibus: ſecundo quia illi repugnat Ariſt, vbi putat mundum eſſe vnum numero, & non poſſe multiplicari, quia conſtat ex tota materia, quia ex eo, quod habet formā in materia, eſt vnum numero, ex eo autem quod continet omnem materiam, non eſt multiplicabilis; tum quia vnitas mundi, ſicut aliorū agregatorum, ſumitur ex vnitate ordinis, at omnia, quę ſunt in hoc mundo, habēt vnū ordinem reſpectu vnius finis, & principij; ergo &c. neque obſtat carentia continuitatis, quia non eſt vnum ſub prædicamento quantitatis, vel alio prædicamento, ſed vnum aggregatione, quod in nullo vno prędicamēto continetur Reſp. ſecundo vnitatem numericam eſſe duplicem, vnam propriè dictam, quæ non conuenit, niſi habentibus vnionem partium per ſe, & ita mundus non eſt vnus, neque plures, ſicut lapis non eſt coecus, neque videns, Aliam eſſe vnitatem ſimilitudinariam, quę conuenit entibus habentibus aliquam vnionem partium ratione ordinis, vt Reſpublica, exercitus, &c. Et ita mundus eſt vnus numero, neque ad hanc vnitatem requiritur continuitas, immo ſimilitudinariè etiam poteſt dici vnus ſpecie, et genere, quatenus non eſt plures ſpecie, nec genere. Quomodo autem animal conſtans ex partibus eterogenijs habeat vnitatem numericam, per continuitatem ne; an per connexionem, & ſubordinationem diſputabitur alibi, nam ex Ariſt. 8. Phyſ. 30. videtur negare illi, conuenire vnitatem continuitatis, eo ꝙ continuū nō pōt ſe mouere, quin totū moueatur, at animal ſeipſum mouet, ſed Ariſt. loquit̃ de cōtinuo ſimilium partium, non autem de continuo diſſimilium habente partes colligatas, quod ab aliquibus dicitur continuum ratione quantitatis, non ratione ſubſtantiæ.

Mundus habet vnitatē analogicā, ex Iand. Reijcitur Piccol.

Vnitas Mūdi ex vnitate ordinis.

Dices quomodo mundus habet vnitatem, cum ab Ariſt. initio meteororum, cap. 2. & 2. Cœli 26. mundum hunc inferiorem dicat eſſe continuum ſuperioribus lationibus, et tamen partes huius mundi contiguātur potius, quam continuentur corporibus Cœleſtibus. Reſp. dici vnum ratione vltimæ formæ, et virtutis influxæ à Deo per motum. Ego Reſpondeo dici vnum ratione ſubordinationis partium ad vnum finem, et principium: quare Ariſt. loquitur de continuitate impropriè dicta, quæ eſt neceſſaria ad hoc, vt actio diffundatur in partes diſtantes ab agente.

Mundus dicitur vnus ratione ſubordinationis partium ad vnū finē

Notanda tamen eſt hic, opinio antiquorum dicentium, totam Mundi materiam eſſe continuam, etiam ſi ſit ſub diuerſis formis, nam hæc diuerſitas non impedit continuitatem, vt patet ex virga conſtante ex parte viridi, & ſicca, nam maior diſpoſitio continuitatis eſt inter aerē, & ignem, quam inter duas partes aquæ, vel terrę ob maiorem illorum fluxibilitatem, ſed diuerſitas formarum non impedit continuitatem, ergo ibi eſt continuitas, vnde ignis aeri, & hæc aquæ, et hæc terræ continuatur, & mixta Elementis, & mixta inter ſe ſm̄ ſuas materias, quia non apparet, vnde ſit impedimentum, quare tota materia inferiorum erit continua, & hinc forſe natura adeo horret uacuum, quia refugit diſcontinuitatē materiæ, neq; obijcias, ꝙ duo corpora dura ſint ſibi ꝓxima, q̃a ibi ſemp̄ mediat aer, ratione cuius materiæ ſunt cōtinuæ, ꝙ ſi ponetur excludi totaliter aerem, tunc illa omni conatu mouerentur ad ſe continuanda concurrente ad hoc tota natura. Hinc Angeſtus de propriet. form. 36. propr. e. d. t. infert, ex hac opinione ſequi omnes orbes, et ſi moueantur diuerſis motibus, eſſe inter ſe continuos, & licet eorum partes ſint diſcontinuę, tamen totum Cœlo toti Cœlo proximum, eſt continuum, ex partium autem diſcontinuitate ſaluari poteſt cœleſtis illa armonia ab antiquis poſita. Quæ opinio non poteſt habere aliud fundamentum, quam diſtinctionem continuit in ratione ſubſtantiæ materialis, & in ratione ſubſtantiæ formalis, ſicut diſtinguitur continuum in ratione quantitatis, & non ſubſtantię in virgę parte viridi, et parte ſicca.

Mundi materia, quomodo ſit continua.

Ad

19 Ad 5. conf. Ad quintam confirmat. Respond. vnitatem mundi numericam non esse metaphysicã, sed per æquiualentiam, sicut probat argumentum, sicut est vnitas exercitus, & Reipublicæ, in quibus aliquæ partes deficiunt, aliæ subrogantur in earum locum, quomodo enim dicitur vnus homo, qui prius erat puer, nunc senex, etiam si sint mutatæ aliquæ partes per nutritionem, augmentationem, & decretionem, vt dicemus in libris de anima, vbi referemus opinionem defendentium vnitatem hominis eo, quod semper remaneant aliquæ partes primogeneæ, quod similiter dici posset de vniuerso, quia semper sunt aliquæ partes primogeneæ, vt cœlestis orbis, & terra secundum intrinsecas partes, & fortè etiam aliorum elemẽtorum sunt aliquæ partes nunc existentes quæ fuerunt à principio creationis, vt in suprema parte ignis, & similibus.

Forte adhuc existũt aliquæ partes elementorum, quæ fuerunt a principio creationis.

Ad 6. conf. Ad sextam patebit infra, vbi referemus rationes Arist. art. 6.

Ad 7. conf. Ad septimam Respond. negando consequentiam, quia non omne quod non est repugnat est de facto, alioqui Deus non posset plura facere, præter ea, quæ fecit, & licet à nobis ratione naturali ducta ex natura rei nequeat probari dari vnum mundum, tamen satis probatur ex coniecturis iam dictis.

## ARTICVLVS SEXTVS.

*Afferuntur, & soluuntur argumenta Arist. contra possibilem pluritatem Mundorum.*

20 Arist. docet non posse dari plures Mundos.

Aristoteles pluribus contendit probare non solum mundum esse vnum, sed non posse dari plures mundos primo Cœli a t. 8. ad 92. et 98. cuius omnia argumenta reuocantur ad quatuor capita. Primo si sunt plures Mundi in vtroque esset terra; Ergo vel Terra alterius Mundi mouebitur ad centrum huius mundi naturaliter, vel violenter, si naturaliter Ergo violenter detinebitur in centro alterius mundi; quare accedet ad hoc centrũ; Si violenter Ergo violenter terra quiescet in centro huius mundi, quia in eo loco violenter quiescit, ad quem violenter mouetur, neque dicas terram illius mundi specie differre à Terra huius Mundi, nam. t. 78. & 75. corpora quę habent motum eiusdem rationis, sunt eiusdem speciei, sed hæc habent motus eiusdem rationis, quia tres tantum sunt species motus simplicis, à medio, ad medium, & circa medium. Ergo non potest dari corpus simplex distinctum specie ab his quatuor, neque secundo dicas illam terram modo non moueri ad hanc propter distantiam, quia ex tit. 81. cum eadem sit rei natura semper mouebit ad eundem locum inquacunque sit distantia, neque tertio dicas sufficere si moueatur ad locum eiusdem rationis, quia tex. 83. partes terræ quæ sũt in hoc mundo, differunt numero, & tamen mouentur ad idem numero centrum, neque quarto dicas non esse determinatum locum ad quem grauia, & leuia mouentur, sed moueri in distãtiam, & ideo non dicitur terra illius mundi ad hoc centrum ferri, nam tex. 86. 87. & 88. omnis motus est à termino in terminum, quo acquisito cessat motus: ergo: Confirmat. quia videmus terram eo velocius moueri, quo magis accedit ad centrum ergo si in infinitum ferretur, esset infinita velocitas, & per consequens infinita grauitas, neque vltimo dicas omnia elementa moueri violenter, & ideo terra illa non debet moueri ad hoc centrum, naturaliter, nam tex. 88. & 89. si elementa non habent motum naturalem, neque habere possunt violentum, quia moueri violenter est, virtute agentis alicuius moueri contra per propriam inclinationem, quod si nullo modo sunt apta moueri naturaliter neque violenter moueri possunt, deinde Tardius moueretur magnus ignis, quam paruus, similiter terra, contra experientiam, denique si naturaliter nõ ferretur ad locum, non violenter inde dimoueretur. Confirm. quia non possunt dari plures motus, quam à medio, & ad medium, & circa medium, ergo neque plures mundi, quia corpora haberent eosdem motus sibi connaturales, atque adeo essent eiusdem naturę.

Tres sunt species motus simplicis à medio ad medium, & circa medium.

Natura eadẽ semper manet ad eundem locum in qua cumque sit distantia.

Terra eo velocius mouetur, quo magis accedit ad centrum.

21 Resp ad argumentum Arist. ductũ ex motu.

Resp. si essent alij mundi terra quiesceret in centro alterius naturaliter, sicut hac terra in centro huius, nam terra non appetit centrum propter aliquam illius qualitatem, sed propter ordinem, quem habet cum alijs elementis quò ad subordinationem loci, et situs, quod si essent plures mundi, terra huius mũdi non haberet ordinem cum corporibus alterius mundi, quia neque esset supra, neque sub illis, et non appeteret ordinem cum alijs corporibus, atque adeo neque moueretur ad acquirendum ordinem cum corporibus alterius mundi, sicut si aqua, & terra crearentur extra vniuersum, et sine ord ne, non mouerentur ad acquirendum aliquem situm inter se. Hinc fit, vt terra alterius mundi non ferretur ad centrum huius mundi, tum ob rationem dictam, tum quia deberet ascensere, et Cœlos penetrare, quare illa esset in centro illius mundi, vnde vt hæc terra est naturaliter in hoc centro, ita illa in illo etiamsi sint eiusdem speciei, quia non est locus naturalis elementorum, vt sint in eodem numero mundi situ sed, vt sint in determinato situ illius mundi, cuius sint pa rtes.

22 Appetitus alicuius rei quiescit in assequutione vnius indiuidui sub illa spẽ.

Dices terræ illæ essent eiusdem speciei: ergo appeterent eundem numero situm, et centrum, quare dum sunt extra illud violenter essent. Resp. 1. quando res appetit aliquid, nõ appetere illud in omni indiuiduo, sed si assequatur illud in vno, manet contenta, et quieta, vt homo appetens Dei visionem si vnam consequatur, quiescit, neque appetit alium visionem, sic aqua contenta est vna frigiditate, et similiter ignis appetit concauum ignis, quod si semel illud consequatur in no-

stro

ſtro Emiſpherio, non appetit, vt ſit in alio Emiſpherio, et hoc exemplum ſoluit rationem Ariſtotelis; quare dicenda eſt terra appetere centrum, et eſse ſub corporibus, quibus ſubordinatur hoc haberet terra vtriuſque Mundi, ſi eſſent plures; ideo vtraque naturaliter quieſceret, vnde quantum eſt de ſe nulla terra naturaliter mouetur ad aliam, ſi tamen terra ab extrinſeco moueretur, motus terræ vſque ad Cœlum eſſet violentus, quod traherctur extra mundum, et poneretur in alio mundo naturaliter moueretur ad centrum illius mundi quare dilemma Ariſtotelis nullum eſt, & ſimile eſt, ſi portio ignis, quæ eſt in noſtro Hemiſpherio traheretur per lineam rectam vſque ad concauum alterius Emiſpherii, ille motus vſque ad centrum eſſet violentus, quia deſcenderet, poſtea tamen naturaliter a cẽtro vſque ad aliam Cœli partem naturaliter mouetur, quia aſcenderet, & hæc adeo vera ſunt, vt ſi Deus crearet nunc extra Cœlum aliquod corpus ibi quieſceret, neque naturaliter, neque violenter moneretur, quia nullum haberet ordinem ad alia corpora, locus autem naturalis, vel violentus non eſt in tali ordine corporum inter ſe.

Si terra traheretur extra Mundũ, naturaliter moueretur ad centrum Mundi. motus ignis exiſtẽtis in noſtro Hemiſperio, ſi traheretur ad aliud per lineã rectã eſſet cõpoſitus ex violento, & naturali.

Terra ex Mundũ poſita ibi quieſceret.

Ad confirm. Reſp. 1. negando non poſſe dari alias ſpeties motus, nam poſſet ille mundus conſtitui ex ſpeciebus mobilibus dextrorſum, & ſiniſtrorſum, & ſecundum alios ſitus imaginabiles. Reſp. 2. negando conſeq. quia peccat fieri mundus ex ſpetiebus imobilibus localiter, vt dicitur de Cęlo Empyreo.

23 Soluitur 2. ratio ex vnitatẽ Dei.

Secunda ratio t. 90. quia alias non poſſet inueſtigari vnus primus motor, nam huius vnitas inueſtigatur ex vnitate mundi, & ſempiternitate motus, neque dicas eſſe plures mundos ordinatos ad vnum primum motorem, nam plures non poſſunt tendere ad vnum, niſi ordine quodam, ex quo ordine reſultat vnitas mundi. Ad ſecundum Reſp. ſemper ponebatur vtriuſque mondi cauſa efficiens Deus, & ſingulorum mundorum orbibus ſingulis poſsẽt tribui ſingulæ intelligentiæ; ad id de ordinatione Reſpondetur inde colligi non fuiſſe conueniens producerę plures mundos, non tamen id eſſe impoſſibile, quia poſſet Deus plura efficere, quæ inter ſe nullum ordinem ſeruent ordinãdo ſingula immediatè ad ſe ipſum, vnde ſi procerentur plures mundi, quilibet conſtaret ex partibus ſuis interſe ordinatis, & quilibet immediatè ordinaretur ad Deum oſtendendo vnitatem, & bonitatem Dei Auctoris ſui, ſicuti eadem res poteſt pluribus imaginibus repreſentari.

Nõ erat cõueniẽs producera plures Mũdos.

Reſpond. 2. Negando vnitatem Dei demonſtrari ex vnitate mundi, quia poſſent ad vnum opus concurrere plures artifices, ſed non placet, quia omnes hi artifices debent ſubordinari vni architectonicè procedenti; Quare dico quod licet vnitas mundi oſtendat actiuitatem artificis ſupremi, non tamen pluralitas oſtendit pluralitatem artificum, ſed ſolum, quod tunc poſita pluralitate non poſſet demonſtrari, vt ſic, vnitas primi artificis.

Pluralitas Mundorum non argueret pluralitatem artificum.

Tertia tex. 91. Mundus hic eſt ita conſtitutus; vt Cœlum ſit in ſupremo loco, terra in infirmo, quæ terra dicitur ſubſiſtẽs, ſiuè quia omnibus ſubſtat, vt ait D. Tho. ſiuè quia eſt immobilis, reliqua aũt corpora ſunt in ſpatio intermedio, ſi aũt eſſet alius Mũdus, eſſent alia corpora alio modo, quia vel eſsent ſupra hunc, & tũc corpus leue intermediũ eſſet ſupra Cœlum, vel ſub hoc mundo, & ſic idem corpus leue eſset ſub terra, neque dicas eſse extra hunc mundum violenter, nam ille locus diceretur eſse alteri corpori naturalis, quia Deus, & natura non facit aliquid eſse fruſtra, ſed ibi non poteſt eſse aliud corpus naturaliter; nam omne corpus, vel eſt ſimplex, vel mixtum, ſi ſimplex, vel ex cœleſtibus, vel ex elementaribus, non Cœlum quia hoc Cœlum eſset mutabile. & hoc in illud, neque ſecundum, quia non poteſt ibi naturaliter eſse, cum ſit extra locum, in quo eſt naturaliter, & hinc patet neque eſse naturaliter ibi corpora mixta, quia hæc habent naturalia loca ex prædominio elementi.

24 Supremum Mundi locũ occupat cælum, infimũ terra.

Reſpondeo ex dictis patere, connaturalitatem elementorum reſpectu propriorum locorum ſumi reſpectu illius mundi, cuius ſunt partes, in quo habent inter ſe ſubordinationem, & hinc patet, cum partes quæ ſunt in diſtinctis mundis, non habeant inter ſe ordinem, neque habere inter ſe connaturalitatem vt vnum moueatur ad aliud, ſed vnumquodque habet ſuum Cœlum intra quod continentur omnia corpora, quæ pertinent ad vnumquemque mundum: & ideo licet vnus mundus ſit extra Cęlum alterius, nullum tamen corpus pertinens ad talem mundum eſt extra Cœlum ſui mundi.

Soluitur 3. ratio oſtendẽdo cauſã naturalitatis eorum, quæ conueniunt Elementis.

Hinc patet de facto extra hunc mundum nõ eſse aliud quippiam quia ibi non eſt plenum, quia ſicut ex ſcriptura colligitur vnitas mundi, ita extra hunc mundum non eſse aliud corpus, neque vacuum, quia vacuum dicitur locus non repletus corpore, ſed aptus repleri, primo Cœli 99. & 100. at ibi non eſt locus, nam locus eſt ſuperficies corpori continentis aliud, &c. Dices poteſt Deus producere hominem extra Cœlum, at ille homo alicubi produceretur ergo in aliquo loco: confirm. quia ſi ibi eſset homo per diuinam potentiam, poſset etiam extendere brachium, atque adeo moueri localiter, at motus localis eſt ad locum. Ergo ibi eſset motus, & tempus menſurans motum. Confirm. quia ille homo repleret aliquod ſpatium: ergo illud ſpatium nunc eſt vacuum, & idem patet ſi fieret motus per illud ſpatium, nam ibi reperiret ſpatium vacuum cum duo corpora non ſe penetrent.

25 Extra Mũdum nullũ corpus, neque vacuũ.

Obiect.

Ex his argomentis Stoici, & Pythagorici apud Plutharcum 2. de Placitis capit. 9. poſuerunt corpus extra Mundũ Pythagorici quidem, vt mundus reſpiret, ex 4. Phiſ. 56. Stoici vero, vt mundus in illud reſoluatur

26 Quid Pythagorici, & Stoici.

cum

Si Corpus crearetur extra Mundum esset in loco imaginario, & non reali.

tum incendio consumetur. Verum Arist. ex his argumentis putat, non probari nisi ibi esse spatium imaginarium, & inane, vnde patet ad primum, nam homo productus extra Cœlum non esset alicubi tanquam in loco reali, sed tanquam in loco imaginario, sicut, corpus motum per vacuum acquireret spatium imaginarium, quod à nobis concipitur, vt locus, & idem dicitur de extensione bracchij extra Cœlum, neque enim omnis motus translatius est acquisitio loci, vt locus dicit superficiē ex natura talis motus, sed ex connaturalitate extrinseca, quia nunc de facto motus nullus est talis, nisi inter corpora, sic ordinata: vnde falsum dicitur, omnem motum localem, vel esse per locum, vel per vacuum priuatiuè sumptum, quia potest esse per vacuum negatiuè, quod non dicit aptitudinem in subiecto, seu superficie actu repleri, & hinc patet ad confirmationem quod ille homo repleret vacuum negatiuè, & licet ille motus non mensuraretur tempore extrinseco, tamen haberet suum tempus sibi intrinsecum.

27 Extra cælū substantiæ immater.

Dices secundo ex Arist. sunt extra Cœlum substantia quædam immortales, quę nec tempore senescunt, nec mutationibus subijciuntur: Ergo extra Cœlum est locus in quo sunt illæ substantiæ.

Resp.

Resp. primò id inteligi de Deo, & intelligentijs, vt alibi dicemus. Secundo has substantias esse in Cœlo definitiuè, vt colligitur ex 8. Phys. vbi primus motor ponitur in orbe, & à Theologis ponitur vbique per immensitatem, & realem præsentiam, quia intelligentiæ operantur in Cœlo, & Deus vbique; dicuntur autem esse extra Cœlum circumscriptiuè negatiuè, quia scilicet non circumscribuntur à Cœlo, nec Deus à toto vniuerso, vnde Deus Theologicè non debet dici esse definitiuè in loco, vt male Aristotelici, quia non continetur à toto orbe, sed est in spatijs imaginarijs infinitis extra totum orbem: dicitur autem peculiari modo esse in Cœlo ob præcipuam quandam operationem beatificandi scilicet alios, quam habet in Cœlo, vt enim diximus in Physicis, esse in loco accipitur dupliciter, primo circumscriptiuè quomodo corpora secundum connaturalem statum sunt in loco; secundo definitiuè quod propriè dicitur contineri intra aliquem locum secundum totam substantiam, correspondentem singulis partibus loci, Quæ autem sit ratio existendi in loco definitiuè disputabit Theologi, an sit operatio, an vero finitas substantiæ, & vt duplex est modus essendi in loco, ita est duplex modus essendi extra Cœlum.

Intelligentiæ sunt in Cælo definitiuè extra cælum circumscriptiuè negatiuè, ex opin. Aristot. Cur Deus dicatur esse in Cælo, cū sit vbique.

Duplex Modus essendi in loco circumscriptiuè & definitiuè.

## ARTICVLVS SEPTIMVS.

28

Soluuntur argumenta Platonicorum proposita in secunda opinione; Platonici probant quidem vnitatem mundi, sed quia videntur negare esse possibiles plures mūdos, ideo eorum argumenta soluenda sunt, quare ad primum respondetur esse quidem efficiens vnum, & perfectissimum, non tamen inde fit, non posse efficere nisi vnum idque perfectissimum, tum quia cum liber in agendo, & infinitæ virtutis potest producere effectus, cum ea perfectione, quamlibet cōcedere, & qa ex nulla cā necessitatur ad producendū perfectissimum effectum; tum quia cum sit virtutis infinitæ effectus ille deberet esse infinitæ perfectionis; nam finitus effectus non potest esse adæquatus infinitæ potentiæ; vnde prima parte ostēdemus, terminum potentiæ infinitæ adæquatum non esse intrinsecè, sed extrinsecè, quia scilicet effectus infinitæ perfectionis non potest produci, omnis autem infra illum potest produci, vnde dicitur esse infinitus syncategorematicè: Ad primam probation. Resp. opus imitari quidem conditionem causæ, sed hæc conditio, quam imitatur, non est vnitas, quia hoc poneret imperfectionem in causa, quod scilicet non posset producere nisi vnum effectum, sed imitatur conditionem, quæ in exemplari continetur, & ideo cum vnus artifex possit habere plura exemplaria, poterit producere plures effectus illi similes.

Effectus imitatur conditionem causæ, sed non in numero, & vnitate.

Ad secundam probat. Resp. ab vno, vt vno i. habente vnum exemplar non procedere nisi vnum, at vero ab vno habente plura exemplaria possunt procedere plura, quia non procedunt ab illo, vt vno, sed vt est multa; vel dicendum ab vno formaliter, & virtualiter non procedere nisi vnum; at vero ab vno formaliter, & virtualiter plura possunt procedere plura, non solum inter se ordinata, sed etiam quæ nullum habeant ordinem inter se; deniq; aliqui dicunt illud principium procedere quidem in causa necessaria, non autem in libera, quia hæc operatur, & vnum, & plura prout libet: cum igitur Deus sit agens liberum, & infinitæ virtutis non mirum, si potest plura producere.

29 Quomodo ab vno, vt vno possint esse plura.

Ad Confirm. Resp. si essent plures mundi posset concedi, primo esse plura primo mobilia, non tamen inde sequitur esse plures primos motores, quia vnus posset mouere plura.

Secundo negatur necessario sequi, esse plura prima mobilia, quia possent tales mundus à Deo fieri sine huiusmodi Cœlorum motibus, constituendo illis, vel ex substantijs solum spiritualibus, vel solum corporeis immobilibus motu locali, vel permistim ex corporalibus, & spiritualibus.

## QVAESTIO SECVNDA.

*An plures mundi à Deo creabiles possint esse in infinitum perfectiores.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quaestionis.*

1 PRimo not. hanc quaestionem non intelligi de mundis indiuidualiter distinctis, sed specie, quae cum se habeant, vt numeri ex 8. Met. tex. 10. vna necessario excedit alteram in perfectione, sicut numerus excedit alterum vnitate, quare haec quaestio praecipuè pendet ex illa quaestione an intercreaturas sit progressus in infinitum secundum perfectionem, an vero sit status in aliqua perfectione, de qua nos fusè in Phys. Tr. 18. q. 5. dub. 4. vbi videri potest, quia tamen à Doctoribus solet hic specialiter tractari, ideo breuiter illam attingemus.

Explicatur duplex sensus quaest. Secūdo not. dupliciter posse quaestionem institui, primo de Mundo existente an possit fieri perfectior positis iisdem speciebus, & in hoc sensu infra tractabitur, secundo an alius mundus ab hoc distinctus possit fieri perfectior, & quia supra ostendimus posse produci alium Mundum cum alijs speciebus, quae possunt esse perfectiores, & imperfectiores speciebus contentis in hoc Mundo ideo quaeritur: an species alterius Mundi possint esse perfectiores speciebus huius Mundi, & an progressus harum perfectionum maiorum sit in infinitum.

Maior perfectio Mundi, vnde spectatur. Tertio notandum maiorem perfectionem Mundi posse spectari ex duobus capitibus Primo ex partibus illius perfectioribus, quae sunt species rerum, secundo ex ordine illarum partium, an scilicet possit esse perfectior ordine partium huius Mundi.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

2 Posse dari Mundū imperfectiorē quidem, sed non perfectiorem. PRima opinio est dicentium posse quidem dari Mundum hoc imperfectiorem destruendo aliquam speciem illius vel alia ratione, non tamen posse dari mundum hoc perfectiorem, quia non possunt dari alia genera entiū quam sint in hoc Mundo, nec dari alij gradus entium, vel viuentium: nam in hoc Mundo continentur, & entia spiritualia, ac corporea, & ex corporeis inanimata, & animata, & ex animatis vegetantia, sensitiua, & rationalia, ac in eo continentur omnes gradus viuentium, quare ex hac parte non potest dari alius mundus perfectior, neque pōt dari ex parte ordinis, quia ordo inter, huiusmodi species rerum est adeo perfectus, vt si, vel minimum immutaretur perfectio vniuersi corrumperetur;

3 Posse quidē dari Mundi perfectiorē sed non posse dari perfectiorē in infinitum. Secunda opinio est dicentium posse quidem dari alium Mundum perfectiorem secundum species, tamen in ea perfectione non posse procedi in infinitum, ita Scotus, & Aureolus locis citatis in dictā dub. 4. Vbi licet non loquantur de Mundo, sed de speciebus, inter quas dicunt dari statum quo ad perfectiones, tamen eadem ratio est de Mundo. Primo si possent dari plures Mundi essentialiter perfectiores in infinitum, illi non haberent vltimum: Ergo essent infiniti, quia infinita multitudo dicitur, quae caret vltimo, sed impossibile est esse infinitos, tum quia sequeretur dari multitudinem actu infinitam, quia omne possibile potest poni in esse absque vllo inconuenienti. Tum quia daretur vna species infinita secundum perfectionem essentialem, nam cum latitudo essētialis perfectionis specificę inter eas sit infinita, & haec latitudo sit ita ordinata, vt superior contineat perfectionem inferioris speciei, necessariō sequitur, dari aliquam speciem in tota illa latitudine, siue determinatā, siue vagē sumptam infinitam secundum essentiam, quae infinitas repugnat creaturae, cum ex essentia sua dicat perfectionem participatam, atque adeo limitatam: neque dicas ex finitate creaturae sequi potentiam Dei esse finitam tum quia infinitas Potentiae Diuinae sumitur vel ex modo operandi, siue quia operatur immediatè immediatione suppositi in omnibus, siuē quia operatur independenter ab alia causa siue effectiua, siue materiali, tum quia sumitur ex essentia diuina, quae est infinita, tum quia eius obiectum non est determinatum, sed est quicquid non implicat contradictionem: Cum tamen obiectum cuiuslibet potentiae finitae sit determinatum ad aliquod genus, atque adeo non est quicquid implicat contradictionem in genere entis.

Tertia opinio est dicentium posse dari alios Mundos perfectiores, & perfectiores, & in infinitum, non solum secundum perfectionem indiuidualem, sed etiam specificam sumitur ex Diu. Thom. 1. par. quaest. 25. artic. 6. ad 1. vbi Caietanus. Capreolus in p. d. 44. quaest. 2. & alijs, quos alibi citauimus, & haec opinio mihi placet. 4 Possibiles esse Mūdos pfectiores, et perfectiores in infinitum.

### ARTICVLVS III.

*Opinio Auctoris.*

PRima conclusio potest dari Mundus hoc perfectior, quia possent dari aliae species distinctae ab his, quae sunt in hoc Mundo, multo perfectiores, tam inter species substantiae spirituales, quam corporeae, vt probauimus loc. cit. dub. 4. Ergo Mundus ex illis constitutus esset perfectior, nam Mundus non est aliud quam coordinatio plurium specierum ad vnum finem; ex quo patet ad argumentum primae opinionis, quia licet in hoc Mundo sint omnia rerum genera, & gradus, non tamen sunt omnes species possibiles quae continentur sub illis generibus, & gradibus, vt patet ex dictis quaestione praecedenti. 5 Possibiles est Mundus perfectior.

Dices in hoc Mundo reperitur hō, quo non potest dari creatura perfectior in genere creaturarum corporalium; Ergo Resp. posse dari creaturam intellectiuam etiam corpoream homine perfectiorem, vt quę habeat

bent species congregatas, vel sensum perfectiores, à quibus oriantur species intelligibiles clariores, etc. Resp. secundo etiam si non detur creatura talis perfectior hoc, possent tamen dari creaturæ puræ spiritualis perfectiores his, quæ sunt in hoc Mundo.

Mundi perfectior in infinitũ nõ impleant.

Secunda conclusio Mundi perfectiones possunt esse in infinitum sine vllo termino. Primo quia species rerum secundum perfectionem essentialem non habent terminum, sed possunt esse perfectiores, & perfectiores in infinitum, vt probaui loco cit. dub. 4. ex infinita participabilitate diuinæ essentiæ, quæ nunquam potest exhauriri, nam quacunque perfectione creata posita, adhuc diuina essẽtia infinite ab illa distat, atque adeo semper remanet aliqua ratio, secundum quam est participabilis: ergo possunt dari plures Mundi perfectiores, et perfectiores in infinitum, quia Mundi illi constarent ex diuersis speciebus perfectioribus in infinitum, vnde falso negatur, creaturam infinite à Deo distare, dum conceditur Deum finite distare à creatura, sicut absurdum est concedere quod, A, est solum subduplum ad B, et tamen, B. excedit, A, in infinitum.

Confirmatur, quia in productione talium Mundorum non est repugnantia ex parte omnipotentiæ Dei, quia cum sit infinita non potest adæquari ab effectu finito, non solum in ratione entis, sed etiam in ratione termini, & effectus, nam alioquin posset terminus adæquatus potentiæ infinitæ adæquari etiam potentiæ finitæ: Neque repugnat ex parte effectus, nam Mundus non est aliud, quam ordinatio multarum specierum sub vno continente, primo principio dirigente, & gubernante, & vno fine, sed in creaturis quo ad perfectionem non datur terminus, vt probaui in Physicis: Ergo neque in Congregatione creaturarum datur terminus, nam ex creaturis sine termino possunt fieri combinationes, atque adeo aggregationes sine termino; Etiam si respiciant idem principium, & eundem finem.

7 Obiect.

Dices Mundus dicitur vniuersum, sed implicat dari plura vniuersa, nam vniuersum continet omnes creaturas, alioquin non esset vniuersum. Respondet Capreolus ad secundum contra octauam, concedendo non posse dari simul plura vniuersa, sed successiuè posse dari tamen plures Mundos, quorum nullus esset vniuersum, sed vterque haberet ordinem ad vnum finẽ, & principium: Neq; tamen hinc sequitur, quod species, quæ essent in singulis Mundis, nõ essent ordinatæ inter se; Dicitur autem hic Mundus vniuersum ab Arist. quia hic continet ex Arist. sententia, non solum omnes species actu existentes, sed actus possibiles: Ego respondeo vniuersum posse accipi dupliciter: primo simpliciter, & ita rectè probatur nõ posse dari plura vniuersa, quia vniuersum simpliciter continet omnes creaturas, non solum existentes, sed actus possibiles; alterum secundum quid idest respectu determinatarum specierum,

Resp. Capr

Vniuersum duplex simpliciter, & secundum quid.

siue secundum existentiam, siue secundum ordinem, & hac ratione hic Mundus dicitur vniuersum, quia continet omnes species existentes, at si essent plures Mundi, essent plura vniuersa secundum quid, non quia singuli continerent omnes species existẽtes, sed quia singuli continerent suas species cum proprio ordine inter se, & ad finem, ex quibus patet ad argumentum oppositæ sententiæ, nam licet in hoc Mundo dentur omnes gradus, non tamen omnes species illorum graduum, atque adeo ex parte specierum potest fieri Mundus perfectior, quàm sit hic productus, vnde etiam fit, posse esse perfectiorem quoad ordinem quia, quo species sunt perfectiores, eo magis accedunt ad perfectionem primi principij, & vltimi finis, atque adeo habent nobiliorem ordinem, neq; hinc sequitur posse dari infinitam multitudinem mundorum, 8
quia cum hæc infinitas mundorum sit syncategorematica, idest habens actum admixtum potentiæ, non potest tota simul reduci ad actum, sed successiuè, vt diximus in Physicis nam licet omnis potentia possit reduci ad actum tamen debet reduci ad adæquatum, quem respicit, hæc autem potentia non respicit actũ completum, qui simul sit, sed incompletum, qui habet admistam potentiam, neque hinc sequitur in tota illa multitudine specierum dari aliquam infinitatem perfectionis, quia id fortasse posset dici quando illa multitudo posset poni tota in actu, quia tunc deberet habere terminum aliquo modo intrinsecum: at vero quando est infinitas syncategorematici id dici non potest, nam habet terminum extrinsecum, scilicet Deum, nam diuina perfectio non potest attingi per omnipotentiam omnis autem perfectio inferior Deo, attingi potest, at non datur prima perfectio ad quam descenditur post Deum, sicut non datur vltima ad quam ab infima ascenditur, quia illa esset summa, atque adeo vltima quod, repugnat infinito vide dicta in physicis, & apud clipeum Thom. in prædicam. q. 13.

Potẽtia debet reduci ad actum, quem respicit.

# DVBITATIO PRIMA,

## *An hic Mundus sit perfectus.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo not. Cum Mundus non sit aliud nisi ordinatio quędam plurium corporũ simplicium inferiorum, & superiorum sub vno primo mobili, & vno primo Motore, à quo omnia gubernantur, siue immediatè, siue mediatè, necessariò habet partes, quæ ratione vnius ordinis inter se, & cum principio, & fine constituunt vnum Mundum; & quia partes quæ sunt in illo, sunt diuersi generis ideo illud totum includens partes, potest multipliciter accipi, prout includit plures, vel pauciora entia vnde

1 Quid sit Mundus.

Notan-

Mundus quatuormodis accipitur.

Notandum 2. Mundum accipi quadrupliciter. Primo pro aggregatione omnium entium, quæ existunt, & ita certum est esse perfectum, quod includit Deum, tanquam principium, & finem illius 12. Met. 52. & dicitur vniuersum habens partes vnitas in vnitate, ordinis, quo inferiora cum hoc primo principio vniuntur. Secundo pro aggregatione rerū extra Deum, vnde dicitur Deus Creator Mundi, & Mundus à Deo pendere, & esse finitæ perfectionis, & hac ratione includit intelligentias, & dici potest mundus creatus. Tertio pro aggregatione rerum corporearum, ita diuiditur in sphæram superiorem, & inferiorem, & dici potest mundus corporeus. Quarto pro aggregatione excelementis, & mixtis, ita accipitur primo Meteororum cum dicitur debere Mundum hunc esse continuum superioribus lationibus, &c. & dici potest Mundus elementaris. Hæc igitur quæstio, licet intelligi possit de Mundo creato, tamen ab Arist. & Platone, dum qu rant perfectionem Mundi accipitur pro Mundo sensibili, & corporeo, quia illum distinguunt ab intelligibili.

2 Perfectum simpliciter, & extra genus, & perfectū sm̄ qd et in genere

Tertio notandum perfectum, aliud dici simpliciter, & extra genus; quod continet omnem perfectionem possibilem in ratione entis, & excludit omnem imperfectionem, etiam negatiuam, vnde fit vt nihil possit addi, & hoc tantum Deus est perfectus, quia continet omnem perfectionem imaginabilem, Aliud dici perfectum secundum quid, & in genere, quod non continet omnem perfectionem possibilem in ratione entis, sed debitam sibi, sicut homo dicitur perfectus homo, cum habet omnia requisita ad esse hominis, hæc autem perfectio requisita, vel est essentialis, vel substantialis, vel substantialis, vel accidentalis.

Perfectum secūdū quid tripliciter esse potest.

Vnde perfectum secundum quid dicitur tripliciter quoddam est essentiale: Ex quo dicitur aliquid perfectum essentialiter, quoddam est substantiale, vnde dicitur perfectum substantialiter vt suppositum, &c. Quoddam est accidentale vnde dicitur perfectum accidentaliter, Saxonia vero perfectum substantiale ait esse quando ly perfectum determinatur per aliquod nomen significans substantiam vt perfectus equus, &c, &c. sicut perfectum accidentale quando est additur nomen significans accidens, vt perfectus Rector, lector, &c. & similiter perfecta magnitudo.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

3 Perfectū dicitur, quod habet omnē perfectionē sibi debitā.

PRima opinio negat esse perfectum, nam perfectum dicitur, quod habet omnem perfectionem sibi debitam, vnde 2. metl 2. perfectus Musicus dicitur, cui secundum propriam virtutis speciem nihil deficit. Et hinc nulla potest illi fieri additio; sed Mundus non est talis, nam multa illi desunt, tum indiuidua specierum existētium in ipso, tum alios species, neque dicas illas non esse debitas Mundo, nam cum dicatur vniuersum omnia continere debet, sicut vniuersalis propositio verificare debet de omnibus inferioribus subiecto.

Confirm. quia etiam si contineat omnia corporalia tamen careret perfectionibus modis essendi creaturarum spiritualium, quia hæ sunt extra Mundum, et ideo Dionisius c. 4. de Cœlesti Hierarch. uocat super humanas mentes; at, modi essendi sunt essentiales partes Mundi, ergo Mundo deest essentialis pars.

Mala Mundum reddūt imperfectū.

Secundo nam multa habet, quæ destruunt perfectionem tum quia habet multa mala tum naturalia, vt monstra, tum moralia, vt peccata, quæ sunt monstra moralia; deinde habet corruptionem, tempestates, steril tatem, quæ nocent homini, propter quam factus est Mundus; confirm. quia habet multa superflua, nam multa nō sunt necessaria Mundi perfectioni, nam his carebit Mundus post diem iudicij, & tamen tunc habebit perfectiorem statum ex patribus.

Tertio quia rationes Aristotelis sunt insufficientes, nam prima ducta ex perfectione corporis secundum triplicem diuisionem, non probat Mundum esse perfectum secundum substantiam, sed tantum secundum quantitatem, at hæc perfectio non sufficit ad perfectionem mundi, tum quia quodlibet corpus illam triplicem dimensionem habet, tum quia si simplex dimensio sufficeret Mundus esset perfectus, etiam si partes haberet sine ordine.

Neque secunda ratio est efficax, nam si negatio continentis passiue sufficeret, etiam locus esset perfectus, quia à nullo continetur.

4 Mundū esse perfectum, vnde prob.

Secunda opinio est affirmantium esse perfectum, primo ex Auctore, qui eum fit, & potentia, & sapientia, ac bonitate præstantissimus non potuit producere nisi Mundum perfectissimum, quia à causa perfecta non potest prodere nisi effectus perfectus, nisi impeditur vel ab extrinseco potentiori, vel ab intrinseca inuidia, vel essensia, quæ absunt à Deo.

Ostenditur Mundo nihil deesse, eorum, quæ existunt ad ipsius perfectiones.

Secundo probant, quia nihil deest ex iis, quæ requiruntur ad eius perfectionem, siue spectetur pulcritudo, siue integritas illi necessaria, sicut enim in domo perfecta sunt, & fundamentum, & tectum, & aliæ partes, ita in vniuerso primo est terra, vt fundamentum totius edificij ad substentanda cæteras partes, præsertim animalia, pro quorum conseruatione necessariæ sunt herbæ, quæ cum non possunt produci sine aquea humiditate fuit additum elementum aquæ: & quia ob suam densitatem, & carentiam luminis fuisset tenebrosa, ideo necessarius fuit aer, tum ad temperandam siccitatem terræ, tum ad expellendas ab eo tenebras illuminata à sole mediante aere; denique ignis fuit necessarius tum ad temperandam terræ, & aquæ frigiditatem, vnde posito vno contrariorum in natura alterum poni debet, tum ab eius maximam

ximam actiuitatem neceſſariam ad miſtorum procreationem, quod ſi hæc elementa ad vſum, & hominum, & animalium referantur, nullum eſt elementum, quod non plures habeat vtilitates, vt ſuo loco patebit. Huic fundamento additum fuit tectum idest Cœleſte corpus, quod ſua influentia omnia gubernaret, tum terram iuuando ad germinandum, tum fouendo omnia inferiora, tum elementa varia ſuo motu generando, & applicãdo, tum temporum varietatem, & quatuor annis partes partiendo, ſine qua vniuerſum conſeruari non poſſet: his corporibus ſimplicibus fuit neceſſarium addere varias
D. Th. ſpecies rerum corruptibilium ex D. Thom. quæſt. 5 de Veritate ar. 3. nam ex eorum varietate maximè elucet, & vniuerſi perfectio, & creatoris, tum potentia in producendo, tum ſapientia in diſponendo, tum prouidentia in gubernando: hæ enim ſpecies dicuntur neceſſariæ ad perfectionem vniuerſi, non ratione ordinis debiti ſecundum ſitum, quia ad hoc ſufficerent elementa, ex quorum prędominio miſta habẽt certum ſitum, ſed ſunt neceſſariæ, tum ad pulchritudinẽ Mũdi, tum ad perfectam integritatem, neque tamen omnia indiuidua ſpecierum ſunt neceſſaria, quia indiuidua non ſunt neceſſaria niſi ad conſeruandas ſpecies, atque adeo quæ cunque illa ſint, ſufficiunt, denique ad perfectionẽ Mundi tanquam complementum illius pertinet ſpecies humana, in qua homo, vt caput totius naturæ corporalis ſubſiſteret, qui per intellectum omnia in Deum referret, propter quem omnia ſunt condita, & ideo, vt omnis corporis partes deſeruiunt ſiue cordi, ſiue capiti, ita omnes creaturæ homini.

5 Ariſt. Tertio probat Ariſt. primo Cœli cap. 1. in fin, ex eo quod continet omnia corpora, vt ſui partes Ergo non poteſt addi aliquid ipſum perficiens: neque obſtat indiuiduorum continua generatio, quia hæc oritur ex corruptione aliorum, neque additur aliqua ſpecies de nouo iuxta illud, ſecundo de Generat animalium cap. 5. *Aphrica ſemper aliquid noui* nam illa animalia ſunt imperfecta, nam oriuntur ex commiſtione animalium perfectorum diuerſę ſpeciei, vel ex putri materia, ex quo fit non pertinere ad perfectionem vniuerſi, pręſertim cum contineantur virtute in alijs ex D. Th p. p. quæſt. 73. art. p. ad 3.

Semper aliquid noui Aphrica.

D. Th.

## ARTICVLVS TERTIVS.
### *Opinio Auctoris.*

6 Non eſt perfectus ſimpliciter. Eſt perfectus ſecundum quid.

PRima concluſio Mundus non eſt perfectus ſimpliciter, & extra genus, quia, vt patet ex dictis hęc perfectio eſt propria Deo.

2. concluſ. Mundus habet perfectionem ſibi debitam, vnde eſt perfectus ſecundum quid, & in genere.

Primũ patet ex dictis in ſecunda opinione ſecundũ patet ex conſtitutione illius quia in vniuerſo ſunt omnes gradus entium, & modi omnes participandi diuinam perfectionem, nam quædam habet eſſe ſimpliciter, quædam viuunt, quædam ſentiunt, intelligunt alia cum perfectione, vt Angeli, ſiue cum imperfectione, vt homines, & iuxta hos diuerſos gradus eſt diuerſa diſpoſitio quia inanimata viuentibus deſeruiunt, nam herbæ alũtur à terra, & aqua &c. vegetãtia q̃ deſeruiũt animalibus, quæ herbis veſcuntur, hæc homini tum ad corpus alẽdum, tum ad animæ ſalutem, q̃ pręcipuè inquit D. Th. opuſ. 3. cap. 171. reſpicit vniuerſum, Quæ graduum varietas fuit neceſſaria ad vniuerſi perfectionem, vt melius ſuum opificem repræſentaret, & q̃a pulchritudo ex varietate ordinata conſurgit, huic graduum diuerſitati ſi addatur ſummus ordo, rerum coniunctio, & amicitia, optime Dei ſapientiam cognoſcemus in omnibus diffuſam. D. Th.

Confirm. ex Gen. 1. vbi creatis rebus, Deus dixit, quod erant vdde bonę, confirm. a. quia partes per ſe requiſitæ ad Vniuerſi conſtitutionem vel deſunt quoad ipſarum ſubſtantiam, & non, cum ibi ſint omnes modi eſſendi, & eorum ſpecies fini conuenientes, vel deſunt quoad accidentia, & neque, nam proprietates ſuas ſingulæ habent, & accidentia, quæ cõtingenter cõueniunt, nõ ſunt per ſe neceſſaria ad perfectionem illorum, & diſpoſitionum varietatem, exigit perfectio vniuerſi, vt poſſit conſeruari per mutuam corruptionem, & generationem. Gen. 1.

3. concluſio perfectio vniuerſi non ſolum habet partes ſibi debitas, ſed etiam ordinem debitum, & mutuam ſubordinationem prima pars patet ex dictis in prima cõcluſione, nam habet omnes partes ſiue eſſentiales, ſiue integrales ſibi debitas Secunda pars patet, tum ex diſpoſitione elementorum ſecundum ſitum, cum grauia deorſum, leuia ſurſum exiſtant, & moueantur; tum ex diſpoſitione ſecundum qualitates, cum ſingulis binæ qualitates ſint à natura tributæ, vt melius, & facilius miſtio fieret inter hæc elementa, ex prædominio illorum ſitum habent miſta, quorum perfectioribus ſubordinantur imperfectiora huic inferiori Mundo ſupereminent Cœli, de quorum ordine ſecundum ſitum, & influentias, dicetur infra cum de natura Cœlorum. 7 Eſt perfectus nõ ſolũ quoad ſpecies, ſed & quoad ordinem.

Quarta concl. de perfectione eſſentiali vniuerſi ſunt corpora ſimplicia, vt Cœli, & elementa, quia aliquod horũ ſi deficeret, Mundus non poſſet conſeruari, nam nec mixta generarentur, nec actiones, & influentię Cœlorum per omnia penetrarent ob ſpatium vacuum relictum à corpore ſimplici deficiente. 8 Simplicia ſunt de perfectione eſſentiali Mũdi.

Dices, an mixta ſint de perfectione eſſentiali Reſp. mixta imperfecta vel quæ generantur ex putri, non eſſe de eſſentia vniuerſi, ſed omninò per accidens illi conueniunt; at perfecta quod nõ niſi à ſimili generantur, eſſe de perfectione eſſentiali, non quidem ſecundum indiuidua, ſed ſecundum ſpecies ita aliqui, apud Tatar. loc. cit. Mixta an ſit de perfectioni eſſentiali.

At ipſe putat omnia eſſe de perfectione eſſentiali, quia perfectio exigit vniuerſitatem

K par-

partium,quia diuerſitas facit ad decorem vt patet ex pictura, & harmonia: ergo. Reſp. perfecta eſſe de perfectione eſſentiali, nam omnia ſunt propter hominem,qui eſt ſpeties mixti,at imperfecta ſunt de perfectione accidentali, vt monſtra, quæ faciunt apparere pulchriora cætera,quę ſunt ex intentione naturæ.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

9 AD primũ Reſp. Mundo nihil deeſse ex ijs, quæ per ſe requiruntur ad eius perfectionem, licet poſsunt aliqua deeſse,ex ijs quæ per accidens illi conueniunt, vt probat argumentum aduerſarij, ea autem dicuntur per ſe requiri ad perfectionem,quæ ſunt neceſsaria ad conſequendum finem illi præſtitutum,& modo præſtituto ad auctore naturæ,cætera autem dicuntur per accidens ad Mundi perfectionem pertinere, nam quod eſt præter Intẽtionem agentis dicitur per accidens,neque vniuerſum omnia cõtinere debet poſsibilia,ſed quæ exiſtũt, ſiue per ſe,ſiue per accidens; hinc fit, vt licet poſsint illi addi,& indiuidua,& nouæ ſpeties,tamen hæ non ſunt illi debitæ ex vi ſuæ inſtitutionis de qua re ſuſius dub. ſeq.

Oſtenditur nihil mũdo deeſſe ex a[...] quę per ſe requirun[...] licet de[...] quę per accidẽs exigun[tur].

Ad confirm. gradum ſpiritualium deeſse quidem Mundo ſenſibili, vt partem illius, non tamen, vt principium gubernans Mundum, nam non ſolum Deus per ſeipſum,ſed etiam per intelligentias multa exequitur pro Mundi conſeruatione, & gubernatione, & hoc ſatis eſse ad illius perfectionem, alioquin dici poſset non eſse perfectum,quia illi deeſſet modus eſsendi increatus omnium perfectiſsimus.

Spiritualia non ſit mundi ſẽſibiles partes, ſed [...].

Reſp.2. etiamſi intelligentiæ non eſsent partes Mundi ſenſibilis,adhuc tamen non deeſset illi gradus ſpiritualis contentus in anima rationali.

Reſp.3. nos loqui de Mundo creato, vt habet rationem vniuerſi continentis omnes gradus etiam ſpiritualitatis, nam licet Plato diſtinguat Mundum,quem dicit eſse perfectum,à Mundo intelligibili, tamen nomine Mundi intelligibilis intelligit Mundum prout eſt in exemplaribus, & ideis exiſtentibus in mente Dei, quare, vt in mente Dei ſunt exemplaria Angelorum,ita in Mundo producto ſunt Angeli exemplati: vnde faciunt in comp. Timot. cap.9.

Mundus vt vniuerſum continet & ſpiritualia.

10 Ad 2 Reſp concedi in vniuerſo contingere defectus tum naturales, vt monſtra tum morales, vt peccata,tamen ex ijs non redditur Mundus imperfectus priuatiue,ſed negatiue, quia ex modo, quo cauſæ naturales exigunt naturaliter diſponi,monſtra neceſſario cueniunt, quare carentia monſtrorum non eſt debita naturæ, ſed potius ipſorum exiſtentia,& peccata contingunt ex libertate,quare ſicut non fuit conueniens Mundo impedire libertatem agentium,ita neque impedire peccata, præſertim cum inde eluceat magis Dei Omnipotentia, qui ex malis bona eliciat, vt ait Dion. cap. 3. de diu. nom. D. Thom.1. p.quęſt.19.art.2.ad 2.& quæſt.22. art.2.ad 2.

Mala non [...] mũdum imperfectum priuatiue, ſed neg[ati]ue.

Reſp.2. etiam ſi monſtra non orirentur per accidẽs,& ex neceſſitate materiæ:ſed per ſe,ex intentione agentium, adhuc tamen ex illis reſultaret perfectio Mundi, tum quia ſicut ex vmbris per ſe intentis à Pictore reſultat magis perfectio Picturę:quia redduntur colores magis apparentes,ita ex monſtris & defectibus magis apparet opus integrum naturæ,& bonitas aliorum: tum quia ex hac varietate magis oſtenditur ſapientia artificis qui etiam cum tanta contrariorum pugna Mundum conſeruat in ſua perfectione; tum quia inde apparet tum Dei libertas,qui omnia exequitur prout vult, tum ſuauis Dei prouidentia permittentis res operari modo ſibi connaturali,tum quia ex Auguſt.peccata ſunt vtilia ad exercendas alias virtutes,ſcilicet patientiam,pænitentiam, miſericordiam, &c.vnde ex peccato Adami obtinuit Mundus Christi humanitatem,ex qua magis ornatur, quam ex cæteris omnibus tum quia licet aliqua, vt tempeſtas, & ſimilia,quæ neceſſario ſequuntur ex debita vniuerſi conſtitutione, & contrarietate agentium; reſpectu alicuius rei particularis ſint nociua; tamen ſunt vtilia alijs, ſcilicet terræ ad fructificandum, hominibus ad eos puniendos, & retrahendos à malo, & ſimilia nobis aliquando ignota; imò ſterilitas ipſa terræ, in qua nihil videtur ineſſe vtilitatis, adhuc tamen eſt neceſſaria, & vtilis ad conſeruanda commertia inter homines,cum alijs alij indigeant.

Quomodo ex monſtris mundi perfectio magis elucet.

Ad confirm. Reſp. Negando mixta eſſe ſuperflua; nam non ſolum ponunt perfectionem,ratione ſui gradus eſſendi,ſed etiam, quia ſunt neceſſaria ad humanos vſus pro ſtatu præſenti,& licet poſt diem Iudicij nõ ſint neceſſaria propter humanos vſus variato ſtatu; tamen adhuc illorum gradus remanet in ſpecie humana, etiam ſi non remaneant in ſe ipſis, ſi non remaneant ſecundum proprias ſpecies. 11

Cur mixta nõ ſint mundo ſuperflua.

Ad 3. Reſp. argumentum Ariſtotelis eſſe probabile ex quadam proportione, Nam ſicut corpus eſt perfectum,quia continet omnem dimenſionem;ita Mundus eſt perfectus quia continet omnes gradus entis;corpus autem continere omnem dimenſionem probat, quia omnia tribus continentur, nam omnia continentur principio,medio,& fine, & Pythagoriei tria quando omnia Deo,offerebãt, & natura quaſi ducti tres homines vocamus omnia;vnde dicimus ibi ſunt omnes homines quando ibi ſunt tres,ſecus ſi eſſent duo,quod verum vbi non eſsent alij tales,præter tres,vt de dimẽſionibus, quæ non ſunt niſi tres:nam quælibet dimenſio habet duas differẽtias poſitionis, ſed differentiæ poſitionis ſunt tantum ſex, vt à Mathematicis apud Simplicium 1. Cœli c.1.oſtenditur,& licet corpora ſint imperfectiora entia cæteris, quæ continentur

Rõ Ariſtot. qua probatur mundi perfectio. vnde habet probabiliter.

nentur in vniuerso tamen pse ex hac ratione non vult probare perfectionē Vniuersi quò ad cætera, sed tantum quò ad corpora, quæ sunt perfecta, cum habeat trinam dimensionem.

Alterum verò de continentia, probabile etiam est, nam duo habet, primo quod omnia continet, secundo quod in se est tale vt non contineatur, & terminetur alio corpore, vnde fit esse totum, at totum idem est, ac perfectum, ex 5 Meth nam sicut totum continet omne, & à nullo continetur, ita & perfectum.

Ex negatione vnitatis per se concedit Geor. Mundū nō esse corpus perfectum.

Dices Mundus non est ens, quia nec substantia, nec accidens, sed aggregatum ex corporibus, ergo non est perfectus. Resp. Georg. inde probari non esse corpus perfectū, quia non est aliquod vnum, sed plura corpora, neque Aristotelem intendere probare esse corpus positiuè perfectum, sed negatiuè; s. non posse dari naturaliter corpus perfectius Mundo. Cum hoc tamen stat, posse perfici quo ad partes generabiles, & corruptibiles, quia nunc sunt plura, nunc pauciora indiuidua, Nunc perfectior constellatio, nunc imperfectior.

Quomodo Mundus dicatur perfectus.

Ego Resp. Mundum dici perfectum ab Aristotele, non in ratione entis, & corporis per se sed in ratione entis, & corporis aggregati; eo modo, quo habet vnitatem ordinis, eo quod nihil illi desit ad rationem illius, secundum quam est ordinatum ad suum finem, neque huic perfectioni obstat pluralitas indiuiduorum vno tempore potius, quam alio, vel diuersitas constellationum, tu quia hæc varietas nō est de pfectione Mundi, tum quia hæc varietas indiuiduorum per accidens se habet ad Mundi perfectionem, quæ essentialiter exigit existentiam specierum in aliquibus indiuiduis vage sumptis. Vide Saxoniam quæst. 5.

## DVBITATIO SECVNDA.

### *An Mundus possit fieri perfectior.*

DE hac cap. 1. d. 44. quæst. 2. art. 2. c. 8. Arg. q. 1. art. 3. Mairon. quæst 9. Bassol. q. vnic. art. 2. & alij 1. cæl. cap. 1. vbi Saxon. q. 5. Ruu. q. vnic. Conim. q. 1. Tatar. tract. 2. c. 4. ad 3.

### ARTICVLVS PRIMVS.

#### *Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Quid sit Mundus.

PRimo notand. eum Mundus nō sit aliud, quam aggregatum plurium entium habentium inter se ordinē, & ad vnum finē, penes tria pōt attendi eius perfectio. Primo, si perfectiores partes contineat, secūdo si retentis ijsdem partibus, illæ perfectiori ordine constituantur inter se, tertio si perfectiori modo ordinentur ad finem, nam ad perfectiorem finem ordinari nequeunt, cum nihil sit perfectius Deo, quia, Cum bonum vniuersi ex 12. met. tit. 25. consistat, tum in ordine partium inter se, tum in ordine partium totius ad finem, vt dicitur in exercitu esse ordo militum inter se secundum diuersa officia, & ordo ad bonum Ducis, quæ est Victoria, qui est præcipuus finis, ad quem partium ordo ordinatur: Hinc fit in vniuerso considerari posse partes secundum propriam perfectionem, secundo, vt ordinantur inter se, 3. vt ordinantur ad finem.

Secundo notand. dupliciter vniuersum secundum partes posse perfici primo secundum essentiam, & hoc vel extensiuè discrete addendo plures partes eiusdem speciei, vel diuersæ speciei: Vel intensiuè constituendo totum ex alijs speciebus, de quo vltimo membro dictum est supra posse fieri a. secundum accidentalem perfectionem, & hoc potest esse manentibus ijsdem speciebus, & partibus. Dupliciter Mūdus perfici secūdū partes.

2 Ordo perfici potest extensiue, & intensiue.

Tertio notand. ordinem partium perfici, vel potest intelligi extensiuè, & non potest esse sine additione partium, vel intensiuè, & hoc quo ad ordinem, qui sequitur bonitatem accidentalem, qui sumitur ex fine, ad quem est ordo, & hæc perfectio potest esse manentibus ijsdem partibus; vel quo ad ordinem, qui sequitur bonitatem essentialem, & hic necessario exigit diuersitatem partium vel omnium, vel aliquarum, quia sicut essentia non potest variari manens eadem, ita neque ordo consequens bonitatem essentialem, cum essentiæ rerum sint, sicut numeri.

Quarto notand. ordinem ad finem posse considerari primo ex parte finis, & sic non potest esse perfectior quod Deo ad quem ordinatur hic Mundus non datur aliquod perfectius secundo ex parte ordinis, & hic augeri potest secundum perfectionem, qua augetur partium perfectio, & ordo earum ad inuicem, sic meliorari posset hic ordo, ex maiori propinquitate ad finem, quæ fundatur in maiore perfectione, vel quia est similior Deo. Habitudo ad finē pōt 1. pfici, pri. ratione finis, 2. rōne ordinis.

Quinto notand. ex Capr. loc. sup. cit. vniuersum posse fieri melius septupliciter Primo per additionem aliarum partium, & gradunm bonitatis ad gradus creatos secundo per meliorationem partium iam constituentium vniuersum, quantum ad bonitatem accidentalem, tertio per creationem aliarum specierum, non quod adderentur iam creatis, si fieret aliud melius vniuersum constans ex alijs speciebus, & essentialibus gradibus intensiuam ordinis partium ad inuicem, qui sequitur bonitatem accidentalem: quinto per meliorationem intensiuam eiusdem, qui consequitur bonitatem essentialem factis alijs speciebus, sexto per meliorationem extensiuam eiusdem, additis alijs partibus; septimo per meliorationem ordinis partium ad inuicem modo præexposito, & qualibet dictarum meliorationum in infinitum procedere posset. Septē modis Mūdus perfici pōt ex Capr.

Sexto notand. rem fieri melius, accipi dupliciter primo nominaliter, & sensus illius

Melius pôt accipi nominaliter, & aduerbialiter. est, quod qualibet re potest Deus efficere aliam meliorem, vel eandem rem meliorare secundo aduerbialiter, & sic accip potest dupliciter primo, vt dicit modum ex parte facientis, & sic nulla res potest a Deo effici melius, quam sit facta, quia non potest operari ex maiori potentia, sapientia, & bonitate, secundo, vt dicit modum ex parte rei facta, & ita potest quidem rem efficere meliorem accidentaliter, non autem essentialiter, qua essẽtia variatur ex quocunque essentiali addito, vt numerus additione vnitatis variat.

## ARTICVLVS SECVNDVS.
*Opiniones Doctorum.*

4 Qui negant Mundũ pose fieri perfectiorem. Prima opinio est negantium, ita Plato in Timæ, quia Deus efficit Mundum sibi quam simillimum, quia agit ex tota sui potentia, atque adeo non posse esse perfectiorem, quia non potest habere maiorem similitudinem cum perfectissimo ente qualis est Deus, nã ab optimo optima fiũt, cum ab optimo omnis inuidia relegata sit, atque adeo dabit effectui tantum de bonitate, quantum capere potest, vnde colligit esse animatum, tum quia Arist. vbique ait Deum & naturam semper efficere optimũ 8. phys. 48. 56. a. Cœl. 34. de iuuẽtute, & senectute 1. & 2. 4. de par. c. 10. de incessu animalium cap. 2. 5. & 10 quod clare patet secundum eos, qui volunt Deum ex Arist. agere ex necessitate natura, atque adeo ex tota potentia.

D. Aug. Confirm ex Aug. de lib. arb. cap. 5. *Quidquid in vera ratione melius tibi occurrerit, sciat fecisse Deum bonorum omnium conditarem, non esse autem, quod vera ratione cogitari non potest, neque enim tu potes aliquid melius in creatura cogitare, quod creatura artificem fugerit.* Ergo nõ potest augeri vniuersum, quia non potest à nobis creatura cogitari, quæ non sit de constitutione vniuersi.

Confirm. 2. ex Aug. 9. confess. vbi duo, inquit, fecisti domine, vnum prope te, aliud prope nihil, scilicet angelicam naturam, & materiam. Sed non potest cogitari maior ambitus, quam sit ille, qui est inter propinquitatem ad Deum respectu nihili. Ergo non potest dari Mundus complectens plures naturas rerum, atq; adeo neque Mundus perfectior quoad capacitatem, sed hæc capacitas non est vacua quoad aliquem gradum, quia sic Mundus non esset perfectus, nam haberet priuationem perfectionis, cuius esset capax.

Confirm. 3. quia materia prima habet omnimodam possibilitatem, & capacitatem respectu Dei, ergo non potest Mundus fieri melior quoad capacitatem, sed vnicuique Deus dedit quantum capax fuit, ergo.

5 Qui asserit Mundũ pose perfici, siue sm partes, siue sm ordinẽ sub quacunque ratione. Secunda opinio est, posse perfici D. Th. 1. par. quæst. 25. ar. 6. & cęteri Doctores 1. d. 44. vbi Aegid. Capr. Her. Dur. & Ricc. Hi tamen inter se diuersi sunt, nam aliqui volunt posse perfici tam secundum partes, quam secundum ordinem, acceptum sub quacunque ratione.

At alij volunt non posse perfici secundum ordinem sub quacunque ratione, sed sub certa quadam ratione. Nã secundum perfectionem intensiuam non posset fieri melior mutatis aliquibus partibus, & alijs immutatis, sed debent mutari omnes partes, vt patet ex melodia, quæ resultat ex cordis certo modo intentis, quod si vna intendatur, & non alia, fieret dissonãtia, ita si vna perficeretur creatura, & non alia destrueretur ordo, ita D. Thom. 1. d. 44 quæst. 1 art. 2. & Clarius ad 3. vniuersum suppositum ijsdem rebus non potest fieri melius, propter decentissimum ordinem his rebus tributum, in quo bonum vniuersi consistit, nam si vnum esset melius, corrumperetur proportio ordinis, vt dicitur de cordis melodiam causantibus, posset tamẽ Deus alias res producere, vel productis addere, & sic esset vniuersum melius. At alij negãt intensiue posse perfici, nisi mutatis omnibus speciebus.

6 Posse perfici intensiue sine vlla partium additione. At vero alij putant posse perfici non solum ratione partium additarum, & ordinis, qui ex illis resultat, sed etiam manentibus ijsdem partibus sine alicuius partis additione, melioratis omnibus, vel aliquibus partibus, quia ordo earum non est indiuisibilis, sed habet latitudinem. Ita Dur. in p. d. 44. q. 3. Vasquius p. p. d. 107. cap. 3.

At alij cum Bonau. putant, hunc Mundum substantialiter non posse perfici secundum nobilitatem essentiarum quia non maneret idem, sed posse perfici quod augmentum, & extensionem essentiarum earundem, quę sunt in Mundo, vt potest fieri puer ita magnus sicut est Gigas. At quo ad proprietates partium posse absolute fieri meliorem, non tamen quoad proprietates partium secundum ordinem, quem habent inter se, & ad finem Denique ordinem partium primariarum, & substantialium non posse meliorari, quia in illis cõsistit pulchritudo immutabilis vniuersi ita ordinem partium corruptibilium, q remote pertinent ad pulchritudinẽ vniuersi absolute possunt meliorari, vnde aliquando erunt melius ordinatæ, sed in ordine ad finem, non potest meliorari quia vniuersum est tanquam pulchrum carmen, quod decurrit secundum optimas consonantias, alijs partibus succedentibus alijs, quousque perfecte ordinentur in finem. Substantialiter nõ posse perfici variatis speciebus, sed accidẽtaliter, quoad proprietates.

## ARTICVLVS TERTIVS.
*Opinio Auctoris.*

Prima conclusio licet Mundus alius potuerit fieri quoad essentiam nobilior hoc, non tamen hic potest effici nobilior quam sit. 7 Potest fieri alius perfectior, non tñ hic pôt fieri nobilior.

Prima pars patet ex dictis, quia Deus potest producere nobiliores essentias, & ex illis Mundum aliquem constituere sub vno fine, & globo.

Secunda pars patet, quia si fieret in essentijs variatio quoad nobilitatem non esset hic Mundus, sed alius, vt si ille, qui factus est Asinus, factus fuisset, homo vel leo, non esset ille, qui est scilicet Asinus sed homo

mo, vel leo, sed an idem dici possit, si vna vel plures speties addantur creaturis iam factis, patebit infra.

Potest substantialiter perfici, tum additione partium integrãtium, tum earundem specierum multitudine.

Secunda concl. perfectio Mundi posset augeri quoad bonitatem substantialem additione facta ad partes integrantes. Primo quia partes, quæ nunc sunt in vniuerso, possunt augeri, quoad indiuidua, vt sint plura ijs, quæ nunc sunt.

Secundo auctis speciebus quoad extensionem, & illarum quantitatem, quod de speciebus homogeneis, res patet, cum possint augeri in infinitum, de viuentibus vero quæ exigunt determinata organa, potest quidem fieri illud augmentum intra certam latitudinem, vt si puer, fieret, vt gigas, nam ille haberet plus substantiæ, & tamen non esset alius, quam est, sed non posset hoc augumentum procedere in infinitum; quia virtus animæ informatiuæ naturalis est determinata, & per consequens exigit terminatam magnitudinem corporis, & similiter virtutes actiuæ animæ vegetatiuæ, quare non possunt attrahere alimentum ad quacunque distantiam, nec distribuere illud ad partes quantumuis distantes, quod si dicatur fieri id posse per eleuationem, facile conceditur, sed id non esset naturale speciebus 3. potest secundum aliquas species capaces intensionis intensiuè perfici, quæ intensio potest esse, & naturalis, & supranaturalis.

Anima non potest naturaliter informare corpus quantumcunque maius.

Dices, quid si his speciebus adderentur aliæ, an esset perfectior. Resp. primo non fuisset idem adæquatè, quia ex additione speciei variaretur essentialiter inadæquatè. Respõd. 2. ex illa additione fieret qde nobilior quoad substantiam intensiue, si speties addita esset nobilior, at si species addita esset ignobilior non fieret quo ad substantiam intensiuè, sed extensiuè nobilior, vt dicitur Mundus continens Deum esse nobiliorem Deo extensiue, non intensiue.

Additis alijs speciebus, huic Mũdo nõ esset idẽ adæquatè, sed inadæquatè, nobilior tamen.

Dices 2. ex Arist. semper fit aliqua noua speties ex commistione animalium diuersa speciei vnde illud, *Aphrica semper aliquid noui*. Ergo Mundus semper perficitur essẽtialiter, atque adeo non est idem adæquate.

Resp. ex illis spetiebus non perfici Mundum intensiue, sed extensiue, quia illę speties semper sunt ignobiliores suo principio, & idem dicitur de perfectione, quæ additur Mundo ex vi spetierum ortarum ex putri.

Ex nouis speciebus additis ex commixtione animaliũ nõ fit intẽsiue, sed extensiue perfectior.

5 Tertia concl. ratione partium quæ sunt de integritate, & constitutione vniuersi potest fieri melior. quoad proprietates partium absolutè, & secundum se consideratarum, non autẽ in ordine ad finem; at quoad partes cæteras absolute existentes in vniuerso possunt sine distinctione fieri meliores secundum proprietates ita Bonau. d. 44. art. 59 q. 2.

Probatur partes Mundum constituentes secundum se posse fieri meliores secundũ proprietates.

Prima pars patet ex eo quod Isai. 33. dicat, *erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lux Solis sicut lux septem dierum sic erit*. Confir. quia ex Aug. apud magistrum d. 44. *Deus talem potuit facere hominem, qui nec peccare vellet, nec posset*, at ille sine dubio fuisset melior. Confir. quia incorruptibilitas, & quies meliores sunt proprietates, quam corruptibilitas ac motus, sed potuit Deus dare rebus illas proprietates. ergo. quod si dicas illas proprietates non esse connaturales rebus, id facile conceditur, sed inde non sequitur non esse meliores; sicut gratia non est naturalis creatura rationali, non tamen sequitur non perficere illam, & idem dicitur de vnione Hypostatica humanitatis Christi.

Secunda pars prob. Bonau. ex dicto Aug. Meliores *indicauit Deus homines, si ei liberaliter seruirent*.

Non posse fieri meliores in ordine ad finẽ.

Secundo, quod omnes homines essent ex vno principio.

Tertio, quod haberent corpus animale, & iuxta exigẽtiam eius dispenere cæteras creaturas corporales, secundum motum, & corruptibilitatem. Confirmat. nam proprietates creaturæ sunt determinatæ à natura ad finem, at natura determinauit proprietates maxime proportionatas ad finem consequendum, quia illis proportio est necessaria. sed hęc pars habet difficultatem, quod potest dari proprietas quæ celerius, & certius ducet ad assequutionem finis; quare dicẽdum est non posse perfici in ordine ad finem, non secundum se, sed iuxta decretum Dei ordinantis illas ad finem.

Tertia pars probatur, quia cum illæ partea non producãtur à solo Deo immediatè, sed simul cum causis secundis, fere semper producuntur cum aliqua imperfectione ob impedimẽtum, quod accidit causis secundis; ergo proprietatea rebus cõueniẽtes ex causis sic impeditis possunt reddi perfectiores secundum eam perfectionem, quam habuissent, si causæ non habuissent impedimentum, ex quo sequitur illas proprietates perfectiores futuras magis connaturales essentijs, quia essent illæ, quę deberẽtur essentijs, ex vi causarum non impeditarum.

Cœtera partes Mũdi possunt absolute fieri meliores.

## ARTICVLVS QVARTVS.
*De perfectione Vniuersi, ex parte ordinis.*

CVm dictum sit de pfectione vniuersi, q̃ illi cõuenit ratione partium, ex quibus primario, vel secundario constituitur, & integratur. Dicendum est de perfectione eiusdem ex parte ordinis, qui duplex est, vnus inter partes, inter se, & cum toto, alter respectu finis, vnde sit.

Quarta concl. vniuersum potest perfici ratione ordinis partium inter se, primo quia hic ordo potest perfici extensiue, ex additione nouarum partium; nam licet non remaneat, idem vniuersum adæquate, tamen idem ordo partium præcedentium extenditur ad partes additas, quæ additio licet sit extrinseca partibus præcedentibus, est tamen intrinseca toti, quod constat ex præcedentibus, & partibus additis.

Vniuersum põt perfici rõne ordinis partium inter se dupliciter.

Secundo potest perfici ratione partium, quæ nunc sunt in vniuerso redditis perfe-

ctioribus: non quidem perfectione essentiali, quia implicat speciem essentialiter perfici sine sui destructione, sed accidẽtali, quam Durandus.n 14. explicat oriri ab accidentibus, secundum dispositionem superiorum corporum, vtpotè quod grauia tendãt deorsum, & leuia sursum, ibique conseruentur. Nã possent perfici ex eo quod grauia perfectius conseruerẽtur deorsum, & leuia sursum, & similiter est in habitudine aliarum rerũ. Alij vero explicant hanc maiorem perfectionem exemplo citharœdi, nã sicut cithara potest fieri perfectior, si remanente eadem proportione cordarum secundum acutum, & graue, ornata esset perfectioribus cordis, vel illæ, quas habet magis perficerentur earum intensione. ex qua resultat perfectior melodia ita, & Mundus pendens à suis partibus, vt cythara à chordis.

10 Contr. Aegid. negat posse augeri ordinem quoad proportionem, quæ est inter partes, quia sicut cordæ quantumcunque augeantur, et perficiantur, semper inter se habent eandem proportionem, nam proportio v. g. dupla eadem est duorum ad vnum, ac quatuor ad duo, nam æquè perfecta est perfectio duorum hominum ad vnum, ac decẽ ad quinque, ita etiam partes vniuersi, quantumcunque augeantur semper. seruabunt eandem perfectionem.

Aegi. negat posse partes perfici, quoad proportionem, quã habent inter se.

Resp. D. Thom. Erueus, & Durandus. Ex hoc argumento rectè probaretur non augeri vniuersum secundum ordinem partium, si perfectio ordinis partium vniuersi vel cõsisteret in proportione mathematica, vel eam supponeret, quia illa non variatur, etiamsi res proportionatæ varientur secundum proportionem; at vero perfectio ordinis nõ consistit in proportione mathematica, sed physica, quæ nõ supponit proportionẽ mathematicã, vnde potest perfici; tũ primo quia perfectio ordinis, si cætera nõ desint, consistit in perfectione partium, nam licet sit mathematice eadem proportio inter corpus palmare & semipalmare, ac inter palmare, & bipalmare, tamen physice non est eadem, quia in bipalmari, est maior entitas, & ideo excedit secundum maiorem entitatem, & hinc resultat maior perfectio, & pulchritudo in rebus, quæ non solum habent proportionem partium inter se, sed etiam ipsæ partes sunt inter se maioris perfectionis, vt patet ex picturis, quæ perfectiores, & pulchriores sunt ex coloribus perfectioribus; etiamsi secundum eandem proportionem sint contemperati; tum quia ex Durãdo proportio partium vniuersi non consistit in indiuisibili sicut proportiones mathematicę, sed diuisibili, & ideo intra latitudinem illius proportionis debitæ partibus vniuersi, potest vniuersum reddi perfectius, & imperfectius.

Ref. D. Th. Heru. Dur. Perfectio Mundi non ex proportione mathematica, sed physica.

Difficultas tamen maior est, an ordo, & proportio partium sit perfectior, si vna vniuersi pars perficeretur, inuariatis cæteris.

11 Quinta conclus. si vna pars perficiatur inuariatis cæteris, potest vniuersum reddi perfectius ratione ordinis: ita Durandus, & Aureolus. Primo, quia ex vnione humanitatis ad Verbum perfectio vniuersi non est destructa, neque imminuta, sed potius aucta, & tamen non est perfecta nisi vna species, scilicet, natura humana. Secundo, in statu innocentiæ tota natura humana, cum primũ fuit instituta fuit accidentaliter perfectior, quoad animam, & corpus, quam sit in statu peccati, & tamen cæteræ partes vniuersi non fuerunt proportionaliter meliores, quam nunc sunt, vt patet ex Cœlis, igne, aere, & multis mistis; Ergo si ex perfectione vnius speciei, & non aliarum destrueretur proportio, & ordo partium quæ sunt in vniuerso, sequeretur vel, cum primum Mundus fuit institutus non habuisse eius partes debitam proportionem, vel nunc non habere illam, dum conseruatur, at vtrumque est falsum, quia, & absurdum est mundum primo conditum fuisse sine debito ornamento, vel nunc non habere illud, & idem patet de perfectione Mundi futura post diem Iudicij, quando Luna lucebit, vt Sol, & Sol habebit lumen septuplo Maius; nam sequeretur Mundum perpetuo conseruari sine debita proportione partium.

Vniuersum potest rõne ordinis variata solum vna parte.

Confirmatur quia alioqui si tota species, quæ reperiretur in vna parte Mundi, perficeretur accidentaliter, vel destrueretur ordo, vel deberent omnes aliæ species Mundi perfici, quod vtrumque est absurdum.

Contrarium docent Diu Tho. & Capreol. locis citatis, & Riccardus q. 1. dicens Vniuersum non posse meliorari per meliorationem aliquarum creaturarum secundum se, alijs non melioratis, nec peioratis, quia quamuis pars secundum se esset meliorata, vniuersum tamen secundum se non esset melius, quia per hoc non melioraretur proportio partium inter se, & ordo, quæ maximè attenduntur in bonitate vniuersi, sicut si in Cithara corda sonans obscurius, ita clare sonaret sicut illa, quæ clarius sonat, quamuis illa corda fieret melior secundum se, tamen tota cithara esset peiorata, quia esset peiorata proportio cordarum inter se, & idem patet ex pictura, nam licet niger color secundum se sit turpis, & albus pulcher, tamẽ si ex pictura varijs coloribus ornata, detraheretur totus color niger, & eius loco poneretur albus sine dubio deformaretur pictura, at Mundus picturæ cõparatur ab Aug. 11. de ciuit. c. 22.

Negant D. Th. & alij sic perfici.

Resp. esse diuersam rationem melodiæ, & consonantiæ, quæ resultat ex cordis Citharæ, ac pulchritudinis vniuersi: primo quia melodia, vel cõsistit in proportione mathematica sonora cordæ, vel illam supponit, quæ est indiuisibilis; at vero pulchritudo vniuersi, nec consistit, nec supponit proportionem mathematicam, sed physicam, quæ est diuisibilis; tum quia in vniuerso consideratur duplex perfectio, vna, quæ oritur ex bonitate essentiali partium, & hæc est inuariabilis manentibus ijsdem partibus; altera, quæ secundario conuenit Mundo, quæ oritur

Ref. ad arg. D. Th.

tur

tur ex proportione partium secundum bonitatem accidentalem, quæ distinctio non est in consonantia: bonitatem hanc accidentalem Durandus primo explicat ex habitudine, quam inferiora habent inter se secundum impressionem corporum cælestium quæ in communi secundum naturam non mutatur. Nã licet impressiones Cœli respectu diuersarum partium terræ varietur ob motum solis, & aliarum planetarum per circulũ obliquum; tamen semper inferiora reguntur per superiora; hoc autem regimen non destruitur, ex eo quod aliquæ partes meliorentur, & non aliæ secundum accidentia, vnde fit per potentiam Dei omnia posse reddi meliora, vel aliqua, vel vnum tantum, & inde vniuersum meliorari quoad bonitatem accidentalem, quia hæc secundaria bonitas vniuersi potest perfici, vel per intensionem earundem partium, vel per additionem alterius bonitatis accidentalis. Secundo explicat: bonitatem accidentalem consistere in proportione naturali, secundũ quam vnum natum est agere, & aliud pati, vnum conseruare, & aliud conseruari, & sic de cæteris alijs perfectionibus.

*Quæ sit bonitas accidentalis, ex Dur.*

13 Sexta concl. Mundus potest perfici ratione ordinis totius ad finem, quia licet non possit perfici ex parte finis cum ille sit Deus prouerb. 16. tamen potest perfici ordo ad finem, quoad executionem illius, tum quia quo res est perfectior, eo perfectius repræsentat suum principium, & auctorem, vnde imperfectius repræsentant Deum inanimata, & insensibilia, quam creaturæ intellectuales, tum quia possunt meliorari quo ad media assequendi finem, vt in creatura rationali meliorata cognitione, & amore, quia hæc sunt media assequendi finem.

*Potest perfici ratione ordinis totius ad finẽ.*

Contrariũ videtur docere Riccardus loc. cit, dicens, quod vniuersitas creaturarum simul sumpta, ita bene ordinata est respectu finis, quod seruato eodem statu bonitatis creaturarum secundum se, melius ordinari non potest, nec mirum, quod ad exemplar ordinis pulcherrimum ipsum vniuersum est ordinatum, quantum ad ordinem partium inter se, & vniuersi respectu finis: Est enim ordinatum ad exemplar Mundi intelligibilis, qui est ratio sempiterna, & incommunicabilis in mente diuina. Vnde August. 1. lib. retrac. cap. 3. loquens de Platone, qui posuit Mundum intelligibilem, sic dixit, Mundum ille intelligibilem nuncupauit ipsam rationem sempiternam, atque incommutabilem, qua Deus fecit Mundum, quam Platonis sententiam August. ibid. approbat.

*Cõtrarium docet Ricc.*

Resp. certum esse nulla facta mutatione, in partibus quoad earum substantiam, & accidentia, non posse melius ordinari ad finem, sed quæstio est, an manente eadem substantia partium, variatis accidentibus illarum possit melius ordinari ad finem, & nos affirmauimus posse, tum ratione perfectioris repræsentationis, tum assequutionis perfectioris, & facilioris, vt ostendimus.

*Res. ad arg. Ric.*

## ARTICVLVS QVINTVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primum. Resp. negando Mundum habere cum Deo perfectissimam similitudinẽ, nec posse habere ex dictis maiorẽ. 14

Ad primam prob. r. ab optimo principio necessariò, prodire optimum effectum, quando nullum adest impedimentum, sed à principio libero, non est necessarium prodire optimum, sed habentem perfectionem, quã Deo placet tribuere; Neque ex inuidia Deus omisit tribuere maiorem perfectionem, sicut fieri aliquando solet inter homines. Nã Deus cum sit optimus caret inuidia, sed id præstitit, siue quia dedit rebus proprietates cuiqi naturaliter conuenientes; siue quia hac ratione ostendit suam libertatem, & dependentiã Creaturæ à Deo. Neque afferatur argumentum Aug. contra Maximinum cap. 7. tom. 6. Dum probat Filij æqualitatem cum Patre; nam si Deus posset, & nollet filium producere sibi æqualem, merito dicendus esset inuidus, quia de ratione filij est æqualitas cum Patre, cum ad perfectum venerit; At non est de ratione Creaturæ, vt sit melior, quam à Deo facta est; vt D. Th. 1. p. q. 25. art. 6. ad 2. & explicat Syl. in conflat. 1. q. 25. art. 13. quod creaturæ substantiam Dei voluntas attulit, sed filio natura dedit.

*Quando ab optimo principio procedit optimus perfectus.*

*Aug.*

Ad 2. prob. Resp negando Deum agere ex necessitate naturæ, sed liberè, & ideo licet producat effectum tota sua potentia infinita & indiuisibili: tamen perfectionis quantitas in effectu non sequitur, nisi secundum volũtatem opificis, quæ se habet, vt imperans ad opus, quod potentia exequendo educit.

*Deus non agit ex necessitate naturæ.*

Dices vna res deficit à perfectione alterius, quia deficit à perfectione diuinæ perfectionis; hic autem defectus non est ex parte Dei, quia hic se habet æqualiter ad omnes, ex Dionys. sed ex parte Creaturę, quæ est magis, & minus capax diuinæ perfectionis; ergo expleta capacitate non potest fieri perfectior.

*Obiectio.*

Respon. hinc recte probari, quoad perfectionem essentialem non posse rem fieri perfectiorem, quia cum essentia sit indiuisibilis, dum attingitur, semper attingitur secundum quantitatem debitam speciei: at vero inter species sunt diuersi gradus entium, nõ solum ex parte rerum, quarum capacitates abinuicem distant, sed etiã ex ordine sapientiæ disponentis, qua tribuit rebus diuersas capacitates, & his deinde secundum prouidentiam suam, sua dona largitur, quæ pro diuersitate capacitatum diuersimode à diuersis participantur. Hæc Syl. in conflatu, & recte quoad perfectiones participatas à diuersis, sed non soluit quoad argumentum perfectionis respectu eiusdem; quare ego Dico, non posse perfici quoad essentialia, sed quoad accidentalia, siue quia non fuerunt in rerum ortu productæ cum proprietatibus debitis, iuxta earum capacitatem naturalem, ob defectum agentium naturalium; siue quia licet eorum natu-

naturalis capacitas sit expleta, non tamen obedientialis.

Ad confirm. 1. Resp. Bonau. q. 1. 5. ex hoc, Augustinum loqui de nobilitate maiore essentiarum, quia nulla essentia nobilior potest cogitari esse in hoc mundo rationabiliter quæ non sint ibi. Nam si cogites meliores esse partes, vel secundum totum, vel secundā partes, si secundum totum, iam non hunc Mundum, sed alium cogitas, si secundum partem, tunc ergo tollis ordinē, & perfectionem de hoc Mundo; vt si cogites, quod Deus fecisset Lunam, ita lucidam, sicut est Sol, vel Terram, sicut Cœlū, non rationabiliter cog tas, quia primus, nā vniuersum non esset omnia, si essent æqualia, & hoc est quod dicit Augustinus, non est vera ratio, sed inuida infirmitas, cum aliquid melius faciendū fuisse cogitauerimus, iam nihil aliud inserius fieri velle, tanquam si perfecto Cœlo, nolles terram factam esse, omnino Iniquē cogitares; vnde patet loqui de nobilitate secundum essentiam, vt Bonau. explicat, nam eum non loqui de melioritate secundum accidētalia patet ex eo, quod putet præferendam esse Creaturam, quæ non peccat, peccanti, atque adeo potuisse Mundum fieri meliorē, & secūdum meliorem statum ordinari. Hinc patet, quod quando Augustinus multis nititur probare Deum seruasse meliorem modū, quod creaturam reliquerit in manu sui consilij, & permisisse labi in peccatum; non asserit Mundum, nunc esse meliorem, quam fuisset in statu innocentiæ, sed meliorem modū seruasse Deum ex parte sua relinquendo naturam operari modo sibi connaturali. vnde recte Theologi notant de ijs, quæ Deus facit pie loquendum esse, vt dicamus, nunc illa melius facere arbitremur, nec temere iudicantes asseramus melius fecisse Deus, si hoc, vel illo modo fecisset; Similiter si Deus allo modo fecisset, & illud melius esse diceremus, sua enim voluntas, quæ supra legem est, optime dicitur facere, cum aliquid efficit, seu discernit.

Ad 2. confirm. Resp. Angelicam naturam dici esse prope Deum non simpliciter, quia potest dari natura propinquior, quæ scilicet est perfectior, sed respectiue ad materiam; quia respectu materiæ, quæ ob suā imperfectionem longissime distat à Deo, Angelus dicitur prope, neque dicas, quod sicut non potest dari natura magis prope nihil, quam materia, ita neque natura magis prope Deū, quam Angelus, tum quia fortasse dari potest materia imperfectior nostra; tum quia non est similis ratio, quia descensus versus nihil, non est infinitus, quia habet terminum; at accessus ad Deum est infinitus, quia perfectio diuina imitabilis, est infinita; Hinc patet capacitatem perfectionum creaturarum esse infinitam syncategorematice, atque adeo non esse expletam per creaturas, nunc existentes in Mundo, & licet capacitas materiæ naturalis sit, nunc expleta quoad species, no tū capacitas obedientialis, quæ respicit imperium diuinum, vt notat Bonau. q. 1. nam poterit materia recipere, & perfectiores formas, & dispositiones ad formas.

Dices, natura Angelica est immediata Deo, ergo non potest dari alia perfectior illa. Respon. Bonau. immediatā propinquitatem ad Deum esse duplicē, primo quoad immediatam receptionem existentiæ, & conuersionem ad Deū, & sic natura Angelica est simpliciter prope Deum, quia à Deo immediatē producta, &c. Secundo quoad assimilationem, & secundum hanc rationem nulla creatura est Deo immediata, quia quæcumq; posita infinitē à Deo distat, & ratio, quia latitudo entis creabilis nō habet terminum intrinsecum, sed extrinsecum, vt alibi explicatur; Hinc patet ad 3. confirmationem.

*Margin notes (left):* 15 Explicatur Aug. dum negat, fieri posse meliorem. — 16 Quomodo Angelica natura dicatur esse prope Deum.

*Margin note (right):* Immediata propinquitas ad Deū, quoad receptionē existentiæ, & quoad assimilationem.

## QVÆSTIO QVARTA
### De Mundi æternitate à parte post.

## DVBITATIO PRIMA,
### *An æternitas ponat, vel supponat infinitā perfectionem in re æterna.*

### ARTICVLVS PRIMVS
*Explicātur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo not. æternitatem esse durationem rei, quæ caret termino, & quia terminus durationis potest concipi, vel ex parte originis, vel finis, ideo potest concipi æternitas dupliciter primo, quæ careat termino ex parte originis, quæ dicitur æternitas à parte ante; & quæ caret termino ex parte finis, quæ dicitur æternitas à parte post, & de hac nos hic loquimur.

Secundo not. æternitatem distingui à tempore infinito: nam æternitas caret successione, quam intrinsece includit tempus infinitum, vnde cum successiuum non possit esse ab æterno, fit, vt tempus non possit esse æternum à parte ante, nam licet possit esse ante quodlibet tempus determinatum, nunquam tamen poterit adæquare æternitatem. At æternitas potest conuenire non solum Deo, sed etiam Creaturæ, vt supra ostendimus.

Tertio not. sicut existentia potest conuenire rebus dupliciter, primo ex vi suæ essētiæ, qua ratione nullam habet causam, & soli Deo conuenit; secundo ex vi alterius causantis illā, & æternitas alia dicitur impartecipata; Al a participata, illa vel dicit, vel supponit infinitā perfectionē; de hac autem dubitatio est, an illā includat, vel supponat.

2 Quarto not. infinitatem aliam esse molis, quæ conuenit qualitati habenti partes, aliam perfectionis, quæ sequitur quantitatem virtualem, seu perfectionis, quid illa sit omnibus constat; sed quid hæc sit, non omnes eodem modo explicant, Suar. 1. par. Tr. 1. l. b. 2. c. 1. explicat per negationem superioris perfectionis in genere entis, nam vt in creatura fini-

*Margin notes (right):* Aeternitas duplex. — Aeternitatis quomodo distinguantur à tempore infinito. — Existentia conuenire potest, vel ex essentia vel ab extrinseco. — Infinitas, quomodo molis, & perfectionis, & quomodo explicanda.

finitudo in genere entis explicatur ex eo, quòd illi non repugnet habere excellentiorem, vnde dicimus Angelicam naturam habere infinitatem, secundum quid quatenus potest sub se infinitas species continere minus perfectas, sed quia potest habere superiorem naturam, ideo dicimus esse finitam simpliciter, ita contra dicendum de Deo, quod habeat perfectionem infinitam simpliciter, quia in tota latitudine entis non potest dari perfectior maior, nec æqualis, quæ sit naturæ distinctæ, & ideo multi Deum definiunt esse ens, quo maius excogitari non potest. Alij quod sit ens, continens omnem perfectionem possibilem, & cogitabilem siue formaliter, siue eminenter, tùm quoad perfectiones, quã quoad modum habendi perfectionem: Ex hac explicatione infinitatis simpliciter intelligi potest infinitas secundum quid perfectionis, nam dupliciter explicari potest, primo in ordine ad inferiores perfectiones, quas excedit, vnde dicitur infinita perfectio, quæ sub se habet infinitas perfectiones, quia tamẽ habet supra se perfectionem maiorem, ideo nõ est infinita simpliciter. Secundo explicari potest per negationem perfectionis maioris, non quidem in genere entis, quia sic esset infinitas simpliciter, sed in tali genere, vt scilicet in genere animalis non sit aliud perfectius, & sic de alijs, quare videndum an æternitas in genere durationis sit infinita, vel supponat infinitatem,

### ARTICVLVS SECVNDVS
#### Opiniones Doctorum.

3 Aeternitas includit formaliter infinitatem.

PRima opin. est dicentium æternitatem includere formaliter infinitatem, nam vel est æternitas impàrticipata, & cum includat diuinitatem, includet etiam infinitatem, vel est participata; & hæc, licet non includat infinitatem diuinitatis, includit tamen infinitatem in genere determinato durationis, nam vel duratio creata est successiua includens partem post partem, & cum hæc successio partium sit æterna, necessariò includet partes infinitas, nam finitæ partes sibi succedentes non possent durare per æternitatem, vel non est successiua, & continet perfectiorem infinitatem, quia habet vim indiuisibilem æquiualentem tempori infinito, at perfectio æquiualens infinitæ perfectioni est infinita, tum quia finitum non potest proportionari infinito. Confirm. quia sicut perfectio, diuina est infinita, quia omnes alias excedit, & à nulla exceditur, ita æternitas est infinita in ratione durationis, quia omnes alias excedit, & à nulla exceditur, hæc debent primo docere ex Bonau. omnes, qui putant durationem esse formaliter successiuam, & alij, qui dicunt esse indiuisibilem, sed formaliter infinitam non quantitatiue, sed perfectionaliter.

4 Secunda opin. est dicentium æternitatem non esse formaliter infinitam, sed præsuppositiue, quia supponit, vel in subiecto, in quo est, vel in causa extrinseca illius, infinitatem. Nam vel res, cui conuenit æternitas est natura sua corruptibilis, & hæc non potest durare per æternitatem, nisi habeat in se vim resistendi contrarijs, ac vis resistiua contrarijs æterno tempore, non potest esse finita, quia per repassionem continuam finiretur, quia omne finitum per ablationem finiti finitur, atq; adeo res, cui cõuenit finito tempore existere corrumperetur, desinente eius dispositione cõseruante, ergo debet esse infinita, vel subiectum æternitatis est incorruptibile ex natura sua, & supponit virtutem infinitam in causa extrinseca conseruante, nã cũ omne creatũ ex natura sua tendat in nihilum, indiget causa conseruante, ne tendat in nihil, at causa habens vim conseruandi aliud æterno tempore, non potest habere vim finitam, quia sic ipsa indigeret alio conseruante ergo infinitam, atque adeo diuinam quæ alio non indigeat, vel est natura corruptibilis sed beneficio alterius incorruptibile, vt dicitur de homine in statu innocentiæ, & beatifico, & hoc multo magis præsupponit in cã dante illi æternitatem, vim infinitam, ex quibus patet omne æternum, vel supponere infinitatem intrinsecam, vel sibi extrinsecam.

Aeterna ita non est formaliter infinita, sed antecedenter, vel præsuppositiuæ.

Tertia opin. est dicentium æternitatem esse formaliter finitam simpliciter, sed infinitã, secundum quid. ita communiter Doctores. Hãc autem infinitatem aliqui explicãt p virtutem intrinsecam, quæ est virtualiter infinita, nam in virtute indiuisibiliter cõtinet omnem perfectionẽ extensiuã temporis infiniti. 5

5 æternitatis finita simpliciter, & infinita secũdũ quid

Alij 2. explicant per extrinsecam connotationem temporis infiniti, cui potest coexistere, vnde dicunt esse infinitam per coexistentiam ad tempus reale, vel immaginarium infinitum.

Variæ explicationes infinitatis.

Alij 3. explicant, quod excedat infinitas durationes per perfectionem superioris ordinis, sicut natura humana dicitur infinita, secundum quid, quia excedit infinitas perfectiones brutorum, æternitas autem est species durationis perfectior, quam sit duratio temporanea.

### ARTICVLVS TERTIVS.
#### Opinio Auctoris.

PRima concl. æternitas per essentiam est infinitæ perfectionis, quia est perfectio intrinseca, & propria Dei, at omnis talis perfectio est infinita. Qua maior non possit esse, continens in se omnes perfectiones inferioris rationis eminenter. 6

6 Aeternitas per essentiã est infinitæ perfect.

Secunda concl. æternitas creata successionem habens, est perfectionis infinitæ syncategorematicè. Prima pars probatur, quia talis æternitas dicit partes inter se distinctas, sibi inuicem succedentes, atq; adeo vni perfectioni semper succedit altera, at hæc successio partium durat in infinitum, ergo partes succedentes sunt infinitæ, nam si finitè non possent durare per æternitatem, sed finito tempore complerentur, quia omne fini-

Aeternitas creata successiua est infinita syncategorematicè.

finitum per ablationem finiti finitur.

Secunda pars probatur, quia illud dicitur infinitum syncategorematicè, quod non potest habere omnes suas partes determinatas simul existentes, vel quod aliquando omnes exstitisse, dici posset, seu dicitur quod habet actum permistum potentiæ, sed tale esset æternitas successiua, seu tempus successiuum, nam nunquam potest dici totum esse positum, sed quacumque parte posita, adhuc manet aliud, & aliud in infinitum, vnde dicitur semper habere aliquid extra, scilicet illud, quod non existit, seu non est positum.

Duratio successiua potius tẽpus, quam æternitas dici debet.

Dices tale ens successiuum non est æternitas, sed tempus infinitum, nam æternitati repugnat successio. Resp. vere in rigore dici potius tempus, quam æternitatem, sed ex vsu phylosophorum tempus tale solet dici æternum, & æternitas, quia habet coexistentiam cum æternitate; & ideo res durans infinito tempore dicitur durare per æternitatem, non quidem intrinsece, quasi duratio mensurans ens successiuum sit æternitas, sed extrinsecè quatenus illi coexistit, sicut Deus dicitur durare per infinitum tempus, quatenus eius æternitas coexistit tempori æterno.

7 Dices 2. licet infinitum tempus quoad existentiam dicat infinitatem syncategorematicè, tamen secundum se, vt est totum quoddam includens omnes suas partes est categorematicum, quomodo repræsentatur cognitioni diuinæ.

Cur infinitum syncategorematicè nequeat dici totum.

Resp. ex Arist. hoc infinitum nō dici totū, & perfectum, quia nunquā pōt existere cum suo complemento, sed tempus, pars cuius existit cum potentia ad alias cōpartes, nunq̄ sic existit, vnde cum apprehenditur, vt totum debet concipi, vt est, scilicet cum ordine ad existentiam imperfectam actualem, & potentia ad vlteriorem perfectionem, & hoc modo repræsentatur cognitioni diuinæ, vt ostendi 2. tom. phys. Tr. 18. quæst. 6. d. 5. idq; confirmatur ex discrimine infiniti temporis à parte ante, ab infinito parte post, quia illud esset totum in actum positum, & ideo non potest dari, quia dies hodierna, & esset determinata, & etiam illa, à qua distat in infinitum, quia non distat ab omnibus per distantiam infinitam, nam non distat sic ab hesterna, neq; distat ab vna vagę, quia illa esset determinata in ordine ad Dei productionē, & cognitionem, atque adeo infinita distantia contineretur inter duos terminos determinatos, neque distat ab aliquibus pluribus, quia inter illa esset vna, atque adeo distaret etiam ab vna, ex quo etiam sequeretur infinitum ab infinito distingui per additionem vnius vnitatis. At vero in infinito à parte post non est necessaria hęc distantia ab vna determinata, quia cum nunquam illa sit ponenda, non est determinata, cum quidquid illius existit, sit finitum, vt alibi explicaui.

8 Tertia concl. æternitas creata permanens non includit formaliter infinitam perfectionem, sed illam cōnotat. prima pars probatur, quia æternitas vel formaliter non distinguitur ab existentia, vel est accidene permanens illius, at neutro modo potest dicere perfectionem infinitam, quia existentia Creaturæ est finitæ perfectionis formaliter, & finitum subiectum non potest esse principium, siue emanationis, siue substentationis accidentis infinitæ perfectionis, quia non est inter illa præportio exigita à principio naturali cum suo effectu, & Angelus est principium motus infiniti cœlestis, ex Arist. quia est successiuus, atque adeo ad illum sufficit virtus finita conseruata, at non sic æternitas, quæ est tota simul.

Aeternitas creata permanens nō est formaliter infinitæ perfectionis, sed cos

Secunda pars probatur, quia siue existentia sit rei ex natura sua corruptibilis, siue incorruptibilis, indiget causa conseruante per æternitatē, illa quidem supranaturaliter, hæc naturaliter, at causa conseruans est infinitæ perfectionis, cum sit Deus ipse, vt dictum est in 2. opinione.

Quarta concl. æternitas qualibet habet infinitatem, secundum quid, quia est duratio perfectior, quam omnes durationes temporaneæ, at quod est huiusmodi dicitur infinitum secundum quid, quia ex ratione suae speciei excedit infinitas perfectiones specierum inferiorum, non quidem per continentiam illarum perfectionum sine proprijs limitationibus, & imperfectionibus, quomodo Deus continet creaturas, sed per excessum perfectioris rationis, vt homo excedit omnes species Brutales, etiam si sint infinitæ, qui excessus potest dici per continentiam eminentialem, quatenus continet perfectionem eminentiorem. quæ continentia quando non est simul cum continentia virtuali per efficientiam, vel formali, perfectionum, ablatis imperfectionibus, non ponit infinitatem in re excedente. 9

Quamlibet æternitas est infinita, secundum quid.

## ARTICVLVS QVARTVS.

### Soluuntur argumenta aduersariorum.

RESp. ad argum. 1. opinionis, durationē rei permanentis non esse successiuam, quia sic rectè concluderet ex æternitate infinitatem, sed esse permanentem, atque adeo æternitatem permanentem æquiualere quidem tempori infinito non per continentiam formalem, vel virtualem partium temporis, sed per coexistentiam ex vi causæ rem conseruantis, at quod est huiusmodi non est intrinsecè, & simpliciter infinitum, vt patet ex arbore infixa currenti flumini, quæ non fit perfectior intrinsecè ex coexistentia ad aquā infinitam fluentem, sed potest dici extrinsecè infinita, quatenus coexistit termino infinito, quod etiam patet ex qualibet Creatura, quæ coexistit Deo infinitæ perfectionis, & tamen inde nō acquirit infinitatem perfectionis intrinsecè, sed ad summum extrinsecè, vt alibi est explicatum, neque ex eo, quod æternitas sit perfectioris rationis, quam tempus infinitum, sequitur esse perfectionis infinitæ simpliciter, sed secundum quid, vt dictum est concl. 4. 10

Aeternitas æquiualet tempori infinito per coexistentiam, vnde dicitur extrinseca infinita.

Ad confirm. Resp. perfectionem Dei esse infinitam simpliciter; nõ præcise ex eo;quod excedit infinitas pfectiones, sed ex eo,quod eius perfectio cõtinet formaliter omnes perfectiones simpliciter simplices,possibiles, & virtualiter omnes perfectiones creaturarum; At æternitas creaturæ,nec formaliter,nec virtualiter continet tempus infinitum,sed æquiualenter per puram coexistentiam.

## DVBITATIO SECVNDA.

*An Mundus sit corruptibilis.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

Genitũ tripliciter dicitur, & similiter ingenitum.

PRimo notand. ex Arist. 1. Cœl. à tex. 110. Genitum dici tripliciter. primo quod habet esse post non esse siue naturaliter, siue supernaturaliter, secundo quod non est sed potest fieri,siue hoc sit naturaliter, siue non. Tertio;quod per trãsmutationem habet esse post non esse hinc fit ingenitum dici tripliciter primo quod prius non est,& modo est; modo hoc fit sine sui transmutatione, & generatione. & ita antiqui dicebant Mundum esse ingenitum:secundo;quod non dum existit, licet possit generari, vt Antichristus: Tertio quod fieri nequit nec potest habere esse post non esse,& idem est, ac ingenerabile,vt Deus.

Impossibile simpliciter, & sm quid, etiam ingenerabile.

Secundo not. impossibile dici,primo quod nullo modo potest esse, secundo quod licet simpliciter possit esse;nõ tamen bene,& facile;vnde impossibile idem est, ac difficile, & ex his duobus modis potest dici aliquid non posse generari,quia vel simpliciter non potest, vel non facilè; quod possibile semper dicit ordinem ad potentiam, à qua res esse, vel non esse potest: Et sicut possibile dicit ordinem ad potentiam,siue naturalem, siue supranaturalem;ita etiam impossibile negat hunc ordinem.

Corruptibile dicitur tripliciter, & similiter incorruptibile.

Tertio not. corruptibile ex tit. 113. dici tripliciter, primo,dicitur, quod est, & potest non esse: secundo qood potest faciliter corrumpi,& tale dicitur Eucharcon:tertio quod per transmutationem naturalem potest corrumpi. His opponitur triplex acceptio incorruptibilitatis: nam primo dicitur quod non est, vel potest non esse sine corruptione propriè, vt motus, & tactus:secundo quod impossibile est corrumpi, vt Deus: tertio quod non faciliter:ex his tit. 15. infert propriè incorruptibile dici quod non potest corrumpi, idest aliquando esse, aliquando non esse, & similiter ingenerabile, quod sic generari non potest, vt prius quidem non sit, posterius vero sit, qualis est diamater commensurabilis costæ seu lateri.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

Mundũ negat esse factũ, & corruptibilem.

PRima opinio est dicentium,Mundum nec esse factum, nec posse corrumpi, contra quos patet ex dictis; vbi ostendimus Mundum esse productum, & conseruari à Deo libere; quare solum examinanda est opinio eorum, qui illum posuerunt esse genitum: vnde.

Mundũ genitum, sed corruptibilem.

Secunda opinio est eorum, qui dixerunt Mundum esse genitum,sed incorruptibilem, vt Plato.

Mundu genitum, vel corruptibilem,siue oõ gcoerãdũ, siue sæpius generandũ.

Tertia est dicentium.Mundum esse corruptibilem.ex quibus alij dicebant non esse regenerandum post corruptionem, vt Democritus,alij vero vicissim corrumpi, & generari,vt Empedocles.

Contra prædictas opiniones Arist. proponit sequentes conclusiones.

Mundus nõ potest esse genitus, & incorruptibilis.

Prima Conclus. irrationabile est, Mundum esse genitum,& incorruptibilem; patet quia quæcumque sunt genita, sunt corruptibilia; sed Plato facilè responderet primo,esse quidem corruptibilem ex natura,sed præseruari voluntate Dei à corruptione:deinde quod est factum per creationem, non esse corruptibile,vt patet ex Cœlo, Angelis, vt docet fides. Secunda ratio, quia quod generatur fit ex materia præsupposita,cum ex nihilo nihil fiat: Ergo necessario præfuit materia ante mũdi factionem: Ergo sicut illa materia fuit sine forma ante mundi productionem; ita potest esse post mundi dissolutionem. Respondetur negando fieri ex materia.quod fit per creationem, vnde Deus, vt Mundum creauit,ita potest annihilare;quare rationes rectè concludunt mundum non esse factum per generationem naturalẽ in tex. 104.remouet excusationẽ Platonis quod posuerit Mundum factum gratia doctrinæ, vt Geometræ volentes facere demonstrationem de figuris,quæ fiunt ex lineis simul existentibus;describunt lineas, quarum vna est post aliam,Remouet hoc,quia naturali multum refert dicere, an res sint simul,vel non Mathematicis autem non ita simultas linearum, nam idem accidit Geometricis positis, aut nõ positis ijsdem lineis, ex quibus triangulus consurgit; neque in eo vlla subest repugnantia,quæ tamen inuoluitur in Mundi effectione: aiunt enim ex elementis tumultuantibus,& inordinatis fuisse Mundum ordinatum,cum tamen ordinatum, non nisi ex ordinatis,vt inter se aptè compositis,coalescant.

Soluuntur rõnes Aristi ex mente Platonis.

Rationes Arist. rectè concludunt mundũ nõ esse factum per generationem.

Remouet excusationẽ sententiæ Platonis.

Secunda conclusio tit. 107. irrationabile est Mundum sepius generari, & corrumpi per litem,& amicitiam quia Mundus manet vnus & idem secundum eius substantiam, & per congregationem,& segregationem,fit solum differentia in situ, & ordine. Responderi posset,licet maneat idem secundum substantiam, quoad partes principaliores, vt Cœlum,& cæt.;non tamen quoad minus principales,vt mixta,quare per congregationem,& segre-

ſegregationem, non debet intelligi motus localis, ſed per congregationem, intelligi vnitatem, quæ oritur ex compoſitione, contiguatione, vel continuatione, per ſegregationem vero motus contrarius illis.

6 Mundū corrūpi vt nunquam regeneretur nō eſt rationabile.

Tertia concl. tex. 108. contra Democritum, irrationabile eſt, Mundum ſic corrumpi, vt nunquam poſtea regeneretur, cum ſit vnus, nam vt eſt genitus ex materia, quæ eſt in potentia ad formam etiam corrupto Mundo manebit materia, atque adeo erit in potentia ad formam Mundi, vt prius, vnde patet ex Ariſt. in materia manere potentiam ad formam corruptam ſed hæc doctrina ſupponit falſum ſcilicet Mundum fuiſſe factum ex materia, & non per creationem.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Proponitur ſententia Ariſtotelis.*

7 Primū Ariſt. ſuppoſita potentia.

ARiſt. vt probet omne ingenerabile eſſe incorruptibile, & contra, ac omne generabile eſſe corruptibile, & contra, ſupponit quatuor, primo ſi eſt aliquid poſſibile eſſe, & non eſſe. vtraque potentia, tum ad eſſe quam ad non eſſe, debet eſſe determinata quoad tempus, nam non poſſet eſſe vnaquæque illarum per tempus infinitum, ratio eſt, quia ſi quælibet potentia non habet eſſe determinatum, tunc vna erit tempore infinito, ergo ſimiliter, & alia, quod eſt impoſſibile, quia non contingit plura tempora eſſe infinita, quia vnum tempus infinitum ſi eſſet, contineret omne tempus.

8 2. ſupponit falſum non eſſe idem conuertibiliter cū impoſſibili, & verum cum poſſibili.

Secundo ſupponit, falſum, & impoſſibile, non ſunt idem conuertibiliter, ſimiliter verum, & poſſibile, nam ſi ſortes de facto non ſedeat, falſum erit ſortem ſedere, non tamen impoſſibile, & ſimiliter non eſt verum, ſed eſt poſſibile: ergo non omne poſſibile eſt verum, neque omne falſum eſt impoſſibile.

3. ſupponit ex poſitione impoſſibilis ſequitur inconueniens.

Tertio ſupponitur, ad poſitionem impoſſibilitatis ſequitur inconueniens, quod non ſequitur ad poſitionem falſi poſſibilis, quia ad impoſſibile ſequitur impoſſibile, ſed non conſequitur ad falſum poſſibile, vnde in bona conſequentia, ſi conſequens eſt impoſſibile, antecedens non ſolum erit falſum, ſed etiam impoſſibile.

4. ſupponit potentia ad oppoſita quomodo ſit ſimul.

Quarto, idem ſimul habet potentiam ad oppoſita ſed non vt ſimul ſub oppoſitis, vt patet in Petro ſedente, qui habet potentiam non ſedendi, cum poſſit ſurgere, non tamen habet potentiam, vt ſimul ſedeat, & non ſedeat ita tex. 109.

*Ariſtotelis varia dicta.*

9 1. omne æternum eſt incorruptibile.

HIs poſitis, primo docet, æternum eſſe incorruptibile tex. 110. probat primo quia æternum ſemper eſt. Corruptibile autem aliquando poteſt non eſſe, quod ſi deducatur ad actum, vt non ſit, iam ſequitur aliquid ſemper eſſe, & aliquando non eſſe, quę repugnāt, nam quod ſemper eſt, in quolibet ſignato tempore eſt, & in huius ſignati temporis aliqua parte non eſt. Ergo ſimul erit, & non erit. Circa quam probationem notandum, *hæc, de poſſibili diuiſo* conceditur, *ſemper ens poteſt non eſſe*, tamen iſta compoſita, negatur, *poſſibile eſt, ſemper ens non eſſe*, ſicut album poteſt eſſe nigrum, tamen eſt impoſſibile, vt album ſit nigrum: nam hæc eſt poſſibilis, *A ſemper eſt*, quia poteſt fieri vt ſit æterno tpe, & ſimiliter eſt et poſſibilis hæc, *A, non eſt* quare ad neutrā ſequitur impoſſibile; vnde neq; impoſſibile, quod infert Ariſt. ſequitur ex impoſſibilitate partiū copulatiuè, ſed copulate. Vnde Philoſophus, inferens ex impoſſibilitate cōſequētis, impoſſibilitatem vnius præmiſſæ, committit fallaciam non cauſę vt cauſæ. Dices ex impoſſibilitate conſequentis infertur impoſſibilitas antecedentis. Reſp. optime inferri in bona conſequentia, ſed Ariſt. non probaret propoſitum, quia vult oſtendere hanc eſſe impoſſibilem, *aliquod, quod ſemper eſt, poſſe non eſſe*, quæ non poteſt inferri ex illo antecedente, cum ad impoſſibilitatem copulatiuæ affirmatiuæ, non ſequatur impoſſibilitas partium eius, & hac ratione tex. 121. probat æternum eſſe ingenerabile, quia generabile habet potentiam ad non eſſe, ſed æternum non habet potentiam ad non eſſe, quia ſi haberet hanc potentiam vel eſſet tempore finito, vel infinito: ſi infinito; ergo etiam habet talem potentiam, vt in tēpore finito, cum in infinito includat finitum, & tunc in illo erit verum, *æternum in illo tempore non habere potentiam ad eſſe*, et per conſequens, non eſſe generabile, nam ſi eſſet genitum, aliquo tempore non eſſet.

Quomodo explicanda Ariſt. ratio.

Obiectio.

Solutio.

Vnde probat æternū eſſe ingenerabile.

Deinde tex. 122. & infra probat nullum genitum, vel corruptibile eſſe æternum, nam alioqui duo contradictoria eſſent vera, quia quod eſt æternum ſemper eſt, quod eſt genitum, vel corruptibile, non ſemper eſt, ſed ſemper, & non ſemper ſunt contradictoria, ex his tex. 125. probat cōuertentes, omne ingenitum, & incorruptibile eſſe æternum, nam vt infra probabitur, ingenitum, & incorruptibile ſe inuicem conſequuntur, & vlterius docet, generabile, & ingenerabile conuerti cum ente.

Genitum, vel corruptibile non eſt æternū.

Secundo docet tex. 126. omne genitum eſt coruptibile, & contra: nam ſi corruptibile non eſt generabile erit ingenerabile, ſed ingenerabile conuertitur cum incorruptibili, ergo ſi genitum non eſt corruptibile erit incorruptibile, ſed hoc conuertitur cum ingenito, ex Hinc tex. 127. infert genitum, & corruptibile ſe conſequi, quia corruptibile eſt medium inter ſemper ens, & ſemper non ens, ſicut, & ipſum genitum, quia vtrumque dicit rem aliquando eſſe, & aliquando non eſſe ſecundum aliquod determinatum tempus. Hinc etiam tex. 129. infert eodem modo ingenitum, & incorruptibile ſe mutuo conſequi ex his propoſitionibus Ariſt. 130. confutat opinionem dicentium Mundum eſſe genitum, & incorruptibilem, vel corruptibilem, & ingenitum, nam deſtrueretur vna

ex ſup-

ex suppositionibus supra dictis, & hoc confirmat te.131. quia inde destruitur aliud principium scilicet idem non posse simul esse, & non esse, nam si ingenitum est corruptibile, non est ratio cur corrumpatur in hoc instanti, quam in alio infinitorum præcedentium, & similiter si incorruptibile est genitum, non est ratio cur magis in hoc, quam in alio infinitorum præceden. fuerit genitum, vnde sequitur, quod vnumquodque horum in quolibet instanti temporis infiniti præcedentis potuerit esse, & potuerit non esse: nam licet non implicet subiectum aliquot habere potentiam, vt habeat aliquam formam contingentem, & non habeat, tamen necessario implicat, vt vtraque pars contradictionis sit simul. quod esset in casu nostro, quia quod habet potentiam naturalem, vt sit per tempus infinitum necessario est per tempus infinitum: quia vnum quodque durat quantum potest, vt patet ex naturali appetitu, quare si ponatur hoc posse etiam non esse, sequeretur rem esse, & non esse, quam eandem rationem categoricè, vt ait Niph. ibidem confirmat, quia ante actum præcedit potentia ergo si ingenitum habuit corruptibilitatem, habuit potentiam per infinitum tempus, quo fuit, vt non esset, & si incorruptibile est genitum, infinito tempore, quo non fuit, habuit potentiam, vt esset.

**Vnumquodque durat quantum potest.**

Ex his colligitur hic discursus Mundus est in genitus, vt patet 8. Phys. ergo est incorruptibilis, & æternus à parte post, consequia patet, quia si esset corruptibilis posset simul esse, & non esse: nam vt ingenitus, est æterno tempore, cū ad id habeat potentiam naturalem, quatenus vero corruptibilis potest non esse, & quia non est maior ratio huius, quam huius instantis sit, vt in quolibet instanti temporis infiniti præcedentis, in quo necessario fuit habuerit potentiam ad non esse, quæ potentia si reducitur in actum, resserit, & non erit, nam corruptibile necessario corrumpetur.

**Colligitur totus Arist. discursus de mūdi generabilitate, & ingenerabilitate.**

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Quid sentiendum sit de mundi incorruptibilitate.*

11 **Mundus in ordine ad Dei potentiam, necest incorruptibilis, nec corruptibilis, sed potest vtrumque esse.**

PRima conclus. in ordine ad potentiā Dei absolutam, mundus non est corruptibilis, quia sic potest in Deo perpetuò cōseruari, neque secundum se incorruptibilis, quia potest annihilari, quia vtrumque pendet à libera Dei voluntate, vnde mundus ex se neutrum habet in ordine ad Dei potentiam, sed vtrumque habet ab extrinseca Dei potentia, neque est absurdum esse in potentia ad corruptionem, & incorruptionem ex denominatione sumpta ex libera Dei potentia.

Hęc conclusio est vera siue mundus sit genitus vera generatione, siuè productus per veram creationem. Nam genitum potest per potentiam Dei perpetuari, & creatum potest annihilari. Sed difficilis est naturaliter qualis sit.

12 **Vere genitum nō potest naturaliter perpetuari.**

Secunda conclus. genitum vera generatione non potest naturaliter perpetuari, quia omne tale habet contrarium siuè per se, vt accidentia, siuè per accidens, & substantiæ, & hoc probant rationes Aristotelis. Vnde fit, si daretur genitum carens contrario, quod posset perpetuari, vt si v.g. Sol permaneret perpetuo supra Horizontem, lumen eductum ex aere perpetuo conseruaretur. Hinc a. colligitur Aristotelis rationes, quibus probat omne genitum esse corruptibile, esse insufficientes ad probandum, quod omne de nouo incipiens sit corruptibile, nam quando res incipit de nouo per creationem, non oportet, esse corruptibile, vt patet ex materia prima, Cœlo, & Angelis, quæ de natura sua sunt perpetua.

Tertia conclus. Mundus est corruptibilis secundum aliquas partes, & secundum alias est incorruptibilis prima pars patet ex parte elementari, nam tàm elementa, quàm ex illis mixta, sunt in indiuiduo corruptibilia. secunda pas patet ex parte Cœlesti, quæ tàm secundum corpora; quàm secundū Angelos, Cœlorum motores, est incorruptibilis. Vnde mundus totus sumendo ly totum syncategorematicè est ex parte corruptibilis; & ex parte incorruptibilis. dificultas est sumendo totum categorematicè de quo sit. 13 **Mundus ex natura secundum aliquas partes est corruptibilis.**

Quarta cōclus. Mundus totus non est corruptibilis, quia si spectetur natura rerum non potest mundus secundum suas species deficere, licet varientur specierum corruptibilium indiuidua. Nam cum causæ naturales non intendant primario corruptionem, sed generationem, necessario fit, vt non possit vnū indiuiduum corrumpi, nisi aliud generetur, quia corruptio sequitur per accidens ad generationem alterius. Confirm. ex discursu Arist. 1. de gener, tex. 13. & seq. & 2. de generat. tex. 68. vnde 1. de generat. 17. dixit, *vnius corruptionem esse alterius generationem* 14 **Totus Mundus non est corruptibilia.**

Dices totum non conseruatur desinente vna eius parte, sed omnia indiuidua specierum corruptibiliū perpetuo intereunt ergo mundus secundum totalitatem perpetuo interit. **Obiecto**

Resp. etiam si indiuidua perpetuo intereāt, tamen similia perpetuo oriuntur, vnde fit vt mundus perpetuo conseruetur per cōtinuam successionem indiuiduorum, & licet non sit idem mundus numero metaphysicè, est tamen idem per æquiualentiam, vt dictum est supra quoad indiuidua, et idem metaphysicè secundum specificas naturas. **solutio.**

Quinta conclus. Mundus cum solo Dei concursu generali posset perpetuo conseruari, quia solus hic concursus satis est vt generationes rerum succedant corruptionibus, vnde quod elementa sibi detrahunt per cōtinuas, & reciprocas generationes, & resolutiones, restauratur per eductiones formarum ex eadem materia, et licet de facto mundus secundum statum imperfectum, non sit duraturus nisi ad diem Iudicij, tamen id oritur ex diuina voluntate sapienter mundum gubernante, manentibus enim iisdem causis semper manet idem effectus. 15 **Cum solo generali Dei concursu posset Mundus perfectiori**

## DVBITATIO TERTIA.

### *An omne corruptibile necessario corrumpetur.*

Omne corruptibile non necessario simpliciter corrumpetur. Sed necessitate secundum quid corrumpetur.

DIco primo omne corruptibile non necessario necessitate simpliciter corrumpetur, quia potest potentia Dei perpetuari.

Dico secundo necessitate secundum quid idest ex parte materiæ, hæc diuisa, *omne corruptibile necessario corrumpetur* est falsa, quia omne corruptibile contingenter corrumpetur, nam vel corrumpitur ab extrinseco, & hoc fit per applicationem contrarij, quę impediri potest vel ab intrinseco hoc est, quod vnum miscibilium dominatur super aliud, sed hoc dominium potest impediri.

Dico tertio si corruptibile accipiatur pro eo quod nunquam fuit, potest tamen esse, neque in sensu composito, neque diuiso, corruptibile necessario corrumpetur, quia corruptio præsupponit rem præexistentem.

Dico quarto si accipiatur corruptibile pro re existente habente potentiam ad non esse, tunc necesse est, omne corruptibile corrumpi in sensu composito, quia talis potentia non potest naturaliter perpetuo frustrari.

3. Dico quinto eadem proportionabiliter applicanda sunt illi propositioni, omne generabile siue subiectiuè, siuè terminatiuè generabitur vide Saxonia primo Cœl. quęst. 14. & 15. vbi fusè de hac re disputat.

## DVBITATIO QVARTA,

### *An generabile, & corruptibile, conuertantur, & ingenerabile incorruptibile.*

## ARTICVLVS PRIMVS.

### *Explicantur termini quæstionis.*

Generabile obiectiue, & terminatiue.

PRimo not. generabile accipi dupliciter primo subiectiuè, & dicitur quod potest esse subiectum generationis illius rei, quæ accipit esse post nô esse. Secundo terminatiue, quod scilicet potest esse terminus generationis, per quam accipit esse post non esse, vt est forma, & compositum, hoc autem accipi potest dupliciter, primo pro eo, quod non dum est, sed potest habere esse per generationem, secundo pro eo quod est, vel fuit, sed potuit generari.

Acc pi 2. corruptibile.

Secundo notandum corruptibile accipi similiter posse subiectiuè, & terminatiuè licet frequentius accipiatur terminatiuè, quod etiam accipi potest dupliciter primo pro eo quod est capax corruptionis, siue sit, siue non sit, Secundo pro eo quod poterit vel potuit esse capax corruptionis, possunt enim Generabile, & corruptibile accipi remote, quatenus dicit naturam capacem secundum se generationis, & corruptionis 2. proxime, quatenus præter naturam, connotat conditiones requisitas, & ablationem impedimentorum ad generationem, & corruptionem.

Tertio notandum, hæc quæstio potest intelligi naturaliter, & supernaturaliter, idest spectatis naturis rerum secundum se, & in ordine ad causas naturales, vel in ordine ad causas supranaturales.

Quarto not. posse fieri siuè naturaliter, siuè supernaturaliter, vt generabile subiectiuè nunquam generabitur, patet quia ex materia sanguis potest generari lactuca, ex qua tamen nunquam generabitur, siuè quia materia potest à Deo annihilari, & c. siuè quia nunquã causæ generantes lactucam illi applicabuntur. At generabile terminatiuè potest fieri supernaturaliter, vt nunquam generetur impediente Deo, vt prima causa. At naturaliter, quoad species non potest fieri quin generetur ex Arist. ponente æternitatem motus in qua causæ ad generationem lapidis infinities applicabûtur. Sed quoad indiuidua fieri potest, vt aliquod terminatiuè generabile, non generetur, vt probat primum argumentum primæ opinionis.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

### *Opiniones Doctorum.*

Probetur generabile & corruptibile non conuerti.

PRima opinio est negantium hos terminos conuerti. Primo omne corruptibile aliquando corrumpetur, vt probat Saxonia quæst. 15. Sed non omne generabile corrumpetur: Ergo non omne generabile est corruptibile, minor patet, quia cum non omne generabile generabitur sequitur quod nec corrumpetur, nam, vt corrumpatur, oportet, vt prius generetur anteced. patet, tum quia ex hoc vino est generabile acetum, et tamen si prius potabitur, non generabitur ex eo acetum, et idem patet de muliere habente ætatem aptam ad generationem, et tamen potest mori antequam ex ea aliquid generetur, tum quia si omne generabile est necessarium vt generetur, sequitur omnia necessario euenire, quia non esset possibile non euenire.

Confirmatur primo. Nam si generabile, et corruptibile conuerterentur, sequeretur idem simul habere potentiam ad esse, et non esse, cum idem sit generabile, et corruptibile, nam omne generabile habet potentiam ad esse, sicut corruptibile ad non esse.

Confirmatur 2. Nam fortes iam genitus, est corruptibilis vt patet, & tamen non est generabilis, quia semel genitum, si posset denuo generari, vel generatione priore, & non, quia non est potentia ad præteritum, annus enim præteritus non potest redire, vel generatione noua, & tunc oporteret prius corrumpi, atque adeo sequeretur corruptum posse redire contra Arist. 2. de generat.

Confirmatur 3. sicut se habet generabile ad generatum ita corruptibile ad corruptũ: ergo ex transmutata proportione, vt se haber generabile, ad corruptibile, ita genitum, ad corruptum, sed non omne genitum est corruptum, vt patet ergo non omne generabile est corruptibile.

4 Arist. p. obat hos terminos conuerti.

Secunda opinio est dicentium hos terminos

nes inter se conuerti. Probant ex Arist. primo Cœli à tit.124. ad finem, secundo quia quecunque conuertuntur cum alio tertio cōuertuntur inter se, sed ingenerabile, & incorruptibile conuertuntur cum semper ente: ergo, & inter se, & similiter generabile, & corruptibile conuertuntur, cum aliquando ente, & aliquando non ente: ergo, & inter se.

## ARTICVLVS TERTIVS.
*Opinio Auctoris.*

5 Generabile remotè est corruptibile, & cōtra.

PRima concl. omne generabile remotè est etiam corruptibile, & contra, quia vtrunque dicit eandem naturam, quæ secundum se subesse potest generationi, & corruptioni, nam licet, quod semel est generatum, non dicatur amplius generabile, eo quod idem numero Indiuiduum per causas naturales regenerari non posset, tamen id non tollit potentiam remotam à natura, sed tantum proximam, quia natura secundum se eadem manet post generationem, sicut erat ante generationem sed tantum variatur secundum aliqua extrinseca efficientia, scilicet, vt subest denominationi sumptæ à causis naturalibus.

Ex quibus patet, quod omne corruptibile, est etiam generabile secundum potentiam remotam propter identitatē naturæ, etiamsi nunquam generabitur, quia non est necessarium, vt omne quod est generabile generetur, vt dictum est supra.

6 Hec verum etiam in ordine ad causas naturales.

Secunda concl. omne generabile, seu genitum est corruptibile etiam in ordine ad causas naturales, quia omne quod producitur per veram generationem habet contrarium, at omne tale est corruptibile, vt patet ex mutua actione contrariorum.

**Corruptibile non est proximè generabile.**

Tertia concl. omne corruptibile non est proximè generabile, quia, quod semel est genitum est corruptibile, at semel genitum non est iterum generabile secundum potentiam proximam, neque præterita generatione, neque futura, vt dictum est in prima opinione quare corruptibile latius patet quam generabile, quia omne generabile est corruptibile, non tamen contra, sicut generatum latius patet, quàm corruptum, nam omne corruptum supponit fuisse generatum, at non omne generatum est corruptum, quia potest adhuc permanere, licet deinde sit corrumpendum. ex quibus patet, ingenerabile, & incorruptibile non conuerti, quia semel genitum est ingenerabile secundum potentiam proximam, & tamen non incorruptibile, vt diximus.

## ARTICVLVS QVARTVS.
*Soluuntur argumenta aduersariorum.*

7 Cur non omne corruptibile sit proximè generabile.

AD primum argumentum primæ opinionis respondetur, rectè inde probari non omne corruptibile esse generabile potentia proxima, quia corruptibile potentia proxima supponit rem genitam, at generabile potentia proxima non supponit rem genitam, sed potius non genitam, nam post quam res est genita non est proximè generabilis.

Etiamsi potētia ad opposita simul conueniat subiecto nō tamen illius actus.

Ad primam confirmationem Resp. concedendo potentiam ad corruptionem, & generationem simul conuenire naturæ, non tamen actus earum, quia illæ potentiæ non respiciunt actus simul compossibiles, sicut potentia intellectiua ordinatur ad assensum, & dissensum eiusdem propositionis, & tamen illi actus non possunt esse simul, vnde ex simultate potentiæ non potest inferri simultas actus, alioqui in materia deberent simul esse omnes formæ, quia vna est potentia ad omnes illas.

Ad secundam confirm. Resp. Inde probari tertiam conclusionem, non tamen aliquid contra primam, vt ex illis conclusionibus patet.

Commutatā propositionē nō habet vim nisi tantū in mathematicis.

Ad tertiam confirm. Resp. primo commutatum proportionem non habere locum nisi in mathematicis proportionibus, nam vt alibi probauimus, in Physicis argumentum à commutata proportione non habet vim, non enim genitum, & corruptum se habēt, vt generabile, & corruptibile, vt patet ex dictis supra nam licet corruptibile supponat generabile, vt corruptum supponit genitum, non tamen contra.

8 Notatur enim Arist. à nominalibus.

*Soluuntur argumenta secundæ opinionis* Resp. primo Aristotelem ex sententia nominalium errasse, spectatis terminis secundum propriam significationem, at vero, si spectentur secundum impositionem, non ita propriam rectè dixit Arist. hos terminos inter se reciprocari, accipiendo scilicet generabile, & corruptibile ampliatiuè, pro eo quod aliquando potest, vel potuit, vel poterat esse, & etiam potest, potuit, & poterit non esse: sic enim termini copulati æquiualent terminis, generabile, & corruptibile.

Excusatur Aristot.

Ego Resp. Arist. loqui de potentia remota iuxta dicta in prima conclusione, quare non est reprehendendus.

Generabile nō æquiualet illi φ aliquādo non ens aliquando ens.

Ad 2. argumentum Resp. Saxonia, negando generabile, & corruptibile conuerti cum aliquando ente, & aliquando non ente, nam generabile, quod nunquam generabitur non conuertitur, cum hoc *copulato, aliquando non ens, aliquando ens*, quia illud, nec est, nec fuit, nec erit.

Ens accipi vel existentialiter, & non conuertitur, vel essentialiter, & conuertitur, sed falso.

Resp. secundo alij ly ens posse accipi vel secundum existentiam, & ita non conuertitur cum illo copulato, vt dictum est supra, vel secundum essentiam, quod scilicet potest esse, & non esse, & ita generabile conuertitur cum illo copulato, sed neque placet, quia illud copulatum magis latè patet quam generabile, nam etiam creabile continetur sub illo copulato scilicet aliquando ens, aliquando non ens.

Resp. tertio argumentum procedere de generabili secundum potentiam proximam nam hoc semper est aliquando ens, aliquando non ens: sed contra quia generabile proximè non conuertitur cum corruptibili, vt dictum est, quod tamen ibi probare intendit.

*Explicatur præpositio Arist. adducta per secundā opinionem.*

Quarto ego Resp. loqui de generabili secundum potentiam remotam, & de ente, vt significat existentiam, non quidem in actu, & exercitè, sed conceptam, & vt possibilem, seu cui non conuenit repugnantia ad essendum ex vi generationis, quæ difficultatem aliquā habere potest, sed sufficit pro defensione Arist.

## DVBITATIO V.

### *An de facto Mundus sit corrumpendus.*

*1 Mundus nō annihilabitur.*

1 PRima concl. Mundus non annichilabitur hoc probari nequit, nisi auctoritate eum pēdeat ex diuino beneplacito probatur igitur Eccles. primo *terra autem in æternum stat*. Eccl. 3. didici *quod omnia*, &c. *perseuerent in æternum*, & ratio esse potest, quia Mundus fuit conditus ob Dei gloriæ manifestationem, qui finis cum non cesset, neque opus cessare debet, confirm. quia homines alioqui semper erunt, horu n autem habitatio debet esse corporeum quid.

Dices an Mundus perseuerabit cum solo auxilio generali, an vero ind gea speciali.

*Potest conseruari in statu imperfecto cum solo auxilio generali.*

Secunda conclusio Mundus in statu imperfecto, quem habuit principio, & habiturus est vsque ad diem iudicij conseruari poterit cum solo auxilio generali. Primo quia nulla ratio vel necessitas vrget, vt asseramus necessariū esse auxilium aliquod speciale, nam illud auxilium, quod fuit sufficiens ad productionem rei, est suffi iens ad conseruationem, quia conseruatio non est aliud quam productio rei continuata.

2 Confirm. quia omnis substantia, aut est spiritualis vel corporea: si spiritualis sicut indiget concursu creatio e, ita conseruari potest concursu ex vi solius efficientis sine concursu materiæ, vel est corporea, & huius materia sicut creatione fuit producta, ita simili influxu conseruatur, vel est forma, & si subsistens creatur atque adeo est incorruptibilis. Vnio autem illius cum materia corrumpitur quidem, sicut etiam formæ eductæ ex materia, sed continuo per nouas generationes reparantur, at huiusmodi generationes non indigent speciali concursu, quia sufficit generalis, vt patet ex generationibus nunc existentibus, vt enim materia non potest esse sine forma, ita non potest dari corruptio vnius formæ, nisi producatur altera, & ideo p. de Gener. cap. 17. dicitur corruptio vnius est generatio alterius.

*Vbi sunt eædem causæ sunt ij sem effectus.*

Confirm secundo, nam vbi manent eędem causæ respectu eorundem effectuum non indigent speciali concursu, sed sufficit generalis, cum maneat eadem virtus causandi: specialis enim concursus exigitur ex defectu virtus causarum naturalium. Denique confirmatur ex gubernatione naturali diuinæ prouidentiæ, vt enim ad artificem spectat attemperare causas necessarias, & sufficientes ad productionem operis artificiosi, ita ad auctorem naturæ spectat ita attemperare vniuersas causas, vt non permittat facultatem extinguendi totaliter speciem alterius rei. Pro hac autem conseruatione Mundi non est necessarius specialis concursus sed sufficit generalis, qui est a Deo, vt auctore naturæ: cum naturæ tribuerit vires restaurandi quamcunque sui speciem. Neque obstant contrarietas elementorum, & priuatio annexa materiæ, quia ex his sequitur quidem corruptio indiuiduorum, quæ sunt sub speciebus, sed non sequitur destructio omniū specierum, nam corruptio vnius non est sine generatione alterius, & denudare materiæ a b vna forma, non est sine informatione alterius, cum nequeat naturaliter existere sine omni forma. Dices quælibet forma, exigit materiam quantam tam determinatā, sed hęc potest per actionem agentium adeo minui vt nequeat formam recipere, & ad generationem mixtorum concurrere, quod videre licet in animantibus, quorum statura semper minuitur, vnde raro filij sunt Parentibus prociores, & præterea vita in successoribus minuitur. Vnde tandem res deuenient, vt nequeant cōseruari sine speciali auxilio Dei.

*Conseruationi vniuersi non obstat contrarietas elementorum.*

Resp. 1. formas elementorum non determinare sibi certū terminum alibi ostendimus.

Secundo, illum terminum exigi à forma viuentium, sed negamus posse deueniri ad quantitatem, in qua tota vna species destruatur, nam nec naturalis virtus potest in tota specie deficere adeo, vt nequeat produci aliud viuens, nec elemētā ex quibus nutriuntur adeo deficere potest, vt non restaurent speciē in alio indiuiduo quia ex prouidentia generali oēs causæ neturales sunt adeo contēperatæ, vt nunquam vna destruat totaliter alteram speciem, quare diuersa est ratio in vno indiuiduo, an in toto mūdo, quia victrix qualitas dissoluens temperamentum debitum vnius formæ, nec potest ab alijs qualitatibus impediri, quin dissoluat temperamētum, nec dissolutum potest restaurari ob contrarium vincēs. At in toto mundo iactura vnius corporis, potest reparari per actionem alterius habentis vires integras, & vincentes suū contrarium. Vnde sequitur perpetua corruptio indiuiduorum, & reparatio.

*4 Mundus mutabitur post diem iudicij secundū aliqua accidentia.*

Tertia conclusio Mundus immutabitur secundum aliqua accidentia post diem iudicij. Patet ex Isaia 30. erit inquit lux Lunæ vt Solis, & lux Solis, vt lux septem dierum Apocalip. X. vbi dicitur tempus amplius non erit, adeo cessabit motus, & idem dicitur Iob. XIIII. Cœlum non atteretur .i. mouebitur, vt ibi D. Thom. vnde Isaia 60 non vltra occidet sol tuus.

Secundo probatur auctoritate Isidori lib. 6. ethim. vbi ait post diem iudicij sol sui laboris mercedem recipiet, neque veniet ad occasum, & Ambros. ad Rom. 8. vbi huius rei reddit rationem quia motus Cœli est ordinatus ad generationem mixtorum propter electos: Ergo completo numero electorum cessabit motus, *quia præsente fine cessant media*, Confr. quia sol, & luna suis moti-

motibus deſcribunt dies, & annos, & cum dicitur Geneſis 8. cunctis diebus terræ ſementis, & meſſis, frigus, & æſtus, & cel. non requieſcent, intelligitur, dum terra dabit fructus, ideo dicitur cunctis diebus ſementis, &c.

**Quomodo motus eſt incorruptibilis.**

Dices primo quæ ſunt natura ſua incorruptibilia non ceſſabunt, vt patet ex natura Angelorum, ſed motus Cœli eſt incorruptibilis, quia circularis, quia natura ſua eſt æternus, vt dicitur 8. Phyſ. Reſp. motum nullum eſse æternum ex principijs intrinſecis vt intelligentiæ, &c. quia quilibet motus exigit perpetuum influxum cauſſæ extrinſecæ, quæ ſemper producat nouam, & nouam partem motus, vnde dicitur incorruptibilis ab extrinſeco, quatenus continuari poteſt à principio mouente.

**Quomodo illuminabitur verumq; hemiſpherium ceſſante motu Cœlorum.**

Dices ſecundo, ex ceſſatione motus ceſsabit pulchritudo vniuerſi quæ nunc eſt in Mundo, nam in vno Emiſpherio erit perpetua nox, in altero perpetua dies. Reſp. futura ſolem, & lunam in ſitu oppoſito, quare totum vniuerſum erit ſufficienter illuminatum, nam luna illuminabit, vt illuminat ſol ſecundo elementa erunt clariora, vnde perfectius reflectent lumen, vnde erit perfectior illuminatio idque præcipue habebunt aquæ, & ideo Apoc. 21. *vidi* inquit, *Cœlū nouam, & terram nouam*, & idem dicitur Iſaia 66. quæ mutatio eſt conueniens illi ſtatui, cum omnia in eo tempore eleuanda ſint ad maiorem perfectionem, vt enim animæ iuſtorum futuræ ſunt ſicut Angeli, ita natura corporalis inferior erit, vt corporalis ſuperior.

**An mixta omnia ſint corrumpenda.**

Dices 3. An mixta poſt diem iudicij corrumpentur. Reſpondeo hominem non corrumpendum ex 1. Corint. 15. *Oportet corruptibile hoc induere corruptionem.* Philip. 3. *reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum* corpori *humanitatis ſuæ:* At Corpus Chriſti reſurgens ex mortuis iam non moritur, vt dicitur ad Roman. 3. Nam cum hominis altera pars ſit incorruptibilis, quę Deo fruetur in æternum: Hæc autem ne perpetuo careat ſua perfectione naturali, vnietur corpori glorioſo, Nam vt corpus fuit ſocius laborum, ita eſſe debet, & gloriæ, vnde etiā damnati punientur cum corpore.

**Omnia mixta prętér hominem corrumpentur.**

Reſpond. 2. Cætera omnia mixta corrumpentur, patet quia omnia mixta ſunt ordinata ad vitam hominis conſeruandam. Ergo ceſſante hac vita ceſſabunt mixta, ne ſint fruſtra, Nam quamuis videantur etiam ordinata ad perfectionem integrantem pulchritudinem vniuerſi, tamen non ſunt partes totales propriè vniuerſi; quia ad huius integritatem totalem ſatis ſunt elementa, quæ virtute continet reliqua mixta, neque indigebit homo animalium opera, & famulatu, plantarum fructibus, &c. quod ſi hæc mixta non remanebunt, neque eſt ratio, cur alia remaneant, fietque mixtorum corruptio ab igne iuxta illud 2. Petr. c. 3. *adueniet autē dies Domini, vt fur, in quo Cœli magno impetu tranſibunt, elementa vero calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt, opera exurentur*, qui locus explicatur de purificatione elementorum per actionem ignis, & ideo dicitur in ſcriptura, terra noua, ſicut etiam dicitur Cœlum nouum, non quidem ratione nouæ formæ ſubſtantialis, qua conſtituitur noua eſſentia, vt aliqui probabiliter putant cum Molina tr. de operibus ſex dierum diſput. 3. verſic. ego ſanè.

**D. Petrus.**

**Explicatur locus die[...]**

**Cur dicatur noua terra & nouum Cœlum**

Sed ratione nouæ formæ accidentalis, quā terra acquiret, & ſimiliter elementa, ac Cœlorum corpora, quę autem ſit illa forma, & qualis, Theologis diſputandum relinquimus, qui aſſerunt Mundum quo ad partes principales fore perpetuum, & omnia mixta prętér hominem corrumpenda, ac reſoluenda in prima elementa; Quod ſi aliquis defendere vellet mixta non eſse corrumpenda, aſſerere debet, & remanere propter perfectionem, & pulchritudinem vniuerſi, vt ex ſingulis ſpeciebus remaneant aliqua indiuidua ſine vlla corruptione, vt v.g. Amigdala, aliqua remaneat cum floribus, alia cum fructibus maturis, alia cum immaturis, & ita dicendum de alijs arboribus. Hæc dixi Hiſtorice, nā nō eſt huius loci diſputare de veritate dictorū, ſi enim diſputandum eſſet de Cœlorum inouatione forte probabilior appareres opinio Molina.

**Quod Theologi ſent[...] de fine Mundi.**

Sed difficultas eſt: an ſicut Mundus potuit conſeruari cum ſolo auxilio generali in ſtatu imperfecto, vt oſtendimus ſupra, ita poſſit cum eodem conſeruari in ſtatu perfecto, quē habebit in die iudicij.

**6 Mūdus po[ſt] diem iudicij, vt con[ſeruetur] i[ndiget] inde[...] uerſo cōcu[rſu], ac nunc[...]**

Quarta concluſ. Mundus in ſtatu perfecto, quem habebit poſt diem iudicij, indiget pro ſui conſeruatione diuerſo auxilio, à concurſu generali, cum quo non conſeruatur probi quia ſi Deus non adderet diuerſum eſſet maxima intemperies in vniuerſo, quia ablato motu celeſti in vna parte, ſol ſuo calore omnia combureret, in altera omnia frigore rigeret, neque enim dicas cum D. Thom. quæſt. 5. de potentia art. 8. quod ceſſante motu Cœlo, nulla eſſet actio agentium naturalium, atque adeo, neque corruptionem, quia, vt infra oſtendam actiones cauſarum naturalium non pendent ſimpliciter à motu Cœli, ſed tantum, vt ſint ordinatæ: quare dicendum eſt ceſſaturas quidem actiones, ſed ex ſubſtractione diuini concurſus, quod eſt innaturale cauſis, cum hæc, poſitis omnibus circunſtantijs, neceſſario agant; Erueus autem quæſt. 2. ad vltimum probat id non fore innaturale, quia ſicut eſt naturale aquæ non frigefacere extrinſecū ſubiectū pręſente igne impediente eius actionem, ita naturale erit omnibus cauſis non agere cum impediuntur, at cauſæ in illo ſtatu erunt impeditæ ex ſubtractione concurſus: ergo cauſis in eo ſtatu erit naturale non agere poſitis circunſtantijs cæteris, quod tamen in hoc ſtatu eſt innaturale, Quare cōcurſus generalis debitus in hoc ſtatu eſt diuerſus à concurſu debito in ſtatu, quem Mundus habebit, poſt diem iudicij.

**Heruei ſententia p[r]obatur.**

Confir. quia sicut mutato statu Reipublicæ mutari debent leges, cum non omnes leges sint proportionatæ cuilibet statui Reipubl. ita mutato statu Mundi, mutari debent leges, quibus Mundus gubernatur, sed post diem iudicij mutabitur status, quia motus cessabit, luna sol, & cætera astra erunt magis luminosa, & elementa magis pura, ac clariora, &c. ergo mutari debeat leges illius, inter quas est lex de concursu generali cum omnibus causis.

# TRACTATIO QVARTA.

## *De substantia, & existentia Cœli.*

### QVAESTIO PRIMA.

*De existentia Cœli.*

PSilalt. 1. Cœl. consil. 20. & 24. Conimbr. c. 2 q. 5. Mirand. lib. 1. de exam. Vanit. c. 12. Philo. lib de somnijs Theod. l. b. de materia, & Mundo, Per lib. 2. in Gen. quæst. 10. Picol. de Cœl. cap. 2. 3. 4. & 6.

### DVBITATIO I.

***An præter quatuor elementa dari debeat in vniuerso aliud corpus simplex, excludens mixtionem elementorum.***

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Nomé Cœli aliter apud Philosophos: & aliter apud S. Patres vsurpatur.

PRimo notandum Cœli nomen aliter accipi in Scriptura Sacra, & aliter apud Philosophos. nam Sancti Patres qui qui ante nongentos annos scripserunt in Genesim nomine Cœlo intelligunt empyreum plenum nouum Angelorum ordinibus, nam distinguunt à firmamento, & aquis, quæ sunt supra firmamentũ diuersis secundo die, & à sole, luna, & alijs astris factis quartus die, ita multi Doctores ante nongentos annos: sicutt nomine terræ putant intelligi, vel materiam omnino informem; vel informatam corporeitate, ex qua omnia corpora, etiam Cœlestia facta sunt, quæ informitas significata fuit nomine terræ vilissimo elemento, & aquarum, quæ nomine significatur abyssi, quæ est visui impenetrabilis, vt sapientiæ 11. Pererius autem nomine Cœli, putat intelligi eos qui sine sideribus, & luce, & motu facti sunt initio ex Basil. hom. 2. in Genes. nomine vero terræ intelligi elementum ipsum, & per aquas elementũ aquæ, Basil. At hom. 3. Dam. lib. 2. & 5. Beda in Hexam. putantes fuisse producta etiam alia elementa eodem die significata nomine terræ, quod tam ignis, qua aer, & aqua intra terræ sinus continentur, vt patet ex eruptione flammarum, terremotibus, & inundationibus, alij putant aerem significatum ibi nomine Spiritus Domini, vt Theod. Tertul. & ignem prætermissum, quod aliqui Philosophi ad dubitarent, an detur; At alij ignem dixerunt significatum nomine lucis, vt Damasc. lib. 2. c. 7. Niss. & Hugo, sed terram tantum, & aquam expressas propter ruditatem, populi. Errat auté Valles de Sacra Philosophia cuius adducens ignem significatum nomine spiritus, qui ferebatur super aquas.

Variæ Cœli, & terræ significationes.

Notandum Secundo ex p. Cœl. tex. 96. & 97. Cœlum accipi tripliciter, primo pro vniuerso toto, quod continet omnes creaturas, ita Plato in Thimæo secundo pro omnibus orbibus stellarum fixarum, & erraticarũ, Tertio pro maxima sphæra, quæ continens infra se alios orbes per suum motum ab Oriente in occidens trahit secum alios orbes; quæ dicitur primum mobile, & Cœlum stellatum, hic accipitur pro agregato ex omnibus orbibus, de quo dubitatur an detur, vt quid distinctum ab alijs quatuor elemementis. 2 Quid Cœlum significet apud Arist.

Tertio notand. hoc corpus sublime, quod à latinis dicitur Cœlum, varijs nominibus appellari a Græcis. Primo vranos, vel quia sit perspicuum, vel quia est extimũ supernorum corporum ex lib. ad Alex. vel quia sursum apparet ex Platone apud Simplicium promo Cœli te. 3. secundo dicitur Olimpus quia totum lucens, tertio dicitur aether, siue ab intentione ex Anaxag. qui putauit esse igneum, siue ab æterno cursu, vt putauit Arist. & Plato in Cratilo. Cur dicatur Vranos, Olimpus, & aether.

Quarto notandum dici etiam elementum primum, tertio Cœli initio, & primo meteor cap. 3. quia est corpus simplex, & cum cæteris simplic bus corporibus Mundum constituit, vnde patet errare, qui putant dici elementum ex eo solum, quod sit simplex: nam de ratione elementi est, vt ex eo inexistente aliud constituatur 5. met. te. 4. 7. met. 60. 3. de Cœl. 31. vnde 10. met. te. 2. elementum dicitur esse ad aliquid idest ad elementatum. 3 Cur dicatur primum elementum.

Quinto not. etiam si contra ratioñe obiecti scientiæ sit, vt quæratur obiecti existentia, cum debeat supponi, præsertim cum existentia Cœli satis pateat, tamen, vt sciatur qua ratione Cœlum ponatur, & cuius naturæ sit de ipsius existentia primo quæritur.

Sexto not. fuisse aliquos, qui Cœlum mobilem existentem negarunt, quod putarent spatium inter terram, & Cœlum empyreum plenum esse aere, & illud, quod nobis apparet corpus cæruleum, esse aerem, qui propter eius profunditatem apparet cæruleus, vt patet ex alijs simil bus sic apparentibus. Astra verò quę moueri videntur, non circum ferri à corpore aliquo, cui sint infixa, sed, & à se ipsis per aerem circumferri, vel mota ab extrinseca intelligentia. quod Sebastianus, quidam Basonus sine vllo fundamento eccitare ausus est nostra ætate, sed frustra, quia hæc opinio est iam diu è scholis relegata perpetuo fuit, dubitatur solum de existentia Cęlorum, qualis sit. Opinio negans existam Cœlorum est à scholis emendata.

ARTI-

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Quid ſentiant Doctores de exiſtentia Cœli.*

4 Eſſe naturæ elementaris qui docuere,

PRima fuit antiquorum opinio, qui fatentes repetiri corpus cœleſte, illud tamen dixerunt eſſe naturæ elementaris, tribuitur Pythag. Heracl. & Stoicis apud Piceol. & Plotinus tribuit Platoni, quem tamen Sepulveda 2. Cœli, digreſs. 20. Nititur conciliare cum Ariſt. cui repugnat Philoponus lib. contra Proclum ad 13. cap. 15. & refert Piccol. cap. 16. Mirand. lib. 1.

Eſſe naturæ igneę.

Lapides vertũt in ſydera.

Hi tamen inter ſe diuerſi ſunt: Nam Empedocles apud laertium in eius vita eſſe ex ex materia ignis puriſſimi idem Anaxagores apud Plut. 2. de Plac. cap. 13. & addebat, ſuo motu velociſſimo lapides ad ſe trahere, eoſq; incenſos in Sydera conuertere, vt refert Ariſt. 5. Cœl. 22. 1. meth. cap. 3. ad hos accedit Heraclitus apud laertium in eius vita, qui ſtellas putauit eſſe vaſa plena igne, & eclypſari, quando vertuntur ſecundum connexum. Idem ſequutus Leucippus apud Laert. & Plot. enead. 2. lib. 1. Et nuper Teleſ.s. de rerum natura a cap 38. Leucippus, Democritus, & Epicurus apud Piccol. dixere eſſe ex athomis, quę naturę ignis congruũt tribuitur Platoni Hanc Scheiner lib. 4. Roſe tribuit Patribus potiſſimè ſecundo alij eſſe aerem quod Plutarch. 2. de Placitis ij tribuit empedoc. qui dicebat Cœlum eſſe aerem vi ignis cõcretum in duritiem chriſtalli, vt frigore aqua congelatur, & Piccol. tribuit Diogeni, quod ſit aer attenuatus.

Eſſe naturæ aeree.

Tertio alij eſſe, aquam, & humorem concretum ita Aegiptij apud antiquos licet Piccol. Aegiptijs, & Stoicis tribuat eſſe quintam eſſentiam idẽ ſpiritum corporeum, tenuem, et ſempiternum per omnia diffuſum, cunctaque nectentem.

Eſſe naturæ terreæ.

Alij 4. extimum Cęlum terreum eſſe aſſerunt, vt Anaximenes apud Plut. cap. 2. de plac. c. 7. 12. & vales 15. apud Ruiũ lib. 1. c. 11. q. 4. quod ſine terreo ſucco nihil poteſt eſſe concretũ, & conſiſtẽs euiuſmodi eſt Cœlum.

5 Platoex floribus elemẽtorum.

5. alij mixtum ex elementis, ita Anaxag. apud Laert. qui dicebat eſſe ſubſtantiæ lapideæ, & ſolem ex ferrea ignita, & Plato, qui putauit eſſe conſlatum ex puriſſimis elementorum partibus ſeu floribus, & delitijs apud Aug 8. de ciuit. cap. 11. ita in Timeo, illiqui tribuunt Platonici, vt Taurus apud Philop. de æternitate ratione 13. cap. 5. Porphy. in timæum, ibidem, Ficinus fusè cap. 24. & Alcinous de doct. cap. 12. & 13. Iuſt. oratione ad Gentes, & lib. Euerſ. dogmat. Ariſtotelis, Nemeſius, ſiuè niſsen. lib. de natura humana Platonem ſequuntur Sancti Patres Iuſtin. Martyr. lib. confutationum opinionum grecarum Theod. Ser. primo de prouidentia Chriſ. hom. 10. ad Populum Antioch. Auguſt. lib. 1. de Gen. ad lit. D. Baſil. exam. hom. 3. ſed in hac re Patrum auctoritas non eſt, magnifacienda quia D. Thom. 2. d. 14. quæſt. 1. art. 1. Patres diuersè ſentiunt, prout diuerſas opiniones Philoſophorum ſequutur, à quibus in Philoſophia eruditi ſunt, & quia tempore. Baſilij, & Auguſtini doctrina Platonis vigebat dixerunt Cœlum eſſe de natura quatuor elementorum, ſed huic D. Thom. Doctrinæ obſtat, quod Sancti Patres id docent exponendo Sacram Sripturam, ex qua culligunt Cœlos eſſe ex elementis at, patribus exponentibus ſcripturam credendum omnino eſt.

Patres de rebus philoſophicis loquũtur ex ſententia philoſophorum, quos ſequuntur.

Patribus exponentibus ſcripturam credẽdum.

Error Procli & ſimplici curre opinionem Platonis.

Ex quo patet male Proclum ratione 13. negare hanc eſſe ſententiam Platonis, quod etiam dixit Simplicius 1. Cœli 6. & 10. & D. Thom. 1. Cœl. 11. Simplicium ſequutus, qui Simplicius illam confirmat ex Xenocrate, & Plotino, & quintam figuram diſtinctam à quatuor figuris ſolidis, quæ conſtituuntur ex lineis rectis. quę tribuuntur elementis, non tribuit Plato Cœlo, vt inde culligeret diſtinctam materiã, vt putauit Simplicius, ſed illã tribuit tuti vniuerſo, vt Alcinous, c. 1. & Philoſop. rat. 13. cap. 16. At Sebaſtianus Foxius lib. 2 de naturali Phil. cap. 3. putat tam Ariſt. quam Platonem conſentire in ponendo naturam Cœli eſſe igneam ideſt lucidam, a ternam, nulla elementorum qualitate concretũ.

Cœlo non tribuitur figura diſtincta a figuris elementorum ſed toti vniuerſo.

6 Cœlum habet naturã diſtincta ab elementis.

Secunda opinio eſt dicentium dari Cœlum habens diſtinctam naturam à quatuor elementis, ita Ariſt. 1. Cœl. tex. 5. Vnde incipit oſtendere Cœlum, eſſe corpus quoddam ſimplex diſtinctam ab elementis, quem ſequuti ſunt Doctores Theologi vt D. Thom. in 2. d. 54. quæſt. 1. art. 2. vbi Bonau. Scotus Ricc. cap. & alij tum Philoſophi non ſolum antiquiores, ſed etiam recentiores, vt videre licet apud Conimbr. lib. 1. de Cœlo c. 2. q. 5. Riccar. q. 4.

Aliqui diſtinguit ſecundũ accidentia, & non ſecundum eſſentiam.

Hi autem in explicanda hac quinta eſſentia diſtincta à quatuor naturis elementorum, non ſatis conueniunt. Nam aliqui, licet illam diſtinguant ab elementis, tamen eam diſtinctionem non ponunt ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum accidentia, eo quod hæc elementa inferiora dicunt eſſe in nam cum quadam impuritate, at vero celeſtis natura dicit eminentiam, & puritatem quandam, vel vnius elemẽti v.g. ignis, vel aquę, & c. vel omnium elementorum reductorum in naturam igneam, vt puriorem, vt ſimplicius. alij vero hanc quintam eſſentiam dicunt eſſe ſpiritum quendam perſpicuum, & lucidum effuſum ab anima Mũdi per vniuerſum; de quo Ariſt 2. de Gener. anim. cap. 3. dixit ſpiritum ſeminis proportione reſpondere elemento ſtellarum ex Proclo, Plutharco, & Lido ex ſenicum Theologia apud Iulianum platonicum.

7 Obque eſſe ſpiritũ diffuſum ab anima Mundi ex Ariſt.

Alij eſſe quintã eſſentiã pertinẽtes ad genus animæ.

Alij vero apud Ciceronem, prima tuſculanarum, & primo academicarum quæſtionum, putant ex ſententia Ariſt eſſe genus quintum eſſentiæ diſſimile à quatuor elementis, ex quo aſtra, menteſque ſingulorum conſtarent, quod endelechiam nuncupauit, quæ denotat perennè motum, in quo dicendi modo, ſunt plura errata, quam verba, nam ſequeretur vel aſtra eſſe incorporea, vel mentes corporeas. Secundo aſtra, & mentem

tem

tem hominis esse eiusdem essentiæ. Tertio endelechiam sumptam pro anima, significare perennẽ motum contra commonem vsum Arist. sed huiusmodi errores sæpè contingunt Ciceroni in explicanda sententia Aristotelis, vt notat scaliger. exerc. 365. cap. 4.

Esse quandam essentiã, non solum spetie, sed etiã genere ab elementis distinctam.

Denique alij dicunt quiotam essentiam esse naturam cœli, quæ distinguitur ab elementis non solum specie, sed etiam genere, vt æternum à mortali ex Arist. 1. de Cœlo.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Opinio Aristotelis.*

8 Datur præter elementa aliud corpus cæleste.

PRima concl. Præter quatuor elementa debet dari aliud corpus, quod dicitur Cœlum; probatur primo Vniuersum est perfectum, sed ad hanc vniuersi perfectionem necessarium fuit Cœlum; Ergo minor probatur, quia nisi supra quatuor elementa ponatur aliud corpus incorruptibile, & semper idem manens, quod actione sua ordinatè ageret in hæc inferiora, tandem rerum gẽneratio deficeret, & omnia, vel in ignem, vel aliud elementum deuoluerentur: fuit igitur Cœlum necessarium ad perfectionem vniuersij primo, vt causa vniuersalis illud conseruans perpetua sua influentia, quæ excitat naturam ad operandum nunc hanc, nunc illum iuuando, nunc commouet ventos ad pluuiam congregandam, nunc ad dispergendam, nunc aestus, nunc frigus, nunc temperiem quandam excitando; vnde est vniuersale principium naturæ mobilis ostendens dependentiam, quam tota natura habet à primo auctore: namsi hæc inferiora tantam habent à Cœlo dependentiam, quantam putamus habere à Deo: Cõfirmatur ex pulchritudine, quam addit vniuerso, tum quia magnitudine sua est admirabile cum suo ambitu omnia contineat, tum ob stellarum varietatem, quæ maximè visum oblectant, tum velocitate, continuitate, & cõstantia motus stupendum; videtur enim maximum indicium diuinę potentię; nihil enim eo magis animam ad Deum eleuat, vnde psal. 5. Cœli enarrant gloriam Dei.

Necessariũ, est cęlũ ad ordinandas operationes inferiorum.

Confirm. tertio ex vnitate vniuersi: nam cum omnia corpora ob eorum corruptibilitatem continuo varientur, necesse fuit hoc corpus constituere, quod inuariatum omnino permanens efficeret, vt omnino sit eadem vnitas aliqua ex parte vniuersi. Demum ne vniuerso deesset illa perfectio, quæ est incorruptibilitas.

9 Bassonus cur neget Cælestes orbes.

Contrarium Bassonus lib. 1. de Cœlo. intent. p. ar. 2. vbi concedens dari astra; negat Cœlestium orbium fabricam, quæ deferat astrum, quia natura nihil facit frustra: At ram immensa moles esset frustra, cum non sit necessaria ad deferendum astrom; tum quia hoc moueri potest, vel ab intrinseco, vel immediatè ab aliquo extrinseco agente, sicut dicitur de motu cometarũ, nã sicut natura tribuit vires cometis ad circulares motus, non est cur eadem virtus sit deneganda astris, tum quia astrum respectu magnitudinis orbis est minimæ quantitatis, at videtur inconueniens, tã immensam molem ad unius astri delationem destinare.

Reijcitur Bassonus.

Sed respondetur primo si naturæ intentionem rectè perpendisset, nullo modo tam immensam molem frustra fuisse fabricatam dixisset, nam quocunque modo moueatur astrum, certè per spatium illud plenum aliqua mole moueri debuit, atque adeo tam immensa moles corporea necessaria fuit ad integritatem vniuersi, ne vacuum ponendum sit, cuius autem naturæ sit hæc moles infra constabit, modo audax illi homo Arist. concedat, immensam aliquam molem in superiore parte, quam dicimus Cœlum, constituendam esse.

Cur magis conueniens astra moueri ad motum orbis.

Resp. secundo etiamsi astrum potuisset immediatè circulariter moueri, tamen fuit magis conueniens, vt moueretur ad motum orbis; tum quia huiusmodi motus magis est conueniens naturæ inanimatę, quale est astrũ tum quia sic non est necessaria medij diuisio, rarefactio, & condensatio, quæ fieri non posset sine aliqua repugnantia; natura tum quia id magis ostendit dignitatem astrorum, & Dei, cũ ad illorum delationem destinauerit tanta corpora: sed de astrorum natura dicetur infra.

10 Est natura simplex distincta ab elementis.

Secunda concl. hoc Cœlum est nat. quædam simplex distincta ab elementis. Probat. Arist. ex motu, cuius rationis hæc vis est, tot oportet ponere corpora simplicia, quot sunt motus simplices, sed motus simplices sunt in triplici differentia scilicet à medio, ad medium, & circa medium; cum igitur sint quatuor elementa, quorum aliquibus conuenit naturaliter mooeri ad medium, vt terræ, & aquæ, & alijs conueniat moueri à medio, vt aeri, & igni, & nulli eorum conuenit moueri circa medium. Ergo debet dari aliud corpus simplex, cui conueniat moueri circa medium: Ex qua ratione deducitur non solum dari corpus, sed etiam distinctionem talis corporis ab alijs, quod probatur hoc modo, reperitur in vniuerso motus circolaris; Ergo debet reperiri corpus, cui primo, & per se conueniat talis motus, nam motus naturalis simplex, vt est motus circularis te. 5. debet habere subiectum, cui per se primo conueniat, tum quia si alij simplices motus sunt naturales, alicui subiecto naturali te. 7. & 8. Multo magis huic motus, qui est perfectior reliquis, tum quia natura est principium motus; Ergo vbi est motus ibi reperitur natora illius principium, atque adeo corpus naturale constitutum per illam naturam. Sed hoc corpus non potest esse aliquod ex elementis, vel compositum ex elementis. Ergo erit ab illis districtum. Minor probatur: nam quod non possit esse mixtum, patet ex eo; quia motus simplex non conuenit corpori mixto, nisi ratione prædominantis elementi te. 8. quod autem motus circularis oon conueniat naturaliter alicui ex elementis probatur:

Nam

Nam vni corpori simplici non potest conuenire nisi vnus motus simplex, te. 9. Et patet inductione in inferioribus, sed singulis elementis conuenit motus aliquis rectus; quia, cum circularis non sit violentus alicui elementorum; neque erit naturalis alteri; nam omnis motus, qui naturalis vni elemento, est violentus alteri, vt patet inductione, & ratio suadet, quod sicut elemēta sunt cōtraria, ita etiam eorum motus; Ergo si circularis non est violentus alicui elementorum, nulli etiam erit naturalis.

rr
Reijcitur instantia aduersariorū.

Dices hic motus circularis innaturaliter conuenit corpori, & nulli conuenit naturaliter, sed contra ex te. 10. nam si hoc corpus, quod circulariter mouetur contra naturam esset aliquod ex quatuor elementis, certe secundum naturam mouebitur motu recto; ergo circularis est contrarius motui recto, quia naturale, & innaturale respectu eiusdem subiecti opponuntur, sed recto non potest opponi circularis, quia vnum vni est contrarium, motus autem recti inter se opponuntur vt sursum, & deorsum, ergo non potest opponi motui circulari, tum quia si motus recti habent subiectum, cui naturaliter conueniunt, multo magis motus circularis, qui est perfectior, & perpetuus, nullum autem violentum, est perpetuum. Quod si dicant esse aliud corpus quintum, cui innaturaliter conueniat motus circularis; tunc contra obijcitur, quia illi conuenire debet naturaliter motus deorsum, vel sursum, cum non reperiatur alius motus simplex. Hi autem motus tantum quatuor elementis conueniunt, vt t. 11. quæ ratio supponit veram doctrinam Aristotelis scilicet omne corpus naturale habere aliquem motum localem sibi naturalem cum propensione, quod tamen nos tract. de natura negauimus, quia sufficit, si possit recipere motum cum indefferentia, at habere potest vim ex modo, quo motus aduenit subiecto, nam quando ad illum concurrit subiectum præcisè subiectiuè, nunc potest illi conuenire cū indifferentia, vt Scotus ait motū conuenire Celo, at quando conuenit subiecto concurrente effectiuè, tunc non potest conuenire cum indifferentia sed necessario conueniet cum inclinatione.

Demum te. 14. 15. virtualiter probat motum circularem non posse esse innaturalem positiuè, quia motus, qui est innaturalis respectu vnius, est naturalis respectu alterius, vt inductione patet, de qua ratione multa simplicius, contra quam rationem sunt multæ difficultas, quæ hoc loco solui non possunt, cum pendeat earum solutio ex ijs, quæ dicemus infra de motu locali: solum hic examinabimus quomodo vnum vni sit contrarium, cum vni virtuti plura vitia opponantur.

Quomodo vni virtuti plura vitia opponūtur ex D. Th.

Resp. D. Thom. liberalitati opponi duo, vt habent vnius rationem; quatenus scilicet inducunt vnam rationem scilicet deordinationis à recta ratione, quare virtus opponitur vitijs, et commensuratū incommensurato, vt ait simplicius, sed hæc ratio non potest esse in motu circulari, & recto, quia oppositio in motibus attenditur secundū lineas, vt locū dicemus alibi, vnde neque dici potest motui v. g. sursum opponi circularem, vt colores extremi medijs, vt veridis color opponitur nigro, & albo, quia hæc oppositio est in natura media quateous participat rationē extremorum, & ideo est oppositio sub eadem ratione, sed motus circularis, non participat rationem motus recti, vnde cum docet Arist. motum præter naturam; corpori inexistentem, contrariari motui illius corporis naturalis, intelligi debet de præternaturalitate positiua, seu violenta, non de præternaturalitate negatiuè, & per indifferentiam, vt conuenit igni, & aeri motus circularis dum trahantur à primo mobili. Vnde simplicius com. 11. apud mainettū lib. 1. de Cœl. par. 10. ait motum illum conuenire illis corporibus, nec secūdum naturam, nec preternaturam i. violenter, sed supra naturam, idest à suprema omnium intelligentia. Quomodo ait conuenire motum raptus planetis ipsis.

D. Th. doctrina non habet locū in oppositione motuū.

Quomodo medij colores opponantur extremis.

18
Cur voluntario opponitur ignorantia, & violentia.

Dices voluntario opponatur ignorantia, & violentia Resp. ex Alberto, & Fland. id esse ratione duplicis formæ requisitæ in voluntario scilicet scientiæ, cui opponatur ignorantia, & alia est appetitus, cui opponitur violentum vide Philal. 1. Cœl. consil. 15. circa finem mainettum 1. Cœli part. 10. Doctores 10. met. vbi Fland. quæst. 6. art. 2. Sonc. Iauellus, & alij.

Ex quinque suppositis probat simplicitatem corporis Cælestis.

Hinc patet ad probandam perfectam simplicitatem corporis Cœlestis, Aristotelem supponere, omne corpus vel esse simplex, vel compositum, corpus vero simplex appellat, quod habet principium motus secundum naturam scilicet vnicum, contra vero compositum tū supponere, omnem motum esse simplicem, vel compositum, simplicitatem autem motus attendi ex simplicitate principij, & spatij, per quod fit, vel secundum alios per exclusionem compositionis, ex diuersis rationibus motuum. Tertio supponere motum simplicem diuidi in motum à medio, vel ad mediū, vel circa medium, 4. supponere omne corpus naturale vendicare sibi aliquem motum localem, denique vni corpori simplici non posse competere plures motus simplices, sed vnum, sicut etiam vnum motum simplicem non posse conuenire pluribus corporibus simplicibus, circa quas suppositiones nonnullæ examinandæ sunt trahactu de motu, difficultates tamen ex illis suppositis rectè infertur Cœlum esse alterius naturæ ab elementis.

Aliæ proprietates Cælorum ex quibus apparet diuersitas ob elementis.

Confirmatur ex diuerso eius situ, motu, & loco, deinde ex virtuali eius influentia super omnia corpora Confirm. secundo ex diuersa partium compositione illius quasi etherogenea habet enim stellas; vt partes quasi ætherogeneas, quarto ex eius incorruptibilitate, semper enim manet eodem modo, elementa vero transmutantur, quinto ex eminentia

Non esse compositū ex elementis.

nentia illius, & superioritate, quam habet in vniuerso, vt infra patebit, sexto probat Arist. te.12. non esse aliquod ex elementis compositum, quia sicut motus circularis est prior motu recto, ita Cœlum &c. cuius rationis vis alibi confirmatur, quia omne mistum est grauius leuissimo, quare innaturaliter esset supra ignem, quæ ratio probat etiam non esse vnum ex elementis, quæ sunt sub igne. Quod autem non sit ignis probatur, tum quia omnia iam combussisset: nam omnia clausa intra magnitudinem Cœlorum essent, vt gutta aquæ in fornace, tum quia ignis est fluidus, Cœli autem sunt solidi, tum tertio quia stellæ maximè ex se lucerent ob maximam densitatem, vt patet in nostro igne, ob densitatem.

Non esse ignea nec aereæ naturæ.

## ARTICVLVS QVARTVS.

### *Afferuntur, & soluuntur argumenta contra Aristotelem.*

13 Hic probatur esse naturæ igneæ.

PRimo obijcitur, quod Cœlum sit igneū, quia eadem sunt accidentia Cœli, & ignis, nā conueniunt primo in raritate, secundo luciditate tertio diaphaneitate, quarto in leuitate leue enim ex primo Cœli 17. est quod omnibus supereminet, quinto in calore, nam cum Cœlum sit causa caloris erit maximè calidum. Confirm. quia si non esset ignis, id maximè propter Arist. rationem, quod omnia incenderet; sed hæc ratio non valet, tum quia etiam nunc ignis excedit reliqua elementa, & tamen non incendit omnia, tum quia ignis non est, vt hic inferior, vt ait Arist. 2. de Gener. nam hic propter densitatē materiæ excedit in agendo, & vrit.

Confirm. secundo quia si haberemus aliquam particulam Cœli hic, illa euolaret sursum ergo: antec. patet quia non descenderet, nam esset terra, neque quiesceret, quia esset aer ex Philal. 1. consil. 20.

Respon. ex conueniētia in aliquibus accidentibus non probatur identitas naturæ specificæ.

Resp. conuenientiam illam accidentium non arguere identitatem naturæ specificæ, sed tantum aliqualem similitudinem in natura secundum aliquem gradum proportionalem vel genericum, Diuersitatem vero aliunde colligimus, & cum leue definitur esse id, quod omnibus supereminet, intelligitur de ijs quæ mouentur ad locum superiorem, & motus excitat calorem in ijs, quę sunt susceptiua caloris. Quod autem calefaciat id non efficitur calore formaliter in se existente, sed virtualiter, & ita etiam si Cœlum positiue producit frigus.

Cœlum calefacit per lumē, quod est virtualiter calidū.

Ad primam confirm. esse rationem proportionalē, tum ob sui immensam magnitudinem, tum ob densitatem, quæ colligitur ex Cœli soliditate.

Ad secundam, illa particula non euolaret sursum, neque hic quiesceret naturaliter, sed violenter ad defectum virtutis motiuæ, vt optimè Achil. lib. 1 de orbibus d. 1. dum probat Cœlum non esse neque graue, neq; leue.

Secundo obijcitur quod sit compositum ex elementis: nam primo id dixit Arist. 3. Cœl. te. 1. manifestè, dum docet ex elementis compositum esse Cœlum, & partes Cœli, vt sunt astra. Confirm. primo quia ex singulis elementis aliquid participat, nam ex igne lucēditatem, ex terra soliditatem, ex aere diephaneitatem ex aqua læuitatem. Confirm. secundo quia Cœlum est causa elementorum: Ergo illa continet in se, neque dicatur contineri virtualiter, quia virtutes fundantur in natura, quare sicut in Cœlo continentur virtutes elementorum, ita etiam cōtinetur nobilior elemetorum natura, in natura Cœli, conponitur igitur Cœlum ex nobilioribus elementorum partibus.

16 Quibus probatur esse compositū ex elementis.

Confirm. tertio ex scriptura in qua sæpè dicuntur in Cælo esse aquæ, vocatur terra viuentium, quod si hæc elementa viliora in Cœlo constituuntur, multo magis in Cœlo constituetur ignis, & aer, ita Ficinus in timæum cap. 24. & id confirmant Patres, quos referunt Conimbr. cap. 7. quæst. 5. art. 5. & sequitur Mol. 1. parte de operibus sex dierum, disp. 3. & 5. & Scheiner loc. cit.

Resp. aliqui ibi per Cœlum intelligi vniuersum quod ratione partis inferioris componitur ex elementis, neque est nouum, Cœli nomen vsurpari pro vniuerso, vt 1. Cœli 96. docet Arist.

Respond. explicando Aristot. nomine Cœli intelligere vniuersum.

Ad primam confirmationem resp. contineri elementa virtualiter, non quod habeāt virtutes elementorū formaliter, scilicet, calorem, siccitatem, &c. sed quia habet virtutem producendi calorem.

Ad secundam patet ex dictis, quia illa conuenientia non arguit vnitatem specificā.

Ad tertiam dici aquas esse super Cœlos, quia ibi est Cœlum christallinum simile aquæ propter suam transparentiam, & Homogeneitatem, quia nullum habet astrum. Resp. secundo ibi per Cœlum intelligi aerem, vt patres exponunt, & dicitur terra viuentium propter stabilitatem. Ad patrum auctoritatem Conimbr. opponūt authoritatem aliorum Patrum, & Bonau. Abul. Caiet. Aegid. Dur. Cath. August. Rupert. Hier. & scholasticorum qui negant Patres loqui ex scriptura, sed ex Platonis doctrina, & addo tribui naturam igneam proportionaliter ob virtutem calefaciendi raritatē, & similia, & eodem modo explicanda sunt scripturæ, & Ecclesię verba, nos infra respondebimus quales sint aque quæ sunt supra firmamentum.

Tertio obijcitur maximè Cœlum esse naturæ distinctæ ab elementis, quia mouetur circulariter, vt primo Cœli 2. tex. 5. dicitur, sed hic motus conuenit etiam igni, & aeri, vt patet ex impessionibus ignitis, & aqueis, vt patet ex fluxu, & refluxu. Ita Ficinus in timeum cap. 25. Resp. ex dictis, nam igni non conuenit naturaliter, neque aquæ ille fluxus, & refluxus, est naturalis, & præterea neque est circularis.

17 Ostenditur infirmitas rationis, quo ex motu circulari probatur diuersitas naturæ.

Resp. alij conuenire innaturaliter.

Quarto Cœlum habet motum mixtum, quod aliquæ partes Cœli ascendunt, aliquæ descendunt, & orbes eccentrici secundum vnam partem accendunt ad centrum Mundi, & secundum aliquam recedunt, &c. & etiam habet colorea ex Ptol. quæ fiunt passio.

Vnde probatur esse mixtum.

*Soluuntur rationes contra ſimplicitatem.*

paſſiones mixti. Reſp. motum Cœli eſſe maximè regularem, nam in ſe circumuoluitur, & ſolum ratione noſtri aſcendere videtur, & deſcendere, & motus eccentricorum non attenditur ex centro Mundi, ſed ex centro ſui, circa quod mouetur, à quo regulatur, & colores illi non ſunt veri, ſed apparentes, vt Cont. lib. 5. de elem. & nos infra, de quorum colorũ varietate, magna eſt inter Aſtrologos diſsentio, vt refert Mirand. lib. 10. cont. Atrol. cap. 13. & fran. Mirandulanus lib. 3. de exam. vanit. cap. 8. Aegid. lib. 2. exam. c. 35.

*Motus eccentricorũ attenditur non ex centro Mundi ſed proprio.*

## QVAESTIO SECVNDA.

*Qualis ſit ſimplicitas ſubſtantiæ Cœli.*

## DVBITATIO I.

*An ſit poſſibilis ſubſtantia corporea completa expers compoſitionis ex materia, & forma.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

1 *Subſtantia corporea eſsẽtialiter partialis, & totalis.*

PRimo not. ſubſtantiam corpoream eſſe duplicem, vnam partialem, & eſſentialiter imperfectam, vt eſt materia prima, & forma illi proportionata; aliam totalem, & completam, quæ poteſt eſſe vel compoſita ex materia, & forma de qua certum eſt de facto dari; alteram ſimplicem, & incompoſitam formaliter, quæ tamen eminenter, ſeu æquiualenter contineat perfectionem materiæ, & formæ materialis; nam, vt materia recipere poteſt quantitatẽ, vt forma vero habet rationem, & perfectionem formæ ſiue paſſiuam, ſiuè actiuam, & de hac dubitatur an dari poſſit.

*Quot modis dicitur compoſitum, totidẽ dicitur ſimplex.*

Secundo not. Cum ſimplicitas excludat compoſitionem, quot modis dicitur aliquid compoſitum, totidem dici poteſt ſimplex; Compoſitio autem in vniuerſum triplex eſt vna eſſentialis, quæ diuiditur in Metaphyſicam, & Phyſicam, cui opponitur ſimplicitas eſſentialis, Altera ſubſtantialis, quæ eſt ex eſſentia, & exiſtentia cum ſubſiſtentia, vel inhærentia, cui opponitur ſimplicitas ſubſtantialis. Tertia accidentalis ex eſſentia, & accidentibus, cui opponitur accidentalis.

2 *Creaturas repugnat ſimplicitas ſubſtantialis, & accidentalis.*

Tertio not. apud omnis eſſe certum creaturę repugnare ſimplicitatem ſubſtantialem, vel accidentalem, nam in omni creatura exiſtentia eſt extra eſſentiam, & cum ſit finitæ perfectionis eſſentialis neceſſario exigit ad ſui complementũ formas accidẽtales: Quare difficultas ſolum eſſe poteſt de ſimplicitate eſſentiali, non quidem metaphyſica, quæ excludit compoſitionem ex genere, & differentijs, ſed Phyſica, quæ excludit compoſitionem ex materia, & forma.

Tertiò not. ex dictis patere contra antiquos, Cœlum eſſe ſimplex, vt excludit miſtionem elemẽtorum: nam cum fuerint creati ſimul cum elementis, habere debet ſaltem ſimplicitatem illam, quam habent cætera elementa, quare videndum eſt an poſſit dari corpus habens maiorem ſimplicitatem, quam habeant quatuor elementa.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

3 *Abſque putant implicare corpus careas compoſitione ex materia, & forma.*

PRima opinio eſt dicentium implicare tale corpus ſimplex primo, quia eſſet ſubſtãtia corporea, & incorporea, quia omnis ſubſtãtia corporea, vel eſt materia, vel forma, vel compoſitum ex his, ſed illa ſubſtantia non eſſet compoſita, neque materia, vt patet, neque forma quia vel eſſet ſubſiſtens, & ſic erit ſubſtantia incorporea, vel pendent à materia, & contra ſuppoſitionem, quia ponitur eſſe ſubſtantia completa, & non partialis.

Confirm. quia dicere rem corpoream, & carentem materia eſt dicere rem materialem & immaterialem, qua ratione aductus eſt D. Thom. in hanc ſententiam.

*Quidquid exiſtit vel eſt actus vel exiſtit per actum.*

Confirm. ſecundo, nã illa ſubſtantia, vel eſſet actus, & non, quia non eſſet ſubſtantia completa, ſed incompleta, cum de ratione actus ſit reſpicere actuabile, vel eſſet compoſita ex actu, & potentia, & ita non erit ſimplex, neque dici poteſt eſſe neutrum, nam quicquid exiſtit, vel eſt actus, vel exiſtit per actum, atque adeo eſt compoſitum.

Confirm. tertio, quia ſi eſſet actus completus ſubſiſtens eſſet independens à materia, atque adeo illa ſubſtantia eſſet incorporea; At hoc repugnat cum corporeitate.

*Ex ſenſis colligitur res tanto eſſe nobiliores quãto ſe extollunt ſupra materiam.*

Confirm. quarto quia illa ſubſtantia vel eſſet principium intelligendi, & illi repugnat materialitas, quia omne principium intelligendi eſt immateriale; vel non eſſet principium intelligendi, & illi repugnat non eſſe in materia, quia omne principium mutationis materialis eſt in materia, quale eſt omne principium operationis diſtinctæ ab intellectione, atque adeo non poteſt eſſe ſubſtantia completa, vel eſset principium ſolum paſſiuum, & non poteſt habere perfectionem formæ, cuius eſt agere, fundatur hęc ratio in ſenſatis, quibus concordare debent rationes demonſtratiuæ, nã ſenſata oſtendunt formas tanto ſe inuicem nobilitate excellere, quantò ſe extollunt ſupra materiam, & abſtrahunt à communicatione cum materia, quod probari ſolet inductione ex vegetatiuis, ſenſitiuis, &c. & conſtat, quia hoc ſubſtantiæ ſeparate ſunt nobiliores Anima rationalis; quia hæc eſt communicabilis materiæ per informationem, non autem illa, at hæc ſubſtantia eſset nobilior anima rationali, quia nullo modo eſſet communicabilis materiæ, vnde cum nobiliori formæ debeatur nobilior operatio, & nulla ſit operatio nobilior intellectione, hæc deberetur illi ſubſtantiæ at hęc repugnat ſubſtantiæ quantæ, ſiue per ſe ſiue per accidens, quia cum intellectio ſit ſecundum ſubſtantiã ſpiritualis non poteſt eius principium eſse corporeum, atque adeo ſubſterni quantitati.

Secun-

4 Ostenditur talem substantiam simplicem non implicare.

Secunda opinio est dicentium talem substantiam corpoream non implicare; hanc primo docent omnes dicentes Cœlum esse substantiam talem, & significatur in margine Heru. quæst. 13. de materia Cœli, & à Suario disp. 13. met. sect. 10. nu. 4. 7. & 11. &c.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui putant talem substantiam magis accedere ad rationem actus, quam materiæ, eo quod sit capax per se existentiæ motus, & actiuitatis.

Alij vero magis accedere ad rationem materiæ, non solum quia est in potentia ad operationes, & motum, sed etiam quia est capax extensionis, & quantitatis, quæ est proprietas materiæ.

Alij vero cum Aureolo opinantur, illam nec esse formam nec materiam, nec aliquid ex his compositum formaliter, sed continens eminenter perfectionem materiæ, & formæ absque compositione, nam, & est capax quantitatis, & principium actionis per substātiam simplicem per se subsistentem, compositam tamen ex partibus entitatiuis, & integrantibus, & hæc opinio mihi placet.

Aureoli opinio probatur.

Prob. quia non repugnat intelligi substantiam quandam corporalem capacem quantitatis integram, & per se subsistentem, non compositam ex materia, & forma, vt ex actu, & potentia, & falso supponitur quantitatem esse proprietatem adæquatam materiæ, sed substantiæ habentis partes entitatiuas, nam per hoc substantia materialis distinguitur à spirituali, quia illa habet partes entitatiuas commensuratas quantitati, hæc vero illis carent. Ergo Deus potest illam efficere. Si igitur ponatur facta, dabitur substantia corporea, non constans ex materia, & forma.

Confirm. quia sicut datur substantia spiritualis partialis, vt anima rationalis, & completa expers compositionis, vt Angeli ita nō videtur posse negari dari substantiā corpoream simplicem, & completam carentem cōpositione; nam licet substantia corporea exigat compositionem partium integrantiū, vt patet ex eo quod debet recipere quantitatē, quia sine eius capacitate, non potest intelligi materialitas, & corporeitas substantiæ, tamen subiectum receptiuum quantitatis non apparet necessario debere esse cōpositū ex materia, & forma, nam secundum communem quantitas recipitur immediatè in materia, & cum appareat quantitatem recipi in Cœlo, non potest dici hanc materiam esse adæquatum subiectum quantitatis, si enim entitas imperfectæ materiæ ratione partium integrantium potest substentare quantitatem, multo magis poterit substantia completa habens simul es partes integrantes.

Confirm. secundo quia rationes repugnātiæ facilè soluuntur: vt patebit.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Soluuntur argumenta aduersariorum.*

5 Respond. argumentis primæ opinionis. Ad Resp. illam substantiam sic corpoream, neque materiam, neque formam, neque compositum, sed simplicem, & completam, neque fuit compræhensa sub diuisione substantiæ tradita ab Aristot. 7. met. tex. 7. nam ibi diuiditur substantia vel communis ad omnes corruptibiles, vel si comprǣhenditur sub illa diuisione, substantia Incorruptibilis, constat non comprehendere omnes, nam nō comprehendit Angelicā, cum ibi nomine formæ Arist. intelligat eam, quæ est pars compositi. Quare dicendum est ibi Arist. diuidere substantiam corpoream, quæ est communis ad substantias, quæ nunc sunt in vniuerso, illa autem substantia corporea completa, esset quidem possibilis, sed nūc non est in vniuerso, vel dicendum est illam substantiam dici compositā virtualiter quatenus continet perfectionem materiæ, & formæ corporeæ.

Explicatur diuisio substantiæ tradita 7. met. 7.

Ad prim. confir. rectè respond. D. Thom. illam repugnantiam non esse secundū rem, sed tantum secundum vocem: nam dicere tur materialis, non quia constaret ex materia quæ est pars, sed quia esset substantia completa capax quantitatis, materiale enim accipitur dupliciter, prout significat rem compositam ex potentia materiali, & actu informante, & sic diceretur Cœlum esse immateriale, idest carens tali compositione, non tamen hinc sequitur esse incorporeum, quia immateriale, hoc modo non est idem, ac corporeū materiale, 2. accipitur vt significat entitatē compositam ex partibus quantitatiuis, & extensis, & sic diceretur materiale, quia partes integrantes, reducuntur ad causam, materialem, & forma dicitur materialis.

Substantia completa simplex dicetur materialis, nō ex materia partiali, sed ex capacitate quantitatis. Materiale dupliciter, vel ex materia, vel ex partibus integrātibus.

6 Ad tertium confirm. Resp. idem argumentum fieri posse contra existentiam materiæ primæ, si existeret separata à forma, quare dico, si sit sermo de esse in actu per suam actualem existentiam, quod illa substantia in sua essentia esset simplex quædam entitas actualis, quæ neque est actus, cum non actu, ex aliud, neque existit per actum, quia est simplex, neque est potentia quia est substātia completa, quare dicēda esset ens actu, vel in actu, quia in actu seipsa constitueretur physicè loquendo, nam metaphysicè componi posset ex genere, & differentia, ex his videtur satis probabile posse Deum producere substantiam corpoream simplicem carentem materia, & forma, non enim potentia Dei est determinanda ad vnum modum constituendi corpus, sicut non est impossibile produci corpus incorruptibile constans ex materia, & forma, ita neque corpus simplex carens compositione ex materia, & forma.

Illa substantia simplex nec esset actus, nec esset per actum.

Ad 3. Resp. actum subsistentem accipi dupliciter primo quæ substantia integra, quæ non indigeat alio actu substantiali, vt existat, & ita conceditur esse subsistentem, sed negatur esse incapacem quantitatis, atq; adeo inde non præcludi viam ad probandas intelligentias esse incorporeas, quia non probatur dari intelligentias ex ratione actus subsistentis

Actus subsistens vel dicit carētiam dependentiæ ab alio, vel carentia partium integrantium.

stentis in communi, sed de tali modo subsistendi. Secundo pro substantia perfecta carente compositione partium physicarum, & integrantium, & sic negatur illam substantiam simplicem esse actum subsistẽtem, quia sic esset incorporea.

Ad 4. confirm. respód. hoc non sequi, quia dici deberet, esse substantiam quidem independentem, & simplicem à materia, vt subiecto, sed non ab omnia condictione materię, quia habet imperfectionem materiæ, quatenus est susceptiua quantitatis, & ideo diceretur non actus simplex, sed compositus ex multis partibus in actu; substantia autem intelligens debet esse ita independẽs independentia spiritualitatis; vt sit omninò separata à materia, & quantitate, quare vt dantur substantiæ quædam simplices, & integræ, quę habent similitudinem cum formis corporalibus, quoad vim actiuã, ita aliæ, quæ habeant similitudinem, cum materia, quoad vim recipiendi quantitatem, quod confirmatur, quia si non esset inuenta materia adhuc distingueremus substantiam corpoream ab incorporea, ex ratione partium integrantium per quas recipi potest quantitas, atque adeo distingueretur ab incorporea.

Principiuũ intelligens debet esse independẽs à materia, & quãtitate,

## DVBITATIO II.

### *An Cœlum sit substantia simplex, an composita ex materia, & forma.*

### ARTICVLVS QVINTVS.

*Explicantur sensus quæstionis.*

1 Materia dicitur respectu formę habẽdę, vt subiectũ respectu habitę ex simpl.

PRimo notandũ materiam dici apud Arist. eam substantiæ partem quæ potest habere formam, & non habet, vnde cum dicitur respectu formæ habendæ, habet commistam priuationem at eadem substantia respectu formę, quam habet, dicitur subiectum respectu habitæ. ita Symplicius 1. Phys. 57. & 61. & Boet. & Alex. hinc Arist. materiam dicit esse causam corruptionis, quia cum materia non dicatur respectu formæ, qua informatur, sed respectu formæ, qua priuatur, ratione priuationis. annexæ machinatur corruptionem formæ, quam habet, dum appetit formam illi incompossibilem.

Potẽtia dicitur, quę habet annexã priuationem actus.

Secundo not. ex communi consensu potentiam apud Arist. eam vocari, quæ est annexa priuationi, atque adeo illam, quæ est contradictionis, quod clarè patet ex 1. Cęli, & 9. Met. 11. Vbi ait omne quod est potentia esse corruptibile eo modo, quo est potentia, nam si potentia sit secundum substantiam erit corruptibile simpliciter secundum substantiam: si secundum accidens, erit corruptibile secundum illud accidens, vnde concludit nihil incorruptibilium simpliciter esse simpliciter in potentia; esse autem in potentia secundum quid nihil prohibet, vt secundum quale, vbi &c. confirmatur, quia ait Arist. si aliquis motus esset æternus, Mobile secundum illum, non erit in potentia. Hinc

Incorruptibile simpliciter non esse in potentia simpliciter sed secũdũquid

Arist. noluit Cœlum esse in potentia respectu accidentium inseparabiliũ scilicet quantitatis, qualitatis, & motus, sed tantum respectu loci, quia secundum illum transmutatur, cum singulæ partes continuo recipiant nouum vbi, quod si Arist. vniuersaliter intelligeret de omni potentia, aperte falsum diceret, quia certum est recipere omnia accidentia inseparabilia, & tamen respectu eorum non est in potentia contradictionis.

2 Potẽtia pure passiue distinguitur à potẽtia contradictionis.

Alij tamen distingunt potentiam pure passiuam, cuius tantum est recipere actum, quem respicit, à potentia contradictionis, ad quam pertinet respicere plures actus incompossibiles, atque adeo dum existit sub vno actu, secundario respicit negationem illius, quatenus respicit actum illi incompossibilem. In Cœlo igitur est materia habens potentiam pure passiuam, non tamen potentiam contradictionis. Quare cum Arist. ait omnem potentiam esse contradictionis loquitur de potentia respiciente plures actus incompossibiles.

Omnis potentia dicitra contradictionis quia omnis ex se habet & distinctionem ab actu, & caret illo.

At alij, & forte magis ad mentem Aristotelis, dicunt potentiam secundum se distingui ab actu, atque adeo non includere actum, & hinc habet secundum se annexam priuationem actus, vt patet tum ex potentia passiua tum actiua, cum neutra includit in sui constituctione actum, & licet sit aliqua potentia, quę habet semper coniunctum actum, tamen illum non habet ex se, sed ab alio quare secundum se præcisè sumpta semper habet negationem actus, etiam si ab alio habeat actum, & hinc forte omnis potentia dicitur esse contradictionis, quia secundum se non habet actum, & quæ illum habet, non repugnat de sua ratione illo carere, etiam si naturaliter ex vi causarum naturalium non possit illo carere.

Tertio not. compositum ex materia, & forma diuidi ab aliquibus in illud, quod est ex forma, quæ causat materiam, & ab illa causatur, & hoc est corruptibile, & aliud quod est ex forma causante materiam, & non causata à materia, & tale non est corruptibile, & huiusmodi dicunt esse compositum ex orbe, & intelligentia, sed non omnino placet, quia, vel intelligitur de causatione, qua causatur forma, quoad existentiam, & constat ex compositione hominis ipsorum dictum esse falsum, quia anima hominis non causatur à materia, & tamen homo est corruptibilis, vel de causatione formæ, quæ causatur quò ad vnionem, & hæc reperitur in omni composito ex forma informante, quia informatio, vt pendet à forma, ita pendet à materia. 3

Secunda forma Cœli, quæ ponitur secundum negantes esse animam, pendet à materia, & tamen secundum illos ponitur Cœlum incorruptibile.

Tertio quia omnis forma informans aliquo modo causatur à materia, nam vel causatur quoad existentiam, vt patet de formis corruptibilibus, vel quoad perfectionem quatenus omnis forma etiam rationalis, ha-

bet imperfectum statum extra corpus, quare omnis forma informans, aliquo modo causatur à materia.

Quarto quia materia non causatur à forma nisi ingenere causas finalis, vt alibi ostendi, sed hoc conuenit omni materiæ, indigenti formis informantibus, quod si loquatur de materia formarum assistentium, neque sibi constant cum ipsi loquantur de composito ex forma informante, neque talis materia causatur à forma, nec formaliter, nec finaliter, nam potius forma aptatur materię quam contra, nam nauta quæritur propter nauem, non contra, vel saltem in hoc genere artefictorum nihil certi statu potest de huiusmodi causationibus.

## ARTICVLVS SECVNDVS.
### *Opiniones Doctorum.*

4 Cœlum est simplex simplicitate excludente omnē cōpositionem essētialem.

PRima opinio est dicentium, cælestem substantiam esse entitatem simplicem, simplicitate non solum excludente mixtionem siuè ex elementis, siuè, ex floribus, siuè facibus elementorum, qualem simplicitatem habent etiam elementa, sed etiam excludente compositionem ex materia, & forma, ita Auerroes de substantia orbis cap.2.1.Cœl.7. & 10.8. met.4. landunus ibi quæst.7. & 1. Cœli quæst. 23. Saxonia quæst. 4. artic. 1. Georg. 1. Cœl. quæst 2. Achillinus primo de Orbibus dub. pri. & 2. Zimara verbo Cœlum, & Theorem 107. Zabarella loc. cit. Piccolomineus de Cœlo cap 106. & sequentibus Baldinus loc.cit. Faber Theorem 59. Aureolus loc.cit. Durandus in 2. d.12. quæst.1. ibi Gab. quæst.2. Bassol. d.14. quæst.1. art.4. Maironus quæst.2. quos citant Conimbr. Eandem sequitur Scotus secundum Arist. vnde Auer. 2.Cœl.2 5.8.Phys.79.8.met.12. negat in Cœlo esse materiam, & vult potius appellandum esse subiectum, si comparetur Cœlum cum materia horum inferiorum, si vero comperetur cum forma, potius vult vocari debere materiam quam formam 8.Phys.78.9.met. 17. tribuitur D. Thom. q. de spiritualibus creaturis art. 6. ad 2.2.d.3.quæst.1. art.1. & d.12.q.1.ar.1.ad 5.8.met.lect.4. Antonius Andreas 8. met. quæst.4. hi dicunt Cœlum esse simplicius elementis, quia eius motus est simplicior, cum careat compositione terminorum, quam habet rectus.

Discrimen inter Doctores.

Hi tamen inter se diuersi sunt, nam alij volunt hoc corpus simplex esse formam integram, & completam substratam quantitati, & alijs accidentibus, cui formæ nihil substernitur substantialiter, vt communiter Aueroistæ, & explicat Aureolus, quibus fauet Themistus apud Auer. 8. met. 12. dicens solem, lunam, & stellas aut esse formas sine materia, aut habere materiam per æquiuocationem, quia Cœlum, vt corpus habet virtutem agendi scilicet influendi, & illuminandi, at agere pertinet ad formam, vnde quando Arist. ait Cœlum habere materiam, nomine materiæ intelligit partes quantitatiuas, & integrantes.

Alij autem apud Herueum q.3. de materia Cœli dicunt de mente Auerrois, Cœlum non esse formam simplicem sine materia, quia illi conueniret actus intelligendi, nam forma, quæ excedit capacitatem materiæ, & nulli materiæ communicabilis, est nobilior quacunque substantia, quæ communicabilis materiæ, at forma entitatiua non est capax quantitatis sine materia, quare putant esse materiam in actu, quod est corpus quintum simplex, cui repugnat intelligere, sed nō substerni quantitati, quę dici potest materia mobilis, sed qualis sit huius materię actus non eodem modo explicant Aueroistæ, nam alij dicunt esse actu, quia non est actuabilis, alij esse actu, quia actuata per intelligentiam, quę dat esse formaliter orbi, & non est actuabilis per aliam formam, vt est materia inferior, vnde dicunt esse mediam inter potentiam puram, & actum purum, nam est similis potentiæ, quia est in potentia ad vbi, & similis actui, quia de se existit, nec indiget forma, vt existat, ita Achillin. ex Auer. c.3. de substantia orbis, nam omne mobile ex 12. met. 10. est actu; vnde 9. met. 17. *neque timendum inquit, nequandoque sistat cœlū, non enim fatigatur, quia eius materia non est potentia contradictionis, causa enim laboriosæ continuationis est materia potentia existens, non quæ actu.*

Qualis sit materia cælestis apud Aueroistas

5 Cœlum esse compositū ex materia, & formaque doceant.

Secunda opinio est dicentium esse compositum ex materia, & forma, ita D. Thom. cum Caiet. pp. quæst.66.art.3.2.Cœli lect.6. 6 Phys. lect.21. Capreol. d. 12. q.1. concl.1. Idem Scotus secundum veritatem 3. d.14. quæst.1 Gab. dist.14 quæst.2. Occh. quęst.12. vbi etiam Ricca, cum Bonau. ibi, & quodl.3. quæst.10. Alens.8. met.14.2. parte quæst.44. inem.2. Alb de quatuor cœuis quæst 4.ar.3. Egid. tract. de mat. Cœl. Niphus de substantia orbium com.39.& 42. sonc 12. met. q.7. Iauel. 8. met. quæst. 12. Soto 2. Phys. quæst. 1. ad 2. Fland. 8. met. quæst. 7. & lib.12. quæst.2. Pauel. disp. 5 met. q.5. cap.22. Scal. exer. 61. num 1.& 5. Venet. in summa de Cœlo c.1. eamque tribuit Them. & Theophrasto ex Antiquioribus, Auic. primo suff. cap.2. Alex. 1.qq.nal. c.10. vt etiam illi tribuit simplic.2. Cœl.3. & 25. vbi etiam ipse illam sequitur, & primo Cœli 20. Vnde 4 Phys.48. asserit, Cœlum esse compositum ex materia, & forma tam secundum Arist. quam Plat. & Oracula, & ideo cum primo Phys.68.& 2. Phys.71. ait Cœlum esse purum actum, intelligendus est respectu materię, quæ est transmutationis subiectum eandem sequitur Philop. ad 6. & 13. Procli, & omnes, qui dixerunt esse elementum vel ex elementis, eandem tuetur Auampace apud Albert. 1. Cœl. tr.1. cap.3. Auicembr. in lib. Fontis vitæ Plot. lib.1. Encad.2. quem fusè sequitur Cartus. 2. d.14. q.1. vbi contrariam opinionem, non solum Aristot. contrariam, sed etiam erroneam vocat.

Opinio negans compositionem Cœli est erroneas ex Cartus.

Hi tamen inter se diuersi sunt in assignanda

sta materia, quod alij volunt esse diuersæ rationis ab elementari, alij vero esse eiusdem de quibus quæst.seq.

Discrimen inter Doctores.

Fundamentum sumi ab aliquibus solet ex relatione terminorum: nam corpus non significat, nisi materialem substantiam, ergo ex terminis constat habere materiam: at vbi est materia, ibi necessario est forma, quia materia cum sit potentia, pure passiua, naturaliter non est capax existentiæ sine forma, quæ dat actiuitatem, & hinc putant non posse hanc veritatem demonstrari à priori, sicut neque alia prima principia.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Opinio Auctoris.*

6 Non est sola forma quantitati subiecta.

PRima concl. Cœli substantia ex Arist. non est sola forma quantitati subiecta primo ex 9.met.17. vbi Cœlum dicitur non denudari à potentia ad vbi, at cui conuenit potentia non est forma, cum hæc sit essentialiter actus, vnde ibi non accipitur materia pro quantitate, vt monet Cremon de natura Cœli Sect.3.cap.1. confir. quia Arist. non agnoscit formam naturalem, quæ non sit in materia, vt patet primo Phys. tit. vlt. vbi promittit agere de physicis formis, & in 2. sub nomine naturæ agere de forma in communi de qua tit.12. asseritur quod non est separabilis nisi secundum rationem, & tex.26. dici ad aliquid, cum materia, & tit.28. esse quidquid erat esse, vbi materia est propter illam, sed solum est forma naturalis, ergo cum materia, & cum materia, quæ est natura, cuiusmodi noo est quantitas.

Confirmatur secundo quia ad nullã scientiam pertinet; non ad naturalem quia hæc agit de ijs, quæ sunt in materia 6. met.2. neque ad metaphysicam, quia hæc agit de substantia immobili, cuiusmodi nõ est Cœlum, neque Arist.6. met. tit.6. diuidens scientias speculatiuas, aliud genus formæ admittit, præter immersum in materia, & ab hac abstractum, & multo minus pertinet ad mathematicum, cum abstrahat eius subiectum à motu, immò à substantia.

Conf. ab alijs, nam eũ res recedit à sensibilitate, quo magis accedit ad actũ, vnde puræ quidditates per intellectum acceptæ, sunt liberæ ab omni conditione sensibili, & sic substantia separatæ sunt omnino insensibiles, at Cœlum est sensibile: ergo non potest esse actus sine materia nam ablata materia, vnde Cœlum habet esse sensibile, non remaneret sensibile, quia hoc non præstat, actus secundum se, sed vt est in materia, neque quantitas, quia hæc secundum se non est sensibilis, quare non inde fit in sole, luna, perspicuitas, &c. sed hoc soluitur, si supponatur illam substantiam participare eminenter conditiones materiæ, & formæ vel negando sensibilitatem oriri ex materia sed à forma, vt est subiectum quantitatis.

Confirm.3. alij quia principium quantitatis est materia, vnde forma non est quanta nisi per materiam, neque dicas partes quantitatis habere rationem materiæ quia principiũ quantitatis est materia substantialis sed neque vrget de possibili, sed de facto ex communi axiomate Peripateticorum.

7 Cœlum est compositũ ex materia, & forma secundũ Aristot.

Secunda concl. Cœlum de mente Arist. est compositum ex materia, & forma prob. primo ex principijs Arist. nam Cœlum est corpus naturale te.5.7.15.65. et 96. et à nobis probatum in physicis tr.8. quæst.11. d.4. sed corpus naturale constat ex materia, et forma, vt ex Theophrasto cum de natura est per se notũ, quia patet sub definitione naturæ comprehendi Cœlum quia constat ex naturis, at natura sunt materia, et forma 2. phys. cap.1. et 2. et patet ex 1. Cœli tex.5. quia Cœlum mouetur, atque adeo habet principium motus i. naturam, et sub illa definite comprahendi Cœlum patet quia natura est principium motus, definiti in 3. Phys. qui diuidituh in rectum, et circularem, confirm. ex 12. met. tex.22. vbi eadem principia dicuntur, esse omnium sensibiliũ scilicet materiam, et formam, et 8. met. tex.42. vbi probat materiam esse substantiam, quia omnibus transmutationibus ese necessarium aliquid subiectum, cum hoc tamen discrimine, quod est subiectum generationis, est etiam subiectum aliarum mutationum, non tamen contra, nam non est necessarium, vt habens materiam mobilem localiter, vt ex communi habet Cœlum, habeat materiam, quæ sit subiectum generationis.

Subiectum generationis est subiectum Cæterarum mutationum.

Confirm. tertio quia omne sensibile, est in materia, at Cœlum est sensibile p. Cœi tex. 93. confirm. 3. quia Aristes loquens de simplicitate Cœli à tex. 5. ad 16. nullam aliam simplicitatem illi tribuit, nisi quæ conuenit elementis. Confirm.4. nam tex.22. agens de Cœli incorruptibilitate probat ex carentia contrarij, atsi fuisset simplex, facilius, & magis à priori inde potuisset probare.

Loca in quibus Arist. ponit materiam in Cælo.

Secundo probatur ex locis, in quibus Aristot. asserit in Cœlo esse materiam, vt 3. de Gen.51. *ibi sunt igitur, & numero æqualia, & genere eadem*, quæ, & in *sempiternis, & in primis scilicet elementis; illud* enim, vt materia, est; hoc autem, vt formas & subdit pro generabilibus, *oportet autem, & terram adhuc adesse: non enim sufficientia sunt ad generandum duo, quem admodum neque in primis, vt materia, igitur generabilibus causa est, quod possibile sit, & non sit*, quod etiam dicitur 7. met, tex.22. & 33. *Hæc autem necessitate sunt, vt æterna, hæc autem non sunt de necessitate.*

Confirm.5. ex 8. met. tex.3. vbi asserit omnem substantiam sensibilem habere materiam, & includi Cœlum patet, tum ex tex.2. vbi pollicetur se acturum de substantijs sensibilibus concessis, at Cœlum est talis substantia ab omnibus concessa; tum quia 12. met.14. substantiam sensibilem, & corpoream diuidit in materiam, & formam, ac compositum, & etiam 2. de anima tex.7. & 7. met. tex.7. ex quo loco apparet sub illa com-

prehendi Cœlum, nam 7. te. 5. inter substantias sensibiles, quas dicit maximè apparere, numerat Cœlum, & lunam, & deinde tex. 7. illam substantiam diuidit, vt dixi, neque dicas ibi nomine materiæ non intelligi alteram partem substantiæ, sed qualiscunque cõpositi, nam ibi definit materiam, quæ est pars compositi substantialis, & compositum definit esse illud, quod constat ex his, vt videre licet in contextu vbi maximè apparet mens Aristotelis.

Confirm. 2. ex 1. Cœli à tex. 98. vbi distinguit Cœlum ab hoc Cœlo, quod Cœlum sit per formam, hoc verò Cœlum per materiam, & negat posse produci plures Cœlos, quia tota materia est occupata ab hoc Cœlo, & tex. 91. probat habere materiam. quia est sensibile. Resp. Auerr. ibi nomine Cœli non intelligi sphæras sydereas, sed totum Mundum, cuius materia sunt elementa, & Cœlum est forma, sed contra quia non apparet quomodo illi quadret dictum de Cœlo, quod sit per formam, & de hoc Cœlo per materiam, tum quia ex tex. 92. patet loqui de materia, quæ est altera pars compositi, tum quia falso dicitur Cœlum esse formam Mundi, vt optimè ostendit Mercennarius dilucidatione de hac re.

8 Cælum secundum veritatem est compositũ ex materia, & forma, vt patet ex inferioribus.

Tertia concl. probabile est Cœlum secundum veram philosophiam esse compositum ex materia, & forma hoc probari potest primo, quia de natura corporũ superiorum, cũ nobis incognita sint, Phylosophari debemus ex inferioribus cognitis, cum de illis oppositum non constet, sed modus essendi omnium corporum, quæ hic cognoscimus, est, vt sint composita ex materia, & forma; ergo, confirmatur materiam, & formam in inferioribus colligimus ex duplici genere accidentium, quæ in illis videmus. Primum eorum, quæ dicuntur passiua, vt quantitas, & potentia passiua, quæ dicimus rebus conuenire ratione materiæ; alterum eorum, quæ sunt actiua, quæ dicimus conuenire ratione formæ, sed in Cœlo est quantitas eiusdem rationis, ac in inferioribus, ergo ibi est materia, quia debet habere idem principium, ex quo oritur densitas, & raritas. Vnde Arist. 2. de Anim. 68 ait inferiora, & superiora communicare in multis accidentibus materialibus, ergo etiam communicat in generica ratione, scilicet in principijs, ex quibus sunt illa accidentia.

Confirm. quia omne agens, et patiens est compositum ex materia, et forma, quia actio ducit in cognitionẽ formæ, et motus, et passio in cognitionem materiæ 8. Met. 12. et 2. de genet. 53. et patet ex definitione motus, quia est actus entis in potentia, vt sic.

Secundo, quia corpora cælestia sunt in inferiori gradu entis, quã animata; Ergo etiam sunt inferiora in modo essendi, siue entitatis, sed subsistere integrè in simplici entitate est multo perfectius, quam integrari ex multis, cum sit eadem perfectio cum maiori simplicitate. Ergo cũ perfectissima corpora etiam viuentia compleantur in substantia per compositionem materiæ, et formæ, cœlum simili modo subsistere debet.

Tertio, quia alias substantia Cœli esset perfectior, quam substantia animæ rationalis, quia illa esset substantia completa; anima vero rationalis non sic, quia forma non vnita, nec vnibilis materiæ, habet nobiliorem modum essendi, quam anima rationalis, vel saltem esset perfectior anima equi, quia esset magis independens atque adeo esset perfectior equo, quia si est perfectior forma, erit etiam perfectior composito, quia materia parum perfectionis addit, et eam multo imperfectiorem, quam sit perfectio formæ.

Confirm. quia licet simplicius secundum se non dicat perfectionem positiuè, quia potest reperiri in re imperfectissima, cuiusmodi est materia, tamen quando est coniuncta cum actiuitate ad plures effectus, dicit maximam perfectionem, quia illa actiuitas dicit perfectionem, et cum extenditur ad plures effectus est perfectior, et quia plures effectus possunt esse a pluribus principijs, ideo perfectiones illæ sunt dispersæ, atque adeo habent coniunctam imperfectionem, quod si sunt vnita per simplicitatem, ibi est maxima perfectio.

## ARTICVLVS TERTIVS,

*Afferunt. Arist. testimonia, & soluuntur.*

9 Quando quod mouetur per accidens est corruptibile.

SEd contra hanc conclusionem primo obijciuntur varia loca Arist. 1. est 8. Phys. 52. vbi ait formam, quæ mouetur per accidens esse corruptibilem. Resp. ibidem ab Arist. solui, ait enim, quod se ipsum mouendo mouetur per accidens, esse corruptibile. Ratio quia esset animal, vnde sicut accidentia ob id non sunt corruptibilia, ita neque forma Cœli, valeret tamen aliquid obiectio contra eos, qui dicerent cœlũ moueri à propria forma.

Secundo est primo de Generat. 43. vbi reprehendit antiquum Diogenem, quod omnibus rebus tribueret materias. Resp. Nõ quia materiam, sed quia eandem materiam.

Forma physica 1. part. c. 1. dicitur quæ est corruptibilis.

Tertio 1. de part. cap. 1. vbi omnis forma physica dicitur terminus generationis. Resp. 1. ibi sumi formam physicam strictissime pro forma corruptibili, ideo ibi animam rationalem negat esse formam physicã, quia videlicet 2. de Gen. an. mal. cap. 3. extrinsecus aduenit, cum tamen certum sit hominem esse ens physicum, atque adeo constitutum per formam physicam.

Explicatur locus 1. de par. cap. 1.

Resp secundo loqui de formis physicis, vt plurimum, quia plereque sunt corruptibiles. Resp. 3. loqui in peculiari quadam materia entium corruptibilium; nam inquit *ibi partes animalium*, quare nihil ibi de Cœlo, & ideo dixit esse terminum generationis vel intrinsecum, vel extrinsecum. 10

Quartus est 12. met. 30. Vbi sic argumentatur *intelligentiæ sunt æternæ*. Ergo carent materia, sed hæc consequentia habet vim ex hoc. Quicquid est æternum non habet materiam,

Explicatur locus 12. met. tex. 30.

teriam, sed Cœlum est æternum. Ergo. Res. illam consequentiam rectè valere in intelligentijs, quia si haberet materiam, ea esset eiusdem rationis cum inferiorum materia, quæ repugnat æternitati, quia deberent habere materiam, per quam possent exercere suas operationes scilicet intellectionem, ad hanc autem non potest iuuare, nisi præbendo phantasmata, & species: Hoc autem efficere nequit, nisi sit alterabilis, quia cognitio sensitiua, fit cum alteratione, materia autem alterabilis est corruptibilis, sed forma Cœli, quæ non intelligit potest coniungi cũ materia inalterabili Res. 2. ex æternitate probari carentiam materiæ, quia intelligentiæ debent mouere æterno tempore, vt 8. phys. a. tex. 79. ostenditur; quare non ex æternitate simpliciter, sed quia sunt æterno tempore motrices quod 8. phys. sic ostenderat, formam quæ in mouendo mouetur non posse æterno tempore mouere. Omnis autem forma materialis in mouendo, mouetur, ergo optimè deducit intelligentias, quæ æterno tempore mouent carere materia.

Cur materiale intelligens debeat habere materiam corruptibilem.

Æterno tẽpore mores mota nõ possunt habere materiam.

11

Quinto ex primo Cœli 36. 7. met. 22. 53. 8. met. 4. & 53. vbi ait quicquid habet materiam posse esse, non esse, quia constituitur materia per potentiam, omnis autem potentia est contradictionis confir. ex primo Cœli tex. 136. 9. met. 17. vbi ait omnem potentiam esse contradictionis, & ideo in æternis nullam posse esse potentiam, sed si haberet materiam, haberent potentiam, ergo in Cœlis esset potentia contradictionis, atque adeo corruptibilitas, vnde in lib. de long. & breuit vitæ cap. 2. quæ, ait, *habent materiam, habere contrarium* confirm. 2. ex 8. met. 14. quæ sunt transmutabilia ad inuicem, habere materiam.

Materiæ nomẽ propriè significat, quæ est annexa priuationi.

Resp. ibi per materiam intelligi propriè dictam, quæ scilicet, est subiectum transmutationis, & est annexa priuationi, & ideo cõcessit esse in Cœlo tantum materiam ab vbi, quia respectu. Vbi habet priuationem, & ideo ait, *quæ habent materiam esse ad inuicem transmutabilia, & habere contrarium*, nam haberent materiam eiusdem rationis; vnde patet ad secundam confirm. Ad primam respondetur duplicem esse potẽtiam, alteram physicam quæ est transmutationis principium, siuè actiuè, siuè passiuè, alteram logicam quæ dicit solam habilitatẽ ad aliud, abstrahendo à transmutatione. Cum igitur ait Arist. omnem potentiam esse contradictionis, loqui de potentia, quæ est principium transmutationis, non autem de logica; quod sic ostendo, quia certum est, Cœlum habere potentiam receptiuam suorum accidentium inseperabilium, & tamen illa non est contradictionis, & similiter quæcunque res habet potentiam logicam ad suas proprietates secundo ipse Auerr. 3. anim. 5. ad 3. & 4. quæstionem docet, intelligentias posse habere aliquam potentiam, quæ sit sine contradictione, tertio ex ipso Arist. nam de ijs potentijs id dicit, quas definierat supra 9. met. tex. 1. & 2. sed ibi definit potentias trãsmutationi aptas, siuè actiuè, siuè passiuè, vnde potentias motiuas ibi reijcit à numero potentiarum, vt patet ex tex. 13. vbi reijcit grauitatem, & leuitatẽ, & ideo tex. 18. Epilogat se egisse de ea potentia, quæ est cum motu, & hinc in fine tex. 17. negat Cœlum habere potentiam ad ea, quæ semper habet quia initio 17. asseruerat omnem potẽtiam esse contradictionis, quia non loquitur de omni potentia simpliciter, sed omni tali, licet tex. 17. fortè loquatur de potentia rationali, quæ potest in opposita de qua re fortasse alibi.

Ad respon confirm.

Explicãtur. tex. 9. met 17. & 8. met. 14.

## ARTICVLVS IIII.

*Afferuntur rationes contra primam, & secundam, conclusionem, & soluuntur.*

12 Argumenta duranti.

PRimo obijcitur à Durando, quia Cœlum est proximius primo enti, quam entia, ergo debet esse simplicius. Confirm. quia si in Cœlo est materia, ergo est etiam potentia, quia materia substantiatur per posse, sed in æternis idem est esse, & posse 3. Phys. 32. confirm. 2, quia si in Cœlo esset materia, deberet assignari modus, per quem esset illa materia reducta de potentia ad actum, sed non potest assignari, quia vel esset generatio, & non, quia tunc Cœlum esset corruptibile, vel esset creatio, & hæc cum non supponat subiectum, non fuit ab Arist. cognita, vel alia mutatio, & hæc supponit tria principia, inter quæ est materia priuata; sed Cœlũ secund. Aristotelem est æternum; ergo non potuit eius materia habere priuationem. confirm. 3. quia omne quod habet materiam, vt sui partem, est in pura potentia ad esse formale; sed pura potentia est principium transmutandi ab alio: Ergo si in Cœlo esset hæc materia, poterit transmutari ad esse, & non esse, atque adeo requiret agens educens formam à materia, quare Cœlum esset generabile. Confirm 4. quia materia ex se est in potentia ad esse simpliciter, quod recipit à forma, nam ex se non habet formam: Ergo quantum est ex se caret illa, atque adeo est indifferens ad esse, & non esse, & formas oppositas, ergo quantum est ex se Cœlum est corruptibile. confirm. quia eadem est potentia contradictoriorum 9. met. 7. sed materia Cœli est potentia ad esse: ergo ad non esse.

Resp. primo Cœlum esse proximius Deo, sed secundum situm, non tamen Deo secundum perfectionem, quod autem est tale, non necessarium est esse simplicius, vt patet in igne, qui est proximior Cœlo, quam sit terra, & tamẽ nõ est simplicior terra, licet propriè Deus omnibus proximus sit secundũ situm.

Resp secundo, non quicquid est proximius primo ente in perfectione, habet omnem perfectionem, & excellentiori modo, nã cum perfectio diuinæ entitatis sit infinita, potest accedere ad perfectionẽ Dei, secundũ vnam rationem, & non secundum aliam, & ideo creaturæ, excedunt se mutuo in perfectione. Conceditur tamen illud esse sim-

plicius, quàm magis accedit ad simplicitatē Dei.

*Cœlum nō est proximius secūdum sitū.*

Resp. 5. Cœlum non esse Deo proximius nec secundum situm, cum Deus sit vbique per immensitatem, (licet dicant esse speciali quodam modo in empyreo, quod ibi manifestetur beatis) neque secundum perfectionem, cum animata sint Cœlo perfectiora.

Ad primam, esse quidē materiam cœli potentiam, vt dicit aptitudinem, non tamen, vt dicit priuationem, & illa potentia semper fuit coniuncta cum actu; & ideò dicitur in æternis idem est, esse, & posse: Materia autem vt habet actum dicitur subiectum, vt supra notaui.

Ad secundam, illud videtur certum, in Arist. coniunctionem materiæ cum forma non fieri per generationem sed fortasse id fa-
13 ctum fuit ex opinione Arist. per simplicem emanationem, vel de modo fortasse non cogitauit, de qua alibi: At secundum veritatem id certū est, Cœlum totaliter fuisse productum per creationem; An autem forma fuerit producta concurrente materia, dubiū est apud doctores, & eadem est difficultas in elementis, non dicitur tamen eductio, etiam si facta sit concurrente materia, atque adeò nec generatio, quia non est producta ex vi dispositionum, vt Fons. 5. met. c. 12. q. 3. sect. 2. & q. 4. sect. 1. & 2.

*Cur forma cœli non dicitur educta.*

Ad quartam, materiam esse quidem in pura potentia ad esse formale, sed ea potentia non reducitur ad actum ex vi potentiæ naturalis; & cum potentia passiua definitur *esse principium transmutandi ab alio*, intelligitur de potentia coniuncta cum priuatione, & quæ ad plures formas dicit ordinem, seu, vt loquitur, Bannes intelligitur de potentia passiua, non de pure receptiua, vt dicit præcisè aptitudinem.

Ad quartam confirm. Resp. Inde non inferri corruptibilitatem, sed tantum materiā non habere ex se actum formalem, neque dicitur ex se habere priuationem positiuè, quia nunquam posset habere actum, quia nihil potest habere oppositum eius, quod habet ex se, sed sumitur negatiuè .i. non habet ex se formam, sed tamē illā habet inseparabiliter ab alio sine præcedēte priuatione, vt patet in anima Christi, quæ ab initio habuit beatitudinem, sed tunc tantum materia infert corruptibilitatem, quando est in potentia ad plures actus, nam vt bene notat Herue. vt materia est in potentia ad formam substantialem, ita subiectum ad accidens. Sed aliquod subiectum sic est in potentia, vt coniungatur cum accidente, & non sit in potentia ad oppositum, vt patet de forma respectu propriarum passionum, nam vtraque est in potentia passiua ad suum actum; neque materia dicitur in potentia ad esse simpliciter, quod habet à forma, nisi quando caret forma, vnde cum materia cæli semper habeat formam, quam potest habere, nunquā est in potentia ad esse simpliciter, quia nō est in potentia ad aliam formam, & falso dicitur id, quod est in potentia ad esse simpliciter, nullam formam

*Materia ex se nec habet formā, nec priuationem positiue.*

*Potentia ad esse simpliciter dicitur respectu formæ non habitæ.*

sibi determinare; Nam constat aliquam potentiam determinare sibi certum actum, non quidem essentialiter, sed passiuè, quia non est in potentia ad formas nisi inter se similes tantum, & vt enim forma est ratio entis in actu, ita mutatio entis in potentia. 14

Secundo obijciunt Auerroistæ, materia fuit inuenta per transmutationem substantialem 1. phys. sed in Cœlo nulla est mutatio substantialis, sed tantum accidentalis; Ergo Resp. licet materia fuerit initio inuenta ex transmutatione substantiali 1. tamen ratio cur ponatur in entibus materialibus est constitutio ipsorum. Nam entia naturalia ex sola forma constare non poterant; sicut licet forma sit inuenta ex operatione, tamen cur ponatur non est sola operatio, sed vt constituat compositum. Deinde etiam si fuisset inuenta materia per mutationem substantialem, non tamen propter eam solam, sed etiam accidentalem: Nam forma immediatè non recipit nisi accidentia, quæ fluunt ex essentia ipsius, in Cœlo autem sunt accidentia, quæ recipiuntur in materia, vt quantitas; quare ex hoc argumento, licet tantum inferre materiam in cœli non fuisse cognitam ex mutatione, sed naturali cōstitutione ipsius cœli, & ex accidentibus materiam consequentibus, quare patet in eo argumento committi falaciam consequentis.

*Finis materię est constituere cōpositum naturale.*

Tertio obijcitur, ex diuerso modo essentiali colligitur diuersa ratio compositionis, & entitatis, sed cœlum, & inferiora habent diuersum modum essendi, nam cœlum est intransmutabile, inferiora verò transmutabilia substantialiter, & hinc soluitur ratio D. Thom. quia licet animata superent cœlos in gradu essendi, tamen superantur in modo essendi, cum cœli sint aeterni, & ideò non mirum si cœli superent animata in simplicitate, quia hæc pertinet ad modum essendi, non ad gradum entis, nam sæpe res composita est perfectior re simplici, & ideo non valet argumentum à compositione rerum inferiorum ad compositionem cœlorum; Imò hinc sumitur Argumentum contrarium, quia ideo hæc inferiora habent compositionem ex materia, & forma, quia sunt facta propter continuam transmutationem formarum, quę in eadem materia sibi inuicem succedere debent, sed cœli sunt facti vt essent alieni ab hac transmutatione ergo etiam sunt alieni à compositione ex materia, & forma.

Confirmatur, quia autor naturæ semper rei tribuit, quod ei melius est secundum naturam suam, sed secundum naturam rei incorruptibilis, melius est esse simplicem, quā compositam, nam tantum habet res de mutabilitate, quantum de compositione. Vnde Angeli, quia carent compositione physica substantiali sunt substātialiter intrāsmutabiles, & quia habent compositionem accidentalē, participant mutationē accidentalē, vnde per artem homines, vt aedificia magis durent, fugiunt quantum possūt, compositionē.

Respon. sufficere ad incorruptibilitatem vnio-

Sufficere ad incorruptibilitate compositi vnione indissolubile materiæ, & formę.

vnionem indissolubilem materiæ, & formæ, idque est clarum, quia cœlum efficit compositionem cum quantitate, & alijs quibusdam accidentibus, & tamen non ideo compositio est dissolubilis, vnde licet simplicitas videatur iuuare incorruptibilitatem, tamen multum diminuit hanc perfectionem corporis, cum præcipuè incorruptibilitas saluari possit posita indiuisibili vnione materiæ, & formæ. Vnde respondeo ad argumentum sumptum à contrario, negando compositionem rei esse factam propter dissolutionem, & continuam transmutationem. Nam prior finis est constitutio rei, & per accidens est, quod dissoluatur propter priuationem annenam materiæ, modus enim essendi, & supponit condictionem essentiæ, & debet illi proportionari, cum igitur essentia corporis exigat compositionem, modus essendi debet proportionari compositę essentię.

Simplicitas confert ad incorruptibilitaté, nó tamé ad rationem corporis, quare aliunde spectanda est incorruptibilitas corporis.

Ad Confirm. patet ex dictis, quia licet conferret simplicitas ad incorruptibilitatem, Non tamen ad perfectionem corporis, nam comprehendere multam perfectionem cum simplicitate est proprium incorporearum rerum, quare talis simplicitas non est tribuenda cœlo, sed satis est, vt habeat maximam simplicitatem inter corporalia, quia habet pauca accidentia, sed actiuiora, & minus transmutabilia, vnde cum simplicitas non congruat corpori, natura illam non tribuit corpori ob illius incorruptibilitatem, sed aliam rationem adiuenit pro saluãda incorruptibilitate, quæ consisteret cum conditione corporis.

Quarto obijcitur. Corpus habens formam in materia non potest esse æternum; Ergo. Resp. cum de incorruptibilitate coeli, nam compositum ex materia in potentia, seu annexa priuationi est corruptibile; non autem compositum ex materia determinata ad vnam formam.

Et maiore quadã simplicitate motus non est colligẽda maior simplicitas mobilis.

Quinto Motus cœli est simplicior motibus elementorum, quia nunquam mouetur tardius, & velocius, sed semper vniformiter: Ergo debet esse simplicior elementis, consequentia patet à simili, quia ex simplicitate motus, Arist. inuestigauit simplicitatem mobilium ergo similiter ex maiori simplicitate motus, maiorem simplicitatem corporis. Resp. negando consequentiam, quia inde tantum colligitur cœlum esse corpus simplex, & perfectius elementis, sicut enim aer participat minorem simplicitatem motus cum grauitei, & leuitet, & tamen, non est minus simplex, ita neque in cœlo erit minor simplicitas, quam terra, & ignis, vnde non statim maior simplicitas debet colligi ex quacunque simplicitate operationis, sed ex omnibus numeratis, quæ corpori cõueniunt, nam simplicior est visio equi, quam calefactio ignis, & tamen equus non est simplicior igne, quia simplicitas quædam maior potest oriri ex conditionibus accidentalibus mobilis, vt ex figura, & alijs.

Resp. 2. etiam in cœlo esse maiorem simplicitatem, quam in elementis, quia habet maximam perfectionem cum nõ multis accidentibus, neque venit in mixtionem aliorum, vt elementa, neque secundum accidentis alteratur, neque eius materia est capax plurium formarum.

Quomodo cœlum sit simplicius elementis.

Sexto obijcit Durandus, non implicat dari corpus simplex, vt supra ostendimus: ergo datur, quia ad perfectionem vniuersi pertinent omnes gradus essendi possibiles, vt ostẽdit D. Thom. p. p. q. 50. art. 2. sunt enim in vniuerso entia omninò spiritualia, sunt secundo, entia partim spiritualia, partim corporea, vt homo, tertio omninò corporalia composita ex materia, & forma, ergo debent dari corporalia simplicia, quæ respondeant entibus spiritualibus.

Conf. quia forma est relatiua ad materiam, sed dantur formæ omnino abstractæ, & aliæ informantes: ergo debet dari materia, tum informabilis, tum non informabilis.

Resp. primo huiusmodi argumenta non habere vim demonstratiuam, nam eodem modo argumentandi probari posset in vniuerso reperiri multas species rerum possibiles, quæ tamen non sunt, vt debere dari corpus ex materia corruptibili, & forma incorruptibili, nam sicut de perfectione vniuersi est compositum ex materia incorruptibili, & forma corruptibili, & aliud ex materia corruptibili, & forma incorruptibili tam quoad substantiam, quam quoad vnionem, vt cœlũ, ita debet dari aliud ex materia corruptibili tam proxima, quam remota, & forma incorruptibili. Ideò dicimus huiusmodi argumenta habere aliquam congruentiam, quando ens possibile habet aliquam connexionem cum rebus iam existentibus, ex quibus deduci potest rei possibilis existentia.

Quando ex speciebus vniuersi, licet colligere dari alias propter perfectionem vniuersi.

Resp. secundo, de perfectione vniuersi esse quidem omnes generales gradus rerum, vt docet communis opinio: non tamen omnes species possibiles sub illis gradibus; gradus autem rerum sunt quatuor, & immò ex Caie. in thesauris diuinæ potentiæ forte sunt alij generales gradus rerũ præter existentes, vnde negatur ad perfectionẽ vniuersi requiri omnes gradus generales possibiles, sed tantum illos existere, qui sunt conuenientes vniuerso ex ordine ad alias rerum species; at conuenientius est vniuerso, vt cœlum sit compositum ex materia, & forma, quam vt sit simplex. Cum huiusmodi compositio sit cum incorruptibilitate compositi; Nam corpus incorruptibile videtur exigi ab vniuerso ob conseruationem rerum inferiorum; quod autem illud sit simplex, vel compositum colligi debet, non ex perfectione exigita ab vniuerso, sed aliunde siue quia repugnat creaturæ corporali integritas entitatis sine compositione, sicut creaturæ repugnat habere integram perfectionem sine aliquibus accidentibus, vt ait Caietanus, siue quia rei materiali non conuenit tanta perfectio cum simsimplicitate, quanta illi conuenit cum compositione. Denique ex hoc argumento reddi potest probabilis opinio Auerroistarum.

De perfectione vniuersi esse quidem omnes gradus non tã omnes species possibiles sub illis gradibus.

Imò ex Caiet. neque omnes rerũ generales gradus sūt.

QVÆ-

## QVÆSTIO TERTIA.

*De materia cœlesti.*

## DVBITATIO PRIMA.

*An materia cœlestis, & elementaris sint eiusdem speciei.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus Quæstionis.*

PRimo not. Cum ostensum sit cœlum non esse simplex, sed compositum ex materia & forma, vt sunt composita elementa, & ostēsum distingui à quatuor elementis secundum propriam speciem, nunc oportet inuestigare quanta sit hæc distinctio, an solùm ratione formæ, an vero etiam ratione materiæ, quod inuestigare semper visum est difficile, vt notat Philo. lib. de somnijs. *Cœlum vero, inquit, naturam habet incomprehensibilem nec vlla eius notitia certa dimanat ad nos, quid enim possumus de hoc pronunciare? esse concretam glaciem, vt quibusdam placet an ignem purissimum? an quintum quoddam corpus* in Orbē mobile *nulli affine est quatuor elementis? Quid illa extrema sphæra fixorum syderum, habet ne soliditatem, an superficiem tantum sine altitudine figura in plano pictæ similis, &c.*

Diff. cognoscendi cęlestem naturā ex philone.

Secundo notandum, nomine cœli hic intelligi non solum sydereum, sed etiam empyreum, quia licèt initio vtrumque fuerit creatum, vt aliqui docent, tamen cum ordinentur ad diuersa munera, fieri potest, vt sydereum sit ex materia elementari, non autem empyreum, vel contra, & licet aliqui velint empyreum fuisse initio creatum ex nulla præexistente materia, cum in ino genesis dicatur fuisse creatum cœlum sicut fuit creata terra, sydereum vero non fuisse initio creatum, sed ex præexistenti materia, quando dicitur factum fuisse firmamentum, tamen adhuc dubitari potest qualis sit illa materia præexistens, ex qua fuerit factum firmamentum.

Etiam si cęli fuerit factū ex præxistente materia tamē adhuc quæritur de illa qualis sit.

Tertio notandum hanc quæstionem maximè pendere ex cognitione proprietatum, & essentiæ materiæ; nam cum ex se sit substantia capax omnium formarum, etiam imperfectissimarum, videtur in se habere minimam perfectionem entitatis, ex quo fieri videtur non posse dari plures species materiæ; nam vel illa esset perfectior elementari, & videtur repugnare rationi potentiali, quę est essentialis materiæ, nam illa maior perfectio, non posset oriri ex maiori approximatione ad actum, quia potentia essentialiter, participaret essentialiter perfectionem actus, at esse essentialiter potentiam, & actum videtur repugnare; vel illa species esset imperfectior elementari, & videtur repugnare imperfectioni materiali, quæ cum sit prope nihil, non potest habere entitatem se imperfectiorem, quia illa deberet esse nihil. Dicendum tamen est, posse dari materiam perfectiorem, eo quod sit minus potentialis, siue quia est receptiua pauciorum formarum, siue quia est receptiua actus, seu formæ perfectioris. Nam quò pauciores formas recipit, eò est magis determinata, atque adeo magis accedit ad rationem actus, non quidem quod participet formaliter rationem actus, seu virtutis informatiuæ, quia hoc repugnat rationi, quæ est potentialis, sed quia magis assimilatur actui secundum quandam proportionem, de qua re plura diximus in Physicis.

Vnde oritur difficultas.

Potest dari materiā perfectior elementari.

Quarto notandum cœlum communiter poni incorruptibile; quæ incorruptibilitas cœli oriri potest siue ab extrinseco conseruante, siue ab intrinseca natura, & hæc, siue ex parte materiæ, siue ex parte formæ; ideo hæc controuersia agitari solet inter eos, qui fatentur cœlum esse incorruptibile; nam qui ponunt illud esse generabile, & corruptibile nullam habere possunt difficultatem, cum generabilitas, & corruptibilitas oriatur ex materia elementari.

In hac quęstione supponitur cœlum incorruptibile.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium esse eiusdem rationis, & speciei, hanc primo Docuerunt antiqui, dum dixerunt ex aliquo, vel aliquibus elementis constare, quos refert Plutarchus 2. de Placit. c. 11. Philo de insomnijs Theodor. de materia, & Mundo. Auicen. 1. sufficien. cap. 4. Auicembron. apud D. Tho. p. p. q. 66. art. 5. & nos supra retulimus.

Materia cęlestis, & elementares eisdem speciei.

Sequuntur Bonauentur. in 2. d. 12. q. 1. & art. 2. q. 1. dis. 14. q. 1. vbi Scotus q. 1. Ocam. q. 22. Aegid. tract. de materia cœli, & in 2. d. 13. & 8. met. q. 3. vbi Ant. Andr. q. 4. seq. vt probabiliorem. Gab. d. 12. Scaliger. exercit. 61. n. 1. & 5. sæpe Molina de operibus sex dierum d. 2. 3. 5. Abulens in cap. 1. Genes. & conimb. 1. c. 2. q. 6. Argent.

Auic. Auicemb. Bonau. Scotus Och. Ægid. Ant Andr. Molina Gab. Scal. Abul. I. Nicol.

Sequuntur ex Patribus August. lib. 12. confessionum cap. 12. 19. & 29. vbi ait vnam esse materiam Cœli, & terræ, vnde lib. de Genes. ad lit. cap. 4. ignem Cœlo, & astris assignat, & idem lib. 2. de Gen. ad lit. cap. 5. quē Nis. Hip. sequr. Ansel. sequuntur, & alij qui dicunt initio fuisse creatū Cœlum empyreum, & terram simul cum aqua, quæ replebat totum spatium inter terram, & Cœlum empyreū, vt colligitur ex illis verbis, *& tenebræ erant super faciem abyssi*, idest super aquæ multitudinem profundissimam, & ex illa aqua deinde creatos Cœlos. Vt docet Basil. super Gen. & Augustin. in psalm. 14. & alij quos refert, & sequutus est Molina, mag. 2. Iacob. Salianus in ann. Eccl. in explicat. operis 2. diei.

August. Amb. Damas. Basil.

Basil. Iacobus Salianus. Mol.

Sed diuerso modo illam tuentur, nam aliqui dicunt Cœlum per se, & ab intrinseco esse corruptibile, per accidens tamen, & ab extrinseco incorruptibile, quia cum sit in loco proprio est maxime remotum à contrarijs, & consequēter nunquam corrumpetur, eo quod per virtutem, quam recipit à proprio loco resistit debili actioni contrariorum.

Primū discrimen inter Auctores. Quomodo cœlum sie incorruptibile à proprio loco.

Alij

ancorruptibilitatẽ habere à forma.

Alij vero asserunt esse quidem ab intrinseco incorruptibile naturaliter, tamen eam incorruptibilitatem non habere à materia, sed à forma, nam sicut corruptibilia non habent à sola materia corruptibilitatem, sed exigitur etiam, vt vnio formæ cum materia sit separabilis, ita incorruptibilitas oriri potest siue ex materia incapaci plurium formarum, qua ratione Doctores contrariæ sententiæ dicunt, Cœlum esse incorruptibile, siue ex inseparabilitate formæ à materia, & hoc modo asserit hæc opinio, Cœlum esse incorruptibile, ita Molina disput. 5. quę proprietas conuenit Cœlo ex duplici capite 1. ratione dispositionum, quæ tales sunt, vt careant contrario, sine cuius actione non potest naturaliter dari corruptio rei, nisi in ijs, quæ indigent conseruante, vt est lumen, & similia. Et ideo Arist. probat Cœlũ esse incorruptibile, non ex eo quod materia Cœli sit incapax plurium formarum, sed ex eo quod caret contrario. Et hinc fortasse oritur cur Cœli non possunt producere suas formas in materiam rerum inferiorum, quia scilicet accidentia, quibus materia disponitur ad formam Cœli, non sunt actiua, nam actiuitas est inter qualitates contrarias,

Oritur ex carentia cõtrarij ex Aristotele.

Cur cœlũ non generet cœlum.

Oritur ex modo, quo forma actuat materiam.

Secundo oritur inseparabilitas ex modo, quo forma Cœli actuat materiam, cum enim virtute contineat perfectionem omnium inferiorum, replet capacitatem materiæ, & facit illam incapacem proximè intrinsecarum impressionum, & sua virtute resistitiua impedit actiones omnium circa ipsam, nam cum natura dederit illi formæ dispositiones carentes actiuitate, consequenter dedit illi virtutem maxime resistitiuam, quia etiam in inferioribus, quo qualitates sunt minus actiuæ, eo magis resistiuæ.

Materia cœli est in potentia remota ad alias formas non in proxima ob impedimentũ.

Hinc inferunt in materia Cœli, etiam si sit, & priuatio, & potẽtia remota respectu horum inferiorum, non tamen proxima, & completa, ex qua oritur corruptibilitas, quia potentia remota materiæ est impedita à forma Cœli, ne possit recipere dispositiones aliarum formarum, neque hinc fit, illam potentiam remotam esse frustra, quia non dicitur frustra potentia, quæ reducitur ad actum in alijs eiusdem speciei, nam alioqui quælibet portio materiæ deberet recipere omnes formas, ne dicatur esse frustra, contra omnium opinionem.

5

2 Discrimen inter doctores.

Cur cœlũ licet sit naturę igneæ, mouetur circulariter.

Cœlum incorruptibile, vel ex voluntate auctoris naturæ, vel velocitate motus.

Secundo differunt, quod aliqui velint esse materiam eiusdem rationis, vt materia significat subiectum non solum formæ, sed etiam trasmutationis, quare dicunt Cœlum esse de natura quatuor elementorum, siue, vt alij ignea, & moueri motu circulari, quia cum nequeat vlterius ascendere, reflectitur sicut flamma reflectitur in furno, siue, vt alij, esse naturæ mixtæ ex elementis, incorruptibile tamen per accidens, vel ex voluntate diuina præseruante à corruptione, vel ex velocitate motus, quo mouetur supra ignem, sicut manus cito mota super flammam non patitur ab illa.

Tertium discrimen.

Tertio differunt, nam alij volunt hanc materiam esse sumptam ex natura ignis, vt Doctores citati, quos sequitur Dionisius in 2. d. 14. quæst. 2. & in Genesim artic. 20. quia aether ab igne dicitur, & quia habet proprietates ignis scilicet locum, & calorem, & scintillationem; defendit prouiribus Basso, lib. 5. de Cœlo inten. 5.

Materia astrorum ex igne, orbiũ vero ex aqua.

Alij vero volunt materiam astrorum sumptam esse ex igne, orbium veró ex aqua, vt Doctores citati apud Tannerum, & Molinam locis citatis, & Salmeronem tra. p. in Euangelia prolog 5. & tra. vltimo in 2. Petri 3. disp. 4. tum quia habet perspicuitatem, & puritatem christallini lapidis, quem constat esse ex aqua, tum quia firmamentum .i. Cœlum sydereum, dicitur factum, vt diuideret aquas ab aquis; At locus ille occupatus à firmamento non erat vacuus, nec est probabile fuisse occupatum ab alio corpore, quam ab aqua, neque est probabile aquam ibi existentem fuisse annihilatam, & productam ibi aliam materiam, ergo ibi erat aqua.

Alij vero sumptam dicunt ex aere, vt recentiores Astronomi apud Tychon. ob simillitudinem coloris.

Alij vero sumptam ex terra, vt Tales Anaximenes, tribuitur Empedocli, vide Martinellum in cap. 1. Genes.

6

Negãs materiam cœlorum esse eiusdem rationis cum elementari.

Secunda opinio est dicentium Cœlos non solum non esse ex aliquo elemento, sed neque ex materia eiusdem rationis cum materia illorum, eo quod materia inferiorum cõstituitur per potentiam ad omnes formas corruptibilium, vnde dicitur habere potentiam contradictionis; at materia Cœli constituitur per potentiam, quæ adæquate respicit illam formam, à qua informatur, vnde fit, non esse potentiam contradictionis, atque adeo, nec principium corruptibilitatis. Colligitur ex Simplicio secundo phys. tex. 53. 5. phys. tex 9. 8. Phys. 6. tex. 73. & 101. Alexand. Aphord. 2. met. tex. 4. 32. & 54. & lib. 1. natural. quęst. 1. 15. exprese Albertus 2. parte summæ tract. 15. quæst. 53. memb. 2. Alensis 8. met. 18. & 2. par. sum. quæst 44. memb. 2. quam fusè docet D. Dhom. 1. Cœli lect. 6. lib. 2. contr. gent. cap. 58. Vbi Ferrar. cap. 20. & 1. par. quæst. 66 art. 2. vbi Caiet. & Bannes dubit. 2. & in 2. d. 12. quæst. 1. art. 1. vbi Capreol. quæst. 1. Riccard. quæst. 8 Herueus Opusc. de materia Cœli, Flandria 8. met. quæst. 7. art. 3. & 12. met. quæst. 1. art. 1. Socinnas q. 1. Suarius disput. 13. sect. 11. Achillinus 1. de Orbibus dubit. 1. fusè, & lib. 3. dub. 2. Niphus lib. 1. de substantia Orbis com. 39. et 42. Mercenn. q. de hac re Pauesius disput. 5. met. cap. 22. maior. 1. Cœli quæst. 93. Zabar. opus de mater. Cœli ca. 3. Piecol, de Cœlo cap. 17. hi tamen inter se diuisi sunt; nam aliqui volunt illam materiam esse ens actu, & completum, atque adeo distingui à materia partiali, quæ facit vnum per se cum forma: ita Auerroistæ, sed contra hos supra disputatum est.

Simpl. Aphrod. Alb. Alens.

D. Th. Ferr. Caiet. Ban.

Ricc. Her. Fland. Son. Suar. Achil. Niph. Mercen. Paues.

Maior. Zabar. Piccol. Dissensio inter hos doctores.

Alij verò dicunt: Hanc materiam Cœlestem

stem esse ens partiale, quæ respicit, vt potentia Cœlestem formam, tanquam proprium actum, inter quos est aliud discrimen, quod aliqui volunt omnium orbium, et stellarum esse vnam materiam specie; alij verò singulis orbibus assignant propriam materiam specie ab alia distinctam, qui tamen inter se discrepant, quod alij putent orbis, et syderum, quæ sunt in illo, esse eandem materiam specie, nec distingui nisi, vt partes integrantes eiusdem corporis; Alij vero esse diuersæ rationis, de quibus omnibus est nobis disputandum.

Vtraq; opinio est probabilis non solum de possibili, sed etiam secundum veritatē de facto, ac secundū Aristotelem materia est diuersæ rationis.

Tertia opinio est dicentium: Cœlum potuisse produci ex materia tam eiusdem rationis, quam diuersæ: de facto tamen secundum Aristolem fuit productum ex materia diuersæ rationis, sed secundum veritatem vtramque opinionem esse probabilem. Ita Conimb. loc. cit. quod sit de facto probant ex dicendis; At vero da possibili probant ex doctr. communi sumpta ex primo Phys. vbi Doctores docent materiam esse substantiam habentem certam quandam perfectionem in ratione entis, et licet videatur impossibile dari materiam imperfectiorem materia horum inferiorum, non tamen apparet impossibile dari aliam, quæ ex ratione sua sit perfectior vt potè determinata ad vnum perfectiorem actum, nam licet materia sit subiectum formæ, tamen hoc potest esse magis, vel minus indifferens ad plures, vel pauciores formas, atque adeo magis, vel minus perfecta, vt igitur in potentijs reperitur hæc inæqualitas secundum aptitudinem, ita secundum perfectionem, vnde argumenta, quæ ducuntur, non posse esse diuersam materiam essentialiter, nullam habent vim, nam non potest hoc dici ex potentialitate materiæ, neque ex indifferentia ad quamcumq; formam, quia hæc indifferentia tam ampla necessaria non est, licet materia generabilium de se sit indifferens ad omnes formas acquisibiles per generationem, non tamen est verum, quod necessariò debeat esse indifferens ad omnes formas absolutè, aut non posse fieri aliam materiam sine tali indifferentia, & de se ita coaptatam vni formæ, vt non ordinetur ad aliam. Vnde propositio illa 3. Met. 49. actus est qui distinguit, intelligitur de actu formali physico, neque est verum, nisi in rebus naturalibus completis: Nam res partiales distingui possunt per actum entitatiuum, vel etiam distingui possunt per ordinem ad actum.

Probatur potuisse produci ex materia diuersæ rationis.

Ostenditur quomodo materia possit esse diuersæ rationis.

Perfectio potētiæ passiuæ diuerso modo attēditur, ac perfectio actiuæ.

Perfectio autem potentiæ passiuæ diuerso modo colligitur, ac perfectio actiuæ. Nam perfectio actiuæ, eo est maior, quo se ad plura extendit; contra verò passiua eò imperfectior, quo se ad plura extendit, & eo perfectior, quo ad pauciora; Et ratio, quia actiua quo ad plura se extendit eo est actualior, & magis determinata, vnde, & plura virtualiter continet, & magis participat de ratione entis. Et passiua quo plura respicit, eo magis indeterminata, & minus in se habet perfectionis, cum illam recipiat ab alio, & quo pauciores formas recipit eo plus entitatis participat, quia minus recipit ab alio.

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *Opinio Auctoris.*

8 Materia cœli est diuersæ rationis ab elementari.

PRima conclusio. materia Cœli est diuersæ rationis à materia inferiorum. Probatur auctoritate Arist. i. ex locis citatis, vbi Arist. negat Cœlum habere materiam, vel habet tantum mobilem habere, vbi similiter docet non habere potentiam, quę omnia explicari nequeunt, nisi dicatur non habere materiam similem huic rerum inferiorum. Confirm. ex 10. met. 12. vbi sic arguit, quæ non habent generis, siuè logici, siuè physici vnitatem, non habent vnitatem materiæ, sed corruptibilia differunt genere, siuè logico, siuè physico 10. met. tex. 26. Ergo confirm. 2. ex 1. de Gen. 43. vbi laudat Diogenem dicentem non fore actionem, & passionem, si non esset subiectum commune, & reprehendit, quod omnium ponat vnam materiam, quia hoc tantum verum est, quando res ad inuicem possunt transmutari. Vnde ibi Philos. com. 103. explicat de Cœlo, quod non habeat eandem materiam cum inferioribus, & in tex. 53. 54. 87. quæ conueniunt in materia, posse adinuicem agere, & pati, quorumcunque verò actuorum alia est materia, hæc aguut, & non patiuntur, sed contra hanc propositionem obijcitur sumatur, A, & B, agnis, hæc non transmutātur ad inuicem, ergo non habent communem materiam. Resp. non immediatè, sed mediate per plures trāsmutationes, sed contra, materia quæ erit sub A, nunquam erit sub B. & contra, quia id, quod desijt non potest incipere esse, & eadem forma numero posset esse in duobus materijs, cum tamen variata causa, variatus effectus, quare ratio tantum concludit materiam, quæ est sub vna forma non esse eandem numero, quæ est sub alia forma, quæ conceditur in Cœlo.

Resp. mentem Aristotelis esse, negare materiam esse in alijs, quam habentibus generationem, & corruptionem, siue vnum in alterum transmutatur, siue in aliud eiusdem speciei, vel generis vniuoci, vt ait Achill. siue immediatè, siue mediatè. cōfirm. 4. 8. met. 12. de naturalibus autem, & perpetuis substantijs alia ratio est, fortassis, item habent materiam, aut non talem, sed solum quæ secundum locum mobilis, & tex. 10. quæcunque vero mutantur materiam habent, sed diuersam, nam, & ipsorum sempiternorum, quæcunque non sunt generalia, sed ratione mobilia, verum non generalem habent sed vnde, & quo; ex quibus verbis hoc ducitur argumentum, nam eum materiam reijcit à corporibus sempiternis, qualem in esse affert in corporibus corruptibilibus, quia dicit sempiterna corpora, vel non habere materiam, vel non talem, qualem possident caduca, sed aliam, idem colligitur ex 14. met. 13.

vbi

vbi ait elementa non esse materiam substantiæ æternæ.

Resp. adhoc Aegid. materiam dupliciter considerari, prout subiectū formæ, secundo, vt subiectum trāsmutationis, & quia æterna secundum substantiam non transmutantur, vt inferiora, ideo non habent eandem materiam, vt est subiectum transmutationis, sed non negat habere eandem materiam secundum essentiam, & vt est subiectum formæ, sed contra quia Aristot. 8. met. 12. intendit ostendere in definitione perfecta omnes causas debere poni, vt indefinitione hominis debet poni efficiens. Cum autem hoc dixisset ait, in substantijs naturalibus æternis alia ratio est, quia in his, aut non reperitur materia, vel non talis, qualis reperitur in caducis: ergo negat materiam respectu definitionis. Preterea declaratur tex. 10. differentia materię Cœli, ab inferiorum materia *in naturalibus sempiternis* inquit *alia ratio* est, nam in his, vel non reperitur materia, vel nō talis, sed solum quæ secundum locū mobilis. Secundo probatur ex perfectione vniuersi, nam sicut in ea datur materia potens recipere plures formas, ita dari debet determinata ad vnam quia cum hæc sit perfectior magis perficit vniuersum. Confirm. quia quo materia est magis determinata ad formam eo est magis proportionata formę; Vnde, vt materia elementaris proportionetur formæ, debet determinari per dispositiones accidentales, at illa materia esset determinata ex natura sua, atque adeo haberet perfectionem determinationem.

Tertio probatur ex incorruptibilitate Cœli, quam infra probabimus, illi conuenire ab intrinseco, sed si materiam haberet communem, & eiusdem rationis cum inferioribus, non posset saluari incorruptibilitas Cœli ab intrinseco; tum quia materia communis pluribus formis potest quantum est de successiue esse sub pluribus formis, quia si non posset, non esset communis illis. Hinc sequitur posse recipere qualitates conuenientes illis formis, nam ordinatum ad finem, ordinatur etiam ad media necessaria ad illum finem, alioqui esset frustra; qualitates autem dispositiuæ sunt media à natura ordinata ad formas substantiales, cum materia nō possit recipere formas nisi sit disposita, & quia qualitates illæ essent actiuæ, & passiuæ, ideo, quæ habent materiam communem, haberent etiā contrarias qualitates actiuas, & passiuas.

Tum secundo, quia illa materia existens sub forma Cœli haberet priuationem aliarum formarum, ergo compositum ex tali materia, esset necessariò ab intrinseco corruptibile, quia cætera omnia sunt corruptibilia ratione priuationis annexæ, nam ratione materiæ quæ appetit alias formas, possunt recipi in illa qualitates dispositiuæ ad alias formas, atque adeo corruptiuæ formæ, quam habent.

10 Primo negā do priuatio nē ob deter minationē materiæ per vnam formam.

Resp. primo in materia dū est sub forma cœli non esse priuationem reliquarum, quia expletur tota potentia per formam Cœli, sed contra, tum quia forma Cœli, non est perfectior formis viuentium, sed hæ non explent potentiam ergo: vnde diximus in primi hys. potentiā ad formas ignorabiliores non posse expleri per formam nobiliorem, & ratio est, quia priuatio non tollitur à materia nisi per actum sibi oppositum, sed forma cœli nō prabet actu informationis, quos darent aliæ formæ, ergo non tollit priuationes illarum, neque per formam, quæ virtualiter cōtinet formā oppositā tollitur formaliter priuatio aliorū, quia non tollitur, nisi habeatur forma eo modo, quo materia est in potentia ad illam, vt habeat illam actualiter, & formaliter. Tum quia saltem materia inferiorum esset priuata forma cœlorum, quare poterit transmutari ad suspiciendam illā. Consequentia patet, quia hæc materia continet in potentia formam cœli; Ergo posset dari agens naturale educens talem formam de potentia materiæ, quia ille est educibilis, & finitis virtutis, neque eius appetitus posset satiari ex formis mixtorum, quia non continent virtualiter formas cœlorum, neque est simile de anima rationali, quia hæc non est educibilis, & ideo Deus, vt auctor naturæ supplet defectum agentis naturalis, cuius virtutem excedit vis creatiua, sed hæc forma est materialis, & finitæ virtutis, quare non videtur implicare dari agens naturale potens generare cœlum, atque adeo esset generabile. Confir. quia alias materia cœli non esset aptum subiectum generationis, hæc verò esset: ergo habent diuersas essentias. Hinc colligo definitionem traditam in primo phys. vt sit primum subiectum, &c. non conuenire omni materiæ, appellari tamen potest materia cœli, si intelligatur subiectum non generationis, sed formæ, & fieri, pro quacunque actione accipiatur.

Resp. 2. alij, in cœlo esse priuationem remotam, non proximam, quia eius forma non habet contrarium, vt neq; qualitates cœli. Sed contra, tum quia formæ, quæ communicant in materia possunt esse, successiuè in illa, cum materia sit in potentia ad formas, non est cur non possint recipi in illa, sed formæ, quæ possunt esse in eadem materia, habent oppositionem in qualitatibus dispositiuis, quia cuilibet formę datæ sunt qualitates, quibus possit disponere materiā pro sui introductione, qualitates autem huiusmodi necessariò debent esse contrariæ; tum secundo, quia frustra esset illa potentia respectu illarum formarum, nisi detur agens potens producere illas; Nam potentiæ passiuæ debet respondere actiua naturalis, quæ introducere possit dispositiones, & formam expelendo contrariam. Neque dicas. Quod sicut nunc materia cœli est in potentia ad formam cœli, & tamen non datur agens naturale potens illā producere, ita dicendum esset posita potentia in materia eiusdem rationis, Nam diuersa est ratio de potentia purè receptiua, quæ recipit sine vlla abiectione formæ incompos-

Sed contra, quia potē tia non satiatur nisi per formā formaliter oppositam priuationi.

Cœlum esset Generabile materialiter si haberet materiam eius de rationis.

Expugnatur secunda responsio ponens in materia cœli potentiā remotā, & negans proximam.

possibilis, vt subiectum recipit suas passiones, ac de materia passiua, quæ est in materia respiciente plures actus, & est potentia contradictionis: Nam hæc potest carere forma, quam habet; Atque adeo potest dari agens producens aliam formam, quia forma non expellitur, nisi introducantur alia. At potentia purè receptiua non potest carere forma, quā habet semel à Deo, & ideo non est necessarium, vt illi respondeat potentia actiua; materia autem cœli est solum in potentia receptiua, & non contradictionis. Vnde optime primo de Gen. 78. *quæ communicant in materia sunt ad inuicem transmutabilia*, & de longitudine, & breuitate vitæ cap. 2. *quæ habent materiam habere contrarium*. Tum tertio, quia saltem materia cœli poterit recipere qualitates corruptiuas, quæ sunt in inferioribus, vt calorem, siccitatem, &c. Vnde ex motu, & lumine, & igne proximo maximè calefieret: atque adeo posset esse ibi summa dispositio ad formam ignis, & tamen ibi non esset forma ignis, vel duæ formæ simul, vel forma cœli corrumpi deberet. Neque impeditur actio ex velocitate motus, sicut manus cito transiens per flammam non calefit, quia si manus maneret supra flammam, vt manet cœlum supra ignem, calefieret, etiam si cito per flammam moueretur; nunc autem non læditur, quia suo motu recedit à flamma.

*Cur manus cito mota per flammā non calefit.*

Confir. tertio Herueum quia posset cœlum generare ex hac materia aliud cœlum, quod esse falsum patet apud omnes. Consequentia probatur, quia ad hæc, vt ex aliqua materia possit aliquid fieri sufficit si sit in potentia non impedita ad formam, sed materia hæc quantum est ex se est in potentia, cum sit eiusdem rationis, & non impedita, quia cum sit ex se apta non potest impediri, nisi per aliquod sibi additum, quod sit à se inseparabile, & repugnans formæ cœli. Sed nullum tale est in materia, nisi quantitas, quæ non repugnat cœlo, à cæteris autem omnibus separatur, cum sit separabilis à forma substantiali. Et tum quia agens, vt calefaciat, non requirit, vt passum habeat contrariam qualitatem, sed sufficit si materia sit apta, & priuata calore; Dices materia cœli est incapax caloris, cum non sit mixta, & tamē superficies illius est in potentia passiua ad calorem: Ergo similiter potest esse in materia potentia passiua ad formam, licet aliunde sit impedita. Respon. superficiem esse ex se indifferentem ad recipiendum calorem, vel non, quod vero recipiat oritur ab extrinseco ex parte subiecti in quo est, quia scilicet est mixtum. Confir. quarto ex Banes, quia priuatio dicitur triplex ex D. Tho. p. p. q. 33. art. 4. ad secundum. Primo quando vna res non habet, quod alia apta sunt habere, etiā si ipsa non nata sit habere illud, vt lapis dicitur priuatus vita, quam nata sūt habere animalia. Secundo si non habet, quod natum est haberi ab alijs eiusdem generis, vt talpa dicitur priuata visu. Tertio quando non habet, quod natum est habere in se ipso secundum tempus, tale, locum, & cæteras circumstantias, vt ait D. Th. 2. d. 34. art. 2. & hæc dicitur propriè priuatio. Sed huiusmodi priuatio nunquam est in materia, quia tempus, quo debet habere formam, idest secundum exigentiam dispositionum semper illam habet. Neque dum habet vnam formam, vt sic dicitur posse recipere aliam. Quare priuatio, ex qua in materia oritur appetitus est ea, quæ caret forma, quam apta est habere absolutè, sed hæc ratio non multum vrget, vt facile consideranti patet.

Resp. tertio. Alij in materia existente sub forma cœli, non recipi huiusmodi qualitates quia forma cœli non permittit, vt in eam introducantur. Non enim reperitur agens naturale potens superare resistentiam formæ cœli.

Sed cōtra primo, quia hoc est dicere cęlum non esse intrinsecè, sed extrinsecè scilicet ob defectū agentis vigorosioris. Nam si hoc reperiretur corrumpi possit, quod posse à Deo corrumpi non est negandum, & si non esset ens naturale, posset esse agens aliquod habet virtutem supernaturalem qua posset producere in materia cœli aliquam qualitatem incompossibilem formæ cœli. Ad incorruptibilitatem autem intrinsecam requiritur, vt res sit naturaliter incapax talis qualitatis.

*Reijcitur tertia responsio dicensium nō corrumpi cœlum ex eo, quod habet potentiam resistiuā maiorē omnipotēsæ naturali actuum.*

Tum quia, vel impedit resistendo, vel quia est perfectionis rationis. Si primum, tunc posset crescere virtus alicuius corporis nobilissimi, vel plurisū, & superare resistentiam illam. Non secundum, quia forma hominis est nobilioris ordinis, & tamen non potest impedire. Vnde sicut homo subiacet his qualitatibus propter materiam, licet habeat nobilissimam formam, ita cœlum.

Tum quia licet inter agentia naturalia non reperiretur virtus adeo vigorosa, tamen Deus, vt auctor naturæ posset illius resistentiam superare, atque adeo positis debitis circumstantijs deberet agere, sicut Deus, vt auctor naturæ producit animam rationalem, quia inter creata agentia non reperitur aliquod tantæ actiuitatis.

Dices impediri ex modo huius formæ, nā licet anima rationalis sit perfectior quo ad entitatem, non tamen quo ad modum informandi. Sed contra, quia hinc optime colligitur distinctio materierum, nam si forma cœli est talis naturæ, vt satiet subiecti potentiam, vt nunquam relinquat in eo aptitudinem, neque capacitatem ad aliam formam. Ergo oportet, vt tali formæ detur materia proportionata, ita postulans illum actum, vt eo satietur, neque ad aliam ordinetur, debet enim potentia proportionari actui, & contra. Confir. quia materia inferiorum, & cœli habēt conditiones quasi repugnantes. Nam materia cœli requirit actus immutabiles. Hoc vero requirit de se mutabilitatem in substantia, quam componit, & ideo appetit continuam transmutationem substantialem. Nam hic est eius finis, vt scilicet sit subiectum aptum continuarum mutationum substantialium, ex virtute diuersarum formarum quasi

*Refutantur cōfugiētes ad modum actuandi.*

perfi-

perficiatur tum,quia esset cum perpetua resistentia,atque violentia,tum quia licet possit saluari incorruptibilitas ratione resistentiæ prædictæ,tamen melius,& facilius saluatur,vt per intrinsecam compositionem substantialem sit incapax impressionum peregrinarum,neque hæc incapacitas peregrinarum impressionum tribui potest modo informandi,quia si materia est capax, non apparet, qua ratione modus hic informandi possit impedire receptionem qualitatum peregrinarum; tum quia illa resistentia non est virtutis infinitæ,sed finitæ: Ergo tandem superari posset; vnde Arist. vt dixit, quæ transmutabilia sunt inter se habere communem materiam,ita quę sunt intransmutabilia carere illa communi.

Vtransmutabilia habēt communē materiā, ita illa carent intransmutabilia ex Arist.

Hinc patet solutio fundamenti oppositæ sententiæ,quod licet possit saluari incorruptibilitas ex inseparabilitate formę à materia, non enim hæc potest saluari posita materia eiusdem rationis. Confirmatur primo quia hæc melius nobilitat Cœlum, & saluat omnia melius, quæ Cœlo tribuuntur. Et confirmatur quia sicut diuersitas aliqua formarum pertinet ad perfectionem vniuersi,ita,& materierum.

Soluitur fundamentum oppositæ sententiæ. Diuersitas materiarū pertinet ad perfectionē vniuersi.

Confirm. tertio quia illæ materiæ specie inter se conueniunt, quæ easdem formas recipere possunt, quæ verò aliter se habent, specie differunt, quia materia constituitur per ordinem trascendentalem ad formas, sed materia sublunaris non potest recipere formam Cœli, nec materia Cœli formam sublunarem, vt patet ex mutua inter ipsos intransmutabilitate. Ergo.

Ratio à prio ri diuersitatis specificæ materiæ.

Ex quo fit materiam sublunarium esse vnius speciei, quia quælibet eius pars potest recipere quaslibet formas inferiores,vnde dicunt materiam inferiorum specificari à formis non spectatis in se præcisè,sed secundum modum informandi, qui in omnibus inferioribus est idem,vt aliqui dicunt. Verum mihi non satis placet, quia ea ratione omnes materiæ Cœlorum essent eiusdem rationis, quia omne habent eundem modū informandi inseparabiliter ob sit formæ.

Vnitas specifica materiæ non potest sumi ex modo informationis.

13 Materia cęlestis constitutiuum est potentia ad formam proportionatā.

Secunda concl. materia Cœli constituitur secundum essentiam per potentiam ad formam sibi proportionatam est Capr.in 2.d.12. q.1. art.3. ad 1. Hodofredi ex Bernardo de Gandauo.

Probatur,nam materia, vt est pars vnius compositi, est essentialiter potentia pura, quia si non esset potentia pura, sed includeret actum,scilicet formalem,non posset constituere vnam naturam, vt alibi ostendimus: Ergo materia Cœli debet includere rationem potentiæ puræ,quia est pars vnius compositi per se,sed hæc materia differt à materia elementari: Ergo debet differre per differentiam proportionatam generi; Cum igitur potentia in communi respiciat actum, differentia diuidens genus potentiæ debet sumi in ordine ad actus; atque adeo materia Cœli, vt distincta ab elementari debet distingui tum per potentiam,vt determinatam per respectum ad proprium actum, cuiusmodi est forma Cœli; sicut materia elementaris distinguitur à celesti per determinatum ordinem ad proprios actus,quos potest recipere, tum ex modo respiciendi actus proprios, nam cum materia Cœli sit determinata ad vnam formam, & elementaris sit indifferens ad plures, hinc fit, vt materia Cœli sit potentia ad actum coniunctum exclusa omni priuatione ad actus substantiales,contra verò materia elementaris, licet sit subiectum vnius formæ,quam habet, tamen semper est in potentia ad alias formas, quas non habet,& potest recipere, & ideo, cum forma, quam habet semper habet coniunctam priuationem, & appetitum aliarum formarum. Hinc etiam fit, vt potentia elementaris licet sit primario ad esse,idest ad actus formales, tamen secundario est ad non esse, quatenus vna forma est incompossibilis cum altera: hoc vero non conuenit potentiæ materiæ cœlestis,quia cum sit ad vnam formam determinata,est solum ad esse tam primario, quam secundario, tam per se quam per accidens.

Differentia inter cœlestem,& elementarem à quo vnde sumitur.

Dices, materia, vt est pura potentia,ex se non habet esse formale,seu actum,ergo ex se potest illo carere, atque adeo compositum ex illa potest esse corruptibile,

Resp.primo negādo consequentiam,nam inde sequeretur materiam elementarem posse carere omni forma, quia ex se nullam habet, similiter posse carere omni quantitate, quia ex se nullam habet; secundo sequeretur Cœlum posse carere densitate,raritate, transparentia,& lumine,quia ex sua essentia non habet hæc,ergo potest carere illis.

Resp.secundo prædicatum, quod non est essentiale,posse considerari primo in ordine ad potentiam supranaturalem, & ita rectè potest sequi rem posse carere prædicato, quod non est illi essentiale,quia illa potentia non astringitur regulis naturæ,secundo in ordine ad potentiam naturalem, & id non necessario sequitur, quia etiamsi prædicatum non sit essentiale, vt sunt passiones rerum, adhuc tamen non potest illo priuari per causas naturales ob necessariam connexionem extremorum,etiamsi non sit essentialis,

Prædicato accidentali res semper potest carere in ordine ad potentiā supernaturalē,non tamē in ordine ad naturalem.

Dices secundo,omne quod est in potentia ad esse, potest transmutari de esse ad nō esse, & de non esse ad esse, sed materia Cœli habet puram potentiam ad esse,ergo transmutari de non esse ad esse, & contra,maior probatur à Durand.in 2.d.12.q.1.tum quia motus est actus entis in potentia, tum quia potentia passiua ex 5.met,17.est principium transmutandi ab alio, vt sic, tum quia, cum de se non habeat esse, est indifferens ad non esse,& esse,quia,9. met.7. eadem est potentia contradictoriorum.

Resp,primo hic non appellari puram potentiam ad esse, quasi in se non habeat existentiam,sed dicitur pura puritate actus formalis;

Quæ dicatur pura potentia.

malis; quia nullum talem secundum se includit.

Potentia ad esse coniunctum inseparabiliter, & separabiliter.

Resp. secundo potentiam ad esse, posse accipi dupliciter, primo ad esse coniunctum, & de hac potentia negatur maior, secundo ad esse separatum, seu coniunctum cum priuatione, & ita conceditur maior, quia de illa intelliguntur probationes sumptæ ex definitione motus, potentiæ passiuæ, & potentiæ contradictoriorum, nam vniuersaliter patet illam esse falsam ex potentia essentiæ ad passiones, & materiæ ad quantitatem.

Dices tertio materia secundum se, est in pura potentia ergo non potest distingui in plures species, quia distinctio est per determinatas differentias, quæ non possunt conuenire puræ potentiæ.

Implicat esse primum subiectum & esse nihil

Resp. hoc argumentum procedere ex ignorantia terminorum, nō enim dicitur materia esse pura potentia, quasi in se nullam habeat entitatem, id enim implicat ex terminis, quod sit nihil, & sit primum subiectum, sed dicitur pura potentia respectu actus specifici prædicamentalis, quia non est quid, nec quantum, nec quale, & &c.

Pura potētia potest habere in se differentiā determinatiuam essentiæ, & distinctiuam ab actu.

Huic autem puræ potentiæ non repugnat determinatio antepraedicamentalis, nam necessario potentia in communi determinari debet, vsque ad indiuiduales differentias, vt recipere possit actus specificos prædicamentales, vt infra fusius explicabitur.

## ARTICVLVS QVARTVS.

### *An ex diuinis scripturis colligatur materiam Cœlorum esse eiusdem rationis cum elementari.*

SVnt qui asserunt materiam Cœlorum esse eiusdem rationis cum elementari ex auctoritate scripturæ, primo Genes. vbi initio dicitur creatum Cœlum, & terra, & nomine Cœli intelligi empyreum: probat ibi Molin. ex patribus, & eod. die creatas aquas patet ex sequentibus verbis. *Tenebræ erant super faciem abyssi, & spus Domini ferebatur super aquas*: Ergo hæc tria tantum corpora replebant spatium vniuersi, vnde aqua, & terra ad empyreum extendebantur, tum secundo die dicitur creatum firmamentum diuidens aquas ab aquis, vbi nomine firmamenti intelligi Cœlum patet, quia die quarta dicitur Deus posuisse luminaria in firmamento Cœli, & constat ex auctoritate Patrum, quos Molin. affert. At Cœlum factum ex materia aquæ inde patet, quia vel necessarium fuisset materiā illam annihilari, et est contra Patres dicentes nihil eorū quæ à Deo facta sunt fuisse annihilatum, & colligitur Eccl. 3. *Didici quod omnia corpora, quæ fecit Deus* scilicet immediate, *perseuerent in perpetuum*, vel condensari, & operteret, vel aquam sunt fuisse in innaturali statu, & tamen August. sæpè docet omnia fuisse producta, sicut ipsorum natura requirebat, vel nunc esse in innaturali statu, & est cōtra experintiam; tum quia forma innaturaliter existens aliquando reducit se ad pristinum, & connaturalem statum alias esset violenter, tum quia patet aquam verti in aerem cum rarefit quare hæc densitas est illi naturalis: confir. auctoritate Patrum quos citat Molina loc cit. & Conimb cap. 2. quæst. 5. ar. 1. Ambr. Basil. Chrisost. Lippon. Hyppolit. Seueriani, Theodoreti, Bedæ Iust. &c. qui ob id ponunt aquas supra Cœlum, vt temperetur calor syderum, sed ad hæc omnia.

Totum vniuersi spatiū repletū initio terra aqua, & empyreo.

Nomine firmamentum intelligitur cœlum sydereum.

Cœli facti ex materia aquea.

Amb. Basil. Christ Lip. Hypol. Seu. Theo. Bed. Iust.

Resp. Perer. in cap 1. Gen. in explicatione secundæ diei D. Thom. p. p. q. 6. art. 1. & 2. & 3. Auer. disp. 3. sect. 11. & opusc. de opibus sex dieruum Conimb. cap. 2. quæst. 6. sect. 5. qui legi possunt, nam multos, Patres afferunt qui contrarium docent, & multos ex dictis Patribus exponunt, ego resp. primo. ex scriptura nihil certi posse colligi, vt patet ex varia expositione patrum nam aliqui; primo affirmant ex cap. 1. Gen. *In principio creauit Deus Cœlum, & terram, terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi*. Vbi August. 12. Confess. cap. 7. nomine Cœli intelligit naturam Angelicam, & nomine terræ materiam primam, ex qua omnia sunt formata. Alij apud Damascenum lib. 2. fid cap. 6. & Theod. q. ijet 11. super Genes. et Basil. hom. 2. et 3. in Geo. Hilar. in psal. 122. *ibi ad te leuaui oculos meos* nomine Cœli intelligi Empyreum, nomine verò terræ materiam primam, ex qua omnia formata, et hanc sequitur. Abul. in Gen. ex cap. ij. *Omnipotens manus sua creauit orbem terrarum, ex materia inuisa*,

Auctoris primum dictum nihil ex scriptura certi colligi potest an materiæ cœlorum, & elementorum sint diuersæ rationis.

Nomine cœli intelligitur natura Angelica, vt nomine terræ materia prima.

At alij cōsentiūt in terra, sed nomine cæli intelligi empyreū

Alij 3. nomine terræ intelligūt elemētum terræ primo die creatum simul cum Cœlo empyreo, cum quibus etiam fuit creata aqua replens totum spatium, inter terram, et Cœlum Empyreum, quæ significatur nomine abyssi super quam erant tenebræ. Abyssus enim ex Basil. in Gen. et August. in psal. 14. est copiosa aqua, ad cuius fundum non facile penetrari potest. Vnde in scriptura subditur, *& Spiritus Domini ferebatur super aquas*; igitur Cœli sunt producti ex aqua, quæ replebat totum illud spatium, quod nunc replent Cœli, et aer, quod confirmatur ex disput. habita inter Petrum, et Simonem magum apud Clem. lib 1. recog. circa principium. Et ex verbis Petri 2 cap. vlt. *latet hoc volentes, quod Cœli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens verbo Dei*, confirmatur nam apud Hebræos Cœli dicuntur samaim, quod verbum secundum Hyer. Epist. 83. ad Oceanum, sumptum est ex aquis;

Alij primo die creatum elementum terræ, & aquæ, ac empyreum. Quid Abyssus.

Alij 4. tamen dicunt illud corpus non fuisse proprie elementum aquæ, sed aqueam materiam quasi vaporem quendam, ac nebulam iuxta illud Eccl. 24. *sicut nebula texi omnem terram*, et Iob, *cum ponerem nubem vestimentum*.

Nomine aquæ intelligitur vapor aqueus.

Quæ sententia confirm. quia secundum scripturam super firmamentum, idest Cœlum stellatum sunt veræ aquæ Genes. primo *fiat firmamentum in medio aquarum, &c.*

Et

Et pſalm. 103. & 140. & in Cant. trium puerorum apud Danielem dicuntur ſupra cœlos eſſe aquæ. Hoc autem non poteſt intelligi, niſi, quod cœli ſint ex materia aquea.

Denique confir. quia cœli Iſa. 51. & 65. & 2. Petri vltim. dicuntur cœli corrumpendi, comburendi, & transformandi in meliorem ſubſtantiam, quare, vt in omni opinione ſoluatur argumentum. Reſp. ſecundo hoc argumentum non habere vim de cœlo empyreo, quia apud omnes conſtat fuiſſe creatum primo die, nec erit igne comburendum, nec innouandum: De alijs vero ſyderijbus neque habet vim ſecundum eos, qui dicunt fuiſſe etiam creatos primo die, vt colligitur Pſal. 101. *Opera manuum tuarum ſunt cœli*. Vnde quod dicitur de firmamento, in quo poſita ſunt ſol, & luna, & ſtellæ, vel non intelligitur de creatione quoad ſubſtantiam, ſed quoad quædam munera accidentalia, vel intelligitur de corpore intermedio, vt includit cœlos, & aerem, de qua re lege Hier. ep. 39. ad Cyprian. Et Baſil. Hom. 2. Examer. Vnde probabile eſt nomine cœli à Moyſi fuiſſe compræhenſa omnia corpora ſuperiora, vſq; ad aerem incluſiuè, qui etiam dicitur cœlum Pſal. 103. Nec obſtat, quod firmamentũ fuerit vocatum cœlum, nam potuit aer prius creari, & deindè nomen imponi, ſicut terra fuit prius creata, tum nomen impoſitum, ibi *congregationes aquarum vocauit Maria, aridam vero terram.* Vnde patet ſpatium à ſuperficie terræ ad cœlum empyreum incluſiuè non fuiſſe plenum aquis elementaribus, tum quia nomine cœli intelliguntur omnia corpora ab empyreo vſque ad aerem, tum quia nomine *Spiritus, qui ferebatur ſuper aquas*; intelligitur aer ex multis patribus apud Lippomanum; tum quia ſecundum communem patrum, & theologorum, vt nomine terræ intelliguntur quatuor elementa, ita nomine cœli tota pars mundi ſuperior, quæ omnia Moyſes explicauit nomine extremorum: Et licet Auguſtinus nomine terræ intelligat materiam primam, tamen nõ dicit omnia fuiſſe creata ex eadem materia, ſed fuiſſe creata ex aliqua materia informè, quæ tamen Auguſtini expoſitio, licet ſit contraria communi patrum ex Tertul. cap. 1. contra Hermogenem, tamen ne fauere videatur Hereticis negantibus productionem materiæ, ex qua orbis eſt creatus, debet intelligi de prioritate non temporis; ſed naturæ, nec de materiali cauſa reſpectu creationis; ſed reſpectu rerum creatarum, quarum eſt pars, ſicut etiam explicantur verba ſapientiæ 11. de creatione orbis ex materia inuiſa, quaſi dicat: Manus tua creauit orbem terrarum conſtantem ex materia; quæ ſecundũ ſe eſt informis, nihil tamẽ dicitur an ſit vnius ſpeciei, vel diuerſæ, vel locus ille, non intelligitur de prima rerum creatione ex nihilo; ſed de diſpoſitione, ornatu, & diſtinctione rerum prout hunc conſtituit mundum, creatio enim ſæpe ſignificat quamcunque productionem, vt patet ex textu græco, & nomine materiæ inuiſæ, ſeu informis non ſignificatur materia prima, quia eſſet de fide illam dari, ſed corpora ſimplicia, ſicut lapides dicuntur materia domus, & dicitur inuiſa, quia nõ dum erat lux neceſſaria ad viſibilitatem, & dicitur informis ob carentiam perfectionum accidentalium, motus, & diſpoſitionis, quod ſi velint loqui de informitate ſubſtantiali debet intelligi in ordine ad formas mixtorum, ſicut Paulus ad Hebreos 11. dixit. *Verbo Dei aptata eſſe ſecula*, ideſt diſpoſitum hunc mundum, neque locus Petri eſt ad rem tum, quia ibi non loquitur de cœlo ſydereo, ſed aereum, quia ibi non dicitur de cœlo, ſed de terra conſiſtere de aqua, & per aquã, non quidem quoad ſubſtantiam, ſed quoad ſtatum accidentalem habitationis, & fructificationis, quod autem nomen habeant idem ſignificans cœlum, & aquas, & quod firmamentum dicatur creatum in medio aquarum, vt illas diuidat, dixi ſupra, & infra fuſius.

Auctoris 2. dictum.

Quomodo firmamentũ dicitur factum 4. die.

Spatium à terra ad empyreum nõ fuit plenum aquis elementaribus

D. Auguſt. opinio explicatur.

Explicatur locus ſap. 11

Nomen materiæ inuiſæ ſignificat non materiam purã ſed corpora ſimplicia & cur dicatur inuiſa, et informis.

Explicatur locus d. Pet.

Reſp. 3. minus probabilem eſſe ſententiam dicentiũ cœlos ſydereos factos eſſe ex aqueo vapore, quia non dicitur in ſcriptura fuiſſe vaporem aqueum creatum præter aquam. ſecundo, quia eſſet aliquod mixtum imperfectum, irrationabile autem videtur, vt mixta fuerint ante corpora ſimplicia, neque ex antiquis patribus illam expoſitionem aliquis approbat.

Auctoris 3. dictũ negãs cœlos ſydereos factos ex vapore Aqueo.

Vnde ad locum Eccleſ. 24. ſicut nebula, &c. Reſp. primo ibi ſignificari nomine nebulæ metaphoricè potentiam, & maieſtatem diuinam, nam Deus aliquando exhibuit præſentiam ſuam in ſpecie nebulæ.

Explicatur locus eccl. 24.

Reſpon. ſecundo, ſapientia dicitur tegere omnem terram non formaliter, ſed effectiuè, quia ſicut nebula tegit partem terræ, ſic cœlum totam terram, & loqui de textione, per cœlum patet ex præcedentibus verbis: *Ego feci in cœlis lumen indeficiens, & ſicut nebula, &c.*

Ad locum Iob 38. ibi commendatur Dei omnipotentia, per quam tertio die congregatæ ſunt aquæ, & nomine nubis, & caliginis intelligit idem, quod nomine tenebrarum, quæ erant ſuper faciem abyſſi.

Explicatur locus Iob. 38.

Ex quo loco aliqui inferunt ſuper aquam fuiſſe aliquam denſiſſimam nubem, quæ erat cauſa tenebrarum, & ſitam iuxta aquas, quod licet concederetur aduerſarijs, non erat neceſſarium fuiſſe extenſam vſque ad cœlum empyreum.

Sed melius dicitur nomine nubis, & caliginis intelligi aerem caliginoſum, & tenebroſum, qui aquam circundabat.

Dices, quæ erat cauſa tenebrarum? Reſp. carentiam luminis potuiſſe oriri, vel quia Deus in primo inſtanti non indidit lucem Soli, vel quia non concurrit cum illo ad illuminandum, vel quia aer ille erat adeo caliginoſus, vt impediuerit luminis tranſmiſſionem, & productionem ſua opacitate.

Quomodo erant tenebræ ſuper faciem abyſſi.

Ad diuiſionem aquarum ab aquis per firmamentum fuit. Reſp. Perer. lib. 1. in Geneſ.

Quid de diuiſione aquarũ ab aquis per firmamẽtũ opinio, Pererij.

in explicatione secundæ diei, & omissis aliorum sententijs respondet nomine firmamenti, accipi totum corpus cœleste, vsque ad aereum inclusiuè, cui ratione diuersorum partium diuersa tribuuntur: Nam ratione corporum cœlestium superiorum tribuuntur stellæ, quas Deus dicitur posuisse in firmamento cœli, ratione vero aeris tribuitur diuisio aquarum ab aquis, quia infima regio aeris diuidit aquas, quæ sunt supra terras ab aquis pluuialibus, quæ sunt in media regione aeris, & ratione huius cœli aerei, dicuntur aquæ esse supra cœlos, neque est nouum, aerem appellari cœlum, vt dixi supra.

Dices Genes. 2. condito iam paradiso, dicitur, quod nondum plueret Dominus super terram, ergo neque erat aqua pluuialis, atque adeo non potuerunt secunda die diuidi à terrestribus.

Diuisio facta non realiter, sed per designationem regionum.

Respon. aliqui diuisionem illam intelligi, quoad designationem tum mediæ Regionis, in qua erant futuræ pluuiales aquæ, tum designationem infimæ regionis, & intermediæ inter terram, & mediam regionem aeris.

Sed non placet, quia scriptura ait fuisse factam diuisionem aquarum, & non loci, in quo erant futuræ aquæ. Quare Resp. ex loco illo non colligi in media regione aeris non fuisse vapores aqueos, quia non statim ac ibi sunt, resoluuntur in aquas, nam requiritur certa quædam condensatio, quæ in tempore fit, vnde in ea regione semper sunt vapores, & tamen non semper pluit, quod significat Iob 26. illis verbis, *qui ligat aquam cum nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.*

Resp. secundo, diuisionem illam factam per firmamentum non tanquam per corpus mediū inter duo extrema corpora aquea, sed tanquam extremum corpus, quod diuiditur ab aquis elementaribus, & dicitur diuidere aquas ab aquis, vt lux diuidit à tenebris, & dicitur fiat firmamentum, quia corpus illud q appellat aquas, ob similitudinem cū aquis quoad transparentiam, & apparentiam coelorum, factum est magis consistens cum prius esset minus solidum, & aliquo modo fluidū.

Refertur tota opinio Tanneri.

De qua re vide Tannerum p.p. disp. 6. q. 3. dub. 1. vbi relatis varijs opinionibus de firmamento, & aquis superioribus, & inferioribus, primo docet aquas superiores, & inferiores non significare angelos bonos, & malos Cōtra originē secūdo docet nomine firmamenti non intelligi aerem intermedium inter aquas terrestres, seu inferiores, & nubes, quæ sunt in media regione aeris, quæ dicuntur aquæ superiores, vt fusè probat ex scriptura, & patribus, vnde Martinengus oppositam sententiam existimat non satis tutam, & Molina apertè esse falsam. Tertio docet per aquas superiores non intelligi vaporosum aerem mediæ regionis, etiam si nomine firmamenti significentur non solum aer, sed omnia corpora vsque ad sydera inclusiuè contra Pererium, & Gregorium de Valentia. Quarto nomine firmamenti intelligi corpus aliquod cæleste solidum totam terram ambiens, nec solum continens octauam sphæram, sed etiam cœlos sydereos, & empyreum, secundum partem sui infimam, vt fusè probat. Quinto docet per aquas superiores non intelligi aquam christallinam, quia esset solidum corpus, atque adeo non indigeret diuisione, neque intelligi aquas elementares, siue liquidas, siue concretas, ex D. Thom. & alijs scholasticis apud Carthusianum, quia ibi essent contra naturam suam, & sine vllo vsu, cum omnis vsus, qui illis tribuitur sit absurdus, vt ostendit Guglielmus Parisiensis p.p. de vniuerso cap. 39. neque dicatur ibi haberi vsum, sed à nobis ignorari, quia non est philosophicum aliquid asserere sine aliqua ratione, præsertim quando apparet esse contra naturam rei, & contra decentem ordinem vniuersi, vt essent aquæ corruptibiles supra corpora in corruptibilia, vt notauit Bonau. in 2. di st. 14.

Aquæ superiores non sunt aquæ christallinæ neque elementares.

Sexto per aquas inferiores diuisas per firmamentum à superioribus, intelligi omne corpus simplex diaphanum sublunare, quia omnia illa continentur sub firmamento, & omnia nominantur nomine aquæ, quia hæc magis apparet, quam aer, & ignis, vt notat D. Thom. p.p. q. 68. ar. 3. ad 3.

Aquæ inferiores appellat omne corpus simplex diaphanum sublunare.

Septimo docet per aquas superiores probabiliter intelligi corpus cæleste diaphanum, liquidum, & spirabile beatorum habitationi destinatū ex Parisie. loc. cit. qui fusè, & praclare hanc rem explicat: Hoc autem corpus nu. 45. Tanerus docet nec esse supra cœlum empyreum, nec infra, sed in medio ex Lessio lib. 3. de summo bono cap. 8. Vnde reprahendit Parisiensem dicentem esse infra, & Anonimum apud Bedam esse supra cœlum empyreum.

Aquæ superiores dicitur corpus liquidū in traempyreo.

Ex quo patet in scriptura nomine aquæ fuisse significata omnia corpora liquida, & perspicua, quæ sunt supra terram ad empyreum, & cum dixit scriptura fiat firmamentum in medio aquarum, intelligitur, quod fuerit factum firmamentum ex corpore æthereo diuersæ rationis à corpore elementari.

Omnia corpora liquida, & perspicua dici apud scripturā aquas.

Objicies vti æquiuocatione in eodem contextu est vitiū reprahensione dignum, at si nomen aquæ significaret, & corpora elementaria, & cælestia, vteretur scriptura æquiuoce nomine aquæ in eodem contextu: Ergo. Resp. ex D. Thom. cit. ibi nullam esse æquiuocationem, nam nomen aquæ primo fuit impositum ad significandum corpus simplex, diaphanum, & liquidum, sicuti animal significat naturam sentitiuam, Vti autem nomine significante naturam vniuersalem primario ad explicandas species contentas sub genere non est vti æquiuocatione, sed vti nomine confusè significante species, quæ deinde determinate intelliguntur significatæ illo nomine iuxta varias circunstantias.

Non fuisse scripturam vsam nomine aquæ æquiuoce, & cur.

Resp. secundo, etiam si vteretur æquiuocatione, non esset reprahensione digna, quando nomen vsurpatur cum sufficienti declaratione, vnde cum dicitur, *Spiritus Domini ferebatur super aquas* ibi significatur omne corpus simplex diaphanum liquidum, quia non

Non est vitium vti nomine æquiuoco cū sufficiente declaratione.

non dum erat facta discretio aquarum, cum vero dicitur fieri firmamentum, &c. vt ibi, significatur discretio aquarum, ita intelligitur varia significatio nominis: Cum dicitur congregantur aquæ, *in vnam locum apertè, ibi determinantur, illis verbis, quæ sub cœlo sunt*, præsertim hoc admitti debet, quia in omnium opinione talis aliqua æquiuocatio admitti debet: Nam aliqui per aquas superiores intelligunt mediam aeris regionem cōtinentem, non solum vapores, sed nubem, & exalationes distinctas essentialiter ab elementari, quam vocat aquas inferiores: Alij verò nomine firmamenti intelligentes cœlum solidum, nomine aquæ non solum significant elementarem aquam, quæ est super cœlos, sed etiam ignem, & aerem, & aquas inferiores elementares, quia ab his omnibus firmamētū aquas super oresdiuidit, deinde eadē æqui vocatio est in nomine cœli, quod significat sydereos, empyreum aerem, & similia ex quibus omnibus apparet, non posse ex scriptura sumi efficax argumentum ad probandum cœlos factos ex aqua elementari.

## ARTICVLVS QVINTVS.

*Afferuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.*

Incorruptibilitas ex defectu causę effectiuę.

PRimo obijcitur, quia incorruptibile illud est ex natura sua, quod ex natura sua caret aliquo requisito ad corruptionem, sed si ponatur, formæ cœli nihil esse contrarium, neque posse esse naturaliter, deest aliquod requisitum ad corruptionem. Ergo maior patet, quia quando effectus requirit plura, si vnum deest impossibile est poni in esse, sed corruptibilitas requirit causam efficientem. Ergo si hæc deest, &c.

Vbi est materia elementaris non potest esse carentia cōtrarij.

Resp. Si materia esset eiusdem rationis necessario daretur agens potens corrumpere illam formā, quia necessario darentur agentia, quæ possent disponere vltimatè materiam illam pro ipsorum formis, & cum materia non sit capax duarum formarum substantialium, non potest esse capax dispositionum diuersarum proximarum ad duas formas, quia alioqui, vel daretur dispositio vltima sine sua forma proportionata, vel daretur forma substantialis sine propria dispositione, vel materia sub duabus qualitatibus in summo gradu, vt facilè patet consideranti. Respond. secundo, hanc incorruptibilitatem non esse à principio intrinseco, sed ab extrinseco, vt patebit ex dicendis de cœli incorruptibilitate.

Incorruptibilitas ex defectu cōtrarij est extrinseca.

obiectio ex efficiente, & fine.

Secundo obijcitur ex Scoto, sicut non dantur duo vltimi fines neque duo prima principia, ita neque duo prima subiecta, nam in vno quoque genere causæ est deuenire ad vnam primam causam 2. Met. 5. & 7. Confirmatur, quia non haberent, in quo distinguerentur, quia omnis distinctio est ab actu 7. met. 49. vnde in pura potentia nulla est distinctio. Confir. ex Zab. cap. 4. quia Aristot. tam in primo Phys. quam in primo de cœlo vbi agit de natura cœli, nō agnouit hanc materiam, immo ibi negat habere materiam.

Resp. primo negando consequentiam, quia non rectè colligitur argumentum a causis extrinsecis ad intrinsecas, quia hæ variantur pro varietate rerum, illæ autem non item. Vnde Deus vnus existēs potuit omnia creata efficere, & ad se vt finem vltimum ordinare, at nō potest omnibus tribuere eandem formam salua earum distinctione. Vnde, quia voluit res quasdam diuersas esse in tota sua entitate corporali, quod dicitur differre genere physico, ideo necessario illis dedit diuersam naturam. Hinc patet non esse deueniendum ad vna causam intrinsecam, quia tolleretur diuersitas entium, & ideo plures formæ necessario fuerunt ponendæ, & secundum variam rationem formarum etiam varia materiæ iuxta exigentiam formarum.

Non esse ea dem ratio causarum extrinsecarum, & intrinsecarum.

Res. Achill. lib. pet. 2. de Orb. d. 1. vt forma est genus analogū, quod reducitur ad formā abstractam, tanquam principale analogatum, ita materia reducitur ad materiam in actu præcipuè primi cæli stellati, & hæc est resolutio, quia imperfectiora resoluuntur in perfectiora 12. met. 25. & hinc fit, vt verum sit, in genere materiæ dari vnam primā quę sit vt metrum aliarum scilicet materiam cœli supremi.

Materiæ distinguuntur extrinsece per terminos adæquatos, intrinsecè per habitudinem.

Ad Confir. respondet D. Tho. primo cœl. lect. 6. penes diuersum ordinem ad diuersas formas distinguūntur materiæ, quare extrinsecè terminatiue, vel tanquam per finem vt ait Heru. distinguentur per formas, intrinsece vero per suas proprias entitates, & essentias, vel aliquo gradu metaphysico, qui consistit in habitudine ad formā a Heru. ad primū, distinctionē compositorum specificā esse ab actu, vt supra diximus. Dices ergo dantur duo entia remotissima à primo ante scilicet materiam cœli, & inferorum.

Resp. Hinc potius deberet sequi Dari xr. entia remotissima, nam præter has materias sunt nouem genera accidentiam, quorum quodlibet est ignob lius materia, cum hæ sit substantia, quare primo, dico non esse absurdum ea dari, nam ab vno perfecto, & primo oriri possunt plura imperfectissima, vt ab anima multæ potentiæ, à sole multi radij. Res. secundo, negando consequentiam, quia vnum esset ens remotissimum à primo ante. Nam remotio à primo ente sumitur ex ignobilitate, quare cum vna sit altera ignobilior, hæc erit remotissima, quæ est omnium materiarum ignobilissima.

Ad tertium patet ex dictis supra quid senserit Aristoteles.

Tertio obie ctio ex nobilitate animæ.

Tertio obijcitur si constituenda est diuersitas, id maximè propter cœlestis formæ nobilitatem, sed nobilior est forma hominis, cuius sedes futuri sunt cœli ex Scal. exerc. 61. num. 1.

Cur cœlū exigit diuersam materiam ab homine.

Resp. causam præcipuam esse, vt saluetur incorruptibilitas cœli, & modus informandi illius formæ requirit subiectum diuersæ rationis, homo enim necessariò ex hac materia debuit fabricari, quia ad suas functiones exercendas

N 3

cendas indigebat corpore mixto ex elementis, atque adeo corruptibile.

Dices ex Heru. forma cœli magis conuenit cum formis inferiorum; cum pendeant à materia, quam hæ formæ cum anima rationali, sed anima rationalis est in eadem materia cum his inferioribus: Ergo. *Resp.* ex Heru. ad secundum, esse maiorem conuenientiam quantum ad dependentiam à subiecto, non tamen quantum ad modum informandi, atq; adeo quantũ ad subiectum, vt accidentia in mente Angeli magis conueniunt cum formis inferiorum, quam cum anima rationali ratione dependentiæ, non tamen ratione subiecti.

Quarto obijcitur, quia ratio corporeitatis, & quantitatis est eadem inferioribus, & superioribus: Ergo etiam materia quam consequitur corporeitas, & quantitas.

*Respon.* rationem genericam substantialis corporeitatis esse eandem, non tamen secundum speciem, vnde materiæ conueniunt in genere: de quantitate autem infra, nam sic est eadem specie dicendum, consequi gradum genericum materiæ, & non materiam specificam, vt sic, si autem est diuersæ speciei consequi posset gradum specificum.

Cur ex identitate quantitatis non sequitur identitas materiæ, sicut ex identitate motus.

Dices ex Her. quantitas est magis propinqua materiæ, & substantiæ compositæ, quam motus, sed ex diuersitate motus Arist. colligit diuersitatem materiæ: Ergo magis ex identitate quantitatis potest colligi identitas materiæ.

*Resp.* licet quantitas sit propinquior, tamen diuersitas quantitatis non est apta sequi diuersitatem materiæ, sicut diuersitas motus sequitur diuersitatem formarum, quia motus sequitur qualitates secundũ quas sumitur diuersitas formarum, atque adeo substantiæ.

5. Ex Mercen. Omnis potentia passiua est contradictionis 9. met. 7. quia est transmutabilis ab hoc in hoc, sed potentia materiæ est passiua, ergo de se est potentia ad esse, & non esse, quare eiusdem rationis eam hac materia.

Confir. secundo, de Genes. 6. *Nos autem dicimus vnam esse materiam corporum sensibilium*, & ibidem te. 3. *impossibile est sine contrarietate esse hoc corpus sensibile*, sed cœlum est sensibile 1. cœl. 92. *Resp.* Auer. 2. Phys. com. 48. explicando illam propositionem de ijs potẽtijs passiuis, quę sunt indifferentes ad actus contrarios, neque habet locum in potentijs, quæ sunt determinatæ ad alteram partem, sed hoc petit principium. Ideo 9. met. 17. intelligit de potentia ad esse accidentale, non ad esse substantiale, sed etiam potest habere instantiam, nam materia cœli non potest separari à quantitate.

Omnis potentia passiua est contradictionis quomodo ex Auer. intelligatur.

*Resp.* primo Caie. de ante cap. 7. d 6. illam intelligit de potentia passiua, & receptiua simul, non de potentia receptiua tantum. Vocat potentiam receptiuam tantum illam, quæ potest esse sub actu, non tamen potest illum de nouo recipere, & ideo proprie non est passiua. Passiuam verò, & receptiuam simul appellat, quæ potest esse sub actu, & illam de nouo recipere, quare materia cœli cum sit receptiua tantum, non est contradictionis, cui illud videtur obstare, quod redit maximam illam quasi ridiculam, nam esset dicere potentia, quæ potest de nouo actus recipere, potest carere illis, quod ex terminis euidens, quia actus non recipitur de nouo, nisi in materia priuata, sed tamen expositio vera est, & conformis Arist. Nam cœlum habet potentiam ad recipiendam quantitatem, & non ad carentiam illius, & similiter secundum Aristotelem est in potentia ad motum, quo nunquam carere poterit, sensus igitur est), quod potentia passiua de se nude sumpta est indifferens ad contrarios, vel cõtradictorios actus, non tamen omnis potentia receptiua vnius actus est receptiua alterius.

Quomodo ex Cai. explicanda.

Ad confir. *Resp.* Auer. intelligere per sensibile, obiectum tangibile, nam omne tale est informatum qualitatibus alteratiuis, & huiusmodi est generabile secundum substantiam, quo sensu secundo ani. t. 117. qualitates sensibiles dicũtur differentiæ corporis, vt sic, scilicet vt generabile est.

Sexto obijcitur si singulis orbis respondet materiæ diuersæ rationis, nõ posset Deus efficere duos orbes eiusdem speciei, quia materia debet esse proportionata formæ.

Confir. primo, quia si essent diuersæ speciei tunc vna esset nobilior alia, quia species differunt sicut numeri, at cum materia sit ens ignobilissimum, nõ potest in ea esse distinctio nobilitatis.

Confir. secundo, quia si diuersitas materiæ ponitur, vt saluetur incorruptibilitas cœlorum, sequeretur orbium diuersorum esse diuersas materias, quia alioqui vnus orbis esset in potentia ad formam alterius, at videtur absurdum cum tanta materiæ simplicitate, & imperfectione, ponere tantam diuersitatem.

*Resp.* negando consequen., quia sicut potest producere plures formas eiusdem speciei, ita & materias plures eiusdem speciei vnde sequeretur esse duos orbes eiusdem speciei. Dices sicut materia secundũ speciem est determinata ad formam vnius speciei, ita hæc numero materia ad hanc numero formam, vnde non posset recipere aliam numero formam, etiam si esset eiusdem speciei.

*Res.* primo negando hanc numero materiã esse determinatã ad hanc numero formã, quia quælibet portio materiæ est receptiua omnium formarum eiusdem speciei, vt dictum est de materia elementari. Neque tamen hinc sequitur cœlorum corruptibilitas, quia natura non corrumpit vnum indiuiduum, vt producat aliud eiusdem speciei, quia omnis corruptio formarum sequitur ex defectu dispositionum, quæ corrumpuntur a contrarijs.

Materia et se non est determinata ad hanc numero formã, sed quælibet portio recipit omnes formas eiusdẽ speciei.

Ad 1. confir. *Resp.* ex dicendis, has materias se inuicem excedere secundũ perfectionem vna tamen est simpliciter nobilior alia, neque id est absurdum, etiam in simplicissima materiæ essentia, vt alibi dixi.

Ad

Ad 2. Resp. dub. seq. vbi ostendemus quādo materiæ orbium sunt diuersæ speciei, & quando eiusdem.

## DVBITATIO II.

*An materiæ diuersorum cœlorum distinguantur specie.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

Potentia pure receptiua, et passiua.

PRimo notandum, potentia materiæ duplex esse quædam purè receptiua, quæ scilicet recipit formam sine vlla passione, aut actione media. Alia receptiua, & passiua simul, quæ scilicet recipit formam media passione, & actione, & hæc est ad formam secundum genus, & dicitur potentia contradictionis. Modo in cœlo est potentia purè receptiua, quia non recipit formam media passione, vt luna est in potentia ad figuram sphericam, non tamen in potentia contradictionis, quia est tantum illius receptiua.

Dices potentia secundum se est indifferens ad actum, & negationem actus: Ergo potest esse sine actu.

Sed respondeo negando consequentiam, quia licet ex se non habeat actum, non tamen ex se habet non actum, qui sic non posset illum habere, etiam ab alio; nec ex se, seu essentialiter vēdicat sibi actum, quia non potest illo carere.

Qualis sit indifferētia potentię ad actus.

Sed contra potentia indifferens ad duo æqualiter respicit illa duo extrema, alioqui non esset indifferens, sed potentia hæc respicit actum; Ergo etiam, & negationem, ergo est potentia contradictionis, quia potentia contradictionis dicitur, cui ex se non repugnat esse sub extremis contradictorijs.

Resp. negando materiam esse atque indifferentem ad actum, & negationem, quia licet respiciat vtrāq; partē contradictionis inæqualiter tamen illā respicit, quia ad actum habet inclinationem; non autem ad negationem actus, nisi per accidens, quatenus negatio illa est coniuncta cum alio actu, ad quem materia habet inclinationem.

Secundo notandum cum Arist. ait 9. met. omnem potentiam esse potentiam contradictionis, loquitur de potentia, vt potentia, non autem de potentia, vt est sub actu, quia vt sic non manet potentia, vt potentia 9. met. 17. vbi negatur in cœlo esse potentiam ad motum, quia semper est sub motu, potentia enim, vt potentia dicit negationem actus ad quem est in potentia.

Potentianō manet vt potētia, dū est sub actu.

Tertio Not. quidditatē materiæ ex Caiet. consistere in substantiali potentia ad formā, hoc autem contingit dupliciter, primo ad formā secundū genus adæquate. secundo ad formam secundum speciem, qui duo modi potentiarum differant, quod prima est per se ad plures formas specie, quæ sunt sub genere, at secunda non est ad plura, nisi per accidens, scilicet indiuidua, in quæ species est multiplicabilis, quæ non pertinet ad artem; Hinc est altera differentia, quod prima habet annexā priuationem, non tamen secunda quia prima dum habet vnum actum, est in potentia ad alium, at secunda dum habet actum, non esse in potentia ad alium, nec habet alterius priuationem. Hinc tertio fit vt prima sit causa corruptionis per accidens, at secunda neque per se, neque per accidens nam corruptio oritur ex appetitu materiæ, at nulla res appetit negationem, vel malum, nisi quia appetit aliud bonum, cui est annexum malum, vt ligni materia appetendo calorem, appetit corruptionem formæ ligni.

potentia ad formā est secundum genus & secū dum speciē & earum distinctio.

Quarto Not. materiam cœlorum non esse ad formam cœlestem in cōmuni, & in genere tanquā ad actum adæquatum, quia sic esset perse ad plura, & haberet priuationem, & causa esset corruptionis ab intrinseco, vt contigit in rebus inferioribus, sed materia lunæ est per se ad formam lunæ, vt solis ad solem, & sic de alijs dicendum. Hinc infert Caiet. vt dicitur materia cœli non, significatur aliqua vna materia, sed quoddam analogum omnibus materijs corporum cælestium. Hinc patet totam difficultatem oriri in hac quæstione ex incorruptibilitate intrinseca cœli, quæ supponitur. Dicitur corruptibile ab intrinseco, quia constituitur per aliquod intrinsecum principium tendens siue primario siue secundario ad corruptionem, quod est quando tendit ad formam incompossibilem illi, quam habet, nam hinc sequitur corruptio formæ habitæ, vnde incorruptibile ab intrinseco dicitur, quod caret hoc principio, vt supra.

Qualis potentia materiæ cœlestis

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium materias cœlorum non distingui specie, neque tamen esse cœlos corruptibiles, quia carent principijs actiuis, quibus disponantur ad generationem alterius formæ, quam habent incompossibilem, vt carent principijs ad sui generationem. Ita Cap. 2. d. 2. q. 3. & d. 12. q. 1. ad 2. Dur. conc. 2. concl. ibid. Hisp. Sonc. 10. met. q. 10. Iauel. 8. met. q. 16. Ric. 2. d. 12.

Fundamentum, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, cum igitur saluari posit multitudo cœlestium corporum cum vnitate materiæ, non est cur multiplicetur, minor patet, quiā si quod obstaret vnitati illius esset incorruptibilitas cœlorum, quæ stare non potest cum vnitate materiæ, sed hæc saluatur ex natura cœlorum carente viribus ad producendum cœlum ex defectu actiuitatis, nam sicut maxima perfectio Angelica facit, vt non subdatur actiuitati agentis naturalis, etiam spiritualis, ita maxima perfectio cœlorum faciet, vt non subdatur actiuitati agentis alicuius corporei, neque illa dicatur incorruptibilitas ab extrinieco, quia ab intrinseco oritur carentia talis passiuæ productionis, vt ab intrinseco materiæ oritur vt nequeat recipere formam incompossibilē illi,

illi quã habet, nã quãdo plura requirũtur ad effectũ, si vnum eorum desit effectus ille est improducibilis. confi. quia sicut omnium inferiorum est eadem materia, ita debet poni vna omnium superiorum.

Materias diuersorũ cœlorum est diuersa rationis.

Secunda opinio esse dicentium cœlorum omnium esse materias diuersæ rationis ita Alb. tr. de quatuor Cœuis q. 2 ar. 6. Caie. q. 68. art. 2. vbi Bagnes, & alij. Durand. 2. d. 12. q. 1. Achill. 1. de orb. dub. 2. ex recentioribus Conimb. 1 cœl. cap. 2. q. 6. art. 2. Suar. disp. 13. sect. 11. Ruccius q. 8.

Siue sint totales, siue partiales.

Inter hos autem est dissentio nam aliqui agnoscunt hanc diuersitatem inter cœlos tum totales, tum partiales, vt sunt essentiali, concentrici tum inter orbem, & astra eiusdem cœli.

Negãtibus inter partiales.

Alij vero dicunt hanc diuersitatem inter cœlos totales; non autem inter partiales, & inter orbem, & astra, quod inter illa nulla sit diuersitas, nisi secundum maiorem, vel minorem grossitiem corporum, inter hæc autem solum quoad diuersitatem, & raritatem.

Quot sunt formę distinctæ specie tot diuersæ rationis, materia.

Tertia opinio est dicentium cum materiæ diuersitas sumatur ex formis, quas respiciunt, & formæ cœlestes specie distinguantur, etiam materiæ sunt diuersę speciei, ac vbi solum numero formæ distinguuntur, materiæ sunt eiusdem rationis, etiam si sit aliqua diuersitas inter accidentia.

## ARTICVLVS TERTIVS.
### *Opinio Authoris.*

Materiæ cœlorum specie distinguitur, si formæ cœlorũ specie inter se distinguntur.

PRima conclusio, si formæ distinguuntur specie, materiæ cœlorum etiam specie distinguntur. Explico, si formæ cœli specie distinguerentur, quia si tantum numero distingueretur, non esset id necessarium. Nã posset saluari incorruptibilitas cœli, sicut saluatur in vna parte respectu alterius partis, hinc potentia materiæ cum est actuata per vnam formam indiuiduam, non appetit aliud indiuiduam eiusdem speciei, neque natura corrumpit vnum indiuiduum, vt producat immediatè aliud eiusdem speciei, quia non posset agere in illam materiam, cum sint similes. Conclusio igitur sic explicata probatur, quia alioqui non posset saluari cœlorum

Probatur conclusio.

incorruptibilitas ab intrinseco, nam materia solis esset in potentia ad formam lunæ, quare si dispositiones formæ lunæ ponerentur in materia solis, tunc forma solis corrumperetur. quod si dicant non corrumpi, quia dispositiones formæ lunæ non opponuntur formæ solis, & ideo conseruari potest forma solis sub illis dispositionibus, tunc illud obstat, quod idẽ dici posset de dispositionibus elementorum, quare neque deberet constitui materia diuersæ rationis in elementis, & cœlo.

Reijcitur secunda responsio.

Neque dicatur esse easdem dispositiones, quia cum sint specie diuersæ formæ sine ratione dicuntur esse eædem dispositiones.

Reijcitur 3. responsio.

Neque dicatur tertio nõ futuram corruptionem, quia dispositiones hæ non sunt actiuæ, nam quæ habent materiam eandem, sunt ad inuicem actiua, & passiua ex Arist. deinde hoc est esse incorruptibile ab extrinseco, & confirmatur, quia formæ inferiores, ideo sunt corruptibiles, quia habent materiam eiusdem rationis, & capacem diuersarum formarum, licet incapacem formarum cœlestium. Ergo similiter si materia cœlorum esset eiusdem rationis, licet non esset capax formarum inferiorum, quia tamẽ est capax diuersarum formarum cœlestium, efficeret compositum corruptibile.

Potentia ad plura non potest satiari per vnam

Confirmatur ex discursu oppositæ sententiæ; Nam si materia cœli ex se ordinatur ad formam satiantem, & omnino inseparabilem, solis materia non potest esse indifferens ad plures formas, quia cum tali indifferentia est incompossibile satietur per vnam; materiam autem generabilem oportet esse vnam, quia est indifferens ad plures, & per consequens est insatiabilis per vnam formam: materia autem cœlorum, quia potest satiari vna forma, nec est indifferens ad plures, & ideo non potest esse vna omnium, sed singulorum cœlorum specie distinctorum propria.

Cœli differunt inter se secundum totam substantiã.

Ex his patet de cœlis ita loquendum esse, ac si non essent compositi ex materia. Nam sicut tunc differrent secundum totam substantiam ita, & nunc differunt secundum materiam, & formam.

Discrimen inter materiam cœli, & inferiorũ

Secundo patet materias, & formas cœlorum ita esse inter se proportionatas, vt sicut forma vna non potest esse in alia materia; ita neque vnius materia sub alia forma, vnde, hæc materia cœlorum distinguitur à materia inferiorum, quia materia cœli ex se est determinata ad vnam formam, quam habet, sed materia inferiorum de se est indifferens ad omnes formas, & per dispositiones virtute agentis determinatur ad hanc, vel illam formam, & quia materia vniuscuiusque cęli ad illius formam tantum coaptatur, ideo materiæ diuersorum cœlorum distinguuntur specie, & ex hoc oritur incorruptibilitas cœli, nam si illius materia esset indifferens ad plures formas, deberet illius potentia determinari ad aliquam illorum virtute alicuius agentis medijs dispositionibus, quæ factibiles sunt ab aliquo agente naturali, à quo materia illa posset disponi ad recipiendam vnam, & per consequens ad expellendam aliam, quare compositum ex tali materia esset generabile, & sic corruptibile. Hinc vt sit incorruptibilitas, debet ex se esse determinata ad formam, & non medijs dispositionibus.

Confirm. Ban. p. p. q. 66. art. 2. d. 2. ex 1. cœli 95. vbi quodlibet indiuiduum cœli dicitur habere totam materiam suæ speciei, quam tamen rationem impugnat Scotus 2. d. 3. p. 7. sed ipse Ban. soluit argumenta contraria in q. 68. art. 4. legite ipsos.

Per quod cõstituatur materia cęlestis.

Dicet de ratione materiæ est indeterminatio, ergo vel in cœlis non est materia, vel est indeterminata ad plures, ergo omnium materia est eiusdem speciei.

Respondetur sequenti conclusione mate-

materia cœlestis constituitur per potentiam indeterminatã ex se ad speciem prædicamentalem:non tamen indeterminatam ad plures species,& formas. Prima pars probatur,quia de ratione materiæ est potentia receptiua actus specifici, ergo ex se indeterminata ad speciẽ,quæ oritur ex actu, qui dicitur prædicamẽtalis cõseq.prob.quia si esset ex se determinata ad speciem, non posset recipere illam ab alio sibi addito, quia quod esse essentialiter tale, non fit accidentaliter tale,intus enim existens,ait Aristoteles, prohibet extraneum, neque hoc obstat dictis quod illa materia ex se sit determinata ad vnam formam, quia aliud est ex se. i. essentialiter aliquid esse determinatum, specie, quod non habet materia cœli, aliud aliquid est ex se. i. essentialiter determinatum ad recipiendum actũ per se constituentẽ species prædicamentales, quam determinationem habet materia, vt dixi;materia autem in communi constituitur per indeterminationem essentiæ quo ad speciem prædicamentalem. Secunda pars probat. patet ex dictis, quia materia cœli non est receptiua nisi vnius formæ specificæ. dices materia est substantia indiuidua, ergo est essentia determinatæ speciei. Resp. esse quidem determinatæ speciei transcendentalis non autem prædicamentalis, vt alibi explicaui, nam sicut datur substantia transcendentalis,et prædicamentalis ita species in genere substantiæ transcendentalis,& prædicamentalis.

Cœli eiusdem speciei habent materiã eiusdẽ speciei.

Tertia conclusio cœli,qui constituuntur per formas eiusdem speciei, habent materiam eiusdem speciei patet, quia cessat ratio multiplicandi materiæ species, quia ibi esset incorruptibilitas, vt patet ex dictis.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Proponuntur,& soluuntur argumenta aduersariorum contra primam conclusionem.*

Obiectio ex modo informandi rnitus rationis.

SEd contra primo obijcitur; materia cum essentialiter sit potentia, essentialiter distinguitur per actus, sed non quælibet diuersitas in actibus causat diuersitatem in materia, cum vna materia in inferioribus sit ad omnes actus, ideò distinctio materierum sumi debet non penes formas absolutè, sed penes diuersum modum informandi, omnes autem formæ inferiores conueniunt in modo informandi,quia ita informant, vt non satiẽt materiam, neque inseparabiliter illi coniungantur, sed formæ omnes cœlorum habent eundem modum informandi,scilicet satiando potentiam materiæ, & indissolubilem vnionem causando,& hinc est,quod materia inferiorum, & superiorum distinguatur, non tamen materiæ cœlorum inter se.

Resp. materiam inferiorum à materia Cœlorum optimè distingui per hoc, quod materia inferiorum non possit satiari per vnam cum sit indifferens ad plures, sed materia Cœlorum debet satiari per vnam,quod non potest consistere cum indifferentia ad plures,ideo in Cœlis distinctio materierum,debet sumi ex formis absolutè,quia vni tãtum debet coaptari, & carere indifferentia ad plures,nam cum vna tantum forma sit contenta,hinc intelligitur in qualibet forma esse diuersum specie modum informãdi & ideo sub illa ratione communi satianti dantur diuersæ formæ in ordine ad quas diuersæ materiæ distinguuntur.

Distinctio debet sumi ex formis absolute, quas respicit,& nõ ex modo informandi, qui cõsequitur.

Dices: quæ comparantur secundum magnitudinẽ conueniunt in materia 2. de Gen. cap. 7. sed Cœli,& inter se,& cum inferioribus in magnitudine comparantur. at facile soluitur si dicatur conuenire in materia analogica,nam vtraque materia est receptiua quantitatis,quæ est causa magnitudinis.

Resp. 2. Bannes potentias distingui primo ex diuerso modo, quo respiciunt actus, & obiecta, vt patet in habentibus fidẽ,opinionem,& scientiam: Et posita hac distinctione, deinde distinguuntur ex obiectis,& actibus, quos primo respiciunt,sed de hoc modo distinguendi non est huius loci disputare,nam fides,opinio, & scientia, non distinguuntur ex modo, qui se tenet ex parte potentiæ sed qui se tenet ex parte medij,quod est specificatiuum.

Potentiæ distinguũtur ex modo respiciendi actus ex Bãnes.

Secundo obijcies. omnes Cœli sunt capaces earumdem qualitatum, vt luminis motuum,&c.

Resp. sufficere conuenientiam genericam & proportionalem, nam etiam formæ inferiores diuersæ speciei,recipere possunt qualitates similes, vt aer,& ignis calor, & homo ac bestia species visibiles sed contra, quia tunc Cœli differrẽt genere nã ex 10. met. 12. quæ non conueniunt in materia differunt genere. Vnde corruptibile,& incorruptibile ait differre genere,quare,vt sub vno membro ponuntur omnia corruptibilia, ita sub alio omnia alia.

Resp. ad recipienda eadem accidẽtia sufficere in subiecto cõueniẽtiã analogicam

Resp. sensus illius propositionis quis sit pertinet ad quæstionem: *Quæ nam substantiæ pertineant ad prædicamentum substantiæ* vnde in metaphysica examinabitur: Quare hic dico loqui de genere physico,quod dupliciter intelligi potest. Primo quod differre generẽ sit differre in tota entitate, seu in forma,& materiã secundum speciem, sic cõceditur Cœlos inter se differre genere quomodo, & Angeli à Cœlis, & inter se differunt genere; Secundo potest intelligi quod habeat materiam diuersi ordinis subiectam vel non subiectam mutationi, vt sępius vsurpat Arist. & ita Cœli non differunt genere, quia materia ipsorum est eiusdem ordinis licet sit diuersi ordinis à materia inferiorum, quæ diuersitas ordinis colligi potest partim ex vario modo indeterminationis partim ex vario modo informandi separabiliter, vel inseparabiliter.

Quaratione intelligatur, quod quæ non conueniũt in materia,differunt genere.

Vnde sumitur diuersitas ordinis materiæ enim.

Tertio obijcitur, quia patet etiam in ipsis astris esse aliquam diuersitatem partium, vt patet in luna quæ habet partes densiores, & rariores, & similiter de sole,& alijs,vt patet per experientiam perspicilliorum: At ta-

3. Obiectio ex diuersitate partium eiusdẽ orbis

lia

lis diuersa dispositio non potest stare cum vnitate specifica formæ, quæ illi vel esset naturalis densitas, & tunc alteri parti esset innaturalis raritas, vel contra. At in Cœlis nulla potest esse innaturalitas: ergo dicendum est illas partes esse distinctæ speciei, atque adeo similiter materias, quæ sunt sub illis partialibus formis.

Resp. ex perfectione formæ posse exigi diuersas dispositiones in diuersis partibus.

Resp. primo de hac difficultate dicemus cum agemus de diuersitate specifica astrorum inter se, & ab omnibus, quia dicam, vt animæ rationalis ob maximam perfectionem suam requirit in partibus materiæ varias dispositiones, ita formæ Cœli, illud autem ex hac quæstione certum esse debet, quod vbi est diuersitas specierũ in formis siue eius dem siue diuersorum orbium, ibi ponenda est diuersitas materiæ.

## DVBITATIO TERTIA.

### *An materia cœlestis sit perfectior elementari.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

Triplex sensus quæstionis.

PRimo notandum tripliciter posse intelligi hanc quæstionem, primo comparando materiam inferiorum cum materia cœlestium, secundo comparando materias cœlestium orbium inter se; Tertio comparando materias partium orbis inter se, vt materiam orbis cum materia syderum. De his omnibus quæri potest, quænam sit earum perfectior.

Regula cognoscendi perfectiones rerum.

Secundo notandum perfectionem rerum posse cognosci ex duplici capite. primo ex accessu, & recessu à prima regula, & mensura perfectionis, hæc autem est perfectio diuina, vnde illud est perfectius, quod magis accedit ad perfectionem diuinam, & quia in Deo est cumulus omnium perfectionum, ideo dicitur simpliciter perfectius, quod accedit ad gradum entis, qui concipitur in Deo perfectior, secundo ex accessu, & recessu ad non ens, vt illud sit imperfectius, quod magis accedit ad non ens, illud perfectius, quod magis recedit à non ente, & quia non ens aliud est simpliciter, aliud secundum quid, ex accessu, & recessu ab huiusmodi, non ente dicuntur res perfectiores, vel imperfectiores simpliciter, vel secundũ quid.

Modus noster cognoscendi perfectiones essentiarum est ex operationibus, & finibus, vel ex principijs.

Tertio notand. quia rerum essentiæ nobis sunt ignotæ in se ipsis, fit, vt nequeat cognosci hic accessus, & recessus intuendo immediate essentias. quare Philosoph. ad explicandum hunc accessum, & recessum confugiunt ad operationes rerum, & effectus, ex quorum maiori, vel minori perfectione, vel imperfectione deueniunt in cognitionem essentiarum, & quidem iure, nam cum potentiæ specificentur ex obiectis, & operationibus, & potentiæ tanquam passiones oriantur ab essentijs, fit vt perfectior potentia sit ob essentiam perfectiori, cum hæc sit illius principium.

Perfectio potentiarũ vnde spectatur.

Quarto notand. potentiarum perfectionem attendi posse ex varijs capitibus primo ex pluralitate operationum, & effectuum, secundo ex præstantia illorum etiam si sint pauciores, tertio ex distantia ad quam operatur, ex his enim omnibus cognosci potest non solum maior perfectio potentiarum specie distinctarum, sed etiam duarum potentiarum eiusdem speciei; & quia contingere potest, vt vna potentia habeat pauciores effectus, sed præstantiores, altera vero plures quidem sed imperfectiores, illa dicitur perfectior simpliciter, quæ respicit perfectiores effectus. Hoc autẽ diuerso modo intelligitur in potentia actiua, ac passiua: nam pluralitas effectuum arguit perfectionem maiorem in entitate potentiæ actiuæ, contra vero passiuæ, vt infra.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

Negat cœlestem esse perfectiorẽ elementari.

PRima opinio est negantium, quia nobilitas potentiæ debet spectari ex actuum nobilitate, quos recipit, sed materia horum inferiorum respicit nobiliores actus, quam materia cœlestis, quia respicit animam rationalem, quę est omnium formarum perfectissima: neque hæc perfectio minuitur ex eo quod respicit etiam vilissimas formas, quia potius hinc augetur perfectio, cum plura respiciant: Vnde si daretur materia respiciens tantum animam rationalem, esset imperfectior hac materia, nam hæc materia habet totam perfectionem alterius, & aliquid amplius.

Confirm. nam sicut potentia cognoscitiua, quo ad plura obiecta extenditur, eo est perfectior, etiam si inter illa obiecta sint aliqua vilissima, vt patet de intellectu diuino, vel angelico respectu humani, ergo similiter potentia passiua materiæ, quæ plures formas respicit, eo est perfectior.

Materia cœlorum perfectior.

Secunda sententia est dicentium materiam Cœlorum esse nobiliorem, ita Scotus in 2. d. 12. q. 2. licet sub dubio Dur. quæst. 1. Ricc. quæst. 2. & quod l. 2. quæst. 5. Aegid. quod l. 3. quæst. 5. Augent. in 1. d. 44 quæst. 1. art. 2. Abulens quæst. 222. in cap. 22. Matthæi Suar. disp. 13. sect. 12.

Probatur primo ex author. Aug qui hanc materiam dicit esse omnium rerum infimam, & prope nihil.

Secundo probat suar. ex varijs proprietatibus vtriusque materiæ, nam materia Cœli est determinata ad formam quandam perfectissimam, materia vero inferiorum corporum est indifferens ad formas etiam imperfectissimas, item materia Cœli semper est, ac necessario coniuncta suo actui, quo fit, vt tam secundum entitatem suam, quam secundum vnionem ad suum actum sit omnino incorruptibilis, alia autem materia licet secundum entitatem sit incorruptibilis, tamen secundum

cundum vnionem mutatur.

Tertio cælestis materia non est subiecta priuationi, vnde nec secundum eam rationem corrumpi potest, elementaris vero semper est subiecta alicui priuationi, imò infinitis priuationibus, secundum quas corrumpi potest, vt Arist, dixit primo phys.

Quarto prior materia semper est plene satiata, quia semper est plenè actuata. Vnde aliam formam nõ appetit, præter eam, quam habet, quare non habet appetitum per modum desiderij, sed solum per modum amoris, & quietis. Altera vero appetit, & quasi desiderat alias formas, quas non habet, & ideo, & turpis, & malefica ab Arist. 1. Phys. tex. 81, appellatur, & principium corruptionis dicitur 7. met. tex. 22.

Cœlestis perfectior simpliciter in genere entis, sed secundum q imperfectior in genere potentiæ passiuæ.

Tertia opinio est, dicentium elemẽtarem materiã esse perfectiorẽ in genere potentiæ passiuæ, atq; adeo secundũ quid, sed imperfectiorẽ in genere entis, atque adeo simpliciter; contra vero, materiam Cœlorum esse perfectiorem simpliciter, idest in genere entis, sed imperfectiorem secundum quid, idest in genere potentiæ passiuæ, vnde dici potest perfectior abusiue, in imperfectione quia magis participat de potentia passiua, sicut Latro perfectior dicitur quia magis participat de arte latrocinandi.

### ARTICVLVS TERTIVS.
*Opinio Auctoris.*

Materia elementaris est simpliciter imperfectior, & secundum q perfectior.

PRima concl. comparando materiam inferiorum cum cœlesti, materia inferiorum est simpliciter imperfectior, & secundum quid perfectior. Prima pars probatur quia magis reeedit à perfectione diuina, & magis acedit ad non ens simpliciter: nam, quo potentia passiua est maior, eo minus habet de actu, at quod minus habet de actu, minus accedit ad perfectionem diuinam, quæ est purus actus, & magis accedit ad non ens simpliciter, vnde materia dicitur prope nihil. Contra vero materia cœlorum, quia cum pauciora respiciat, magis habet de actu, quia est pauciorum receptiua, atque adeo supponit in se habere magis de actu.

Secunda pars probatur, quia potentia passiua habet aliquam rationem entis, atque adeo habet aliquam rationem perfectiunis: ergo, quoad plures se extendit, eo magis participat de huiusmodi perfectione potentiæ: Vnde dicitur esse perfectior secundum quid idest secundum rationem potentiæ passiuæ contra vero materia cælestis dicitur secundum quid imperfectior idest in genere potentiæ passiuæ, licet sit simpliciter perfectior, idest in genere entis.

Confirm. quia incorruptibilitas non solum in se, sed etiam in effectu, arguit aliquã perfectionem maiorem causæ, sed materia cælestis non solum est in se incorruptibilis, sed etiam constituit corpus incorruptibile. ex quibus patet ad argumenta primæ opinionis, nam etiamsi materia hæc respiciat animam rationalem, tamen respicit illam per potentiam ad omnes formas, vt dictum est in primo articulo, & patet ex arg. 2. opinionis.

Dices materia inferiorum respicit actum perfectiorem omnibus actibus, quos respicit materia cælestis, scilicet animam rationalem. Ergo non solum est perfectior quia respicit plura, sed etiam quia respicit actum perfectissimum.

Discrimen inter actiuã & passiuam potentiam.

Resp. esse diuersam rationem ex potentia actiua ad passiuam, quia actiua cum communicet esse, quo plura respicit eo magis habet perfectionem, contra vero passiua, quia respicit perfectionem, quo plura respicit, eo minus habet in se perfectionis, vnde ex eo, quod respicit animam rationalem potius colligitur habere in se minorem perfectionem quia magis recedit ab actu, & perfectione illius.

Suar.

Hinc Sua. docet, quod in potentijs actiuis perfectio attendatur penes actum perfectissimum, non autem in passiuis, nisi cætera paria sint, sed considerandus est proprius, & adæquarus actus earum, & præcipue modus actuandi: sed materia cœlestis respicit actum inseparabiliter informantem, materia vero inferiorum separabiliter.

An posiir dari materia ĩperfectior elementari.

Dices secundo, hinc sequeretur non posse dari materiam imperfectiorem hac inferiori, quia hæc est in infimo gradu materierum, cum habeat potentiam ad omnes formas, non solum existentes, sed etiam possibiles per potentiam absolutam, materia autem est imperfectior, quo eius potentia plures formas respicit.

Nõ esse certam an possis dari elementari imperfectior.

Ref. communiter concedendo sequelam, vnde dicitur prope nihil: Ego respondeo ex dictis in Phy. tra. 5. q. vlt. dub. 5. non esse certum an possit dari ignobilior nam forte posset dari materia capax aliarum formarũ, quæ nos latent, & sunt in thesauro diuinæ Potentiæ, inter quas non contineatur forma spiritualis, quia illa esset ignobilior, tam ex parte præstantiæ formarum, cum non respiciat formam aliquam spiritualem, quam ex parte multitudinis formarum, eo quod respiceret formas plures, & ignobiliores, quam hæc materia.

An posit dari materia adeo imperfecta vt nequeat sustẽtare formas

Dices tertio an possit dari materia adeo imperfecta, vt nun habeat vim sustentandi formas, quibus informatur.

Resp. nihil esse certum tamen, nullam video in hac re implicantiam.

An posit dari materia capax vnius formæ corruptibilis.

Dices quarto an possit dari materia capax vnius formæ corruptibilis, & aliarum incapax.

Resp. negatiue Suarius disp. 13. sect. 11. tum quia omnes formæ corruptibiles conueniunt in hac ratione separabiliter informandi, quæ est sufficiens ad constituendam vltimã quandam speciem materię, sub qua non potest essentialiter diuisio intelligi, tum etiam quia hoc ipso, qnod materia coniugitur formæ corruptibili est subiecta priuationi, & consequenter capax diuersarum formarum, &

con.

contrariarum dispositionum, & ideo non potest talis materia esse determinata ad formam, neque esse capax vnius, quin sit etiam omnium repugnantium, quæ ipsam ex se pellere possunt ab eodem subiecto, & ideo materia corruptibiliū, non solum minus perfecta est, quam cęlestium, sed etiam omnium infima, quæ esse possunt.

Posse dari materiam capacem vnius tantū formæ corruptibilis.

Sed hæc opinio mihi non placet, quia sicut datur forma accidentalis, quæ ex sola præsentia agentis existit, & eius absentia corrumpitur, vt est lumen, ita potest dari forma substantialis, quæ dependeat à suo agente in fieri, & conseruari, sed non apparet cur non possit dari materia capax illius formæ tantum, ergo non apparet cur nõn possit dari materia capax vnius tantum formę corruptibilis, neque obstat, quod obijcitur, modum informandi separabiliter specificare vnam speciem materiæ infimam, quia sub modo informandi separabiliter possunt esse varij modi, vnus, qui oritur ex defectu dispositionum, alter qui oritur ex defectu conseruantis, neque materia illa haberet priuationem aliarum formarum, sed tantum priuationem illius formæ corruptibilis, dum corrumpitur, & dum illam formam habet, nullam priuationem haberet.

Confirm. quia nulla apparet ratio cur non possit dici aliqua forma substantialis dependens quoad informationem à qualitatibus indigenūbus conseruante: ergo tunc corruptis dispositionibus corrumperetur forma substantialis sine alterius productione: ergo non apparet ratio cur non possit dari materia proportionata, & adæquata tali formæ, quæ nullam aliam formam, ea corrupta recipere possit, sicut in casu posito de facto non reciperet.

Dices Quinto an possit dari perfectior aliqua forma substantiali, Resp. Hangestus lib. 1. de caus. proprietate 11. negatiue quia quando sunt duo genera absoluta disparata, quorū vnum est perfectius altero, quodlibet cōtentū sub genere imperfectiori est imperfectius quolibet contento sub perfectiori, sicut nulla Planta potest esse perfectior Bruto, quia non esset sub genere Plantæ, & hinc deduci non posse fieri materiam imperfectiorem aliqua qualitate etiam si sit Beatitudo formalis: at quid sit sentiendum dicemus in methaphysica, vbi de graduatione perfectionum entis.

Dices 6. an possit dari forma nullam requirens dispositionem in materia præter eius puram potentiam, resp. Hangestus affirmatiue quia nulla apparet implicantia ita lib. 2. de caus. proprietate 6.

8 Materia orbium est perfectior quæ in superiori orbe.

Secunda concl. inter materias diuersorum orbium specie distinctorum illa est perfectior, quæ est in superiori orbe, patet nam Arist. probat inter intelligentias illam esse perfectiorem, quæ mouet superius Cœlum, vt patet 12. met. at perfectio intelligentiæ proportionatur perfectioni orbis.

Confirm. quia mouens, & trahens aliud, est perfectius re mota, at Cęlum superius, & continens mouet inferius contentum.

Confirm. secundo quia probabile est corporum materias, vt magis secundum situm accedunt ad primum mobile, vel Cœlum Empyreum, quod est sedes Dei, & beatorū, magis etiam accedere ad perfectionem primæ causæ, vt ex elementis colligi potest, inter quæ sicut terra est omnium infima situ, ita & perfectione; contra vero ignis, vt est perfectior situ, ita, & perfectione: neque enim est ratio cur auctor naturæ non seruauerit ordinem perfectionis, sicut seruauit ordinem situs.

Sol quomodo perfectior alijs astris.

Dices sol est perfectior ceteris astris, & tamen non est in supremo orbe, sed in medio: ergo perfectio orbium non debet attendi secundum ordinem situs. Resp. primo Solem non esse puram materiam sed totum corpus solare. Quare potest esse, vt sit ignobilior secundum materiam, & nobilior secundum formam: nostra autem quæstio est de perfectione materierum, deinde sol non est orbis, sed est astrum existens in orbe, Vnde fieri potest, vt etiam si sit nobilius astrum & tamē sit in orbe imperfectiori: de quorum maiori, vel minori perfectione dicetur infra.

7 Materia orbis an actu sit nobilior.

Tertia conclusio, si orbis distinguitur specie ab astris; problematicè defendi potest materias illorum se inuicem excedere perfectione: nam posito quod orbis sit ignobilior astro suo, potest dici materiam orbis esse etiam ignobiliorem materia astri, quia specificatur, & ordinatur ad ignobiliorem actum seu formam, & per consequens materiam astri esse nobiliorem, quia ordinatur ad nobiliorem formam; Pars vero opposita probabilis redditur ex eo, quod materia quæ ordinatur ad perfectiorem actum, eo minus videtur participare de actu, atque ideo ignobilior videtur esse, quo vero actus est ignobilior, eo potentia respiciens illum magis videtur participare de actu, quia est minus potentialis, quæ omnia, licet probabiliter dicantur, tamen primum videtur esse probabilius: nam materiam participare magis, vel minus de actu oritur non ex eo, quod respicit vnam formam perfectiorem, vel imperfectiorem, sed ex eo quod respicit plures, vel pauciores actus: nam perfectio actus maior, non auget potentialitatem materiæ, sed potius minuit: nam reddit perfectiorem potentiam, cum illam reddat incapacem actus imperfectioris. confirm. ex materia prima quæ licet recipiat animam rationalem, quæ est omnium formarum perfectissima, tamen quia per eandem potentiam respicit omnes alias formas, adhuc remanet in imperfectione suæ potentialitatis.

Materia orbis ignobilior materia actu.

DVBI.

## DVBITATIO QVINTA.

*Quam causalitatem habeat materia circa corpora incorruptibilia.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quaestionis.*

Triplex causalitas materiae.

PRimo not. ex dictis in Physicis tract. 10. quaest. 4. materiae respectu formae conuenire triplicem causalitatem Primo circa existentiam formae sustentando illam, secundo circa vnionem recipiendo formam, tertio circa compositum constituendo illud; quare. videndum est quae causalitas conueniat materiae coelesti respectu suae formae.

Secundo constat materiam habere causalitatem circa illa corpora, quoad constitutionem Quia tale compositum, sicut caetera, vt essentialiter constat ex propria materia, & forma, ita essentialiter pendet ab illis, tanquam principijs constitutiuis.

Constitutio compositi fit media vnione.

Tertio constat hanc causalitatem exerceri media vnione, seu informatione, nam cum tale compositum nō sit aggregatum per accidens, sed vnum per se requirit informationem vnius partis respectu alterius.

Quarto constat, cum illa vnio pendeat essentialiter à materia, fit, vt totum compositum pendeat essentialiter à materia.

Quinto constat formam Coeli, sicut caeterae formae corruptibiles pendere in suo esse à materia, in qua sustentatur: non enim est forma per se subsistens, sicut anima rationalis, sed forma materialis solum difficultas est an Coelum quod supponitur corpus incorruptibile, quoad effectionem, qua fit, pēdeat à materia in genere causę materialis.

Explicatur sensus quaestionis.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

Forma cœli non fit per eductionē.

PRima sententia est negantium, quia Coelum fit tantum per creationem, sed creationi essentiale est esse ex nihilo, idest independitur à sustentatione materiae ergo.

Confirm. nam productio Coeli non praesupponit materiam, sed est totalis, & adaequata effectio substantiae Coeli: Ergo etiam terminatur ad materiam, sed non potest materia concurrere ad productionem sui, quia hoc repugnat in quolibet genere, excepto finali.

Coelum productum creatione terminata ad materiam, tum eductione terminata ad formam.

Secunda sententia est dicentium productionem Coeli includere duas actiones, vnam creatiuam, quae terminatur ad materiam, alteram eductiuam, quae terminatur ad formam.

Primum patet quia compositum, vt constat duabus partibus, scilicet materia, & forma; ita productio compositi debet cōstare ex duabus partialibus productionibus, quia actio debet esse proportionata suo termino, sicut materia non dependet à subiecto, ita nec eius productio, & sicut forma dependet à materia etiam in primo instanti sui esse, ita eius effectio: neque enim forma Coeli est producta extra materiam Coeli sed in materia Coeli, cum non sit subsistens, siue illa dependentia sit formaliter vnio, siue aliquid distinctum ab vnione, seu informatione.

Reprobatur opinio à Suar.

Sed haec opinio non placet suario, quia non satis explicat, quomodo illae actiones proportionantur interse, nam vel erunt duae actiones totales inter se connexionem non habentes, & ita simpliciter dicendum esset, Coelum non fuisse creatum, contra scripturas, sicut res corruptibiles non dicuntur simpliciter creare etiam si constent ex materia, quae est creata, quia sicut compositum dicitur tunc esse, quando producitur forma informans materiam praesuppositam productioni, ita etiam fuisset in productione Cęli, vel erunt duae partiales constituentes vnam actionem compositam, & tunc non apparet quomodo creatio, & eductio concurrant ad componendam vnam actionem.

Resp. aliqui illam actionem esse vnam, & indiuisibilem, quae per se primo terminatur ad totum, & secundario ad partes, quę comproducuntur, at illa actio cum sit omnino ex nihilo, non est ex materia sed contra, quia cum actio identificetur cum termino sicut terminus constat ex partibus, ita actio productiua termini debet constare ex partialibus actionibus terminatis ad partes ipsius termini.

Creationē cœli esse indiuisibilem non indiuisione in partes sed mutua connexione.

Tertia sententia est suarij dicentis dupliciter posse actionem aliquam dici indiuisibilem: vno modo quia non est composita ex partibus, sicut est indiuisibilis creatio Angeli, & hoc modo non potest dici indiuisibilis productio Coeli, vt rectè probat ratio facta. Alio modo dici potest actio natura sua indiuisibilis, quia licet constet ex partibus, non tamen potest nisi indiuisibiliter, seu inseparabiliter fieri, quia vna pars nec fieri, aut manere potest sine alia, nec per se sola, sed simul cum tota actione, atque hoc modo existimat esse vnam, atque indiuisibilem actionem, qua creatur Coelum, quia concreatur materia, & forma eius, inter quas est ex natura rei mutua dependentia, nam pendet creatio materiae Coeli ab actuali informatione, seu vnitione formae, vt non possit naturaliter effectio materiae esse sine consortio alterius partialis actionis, qua in illam introducitur forma, neque è conuerso illa inductio formae posit per se fieri per modum totalis actionis, sed solum per modum partis componentis vnam totalem actionem, cum comproductione materiae, in quo differt effectio corruptibilis corporis, à productione corporis incorruptibilis: nam in corpore corruptibili actio, qua creatur materia potest eadem manere variata actione, qua inducitur forma, vel secundum numerum, vel etiam secundum speciem, quamuis oportet, vt semper aliqua maneat, vel succedat, & è contrario actio inductiua formae potest per se fieri per modum totalis actionis, sicut fit generatio, vt infra latius declarabimus

bimus tractando de actione formæ.

Ex quo putat actionem illam integram, & inuariabilem absolutè, & simpliciter non pendere à materia in genere causæ materialis, quia illi, vt sic nullum subiectum supponitur, sed ratione illius partis, quæ est comproductiua formæ pendere à causa materiali, vt probatum est supra, nec tamen hinc fit illam actionem esse propriè generationem, vel eductionem, sed dici concreationem, quia ex natura sua est pars totalis actionis, quæ est vera creatio, neque repugnat concreationi, vt sic pendere à subiecto, sicut, neque quatenus est partialis concreatio materiæ pendere suo modo ab vnone formæ, quia hoc nihil est aliud, quam dari quandam speciem creationis totalis, quæ constat ex partibus proportionatis ijs, ex quibus constat terminus: sicut datur etiam aliqua species creationis omoioo indiuisibilis indiuisibilitate partium, quæ omnino est independens, tam totaliter, quam partialiter a subiecto: neque quælibet productio dependenter à subiecto dicitur generatio, vel eductio, nisi quando fit separatim, & per se, & per modum totalis actionis.

Creatio cœli totaliter nó pendet materialiter à causa, sed partialiter. Cur productio formæ cœlorum non fit eductio.

Sed hæc opinio non caret difficultate, nam productio ex nihilo, & ex subiecto omnino inter se opponuntur quare cũ productio ex nihilo sit creatio, productio ex subiecto nõ poterit esse creatio, quia dependentia ex subiecto repugnat creationi, neque dicas repugnare quidem creationi, sed noo concreationi tum quia concreatio participare debet rationem essentialem creationis, tum quia productio animæ rationalis est creatio, & tamen est partialis.

Reiicitur opinio Sua.

Quarta opinio est dicentium hanc quæstionem esse de nomine, nam vtraque ponit formam produci dependenter à materia, vt causa, sed solom differunt, quod prima opinio illam productionem vocet eductionem, secundam vero concreationem, mihi tamen magis probatur modus loquendi prioris sententia tum quia magis accedit ad communẽ modũ loquendi phylosophorum de creatione, & eductione tum quia difficile saluatur in opinione cõtraria definit communis, creationis, & eductionis; nam quod docet suarẽ de duplic. genere creationis, repuguat generi creationis, tum quia obiectio proposita nõ habet vim, nam non est quærenda alia causa voitatis inter duas actiones partiales præter eam, quæ sumitur ex vnitate termini, nam erit vna actio totalis, quæ tendit ad vnum terminum totalem, neque hoc repugnat scripturæ dicenti fuisse Cœlum creatum, quia eodem modo asserit cteatam terram, cuius forma est educta, & ratio est nam ad hanc denominationem totius satis est vnam partẽ fuisse creatam, sicut vt totum dicatur generari, satis est formam generari, etiã si materia sit creata, præsertim vero quando non appareat agens naturale generans, & constat de Agente creãte, vt accedit in prima rerũ productione, sed de hac re Fusius cũ de creatione,

Ostenditur quæstionẽ esse de nomine.

Cur totam dicitur creari etiam si vna pars creatur.

## QVAESTIO QVARTA.

### De forma Cœli.

DE hac DD. 2. cœl. vbi conimb. Rubius q. 1. Mainetto de subst. orbis à num. 38. phil. 2. cal. cap. 2. conf. 13. Piccol. decœli. à cap. 18. Balduin quæsito an intelligentia det esse formale cœlo Zabar. de nat. cœli per 11. capita Mercenarius dilucidatione de hac re Faber. theorem. 18. Scholastici 2. d. 14. vbi Aureol. Scotus Bacconus, & alij, & d. 9. vbi cap. Bagn. 1. p. q. 70. ar. 3. & alij cum D. Th. ibi Perer. l. 2. Gen. q. 7. Fland. 12. met. q. 7. art. vlt. & 5. met. q. 16. ar. 8. ad 13.

## DVBITATIO I.

### An intelligentia sit forma cœli.

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. nomine intelligentiæ significari; substantiam spiritualem completã cuius primarius actus est intellectio, & secundarius ex Peripteticis monere orbem, cui ab autore naturæ est alligata pro conseruatione vniuersi, & licet secundum veritatem constet non esse formam informantẽ, tamen apud peripateticos vertitur in dubiũ.

Secundo Not. formam esse duplicem vnã informantem alteram, assistentem, ad illam pertinet dare primario actum primum, & secundario dare subiecto exigitiue secundarias quasdam perfectiones, vt v. g. quod subiectũ habeat tantam quantitatem, raritatem, talem figuram, & tales dispositiones, nam materia, ex se non magis exigit tantam quantitatem, quam maiorem, vel minorem, & sic de alijs, sed omnia illa sibi determinat, & exigit ex ratione formæ, per quam informatur: dubitari tamen solet an forma possit dare has secundarias perfectiones materiæ, cui neque, dat neque dare debet actum primum & licet mihi sic probabilis pars negatiua, tamen alijs placet opposita, vnde dicunt aliquid posse esse formam informantem ratione secundariarum perfectionem, licet non det, nec possit dare actum primum, vt Aureol. significat de intelligentijs respectu orbium.

Forma informans q.

Tertio Not. formam assistentem dici, quæ dat subiecto motum, & operationem absque eo quod illud informet, vt natura dicitur forma Nauis. Hæc autem potest duplici coniungere primo per naturam eo quod ex natura solum extremorum exigitur talis vnio ad naturalem operationem quomodo intellectus agens potest dici assistere phantasmati ad probationem speciei intelligibilis.

2 Forma assistens q, & quotuplex.

Secundo per voluntatem agentis absque exigentia causarum, & ordinis naturalis, vt Nauta vnitur Naui.

3 Differentia inter vnionẽ voluntariam, & naturalem.

Quarto Not. inter has vniones esse triplex discrimen, primo quia in primo vnione esse incli-

inclinatio subiecti, quia est exigita à subiecti natura. At in secunda non ita, quia potest esse nō solum cum indifferentia subiecti, sed etiam cum violentia. Hinc sequitur primo, quod, vt ex prima oriatur operatio naturalis ex parte vtriusque extremi, nam mobile mouetur, vt eius natura exigit, & similiter motor mouet, non sic autem quando vnio est voluntaria, secundo quia prior vnio potest esse æterna, quia est immunis ab omni violentia.

Tertio differunt, quod vbi est vnio per naturam, subiectū pendet à forma, non solum secundum motum, sed etiam secundum existentiam, quia conseruatur per operationem, quam recipit à forma est vnio at vbi voluntaria non est dependentia nisi quoad motum. Hinc deducunt motum esse cœlo naturalem, non sic naui, & maiorem esse vnionem orbis cum intelligentia, quam nautæ cum Naui.

Tertio, quia ex assistentia intelligitiæ orbis dicitur animatus, non sic nauis ex vnione cū nauta vide Piccol. de cel. c. 20.

Vnionē per se perseitate naturæ, & intentionis,

Quinto Not. vnionem duorum extremorum posse esse duplicem, vnam per se, alterā per accidens, & per se quidem adhuc esse duplicem vnam perseitate vnitatis naturæ, & hæc non potest esse vbi extrema sunt entia totalia, ac per se integra, & Alteram perseitate intentionis siue sit intentio naturæ vniuersalis, siue particularis, siue artificis quomodo vnio natnræ cum naui est perse; Altera per accidens quando scilicet extrema non vniūtur ab altero ordinante ad aliquem effectum illorum vnionem, etiam si effectus aliquis sequatur præter intentionem agentis. Qua in re est aduertendum aliquid dici per accidens respectu vnius causæ, ri per se respectu alterius. Respecta tamen Dei nihil esse per accidens, quia nullus effectus sequitur ab illo nō intentus, præter culpā, quæ tamē est præuisa. Hoc autem per accidens potest cōtingere, vel respectu cognitionis, quia scilicet nō est præuisus, vel respectu intentionis, quia scilicet licet sit præuisus, non tamen intentus & sic culpa dicitur per accidens sequi ad opera diuina.

Per accidēs respectu cognitionis, et intentionis. Dare esse accipicitur formaliter effectiuè, & finaliter, & ue mediāte actione siue non.

Sexto Not. ex Auer. tripliciter dicitur aliquid dare esse primo formaliter, vt anima dat esse composito, secundo effectiuè siue, quia causa dat in genere causæ efficientis esse effectui producto, siue quia dat operationem, quomodo 2. de anim. 37. viuere viuentibus est esse, tertio finaliter quatenus ablato fine aufertur res, quæ est ad finem, & hoc vel mediante actione, vt secundū Aueroistas primus finis dat esse inferioribus mediante actione cœlorum, siue propria vt prima causa dat esse intelligentijs siue fine actione media, vt secundum aliquos omnia dicuntur pendere à primo principio finaliter & eundem Alex. & tribuitur Platoni dum bonum posuit esse primum principium.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

Intelligētia informat orbem. Auic. Ale. Them. Auer.

PRima opinio est dicentium intelligentiā esse formam orbis informantem. Hanc videtur docere Auic. 9. suæ met. cap. 2. sed hic ait motum esse proxime ab anima, & remote ab intelligentia; tribuatur Alex. apud simplicium quod non distinguat animam cœli à natura, cui addit mentem, quæ dirigat motum tribuitur Themistio, quem sequitur Auer. apud Piccol. at Auer. ex Caiet. licet initio posuerit immediatam compositionem ex orbe, & intelligentia, tamen deinde mutata sententiā, & posuit cū Alex. orbē, & animā, & intelligentiam videtur D. Tho. 2. contra Gen. cap. 20. vbi cum Alex. ponit in quolibet orbe animam, & intelligentiam, licet 1. p. neget cœlum esse animatum. Videtur Scoti quodl. 7. sed ibi solum docet cœlū non moueri immediate à Deo sed mediāte intelligētia, perquā coniungitur orbi ex mente Ari.

Scot.

Achil.

Hanc docet Achil. 3. de orb. dub. 1. vbi distinguit in substantijs esse tres modos vnionum, & mediam, dicit esse, quæ est inter recipiens, actu existens diuisibile, & receptum indiuisibile ex qua vnione negat sequi imperfectione in forma recepta, quia nō recipit esse à materia, sed per suam informationem communicat suum esse materiæ, aut composito, quod est perfectionis, sicut etiam quod cœlum habeat suas perfectiones remote, ex exigitiue ab intelligentia. Sequitur Balduin. q. de hac re, quæ habetur in fine commentariorum in physicam, cap. 2. vbi ait intelligentiam dare esse formale corpori cælesti diuerso modo, ac forma materialis dat esse rebus materialibus, vt fuse explicat per sex prę suppositа. Et præcipuè quod intelligentia non vnitur orbi, vt agat propter aliud, & secundario propter se, sicut formæ materiales, sed primario agit propter se, & secundario propter aliud sequuntur alij Auerroistæ.

Quando forma informans non recipit imperfectionē ex informatione Bald. opinio

Intelligētia non vnitur orbi primerio, vt agat propter aliud, & secūdario propter se, sed potius cōtra Piccol. Mirand. D. Thom.

Putat illam probabilem secundum Arist. piccolomineus cap. 18. & tribuitur Mirand. in l. 2 r. de euer. sing. cert sec. 6. & D. Thom. 2. contra gentes cap. 80. & 12. met. 25. si vt contrarium docear p. p. q. 76. art. 3. & sequuntur alij apud Zim. q. de causalit. intellig.

Cælum carere forma informante Auc. Niph. Pomp. Ach. Bal. Merc. Contar. Aureol. Faber.

Secunda, opin. est dicentium, cœlum, cum sit entitas simplex non habere formam, quæ informando det illi esse, & actū primum efficiendo vnam naturam per se, sed illi intelligentiam vniri loco formæ, ita Aueroes met. tex. 28. & 2. de substan. orbes cap. 2. sequitur Nifus r. de substantia orbis cap. 29. 42. Pomponatius de immortalitate animę Achil. 3. de orbibus dub. 1. Bald. & Mercenarius q. de hac re, Contarenus lib. de immortalitate animæ Aureolus 2. d. 14 q. vnica, art. 2. contra quem Cap. in 2. d. 9. q. p. art. secundo quorum fundamenta colligit Philippus Faber. theor. 18. ex Scoto in 2. d. 14. q. vnica.

Vniri, vt formā quæ non ... ctum pr... sed secundarias perfectiones.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt intelligentiam vniri cœlo, non vt moto-

motorem tantum, sed etiam, vt formam, non quidem, quæ det actum primum, sed perfectiones secundarias, eo quod cœlo conuenit tanta quantitas, raritas, & talis figura, quia habet vnionem cum cœli intelligentia, sicut corpus humanum habet talia organa, & dispositiones, quia vniri debet cum tali forma: vnde dicunt vnionem inter orbem, & intelligentiam, non solum esse per se perseitate intentionis, ex parte efficientis illam, sed etiam ex parte naturæ exigentis talem vnionem: tribuitur Auer. Nipho. Balduin. & alijs supra cit. eo quod illa vnio non est ex Aristot. adeo libera, sed necessaria, necessitas autem vnionis inter extrema oritur ex natura extremorum.

Vnio intelligentiæ cum orbe est per se non solũ perseitate intentionis sed etiã ex naturæ exigentia.

Secundo alij volunt intelligentiam non vniri cœlo, vt formam, sed tantum, vt motorem, vt nautam naui, vnde dicunt illam vnionem esse quidem per se, non quidem perseitate vnius naturæ, sed intentionis ex parte authoris naturæ qui vt produxit cœlum, & intelligẽtiam, ita illa libere vniuit per assistentiã ob conseruationem vniuersi, ita Alexander apud simp. Iand. Scot. Piccol. fusc cap. 17. Vbi non agnoscit aliam compositionem nisi ex orbe, & intelligentia tanquam forma mouente, quæ intelligentia varijs nominibus appellatur, nam vt prouidens dicitur Deus, vt mouet motor, vt supera cognoscit dicitur mens, vt autem dat cœlo vitam, dicitur anima, vt mouet cum conditione agentis per naturam, dicitur natura. Vnde motus dicitur naturalis, licet proprie natura sit essentia ipsius orbis, vt proclius ad motum.

Vniri, vt motorẽ per se perseitate intentionis. Alex. Pand. Scot. Picco. Intelligentia varijs nominibus appellatur apud Arist.

Tertio alij cum Ianduno lib. 2. de cœlo q. 4. dicunt intelligentiam vniri quidem cœlo, non vt formam informantem, sed vt motorem, non quidem libere, sed determinatum ex sententia Arist. eo quod Arist. putet omnia æterna esse entia necessaria.

## ARTICVLVS TERTIVS.

### *Opinio Auctoris.*

PRima concl. intelligentia secundum veritatem non est forma informans orbem. Probant primo aliqui, quod cum mundus sit ens perfectum, sicut datur gradus formæ, quæ est in materia ita debet dari alius gradus formę, quę nõ est in materia, q̃ si dicãt dari substantias aliquas abstractas, quæ non sunt informantes aliud, tunc contra, quia secundum aduersarios non dantur apud Arist. plures intelligentiæ, quam orbes, tum quia debet dari duplex genus materiæ vnũ quod informetur, alterum quod non egeat forma, cuiusmodi est materia cœlestis, quæ secundum se est actu, sed hæc ratio supponit falsum scilicet cœlum vt corporeum esse simplex.

Intelligentia dare nõ est forma informans.

Secundo probant ex differentia materiæ elementaris à cœlesti, quod illa ex 8. met. t. 12. & 12. met. te. 10. est ad formam, hæc autem subiectum motus, quare hæc est actu atque adeo non formabilis: illa autem est in potentia, quæ non est in cœlo 9. met. 17. sed neque hæc ratio placet, quia procedit ex opinione negatium cœlestis materiæ compositionem, quæ supra confutata est.

Tertio alij probant a posteriori: nam ex Arist. quæ mota mouentur sunt corruptibilia, etiam si per accidens moueantur, vt 8. phys. ostenditur, sed compositum ex intelligentia, & orbe ex Aristot. est incorruptibile, ergo intelligentia non mouetur per accidens, dum mouet cœlum: at si informaret cœlum necessario moueretur per accidens ad motũ orbis, quando informat, sicut mouetur anima rationalis ad motum sui corporis: vnde reijcitur prima responsio Balduin. & aliorũ dicentium, id esse verum de forma, quæ pendet a materia, tum quia anima rationalis non pendet a materia, tum quia si non moueretur totum sequeretur tum solum materiam moueri, contra Aristotelem tum vel intelligentiam informare partem distantem: nam dum pars existens in oriente per motum reperitur in occidente, vel intelligentia simul reperitur in occidente, & necessario est mota, vel manet in oriente, & informabit partem occidentalem, à qua distat, vel illa pars existet absque informatione. Vnde sequitur corpus solare, v. g. non habere esse ab intelligentia, quæ omnia ex eorum opinionę, absurda.

Respon. 2. Alex. apud simpl. 8. phys. t. 84. non sequi moueri, quia est in toto cœlo, quod non mutat locum. Sed contra, tum quia id Alex. dixit de primo motore, qui est infinitæ perfectionis at cæteræ intelligentiæ non habent tãtam perfectionem entitatiuã, vt adæquent secundum indistantiam omnes partes orbis: tum quia etiamsi ex informatione totius sequatur non mutare locum secundum se totas, sicut neque illum mutant orbes tamen necessario mutaret varia, vbi sicut mutant partes orbis, & vniones, quę sunt inter orbem, & intelligentiam, vt patet ex anima rationali, quæ licet sit tota, in toto corpore, & tota in parte, tamen mouetur secundum totam vel partes loci sicut mouetur totum corpus secundum se totum, vel secundum partes, etiam si fingatur illud moueri circulariter, tum quia ex Arist. intelligentia non est in toto cœlo, sed in maxima circumferentia orbis 8. phys. te. 84. sed hęc ratio habet vim ex principijs Arist. quæ si negarentur, rueret tota ratio.

Quarto alij probant ex eo, quod cœlũ esset corruptibile, quia si informaretur, per intelligentiam materia haberet potentiam ad illam, at ex huiusmodi potentia sequitur compositum esse corruptibile, sed hæc Mercenarij ratio non habere vim patebit ex dicendis, vbi ostendemus non sequi compositi corruptibilitatem ex potentia materiæ ad vnam formam, qualis est potentia materiæ cœlestis, quæ est determinata, & addicta vni formæ.

Quinto alij prob. Nam ex D. Thom. 2. contra Gent. c. 68. Duo exiguntur ad rationem formæ substantialis informantis, primo vt rem cuius est forma, constituat in determinata

Probatur ratio D. Tho. ducta ex duplici conditione formæ informantis.

minata specieentis 2. vt ex vtraque parte fiat vna perse natura; sed neutra condictio reperitur in intelligentia ergo: maior probatur quoad primam condictionem: tum quia cum intelligentia sit substantia in se completa, non potest ordinari ad constitutionem alterius speciei, quia constituere est fieri partem rei constitutæ; at hoc repugnat substantiæ per se completæ; nam de ratione partis est esse in alio, vt partem: at substantiæ completæ est esse per se, & non esse partem essentiæ alterius, vnde Arist. 1. phys. t. 26. contra Parmenidem dixit, *quod vere est nulli accidit*, tum quia intelligensia cum sit ens completum, supponit substantiam cœlestem completã in genere corporeorũ nã nõ potest esse pars essentialiter, quia hæc respicit actum, quæ sit essentialiter compars. At quod aduenit substãtiæ completæ non potest constituere illam in determinata specie, quare illam supponit, tum quia illa substantia est mobilis ergo est actu. Deinde probatur quoad secundã condictionem, nam cum in se substantia sit essentia completa, & subsistens non potest vniri cum alio ad vnam essentiam, nam quidquid vnitur completæ substantiæ, non potest illã complere cum inueniant illam completam in ratione essentiæ, & suppositi, & ideo Arist. dixit, vt habere rationem accidentis. quod aduenit substantiæ scilicet completæ in suo genere, at substantia cœlestis est completa, quia est subiectum motus localis, vt est distinctum ab intelligentia. cōfirm quia, quæ constituunt vnam essentiam perse debent esse essentialiter incompleta in genere substantiæ, nam si essent completa, non esset ex illis vna species, sed duplex, quia actus, & potentia se inuicem complent vnum subiectiue, & alterum informatiue, & complens supponit id, cui aduenit incompletum, ideo complere potius tribuitur actui, quam potentiæ, tamen vere respectu cõpositi vtraque pars complet totum.

Conf. ad vnitatem perse vnius speciei compositæ exigitur, vt componentia sint essentialiter partes se inuicem respicientes, & vt sint in eodem genere, at intelligentia non est essentialiter pars, cum sit totum perse complete subsistens. Respondent diuersum esse genus informandi, quod conuenit intelligentiæ, ab eo quod conuenit formis materialibus, nam hęc includit imperfectionem, at illud dat esse sine imperfectione, sed contra quia imperfectio inclusa in ratione communi includitur in omnibus inferioribus ad illam rationem, vt patet ex Regante prædicam. 1. sed informare secundum rationem communem includit imperfectionem, non solum præsuppositiue, quatenus supponitur esse ens partiale essentialiter, sed etiam consequutiue nam ex vi informationis necessaria est aliqua mutatio in forma, vnde ex communi theologorum repugnat diuinæ substantiæ.

2. Ratio ex fine informationis.

Secundo probatur ex fine informationis, quæ ordinatur ad aliquem effectum debitum formæ, quem sine informatione habere non potest; non enim forma vnitur corpori propter corpus, quia perfectius ordinaretur à natura ad imperfectius, sed propter seipsam, vt sit, vel operetur, vt patet inductione, ex formis corruptibilibus, & anima rationali, quæ indiget corpore, vt per potentias sensitiuas aquirat species, sed intelligitiæ non indigent orbe, vt sint, quia sunt independentes a materia; neque vt operentur, nam non indigent ad intellectionem, cum non emendicent species à phantasmatibus, vel aliquo corpore; etsi emendicaret illas a phantasmatibus, non posset illas habere ex orbe, cum hic non habeat sensus, qui sunt necessarij, ad generationem phantasmatum. Neque indiget orbe ad eliciẽdum motum, tum quia nauta mouet nauim absque illius informatione, tum quia orbis est necessarius ad recipiẽdũ motũ, sicut omne aliud; corpus, quod mouetur, non tamen est adiuuans ad eliciendum motum.

Responderi potest non esse necessarium ad eliciendum motum simpliciter, sed vt motus sit ab intrinseco, sicut mouetur animal, nam vnicuique debetur virtus intrinseca ad acquirendam propriam perfectionem, sed contra: tum quia non conuenit orbi propter propriam perfectionem, sed perfectionem vniuersi, vt infra; tum quia ad acquirendam propriam perfectionem sufficeret forma inanimis, vt patet ex formis elementorũ, ergo sinè ratione additur forma motiua intelligens, nam ex sensatis constat formam motricem intelligentem esse sensitiuam, & præterea sufficeret poni anima, quæ sit ens incompletum, quare frustra ponitur substãtia tantæ perfectionis: tum quia potentia motiua subijcitur in animatis immediatè appetitui sensitiuo, quæ non est in cœlo, tum quia quando substantiæ competunt operationes communes, & propriæ, & propriæ nullam indigentiam habent corporis informabilis, & communes etiam si aliquando habeantur ex corpore, tamen non semper illo indigent, tunc status illius debet attendi ex operatione propria, non operatione communi, quia hoc modo est connaturalius secundum esse specificum, sed huiusmodi sunt substantiæ Angelicæ, quia intellectio conuenit illius ex propria specie: mouere autem ex gradu quodem generico communi ad mouens informans, & assistens, ergo; sed de hac ratione plura infra.

Intelligentiæ etiã ex Arist. non informant orbes.

Intelligentia non est in orbe.

Secunda Concl. intelligentia etiã ex Arist. non informat orbem, primo quia de ratione formæ est vt sit actus alterius ex Aristot. sed intelligentia non est in orbe primo, & 8. phys. t. 52. vbi negat motorem cœli esse in cœlo, at hoc non potest intelligi de inexistentia per vnionẽ motoris cũ mobili, ergo de inexistãtia per vnionẽ informationis, conf. quia ibi ostẽdit quod in mouendo mouetur per accidens non posse æterno tempore mouere, quia est corruptibile, vbi etiam distinguit ab eo quod mouetur per accidens ab alio & à se ipso at si intelligentia esset in orbe per informationem, necessariò moueretur per accidens quia

moto subiecto mouentur omnia, quę sunt in illo 8. phys. t. 51.

Confir. secundo ex Arist. 8. phys. t. 79. omnis virtus in magnitudine, siue finita, siue infinita non potest æterno tempore mouere: At si intelligentia informaret orbem, esset virtus in magnitudine: quia non est aliud, quam esse virtutem in substantia corporea per informationem, vt patet inductione.

Secundo ex æternitate intelligentiarum.

Secundo probatur ex 12. met. t. 12. vbi intelligentias ait esse æternas, quia carent materia; at hæc carentia non potest intelligi solum quoad compositionem; tum quia etiam aliæ formæ carent hac compositione præcipuè anima rationalis, & tamen compositum ex illis non est æternum, tum quia ex hac carentia probat esse actus puros, & carere omni potentia; at si essent informatiuæ nec essent actus puri, nec carerent omni potentia, quia haberent potentiam ad actum informationis, & ordinem ad corpus. Dices etiā formæ cœlorum ex Arist. sunt æternæ, & tamen sunt in materia. Ref. de vt huius rationis alibi.

Intelligētiæ pertinēt ad metaphysicam.

Confir. nam intelligentiæ non pertinent ad physicum, sed metaphysicum, vt colligitur ex 2. phys. t. 26. & t. 71. vbi, quæ immota mouent non esse physicæ considerationis, & idē t. 73. vbi ait principium mouens, non motum non esse physicum, quia non habet in se principium motus, id est naturā, sed si informarēt pertineret ad physicū, tum, quia ex 1. phys. t. 22. eiusdem scientię est cognoscere formā, & materiā, tum quia haberent ordinem ad materiam, atq; adeo non abstrāheret re, & ratione à materia cuiusmodi esse debent, quæ pertinent ad metaphysicum 6. met. t. 1. tum quia anima rationalis ideo pertinet ad physicum, quia informat materiam.

Tertio ex modo vnionis.

Tertio probant ex modo vnionis, nam intelligentia vnitur orbi toti, tantum per contactum virtutis, ergo non per informationem, quia informatio supponit indistantiam formalem inter extrema; antec. patet ex 8. phys. t. 84. vbi intelligentia dicitur esse in maxima circumferentia, & inde per virtutem applicatam mouere totum orbem. Vnde 2. cęl. t. 61. explicans animationem hanc ait *tamquā participatibus actione, & vita*, vbi tamquā explicat improprietatem animationis.

Reijcitur 4. ratio Cremonini.

Quarto probat Cremoninus ex 12. met. t. 16. vbi causam mouentem distinguit à causa formali, quod illa sit prior composito scilicet tempore, hæc autem est simul, vt sanitas cum homine sano. At intelligentia est prior orbe ex 12. met. t. 43. sed hæc ratio non videtur efficax, vt proponitur, nam ibi ponit orbem esse æternum, & motorem esse priorem illo, at nihil potest esse prius tempore substantia æterna, forte posset habere vim, si sumatur motorem esse priorem orbe, vt moto, quia sic est prius tempore qualibet parte motus, sed hinc solum sequitur intelligentiam non esse formā respectu compositi ex orbe, & motu, non autem non esse formam orbis secundū se.

12 Intelligētia est forma assistens.

Tertia con. intelligentia est forma orbi assistens, patet, quia cum continuo moueat, & motus sit à forma; & non sit informans, ergo assistens. confir. quia ad mouendum corpus satis est vnio motoris cum mobili per assistentiam: ergo hæc reperitur inter intelligentiam & orbem, quia alterius rationis vnio esset superflua, & hæc est necessaria propter cōtinuitatem, & regularitatē motus, ergo hæc datur.

Hæc assistētia est ab auctore naturæ voluntariè.

Quarta con. secundum veram philosophiam hæc assistentia non est exigita ex natura orbis, sed voluntariè ab auctore naturæ.

Prima pars patet, tum quia probabilius est motum hunc non esse naturalem orbi, cum inclinatione, sed cum indifferentia, tum quia etiam si esset naturalis, & proinde exigeret aliquem motorem, tamen ex sua natura non determinat sibi motorem talem, vel talem nam à quacunque intelligentia motus esset, adhuc esset, illi naturalis, sicut est naturalis aquæ frigus, & igni calor, à quacunque causa illis communicetur.

Secunda pars patet, quia cū motus orbium sit necessarius ad conseruationem vniuersi pertinet ad auctorem naturæ constituere motorem ex vi decreti de conseruatione illius, at quod motus sit ab hac, vel illa est ex decreto diuerso secundum rationē, vnde huiusmodi assistentia auctori naturę est dupliciter voluntaria, & libera, primo radicaliter ex primo decreto, secundo formaliter, ex secundo decreto. Hinc secundo patet hanc assistentiā cum orbe licet sit per accidens, & non per se, accidentalitate naturæ, tamē perseitate intentionis esse per se, & non per accidens.

13 Ex Aristot. probabiliter hęc imò est exigita ab extremis

Quinta con. probabile est secundum Aristot. hanc vnionem orbis cum intelligentia esse non pure voluntariam auctori naturæ, sed exigitam ex natura extremorum, primo quia ex Arist. hæc vnio est necessaria necessitate naturæ, & determinata iuxta proportionem mobilium, & virtutum mouentium; vnde dixit Arist. quod non posset intelligentia mouere suum orbem si illi adderetur vna stella, secundo quia Arist. 12. met. t. 48. ex numero orbium, colligit numerū intelligentiarū at si intelligentiæ non essent ex natura sua ordinatæ ad motum orbium, sed ex libera voluntate Auctoris naturæ; non rectè colligeret, sicut non rectè colligeret siquis tot esse homines, quot naues, etiam homo sit motor nauis, quia sicut homines sunt plures, nam per accidens, & non ex natura sua ordinantur ad motum nauium, ita dicendum esset de intelligentijs; si vnirentur per accidens. Confirm. quia hic motus vnionis distingui debet ab vnione nautę cū nauis; nam ille est à natura, & ad naturæ conseruationem ordinatus, hic verò est ab arte, & humana inuentione ad finē ordinatus, ad negotia, &c. ergo habere debet à natura diuersas conditiones.

Intelligētia ex Arist. nō dat orbi actum primū immediate, sed mediate non tamen secundum veritatem.

Hinc patet intelligentiam non dare actum primum cœlo immediatè, sed neque mediate, nam existentia orbis neque mediate, neque immediate pendet ab intelligentia secundū veritatem, tum quia probabile est, non pendere à motu, vt causa finali primaria, tum quia etiam si penderet ab illo, adhunc motus

posset

posset esse ab alia causa quam intelligentia, & licet natura tribuerit orbi figuram, qualem exigit motus, tamen eam non habet dependenter ab intelligentia quasi hæc exigat illam figuram in orbe; sicut anima exigit organizationem in corpore; quia si nulla esset possibilis intelligentia adhuc orbis haberet figuram, sicut & motum circularem, & multo minus dici potest, quantitatem, raritatem, & alia orbis accidentia pendere ab intelligentia, vt falsò putarunt Bald. & Achil.

Orbis depẽdentia ab intelligentia quoad substantiam, & accidentia secundum Arist. in genere causæ finalis

At vero ex mẽte Arist. probabile est orbem pendere tam quod substantiam, quam accidentia ab intelligentia in genere causæ finalis, nam pendet à motu, quia ex Arist. necessariò est ab intelligentia, vnde non existente motu saltem possibiliter non esset orbis, quia in natura nihil datur frustra.

Obiectio.

Dices intelligentia nullo modo potest cęlo coniungi, ergo non potest mouere illud, vt assistens; quia mouens debet vniri mobili. Anteced. prob. nam intelligentia non vnitur cœlo ratione suæ substantiæ, quia secundum se est subsistens nullum includens ordinem ad aliud; neque ratione suæ intellectionis, nã intellectio, quæ alteri coniungitur, vel debet pendere à sensibus, vel debet esse practica, quia cognoscens per practicã exit extra se, sicut per speculatiuam est in se. Neque dicant intelligentiam intelligendo se coniungi orbi, quia coniunctio fert rem in aliud, vt sui intellectio trahit ad se, quare potius seiungit ab orbe, ergo solum coniungitur ratione suæ intelligibilitatis atqi adeo, vt est intellectiua.

Solutio.

Resp. infra constabit an orbis informetur anima, vt intellectiua; nunc tantum ostendimus intelligentiam non indigere informatione, vt moueat, quia satis est assistere orbi per virtutem motiuã, quæ exigit, vt sit indistans à mobili secundum substantiã. Hęc autem vnio conuenit etiam rebus subsistentibus, etiam si secundum substanitam non dicant ordinem ad extrema, quibus vnitur, vt patet in nauta vnito naui, vel dicẽdum sufficere ordinem, quem includit potentia motiua ad mobile; vel dicendum ex Aristot. cum intelligentia à natura ordinetur, & approprietur orbi ad mouendũ, includere ordinem etiam secundum substantiam ex Aristotelis principijs.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.*

Actus primus suppo- par primum

PRimo omnis causa, quæ dat subiecto actũ secundum, dat illi actum primum, tum quia secundus supponit primum, cum quia sicut quod dat esse dat consequentia ad esse, ita à posteriori ꝙ dat cõsequẽtia ad esse dat prius esse, sed intelligẽtia dat orbi actũ secundum, scilicet motum, ergo debet dare illi actum primum. Neque dicas illum actum secundum non conuenire orbi ab intrinseco, sed ab extrinseco, nam sicut actus secundi causarum inferiorum ob connaturalitatem sunt ab intrinseco, ita & multo magis actus secundi causarum superiorum, quia in illis exigitur maior connaturalitas ob earum perfectionem.

Diuisio substantiæ in materiã formam, & cõpositum.

Confir. Achil. 2. de orb. d. 1. quia motor orbis est substantia, cum præcedat mobile, quæ est substantia, at præcedens substantiam est substantia 12. met. t. 43. sed non est substantia, quę est pars materialis, quia huius est pati 2. de Gen. 53. & non efficere, cum sit ens in potentia 8. phys. 4. vnde Aristot. 1. met. referens opiniones antiquorum, asserit fuisse, coactos ponere causam vnde motus, vt patet tex. 1 t. Neque est substantia composita, tum quia hæc non agit secundum omnes partes, sed non secundum formam, ergo intelligentia habet rationem substantiæ, quæ est pars formalis, tum quia hoc compositũ, vel est intelligentia, vt hæc non est composita ex alijs secundum aduersarios, licet sit compossibilis cum orbe, vel est orbis ipse, & non, quia ipse est materia, quæ distinguntur ab efficiente, vt patet ex 7. phys. per totum, & 8. phys. t. 33. & 40. vbi ostẽditur mouens distingui à mobili, & ab alio moueri, & patet ex definitione causæ 9. met. 2. & 5. met. t. 17. neque dicas sufficere distinctionem rationis, qualis est inter actum virtualem, & potentiam formalem, nam id repugnat Arist. 12. met. t. 54. vbi contra empedoclem ostendit, materiam non posse coincidere in eandem entitatem cum efficiente, vel est aliud corpus, & neque, tum quia aduersarij dicunt esse intelligentiam; tum quia hoc corpus, vel est contentũ ab orbibus, vt sunt elementa, & non possunt mouere circulariter corpora continentia præserti; tanta velocitate, & regularitate, vt recte Auer. lib. dest. disp. 13. d. 2. vel est corpus continens, & neque, quia extra cœlos non est aliud corpus, ergo motor est animal cœleste, quod se ipsum mouet ratione suæ formę, quę est intelligentia.

Qualis sit condictio animati.

Confir. 2. quia omne animatum est compositum ex materia, & forma, tum quia debet constare ex parte perse mobili, quæ est materia, & parte per se mouente, quæ est forma, tum quia animatum est vnum ens perse, quod habere debet vnionem perse inter materiã, quę est potẽtia, & formã, q̃ est actus 2. de ani. t. 7. 2. de ani. t. 7. & 10. p. ph t. 13. & seq. 7. met. t. 49. 8. met. t. 15. vbi assignatur causa vnionis per se inter extrema, sed cœlũ est animatũ, vt infra; neque dicas esse animatum per assistentiam intelligentiæ, quia ex via assistentiæ compositum non dicitur animatum, vt patet ex naui, quæ non dicitur animal, nec animata ex assistentia nautæ; Neque dicas, orbem esse simplicem entitatem, quæ non componit cum intelligentia; cum vtrumque sit substantia completa. Nam orbis habet compositionem accidentalem, ergo etiam substantialem, nam substantialis pręcedit accidentalem cum accidentia terminata, nõ possint recipi in subiecto, nisi ratione formæ, per quã determinatur potentia materiæ indifferens.

Actus 2. supponit primũ sibi proportionatum.

Resp. actum secundum semper supponere actum primum in eo genere, in quo pendet à primo, vnde cum motus pendeat ab orbe in gene-

genere causæ materialis, supponit in orbe principium passiuum, cuiusmodi non est intelligentia, at cum motus fit ab intelligentia in genere causæ efficientis supponit in illa principium actiuum, sed non est necessarium vt illud sit in eodem, in quo est passiuum, nisi quando operatio conuenit subiecto ab intrinseco, quomodo motus actiue non conuenit orbi, & de hoc subiecto conuenientiæ intelligitur, quod dans operationem rei dat illi esse formaliter, vel illud intelligitur de datione esse, eo modo, quo dat operationem, nā illud esse dare potest, vel informando, vel assistendo. Ad replicam. Resp. ex infra dicendis patebit, motum illum vere non esse connaturalem orbi, vel si est connaturalis ex Arist. erit ratione principij passiui, non actiui, neque est eadem ratio connaturalitatis in inferioribus, & superioribus quia inferiora cum sunt extra loca propria debent habere principium, quo se possint reducere ad loca propria alioqui natura defecisset in necessarijs, at superiora cum sint in loco proprio non indigent principio actiuo motus ad propriū locum acquirendum, sed solum indigent principio siue intrinseco, siue extrinseco quo applicari possint virtutes actiuæ ad rerum generationem, quod etiam in inferioribus seruatur, quorum applicatio conuenit illis ab extrinseco, vt infra clarius patebit.

Diuerso modo est connaturalis motus inferioribus, ac superiorib.

Ad primam confir. Resp. ex dictis patere diuisionem illam substantiæ non conuenire substantiæ in cōmuni, sed esse diuersam significationem substantiæ naturalis, quare intelligentia, nec erit actus, nec potentia, nec compositū, sed substantia supernaturalis completa, vel si velint diuidi substantiam in communi; dico debere esse actum, non quidem incompletum, sed completum, quod distinguitur à potentia.

Qualis sit diuisio substātiæ in actū potentiam, & cōpositū.

Ad secundā confir. Resp esse aliquod animatū dupliciter, primo proprie, & hoc exigit compositionem ex materia, & anima per informationem, & hoc modo cœlum non est animatum. Secundo per analogiam, & hoc non exigit animam informantem, sed assistentem, & hoc modo cœlum dicitur animatum, & animal, sed cū minori improprietate, quā nauis per assistentiam nautæ ob maiorem connaturalitatem ex mente Aristo. de qua re dicemus infra.

## DVBITATIO II.

### *An cœlum sit animatum.*

#### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. cum dictum sit cœlum constare ex materia, & forma, & ostenderimus formam cœli non esse intelligentiam; videndum est an sit aliqua species animæ, sed prius statuendum de animatione cœli in communi.

Secundo Not. hanc quæstionem posse intelligi, tam secundum veritatem, quam ex mente Aristot. & aliorum philosophorum nam licet Arist. exprese dixerit esse animatum, vt patet ex 2. cæl. 13. & 61. & 12. met. 39. tamen illius opinio, vario modo explicetur.

Tertio Not. corpus animatum dici quod cōstituitur per animam, hoc autē dupliciter potest esse primo propriè, & dicitur illud, quod habet animam constitutiuam compositi per veram informationem, vt Planta animal, homo. Secūdo metaphorice, & per analogiam, & dicitur quod constituitur per principium, vitale per vnionem assistentiæ, vel similem in ordine ad aliquem effectum, hic quæritur quomodo cœlum dicatur animatum.

Corpus animarum propriè, & metaphoricè.

Quarto Not. cœlū posse accipi dupliciter primo pro orbe, vt distinguitur ab intelligentia, quem diximus non esse entitatem simplicem, sed compositam ex materia, & forma. Secundo pro aggregato ex orbe, & intelligentia; Nos hic accipimus non primo modo, quia de eo infra disputabitur, sed secundo modo, vtrum orbis ex compositione cum intelligentia sit presuppositiue, vel consequutiue animatum.

Cœlum accipitur, vt cludit vel nō includit intelligentiā.

Quinto Not. omne corpus animatum debere esse organicum, vt patet, tum ex definitione animæ tum ex operationibus, quæ illi conueniunt mediate corpore vt instrumento, ad hoc enim vtitur corpore, sed difficultas est qualis debeat esse talis organizatio, q. licet sit à nobis explicandum fuse in libris de anima, tamen opus est vt aliquid de ea re dicamus. Nam aliqui dicunt consistere in oxigentia determinatæ figuræ ex Aristot. 2. de part. anim. cap. 1. vbi ait *cor esse dissimilare propter suæ figuræ formam*, siue sit cum diuersa complexione partium siue non, dissimilare dicitur, quod non recipit eandem denominationem secundum se totum, & secundum partes p. cœl. 19. 3. phis. t. 52. quale est omne figuratū propria figura, vnde pars circuli non dicitur circulus, nec pars cœli, quia cœlu hoc significet id, quod continet vndiq; naturam, sed fallitur, tum quia licet organizatio fit concumitanter, cū propria figura, non tamen consistit in ea formaliter, nec necessario illam organizatio comitatur, nam elementa, habent figuram circularem, imò viscera; vt hepar, venæ & nerui sunt similares partes, & tamen habent propriam figuram, vt ex Arist. p. de par. c. 2. colligitur, tum quia figura consequitur complexionem partium siue similarum, siue dissimilarium, tum quia figura non denominat totum, & partes, quia resultat indiuisibiliter ex toto, quare denominatio rerū similarium in toto, & partibus non attenditur secundum illam, sed secundum formam substantialem, quia est homogeneitas substantialis, vel secundum accidentales dispositiones, quia est accidētalis. Hine Olimpiod. 4. meteur. & Simpl. p. cœl. 19. cœlū dicunt esse partium similarium, & deducitur ex eodem textu, & 2. cœl. 35. dum ponit motum cœli regu-

Corpus animæ capax quomodo debeat esse organicum.

regularem, eo quod careat intentione, & remissione, neq; obstat, quod al qui dicant ibi loqui de similaritate secundum substantiam secudum se acceptã, non autem vt figuratam, quia æterogeneitas requisita ad animationem non attenditur ex figura, sed ex compositione, & complexione; dices caro est animata, & tamẽ est similaris ex Arist.loc.cit. Resp. primo corpus animatum debere esse organicum, vt est adæquatum subiectum, nam constat singulas partes organi esse similares secundum se acceptas, tamen quia vna ab alia est distinctæ rationis, totum dicitur dissimilare.

Resp. 2. carnem esse similarem secundum apparentiam externam cutis, tamen vt est instrumentum sensus, continet in se fibras & neruos, vt dicetur in libris de animam de dissimilaritas requisita ad organizationem est illa, quæ ordinatur ad operationem, & talem, & vsum; nam alioqui lae esset organicum, quia constat ex diuersis partibus, ex similiter manus mortua esset organica, contra Arist.

Difficile est cognoscere cœlestem naturam.

Sexto Not. cognitionem cœlestis naturæ ob remotionem à nostris sensibus esse valde difficilem ex 2. cœl 17 quare qui aliquid de illa probabiliter docet est laude dignus, vt dicitur t.34.& 60 modus autem de his remotis philosophandi præscribitur p.de cœl.112. *de cœlo, ea rationabiliter ponenda, quæ in multis, aut in omnibus videmus*, vnde 12. met.de Dei intellectione, & vitã beata philosophatur ex similitudine ad nostram contemplationem, & p. meteor sum cap.4. *de immanifestis, inquit, sensui putamus sufficienter demonstrasse secundum rationem, si ad possibile reduxerimus.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.
*Opiniones Doctorum.*

Quæ docuerunt cœlum esse animatum ex philosophis, & Patribus, & Scholasticis Plato. Philo.

PRima opinio est dicentum cœlos esse animatos, illam docuerunt ex antiquis Pythagorici, tum Platonici, sed non explicãt quale genus animæ habeant, vt colligitur ex Plat. 2. de R.P.& 10.de leg. & ex Timeo. vbi Ficinus Alcino. de doct. Plat. c.12 Carpẽ. c.12. Pluthar. 1. de Plat c.17.& 27. sed quia Plato in Epinomide iubet astra, vt Deos coli ideo videtur illi tribuere principium intelligẽs, vt fuse refert eus de præp. Euã g.c.6. Philo.lib.de opific.mundi lib.de somnijs, & lib.de Gigantibus vbi stellas viuentes, & intelligentes esse docet; eandem docuit Aristot. & sequuti sunt ex Peripateticis plerique.

Orig. Hor. Aug.

Eandem docuere Patres Orig. 1. Periar. cap. 7. Hier. in id eccl. *illustrant omnia per circuitum*, sed fuisse dubium pluribus ostendit Martinengus com. 2. in Gen. fol. 853. sicut etiam dubius fuit August. vt colligitur ex 2. de Gen. ad lit. c.18. quia neutrũ fidei aduersatur, vt ait l.2. retr. c.5. & c.56. & 3. Enchir. At. 13. de Ciuit. cap. 16 & lib de cognit. veræ vitæ cap. 6. (si tamen is liber Augustini est) ait esse irrationales, quæ cœlos ponunt intelligentes, vnde Bonau. asserit Aug. retractasse sententiam.

Aur. Firm. Bella. Ticho

Eandem ex Scholasticis sequuntur, vt probabilẽ. Aur. 2. d. 14. q. 2. ar. 2. & 93. ar. vnic. & refert cap. ibi, & alij post Iulium firmicum 1. met cap. 3. & Bellantium apud Alex de Ang. lian Astrol. cap. 13. & fuse Ticho. Branche epistola ad Rottomannum data anno 1590. 18. Aprilis. *Verum hæc, inquit, In cœlestibus, cælesti quodam, & viuaciore, ac cognitione modo eueniunt, quam in animantibus terrestribus, & aequiti cum & cælum animatum esse, ipsa cælestia corpora animantia quædam cæli vitali spiritu prædita, non abre sensisse videntur diuinus ille Platonicorum philosophus*, fauet Scotus d. 14. q. 2. Caiet. in in ps. 135. dubitat Cart. q. 4. & Ferr. 2. contra Gen. cap. 70. vtramque probabiliter defendi posse cum D. Tho. asserit Bassonus 2. de cœl. intex. 4 articulus 5. fundamentum, quia proprium animatorum est moueri in proprio loco ex 2. cœl. 13. & 61. vt inductione patet quod omnia alia quiescunt in proprio loco, sed cœli mouentur in proprio loco ergo sunt animati.

Sco. Caret: Fer. Basson. Fundamentum ex motu in proprio loco.

Tum ex influxu ad animato.

Confirm. quia cœli influunt ad generationem animatorum, non solum, vt causæ vniuersales, vel partiales, sed vt causæ particulares, & totales, vt patet ex ijs, quæ generantur ex putri, & alijs, quæ sine causa adæquata generantur, at causa influens ad huiusmodi generationes debet esse animata, quia imperfectius non potest concurrere ad perfectius, at animata ex genere suo sunt perfectiora inanimatis.

Tum esse consensu plurimorũ.

Confirm. secundo, quia consensus tot philosophorum, & populorum non potest tam longe à veritate aberrare: at opinio de cœli animatione adeo firmiter philosophorum, & populorum antiquorum mentibus adhæsit, vt referente Laertio, Anaxagoras fuerit ad mortem damnatus, quod solem ferrum ignitum esse dixerit, illud enim asseruerunt Chaldæi, Ægyptij, & Græci apud Platonem in Cratylo, & ex Hebræis phylo Rabbi, Moyses, ex Arabibus, Auic. Algaz. Abumaz, & Ptolom. & alij astrologi.

Confirm. tertio, quia ex animatione cœli nullum sequitur absurdum, & pertinet ad perfectionem cœlorum, ergo asserenda est.

Confir. quarto, omne corpus organicum est animatum per animam, quæ est quodquod esse, sed cœlum est organicum, ergo animatum, arqucadeo per animam, quæ est oatura, nam hanc definit 2. phys. & illam dicit esse inseparabilem à materia, nisi secundum rationem.

Anima tribuitur toti vniuerso.

Hi tamen diuerso modo hanc sententiam explicant. Nam Græci, & Ægyptij, Platone antiquiores hanc animationem tribuunt primario toti vniuerso per vnam animam, vt Plato in Cratylo, & epinomide, seu philosopho, Alij vero singulis orbibus suam animam tribuere. At alij non solum singulis orbibus sed etiam singulis stellis propriam assignarunt, & demum alij negarunt illam orbibus, & tribuerunt stellis, vt qui negant orbes moueri, sed stellas per orbes.

At alij non solum orbibus, sed etiã singulis astris.

Secun-

Ex Arist. esse animatū, nō secundū veritatem.

Secunda opinio est dicentium cœlum esse animatum, at non secundum veritatem prima pars prob. ex 2. cœl. 3. 61. & colligitur ex 12. met. 31. confir. quia quod habet ex se differentias positionum est animatum, nam inanimata habent illas in ordine ad animal, quia hoc ex se incipit motum 3. phys. t. 54. sed in cœlo sunt differentiæ positionum secundum se, vt patet 2. cœl. 13. 7. phys. 3. 8. phys. 33. 12. met. 35. ex quibus omnibus locis colligitur deueniendum esse ad vnum primum mobile, quod se ipsum moueat, & habeat partem per se mouentem, & mobilem confir. 2. cœl. 2. vbi ponit esse aliquod corpus mobile diuinum, & immortale, & 2. de anim. t. 29. vbi ait hominibus inesse cognitiuum, & intellectum, *& ei si quid aliud huiusmodi est, aut honorabilius, id est* cœlum ex antiquorum expositione, vnde D. Thom. 2. Contra Gen. c. 70. asserit cœlum ex Arist. esse animatum, & idem q. de anim. ar. 8. ad 3. & Vasq. 1. p. disp. 183. ex simpl. & philop.

Secunda pars, quia vt infra constabit, non potest animari aliqua specie animæ, scilicet vegetatiua sentiente, vel intellectiua ergo.

At neque secundum Arist. neq; secundū veritatem esse animatum propriè, sed metaphoricè.

Tertia opinio est dicentium cœlum neq. secundum Arist. neque secundum veritatem esse animatum anima informante, sed dici animatum anima assistente, ita D. Tho. 1. p. q. 70. ar. 3. quam sequuntur communiter philosophi, & scholastici, de quibus dub. seq. fundamentū, quia nullum est vestigium in cœlo ponendi aliud principium viuens præter intelligentiam, quæ cum non informet, vt supra dicitur assistere, & mihi placet.

## ARTICVLVS TERTIVS.
*Opinio Auctoris.*

Cœlum vt includit intelligentiā est animatū secundum Arist. & veritatem.

PRima concl. cœlum vt dicit aggregatum ex orbe, & intelligentia est secundum Arist. & veritatem, corpus animatum P. pars patet ex dictis in 2. opinione. confir. 12. met. 36. vbi ait primum mouens mouere vt intellectum, & appetitum, ergo formæ mouentes cœlos inferiores intelliguntur, & appetunt, neque 2. cœl. te. 6. negat cœlum moueri ab anima, sed ab anima agente, seu cum afsigatione præter quam φ ibi loquitur de anima mundi Secunda pars patet, ex dictis in prima opinione, quia in modo loquendi sequi debemus communem, at communiter tam philosophi, quam recentiores præcipuè peripatetici dicunt cœlum esse animatum, nam quod negant esse animatum per animam informantem, non negat simpliciter dici animatum per intelligentiam assistentem, vt infra. Confir. quia animatum compositum dicitur, quod constat ex principio viuente, & aggregatum hoc est tale, vt patet ex terminis, ergo.

Obiectio.

Dices omne corpus animatum est organicum, quia anima est actus corporis organici, sed cœlum non est tale ex Aristot. 1. cœl. à t. 1. seq. confir. quia ex Arist. 2. de anim. 5. diuiso corpore in viuens, & non viuens, ait viuens dici quod ab interno nutritur, & augetur, at cœlo id non conuenit, neque dicas ibi diuidi corpus naturale, quod est generabile; nam ibi diuiditur corpus naturale, quod distinguitur ab artificiali. confir. 4. si ob intelligentiam dicitur corpus animatum etiam nauis dicetur animata per nautam.

Solutio φ animatū pp̄e est organicū, non autē quod metaphoricè.

Respond. animatum per animam informantem esse organicum, non autem quod est animatum per assistentem, nam ibi Arist. definit animam, quæ est actus corporis organici atq; adeo est ens partiale essētialiter, quia per illā constituitur animatum propriè. At cęlum est animatum analogice, vt infra.

Respond. 2. Bassonus l. 2. de cœlo int. 4. ar. 1. astra habere organa, & instrumenta motus, quod licet Arist. neget, tamē id tam facile est negare, quam Arist. supponere, neque sequuntur esse interitui obnoxium, quia nutritione non eget. Sed contra quia quia temeritate negat Arist. auctoritatem, eadem ipse fingit in astris instrumenta sine vlla ratione, si enim Aristot. negat, qui suam philosophiam ex sensatis deducit, cur eius philosophandi modus non est deridendus, qui suam doctrinam fundat in ijs, qua sibi per somnium confingit. Aristot. negat in astris instrumenta, tum quia ex sensibus illa non apparent, nec ex sensatis deducuntur, tum quia supra probauit subiectum motus simplicis esse simplicis naturæ, vt infra.

Ad confir. Res. ibi definiri corpus propriè animatum, quod includit animā informantē, non autem metaphoricè per assistentem.

Hæc anima non est propriè per animam informantem 6

Secunda concl. non est animatum per animam informantem. Primo quia infra ostendemus per nullum genus animæ informari.

Secundo quia de ratione corpus animati est esse organicum, vt patet ex definitione animæ, & diuersitate operationum, vitalium animato conuenientium; sed cœlum non est organicū, quia est per omnes partes similare, vt patet ex dictis. Not. 5. Vnde cum dicitur 2. de part. cap. 1. dissimilare propter suæ figuræ formam, debet intelligi concomitanter, quia sub tali figura continet partes similares inter se diuersas, ex quibus, ex conditione suæ formæ componitur, & eiusdem figuræ circularis, vt Arist. 4. cœli te. 19. & sensibus apparet, quæ indiuisibiliter denominat totū et ideo non potest denominare partes, vnde fallitur Cremoninus sect. 5. de natur. cœl. c. 7. dum inde colligit dissimilaritatem. Respon. aliqui cœlum esse dissimilare secundum virtutem, secundum quam habet differentias positionum, vt ostendit Aristot. ex motu ab oriente, comparando cœlum homini si circulariter moueretur à parte dextera ad sinistram, sed falluntur, quia inceptio motus, quod fuerit ab hac, vel illa parte, fuit determinata ab auctore naturæ, nam si fuisset determinata, ex alia parte, vt dicut de motibus sydereme errantiū, tunc illa pars fuisset oriēs, & altera occidens, tum quia quæ nobis est occidens habitantibus inferius hemisphærium est oriens, imò nulla pars determinate in cęlo

Reijcitur primo responsio quia in cælo non sunt differē dæ positionē ex natura rei.

secun-

secundum se est oriens,vel occidens,quia variatur respectu habitantium ; ex quo patet nō recte colligi à Cremonino organizatione, ex polis:nam certum est polos esse terminos lineæ diametralis, quæ diuidere debet sphæram in duas partes æquales vbicunque designetur, quod autem sit designata potius in hac, quam illa parte,id non ortum habuit ex natura diuersa partium orbis, sed ex libera voluntate Auctoris naturæ,& forte habuit rationem in illa linea determinanda nauigationis, cui est valde commoda ea polo designatio ob stellas polo vicinos.

Respond. secundo alij actu esse partes organicas cœli:neque enim in omnibus viuentibus organizatio est eiusdem rationis, vt patet ex diuersitate organorum Plantarum, & animalium, sed contra, quia infra ostendemus stellas non esse organicas partes cœli, neq; expositas ad actiones vitales etiamsi sint diuersæ ab alijs partibus orbis.

Secunda concl. corpus cœleste est animatum per assistentiam intelligentiæ primo patet ex communi sensu omnium fere,qui dixere illud esse animatum,& præcipuè Arist. qui cum probet suse stellas non moueri ex se, sed à principio extrinseco, clarè constat ipsum tenuisse intelligentias nō dare esse animatum per informationem, sed per assistentiam, secundo patet ex dictis; nam ostendimus intelligentias non posse vniri orbibus per informationem, sed per assistentiam ergo dat illis esse animatum per assistentiam, quia forma ex modo dat esse subiecto, quomodo illi vtitur.

Dices cœlum non animari per intelligias, sed per aliam animam intellectiuam similem humanæ. Resp. id sequenti dubitatione refutabitur,oam frustra adderetur intelligentia, si haberet formam, quæ esset anima.

Tertio probatur, illud esse animatum debet tribui cœlo, quod probat ratio motus, ex quo probatur, sed motus cœli non exigit animationem propriè dictam; Nam sufficit metaphorica, quia ex intelligentia vnita orbi per assistentiam,vt mouente,recte fit moueri cœlum in proprio loco circulariter,ergo non est cur animatio propriè dicta illi tribuatur.

Obiectio. Dices si ex assistentia intelligentiæ, orbis dicitur animatus poterit etiam dici intelligere,& appetere,at hoc est contra communem vsum loquendi,& sentiendi,ergo.

Ref. cur nō dicatur cœlum appetere, & intelligere. Resp. ad concedi ab Auer. 2. cœl. 3. & 3. de anim. 14. sed non placet, quia intelligentia nō vnitur orbi,vt intelligens,& appetens,sed vt motor cum illi non comunicet intellectionē, & apperionem, sed motum, ex qua ratione patet discrimen cum dicatur animatum, quia ad hanc denominationem sufficit habere sibi vnitum principiū aliquod vitale cuiusmodi est principium loco motiuum,per quod intelligentia vnitur orbi ut vt dicatur intelligens,& appetens debet intelligētia vniri orbi vt intelligēs,& appetēs, ex quo etiā patet nō satisfacere responsionem Piccol.cap.20. dum ait aggregatum dici posse intelligere, & appetere per accidens,ratione partis scilicet assistentis,ad quas operationes nullo modo iuuat corpus cœleste ; orbem vero, vt distinguitur ab intelligentia,nec dici posse intelligens, nec appetens. Non inquam satisfacit, quia patet discrimen,cur cœlum dicatur simpliciter animatum scilicet orbis ratione vnionis cum intelligentia, & non dicatur intelligere,& appetere ratione talis vnionis.

Dices secundo si ex assistentia orbis dicitur animatum, eadem ratione dicetur nauis ex assistentia remigum. Resp. Piccol. esse diuersam rationem, quia vnio intelligentiæ in orbe est naturalis siue quia exigitur ex natura extremorum,vt volunt Aristotelici, siue quia est ab auctore naturæ, vt putant Theologi;at altera vnio est artificialis, quæ ratio optima est, saltem vt probat cum maiori improprietate nauim dici posse animatam, quam orbem. Non tamen nego nauem dici animatam per aliquam analogiam magis impropriam in nam si in medio mari videretur Triremis moueri non visis remigibus separatis à naui iudicaretur moueri à principio intrinseco,atque adeo animata. Obiectio 2. Ref. cur nauis non dicatur animata ex assistētia nautę

Dices tertio eccl. 1. dicitur lustrans omnia in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur, at assistens forma non mouetur simul cum mobili vnde Hier. ibi *siue ipsum*, inquit, *solem spiritum nominauit quod animet, spiret, & vigeat,& annuos orbis cursus expleat,siue quod lunæ lucentem globum,Titaniaque astra spiritus intus alit, totamque infusa per artus mēs agitet molē,&c.* quibus verbis videtur animam concedere non solū toti mundo,sed etiam astris. confir. ex Boet. 3. de consol.philos. metr.9. Deum per animam mundi motus cœlestium corporum administrare. Obiectio 3.

Resp. ibi expresse loqui de sole, quæ oritur, & occidit, cum tamen terra in æternum stet; nomine autem spiritus intelligi potest aer, qui simul cum cœlis circumfertur 2. intelligentia assistens,quæ metaphorice dicitur pergere, & lustrare omnia per corpus à se motum;qua ratione sæpe effectus denominat causam,vt sol dicitur calidus,quia causat calorem,vel 3. intelligi potest sol, vt ait Heru. ex D. Thom.op.10.art.6. Ægid. 2. d. 14. apud Conimb. 2. cœl. c. 19. 2. ar. 4. ad vlt. qui dicitur spiritus, siue quia effectibus tribuat spiritum vitæ,& similia,siue quia mouetur à spiritu, qui illi assistit, siue quia à Deo mouetur & conseruatur immediate, vel mediate, qui cum penetret per omnia ob sui spiritualitatē & immēsitatem intus alit, & per omnes actus metaphoricè sumptus, est diffusus, vt alibi explicatum est de animatione mundi,& hinc patet ad 1. confir. Ad 2. Boetium per animā mundi intelligere intelligentiam assistentem mouentem primum mobile,vnde pendet motus cæterorum,vt explicat D. Thom. ibi, vel dicendum poni à Boetio animam mundi non ex suo,sed Platonis sensu,vt Alb. c. p. sum q. 63. memb. 2. Ref. explicatione scripturæ.

Quarta concl. hac tmò assistentia inter intel-

Hæc vnio per a sistentiam simpliciter est minor quam vnio per informationẽ & secundũ ꝗ maior.

intelligendum, & orbem, licet simpliciter sit minor vnione inter materiam, & formam: tamen secundum quid est maior.

Prima pars probat Aureol. loc. cit. quia vnio motoris cum mobili non est maior, quã vnio formæ cum materia ex inductione patet. confir. quia vnionis perfectio formaliter spectatur ex vnito quod resultat magis, vel minus vnum, cum vnionis effectus formalis sit vnitum, sed vnitum resultans ex vnione materiæ, & formæ est magis vnum, quam vnitum ex intelligentia, vt orbe, quia illud est vna simpliciter, & per se natura vnius speciei, hoc autem in ratione naturæ est vnum per accidens, quia simpliciter includit plures naturas per se completas in specie, quod licet negent aliqui Aueroistæ, vt Achill. tamen immerito, quia secundum ipsos orbis est natura completa in genere corporalium, & intelligentia in genere spiritualium, & licet vnio cum orbe sit per se perseitate vnitionis, non tamen perse perseitate naturæ, vt diximus,

Confirm. 2. ex Picol. cap. 22. inter vniones naturales, formalis est maior, quia per illam extrema magis seipsa communicant, tum quia cum materia sit potentia ad formam est inchoatio quædam formarum, quare appetit formam, vt consumantem illius perfectionem vt significat Aristot. 8. met. t. 16. tum quia per hanc vnionem non solum communicatur materiæ operatio formæ, sed actus primus illius, & ideo animari proprie dicitur non solum compositum, sed etiam materia, at intelligentia dat solum actum secundum vnde improprie orbis dicitur per illam animari.

Explicatur cũ sit maior

Secunda pars probatur à Piccol. cap. 22. primo est indiuisibilis, nam intelligentia indiuisibiliter assistit orbi cum tamen forma habeat partem in parte, at vbi est vnio indiuisibilis ibi vnita sunt interse magis intima, quia est sm essentiam, præsentiã, & potentiã.

Secundo, est indissolubilis, nam est æterna, cum tamen vniones inferiorum extremorum sint dissolubiles, & temporales.

Tertio quia vnio formalis inferiorum semper est cum aliqua innaturalitate: at ibi nihil est innaturale, quare æterna, & hinc excedat vnionẽ animæ rationalis cum materia, in qua est varia contrarietas qualitatum, & dispositionum.

Quarto quia est maior vnio, & perfectior secundum nobilitatem extremorum, nam orbis & intelligentia sunt nobiliora, quam corpora, & formæ inferiorum informantium.

Quinto ex Piccol. quia orbis magis pendet ab intelligentia, quam corpus ab anima informante, sed non video hanc maiorem dependentiam, nisi nomine intelligentiæ intelligat Deum, à quo omnia, & in esse, & fieri pendent.

Dices quomodo opinio Arist. intelligenda sit, quod cœlum sit quoddã animal compositum ex intelligentia, & orbe vt materia, & forma.

Respond. Aureolus loc. cit. q. 3. primo animal cœleste esse vnum includens omnes orbes ex Auer. 2. cœl. 7. quia omnes mouetur vno motu ex oriente in occidens dependenter ab vno re motu.

Doctrina Aureol. quæ explicat quomodo cœlum sit animal.

Secundo animal cœleste aliter est compositum ex materia, & forma: quam animalia inferiora, nam in cœlo forma nec constituitur per materiam, nec habet esse in materia, cum habeat tantum rationem subiecti: at contra in inferioribus. Hinc secundo sequitur corpus in cœlo indigere forma tamen propter motum, at in inferioribus etiam propter esse. Tertio in inferioribus formæ sunt complementum materiæ, at in cœlo anima est separata in esse, & ideo non constituitur per subiectum.

Tertio cœleste animal aliter est vnum, quã inferiora, vt explicat Auer. 2. cœl. 7. nam in inferioribus corpus est vnum dissimilium partium, quæ sunt ligatæ ingeniose per multa ligamenta, at in cœlis orbes ligantur naturaliter sine artificio in vnum per vnam spiritualem potentiam: & hinc moto primo mouentur alij orbes, vt fiat vna res mota, vt cor mouet cæteras animalis inferioris partes, vnde sicut potentia mouens corpus inferius non diuiditur in alia membra nisi prius diuidatur in corde: ita potentia illa non diuiditur in alios orbes nisi prius diuidatur in primo: imò magis est mirum potentiam cordis nõ in membra dissimilium partiũ, quã potentiam primi orbis diuidi in alios, quæ sunt consimilium partium. Hinc imaginatur Auer. animali secundũ totum non conuenire motũ progressiuum adæquate, & absolute, sed principaliter illi conuenire ratione cordis, vel cerebri cum hæ singulæ partes habere possunt motum proprium ad perficiendum motum progressiuum, vt oculus manus, &c. ita cœlesti animali conuenit adæquate motus diurnus ratione primi mobilis principaliter, & tamen singulis orbibus conueniunt motus proprij ad perficiendum motum vniuersi vt inde oriantur generationes rerum ordinatæ.

Quarto animal cœleste aliter dicitur viuere quam inferiora, quia hæc viuunt per formam non separatam, at cœleste per separatam, quod est in toto, & non vt pars, sed vt totum. Hinc homo est intelligens per partem sui, quia intellectus copulatur homini per phantasmata, & ideo non est vniuersaliter intelligens per omnes partes, sed per determinatam partem non formaliter, sed obiectiue. At forma corporis cœlestis, quia vnitur secundum totum, & non mediante aliqua parte, dat corpori quod sit intelligens vniuersaliter secundũ totum, vt Auer. 2. de anim. 5. sed contra Auer. diximus supra, quid sit sentiendum.

Quinto animalia illa sunt naturalia in genere animatorum: nam ex Auer. 2. cœl. 61. primum cœlum est nobilius in genere animatorum cum sit causa aliorum animatorum.

Sexto corpora cœlestia dici aliqualiter anima-

animalia, imò vnum animal, sed æquiuoce cum animalibus inferioribus.

ARTICVLVS QVARTVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

12 Cœlum, vt dicit orbé non se mouet, sed vt includit intelligentiã.

AD primum Resp. cœlum posse considerari dupliciter, primo secundum se, vt est distinctum ab intelligentia, & negatur moueri à se in loco proprio, sed ab extrinseco, scilicet intelligentia illi vnita, vt motore, sed cum inclinatione orbis, vel indifferentia; nã vt sic non habet in se principium actiuum motus, sed passiuum tantum. Secundo pro toto aggregato ex orbe, & intelligentia, & vt sic mouetur ab intrinseco, quia intelligentia continetur in toto aggregato ex parte mouente, & mota, & ob hanc rationem dicitur viuens, quia est simile viuenti, quod se ipsum mouet, continens partem mouentem, & motã; ad hoc auté nõ exigitur, vt vnio inter illa sit per informationem, quia satis est vnio per assistentiam: imò si ibi esset vnio per informationem, non posset ille motus esse æternus, vt alibi, & eodẽ modo explicandus est Arist. 12. met. dum dixit cœlos moueri à primo motore, vt intelligibili, & appetibili, quia intelligentia mouens cœlum cognoscit, & appetit assimilari primo motori, quia mouet intelligentias non localiter, sed intelligibiliter, & appetibiliter, vt obiectum potentiam; vnde hac ratione primus motor non mouet immediaté, sed mediate, vel vt alij voluit mouet immediate, vt præstat suum generalem concursum cum omnibus intelligentijs mouentibus, qua ratione mouet immediaté, vt prima causa, de qua re infra vide Conimb. 2. coel. cap. 5. q. 6. ex quibus patet quam sit falsus discursus aliquorum apud Cremoninum, dum ex eo quod cœlum dicatur mouere se ipsum, colligunt esse animatum per animam informantem: nam licét omne tale animatum seipsum moueat, non tamen omne seipsum mouens est taliter animatum, nam sufficit habere principium sibi à natura vnitum, vt dicatur seipsum mouere, & hoc satis est vt mouens seipsum distinguatur à motis ab alio, vt dicitur 8. phys. t. 28.

Cur dicatur viuens.

Explicatur Arist. de motu cœlorum à primo motore, vt intelligibili & appetibili.

13 Ad primam confir. Resp. aliqui negando cœlos non esse præstantioris naturæ quam inferiora viuentia omnia præter hominem; sed quia hæc doctrina non admittitur ab omnibus, & erit infra examinanda, ideò. Resp. secundo negando cœlos, vt causas particulares, & principales, & totales concurrere ad generationem viuentium, sed illa produci à Deo vt prima causa supplente defectum causarum secundarum, dum materia est proxime disposita ad formas substantiales viuentes: dixi causa totalis, quia vt causa partialis potest causa ignobilior concurrere, ad effectũ nobiliorem iuxta illud *sol, & homo generant hominẽ.* An autem cœlũ producant, vt instrumenta intelligentiarũ, vt ait D. Tho. 1. p. q. 70. ar. 3. ad 3. dicetur infra cum de influxibus cœlorum, vide Ruuium 2. cœl. cap. 1. q. 1.

Quomodo cœli influãt id generationem viuentium.

Conimb. cap. 3. q. 6. Hangestum lib. 2. de caus. propriet. 6. d. 1.

Ad secundam confir. Resp. 1. de erroribus antiquorum gentilium nõ esse nobis curandum, cum ob eorum peccata obscuratum habuerint intellectum, & insipiens cor, vnde nõ mirum si ad veritatem peruenire non facilé potuerint.

Respon. secundo, antiquos homines diuidi in Plebeios, & philosophos; illi sequebatur quæ à philosophorum schola dicebatur crassa quodam modo intellecta. Hi vero diuisi erant in varias sectas, nam aliqui omnino viuum à cœlis arcebant. Alij vero, qui asserbant non satis clare suam opinionem explicarunt de modo animationis, & eum eorum scripta non habeamus; expedit illos explicare de animatione per assistentiam, sicut explicamus Arist. & Platonem, & hinc diuinatem quandam astris tribuerunt, in quo non paruam occasionem Plebeis dederunt idololatrandi.

Quod de antiquorũ opinione sentiẽdum.

Ad tertiam ex hac animatione cœli multa sequi absurda tum contra philosophica principia, vt dictum est, nam repugnat animæ definitioni cum orbis non sit organicus, & repugnat informationis fini, qui est, vt ordinetur a bonum formæ 2 de anim t. 16. & 17. at informare cœlum nullum bonum adueniie potest animæ quoad suas operationes vegetandi sentiendi, & intelligendi, vt infra fuse.

14 Absurda quæ sequũtur ex animatione propria cœlorum.

Respon. secundo non esse rectum modum philosophandi tribuere rebus omnia, quæ non videmus implicare: nam non omnium scire possumus naturas, & repugnantias, quare solum asserere de ijs possumus, nos nescire repugnantiam, non tamen positiuè d conuenire, nisi adsit aliud argumentum positiue ostendens affirmatiuam partem.

Ad quartam. Resp. negando cœlum esse corpus organicum, nam differentiæ positionis non sunt cum partium ætherogeneitate, vt infra. Dices viuere est à principio intrinseco actiuo essentialiter constituente, nam hoc differt viuens à non viuente 2. de anim, mouere autem se est viuere 2. de anim. t. 24. Resp. infra cum de animatione per animam sensitiuam, nunc satis est, dicta Aristot. intelligi de animatis proprie non analogice, nam in libris de anima agit de animatis per animam informantem, quę est natura, vt alibi diximus.

Obiect. Respon.

DVBITATIO TERTIA.

*An præter intelligentiam insit orbi aliud genus vitæ.*

ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. hic considerari ñi bem, vt distinctum ab intelligentia, quem diximus esse compositum ex materia, & forma, quare videndum est qualis sit illa forma, quę informat materiam cœlestem, & reddit orbem

receptiuum motus, anima ne, an forma alterius generis expers vitæ, qualis est forma lapidum, auri, &c.

Triplex genus animæ. Secundo Not. animarum genus esse triplex: vegetatiuum, cuius opera sunt nutrire, augere, generare sibi simile. Secundo sensitiuum; cuius opera sunt varia, prout sunt varia genera; hoc enim genus cognitione, & motione cognoscitur. Tertio intellectiuum, cuius opus est, intellectio, & quæ illam consequuntur, hæc enim omnia dicuntur opera vitæ.

Tertio Not. cum ex dictis constet cœlos distingui ab elementis inferioribus, inde colligitur, formam cœli non esse elementarem & cum distinguatur ab omnibus, quæ sunt mixta ex elementis: non poterit esse forma eiusdem generis cum formis mixtorum, quare necessario esse debet forma alterius generis.

Quarto Not. hanc quæstionem posse disputari tum secundum principia Arist. tum secundum veritatem; nam multa sunt ab Arist. pronunciata, quæ si ad veritatis trutinam examinentur, non possunt à veritatis amatore probari: vt enim nõ debemus à principijs Arist. iam in schola receptis facile recedere: ita neque illius doctrinæ esse addicti, vt præ illius amore veritatem inuestigare desistimus.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum.*

3 Habere animam vegetatiuam, qui docuerint, Cic.

PRima opinio est dicentium cœlos animari anima vegetatiua, ita Cic. 2. de natur. Deor. ex stoicis, & Cleantis Senec. 2. nat. q. 9. cap. 5. *Hinc scilicet ex terra quidquid est virium singulis. Hinc ipsi mundo tam multa, postenti submistratur; Hinc profertur, quo sustineantur tot sidera, tam exercitata, tam auida per diem noctemque, vt in opere, ita & in pastu & omnium rerum natura, quantum in nutrimentum sui satis est, apprehendit.* Plin. Plin. 2. de nat. hist. cap. 8. ibi *illa nimio alimento tracti humoris igneam vim abundantia reddunt, cum decidere creduntur, vt apud nos quoque id luminibus accensis liquore olei notamus accidere.* Macrob. Macro. de homnio Scipionis circa medium, & apud ipsum Homerus dum fingit Iouem cum cæteris Dijs, scilicet solem cum stellis, inuitari ab Æthyopibus ad epulas in Oceano, quia scilicet putarent nutriri vaporibus aqueis: opinionem explicat, & Bassonus, sequitur Basso. de cœlo lib. 1. de cæl. Iutent. 4. ar. 2. & 3. quod ad hanc nutritionem non esse opus ore, & dentibus, sed more plantarum, & infantium, cibum præparatum naturali facultate trahat, & ignorantibus, & motum peragentibus ipsis, conficitur digeritur, & distribuitur in partes, neque hinc fit vt sint interitui obnoxia, nam quantum substantiæ absumitur, tantundem per nutritionẽ reparatur, vt fit in maris, & aeris conseruatione perpetua, & ex Zabar. lib. de calore cœlesti c. 9. in igne existente sub polis, quẽ quia deficiẽte motu interire existimat noua suffectione in æquali quantitate conseruatur, quod etiam de montibus Silij refert. Plin. vt quidquid interdiu deperditur, nox sequens reparat; cur igitur, quod natura in vilioribus præstat rebus, non potuit in astris præstare, vt quantum continue eorum substantiæ fluerct, nutritio reficeret: At inquies cur non idem accidit in viuentibus. Respon. idem art. 4. quia sunt capacia augmenti, quod indigas elementorum inæqualitatem, humido scilicet, & calido plus attrahente, quam calidum absumpserit, quæ attractio si perpetuo continuaretur, res crescerct in infinitum, sed quia calido vires augente, humidum, & frigidum minuitur, minor fit paruum attractio, & retentio, atque adeo auctio, donec calidum præualens adeo relaxet poros consumpto magna ex parte humido substantifico, vt facilius, quæ appetit exitum, sortiatur, vt videmus igni accidere, qui vt exitum reperit, nec curet humidum noxium excutere, nec humidum iam ab quietum curet simile sibi in subsidium attrahere, vnde calido abeunte per poros, reliquum ab humido, & frigido strangulatur. Hæc Bassonus.

Hi tamen interse diuisi sunt, nam aliqui hunc nutritionis modum, & astris, & orbibus tribuunt. Alij vero solũ astris, vt prædicti &c.

Secunda opinio est dicentium in cœlis esse animam sensitiuam, ex quibus alij illam addunt vegatiuæ. Alij vero solam sensitiuam agnoscunt, vt Marsil. sic nus in Timæũ & l. 10. de leg. vbi illã tribuit Plotino Ennad. 4. lib. 6. & Hermiæ, ex his alij tribunt auditum nobiliorẽ quam sit in inferioribus, vt Marsi. Alij etiam visum, vt Academici alij adduns tactum, vt simpl. 2. cœl. com. 35. in fine, & Bassues disp. 5. met. cap. 26. tribuit Arist., & Alex. sequitur Philop. 2. de anim. 15. Alij cum simplicio visum auditum, & tactum, vt patet 2. de cœl. tex. 35. Alij cum Auic. 9. met. cap. 2. tribuit phantasiam sine aliquo sensu externo. 4 Qui posuerunt animã sensitiuam cũ vegetatiua, vel sine illa.

Fundamentum huius opinionis non aliud video, quam quod ducitur ex nobilitate astrorum, & influxu in sensitiuas naturas, vnde Academici apud Piccol. cap. 24. quatuor ponunt sensuum gradus, primum eminentiorem animæ mundi sine instrumentis, per passionẽ, & progressum ad externa tamquã imaginariam quandam virtutem. Secundo animis sphærarum, & stellarum sine instrumentis, & per passionẽ, sed cum exitu ad externa. Tertio animalibus per instrumenta distributum 4. Plantis, quam Accademicorum sententiam tuetur Philop. 3. de anim. t. 64. & 2. de anim. t. 6. & 17.

Tertia opinio est dicentium hanc animam esse intellectiuã, tribuitur Alex. apud simpl. 2. cœl. com. 35. & 3. de anim. 61. quam ponit informantem cœlum, & effectiuam motus, ad quem intelligentia non effectiue, sed finaliter concurrit, dum anima informans appetit assimilari intelligentiæ, vt explicat Alex. 12. met. con. 20. tribuitur Philop. loc. sup. cit. & originem dicenti illam esse virtutis, & vitij 5 Alij dixerunt esse intellectiuam. Alex. Phil.

capa-

capaces, & Christum pro illis mortuum, pro qua opinione refertur Aug. vt dubius, sed constat ipsum suum dubium retractasse, vt notat Bon. loc. cit. & pro eadem refertur D. Thom. q. de anim. art. 8. ad 3. 4. & 5. 2. contra Gent. c. 70. & opus de Ang. c. 2. vbi ait illam esse omnis peccati expertem, & ad societatem Angelorum pertinere. sed 1. p. q. 70. ar. 3. retractat, vt ibi Caie. vnde immerito Ferr. vtramq; partem probabiliter defendi posse asseruit, in quo etiam errore fuit Martinengus T. 2. in Gen. sed differunt, quod aliqui volunt esse pure intellectiuam, vt communiter Auer. Alij vero esse coniunctam cum imagicatiua, vt Auic. & Crem. vt possit cognoscere particulares reuolutiones, fundamentum sumitur ex ps. 135. qui *facit cœlos in intellectu* idest intellectuales, & eccles. primo *in circuitu pergit spiritus*.

D. Thom.

Martineng.

Secundo, quia consensus tot motuum diuersorum, & influentium non potest esse sine aliquo motore dirigente per cognitionem, vt fiunt cum regularitate conuenienti ad conseruationem vniuersi, quæ enim sunt à natura semper ex aliqua causa contingente præter intentionem naturæ, aliquo modo aberrant; quam tamen causam natura non cognoscens vitare non potest, at cum nihil tale cœlo contingat, asserendum est motorem esse intelligentem, & sua intelligentia vitare impedimenta.

6 Negant formam cœlorum informantẽ esse vniuersalẽ, sed inanimã ac assistentẽ pertinere ad ordinẽ virtutum ex scholasticis & Patribus.

Quarta opinio est dicentium, formam informantem cœlestem materiam non esse vitalem, sed inanimem, sicut est forma auri; formam vero assistentem, quæ dat motum, esse intellectiuam pertinentem, non ad genus animatum, quæ sunt essentialiter partes, sed intelligentiarum pertinentium ad ordinem virtutum, ex D. Thom. 3. contra Gen. cap. 80. & opusc. 10. art. 17. & in Dionis. de cœlesti Hierar. cap. 8.

Hanc tribuunt Alex. 2. natur. qq. cap. 6. Simpl. 8. phys. t. 42. 79. 84. Alens. 2. p. q. 87 nu. 3. art. 4. Alb. de 4. coeus q. 4. art. 24. Bonauent. 2. d. 15. q. 4. in priore parte d. 4. 5. D. Tho. p. p. q. 70. art. 3. vbi Bag. & alij, & 3. cœl. 51. & de spir. creat. art. 56. C ap. 2. d. 91. Dur. q. vnic. art. 1 & d. 14. q. 2. vbi Gab. q. vnic. och. q. 12. Ægid. q. 3. Arg q. 1. art. 1. Henr. art. 2. sequuntur recentiores Ruuius 2. cœl. c. 1. q. 1. Conimb. q. 1. Piccol. de cœl. c. 24 & alij

Ex patribus illam docent. Basil. in Hexam. hom. 1. 3. & in ps. 48. Amb. l. 2. c. 4. Cyrillus 2. contra Iul. Psell. ex Naz. orat. 28. & 42. Hier. in cap. 32. Deut. ibi *Audite cæli*, & in cap. 1. & 45. Isa. & epist. ad Pamach Aug. lib. de duab. ani. c. 4 vbi muscam ait esse nobiliorem Chrisost. in psalm. 4. Procop. in Gen. Lactan. 2. diuinar. instit. cap. 5. Damasc. l. 2. fid. cap. 6. *Nullus*, inquit, *cælos, & sydera animata esse existimet anima quippe, & sensu carent*, Cath. in cap. 1. Gen. Perer. 2. in Gen. q. 7. Abul. in cap. 3. exod. q. 47. Tyr. inc. 10. Hier. Eugub. in ps. 18.

Vnde Aug. lib. 1. retr. cap. 5. & 11. retractat, quæ de mundi animatione temere scripserat, nam quæ animationem ostendunt per tropum, & metaphoricè dicta fuisse testatur 1. 2. retr. cap. 7.

Fundamentũ, quia anima nõ vnitur corpori nisi propter suam perfectionem, sed operatio, & intellectio non pendet à corpore subiectiue, cum sit spiritualis, sed obiectiue, at hoc modo non potest pendere nisi per sensus recipiendo species, atque adeo non potest intellectiua informare corpus nisi sit sensitiua, & hæc nisi sit vegetatiua, vt infra. 7

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui oppositam sententiam nulla censura dignam putant, vt D. Thom. 2. contra Gen. cap. 70. quia nihil contra fidem asseritur, & August. l. 3. enchir. cap. 58. vbi ait esse dubium an cœlum sit animatum, nec ex scriptura aliquod colligi, & 2. retr. c. 7. vbi animationẽ mũdi temere à se assertam fuisse, sequitur Caiet. 1. p. q. 3. art. 1. vbi ait forte secundum veritatem esse animatum, & Petrus Martinez. licet vtramque partem tueatur, tamen propendet in animationem cœlorum.

Discrimen inter illos auctores.

Alij tamen putant temerariam, quia sine ratione asseritur, vt Aug. loc. cit. Alij erroneam, vt Bon. 2. d. 14 p. 1. art. 3. q 2. vbi ait esse falsam, & erroneam Cap. 2. d. 9. q. ar. 1. Gab. d. 54. q. 1. Petrus Tarant. apud Car. d. 16. ibi q. 4. Cathar. in cap. 1. Gen. Perer. loc. cit.

## ARTICVLVS TERTIVS.
### *Opinio Auctoris.*

PRima conclus. Forma informãs Cœli materiam, non est anima vegetatiua. Nam in Cœlo non potest esse operatio vegetatiua; sed forma innotescit nobis ex operationibus ergo. Maior prob. nam prima operatio huius, quæ supponitur ab omnibus alijs, f. augmentatione, & generatione est nutritio, at in Cœlo non est nutritio, primo hæc ordinatur à natura ad restaurandam substantiam deperditam, seu corruptam; quod nequit fieri sine alteratione propriè dicta, & corruptione partialiter harũ Cœlum ob sui incorruptibilitatem, est incapax 2. Cœl. 20. Neque dicas non dici corrumpi, quia tantundem restauratur, nam restauratio facit quidem, vt totum conseruetur, non tamen quin partes sint corruptibiles, vt dicitur de elementis; quod Bassonus concedit partialem corruptionem: tunc contra illi obijciuntur, quæ dicentur de Cœlorum omnimoda incorruptibilitate, & quæ de modo nutritionis dici possunt, vt infra: secundo requiritur al mẽtum, at hoc nullum est, nam vapores ascendentes de terra, & aqua, neque pertingũt ad sphæram Cœlestem, sed cõsistunt in media regione aeris, neque sufficerent ad tot astra alendi, quin si tota terra, & aqua conuerteretur in vapores, non sufficeret ad alendum vnum astrum, ob maximam improportionem magnitudinis inter illa; tum quia vapores illi descendunt ad terram conuersi in rorem, pruinã, pluuias, & alia metereologica, alioqui iam defecisset terra, & aqua, vt facilè patet

8 Forma cœli non est vegetatiua.

Reijcitur Bassonus.

pstet cõsideranti, & ostendit optimè Arist. hæc reciproca generatione, tertio nutritio indiget instrumentis, tũ attrahentibus alimentũ, tum digerentibus illud, & conuertentibus in substantiam aliti, tum segregantibus excrementa à parte apta ad alendum; at hæc non sunt in Cœlo, nam quia vaporum ascensio non est per attractionem, sed per alterationem, per quã leuigati vapores ex se ascenduntitum quia attractio est per aliquem cõtactum, non enim radices plantarum trahunt succum à terra; in qua non inexistũt: vnde fit non omnem attractionem esse actum vitalem; quis enim dicet attractionem magnetis à ferro esse vitalem? fit enim attractio vitalis non per alterationem, sed per instrumenta, quæ contingunt mediatè, vel immediatè alimentum; nam prius pars proxima alimento trahit illud, tum pars priori parti proxima, & sic consequenter per omnes partes alimentum distribuitur.

9 Non est sensitiua, vt cognoscens per sensus externos.

Secunda concl. materia Cœlestis non informatur anima sentiente, vt est cognoscens per sensus externos; primo, quia ex ijs, quæ nobis apparet ex sensibilibus anima sensitiua supponit vegetatiuam ex 2. de anim 3.

Confirm. quia ex sensatis ostendit Arist. omnem sensum fundari in tactu, at tactus fundatur in temperie primarum qualitatum ex tex. 68. quarum Cœlum non est capax; vnde ablato tactu omnes alios sensus auferri necesse est. Conf. 2. quia anima sensitiuẽ exigit in corpore organa per quę operetur 2 de anim. 6. at his caret Cœlum, vt ex ijs; quæ apparent in Cœlo, nam velle fingere instrumenta, vel operationes sensitiuas alterius rationis sine ratione aliqua ducta ex nobis notis, non est philosophi, sed amatoris vanitatum, vt patet ex dictis d. 2. art. 1. not. 5. & 6.

Ratio ex doctrina Arist.

Secundo probatur ex ratione Arist. 3. de anim. tex 60. 61. sensus sunt à natura dati animalibus, vel propter disciplinam; vel propter salutem, ex cap. 1. de sensu, & sensili, sed Cœlum propter hæc non indiget illis, ergo; minor probatur de disciplina tũ, quia disciplina pertinet ad intellectũ, at intellectus intelligentię nõ indiget sensibus, quia nõ recipit species à phantasmatibus, neque ibi est intellectus alterius rationis, tum quia ad cognitionem exiguntur species obiectorum, quę ab obiectis sẽsibilibus nõ possũt imprimi sine alteratione sensibili, cuius est incapax Cœlum, vt infra dicetur: deinde probatur, quoad salutem, nam eũ Cœlum sit incorruptibile non potest pati incõmodum, quod vitari debeat per sensus, neque, vt acquirat aliquid necessarium ad sui conseruationem.

Obiect.

Dices 1. met. initio, *signum autem est sensuum dilectio, nam & absque vsu; propter seipsos amantur, præ cæteris autem, qui per oculos fit, non enim, vt agamus solum, verum etiam nihil acturi, ipsum videre, quæ omnibus aliis, vt ita dicam eligimus, causa autem est, quod sensum hic vel maximè nos cognoscere quicquam facit, multasque differentias manifestat*, Resp. ibi non negari finem sensuum esse necessitatem vitæ, quatenus per sensus cognoscimus vtilia, & nociua ad cõseruationem vitę, vt illa fugiamus, vel prosequamur, vt dicitur 3. de anima ad finẽ, & c. primo de sensu, & sens. sed significari aliũ finem sensuum, scilicet scientiam, quæ in nobis oritur à sensu; vnde asserit quod etiam si per sensus nihil agere deberemus ad necessitatem vitę; nihilominus diligeremus sensus, quatenus deseruirent ad habendam scientiam, vt Scotus notat, & propter hoc, *ait præter enim vtilitatem propter seipsos diliguntur*. Alij tamen explicat hanc dilectionem ipsorum esse propter salutem ipsorum, nam si periret totum, etiam ipsi sensus perirent.

Res. ostẽdo quis sit finis sensus.

## ARTICVLVS III.

*Negantur Cœlo sensus interni.*

Tertia concl. Cœlum non informatur anima sentiente per sensum internum phantasiæ, ex 2. de anim. tex. 160. in inferioribus phantasia non est sine externis sensibus, ergo neque in Cęlo, quia ex nobis manifestis ad nobis immanifesta deuenire debemus, & aliud asserere est fingere, non philosophari. 10

Neq; vt est cognoscens per internos sensus.

Dices 1. sẽsus sũt necessarij supposita alia gubernatione, quia nõ potest fieri gubernatio nisi per cognitionẽ aliquã, saltem sensitiuam, at Mundus inferior gubernatur à superiori 1. meteor. c. 2. Confir. quia, vt motor moueat debet cognoscere singulas circulationes, quas producit, quia motor Cœlorum non operatur cæco modo, at singulæ non possunt cognosci per intellectum, cuius est cognoscere vniuersalia, ergo debet in Cęlo poni phantasia, ita Auic.

Obiect. Conf. 1. Conf. 2.

Confirm. 2. ex 3. de anim. 60. *si igitur omne progressiuum corpus non habet sensum, corrumpetur vtique, & ad finem non perueniet, qui est naturæ opus, quomodo enim aletur? manentibus enim inest hoc, vnde nata sunt.*

Resp. Mundum non gubernari à Cęlo, vt supposito dirigente, sed vt instrumento intelligentiæ dirigentis, neque vt actiuo circulationis, sed passiuo, sed ad gubernationem huiusmodi, non requiritur cognitio nisi in supposito mouente vt causa principali, quia dirigere ad sappõsitum pertinet, non ad instrumentum. 11

Resp. quomodo inferiora dicãtur guberna ri à superioribus latiõibus.

At instabis, id quod intelligẽtiæ dirigenti est vicinius secundum situm, debet etiam esse illi propinquius secundum perfectionem, alioqui affinitas partium sibi coherentium, & proportio dissolueretur; sed orbes sunt viciniores Intelligẽtijs ad recipiẽdas eorum actiones: ergo erunt etiam secundum perfectionem, at perfectio vicinior intellectui est sensus interior, ergo.

Resp. ex vicinitate situs, & receptionis operationis, ea tantum perfectio colligenda, est, quæ est necessaria ad recipiendam actionem. Hæc autem est incorruptibilitas, per quam superiora excedunt inferiora perfectio

Quæ perfectio tribuẽda maior sit biecto viciniori, operanti.

ctio autem ſenſitiua non eſt neceſſaria ad recipiendum motus, ſed potius obeſt, licet ſit propinquior reſpectu intellectionis. Ad primam confirm.reſp. Mercen. non eſſe cognoſcendas, cum nequeat occurrere impedimentum; præſertim cum elementa moueantur ſine cognitione. Reſp. 2. Cęlos recipere circulationes illi communicatas, ab intelligentia dirigente, & mouente, quare ſatis eſſet cognoſci ab intelligentia, ſi eiſet neceſſaria cognitio.

Vnde' motus animalis

Ad 2. confirmationem rectè in animalibus progreſſiuis conceditur ſenſus, quia illa mouentur ab appetitu alimentorum, & aliorum, quæ ſunt neceſſaria ad vitæ conſeruationem, quæ ſine cognitione aliqua ſëſitiua nequeunt fieri, at hæc alimentorum, & eorum quæ ſunt neceſſaria ad ſalutē proſecutio, vel fuga, non eſt neceſſaria Cęlis, vt dictū eſt: vnde potius ex hoc oppoſitum colligitur; magis videntur obſtare verba text. 61. 3. de anim. vnde philoponus colligit Cęlo conuenire ſenſus dum dicitur *non poteſt* inquit *non manſiuum, ac mobile habere intellectum ſine ſenſu.* Sed Reſp. ex Alex. & Temiſtio ibi probari oppoſitum, nam docet in mortalibus non eſſe intellectum ſine ſenſu, at vero in corpore ingenerabili non ita ſe rem habere; propter quid enim habebitur? quaſi dicat, neq; propter corporis, neque animæ bonum, & fauet Ariſt. 2. de anim. 15. vbi impoſſibile erit in mortalibus, intellectum ſeparari à ſenſu; legatur Thom. 3. de anim. cap. 7ı.

Dices 2. quidquid perfectionis eſt in inferioribus debetur ſuperioribus, ob perfectionē maiorem debitam ſuperioribus; ſed ſenſus dicunt perfectionem in inferioribus, nam hoc animalia excedunt plantas; ergo. Conf. quia cęli ſunt animati, & vegetantes, ſed vt animalia: ſed tactus eſt fundamentum animalitatis, ergo.

Quæ, & quia perfectiones inferiorū ſunt ponendę in ſuperiorib'

Reſp. 1. in ſuperioribus debere poni perfectiones inferiorum, quæ ſunt ſimpliciter, non autem quæ ſunt ſecundum quid, habentes admixtam imperfectionem, cuiuſmodi ſunt ſenſus, cum hi ſint coniuncti cum corruptibilitate, quæ repugnat Superioribus, ſicut generare ſibi ſimile dicit perfectionem in inferioribus, & tamē id negatur Angelis, quia illa perfectio connotat imperfectionem corruptibilitatis, quæ repugnat Angelis, & optimè explicat Themiſt. loc. cit. dicens ſenſum fuiſſe negatum Planetis, & Cęlo, illis ob illarum imperfectionem, & craſſitudinē ſuæ naturæ, ſentiendi vim capere non potuerin. *Cœlo autem quia eminentiore ordine habebatur, quam vt ad hunc vſum deſcenderet.*

Reſ. 2. Cęlos præciſa intelligētia eſſe ſuperiores ſecundū quid. i. ſitu inferioribus, nō autē naturæ perfectione, & dignitate, vt infra. Reſp. 3. Piccol. concedendo ſentiens eſſe nobilius non ſentiente cæteris paribus, vel illo quod indiget ſenſu ob ſui imperfectionem, at Cœli ſunt ſupra hanc indigentiam, & imperfectionem.

Ad confirm. Cœlos non eſſe propriè, ſed analogicè animatos, vt dixi, quare ob id non eſt neceſſarium illis tribuere ſenſus.

## ARTICVLVS QVINTVS.

*Oſtenditur Cœlos carere anima ſenſitiua, vt motiua.*

Quarta concl. cęlū non informatur anima ſentiente, vt eſt motiua. Primo, quia virtus motiua animalis ſubordinatur cognitioni, & appetitui ſenſitiuo, vt oſtendit Ariſt. 3. de anim. à tex. 48. & ſeq. & Themiſt. à cap. 65. & ſeq. ſeu tex. 54. & ratio quia hic motus eſt ab aliquo bono apprehenſo, & appetito, à quo illiciūtur animalia ad ſe mouendum, neq; de Cœlorum animatione philoſophandum eſt ex principijs confictis, ſed ex nobis motis per ſenſus. 13

Non eſt anima ſentiens vt motiua.

Conf. quia motus animalis nō poteſt fieri ſine aliquo inſtrumento corporeo, vt oſtendit Them. 3. de anim. cap. 65. 66. te. 54. & 55. & Ariſt. de motu anim. cap. 5. ſed in Cœlo nullum apparet tale inſtrumentum, nam illud eſt cor, vt putant Peripatetici, vel cerebrum, vt alij; at vtrumque deeſt Cœlo; legendus Ariſt. lib. de inceſſu anim. & de motu anim. vbi oſtenditur impoſſibile eſſe fieri motum nullo quieſcente; vnde confirm. 2. nam hæc immobilitas diuerſo modo reperitur in animalibus, & in Cœlo, ergo motus cœli non eſt à potentia motiua animali, nam omnes ſpecies motus animalis debent participare illam rationem, quæ eſt neceſſaria ad motum animalis in communi, per quam diſtinguitur à motu rerum inanimatarum. Minor probatur ex Ariſt. de motu anim. c. 2. & 3. vt explicabimus in libris de anima.

Dices ſenſitiua diſtinguuntur ab inſenſatis cognitione, & motu p. de anim. t. 59. ſed in cœlis eſt motus proprius animalis, qui eſt ab intrinſeco, in loco naturali ad conſeruandam vniuerſi perfectionem, neque dicas illum motum conuenire orbi ab extrinſeco nam primum in genere mobilium eſt, mouens ſe ipſum vt probat Ariſt 8. phyſ. à t. 34. ex co quod in omni genere id, quod eſt per ſe debet eſſe prius en, quod eſt per accidens ſeu per aliud; At cœlum eſt primum in genere, mobilium quia ab eius motu omnia pendēt. 14

Obiect.

Reſ. cœlum, vt eſt coniunctum intelligentiæ dici analogicè animatum, quia mouetur in proprio loco, non ad quærendam ſuam ſalutem, vt animata, ſed ad quærendam ſalutem vniuerſi ex deſtinatione auctoris naturę, & hac ratione ex D. Th. 1. p. q. 70. art. 3. dicitur eſſe primum in genere mobilium, ac ſe ipſum mouere. At cœlum phyſicè, & ſecundum ſe conſideratum, vt non dicit connnectione cum intelligētia, ſic eſſe inanimatū, non eſſe primum, nec ſecundum in genere ſe mouentium, quia ſe ipſum non mouet, ſed ab alio mouetur. At inſtabis cœlum primum non mouetur ab alio corpore, ſed potius ipſum mouet alios orbes inferiores, ergo vt ſic eſt primum. Reſp. dupliciter dici poſſe primum mobile, primo paſſiue præciſe, ſic non

Reſ. cur cœlum dicatur à ſe moueri

genere causæ materialis, supponit in orbe principium passiuum, cuiusmudi. non est intelligentia, at cum motus sit ab intelligentia in genere causæ efficientis supponit in illa principinm actiuum, sed non est necessarium vt illud sit in eodem, in quo est passiuum, nisi quando operatio conuenit subiecto ab intrinseco, quomodo motus actiue non conuenit orbi, & de hoc subiecto conuenientiæ intelligitur, quod dans operationem rei dat illi esse formaliter, vel illud intelligitur de datione esse, eo modo, quo dat operationem, nã illud esse dare potest, vel informando, vel assistendo. Ad replicam. Resp. ex infra dicendis patebit, motum illum vere non esse connaturalem urbi, vel si est connaturalis ex Arist. erit ratione principij passiui, non actiui, neque est eadem ratio connaturalitatis in inferioribus, & superioribus quia inferiora cum sunt extra loca propriã debent habere principium, quo se possint reducere ad loca propria alioqui natura defecisset in necessarijs, at superiora cum sint in loco proprio non indigent principio actiuo motus ad propriũ locum acquirendum, sed solum indigent principio siue intrinseco, siue extrinseco quo applicari possint virtutes actiuæ ad rerum generationem, quod etiam in inferioribus seruatur, quorum applicatiu conuenit illis ab extrinseco, vt infra clarius patebit.

Diuerso modo est connaturalis motus inferioribus, ac superiorib⁹

Ad primam confir. Resp. ex dictis patere diuisionem illam substantiæ non conuenire substantię in cõmuni, sed esse diuersam significationem substantiæ naturalis; quare intelligentia, nec erit actus, nec potentia, nec compositũ, sed substantia supernaturalis completa, vel si velint diuidi substantiam in commun; dico debere esse actum, nun quidem incompletum, sed completum, quod distinguitur a potentia.

Qualis sit diuisio substãtiam in actũ potentiam, & cõpositã.

Ad secundã confir. Resp. esse aliquod animatũ dupliciter, primo propriè, & hoc exigit compositionem ex materia, & anima per informationem, & hoc modu cœlum non est animatum. Secundo per analogiam, & hoc non exigit animam informantem, sed assistentem, & hoc modo cœlum dicitur animatum, & animal, sed cũ minori improprietate, quã nauis per assistentiam nautæ ob maiorem connaturalitatem ex mente Aristo. de qua re dicemus infra.

## DVBITATIO II.

### *An cœlum sit animatum.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. cum dictum sit cœlum constare ex materia, & forma, & ostenderimus formam cœli non esse intelligentiam; videndum est an sit aliqua species animę, sed prius statuendum de animatione cœli in cummuni.

Secundo Not. hanc quæstionem posse intelligi, tam secundum veritatem, quam ex mente Aristot. & aliorum philosophorum nam licet Arist. expresse dixerit esse animatum, vt patet ex 2. cæl. 13. & 61. & 12. met. 35. tamen illius opinio vario modo explicetur.

Tertio Not. corpus animatum dici quod cõstituitur per animam, hoc autẽ dupliciter potest esse primo propriè, & dicitur illud, quod habet animam constitutiuam compositi per veram informationem, vt Planta animal, homo. Secũdo metaphorice, & per analogiam, & dicitur quod constituitur per principium, vitale per vnionem assistentiæ, vel similem in ordine ad aliquem effectum, hic quæritur quomodo cœlum dicatur animatum.

Corpus animatum propriè, & metaphoricè.

Quarto Not. cœlũ posse accipi dupliciter primo pro orbe, vt distinguitur ab intelligentia, quem diximus non esse entitatem simplicem, sed compositam ex materia, & forma. Secundo pro aggregato ex orbe, & intelligentia; Nos hic accipimus non primo modo, quia de eo infra disputabitur, sed secundo modo, vtrum orbis ex compositione cum intelligentia sit præsuppositiue, vel consequutiue animatum.

Cœlum accipitur, vt cludit vel nõ includit intelligenciã.

Quinto Not. omne corpus animatum debere esse organicum, vt patet, tum ex definitione animæ tum ex operationibus, quæ illi conueniunt mediãte corpore vt instrumento, ad hoc enim vtitur corpore, sed difficultas est qualis debeat esse talis organizatio, quæ licet sit à nobis explicandum suse in libris de anima, tamen opus est vt aliquid de ea re dicamus. Nam aliqui dicunt consistere in exigentia determinatæ figuræ ex Aristor. 2. de part. anim. cap. 1. vbi ait *cor esse dissimilare propter suæ figuræ formam*, siue sit cum diuersa complexione partium siue non, dissimilare dicitur, quod non recipit eandem denominationem secundum se totum, & secundum partes p. cœl. 19. 3. phis. t. 52. quale est omne figuratũ propria figura, vnde pars circuli non dicitur circulus, nec pars cęli, quia cęlu hic significet id, quod continet vndiq; naturam, sed fallitur, tum quia licet organizatio sit concomitanter, cũ propria figura, non tamen consistit in ea formaliter, nec necessario illam organizatio comitatur, nam elementa, habent figuram circularem, imò viscera; vt hepar, venæ & nerui sunt similares partes, & tamen habent propriam figuram, vt ex Arist. p. de par. c. 2. colligitur, tum quia figura consequitur complexionem partium siue similarum, siue dissimilarium, tum quia figura non denominat totum, & partes, quia resultat indiuisibiliter ex toto, quare denominatio rerũ similarium in toto, & partibus non attenditur secundum illam, sed secundum formam substantialem, quia est homogeneitas substantialis, vel secundum accidentales dispositiones, quia est accidẽtalis. Hinc Olimpiod. 4. meteor. & Simpl. p. cęl. 19. cęlũ dicunt esse partium similarium, & deducitur ex eodem textu, & 2. cœl. 35. dum ponit motum cœli regu-

Corpus animæ capax quomodo debeat esse organicum.

regularem, eo quod careat intentione, & remissione, neq; obstat, quod al qui dicant ibi loqui de similarliate secundum substantiam secudum se acceptá, non autem vt figuratam, quia ærerogeneitas requisita ad animationem non attenditur ex figura, sed ex compositione, & complexione; dices caro est animata, & tamẽ est similaris ex Arist. loc. cit. Res. primo corpus animatum debere esse organicum, vt est adæquatum subiectum, nam constat singulas partes organi esse similares secundum se aceeptas, tamen quia vna ab alia est distinctæ rationis, totum dicitur dissimilare.

Resp. 2. carnem esse similarem secundum apparentiam externam cutis, tamen vt est instrumentum sensus, continet in se fibras & neruos, vt dicetur in libris de anima: nam dissimilaritas requisita ad organizationem est illa, quæ ordinatur ad operationem, & talem, & vsum; nam alioqui lac esset organicum, quia constat ex diuersis partibus, ex similiter manus mortua esset organica, contra Arist.

Difficile est cognoscere cœlestem naturam.

Sexto Not. cognitionem cœlestis naturæ ob remotionem à nostris sensibus esse valde difficilem ex 2. cœl 17 quare qui aliquid de illa probabiliter docet est laude dignus, vt dicitur t. 34. & 60 modus autem de his remotis philosophandi præscribitur p. de cœl. 11 a. *de cœlo, ea rationabiliter ponenda, quæ in multis, aut in omnibus videmus*, vnde 12. met. de Dei intellectione, & vita beata philosophatur ex similitudine ad nostram contemplationem, & p. meteor sum cap. 4. *de immanifestis*, inquit, *sensui putamus sufficienter demonstrasse secundum rationem, si ad possibile reduxerimus.*

## ARTICVLVS SECVNDVS.
### *Opiniones Doctorum.*

Quæ docuerunt cœlum esse animatum ex philosophis, & Patribus, & Scholasticis Plato. Philo.

PRima opjnio est dicentum cœlos esse animatos, illam docuerunt ex antiquis Pythagorici, tum Platonici, sed non explicãt quale genus animæ habeant, vt colligitur ex Plat. 2. de R.P. & 10. de leg. & ex Timeo. vbi Ficinus Alcino. de doct. Plat. c. 12. Carpẽ. c. 12. Pluthar. t. de Plat c. 17. & 27. sed quia Plato in Epinomide iubet astra, vt Deos coli ideo videtur illi tribuere principium intelligẽs, vt fuse refert eus de præp. Euãg. c. 6. Philo. lib. de opific. mundi lib. de somnijs, & lib. de Gigantibus vbi stellas viuentes, & intelligentes esse docet; eandem docuit Aristot. & sequuti sunt ex Peripateticis pleriq.

Orig. Hor. Aug.

Eandem docuere Patres Orig. 1. Periar. cap. 7. Hier. in id eccl. *illustrans omnia per circuitum*, sed fuisse dubium pluribus ostendit Martinengus com. 2. in Gen. fol. 853. sicut etiam dubius fuit August. vt colligitur ex 2. de Gen. ad lit. c. 18. quia neutrũ fidei aduersatur, vt ait l. 2. retr. c. 5. & c. 56. & 3. Enchir. At. 13. de Ciuit. cap. 16 & lib de cognit. veræ vitæ cap. 6. (si tamen is liber Augustini est) ait esse irrationales, qui cœlos ponunt intelligentes, vnde Bonau. asserit Aug. retractasse sententiam.

Aur. Firm. Bella. Ticho.

Eandem ex Scholasticis sequuntur, vt probabilẽ. Aur. 2. d. 14. q. 2. ar. 2. & 93. ar. vnic. & refert cap. ibi, & alij post Iulium firmicum 1. met cap. 3. & Bellantium apud Alex de Ang. li. in Astrol. cap. 13. & fuse Ticho. Branche epistola ad Rottomannum data anno 1590. 18. Aprilis. *Verum hæc*, inquit, *In cœlestibus, cœlesti quodam, & viuaciore, ac cognitione modo eueniunt, quam in animantibus terrestribus, & aqueis: cum & cælum animatum esse, ipsa cælestia corpora animantia quædam cæli vitali spiritu prædita, non abre sensisse videntur diuinus ille Platonicorum philosophus*, fauet Scotus d. 14. q. 2. Caiet. in in ps. 135. dubitat Cart. q. 4. & Ferr. 2. contra Gen. cap. 70. vtramque probabiliter defendi posse cum D. Tho. asserit Bassonus 2. de cœl. intex. 4 articulus 1. fundamentum, quia proprium animatorum est moueri in proprio loco ex 2. cœl. 13. & 61. vt inductione patet quod omnia alia quiescunt in proprio loco, sed cœli mouentur in proprio loco ergo sunt animati.

Sco. Caiet. Fer. Basson. Fundamentum ex motu in proprio loco.

Tum ex influxu ad animata.

Confirm. quia cœli influunt ad generationem animatorum, non solum, vt causæ vniuersales, vel partiales, sed vt causæ particulares, & totales, vt patet ex ijs, quæ generantur ex putri, & alijs, quæ sine causa adæquata generantur, at causa influens ad huiusmodi generationes debet esse animata, quia imperfectius non potest concurrere ad perfectius, at animata ex genere suo sunt perfectiora inanimatis.

Tum ex consensu plurimorũ.

Confirm. secundo, quia consensus tot philosophorum, & populorum non potest tam longe à veritate aberrare: at opinio de cœli animatione adeo firmiter philosophorum, & populorum antiquorum mentibus adhęsit, vt referente Laertio, Anaxagoras fuerit ad mortem damnatus, quod solem ferrum ignitum esse dixerit, illud enim asseruerunt chaldæi, Ægyptij, & Græci apud Platonem in Cratylo, & ex Hebræis phylo Rabbi, Moyses, ex Arabibus, Auic. Algaz. Abumaz, & Ptolom. & alij astrologi.

Confirm. tertio, quia ex animatione cœli nullum sequitur absurdum, & pertinet ad perfectionem cœlorum, ergo asserenda est. Confir. quarto, omne corpus organicum est animatum per animam, quæ est quodquod esse, sed cœlum est organicum, ergo animatum, atque adeo per animam, quæ est natura, nam hanc definit 2. phys. & illam dicit esse inseparabilem à materia, nisi secundum rationem.

Anima tribuitur toti vniuerso.

Hi tamen diuerso modo hanc sententiam explicant. Nam Græci, & Ægyptij, Platone antiquiores hanc animationem tribuunt primario toti vniuerso per vnam animam, vt Plato in Crityl̄o, & epinomide, seu philosopho, Alij vero singulis orbibus suam animam tribuere. At alij non solum singulis orbibus sed etiam singulis stellis propriam assignarunt, & demum alij negarunt illam orbibus, & tribuerunt stellis, vt qui negant orbes moueri, sed stellas per orbes.

At alij non solum orbibus, sed etiã singulis astris.

Secun-

Ex Arist.esse animatũ, nõ secundũ veritatem.

Secunda opinio est dicentium cœlum esse animatum, at non secundum veritatem prima pars prob. ex 2. cœl. 3.61. & colligitur ex 12. met. 31. confir. quia quod habet ex se differentias positionum est animatum, nam inanimata habent illas in ordine ad animal, quia hoc ex se incipit motum 3.phys.t.54. sed in cœlo sunt differentiæ positionum secundum se, vt patet 2.cœl. 13.7.phys.3.8.phys.33. 12. met. 35. ex quibus omnibus locis colligitur deueniendum esse ad vnum primum mobile, quod se ipsum moueat, & habeat partem per se mouentem, & mobilem. confir. 2. cœl. 2. vbi ponit esse aliquod corpus mobile diuinum, & immortale, & 2. de anim. t. 29. vbi ait hominibus inesse cognitiuum, & intellectum, *& si quid aliud huiusmodi est, aut honorabilius, id est* cœlum ex antiquorum expositione, vnde D. Thom. 2. Contra Gen. c. 70. asserit cœlum ex Arist. esse animatum, & idem q. de anim. ar. 8. ad 3. & Vasq. 1. p. disp. 183. ex simpl. & philop.

Secunda pars, quia vt infra constabit, non potest animari aliqua specie animæ, scilicet vegetatiua sentiente, vel intellectiua ergo.

At neque secundum Arist. neq; secundũ veritatem esse animatum propriè, sed metaphoricè.

Tertia opinio est dicentium cœlum neq. secundum Arist. neque secundum veritatem esse animatum anima informante, sed dici animatum anima assistente, ita D. Tho. 1. p. q. 70. ar. 3. quam sequuntur communiter philosophi, & scholastici, de quibus dub. seq. fundamentũ, quia nullum est vestigium in cœlo ponendi aliud principium viuens præter intelligentiam, quæ cum non informet, vt supra dicitur assistere, & mihi placet.

## ARTICVLVS TERTIVS.

*Opinio Auctoris.*

Cœlum vt includit intelligentiã est animatũ secundum Arist. & veritatem.

Prima concl. cœlum vt dicit aggregatum ex orbe, & intelligentia est secundum Arist. & veritatem, corpus animatum P. pars patet ex dictis in 2. opinione. confir. 12. met. 36. vbi ait primum mouens mouere vt intellectum, & appetitum, ergo formæ mouentes cœlos inferiores intelligunt, & appetunt, neque 2. cœl. te. 6. negat cœlum moueri ab anima, sed ab anima agente, seu cum assignationes præter quam quæ ibi loquitur de anima mundi Secunda pars patet, ex dictis in prima opinione, quia in modo loquendi sequi debemus communem, at communiter tam philosophi, quam recentiores præcipuè peripatetici dicunt cœlum esse animatum, nam quod negant esse animatum per animam informantem, non negat simpliciter dici animatum per intelligentiam assistentem, vt infra. Confir. quia animatum compositum dicitur, quod constat ex principio viuente, & aggregatum hoc est tale, vt patet ex terminis, ergo.

Obiectio.

Dices omne corpus animatum est organicum, quia anima est actus corporis organici, sed cœlum non est tale ex Aristot. 1. cœl. à t. 1. seq. confir. quia ex Arist. 2. de anim. 3. diuiso corpore in viuens, & non viuens, ait viuens dici quod ab interno nutritur, & augetur, at cœlo id non conuenit, neque dicas ibi diuidi corpus naturale, quod est generabile; nam ibi diuiditur corpus naturale, quod distinguitur ab artificiali. confir. 4. si ob intelligentiam dicitur corpus animatum etiam nauis dicetur animata per nautam.

Solutio quod animatũ propriè est organicũ, non autẽ quod metaphoricè.

Respond. animatum per animam informantem esse organicum, non autem quod est animatum per assistentem, nam ibi Arist. definit animam, quæ est actus corporis organici atq; adeo est ens partiale essẽtialiter, quia per illã constituitur animatum propriè. At cœlum est animatum analogicè, vt infra.

Respond. 2. Bassonus l. 2. de cœlo int. 4. ar. 5. astra habere organa, & instrumenta motus, quod licet Arist. neget, tamẽ id tam facile est negare, quam Arist. supponere, neque sequuntur esse interitui obnoxium, quia nutritione non eget. Sed contra quia qua temeritate negat Arist. auctoritatem, eadem ipse, fingit in astris instrumenta sine vlla ratione, si enim Aristot. negat, qui suam philosophiam ex sensatis deducit, cur eius philosophandi modus non est deridendus, qui suam doctrinam fundat in ijs, quæ sibi per somnium confingit. Aristot. negat in astris instrumenta, tum quia ex sensibus illa non apparent, nec ex sensatis deducuntur, tum quia supra probauit subiectum motus simplicis esse simplicis naturæ, vt infra.

Ad confir. Resp. ibi definiri corpus propriè animatum, quod includit animã informantẽ, non autem metaphoricè per assistentem.

6 Hæc anima tio non est propriè per animam informantem.

Secunda concl. non est animatum per animam informantem. Primo quia infra ostendemus per nullum genus animæ informari.

Secundo quia de ratione corpus animati est esse organicum, vt patet ex definitione, animæ, & diuersitate operationum, vitalium animato conuenientium; sed cœlum non est organicũ, quia est per omnes partes similare, vt patet ex dictis. Not. 5. Vnde cum dicitur 2. de part. cap. 1. dissimilare propter suæ figuræ formam, debet intelligi concomitanter, quia sub tali figura continet partes similares inter se diuersas, ex quibus, ex conditione suæ formæ componitur, & eiusdem figuræ circularis, vt Arist. 4. cœli te. 19. & sensibus apparet, quæ indiuisibiliter denominat totũ et ideo non potest denominare partes, vnde fallitur Cremoninus sect. 5. de natur. cœl. c. 7. dum inde colligit dissimilaritatem. Respon. aliqui cœlum esse dissimilare secundum virtutem, secundum quam habet differentias positionum, vt ostendit Aristot. ex motu ab oriente, comparando cœlum homini si circulariter moueretur à parte dextera ad sinistram, sed falluntur, quia inceptio motus, quod fuerit ab hac, vel illa parte, fuit determinata ab auctore naturæ, nam si fuisset determinata, ex alia parte, vt dicut de motibus syderum errantiũ, tunc illa pars fuisset oriẽs, & altera occidens, tum quia quæ nobis est occidens habitantibus inferius hemisphærium est oriens, imò nulla pars determinate in cælo

Reijcitur primo responsio quia in cælo non sunt differẽ dæ positionẽ ex natura rei.

secun-

secundum se est oriens, vel occidens, quia variatur respectu habitantium; ex quo patet nō rectè colligi à Cremonino organizationē, ex polis: nam certum est polos esse terminos lineæ diametralis, quæ diuidere debet sphæram in duas partes æquales vbicunque designetur, quod autem sit designata potius in hac, quam illa parte, id non ortum habuit ex natura diuersa partium orbis, sed ex libera voluntate Auctoris naturæ, & forte habuit rationem in illa linea determinanda nauigationis, cui est valde commoda ea polo designatio ob stellas polo vicinos.

Respond. secundo alij actu esse partes organicas cœli: neque enim in omnibus viuentibus organizatio est eiusdem rationis, vt patet ex diuersitate organorum Plantarum, & animalium, sed contra, quia infra ostendemus stellas non esse organicas partes cœli, neq; espositas ad actiones vitales etiamsi sint diuersæ ab alijs partibus orbis.

Reijcitur 2. responsio.

Animatio cœlorū est metaphorica per assistentiam.

Secunda concl. corpus cœleste est animatum per assistentiam intelligentiæ primo patet ex communi sensu omnium fere, qui dixere illud esse animatum, & præcipuè Arist. qui cum probet fuse stellas non moueri ex se, sed à principio extrinseco, clarè constat ipsum tenuisse intelligentias nō dare esse animatum per informationem, sed per assistentiam, secundo patet ex dictis; nam ostendimus intelligentias non posse vniri orbibus per informationem, sed per assistentiam ergo dat illis esse animatum per assistentiam, quia forma ex modo dat esse subiecto, quomodo illi vtitur.

Dices cœlum non animari per intelligias, sed per aliam animam intellectiuam similem humanæ. Resp. id sequenti dubitatione refutabitur, nam frustra adderetur intelligentia, si haberet formam, quæ esset anima.

Tertio probatur, illud esse animatum debet tribui cœlo, quod probat ratio motus, ex quo probatur, sed motus cœli non exigit animationem propriè dictam; Nam sufficit metaphorica, quia ex intelligentia vnita orbi per assistentiam, vt mouente ei rectè sit moueri cœlum in proprio loco circulariter, ergo non est cur animatio propriè dicta illi tribuatur.

Obiectio.

Dices si ex assistentia intelligentiæ, orbis diceretur animatus poterit etiam dici intelligere, & appetere, at hoc est contra communem vsum loquendi, & sentiendi, ergo.

Res. cur nō dicatur cœlum appetere, & intelligere.

Resp. id concedi ab Auer. 2. cœl. 3. & 3. de anim. 14. sed non placet, quia intelligentia nō vnitur orbi, vt intelligens, & appetens, sed vt motor cum illi non comunicet intellectionē, & appetionem, sed motum, ex qua ratione patet discrimen cum dicatur animatum, quia ad hanc denominationem sufficit habere sibi vnitum principiū aliquod vitale cuiusmodi est principium loco motiuum, per quod intelligentia vnitur orbi: at vt dicatur intelligens, & appetens debet intelligētia vniri orbi vt intelligēs, & appetēs, ex quo etiā patet nō satisfacere responsionem Piccol. cap. 20. dum ait; aggregatum dici posse intelligere, & appetere per accidens, ratione partis scilicet assistentis, ad quas operationes nullo modo iuuat corpus cœleste; orbem vero, vt distinguitur ab intelligentia, nec dici posse intelligens, nec appetens. Non inquam satisfacit, quia patet discrimen, cur cœlum dicatur simpliciter animatum scilicet orbis ratione vnionis cum intelligentia, & non dicatur intelligere, & appetere ratione talis vnionis.

Obiectio 2.

Res. cur nauis non dicatur animata ex assistentia nautæ.

Dices secundo si ex assistentia orbis dicitur animatum, eadem ratione dicetur nauis ex assistentia remigum. Resp. Piccol. esse diuersam rationem, quia vnio intelligentiæ in orbe est naturalis siue quia exigitur ex natura extremorum, vt volunt Aristotelici, siue quia est ab auctore naturæ, vt putant Theologi at altera vnio est artificialis, quæ ratio optima est, saltem vt probat cum maiori improprietate nauim dici posse animatam, quam orbem. Non tamen nego nauem dici animatam per aliquam analogiam magis impropriam nam si in medio mari videretur Triremis moueri non visis remigibus separatis a naui iudicaretur moueri à principio intrinseco, atque adeo animata.

Obiectio 3.

Dices tertio eccl. 1. dicitur lustrans omnia in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur, at assistens forma non mouetur simul cum mobili vnde Hier. ibi *siue ipsum*, inquit, *solem spiritum nominauit quod animet, spiret, & vigeat, & annuos orbis cursus expleat, siue quod lunæ lucentem globum, Titaniaque astra spiritus intus alit, totamque infusa per artus mēs agitet molem, &c.* quibus verbis videtur animam concedere non solū toti mundo, sed etiam astris. confir. ex Boet. 3. de cons. philos. metr. 9. Deum per animam mundi motus cœlestium corporum administrare.

Res. explicatione scripturæ.

Resp. ibi expresse loqui de sole, quæ oritur, & occidit, cum tamen terra in æternum stet; nomine autem spiritus intelligi potest aer, qui simul cum cœlis circumfertur à intelligentia assistens, quæ metaphorice dicitur pergere, & lustrare omnia per corpus à se motum; qua ratione sæpe effectus denominat causam, vt sol dicitur calidus, quia causat calorem, vel 3. intelligi potest sol, vt ait Heru. ex D. Thom. op. 10. art. 6. Ægid. 2. d. 14. apud Conimb. 2. cœl. c. 19. 1. ar. 4. ad vlt. qui dicitur spiritus, siue quia effectibus tribuat spiritum vitæ, & similia, siue quia mouetur à spiritu, qui illi assistit, siue quia à Deo mouetur & conseruatur immediate, vel mediate, qui eum penetret per omnia ob sui spiritualitatē & immēsitatem intus alit, & per omnes actus metaphoricè sumptus, est diffusus, vt alibi explicatum est de animatione mundi, & hinc patet ad 1. confir. Ad 2. Boetius per animā mundi intelligere intelligentiam assistentem mouentem primum mobile, vnde pendet motus cæterorum, vt explicat D. Thom. ibi, vel dicendum poni à Boetio animam mundi non ex suo, sed Platonis sensu, vt Alb. c. p. sum q. 63. memb. 2.

Quarta concl. hac imò assistentia inter intel-

Hæc vnio per assistentiam simpliciter est minor quam vnio per informationẽ & secundũ ꝗ maior.

intelligendum, & orbem, licet simpliciter sit minor vnione inter materiam, & formam: tamen secundum quid est maior.

Prima pars probat Aureol. loc. cit. quia vnio motoris cum mobili non est maior, quã vnio formæ cum materia ex inductione patet. confir. quia vnionis perfectio formaliter spectatur ex vnito quod resultat magis, vel minus vnum, cum vnionis effectus formalis sit vnitum, sed vnitum resultans ex vnione materiæ, & formæ est magis vnum, quam vnitum ex intelligentia, vt orbe, quia illud est vna simpliciter, & per se natura vnius speciei, hoc autem in ratione naturæ est vnum per accidens, quia simpliciter includit plures naturas per se completas in specie, quod licet negent aliqui Aueroistæ, vt Achill. tamen immerito, quia secundum ipsos orbis est natura completa in genere corporalium, & intelligentia in genere spiritualium, & licet vnio cum orbe sit per se perseitate vnitionis, non tamen perse perseitate naturæ, vt diximus.

Confirm. 2. ex Piccol. cap. 22. inter vniones naturales, formalis est maior, quia per illam extrema magis seipsa communicant, tum quia cum materia sit potentia ad formam est inchoatio quædam formarum, quare appetit formam, vt consumantem illis perfectionem vt significat Aristot. 8. met. t. 16. tum quia per hanc vnionem non solum communicatur materiæ operatio formæ, sed actus primus illius, & ideo animari proprie dicitur non solum compositum, sed etiam materia, at intelligentia dat solum actum secundum vnde improprie orbis dicitur per illam animari.

Explicatur cũ sit maior

Secunda pars probatur à Piccol. cap. 22. primo est indiuisibilis, nam intelligentia indiuisibiliter assistit orbi cum tamen forma habeat partem in parte, at vbi est vnio indiuisibilis ibi vnita sunt interse magis intima, quia est sm̃ essentiam, præsentiã, & potentiã.

Secundo, est indissolubilis, nam est æterna, cum tamen vniones inferiorum extremorum sint dissolubiles, & temporales.

Tertio quia vnio formalis inferiorum semper est cum aliqua innaturalitate: at ibi nihil est innaturale, quare ęterna, & hinc excedat vnionẽ animæ rationalis cum materia, in qua est varia contrarietas qualitatum, & dispositionum.

Quarto quia est maior vnio, & perfectior secundum nobilitatem extremorum, nam orbis & intelligentia sunt nobiliora, quam corpora, & formæ inferiorum informantium.

Quinto ex Piccol. quia orbis magis pendet ab intelligentia, quam corpus ab anima informante, sed non video hanc maiorem dependentiam, nisi nomine intelligentiæ intelligat Deum, à quo omnia, & in esse, & fieri pendent.

Dices quomodo opinio Arist. intelligenda sit, quod cœlum sit quoddã animal compositum ex intelligentia, & orbe vt materia, & forma.

Respond. Aureolus loc. cit. q. 3. primo animal cœleste esse vnum includens omnes orbes ex Auer. 2. cœl. 7. quia omnes mouetur vno motu ex oriente in occidens dependenter ab vno re motu.

Doctrina Aureol. quę explicat quomodo cœlum sit animal.

Secundo animal cœleste aliter est compositum ex materia, & forma: quam animalia inferiora, nam in cœlo forma nec constituitur per materiam, nec habet esse in materia, cum habeat tantum rationem subiecti; at contra in inferioribus. Hinc secundo sequitur corpus in cœlo indigere forma tamen propter motum, at in inferioribus etiam propter esse. Tertio in inferioribus formæ sunt complementum materiæ, at in cœlo anima est separata in esse, & ideo non constituitur per subiectum.

Tertio cœleste animal aliter est vnum, quã inferiora, vt explicat Auer. 2. cœl. 7. nam in inferioribus corpus est vnum dissimilium partium, quæ sunt ligatæ ingeniose per multa ligamenta, at in cœlis orbes ligantur naturaliter sine artificio in vnum per vnam spiritualem potentiam: & hinc moto primo mouentur alij orbes, vt fiat vna res mota, vt cor mouet cæteras animalis inferioris partes; vnde sicut potentia mouens corpus inferius non diuiditur in alia membra nisi prius diuidatur in corde: ita potentia illa non diuiditur in alios orbes nisi prius diuidatur in primo: imò magis est mirum potentiam cordis nõ in membra dissimilium partiũ, quã potentiam primi orbis diuidi in alios, quæ sunt consimilium partium. Hinc imaginatur Auer. animali secundũ totum non conuenire motũ progressiuum adæquate, & absolute, sed principaliter illi conuenire ratione cordis, vel cerebri cum hæ singulæ partes habere possunt motum proprium ad perficiendum motum progressium, vt oculus manus, &c. ita cœlesti animali conuenit adæquate motus diurnus ratione primi mobilis principaliter, & tamen singulis orbibus conueniunt motus proprij ad perficiendum motum vniuersi vt inde oriantur generationes rerum ordinatæ.

Quarto animal cœleste aliter dicitur viuere quam inferiora, quia hæc viuunt per formam non separatam, at cœleste per separatam, quod est in toto, & non vt pars, sed vt totum. Hinc homo est intelligens per partem sui, quia intellectus copulatur homini per phantasmata, & ideo non est vniuersaliter intelligens per omnes partes, sed per determinatam partem non formaliter, sed obiectiue. At forma corporis cœlestis, quia vnitur secundum totum, & non mediante aliqua parte, dat corpori quod sit intelligens vniuersaliter secundũ totum, vt Auer. 2. de anim. 3. sed contra Auer. diximus supra, quid sit sentiendum.

Quinto animalia illa sunt naturalia in genere animatorum: nam ex Auer. 2. cœl. 63. primum cœlum est nobilius in genere animatorum cum sit causa aliorum animatorum.

Sexto corpora cœlestia dici aliqualiter anima-

animalia, imò vnum animal, sed æquiuoce cum animalibus inferioribus.

## ARTICVLVS QVARTVS.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

12 Cœlum, vt dicit orbé non se mouet, sed vt includit intelligentiá.

AD primum Resp. cœlum posse considerari dupliciter, primo secundum se, vt est distinctum ab intelligentia, & negatur moueri à se in loco proprio, sed ab extrinseco, scilicet intelligentia illi vnita, vt motore, sed cum inclinatione orbis, vel indifferentia; nã vt sic non habet in se principium actiuum motus, sed passiuum tantum. Secundo pro toto aggregato ex orbe, & intelligentia, & vt sic mouetur ab intrinseco, quia intelligentia continetur in toto aggregato ex parte mouente, & mota, & ob hanc rationem dicitur viuens, quia est simile viuenti, quod se ipsum mouet, continens partem mouentem, & motã; ad hoc autẽ nõ exigitur, vt vnio inter illã sit per informationem, quia satis est vnio per assistentiam: imò si ibi esset vnio per informationem, non posset ille motus esse æternus, vt alibi, & eodẽ modo explicandus est Arist. 12. met. dum dixit cœlos moueri à primo motore, vt intelligibili, & appetibil, quia intelligentia mouens cœlum cognoscit, & appetit assimilari primo motori, quia mouet intelligentias non localiter, sed intelligibiliter, & appetibiliter, vt obiectum potentiam: vnde hac ratione primus motor non mouet immediatè, sed mediate, vel vt alij volunt mouet immediate, vt præstat suum generalem concursum cum omnibus intelligentijs mouentibus, qua ratione mouet immediatè, vt prima causa, de qua re infra vide Conimb. 2. coel. cap. 5. q. 6. ex quibus patet quam sit falsus discursus aliquorum apud Cremoninum, dum ex eo quod cœlum dicatur mouere se ipsum, colligunt esse animatum per animam informantem: nam licet omne tale animatum seipsum moueat, non tamen omne seipsum mouens est taliter animatum, nam sufficit habere principium sibi à natura vnitum, vt dicatur seipsum mouere, & hoc satis est vt mouens seipsum distinguatur à motis ab alio, vt dicitur 8. phys. t. 28.

Cur dicatur viuens.

Explicatur Arist. de motu cęlorum à primo motore, vt intelligibili & appetibili.

13 Ad primam confir. Resp. aliqui negando cœlos non esse præstantioris naturæ quam inferiora viuentia omnia præter hominem; sed quia hæc doctrina non admittitur ab omnibus, & erit infra examinanda, ideo. Respon. secundo negando cœlos, vt causas particulares, & principales, & totales concurrere ad generationem viuentium, sed illa produci à Deo vt prima causa supplente defectum causarum secundarum, dum materia est proxime disposita ad formas substantiales viuẽtes: dixi causa totalis, quia vt causa partialis potest causa ignobilior concurrere, ad effectũ nobiliorem iuxta illud *sol, & homo generant hominẽ*. An autem cœli producant, vt instrumenta intelligentiarũ, vt ait D. Tho. 1. p. q. 70. ar. 3. ad 3. dicetur infra cum de influxibus cœlorum, vide Ruuium 2. cœl. cap. 1. q. 1. Conimb. cap. 3. q. 6. Hangestum lib. 2. de caus. propriet. 6. d. 1.

Quomodo cęli influãt ad generationem viuentum.

Ad secundam confir. Resp. 1. de erroribus antiquiorum gentilium nõ esse nobis curandum, cum ob eorum peccata obscuratum habuerint intellectum, & insipiens cor, vnde nõ mirum si ad veritatem peruenire non facile potuerint.

Respon. secundo, antiquos homines diuidi in Plebeios, & philosophos; illi sequebantur quæ à philosophorum schola dicebatur crasso quodam modo intellecta. Hi vero diuisi erant in varias sectas, nam aliqui omnino vitam à cœlis arcebant. Alij vero, qui asserbant non satis clare suam opinionem explicarunt de modo animationis, & cum eorum scripta non habeamus; expedit illos explicare de animatione per assistentiam, sicut explicamus Arist. & Platonem, & hinc diuinitatem quandam astris tribuerunt, in quo non paruam occasionem Plebeis dederunt idololatriandi.

Quod de antiquorũ opinione sentiẽdum.

14 Ad tertiam ex hac animatione cœli multa sequi absurda tum contra philosophica principia, vt dictum est, nam repugnat animæ definitioni; cum orbis non sit organicus, & repugnat informationis fini, qui est vt ordinetur ad bonum formæ 2. de anim. t. 16. & 17. at informare cœlum nullum bonum aduenire potest animæ quoad suas operationes vegetandi sentiendi, & intelligendi, vt infra fuse.

Absurda, quæ sequũtur ex animatione propria cęlorum.

Respon. secundo non esse rectum modum philosophandi tribuere rebus omnia, quæ non videmus implicare: nam non omnium scire possumus naturas, & repugnantias, quare solum asserere de ijs possumus, nos nescire repugnantiam, non tamen positiue id conuenire, nisi adsit aliud argumentum positiue ostendens affirmatiuam partem.

Ad quartam. Resp. negando cœlum esse corpus organicum, nam differentiæ positionis non sunt cum partium ætherogeneitate, vt infra. Dices viuere est à principio intrinseco actiuo essentialiter constituente, nam hoc differt viuens à non viuente 2. de anim, mouere autem se est viuere 2. de anim. t. 24. Resp. infra cum de animatione per animam sensitiuam, nunc satis est, dicta Aristot. intelligi de animatis proprie non analogice, nam in libris de anima agit de animatis per animam informantem, quę est natura, vt alibi diximus.

Obiect. Respon.

# DVBITATIO TERTIA.

*An præter intelligentiam insit orbi aliud genus vitæ.*

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo Not. hic considerari orbem, vt distinctum ab intelligentia, quem diximus esse compositum ex materia, & forma, quare videndum est qualis sit illa forma, quę informat materiam cœlestem, & reddit orbem

receptiuum motus, anima ne, an forma alterius generis expers vitæ, qualis est forma lapidum, auri &c.

Triplex genus animæ. Secundo Not. animarum genus esse triplex; vegetatiuum, cuius opera sunt nutrire, augere generare sibi simile. Secundo sensitiuum; cuius opera sunt varia, prout sunt varia genera; hoc enim genus cognitione, & motione cognoscitur. Tertio intellectiuum, cuius opus est, intellectio, & quæ illam consequuntur, hæc enim omnia dicuntur opera vitæ.

2 Tertio Not. cum ex dictis constet cœlos distingui ab elementis inferioribus inde colligitur, formam cœli non esse elementarem & cum distinguatur ab omnibus, quæ sunt mixta ex elementis: non poterit esse forma eiusdem generis cum formis mixtorum; quare necessario esse debet forma alterius generis.

Quarto Not. hanc quæstionem posse disputari tum secundum principia Arist. tum secundum veritatem; nam multa sunt ab Arist. pronunciata, quæ si ad veritatis trutinam examinentur, non possunt à veritatis amatore probari; vt enim nõ debemus à principijs Arist. iam in schola receptis facile recedere: ita neque illius doctrinæ esse addicti, vt præ illius amore veritatem inuestigare desistamus.

## ARTICVLVS SECVNDVS.
*Opiniones Doctorum.*

3 Habere animam vegetiuam, qui docuerint, Cic. PRima opinio est dicentium cœlos animari anima vegetatiua, ita Cic. 2. de natur. Deor. ex stoicis, & Cleantis Senec. 2. nat. q. 9. cap. 5. *Hinc scilicet ex terra quidquid est virium singulis. Hinc ipsi mundo tam multa poscenti subministratur; Hinc profertur, quo substineantur tot sidera, tam exercitata, tam auida per diem noctemque, vt in opere, ita & in pastu, & omnium rerum natura, quantum in nutrimentum sui satis est, apprehendit.*

Plin. Plin. 2. de nat. hist. cap. 8. ibi *illa nimio alimento tracti humoris igneam vim abundantia reddunt, cum decidera creduntur, vt apud nos quoque id luminibus accensis liquore olei notamus accidere.*

Macrob. Macro. de somnio Scipionis circa medium, & apud ipsum Homerus dum fingit Iouem cum cæteris Dijs, scilicet solem cum stellis, inuitari ab Æthyopibus ad epulas in Oceano, quia scilicet putarent nutriri vaporibus aqueis; opinionem explicas, & sequitur Basso. de cœlo lib. 1. de cæl. Iutent. 4.

Bassenus, ar. 2. & 3. quod ad hanc nutritionem non esse opus ore, & dentibus, sed more plantarum, & infantium, cibum præparatum naturali facultate trahat, & ignorantibus, & motum peragentibus ipsis, conficitur digeritur, & distribuitur in partes, neque hinc fit vt sint interitui obnoxia, nam quantum substantiæ absumitur, tatundem per nutritionẽ reparatur, vt fit in maris, & aeris conseruatione perpetua, & ex Zabar. lib. de calore cœlesti c. 9. in igne existente sub polis, quẽ quia deficiẽ te motu interire existimat noua suffectione in æquali quantitate conseruatur, quod etiam de montibus salis refert. Plin. vt quidquid interdiu deperditur, nox sequens reparat; cur igitur, quod natura in viuentibus præstat rebus, non potuit in astris præstare, vt quantum continue eorum substantiæ flueret, nutritio reficeret; At inquies cur non idem accidit in viuentibus. Respon. idem art. 4. quia sunt capacia augmenti, quod indigat elementorum inæqualitatem, humido scilicet, & calido plus attrahente, quam calidum absumpserit, quæ attractio si perpetuo continuaretur, res cresceret in infinitum, sed quia calido vires augente, humidum, & frigidum minuitur, minor fit paruum attractio, & retentio, atque adeo auctio, donec calidum præualens adeo relaxet poros consumpto magna ex parte humido substantifico, vt facilius, quæ appetit, exitum, sortiatur, vt videmus igni accidere, qui vt exitum reperit, nec curet humidum noxium excedere, nec humidum iam ibi quietum curet simile sibi in subsidium attrahere, vt de calido abeunte per poros, reliquum ab humido, & frigido strangulatur. Hæc Bessonus.

Hi tamen interse diuisi sunt, nam aliqui hunc nutritionis modum, & astris, & orbi tribuunt. Alij vero solũ astris, vt prædicti DD.

Secunda opinio est dicentium in cœlis esse animam sensitiuam, ex quibus alij illam addunt vegatiuæ. Alij vero solam sensitiuam agnoscunt, vt Marsil. ficinus in Timæũ & l. 10. de leg. vbi illã tribuit Plotino Ennead. 4 lib. 6. & Hermiæ, ex his alij tribuũt auditum nobiliorẽ quam sit in inferioribus, vt Mars. Alij etiam visum, vt Academici alij, addunt tactum, vt simpl. 2. cœl. com. 35. in fine, & Baues disp. 5. met. cap. 26. tribuit Arist., & Alex. sequitur Philop. 2. de anim. 15. Alij cum simplicio visum auditum, & tactum, vt patet 2. de cœl. tex. 35. Alij cum Auic. 9. met. cap. 2. tribuit phantasiam sine aliquo sensu externo. 4 Qui posuerunt animã sensitiuam cũ vegetatiua, vel sine illa.

Fundamentum huius opinionis non aliud video, quam quod ducitur ex nobilitate astrorum, & influxu in sensitiuas naturas, vnde Academici apud Piccol. cap. 24. quatuor ponunt sensuum gradus, primum eminentiorem animæ mundi sine instrumentis, per passionẽ, & progressum ad externa tamquã imaginariam quandam virtutem. Secundo animis sphærarum, & stellarum sine instrumentis, at per passionẽ, sed cum exitu ad externa. Tertio animalibus per instrumenta distributum 4. Plantis, quam Accademicorum sententiam tuetur Philop. 3. de anim. t. 6. & 2. de anim. t. 6. & 17.

5 Alij dixerit esse intellectiuam. Alex. Tertia opinio est dicentium hanc animam esse intellectiuã, tribuitur Alex. apud simpl. 2. cœl. com. 35. & 3. de anim. 61. quam ponit informantem cœlum, & effectiuam motus, ad quem intelligentia non effectiue, sed finaliter concurrit, dum anima informans apperit assimilari intelligentiæ, vt explicat Alex. 12. met. com. 20. tribuitur Philop. loc. sup. cit. & Phil. originem dicenti illam esse virtutis, & vitij

capa-

capaces, & Christum pro illis mortuum, pro qua opinione refertur Aug. vt dubius, sed constat ipsum suum dubium retractasse, vt notat Bon. loc. cit. & pro eadem refertur D. Thom. q. de anim. art. 8. ad 3. 4. & 5. 2. contra Gent. c. 70. & opus de Ang. c. 2. vbi ait illam esse omnis peccati expertem, & ad societatem Angelorum pertinere. sed 1. p. q. 70. ar. 3. retractat, vt ibi Caie. vnde immerito Ferr. vtramq; partem probabiliter defendi posse asseruit, in quo etiam errore fuit Martinengus T. 2. in Gen. sed differunt, quod aliqui volunt esse pure intellectiuam, vt communiter Auer. Alij vero esse coniunctam cum imaginatiua, vt Auic. & Crem. vt possit cognoscere particulares reuolutiones, fundamentum sumitur ex ps. 135. qui *facit cœlos in intellectu* idest intellectuales, & eccles. primo *in circuitu pergit spiritus*.

D. Thom.

Martineng.

Secundo, quia consensus tot motuum diuersorum, & influentium non potest esse sine aliquo motore dirigente per cognitionem, vt fiant eum regularitate conuenienti ad conuersationem vniuersi, quæ enim sunt naturæ semper ex aliqua causa contingente præter intentionem naturæ, aliquo modo aberrant; quam tamen causam natura non cognoscens vitare non potest, at cum nihil tale cœlo contingat, asserendum est motorem esse intelligentem, & sua intelligentia vitare impedimenta.

6 Negant formam cœlorum informantē esse vniuersalē, sed inanimā at assistentē pertinere ad ordinē virtutum ex scholasticis & Patribus.

Quarta opinio est dicentium, formam informantem cœlestem materiam non esse vitalem, sed inanimem, sicut est forma auri; formam vero assistentem, quæ dat motum, esse intellectiuam pertinentem, non ad genus animatum, quæ sunt essentialiter partes, sed intelligentiarum pertinentium ad ordinem virtutum, ex D. Thom. 3. contra Gen. cap. 80. & opus. 10. art. 17. & in Dionis. de cœlesti Hierar. cap. 8.

Hanc tribuunt Alex. 2. natur. qq. cap. 6. simpl. 8. phys. t. 42. 79. 84. Alens. 2. p. q. 87 nu. 3. art. 4. Alb. de 4. coeus q. 4. art. 24. Bonauent. 2. d. 15. q. 4. in priore parte d. 4. 5. D. Tho. p. p. q. 70. art. 3. vbi Bag. & alij, & 3. cœl. 51. & de spir. creat. art. 16. Cap. 2. d. 91. Dur. q. vnic. art. 1 & d. 14. q. 2. vbi Gab. q. vnic. och. q. 12. Ægid. q. 3. Arg q. 1. art. 1. Henr. art. 2. sequuntur recentiores Ruuius 2. cœl. c. 1. q. 1. Conimb. q. 1. Piccol. de cœl. c. 24 & alij

Ex patribus illam docent. Basil. in Hexam. hom. 1. 3. & in ps. 48. Amb. l. 1. c. 4. Cyrillus 2. contra Iul. Psell. ex Naz. orat. 38. & 42. Hier. in cap. 32. Deut. ibi *Audite cœli*, & in cap. 1. & 45. Isa. & epist. ad Pamach Aug. lib. de duab. ani. c. 4 vbi muscam ait esse nobiliorem Chrisost. in psalm. 4. Procop. in Gen. Lactan. 2. diuinar. instit. cap. 5. Damasc. l. 2. fid. cap. 6. *Nullus, inquit, cœlos, & sydera animata esse existimet anima quippe, & sensu carent*, Cath. in cap. 1. Gen. Lerer. 2. in Gen. q. 7. Abul. in cap. 3. exod. q. 47. Tyr. ine. 10. Hier. Eugub. in ps. 18.

Vnde Aug. lib. 1. rete. cap. 5. & 11. rettractat, quæ de mundi animatione temere scripserat, nam quæ animationem ostendunt per tropum, & metaphorice dicta fuisse testatur l. 2. retr. cap. 7.

Fundamentũ, quia anima nõ vnitur corpori nisi propter suam perfectionem, sed operatio, & intellectio non pendet a corpore subiectiue, cum sit spiritualis, sed obiectiue, at hoc modo non potest pendere nisi per sensus recipiendo species, atque adeo non potest intellectiua informare corpus nisi sit sentitiua, & hæc nisi sit vegetatiua, vt infra. 7

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui oppositam sententiam nulla censura dignam putant, vt D. Thom. 2. contra Gen. cap. 70. quia nihil contra fidem asseritur, & August. l. 3. enchir. cap. 58. vbi ait esse dubium an cœlum sit animatum, nec ex scriptura aliquod colligi, & 2. retr. c. 7. vbi animationē mũdi temere à se assertam fuisse; sequitur Caiet. 1. p. q. 3. art. 1. vbi ait forte secundum veritatem esse animatum, & Petrus Martinez. licet vtramque partem tueatur, tamen propendet in animationem cœlorum.

Discrimen inter illos auctores.

Alij tamen putant temerariam, quia fine ratione asseritur, vt Aug. loc. cit. Alij erroneam, vt Bon. a. d. 14 p. 1. art. 3. q. 2. vbi ait esse falsam, & erroneam Cap. 2. d. 9. q. ar. 1. Gab. d. 14. q. 1. Petrus Tarant. apud Car. d. 16. ibi q. 4. Cathar. in cap. 1. Gen. Perer. loc. cit.

## ARTICVLVS TERTIVS.
### *Opinio Auctoris*.

PRima conclus. Forma informãs Cœli materiam, non est anima vegetatiua. Nam in Cœlo non potest esse operatio vegetatiua; sed forma innotescit nobis ex operationibus ergo. Maior prob. nam prima operatio huius, quæ supponitur ab omnibus alijs, f. augmentatione, & generatione est nutritio, at in Cœlo non est nutritio, primo hæc ordinatur à natura ad restaurandam substantiam deperditam, seu corruptam; quod nequit fieri fine alteratione propriè dicta, & corruptione partiali at haũ Cœlum ob sui incorruptibilitatem, est incapax 2. Cæl. 20. Neque dicas non dici corrumpi, quia tantundem restauratur, nam restauratio facit quidem, vt totum conseruetur, non tamen quin partes sint corruptibiles, vt dicitur de elementis; quod Bassonus concedit partialem corruptionem: tunc contra illi obijciuntur, quæ dicentur de Cœlorum omnimoda incorruptibilitate, & quæ de modo nutritionis dici possunt, vt infra: secundo requiritur al mẽtum, at hoc nullum est, nam vapores ascendentes de terra, & aqua, neque pertingũt ad sphæram Cœlestem, sed cõsistunt in media regione aeris, neque sufficerent ad tot astra alendũ, quin si tota terra, & aqua conuerteretur in vapores, non sufficeret ad alendum vnum astrum, ob maximam improportionem magnitudinis inter illa; tum quia vapores illi descendunt ad terram conuersi in rorem, pruinã, pluuias, & alia metereologica, alioqui iam defecisset terra, & aqua, vt facile patet

8 Forma cœli non est vegetatiua.

Reijcitur Bassonus.

patet cōsideranti,& ostendit optime Arist. ex hac reciproca generatione.tertio nutritio indiget instrumentis,tū attrahentibus alimentū,tum digerentibus illud,& conuertentibus in substantiam aliti, tum segregantibus excrementa à parte apta ad alendum ; at hæc non sunt in Cœlo,nam quia vaporum ascensio non est per attractionem, sed per alterationem,per quā leuigati vapores ex se ascendunt;tum quia attractio est per aliquem cōtactum,non enim radices plantarum trahunt succum à terra ; in qua non inexistūt:vnde fit non omnem attractionem esse actum vitalem;quis enim dicet attractionem magnetis à ferro esse vitalem? fit enim attractio vitalis non per alterationem , sed per instrumenta,quæ contingunt mediatè,vel immediatè alimentum ; nam prius pars proxima alimento trahit illud, tum pars priori parti proxima,& sic consequenter per omnes partes alimentum distribuitur.

9 Non est sensitiua, vt cognoscens per sensus externos.

Secunda concl. materia Cœlestis non informatur anima sentiente, vt est cognoscens per sensus externos;primo, quia ex ijs, quæ nobis apparet ex sensibilibus anima sensitiua supponit vegetatiuam ex 2.de anim 3.

Confirm. quia ex sensatis ostendit Arist. omnem sensum fundari in tactu , at tactus fundatur in temperie primarum qualitatum ex tex.68. quarum Cœlum non est capax; vnde ablato tactu omnes alios sensus auferri necesse est.Conf.2. quia anima sensitiēs exigit in corpore organa per quę operetur 2 de anim.6.at his caret Cœlum,vt ex ijs; quæ apparent in Cœlo,nam velle fingere instrumenta,vel operationes sensitiuas alterius rationis sine ratione aliqua ducta ex nobis notis,non est philosophi, sed amatoris vanitatum, vt patet ex dictis d. 2.art.1.nu.5.& 6.

Ratio ex doctrina Arist.

Secundo probatur ex ratione Arist.3. de anim.tex 60. 61. sensus sunt à natura dati animalibus , vel propter disciplinam ; vel propter salutem, ex cap.1.de sensu,& sensili,sed Cœlum propter hæc non indiget illis, ergo ; minor probatur de disciplina tū.quia disciplina pertinet ad intellectū,at intellectus intelligentię nō indiget sensibus. quia nō recipit speties à phantasmatibus, neque ibi est intellectus alterius rationis,tum quia ad cognitionem exiguntur speties obiectorum, quę ab obiectis sēsibilibus nō possūt imprimi sine alteratione sensibili, cuius est incapax Cœlum, vt infra dicetur:deinde probatur, quoad salutem,nam cū Cœlum sit incorruptibile non potest pati incōmodum , quod vitari debeat per sensus,neque,vt acquirat aliquid necessarium ad sui conseruationem.

Obiect.

Dices 1. met.initio, *signum autem est sensuum dilectio , nam & absque vsu propter seipsos amantur , pro cæteris autem , qui per oculos fit,non enim,vt agamus solum, verum etiam nihil acturi, ipsum videre , quæ omnibus aliis,vt ita dicam eligimus,causa autem est, quod sensum hic vel maximè nos cognoscere quicquam facit, multasque differentias manifestat*, Resp.ibi non negari finem sensuum esse necessitatem vitæ , quatenus per sensus cognoscimus vtilia , & nociua ad cōseruationem vitę,vt illa fugiamus,vel prosequamur , vt dicitur 3.de anima ad finē,& c.primo de sensu, & sens. sed significari aliū finem sensuum,scilicet scientiam.quæ in nobis oritur à sensu ; vnde asserit quod etiam si per sensus nihil agere deberemus ad necessitatem vitę:nihilominus diligeremus sensus, quatenus deseruirent ad habendam scientiam,vt Scotus notat,& propter hoc, *ait præter enim vtilitatem propter seipsos diliguntur* . Alij tamen explicat hanc dilectionem ipsorum esse propter salutem ipsorum, nam si periret totum,etiam ipsi sensus perirent.

Res.ostēdēdo quis sit finis sensus.

## ARTICVLVS III.

*Negantur Cœlo sensus interni.*

10 Neq; vt est cognoscens per internos sensus.

TErtia concl. Cœlum non informatur anima sentiente per sensum internum phantasiæ,ex 2.de anim. tex.160. in inferioribus phantasia non est sine externis sensibus , ergo neque in Cęlo,quia ex nobis manifestis ad nobis immanifesta deuenire debemus,& aliud asserere est fingere,non philosophari.

Obiect. Conf.1. Conf.2.

Dices 1. sēsus sūt necessarij supposita alia gubernatione , quia nō potest fieri gubernatio nisi per cognitionē aliquā,saltem sensitiuam , at Mundus inferior gubernatur à superiori 1. meteor. c. 2. Confir. quia , vt motor moueat debet cognoscere singulas circulationes,quas producit,quia motor Cęlorum non operatur cæco modo , at singulæ non possunt cognosci per intellectum, cuius est cognoscere vniuersalia, ergo debet in Cęlo poni phantasia,ita Auic.

Confirm.2. ex 3.de anim .60. *si igitur omne progressiuum corpus non habet sensum , corrumpetur vtique, & ad finem non perueniet, qui est naturæ opus , quomodo enim aletur? manentibus enim inest hoc, vnde nata sunt.*

11 Resp. quomodo inferiora dicātur guberna ri à superioribus lationibus.

Resp.Mundum non gubernari à Cęlo,vt supposito dirigente, sed vt instrumento intelligentiæ dirigentis,neque vt actiuo circulationis,sed passiuo , sed ad gubernationem huiusmodi, non requiritur cognitio nisi in supposito mouente vt causa principali , quia dirigere ad suppositum pertinet , non ad instrumentum.

At instabis,id quod intelligētiæ dirigenti est vicinius secundum situm, debet etiam esse illi propinquius secundum perfectionem,alioqui affinitas partium sibi cohęrentium , & proportio dissolueretur; sed orbes sunt viciniores intelligētijs ad recipiēda eorum actiones: ergo erunt etiam secundum perfectionem,at perfectio vicinior intellectui est sensus interior, ergo .

Quæ perfectio tribuēda maior subiecto viciniori,operanti.

Resp. ex vicinitate situs , & receptionis operationis,ea tantum perfectio colligenda est,quæ est necessaria ad recipiendam actionem . Hæc autem est incorruptibilitas , per quam superiora excedunt inferiora perfectio

ctio autem sensitiua non est necessaria ad recipiendum motus, sed potius obest; licet sit propinquior respectu intellectionis. Ad primam confirm.resp. Mercen. non esse cognoscendas, cum nequeat occurrere impedimentum; præsertim cum elementa moueantur sine cognitione. Resp. 2. Cęlos recipere circulationes illi communicatas, ab intelligentia dirigente, & mouente, quare satis esset cognosci ab intelligentia, si esset necessaria cognitio.

Vnde' motus animaliū

Ad 2. confirmationem rectè in animalibus progressiuis conceditur sensus, quia illa mouentur ab appetitu alimentorum, & aliorum, quæ sunt necessaria ad vitæ conseruationem, quæ sine cognitione aliqua sēsitiua nequeunt fieri, at hæc alimentorum, & eorum quæ sunt necessaria ad salutē prosecutio, vel fuga, non est necessaria Cęlis, vt dictū est: vnde potius ex hoc oppositum colligitur; magis videntur obstare verba text. 61. 3. de anim. vnde philoponus colligit Cęlo conuenire sensus dum dicitur *non potest* inquit *non mansiuum, ac mobile habere intellectum sine sensu*.
Sed Resp. ex Alex. & Temistio ibi probari oppositum, nam docet in mortalibus non esse intellectum sine sensu, at vero in corpore ingenerabili non ita se rem habere; propter quid enim habebitur? quasi dicat, neq; propter corporis, neque animæ bonum, & fauet Arist. 2. de anim. 15. vbi impossibile erit in mortalibus, intellectum separari à sensu; legatur Thom. 3. de anim. cap. 71.

Dices 2. quidquid perfectionis est in inferioribus debetur superioribus, ob perfectionē maiorem debitam superioribus; sed sensus dicunt perfectionem in inferioribus, nam hoc animalia excedunt plantas; ergo. Conf. quia cęli sunt animati, & vegetantes, sed vt animalia: sed tactus est fundamentum animalitatis, ergo.

Quæ, & quia perfectiones inferiorū sunt ponendę in superiorib'

Resp. 1. in superioribus debere poni perfectiones inferiorum, quæ sunt simpliciter, non autem quæ sunt secundum quid, habentes admixtam imperfectionem, cuiusmodi sunt sensus, cum hi sint coniuncti cum corruptibilitate, quæ repugnat Superioribus, sicut generare sibi simile dicit perfectionem in inferioribus, & tamē id negatur Angelis, quia illa perfectio connotat imperfectionem corruptibilitatis, quæ repugnat Angelis, quod optimè explicat Themist. loc. cit. dicens sensum fuisse negatum Planetis, & Cęlo, illis ob illarum imperfectionem, & crassitudinē suæ naturæ, sentiendi vim capere non potuerin. *Cœlo autem quia eminentiore ordine habebatur, quam vt ad hunc vsum descenderet.*

Res. 2. Cęlos præcisa intelligētia esse superiores secundū quid. i. situ inferioribus, nō autē naturæ perfectione, & dignitate, vt infra. Resp. 3. Piccol. concedendo sentiens esse nobilius non sentiente cæteris paribus, vel illo quod indiget sensu ob sui imperfectionem, at Cœli sunt supra hanc indigentiam, & imperfectionem.

Ad confirm. Cœlos non esse propriè, sed analogicè animatos, vt dixi, quare ob id non est necessarium illis tribuere sensus.

## ARTICVLVS QVINTVS.

*Ostenditur Cœlos carere anima sensitiua, vt motiua.*

QVarta concl. cęlū non informatur anima sentiente, vt est motiua. Primo, quia virtus motiua animalis subordinatur cognitioni, & appetitui sensitiuo, vt ostendit Arist. 3. de anim. à tex. 48. & seq. & Themist. à cap. 65. & seq. seu tex. 54. & ratio quia hic motus est ab aliquo bono apprehenso, & appetito, à quo alliciūtur animalia ad se mouendum, neq; de Cœlorum animatione philosophandum est ex principijs confictis, sed ex nobis notis per sensus. 13 Non est anima sentiens vt motiua.

Conf. quia motus animalis nō potest fieri sine aliquo instrumento corporeo, vt ostendit Them, 3. de anim. cap. 65. 66. te. 54. & 55. & Arist. de motu anim. cap. 5. sed in Cœlo nullum apparet tale instrumentum, nam illud est cor, vt putant Peripatetici, vel cerebrum, vt alij: at vtrumque deest Cœlo; legendus Arist. lib. de incessu anim. & de motu anim. vbi ostenditur impossibile esse fieri motum nullo quiescente; vnde confirm. 2. nam hæc immobilitas diuerso modo reperitur in animalibus, & in Cœlo, ergo motus cœli non est à potentia motiua animali, nam omnes species motus animalis debent participare illam rationem, quæ est necessaria ad motum animalis in communi, per quam distinguitur à motu rerum inanimatarum. Minor probatur ex Arist. de motu anim. c. 2. & 3. vt explicabimus in libris de anima.

Dices sensitiua distinguūntur ab insensatis cognitione, & motu p. de anim. t. 19. sed in cœlis est motus proprius animalis; qui est ab intrinseco, in loco naturali ad conseruandam vniuersi perfectionem, neque dicas illum motum conuenire orbi ab extrinseco nam primum in genere mobilium est, mouens se ipsum vt probat Arist 8. phys. à t. 34. ex eo quod in omni genere id, quod est per se debet esse prius eo, quod est per accidens seu per aliud; At cœlum est primum in genere, mobilium quia ab eius motu omnia pendēt. 14 Obiect.

Res. cœlum, vt est coniunctum intelligentiæ dici analogicè animatum, quia mouetur in proprio loco, non ad quærendam suam salutem, vt animata, sed ad quærendam salutem vniuersi ex destinatione auctoris naturę, & hac ratione ex D. Th. 1. p. q. 70. art. 3. dicitur esse primum in genere mobilium, ac se ipsum mouere. At cœlum physicè, & secundum se consideratum, vt non dicit coniunctionē cum intelligētia, sic esse inanimatū, nec esse primum, nec secundum in genere se mouentium, quia se ipsum non mouet, sed ab alio mouetur. At instabis cœlum primum non mouetur ab alio corpore, sed potius ipsum mouet alios orbes inferiores, ergo vt sic est primum. Resp. dupliciter dici posse primum mobile, primo passiuè præcisè, & sic Res. cur cœlum dicatur à se moueri

non dicitur primum, quia etiam alij orbes passiue recipiunt immediate motum à proprijs intelligentijs. Secundo actiue,& sic dicitur primum, quia dum mouetur trahit secum cœteros orbes, cum ipsum nō moueatur per impulsum ab alijs corporibus, sed à sola intelligentia. Vnde est primum corpus mouens alia.

## ARTICVLVS SEXTVS.

*Explicatur cœlos non animari anima intelligente per informationem.*

15 Anima informans cœlum non est intellectiua

QVinta concl. cœlum non informatur anima intelligente. Nam vel hæc habet propriā operationem scilicet intellectionem independenter subiectiuè, & obiectiue à corpore, & non poterit informare corpus, tum quia omnis informatio huiusmodi animæ ordinatur ad propriam operationem, atq; adeo est ex eo, quod corpore indiget, vt intelligat: at hæc indigentia non potest esse nisi subiectiua, vel obiectiua.

Tum, quia quæ habet operationem ex natura sua independentem ab alio non indiget alio, atque adeo est secundum se natura completa, & subsistens, at hæc non est informatiua, vt supra ostendimus.

Vel habet illam operationem dependentem à corpore, & hæc indiget sensibus per quos species rerum ad ipsam deuenient: hac enim ratione anima rationalis indiget corpore, quia indiget speciebus, quas non nisi per sensus recipere poterit.

16 [illegible]

Confir. quia nulla est ratio ponendi hanc animam; nam vel ponitur simul cum intelligentia assistente, vel sine, si primum vel ponitur propter motum,& sufficit intelligentia, vnde Philoponus grauiter errauit dum posuit hanc animam, & tamen moueri cœlum ab intelligentia, cur enim non posset moueri ab anima, vel ad quod deseruiet anima ad recipiendum motum ab intelligentia: aptius enim erit subjectum ad motum recipiendum si fuerit inanimatum, vt patet ex dictis.

Vel ponitur propter vniuersi gubernationem, & cum à cœlo mundus non gubernetur nisi per varios motus, vt dicitur 1. meteor. cap. 2. ab eodem principio gubernabitur, à quo est motus: cum igitur motus sit ab intelligentia ab eadem erit totius gubernatio.

Vel ponitur propter perfectionem intrinsecam orbium, & neque tum, quia non est tribuenda maior perfectio, quam ex operationibus eorum colligitur conuenire, at operationes ipsorum nō indicāt exigentiam perfectionis animasticæ per informationem, nam non est necessaria, neque ad recipiendum motum, neque ad influendum in inferiora, cum omnis influentia sit per lumina,& virtutes occultas, quæ non sunt operationes vitales. Neque obstat influxus in generationem animalium ex putri; nam ad hanc concurrit instrumentaliter, vt infra, tum quia perfectio non debet tribui sine concomitantibus dispositionibus requisitis à tali perfectione, at ostendimus tales non inesse orbi, scilicet organizationem.

Neque dici potest secundum scilicet poni animam sine intelligentia, & neque non solum ex dictis, quia orbes non habent dispositiones necessarias, neque deseruiunt ad operationes illius, propter quas anima vnitur corpori, vt diximus supra, tum etiam, quia vel esset coniuncta cum sensu, vt dixit Auic. & repugnat orbis incorruptibilitati, vt dixi, vel est pure intellectiua, & non tum quia potest indigere corpore, vt subiecto: cum ad intellectionem illius, neque possit concurrere subiectiue, nec obiectiue, tum quia non potest habere obiectū; nam vel est materiale, & non, quia non potest ab hoc immediate recipere species, vel est immateriale, & neque quia non potest illud intelligere per sui essentiam, cum sit in corpore, atque adeo participat aliquam rationem materialium: neq; per essentiam obiecti immaterialis nam licet hoc esset secundum se maxime intelligibile ex Alexi. natur. qq. cap. 25. tamen non poterit ab intellectu animæ existentis in materia 3. de anim. 36. quia hic se habet ad maxime intelligibilia, vt oculus noster ad lumen solis, ex 2. met. t. 1. vt patet experientia ex nostro intellectu; neque dicant esse diuersam rationem; quod noster intellectus indiget phantasmate, non sic intellectus animæ cœlestis; Nam noster indiget phantasmate solum, quia est in corpore, vt patet, quia separata à corpore non indigebit, ergo eodē modo anima cœlestis non poterit intelligere substantias immateriales per eorum substantiam, neque enim apparet ratio fingendi in illa anima maiorem quandam perfectionem quoad modum intelligendi, quam in nostro intellectu, cum modus essendi sit similis, modus autem intelligendi sequi debet modum essendi, ex quibus etiā patet sine ratione fingi illam animam habere species à Deo inditas sicut habēt substantiæ separatæ, cum habeant diuersum modum essendi; scilicet in materia, & extra materiam; Hinc etiam patet sine ratione tribui illi animæ modum intelligendi simplicem sine discursu, quia hic ad summum tribuitur substantijs separatis quoad ea obiecta, quorum habent species inuras; non autem respectu aliorum, quæ non comprehendunt; at hæc anima non potest habere omnium species proprias, quia non habet modum acquirendi tot species, neque enim sufficit; asserere illam animam habere ex qualitate suæ naturæ intelligere sine discursu, nisi probetur, & ostendatur ratio, & modus habendi talem perfectionem; Neq; enim est cur omnia, quæ Cremoninus tribuit illi animæ confutemus, cum asserantur sine vlla ratione. 17

Anima informans cœlum non potest intelligere immateria per suam, vel illorum essentiam immediate.

Dices forma non recipit imperfectionem ex eo, quod est in materia, sed potius perficitur, ergo si anima separata potest tendere in substantias materiales per seipsas, poterit etiam existens in materia: Respon. primo

Quomodo anima perficitur ex informatione

ratio-

rationē non prævalere experientiæ quare cū constet animam rationalem existentem in corpore non percipere substantias separatas per seipsas, cuius ratio contrarium ostendens erit sophistica etiamsi à nobis non soluatur. Resp. secundo animam perfici ex materia quoad operationes ad quas necessaria est materia, nam illas non potest habere existens extra materiam, & quia animæ informatiuæ per se primo nulla operatio debetur prius quam informet materiam, ideo maxime perficitur ex sola informatione.

18 Secundo probatur ex principijs positis in 8.phys. Nam omne mouens, quod in momendo mouetur est corruptibile 8.phys.t.50.51. & seq. sed cœlum habet animam, quæ in mouēdo mouetur, ergo est corruptibile, at huius falsitas, non oritur ex maiori, ergo ex minori, sed minor fundatur in eo, quod anima orbem informat, quia moto corpore mouentur omnia, quæ sunt in corpore.

Respon. aliqui negando formam corporis circularis circulariter moti moueri per accidens, quia non mutet locum, sed semper manet in eodem loco, quare stat in seipsa.

Reijcitur opinio negantiū formam corporis circulariter moti moueri per accidens.

Sed aperte falluntur nam sicut corpus dū mouetur circulariter, licet semper sit in eodem loco totali; tamen semper partes eius sunt in diuersis partibus illius loci totalis, ita & forma illius corporis, vnde Alex. apud simpl.8.phys.t.59. dixit *animas orbium, quæ circumferuntur circumduci per accidens*, & licet asserat non moueri à seipsis, sed ab alio, scilicet primo mobili per motum raptus, tamen quod attinet ad motum passiuum mobilis, eadem modo mouetur per accidens siue compositum à se, siue ab alio moueatur.

Idrerum etiam si formalis indiuisibilis.

Dices id verum quando forma est diuisibilis, non autem quando indiuisibilis, quia sic est tota in qualibet parte spatij, sed contra, primo quia aduersarij ponunt illam animam intellectiuam esse extensam per materiam secundum essentiam licet intellectum habeat non mixtum corpori, quia vt Arist. ait de rationali esse in sensitiuo, & vegetatiuo, vt dicitur de figuris, atq; adeo quoad informationem esse eiusdem rationis cum sensitiua, &c. ita dicendum de anima cœli putant aduersarij. secundo quia etiam si sit indiuisibilis secundum substantiam, & informationem constat recipere varias partes motus, & vbicationes, sicut recipit corpus.

19 Respon. secundo alij illam animam moueri quidem per accidens, sed non esse principiū actiuum primum motus de quo intelligitur Arist. propositio, nam vnum cœlum mouet aliud, ex eo quod ipsum mouetur ab alio imobili.

Aduersarij ponunt hæc animā esse primū principiū motus

Sed contra, quia licet hæc doctrina sit vera tamen non est ad mentem aduersariorum, nam ipsi putant hanc animam esse primum principium in mouendo suum orbem, licet moueatur ab alio in ratione finis nam alioqui nō esset necessaria anima ad imprimendū alteri motū ab altero receptū, vt dicitur de primo mobili, quia id posset præstare, vt de facto præstat cœlum informatum per formā nō vitalem, quia vt ille motus impressio non esset vitalis, ita neq; exigeret principium vitale.

Dices secundo cum moueri à principio intrinseco sit perfectius, quam moueri ab extrinseco, cur non tribuitur cœlo prima ratio motus. Resp. quia non potest existere cum alijs perfectionibus cœli: P imo cum incorruptibilitate, nam ille motus nō est sine cognitione, & appetitu, quæ in corpore non sunt sine qualitatibus corruptiuis, cum omnes sensus fundentur in tactu. Secundo neque cum perpetuitate, & regularitate motus ob defatigationem instrumentorum, vt dictum est in physicis, & fingere aliū modum mouendi, & cognoscendi sine sufficienti ratione, non est philosopho admittendum.

Ostenditur cur cœlo nō tribuatur moueri ab intrinseco.

Tertio neque cum perfectione cœli, nam motus ab intrinseco tribuitur ob aliquam indigentiā, vel loci proprij, vt in elementis, vel conseruantis esse, vt in animatis, sed de hac re infra cum de motore ecelorum.

20 Tertio probatur ex ijs, quæ pertinent ad fidem, nam si illa anima esset intellectiua esset libera, quia ad intellectum sequitur voluntas, ergo esset capax virtutis, & actus, quia esset capax esse moralis, atque adeò meriti, & demeriti & honoris, ac verecundiæ, vnde haberet, vel præmium, vel pœnam, & ideo de statu illius animæ ab aduersarijs queri potest in cœlo sit, an in inferno. Nam si sunt in statu gratiæ deberetur eis aliquis cultus sacer. contra Deu.4. & 17. & vsum Ecclesiæ si vero in malo statu, & illis non conuenit benefica, & honorifica actio in cœlo splendenti erga homines, & deinde puniri debent simul cum corpore in inferno, vel beatificari in cœlo empyreo, quæ sunt loca destinata ijs, quæ sunt in termino, alias incideretur in errorem Nouatorum dicentium cœlum & infernum esse vbique. Confir. quia in distincta narratione rerum per se creatarum initio Genesis, nihil expresse, vel tacite ac virtualiter dicitur de anima: nam primo dicitur *Deus creasse cælum, & terram*, tamquā principia, & fundamenta Mundi, deinde producitur firmamentū, vt diuidat aquas ab aquis, tum duo luminaria, & stellæ fiunt, & collocantur in firmamento cœli, *vt lucerent super terram, & præessent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras, & essent in signa, & tempora*, tum de productione plantarum, ac animalium, quorum vt tales actiones narrantur, at ante hominis creationem nullius substantiæ intelligentis fit mentio, cur enim de homine dicitur fuisse factum ad imaginem, at nō id, dicitur de cęlis, ac stellis si sunt intelligens: vnde 4 Deu. negat astra, & cęlos adorādos, quia sūt producti in ministeriū hominū

Retroducta ex principijs fidei.

Confir. secundo ex definitione Ecclesiæ, tum ex relatione apud Niceph. l. 17. cap.28. per Synodum secundum Constantinopolitanam, inter errores originis damnari, quod cœlum sol, luna, & stellæ, & aquæ, quæ super cœlos sunt, animalia quædam sint, seu animales virtutes, vbi Ionerius in summa illius synodi

synodi per virtutes animales vult intelligi substantias corporeas intelligentes, & idem refert Niceph. c. 17. fuisse damnatū in quinta Synodo, idem refert Iustinianus in epistola, quæ habetur in fine eiusdem Synod. Romæ impressæ, refert & Liberatus in Breuiar. c. 23. vide Baron. annn 553. & ne quis putet illum errorem eatenus damnari, quatenus animas posuerit productas ante corpus, Nicephorus hos errores, vt diuersos numerat, tum ex definitione in cap. firmiter de sum. Trinit. vbi non agnoscitur alia creatura initio creata, *quam spiritualis, & corporalis Angelica, & mundana*, deinde humanam, quasi communem ex spiritu, & corpore, vnde inter creaturas intellectuales solum ponit Angelos, & homines.

Confir. tertio ex patribus Quorū aliqui cōstanter negarunt cœlos esse sic animatos, vt Bas. hom. 3. exam. Amb. 2. cap 4. Psellus apud Naz. orat. 38. & 42. Cyril. 2. cōtra Iul. Lactan. lib. 2. diu. Inst. c. 5. & 8. Chrys. in ps. 4. Procop. in Gen. Dam 2. fid. c. 6. quos refert Tannerus disp. 6. q. 2. d. 5. num. 8. Alij cum contrarium asseruissent, retractarunt, vt Aug. & D. Tho. 1. p. q. 70. ar. 3. vbi optime id probat.

D. Th. negat hanc quæstionē pertinere ad fidē quia nō est determinata ab Ecclesia.

Ex quibus motus Bon. 2. d. 14. p. 1. ar. 3. q. 2. putat contrariam opinionem non solum falsam, sed etiam erroneam, idem cap. 2. d. 9. q. 1. art. 1. Gab. d. 14. q. 1. Cathar. in cap. 1. Gen. Perer. 2. in Gen. q. 7. Petrus Tarantasius apud Dionis. d. 14. q. 4. quare cum D. Thom. dixit non pertinere ad fidem, verum dicit, quia non est ab Ecclesia expresse damnatum, nam dicta conciliorum prædictorum nobis non constant, nisi ex relatione Niceph. & Liberati, quæ relatio non sufficit ad afferendam rem de fide.

Dices motus cœlestes sunt adeo interse regulares, vt videamur non posse fieri sine cognitione, qua illi motus orbium dirigantur tum singillatim, tum vt inter se mutuo contemperentur.

Opus naturę nō exigit cognitionē in principio proximo.

Resp. multa sunt in natura admirabilia, quę videntur cognitionem exigere in causis, & tamen fiunt sine vlla illarum cognitione, vt patet ex compositione partium corporis humani, quę est adeo admirabilis, vt videatur opus perfectissime intelligētis, ex quo merito dicatur opus naturæ opus esse intelligentię dirigentis naturam.

Motus cœlorum est à causa intelligente.

Resp. secundo motus cœlestes cum sint ab intelligentijs, oriuntur a causis perfectissimis intellectiuis, forma autem orbis constituit orbem non in genere actiuo motus, sed passiuo, ad quod non requiritur cognitio.

Dices secundo corpori nobilissimo debetur forma nobilissima, sed orbis cœlestis est corpus cæterorum nobilissimum, ergo habere debet formam nobilissimam, qualis est anima intellectiua: confir. quia motus naturalis est velocior in fine, quā initio, sed motus cœlorum non est huiusmodi, quia est vniformis, & regularis, ergo non est naturalis, sed voluntarius.

Confir. secundo ex Arist. qui primo cœli loquitur de stellis tamquā viuētibus, & t. 6. & 5. dari alia multo digniora, & diuiniora, quā homo, ex quibus mundus constat, hæc autem sunt corpora cœlestia, vt 8. phys. significat.

Confir. tertio ex scriptura, vbi cœlis tribuitur laudare Deum, quod exigit cognitionem intellectiuam.

Explicatur quomodo corpori nobilissimo debetur forma nobilissima.

Resp. orbi cœlesti respondere intelligentiam vt formam assistentem, à qua est motus cœli: sed contra quia materia orbis cœlestis est nobilior materia elementari: at argumenta procedunt de materia respectu formæ informantis. Resp corpori nobilissimo deberi formam nobilissimam intra idem genus, at orbis cœlestis non est in eodem genere cum corporibus elementaribus, sed diuersi ordinis, & ideo non debetur forma, quæ sit nobilissima inter formas, pertinentes ad aliud genus formarum, quod si fiat comparatio inter materias, & formas celestes tunc inter illa procederet argumentum Dices vnde sumitur identitas, & diuersitas generis formarum. Respond. sumi ex identitate, & diuersitate modi informandi actiue, & generis materiæ diuersitas, & identitas ex modo informandi passiue.

Resp. tertio formam cœlestem esse nobiliorem cæteris quoad modum informandi, qui attendi debet quoad distinctionem informabilium.

Resp. quarto si spectetur corpus humanum quoad substantiam materiæ, est ignobilissimum, vt patet ex dictis, quia eadem est materia omnium, si vero spectetur quoad dispositiones est nobilius cælesti, quia habet dispositiones organicas respectu nobilissimarum operationum, scilicet vitalium, sed de hac nobilitate infra.

Ad primam confir. Resp. motum naturalē actiue, & passiue talem esse, at naturalis passiue, & voluntarius actiue esse potest regularis, & vniformis. Resp. secundo alij, non esse naturalem etiā passiue, sed indifferentē, alias post diem Iudicij violenter quiesceret, vnde potest dici naturalis, vt distinguitur contra violentum, sed de cœli motus naturalitate infra.

Ad secundā confir. loqui de vitalitate ratione intelligentiæ assistentis, nam orbis vt includit intelligentiam præstat nobilitate omnibus inferioribus, quæ autem ex Auerroe possunt afferri facile negantur.

Ad tertiam eodem modo inuitantur terra imbres, & cætera inanimata ad laudandum Deum, quare hæc laus, vel intelligitur materialiter, & obiectiue esse ab illis, quatenus præbent homini materiam laudis, vel intelligitur de laude metaphoricè quatenus exequentes voluntatem diuinam, dicuntur Deū laudare, & honorare. Quomodo explicandus locus ps. 13. vbi dicitur Deum fecisse cœlum in intellectu, dictum est supra, tum quia maxima sapientia illud condidit, tum quia cœlis tribuit intelligentias assistentes, vt ait Ruuius c. 2. q. 1.

AR-

### ARTICVLVS SEXTVS.

*Explicatur sub quo genere entium contineatur forma cælorum.*

21 orma orbis, & astro um contineatur sub enere inanimatorum

SExta concl. forma constituens orbem, & astra, continetur sub genere inanimatorum: patet ex dictis, quia non pertinet ad genus animatorum, cum neque vegetiua sit, nec sensitiua, nec intellectiua vt probatum est, ergo pertinet ad genus inanimatorum. confir. nulla operatio, quæ est ab orbe ostendit formam transcendere genus inanimatorum, nam tria genera operationum videntur esse ab orbe, primum est motus, & ad hunc non concurrit actiue, vt infra, sed passiue: at concursus passionis ad motum, nō exigit subiectum animatum, vt patet inductione, imò neque omnis actiuus, vt patet ex motu elementorum: secundū genus est illuminatio, & constat non exigere animam, vt principium; sine illuminatio fit ipsa productio luminis ab orbe in seipso per emanationem, siue fit in extrinsecum subiectum, vt patet ex igne, qui & in seipso est causa luminis, & in alijs. Tertium genus est influxus in hæc inferiora, qui siue præstatur tantum mediante lumine, vt aliqui volunt non exigit principium vitale, vt dictum est, siue per alias qualitates, quę dicuntur influētes. Idem probatur, tum quia omnes alię qualitates sunt lumine imperfectiores, tum quia non excedit genus accidentium, quod non exigit principium animatum cum non sint vitales qualitates, cum non sint nec potentia motiua, nec cognitiua, nec generatiua vitaliter: nam licet cœlum concurreret ad generationem plantarum, & animalium ex putri, tamen ad illa non concurrit, vt causa principalis, sed solum producendo aliquas qualitates, quæ ex concursu aliarum causarum sunt dispositiones ad formam vitalem præter intentionem naturæ orbis, licet non præter intentionem auctoris naturæ vniuersalis; vnde merito generatio cœlorum non debet tribui orbibus, sed auctori naturæ, vt infra susius. Dices calor cœli est is ex Arist. est vitalis. Resp. negando esse vitalem, sed esse similem, vt distinguat illum à calore igneo; nam calor cœlestis est aptus ad generationem, sicut ignis ob siccitatem adiunctam, est corruptiuus.

22 Ostenditur nobilitas formæ cælestis. Incorruptibilitas non indicat nobilitas simpliciter, sed secundum quid.

Septima concl. forma orbium, & astrorum est nobilior omnibus eiusdem generis, primo quia cęlum nō est corruptibile cū cætera sint corruptibilia: sed hæc ratio probat quidem maiorem perfectionem secundum, quid non tamen maiorem simpliciter nam animata sunt corruptibilia, & tamen non sunt simpliciter imperfectiora cœlo, sed secundū, quid vt infra ostendemus, quia incorruptibilitas, & corruptibilitas non oritur ex perfectione, vel imperfectione formæ secundum se, sed ex modo informandi, vel diuersitate materię, vnde sunt cerui longioris vitæ quam homines, & tamen non sunt perfectiores secundum essentiam, & similiter materia, quæ est imperfectior forma, est incorruptibilis, & cognitio facilius corrumpitur, quam species.

Ex effectis & proprietatibus nobilitas causæ.

Secundo probatur ex causalitate cęlorum in hæc inferiora, nam causalitas cœlorum est vniuersalis non solum, quia concurrit cum omnibus causis secundis inferioribus, iuxta illud *sol & homo generant hominem*, sed etiā per seipsum immediatè concurrit, vt causa particularis ad substantiam omnium mineralium, & gēmarum, quæ non habent aliam causam particularem. Hæc autem videntur inter omnia inferiora inanimata habere maiorem perfectionem. Nam horum perfectio ex tribus spectari potest, primo ex hominum æstimatione, vt Aurum, & Gemmæ præstant cæteris, secundo ex admirandis effectis, vt magnes, & cætera huiusmodi videntur pręstare. Tertio ex physica vtilitate quam afferūt humano corpori, cū omnia inferiora ex 2. ph. ordinentur ad hominem vt finem, & sic medicamenta, quibus vel sanitas conseruatur, vel recuperatur, videntur præstantiora, quæ tamen omnia si excipias animata, sunt à cœlo, vt causa particulari, vt ostendemus cum de influxu cœlorum.

Nobilitas corporis ex situ cognoscitur.

Tertio probatur ex situ, nam inter prima corpora, quæ mundum integrant illud est nobilius, quod est in superiori loco, vt patet ex elementis, ergo cum cœlum sit supra omnes inferiores species erit nobilius, sed hæc ratio non habet vim, neque inter corpora simplicia, vt patet ex comparatione cœlorum inter se quoad nobilitatem, neque respectu omnium specierum cum constet hominem esse nobiliorem orbibus, cum tamen sit in loco inferiore, quare hæc ratio sine alio fulere vim non habet.

Quarto efficaciter probatur ex nobilitate proprietatum, nam illa nobilior est forma, ex qua oriuntur nobiliores proprietates, quia nobilitas effectus indicat nobilitatem causæ: sed ex forma cœli oriuntur nobiliores proprietates, quam ex formis inanimatorum inferioribus, vt patet ex luce, quæ videtur cōmunis passio cœlestium corporum, vt infra; lux autem est qualitas omnium naturalium præter vitales, nobilissima, vt patet ex effectis illius, & licet lux videatur etiam passio ignis, & aliorum mixtorum, quæ nocte lucent, tamen horum lux forte nec est eiusdē speciei cum luce cælesti, & si est conuenit his corporibus nō sine beneficio cœli, siue in statu innaturali, quia non conuenit igni dum suam habet raritatem, sed dum habet densitatem sibi innaturalem, de qua re in lib. de Gener. & denique non conuenit illis in tanta perfectione, quantam habet cælestis lux.

Ex his patet facile solutio ad omnia argumenta, quæ solent pro animatione corporum cælestium afferri; quare non est in hac re magis immorandum.

QVÆ-

## QVÆSTIO QVINTA.

*De numero cœlorum totalium, & eorum ordine.*

DE hac Arist. 2. cœli at. 43. c. 5. vbi Conimb. q 1. Ruu. q. 2. Phila. cont. 53. simpl. com 52. D. Tho. lect. 3 fuse Clauius in sphæram, vbi alij cap. 1. concil. diff. 10. art. 3. & in sect. 8. prob 6. Achi. 3. de orb. d. 4. Fracastor opus. de Epicyclis Arist. 12. met. cap. 8. t. 47. vbi Iand. q. 20. Iaucl. q 23.

## DVBITATIO I.

*An cœlum sit vnum, an Plures totales.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur termini & sensus quæstionis.*

1 Quid nomen cœli significet. PRimo Not. nomine cœli varia significari, vt supra diximus; hic autem significari corpus circulare simplex, centro terræ concentricum, ex quo, & corpore elementari mundus integratur. Hoc autem dicimus vnum omnem orbem, qui constat superficie concaua, & conuexa terræ, concentricum, & ordinatum ad deferendum astrum secundũ varias apparentias, etiam si constet ex pluribus partialibus; vnde cœlum quod in se non habet astrum etiam deseruit ad varias apparentias astrorum, vt ponitur cœlum nonum, & decimum. Vt cœlum solis dicitur vnum,

2 licet in eo ponantur plures orbes, vt infra. Hinc patet cur in quæstione propositum sit de vnitate cœli totalis, vt notetur non esse quæstionem de partialibus orbibus deseruientibus determinate ad apparentias, & delationem vnius astri.

3 Modus inuestigandi numerum cœlorum. Secundo Not. sicut existentiam cœlorum inuestigauimus ex motu astrorum, ita numerus eorundem inuestigari debet ex varijs motibus eorundem astrorum, vnde tot cœli debent poni à philosophis, quot sufficiunt ad saluandas diuersas apparentias astrorum; nam supponi debet motus cœlorum esse regulares, vt quælibet pars orbis totalis semper eodem modo moueatur super eundem axem, ex polos, vt Arist. ostendit 2 cœl. à t. 35. ad 40. ex quo fit irregularitatem, & diuersitatem in motu cœlorum oriri ex diuersitate orbium, qui mouentur, & secum mouent orbes intra se contentos.

Quæ sint conditiones motus per quẽ inuestigatur numerus cœlorum. Tertio Not. hanc regulam cognoscendi numerum cœlorum ex diuersitate motuum primo intelligi de motibus, qui realiter sunt plures; non autem si sint solum apparenter, vt dicemus de motibus Planetarum ab oriente in occidens, & ab occidente in oriens, nam nos solum agnoscimus vnum motum, scilicet ab oriente, qui diuerso modo velocitatis, & tarditatis, conuenit cœlis, & quod tardius mouetur dicitur retrocedere, vt infra.

Secundo intelligitur de motibus, qui sunt ab intrinseco principio actiuo secus, autem si ab extrinseco, qualis est motus cœlorum, qui conuenit cœlis ab intelligentia, quia ille nec est necesse, vt sit connaturalis, & facile est intelligentiæ, ita mouere cœlum, in quo sunt sydera, vt ad ortum simpliciter, secundum quid vero ad occasum, vel austrum, vel septentrionem moueat moderante intelligentia motus communicationem, vt varijs motibus moueri videatur, illumque inferioribus vario modo communicari.

Tertio non intelligi de qualibet diuersitate motuum stellis conuenientium, sed solum motuum, qui fiunt circa centrum mundi; nam ex alijs constat non esse multiplicandos cœlos, nã constat Planetas aliquos aliquãdo esse retrogrados, aliquãdo stationarios, & habere proprios motus, nõ quidem circa terrã, sed supra terrã pro quibus tamen non multiplicantur cœli, vt patet ex motu Veneris, & Mercurij, qui perpetuo mouentur circa solẽ, & non cõplent circulũ circa terrã, licet supra terram, vt astronomis recentioribus placet, tum ex quatuor stellis nouiter obseruatis circa Iouem, quæ habent proprios motus diuersos à motibus reliquorum, sed non circa terram, & idẽ de quibusdã stellis solẽ ambientibus suo motu, pro quibus tamen non multiplicantur cœli, sed solum epicycli in eodem orbe Iouem, & solem ambientes, vt recte obseruauit Tannerus 1. p. d. 6. q. 4. d. 4. nu. 9. & 10.

### ARTICVLVS SECVNDVS.

*Opiniones Doctorum, & Auctoris.*

PRima opinio est dicentium esse vnum cœlum, in quo sunt omnia astra ordinate disposita secundum situm superiorem, & inferiorem profunditatis. Tribuitur Tertul. lib. aduers. Germ. Crys. hom. 4. in Gen. & 2. ad Pop. Antioch. & 25. ad Heb. Ruper. l. 1. Gen. ca. 23. Acac. & Eus. in cap. 1. Gen. Piac. in cap. 1. & 3. Gen. Orig. 2. Periar. cap. 7. Niss. in exod. Lactan. 2. diuin. instit. cap. 3. refertur Plu. 10. de plac. c. 15. & Cisalp. l. 3. qq. Perip. q 4. vbi ostendit Planetas in circulis, non in sphæris moueri; ex Scholast. sequitur Bona. 2. d 14. p 2 art. 1. q. 1. qui potuit ex tali materia cõpactum, vt possit vna pars moueri immota alia, vel mota in contrariam partem, vt mouetur corpus animalis, & corpus continuum ex materia cerea, & simili. 5 Qui putent esse vnum cœlum.

Et habet fundamentum in Arist. 12. met. cap. 49. vbi ait cœlum esse vnum numero, *quia si plures, vt homines, principium vniuscuiusque erit specie vnum, numero multa, at quæcunque multa numero materiam habent.* Confir. quia ex 1. cœl. 95. hoc cœlum constat ex tota materia; at quod est huiusmodi est vnum, quia omnis multiplicatio numerica est ex multiplicatione materiæ. Confi. secundo, quia multiplicatio indiuidualis est propter conseruationem speciei corruptibilis, vt significat Arist. 1. de Gen. at cœlum ob sui incorruptibilitatem, non indiget hac multitudine,

tudine, quia sufficienter conseruatur in vno indiuiduo. confir. secundo, quia cap. 1. Gen. vbi dicitur Deus creasse cęlum,& terram,sed terra est vna ergo, & cœlum: neq; obstant ꝙ ps.148. dicit ecœ: cœlorum,&c. nam idest ex more scripturæ,quę aquam,& multas res singulares,numero plurali nominat.

6 Hi tamen interie diuisi sunt. Nam alij ponunt esse discontinuum,constans ex pluribus partibus, in quibus existunt diuersa astra, quia non est cur multiplicentur tot orbes totales,cum omnia possint saluari per vnitatem vniuscorporis,sed hi disputant potius de nomine, quam de re vt facile patet intuenti.

Discrimen interponēs vnum.

At alij dixerunt esse vnum corpus continuum,sed immobile, in quo sunt astra, quæ tamen successiue nobis apparent, eo quod terra, in qua stamus velocissime mouetur circulariter, & inde nobis apparent astra moueri, sicut nobis motis ad motum nauis
7 per mare,apparent montes moueri,neque tamen ob maximam motus velocitatem ædificia decidunt;fuit opinio Antiq. apud Arist. 2.cœl.à t.72.vbi Conimb.c.13.q.5. Alb. t.3. cap. 2. & Plut.3. de plac.cap.13. explicant; fuit Pythag.apud Cic.2. Acad.q.5. vt Nicet. Syracus.& nostris temporibus illam excitauit Copernicus apud Clau.in c.1.sph.& sequitur Celsus Calcagninus opus.de Peren.motu terræ apud Lippom.in caten. in Gen. & sixtum senensem l.5.Biblio.annot. 3.& l.8.annot.33. vbi citat lact.Diod.& Orig.

Verum hæc opinio nullo fundamento nititur, & repugnat veritati Scripturæ sacræ, & decretorum Ecclesiæ, & rationi naturali, vt infra.

Tertio alij ponunt quidem continuum, sed fluuidum, per quod astra mouentur, vt pisces per mare,& aues per aerem, vt Chrys. & alij,de qua opinione dicemus cum de cœli soliditate.

Quarto alij dicunt cœlum esse continuum sed ex materia solida,dissecta tamē per quosdam canales,per quos astra mouentur, eosq; dicunt repletos corpore quodam fluuido, nam per hunc modum dicendi saluantur scripturæ, apparentiæ astrorum, & vitatur multiplicatio.

Sed non placet alijs primo, quia corpus illud fluidum esset corruptibile, quia rarefactibile,& condensabile. secundo,quia non saluantur omnes motus, scilicet motus ab oriente in occidens,& ab occidente in oriens, quia hi fiunt super diuersos polos;hoc autem licet possit conuenire eidem corpori moto ad motum aliorum corporum, non tamen eidem moto per seipsum,& immediate,vnde multo minus illi conuenire possunt eidem corpori mediate quatuor motus diuersi, qui uidentur in astris, vt motus ab Oriente ratione primi mobilis,motus ab occidēte,qui est singulis proprius, motus Trepidationis ratione nonæ sphæræ, & motus augiū,qui est stellarum fixarum proprius, qui fit super polos eclypticæ,& perficitur spatio annorū 48000. vt infra. Hi enim omnes motus non possunt saluari per motus proprios per canales, vt ostendit Clauius.

Sed inter hos est aliud discrimen;nam alij 8
non solum de facto, sed etiam de possibili negant esse plures, quod putent multiplicationem indiuidualem sub eadem specie oriri ex multiplicabilitate materię,vt refert Amb. 2.exam.cap.12.sed falluntur in conclusione, & in fundamento,quod plura indiuidua sub eadem specie esse possunt etiam à naturali causa, & in rebus incorruptibilibus à Deo, vnde merito. Alij licet de facto ponant vnū cœlū,tamē de possibili posse esse plures affirmant; vt Aug. Riceius, & Orontius apud Clau. in c.1.spher. Hi enim ponunt tantum duos motus conuenire cœlis,vnum communem omnibus ab oriente in occidens,alterum singulis proprium ab occidente in oriens, neque est absurdum habere duos motus cōtrarios, sicut non est absurdum totum hominem moueri in vnam partem, & brachium moueri in contrariam partem; illas autem partes eiusdem cœli aiunt esse sphæricas, & inter se contiguas alij vero mediare corpus fluidum incorruptibile.

Sed hi immeritò dicunt esse plures partes 9
contiguas vnum corpus componentes,& non potius plures orbes totales cum ordinentur ad deferenda diuersa astra, & moueantur diuersis motibus, vt patet ex diuersitate eorum secundum velocitatem, & tarditatem; neque illis fauet exemplum positum, quia non experimur omnes partes eiusdem corporis simul ferri in oppositas partes, nisi vnus conueniat per accidens respectu partium, vt dum corpus rectum naui mouetur in oppositā partē,ac nauis,at ipsi ponunt vtrumq; cōuenire per se omnibus partibus,de qua re inf.

Deoique vnitatem cœli affirmat Ægid. in Hexam. p. 2. cap. 13. omnes apparentias saluans per varios eccentricos, & epicyclos, idque probat ex Gen.1. *fecit Deus duo luminaria magna,& stellas, & posuit eas in firmamento cæli*,ergo luminaria illa sunt in firmamento, & illa sunt Planetæ, sequitur Planetas esse in firmamento, ergo firmamentum non est distinctum cœlum à cœlis Planetarum;neque obstat, quod habeat diuersitatem partium secundum densitatem, & raritatem, quia id necessario ab omnibus conceditur; neque obstat quod alia astra ferantur sursum,alia deorsum: cum in tanto spatij interuallo à luna ad cœlum sydereum possint plures intercedere eccentrici,alij superiores, & alij inferiores;quare concludit,*ergo Planetæ possunt dici vnum cœlum cum octaua sphæra*,quia frustra multiplicatur,sed plures deferentes, *ergo possunt dici septem deferentes Planetarum*, & respectu horum cœlum sydereum dici potest octaua sphæra. *Rursus præter deferentes, siue eccentricos Planetarum,ponimus epicyclos,quia videmus Planetas aliquando retrogados,aliquando directos, quod ex deferentibus tantum saluare non possumus, &c.* Vnde totum hoc corpus ex varijs

Quid senserit Aegidius.

varijs his partibus constans, dicitur in scriptura firmamentum, ita Ægid.

10 Esse plures contiguos.

Secunda opinio est dicentium esse plures cęlos totales inter se contiguos, quia sunt plures motus inter se diuersi, siue secundum terminos oppositos, siue secundum situm, & diuersam dispositionem partium in ordine ad spatium, vt motus Trepidationis, & similis: Siue secundum velocitatem, & tarditatem, vt motus Planetarum, qui etiam differunt secundum situm superiorem, & inferiorem. At vni corpori naturali non nisi vnus motus potest esse connaturalis, cum natura sit determinata ad vnum, & sit proprium animalis connaturaliter moueri in diuersas partes, & hæc opinio mihi placet, & videtur certa, supposita cœlorum soliditate, de qua re infra: Vnde aliqui sententiam D. Chrys. de vnitate cœli explicant, nomine cęli intellexisse mundum, quos plures posuerunt aliqui antiqui, vt refert Aristot. 1. cœl tex. 76. dum ostendit vnum tantum esse mūdum, & fit probabile; nam Chryst. damnat opinionem contrariam dicens. *quis igitur post tantam doctrinam feret eos, qui ex suo capite loqui, & contra sacram Scripturam multos cælos dicere audent*,

11

& Bas. hom. 3. Hex. perstringit Mathematicos qui plures cœlos negarunt *cum ijs*, inquit qui *demonstrationibus vti solent grauioris multo momenti vtiq; probationum Geometricarum necessario concludentium confi. marint; id fieri non posse naturam*, vt præter *vnum hoc cælum, alterum consistat; tum sane istorum Mathematicorum lineares nugas quamuis artifici ingenio connisas, tanto solatius ridebimus, &c.* neque dicunt frustra tot cœlos poni, cum id ratione cogente affirmetur, ex diuersitate; scilicet astrorum, & motuum.

Dices si omnes cœli non sunt vnum corpus continuum, quomodo posset ex motu vnius corporis trahi aliud à se distans. confir. quia vel inter se essent contigui, & sequitur dari duo indiuisibilia simul, vt superficies concaua, & conuexa, vnde linea recta pertransiens tangeret per vnū sui punctū duo illarū superficierum: vel sunt distantes, & vel erit vacuū, vel aliud corpus extra naturam ibi perpetuo existens. confir. secundo, quia si multiplicantur orbes propter astra, sequitur tot dari orbes, quot sunt astra, quod tamen ab omnibus reijcitur.

12 Quomodo sint cótigui

Resp. posse corpus distans ab alio, mouere illud per corpora intermedia, per quæ est præsens secundum virtutem corpori distanti secundum situm, & suppositum. Ad primam confirm. concedendo esse simul duo indiuisibilia discreta, quod contingit in omnibus contiguis, nec est absurdum vni puncto duo, & mille respondere, quia omnia sunt simul, Arist. autem negat in vna linea plura puncta immediata, quæ faciant extensionem.

Ad secundā; multitudo orbium non ponitur præcise propter astrum, sed propter motum astri, & ideo multiplicantur pro diuersitate motuum; accipitur enim orbis totalis pro aggregato ex pluribus orbibus ordinatis ad vnum finem, scilicet motum astri, & hoc modo eccentricus, & epicyclus non est orbis, sed partes orbis, seu sphæræ, quæ proprie significat plures orbes concauos circumdantes hæc inferiora ordinata ad motum astri.

Ex quibus patet ad argumenta initio proposita; Nam Arist. vocat vnum cœlum, siue, quia omnes sunt vnius naturæ specificæ, per quam tota materia est absorta, atque adeo non possunt dari alij cœli ex materia eiusdē rationis, qui sint diuersi specie, siue quia loquitur de vnitate numerica primi mobilis, ex qua colligit vnionem primi motoris immobilis, quia si essent plures mundi, & plures cœli numero eiusdem speciei, sequeretur primos motores illorum esse plures numero sub eadem specie; at hoc est impossibile cum primus motor careat materia, vel ex D. Tho. 1. p. q. 68. art 4. ad 2. ibi nomine cœli significari totam rerum vniuersitatem. 13 Soluuntur argumenta initio proposita.

Ad primā confir. Resp. loqui de hoc cœlo primo mobili, quia non possunt dari plures numero, qui existant in diuersis numero mūdis. Quod autem additur de multiplicatione indiuiduali per materiam physicam, vel metaphysicam, alibi disputabitur, vnde patebit ad 2. quia pluralitas indiuiduorum non est præcise propter generationem.

Ad tertiam confir. Resp. ibi nomine cœli intelligitur tota congeries corporum superiorum, sicut nomine terræ congeries corporum inferiorum, sed de hac re alibi fuse dixi: deinde terra est vna, quia se habet, vt centrum ad cœlos, vt ad circumferentiam, at respectu vnius centri possunt esse multæ circumferentiæ.

## QVAESTIO SEXTA.

## DVBITATIO II.

### *Quot sunt cœli, cum sint plures.*

OMissa heres; Basilidis dicentis cœlos esse trecentos sexaginta quinque, vt refert, & confutat Aug. hæresi 4. ad Quod vult Deum. 14 Qui dicant esse duos.

Prima opinio est dicentium esse duos: tribuitur Iustino Res. 37. & 63. ad ortod. Theo. q. 11. in Gen. & in ps. 18 cœli enarrant, &c. & ps. 148. laudate Deum cœli cœlorum: vbi videtur vnum ponere ex materia aquea, sed reddita solida vt glacies, quā ob causā dicitur firmamentū: alterum creatum non ex materia præexistente, sed per puram creationem, quod præcessit lucem sicut primum factum fuit post lucem, & addit. *qui plures quam duos ponit, adhæret fabulis postposita Diuini Spiritus doctrina.* Sequi videntur ex græcis Theophilactus in 2. Cor. cap. 12. Dam. l. 2. cap. 6. & ante illos videtur fuisse sententia. Clem. Rom. l. 1. & 2. Reagnis Acat. apud Lippo. in glos. Anast. synaitæ l. 2. Hex. sed hæc reijcitur ab Amb. 2. Hex. cap. 2. Nam D. Paulus 2. Cor. 12. dicitur raptus ad tertium cœlum. secundo quia vel astra mouentur per cœlos immotos, & patebit id esse

falsum,

falsum; & præterea satis esset vnum, vel monentur ad motum orbium, & constat ex diuersa ipsorum coniunctione, & distantia esse plures, quam duos: nam infra constabit septem Planetas habere diuersas coniunctiones, & distantias tum inter se ipsos, tum inter ipsos, & Astra firmamenti.

15 Secunda opinio dicentium esse tres cœlos ex raptu D. Pauli, vt docet Bas. 3. Hex. Ambr. 2. Hex. cap. 2. Damas. 2. fid. cap. 6. Philast. hær. 66. Qui tamen diuerso modo illum explicant: Nam aliqui vnum dicunt initio creatum, secundo firmamentũ compactum ex substantia primi cœli, tertium est id, in quod raptus est D. Paulus vt Bas. & Amb. Alij vero primum dicunt esse Empyreum, 2. sydereum, 3. Aereum, sed ex ratione prædicta diuersæ coniunctionis, & distantiæ reijcitur primus modus explicandi, & secundus etiam, quia aereum non est cœlum de quo est quæstio.

*Qui dicūt esse tres.*

*Qui octo.*

Tertia Opinio est. dicentium esse octo, quæ tribuitur Pythagoricis, quia licet ponant nouem orbes ex 1. met. sum. 2. cap. 4. tamen nonum orbem dicebant esse terram, & vt complerent numerum denarium, addebant aliam terram huic nostræ oppositam, quæ opinio viguit vsque ad 400. annos ante Christi aduentum. Hanc sequutus est Plato in Timæo, & Aristoteles lib. de Mundo & 2. cœl. a t. 60. ad 71. & Aug. loc. cit. Riccius Orontius phineus l. 1. cosmograph. cap. 5. Philal. 2. cœl. 53. Achill. 4. de orb. d. 3. fuse Riuius 2. cœl. cap. 5. quæst. 2. qui octo cœlos mobiles tantum agnoscit, fundamentum sumunt ex octo motibus diuersis scilicet septem planetarum, & primi mobilis vno.

16 Hi tamen inter se diuisi sunt: nam aliqui volunt primum mobile vno tantũ motu moueri scilicet ab Oriente in Occidens, at septem Planetas duobus, scilicet ab Oriente per raptum, & ab Occidente ex propria natura, ita antiqui Plato, & Aristot.

*An vno vel pluribus motibus moueatur.*

Alij vero Putant omnes vno motu moueri realiter, scilicet ab ortu ad occasum, sed secundum apparentiam moueri pluribus, eo quod orbis tardius motus retrocedere videatur, respectu orbis velocius moti, vt infra, ita Acchil. & Albatenius, & alij qui negant posse vnum corpus moueri duobus motibus oppositis, siuè per se, siuè per accidens.

Quod si illis obijcias, quomodo potest vnum astrum nobis esse vno tempore propinquius, quam alio, si est vnus motus, & vniformis. Respondent id fieri posse, quia motus fit per spiras; non enim fit super eundem axem, & eosdem Polos, sed in singulis circulationibus aliquantulum variatur axis, intra certos terminos alicuius latitudinis, vt cum peruenerit circulatio ad vltimum terminum illius latitudinis regreditur ad occasum respectu oppositi termini eiusdem latitudinis. Hinc Phidaltheus loc. citat. negat motum trepidationis, tum quia contingere potuit error ex defectu instrumenti, nec mirum in tanta distantia, cũ ille motus tribuatur nono vel vndecimo cœlo, tũ quia ex Philal. error potuit contingere ex parte aeris medij ob illius varietatem, ob quam non apparet motus peruenire vsque ad terminum axis, atque adeo apparet retrogredi quodammodo; tum quia contingere potuit ob scintillationem tot stellarum, Vnde Albatenus apud Philal. asserit Thebit. primum assertorem huius motus ob diligentiores obseruationes mutasse sententiam.

Alij tertio asserunt octo esse orbes, & 17
moueri duplici motu, vt asserit primus modus dicendi, sed non ab intrinseco, sed extrinseca intelligentia, quarum vna nulli orbi sit alligata, sed omnibus orbibus mouendo illas ab Oriente in Occidens, & deinde de alijs singulis, vt propria attribuitur, quæ singulos orbes moueat ab Occidente in Oriens, & hi negant motum trepidationis realem; nam solum est apparens, qui modus dicendi ex eo refellitur, quod ponant vnum corpus moueri realiter duobus motibus appositis, de quo videndus Philalt.

Quarta Opinio addit nonum orbem, 18
eo quod obseruatum est octauam spheram non solum moueri ab Oriente, sed etiam ab Occidente in Oriens, sicut orbes Planetarum, sed motu adeo tardo, vt spatio centum annorum non nisi vnus gradus conficiantur: vt ante Christum natum annis 330. obseruauit Arsabolis, & Thimocaris, quos post 200. annos sequutus est Hippareus, tum Ptolem. 7. Almag. t. 2. & 3. qui vixit anno 131. post natum Dominum, Alphraganus diff. 13. Thebit. apud Barbachium in Theorica Octauæ sphæræ. Denique Ioannes de Sacro Boseo an. 1232. eamdem opinionem confirmauit, & viguit vsque ad annum 1250. & defenditur a Campano quatuor modis in Theor octauæ sphæræ.

*Esse nouem.*

*Octaua sphæra conficit totum circulũ per motũ propriũ ab occidentem oriẽs annis triginta sex millibus.*

Quinta Opinio addit decimum ex eodem fundamento, quod vni corpori non 19
potest per se conuenire duplex motus vnde cum in nona sphæra obseruatus sit non solum motus ab Oriente, sed etiam motus trepidationis, dixerunt hunc motum esse proprium nonæ sphæræ, quæ est sine astris, & dicitur chrystallinum, aqueum, & glaciale cœlum: motum vero, ab Oriente illi cõuenire ab orbe superiore secum trahente omnes inferiores sphæras, qui orbis est decimus cui proprius est motus diurnus. Auctor huius fuit Alphonsus Castellæ Rex ex Genebrardo Christianus & electus Imperator, sed contentus fuit Titulo sine possessione cum noluerit ire in Germaniam ex Trithemio, vixit anno 1250. Hanc sequuti sunt posteriores Regiomontanus Parbachius Capuan. & alij; Nam licet orbes in

*Alij addunt decimum.*

quibus non ſunt ſtellæ, non appareant oculis, vt nona, & decima ſphæra, tamen concluditur dari per rationem ductam ex diuerſitate motuum, qui motus eſt effectus per quem cognoſcitur cauſa. Vnde cum Ariſtoteles & alij antiquiores non cognouerint tot motus diuerſos, non poſuerunt tot ſphæras. His Theologi addunt. Vndecimum ſcilicet Empyreum, pro ſede Beatorum, de quo infra. Hanc ſequuntur cum alijs Molina tractat. de oper. ſex dier. diſput. 10. vbi ait decem hos cœlos nomine firmamenti ſignificatos fuiſſe in ſcriptura.

Fundamentum ſumitur ex duobus principijs: Primum ſtellas non moueri per ſe, ſed ad motum orbis, vt nodus mouetur mota tabula.

20 Fundamentũ eorũ qui ponunt decem.

Secundum vni corpori per ſe, & connaturaliter non poſſe conuenire niſi vnum motum, quod ſi plures conueniunt, vnus erit proprius, alij erunt alieni, & nõ proprij, ſed ipſi communicati. Hinc ſequitur neceſſario debere poni tot orbes totales, quot ſunt motus diuerſi in aſtris. Vnde cum ſtellæ firmamenti ſemper ſeruent inter ſe eamdem diſtantiam, & ordinem, & ſitum, erunt omnes in eodem orbe. Quia verò cum Planetis non ſeruant eamdem diſtantiam. Erunt in diuerſo orbe, ac Planetæ, & propter eamdẽ rationem Planetæ erunt in diuerſis orbibus: Et quia apparet alia diuerſitas in illis quæ nõ poteſt oriri ex motu ab Occidente in oriẽs, vel oriente in occidens, dari debet motus, qui dicitur trepidationis proprius nonæ ſpæræ: Et quia præter motus proprios datur vnus communis omnibus, qui dicitur diurnus ab Oriente in Occidens, dari debet decimum, quod dicitur primum mobile trahens ſecum omnes inferiores.

21 Aliqui putāt eſſe quæſtionem de nõe.

Seſta Opinio eſt dicentium hanc quæſtionem eſſe de nomine, quia pendet ex varia acceptione nominis; Nam ſi cœlum accipiatur pro corpore ſuperiori dyaphano ſupra terram, & aquam ſic ſunt tria genera cœlorum ſcilicet aqueum, ſydereum, & Empyreum, quo ſenſu explicandus eſt D. Paulus cum dixit ſe raptum in tertium cœlum, vt notat Damaſc. apud Diu. Thom. Quod ſi ſtrictius accipiatur pro corpore elementis omnibus ſuperiori, ſic erunt duo genera ſcilicet ſydereum, & Empyreum; vel dici poteſt vnum aggregatione, vt dicitur vna humana natura; vna ciuitas, & hoc forte voluit Chriſoſt. Quod ſi cœlum mobile in ſua Indiuidua diuidere velis, non conſtare quot ſint, cum ſint variæ de ea quæſtione ſententiæ.

## ARTICVLVS II.

*Opinio Auctoris:*

PRima Concluſio Poſita cœlorum ſoliditate probabilius eſt cœlos eſſe plures. Primo quia ſi eſſet vnum, vel vnitate continuationis vel vnitate aggregationis: non Primum quia repugnat corpus continuum moueri pluribus motibus diuerſis ad diuerſas poſitionis differentias, quia non poteſt idem corpus moueri tardius, & velocius, Vnde 5. met. c. 8. *continuum dicitur cuius motus per ſe vnus, & non poteſt aliter eſſe, vnus autem indiuiſibilis, indiuiſibilis autem ſecundum tempus.* Neque dicas eſſe ibi continuitatem cum flexibilitate, vt in ijs, quæ ſunt viſcoſa, & lentorem habent, tum quia licet per hanc ſaluari poſſent motus contrarij, ſecundum diuerſas partes in corpore recto; non tamen in circulari; quia eo ipſo figura circularis, qualem habet cœlum, deſtrueretur, tum quia etiamſi in corpore recto ea diuerſitas motus ſaluari poſſit ad aliquam diſtantiam, non tamen ad multam, ſine diſcõtinuatione, vt patet experientia, tum quia cum totum mouetur continuum ſecum mouentur omnes partes: ergo non poteſt vna moueri tardius alia velocius, vt mouentur cœli. 22

Neque dicatur ſecundum ſcilicet in cœlis eſſe vnitatem aggregationis, tum quia hæc vnitas, ſiue ſit per accidens, ſiue caſualis, vt eſt vnitas acerui, ſiue per ſe, vt eſt vnitas ciuitatis ordinata ſecundum partes ad vnum finem; ſemper ſupponit partes, tamquam entia ſecundum ſe completa, & diſtincta, vt patet inductione facta ex vnitate domus, familia, exercitus, Reipublicæ &c. At hoc ſufficit ad multiplicandos orbes cœleſtes, tum quia ſicut in mundo vno, quæruntur partes quot ſint, ita in vno cœlo quæri poteſt quot ſint partes, quæ tale compoſitum integrant, & ſicut partes, vt conſtituant vnum mundum habent aliquem vnitatem, cum ſecundum ſe ſint entia totalia, & completa: ita dicendum de partibus componentibus aggregatum cœleſtis naturæ; tum quia vt notat D. Thom. 1. part. quæſt. 68. art. 4. Diuerſitas de vnitate & pluralitate cœlorum magis cõſiſtet in voce quã in re, nã aſſertores vnitatis dicunt unum cœlum totum corpus, quod eſt ſupra terram, & aquam quã ratione aues uolantes per aerem dicuntur aues cœli, ſed quia illud conſtat ex pluribus corporibus dicunt alij eſſe plures cœlos, et iuxta hunc ſenſum propoſita eſt quæſtio, ut dixi ar. 1. nu. 1.

Secundo Probatur nam ubi ſunt plures motus diuerſi, ibi ſunt plura corpora, ut dictum eſt in fundamento quintæ opinionis. Ad pluralitatē corporũ ſequitur pluræ;

ARTI

## ARTICVLVS III.

*Proponuntur difficultates contra pluralitatem cælorum.*

23 PRimo, quia in illa opinione falſo ſupponitur aſtra moueri ad motum orbis, & non per ſe: ſed de hac difficultate infra.

An vni corpori ſimplici nequeant conuenire plures motus.

Secundo Principium illud, *quod vni corpori ſimplici non poſſint conuenire plures motus;* non eſt ſatis certum; nam ſicut animali ob varias partes conueniunt varij motus, ita illi corpori licet ſimplici formaliter], ſed virtualiter compoſito ob continentiam perfectionum, quæ ſunt in inferioribus, poſſunt eſſe connaturales plures motus. Confirmatur, quia cœlo non eſt connaturalis motus circularis; nam conuenit illi ab intelligentia extrinſeca, quæ pro ſua libertate poteſt vario modo cœleſtem motum contemperare.

Reſpond. primo ex Ariſtotele motus ponitur connaturalis cœlo, & intelligentiæ, quare apud ipſum ſicut vna natura ſimplex eſt determinata ad vnũ; ita non poteſt participare motum in diuerſas partes.

Reſpondetur ſecundo etiam ſi motus non eſſet connaturalis actiuè, eſt tamen connaturalis paſſiue; quia ſicut naturale cõſtat ex natura, ita habere debet principium ſiue actiuum, ſiue paſſiuum alicuius motus; Cum igitur in cœlo non ſit principium actiuum ibi erit paſſiuum, Neque obſtat, continentia inferiorum virtualis, vel eminentialis, quia hæc continentia non eleuat ad perfectionem, quæ conuenit corpori naturali, vt ſic, nam ſicut quicquid recipitur, per modum recipientis recipitur ita quicquid continetur per modum continentis continetur, vt omne naturale eſt determinatum ad vnum ex ratione naturæ, ideo non poteſt participare vim mobilem in diuerſas partes.

Vni non conuenire duos motus contrarios.

Ad Confirmat. patet ex dictis quomodo motus circularis ſit illi connaturalis paſſiuè, licet actiue ſit ab extrinſeco, ſed de hac connaturalitate ſuo loco.

Tertio quia hæc opinio ſupponit vni coelo conuenire duos motus contrarios, vnum
24 ratione ſui, alterum ratione alterius orbis rapientis; at repugnat eidem corpori conuenire duos motus contrarios; nam illi vel ſunt à virtutibus æqualibus, & non ſequitur motus, quia virtutes ſibi inuicem reſiſtunt; vel ab inæqualibus, & fortior præualebit licet refracta, quia ſi actio non ſequitur, vbi eſt æqualitas inter actiuitatem, & reſiſtentiam, multo minus ſequetur vbi eſt virtus omnino inferior, quia virtus fortior imprimet impetum omnino impedientem impetum alterius; Quare impulſus debilioris virtutis tantum erit tamquam agitatio retardans motum in partem contrariam, vt colligitur ex 1. cœl. t. 3. neque refert, quod dicunt duos illos motus fieri ad diuerſos terminos per diuerſas lineas, & ſuper diuerſos polos, & axes, nam vt duo motus fieri poſſunt per diuerſas lineas, ita poſſent vt dicunt per eandem deambulationem uerſus Septentrionem per Nauim motam verſus Auſtrum, quia tota difficultas eſt ex acquiſitione diuerſi ſpatij eodem tempore, & ita dicunt de formicæ motu per rotam. Neque obſtat, quod vnus conueniat, per ſe, alter per accidens, quia acceſſus ad duos terminos eſt repugnans, ſicut exiſtentia ſimultanea in duobus ſpatiis ex natura rei per virtutem naturalem, ergo non poteſt eſſe duplex motus ſimul, ſed de hac re infra.

Reſpond. rationem Ariſtotelis habere vim, non tam ex eo, quod vni corpori conueniant duo motus, quam ex eo, quod Sydera diuerſa inter ſe mutant diſtantiam, & propinquitatem, ergo non ſunt infixa eidem orbi: nam ſi eidem, ſeruarent ſemper eandem diſtantiam, & propinquitatem, vt patet ex ſtellis fixis inter ſe. Hinc patet, rationem qua probatur multitudo aſtrorum, non fundari in motu raptus: ſed in motu cauſante inter ſydera diuerſas diſtantias, & propinquitates, qui neceſſario conuenire debet diuerſis orbibus, qui diuerſimodo moto cauſent inter ſydera illis infixa diuerſam diſtantiam, & propinquitatem.

Quarto Dices Cometæ habent proprios motus, & tñ propter ipſos non ſunt ponendi noui orbes, alioquin quotidiè excreſceret numerus orbium. 25

Cometæ non in cælo, ſed in ſuprema regione aeris.

Reſpond. Cometas apud Ariſtotelem non eſſe in cœlo, ſed in ſuprema regione aeris &c. qui mouentur ad motum aeris, ac cœli illum trahentis, & rapientis. At verò qui dicunt Cometas eſſe ſtellas in cœlo de nouo generatas, aliter de numero, & qualitate cœlorum philoſophantur, vt infra. Hic ſupponatur vera Ariſtotelis opinio.

26

Orbes multiplicantur ex motibus circa terram.

Quintò Dices per recentiorum obſeruationes apparet circa Iouem eſſe quatuor planetas, quorum ſinguli habent proprium motum diuerſum ab omnibus alijs ſtellis, & tum propter illorum motum non ponuntur noui noui orbes.

Reſpond. orbes non eſſe multiplicandos ex quocumque motu planetarum, ſed ex motu, qui fit circa terram tamquam circa centrum. At illorum motus licet ſit ſupra terram, non tamen circa terram; ſed circa Iouem ex Epicycli Iouem ambientis, atque adeo exiſtentis in eodem orbe in quo eſt Iouis ſtella, & idem dicendum videtur de maculis ſolaribus recenter apparentibus, quas ſolem ambire putant recentiores Aſtronomi.

Orbes Veneris & Martis non eſſe totales.

Dices ſeſto Venus, & Mercurius non mouentur circa terram, ſed circa ſolem, ex obſeruationibus Tyconis, & recentiorum, ergo pro illis non ſunt conſtituendi duo totales, ſed partiales, qui dicuntur Epicycli, qua-

re non erunt decem cœli totales sed octo. Respond. si veræ sint illæ obseruationes concedendum esse Orbes Veneris & Mercurij non esse totales, sed epicycles, de quo infra plura dicemus, sed hæc opinio supponit obseruationes antiquas relatas à P. Clauio in sua sphęra.

## ARTICVLVS IV.

*Explicatur Opinio Auctoris de numero Cœlorum.*

27 De necessitate dantur octo orbes.

SEcunda Conclus. Necessario dari debent octo orbes, s. septem Planetarum, & orbis stellatus. Probatur, quia septem Planetæ cernuntur variare inter se distantiam, & propinquitatem, ergo necessario sunt in diuersis orbibus, scilicet quilibet in suo, deinde stellæ fixæ semper seruant inter se æqualem distantiam ergo sunt in eodem orbe, & à Planetis variant distantiam ergo sunt in diuerso orbe ac Planetæ; ergo additis alijs erunt octo orbes totales.

Albumasar aufert orbem Veneris & Mercurij.

Contrarium docuit Albumasar, qui vnicū orbem posuit pro Sole Venere, & Mercurio, ut ius soluere apparentias ex magnitudine epicycli. Vnde consequenter dicebat solem non esse in quarto orbe, vt putat Ptholomæus, sed immediate post lunam, quia à nullo Planeta oc cultatur, nisi à luna.

Confir. quia per recentiorum obseruationes constat Venerem, & Mercurium moueri perpetuò circa solem, nec vnquam describere proprio motu circulos, qui terram cōplectantur, ergo non exigunt proprios orbes, in quibus moueantur, sed sufficere Cœlum solis deferens illos cum sole circa terram, non enim multiplicandi sunt proprij orbes pro ratione motuum, qui fiunt per epicy. los, sed qui fiūt circa terram tanquam circa centrum, at centrum proprij motus illorum Planetarum est sol circa, quem mouentur, vt supra dictum est de maculis solaribus, & quatuor Planetis, quę mouentur circa Iouem.

Respond. non posse solui motus circa terrā diuersitatem p Epicyclos, quia horum motus non est circa terram, sed circa aliud corpus celeste, licet sit supra terram, quod Planetæ illi non mouentur circa terram, sed circa solē vt dicitur in confirmatione argumenti, non esset necessarium propter motus illorum multiplicare orbes, sed satis illi esse orbem solis cum proprijs epicyclis; sed quia recentiorum doctrina non est certa, ob varios errores, qui contigere solent in obseruationibus. Ideo non est antiquorum opinio in sua possessione perturbanda donec Astrologi in suis obseruationibus conueniant. Vnde patet ad confirmationem.

Cur opinio antiquorū nō est deferenda

28 Probabile est nō dari motū raptus, sed singulis motus diurnus immediate cum

Tertia Conclusio Probabile est non dari primum mobile cui primo conueniat motus diurnus, & ratione illius alijs orbibus per n otum raptus. Fundamantum est, quia omnibus orbibus prædictis conuenit motus ab Oriēte in occidens c im varia velocitate, & tarditate, & ratione harum qualitatum, motus vnus dicitur moueri ab occidente in oriens, quod mobile tardius videatur retro cedere; Hic autem motus diurnus conuenit soli, qui mouetur per spiras, vt suo loco dicetur, vel conuenit mobili stellato, vt putat Aristoteles, qui velocius mouetur, quam cœteri orbes, vt patet, quod retrocedere videtur per vnum gradum centesimo anno; Vnde spatio viginti quatuor horarum plus spatij conficit, quam cœteri orbes, sed quia motus solis est nobis notior, ideo dies mensurantur ex motu solis, & non ex motu aliorum Planetarum, vel orbis stellati.

differētia vel locitatis à proprijs intelligentijs.

Quarta Conclusio Probabile est non dari alios orbes præter octo, quia motus trepidationis, & alter, qui tribuitur vndecimo cœlo, quē posuit Clauius in commentarijs nouis in sphæram ex Copernico non exigunt nouos orbes; nam illi omnes motus possunt conuenire, vel ratione firmamenti moti ab intelligentia cum tali modificatione immediate, vt notat Ruuius 2. cœl. cap. 5. quæst. 2. vel ratione modificationis singulorū, sed fallitur visus.

Cur nō est ponendus nonus & decimus Orbis.

29

Quinta Conclusio, Hæc licet probabilia sint, non tamen est recedendum à communi Astrologorum iudicio, quia cuiq. credendum in sua arte, modo aliunde non sit repugnantia, qualis est positio motuum contrariorum respectu eiusdem corporis in ordine ad spatium immobile, vt infra: Quare in hoc philosophus nihil certi statuere potest, sed vti debet medijs, quæ ab Astrologis ponuntur quorum positio si est falsa, etiam quæ ab ipso principio deducuntur falsa esse necesse est. Vnde placet hoc loco Clauij sententiam in nona editione in sphæram, referre. *Nolo inquit latere Lectorem, e Belgio adportatum esse instrumentum quoddam instar tubi cuiusdam oblongi, in cuius basibus compacta sunt duo vitra, seu perspice illa, quo obiecta, à nobis valde remota apparent propinqua, & quidem longe maiora, quam re ipsa sint Hoc instrumēto cernuntur plurima stellæ in firmamento, quæ sine eo nullo modo videri possunt,* & subdit, *Inter illa quæ visuntur, Venerem recipere lumē a Sole instar Lunæ, ita vt cornicu lata, nunc magis nunc minus pro distantia eius a sole recipiat. vt Romæ sæpe obseruaui: Saturnus quoque habet coniunctas duas stellas, ipso minores, vnam versus orientem, versus occidens alteram. Iuppiter quoque habet quatuor stellas erraticas, quæ mirum in modum situm inter se, & cum Ioue variant, vt diligenter Galilæus Galilæi describit, quæ cum ita sint videant Astrologi, quo pacto orbes cœlestes constituendi sint, vt hæc Phænomena possint saluari.*

Iudiciū Clauij de visus Tubum opticum.

ARTI-

### ARTICVLVS V.

*Proponuntur argumenta Physica contra communẽ nem opinionem.*

25 PRimo, quia ponit cœlum sine aliquo astro, cum cœlum fit propter astrum.

Respond. esse propter astra, quæ non existunt in ipso, sed in alijs, quæ moueri debent ex vi orbis moti, qui est fine astris.

*Cur cœlum superius non rapiat inferius.*

Secũdo, quia ponit cœlum superius, rapere inferius; at hoc non potest rationabiliter affirmari. Primo, quia non est ratio cur corpus superius moueat inferius, & non contra. Secundo quia potest moueri superius immoto inferiori, nam non sunt continua, sed contigua, quorum, vnum moueri potest sine alio, quando vnum corpus non innititur supra aliud, vt contingit in eo, qui existens in naui, vehitur à naui, ob illius innitentiam supra nauem. Tertio, quia non apparet quomodo fiat ille motus, nam superius, vel imprimit aliquam qualitatem inferiori, & est contra dignitatem cœlestis corporis, quod est inalterabile, vel non imprimitur, & non apparet, qua virtute eliciatur ille motus. Quarto quia sequeretur cœlum lunæ moueri motibus omnium superiorum corporum, quod licet aliqui concedant, tamen videtur per se absurdum tot motus ponere in vno corpore, nam non solum moueretur ab Oriente, sed etiam ab Occidente, non solum, per proprium motum, sed etiam per motus aliorum [illegible] per hunc motum raptum, vel rapiens, & raptum mouetur æquali velocitate, vel inæquali? sed neutrum potest dici. Non primum, quia licet eccentrici vnius orbis, æquali velocitate moueantur, tamen medius orbis non potest æquali velocitate moueri, quia alioqui planeta non posset esse modo in auge, modo in opposito augis, quod est contra finem, propter quem ponuntur eccentrici, quod medius non sic rapitur, nec supremus, & infimus æqualiter moueretur, cum medium deferat astrum.

Non secundum quia hoc esset ex eo, quod rapiens fortius agit in orbẽ propinquiorem, quam in distãtiorem, at hoc est contra experientiam, tum respectu eccentricorum, & medij orbis, nam extremi orbes eccẽtrici æquali velocitate mouẽtur, & medius minori velocitate, virtus fortius imprimitur in infimũ orbem eccẽtricum, quam in medium; tũ etiã si negentur eccẽtrici, nam orbis veneris tardius mouetur quam solis, & tamen est proximior primo orbi cum ex Alpetrag. & Maerolicæ in spheram cap. 1. fit supra solem. Nã ex Clauio sol ꝓprio motu singulis diebus cõficiat minuta 59. secundas 8. tertias 19. Quartas 37. Venus aut minuta 59. sec. 8. Tert. 19.

Sexto, quia in coelis nihil est violentum, at hic motus raptus est violentus orbibus raptis.

*Probabile est dari motum cœlorum realem vnũ ab Oriente in occidens.*

Respond. ex his argumentis reddi probabilem opinionem eorum, qui non agnoscunt vere, & realiter duos motus in cœlis, sed vnũ ab oriente in occidens realem inæqualem, secundum velocitatem, & tarditatem, & alterum secundum apparentiam, quod tardius motum videtur respectu velocioris moueri in contrariam partem. Sed quia hæc opinio, quæ mihi semper magis placuit, est cõtra cõmunem modum loquendi Astrologorum, soluam argumenta ex ipsorum sententia.

Respond. secundo non posse negari motum raptus, vt patet ex aere, quia motu lunæ circunducitur, vt patet ex motu cometarum, qui sunt in suprema aeris regione, neque tamen ille motus est violentus, sed neuter seu indifferens, vt notat, & ostendit Zabar. de motu ignis in orbem, & licet Plin. lib. 2. cap. 25. referat visos fuisse cometas immobiles, & alios moueri motu erratico, tamen nobis sufficit aliquando moueri motu raptus, & quod dicitur de immobilitate id est fortasse falsum, vel forte ex eo, quod aer ob nimiã cometæ crassitudinem, scinditur, & non videtur moueri. Neque obstant cometas visos irregulariter moueri extra Zodiacum, & omnes cometas caruisse occasu, quod euanuerint supra Horizontem ex Aristotile de cometis sui temporis, & ex Plinio visos aliquãdo ferri ex septentrione in occidens per meridiem, & similiter ex septentrionem oriens. Non enim hæc omnia obstaut, quia dici potest id esse, vel apparenter ex vi materię successiuè accensæ versus illam partem, vt patet ex stuppæ accẽsione, dum distãt; Vnde cum materia disposita ad accensionem est versus Meridiẽ, &c. moueri videtur versus Meridiem, si est disposita in orbem sic moueri videtur; vel est motus quidem realis, sed qui conuenit ratione alicuius stellæ trahentis, vt magnes trahit ferrum; At hæc non obstant, quominus cometæ aliquando moueantur motu raptus, quod nobis sufficit, quare non mirum si motus huiusmodi fit à Deo, vt auctore naturæ attributus cœlis, cum tali moderatione, & ordine, qui necessarius est ad conseruationẽ vniuersi ꝓpter continuam generationem, & corruptionem rerum, quod vt certiori ratione accommodari possit ad huiusmodi finem intelligentijs tribuit illud mouendi munus. Ex quibus facile patet ad argumentum, nam ratio diuersitatis clara est, tum quia superius est nobilius, tum quia continet inferius per suam partem concauam, quæ continentia est aptior ad hoc, vt superius trahat inferius, non contra.

*Cometa aliqui immobiles.*

*Alios moueri extra Zodiacum.*

*Cometa trahatus à stella vt a Magnete ferrũ.*

Ad secundum Potuisse quidem id fieri: sed non fuisse expediens conseruationi vniuersi, vt seruetur subordinatio, & mutua quędam dependentia causarum naturalium in ordine ad producendos effectus. 26

Ad tertium fieri per impressionem virtutis, neque id est contra perfectionem cœlorum, quia huiusmodi qualitates non sũt corruptiuę, sed perfectiua, vt patet ex motu illuminationis; quare cum cœlum dicitur inalterabile intelligitur de ea, quæ terminatur ad qualitates corruptiuas, vt patet ex Tractat. de alteratione.

Ad quarta, Respond. non esse absurdum rapi inferius per motus omnium superiorum,

 non

non quidem immediate, sed mediate, quia vnus alteri communicat motum seu virtutem motiuam. Vnde cum primum mobile sit ordinatũ à natura, vt omnes trahat, illos traheret quantum est de se quantum potest, nisi motus ille regeretur ab intelligentijs, quę moderantur illum in singulis per contrarium impetum, prout exigit vniuersi conseruatio.

Ad quintum supremum, & infimum orbiculos eccẽtricos moueri æquali velocitate, & eadem moueretur medius, nisi intelligentia præsidens orbi motum moderaretur, applicans motum singulis prout exigit vniuersum, vnde licet proximus orbis communicèt motum sibi proximo inferiori, tamen ad illam communicationem concurrit etiam intelligẽtia inferioris orbis tardando, vel velocitando motum illum, vt communicetur inferiori.

Respond. 2. hinc probari dari eccentricos, nam Planeta superior non mouet inferiorẽ trahendo illum, quia Planeta mouetur in orbe simpliciter eccẽtrico, qui nõ potest mouere orbem eccẽtricum inferiorem, secundũ connexum, quia vel deberet dari penetratio corporum, vel deberet mouere etiam sibi superiorem eccentricum secundum concauitatem, & ideo neque potest circumuolere orbẽ Planetę inferioris.

Ad sextum Respond. nullam ibi esse violentiam, quia neuter motus est illi connaturalis ex vi naturæ inclinantis propriæ, sed ex vi naturæ vniuersalis qua ratione ille motus est naturalis, quia est expediens vniuerso.

## DVBITATIO III.

### *De Partibus integrantibus singulos Orbes Planetarum.*

1 PRimo Not. hanc quæstionem non pertinere ad orbes carentes astris, vel firmamentum, quia illi constant ex partibus continuis cum non appareat aliqua ratio motiua ad statuendum componi singulos ex partibus discõtinuis: vnde fit pertinere ad Theoricam Planetarum. Vnde nos referemus hic quæ Astrologi ea de re pronunciarunt.

Secundo Not. Veteres Astrologos vsque ad tempora Ptolomæi non agnouisse nisi Orbes concentricos, idest qui habent eumdem centrum cum centro mundi, licet quemlibet ex illis dicebant componi ex pluribus corporibus partialibus, vt Calippus & Eudemus, quos sequutus ex nostra ætate Hieronymus Fracastorius lib. 2. de Eccentricis, vt fusè explicat Philalt. l. 2. de cœlo cos. 64. & confutat. At vero Posteriores, vt Hypparcus Ptolomæus, Albategnius, Alphagranus, & alij negarunt posse saluari omnes apparentias nisi ponantur orbes, componi ex orbibus eccẽtricis & Epicyclis; Vnde.

Not. tertio Homocentricos, seu concẽtricos orbes dici, qui habent idem centrum cum cẽtro mũdi eccẽtricos verò qui diuersũ à Centro mũdi, sic dicti quasi extra centrũ mundi.

Ex his alij dicuntur simpliciter concentrici, i. tã secundũ cõuexã, quã cõcauã superficiẽ alij eccẽtrici sm̃ qd. i. sm̃ vnã superficiem cõuexam, vel concauam: similiter diuiduntur eccentrici in simpliciter, idest concauam, & conuexam, & secundum quid idest secundũ vnam superficiem. Vnde cum in his coelis ponantur tres orbes omnes dicuntur eccẽtrici secundum quid; nam inferior est eccẽtricus secundum conuexam, & concentricus secundum concauam.

Contra vero Superior est concentricus secundum conuexam, & eccẽtricus secundum concauam.

At vero medius est simpliciter eccẽtricus idest, secundum concauam, & conuexam superficiem. Inter hos autem orbiculos hoc est discrimen, quod eccẽtrici secundum quid habẽt partes inæquales secundum crassitiem. At vero eccẽtrici simpliciter habent partes æquales secundum crassitiem; nam cum moueri debent inter eccẽtricos secundum quid si haberet partes inæquales, non posset pars grassior succedere in locum occupatum à parte tenuiori sine penetratione, nec contra sine vacuo. In hoc medio orbe inexistit Planeta, vnde dicitur deferens planetam.

Partem verò crassiorem orbis vocant Augen, subtiliorem, oppositam partem Augis, vnde Planeta cum est supra partem crassiorem dicitur esse in Auge, & apparet distantior à terra; Cum vero est in parte tenuiori dicitur esse in opposito Augis, & terræ propinquior.

Quarto Not. Præter tres orbiculos, dari quartum, qui est intra orbem eccentricum simpliciter, tãquam nodus in tabula illi per contiguitatem unitus, non pro continuitatẽ, in cuius sphærulæ parte est Planeta tamquam nodus in tabula illi contiguus, quæ sphęrula dicitur Epicyclus ab epi, quod est supra, & Cyclus, idest circulus, quasi supra circulum, qui dicetur deferens planetam: hic Epicyclus mouetur suo peculiari motu intra eccẽtricũ simpliciter deferens astrum: Nam videmus Planetam etiam cum est in Auge nunc altiorẽ nunc depressiorem: Vnde idem apparet nunc maior, nunc minor. Secundo, quia luna existens in Auge debet moueri tardius, & tamen apparet aliquando moueri velocius, aliquando tardius, atque adeo non habere motum regularem, quod non potest saluari sine huiusmodi sphætula. Tertio quia experti sunt Lunares Ecclypses non esse æquales, etiam Luna, & Sole existentibus in eodem situ, hoc autem saluatur p̃ epicyclum, nãquando habẽt minorem distantiam, plus durauit Ecclypsis, quando maiorem, minus durat. Vide Philal. Georg. 2. de cœlo q. 3. d. 2. Angest. lib. 2. de prop. form. & alios.

At contra posittonem Epicyclorum inuehit in Achill. l. 3. de orb. d. 3. cum Peripateticis quia omnes apparentiæ possunt saluari sine epicyclis, ponẽdo quatuor eccẽtricos secundum quid, vel duos simpliciter, & duos secũdum quid; Nam Planeta existens in Auge vnius eccẽtrici, & in eadem eleuatione ab Horizõte, aliquando apparet maior, aliqñ minor 2

alt,

aliqñ magis, aliqñ minus moratur ſupra noſtrũ Horizontem, aliquando diſtantior, aliquando propinquior, propter Augem alterius eccẽtrici, vel oppoſitum Augis in quo eſt Planeta, & idem dici poteſt de duratione eclypſis, ergo poſitis eccẽtricis non eſt neceſſarium ponere aliud genus corporis in cœlo ad ſaluandas apparentias.

Confirmatur, quia hac ratione non poſſet facile ſolui quæſtio, quare Luna ſemper oſtendit eamdem faciem, ſi mouetur in Epicyclo?

Reſpond. non eſſe noſtrum, ſed peritiſſimorum Aſtrologorum afferre rationem cur potius ponendi ſunt Epicycli, quam multiplicare eccẽtricos; nobis autem ea ratio occurrit, quam ſupponimus iudicio Aſtrologorum, quod videamus Planetas diuerſos à ſole aliqñ ſtare, alqñ etiã retrogredi, hoc autem non videtur poſſe ſaluari per prædictos eccẽtricos, ſed per epicyclos motos in contrariã partem. Atque adeo planeta in eo exiſtens ſemper moueretur in eamdem partem; At Epicyclus licet moueatur per motum totius ab oriente in occidens, tamen non ſemper feret Planetã in occidentem ob contrarium motum. Hinc Planetæ alij à Sole, qui mouentur per ſigna Zodiaci, aliquando apparent moueri cõtrã ſignorum ſucceſſionem.

Reſpond. ſecdoũ etiamſi ex multiplicatione eccẽtricorum poſſent ſaluari omnes apparentiæ; tamen fuit magis conueniens ponere Epicyclos, vt ponerentur plures ſpecies orbiũ propter ornamentum cœlorum; nam ſicut pulchritudo vniuerſi reſultat ex varietate ſpecierũ ita pulchritudo cœlorũ ex varietate orbiũ, vnde in Mercurio ponũtur alij duo orbes eccẽtrici, quod aliquando apparet in Auge vnius, aliquando in Auge duorum.

Ad Confirm. Reſp. corpus lunæ eſſe cõtiguum, & moueri intra Epicyclum, quia oſtẽdit nobis ſemper eamdem faciem, quod non poſſet fieri niſi per motum proprium; impediret motum Epicycli in ſe quoad oſtentionem ſuarum partium, ita Fern. 1. Coſmotheor. circa finem Iand. 2. cœl. quæſt. Philal. cap. 61. qui ait ita dicendum poſitis Epicyclis, licet ipſe ſoluat apparentias Planetarum per motum proprium illorum per lineas ſpirales intra quaſdam concauitates ſurſum, & deorſum, vnde putat non tantum lunam eſſe diſcontinuam à partibus ſui orbis: ſed omnes alios planetas vide ipſum.

Quinto Not. in omnibus Planetis reperiri 3
eccẽtricos, ſed Epicyclum non reperiri in Solis cœlo, & Saturni, At in cœlo Mercurij ſunt quinque orbes cum paruo orbe Epicyclari continente planetam, quorum duo ſupremi ſunt difformis craſſitudinis, & pariter duo infimi At medius eſt æqualis, & vniformis craſſitudinis. In cœlo autem Lunæ ſunt quatuor orbes cum Epicyclo Planetam continente, quorum ſupremus eſt vniformis reliquos tres ambiens, vt tres orbes Saturni, Vnde Planetæ exiſtentes in Auge tardius pertranſeunt ſigna, cum verò in oppoſito velocius, & mediocriter exiſtens in longitudine media.

Dices ponitur in Luna quartus orbis Reſp. quia cœlum lunæ conflatum ex tribus orbibus apparet moueri contraſignorum ſucceſſionem, hoc autem fieri per quartum illum orbem ambientem tres prædictos, & motum ſuper Axem Zodiaci contra ſucceſſionem ſignorum, qui ſecum rapit tres orbes, quos ambit, & per hunc motum fit Polus Orbium deferentium Augen .ſ. Polos Orbium difformium deſcribere circulos circa polos Zodiaci.

Seſto Not. in Mercurij cœlo præter Orbẽ vniformem eſſe quatuor difformes; quorum ſupremus, & tertius, qui dicuntur deferentes Augem eccẽtrici mouentur ſuper polos Zodiaci ſm ſignorum ſucceſſionem, & alij duo qui dicuntur deferentes Augem mouẽtur ſuper centro parui circuli contraſignorum ſucceſſione, per quem motum fit, vt centrum orbis vniformis .ſ. deferẽtis Epicyclũ deſcribat paruũ circulũ per cẽtrũ quãtitatis, & includit propriũ centrũ illorum aliorum Orbiũ, quo vtitur pro ſuo centro, vt ex Theorica Planetarum, & figuris ad hoc aptatis apparet.

*Explicatio ſequentis Figuræ.*

Cœlum totale componitur ex tribus orbibus partialibus horum duo nigri dicuntur eccentrici ſm quid, qui inæqualem habent craſſitiem, albius vero dicitur eccentricus ſimpliciter, eſtq. æqualis craſſitiei intra duos eccentricos ſecundum quid conſtitutus.

Centrium mundi, & cœli totalis. A.

Centrum deferentis epicyclum. B.

Aux C. Oppoſitum augis D.

C B A D. linea augis dicitur


Poli Eclipticæ E F.

Poli defereium augem L M.

Ecliptica eſt G H.

Epicyclus C. dicitur autẽ epicyclus ſpherula ſolida intra craſſitiem eccentrici ſimpliciter immerſa, ita vt circa centrum propriũ C. circũuolui poſſit.

DVBI-






# DVBITATIO IV.

*De ordine cœlorum inter se.*

## ARTICVLVS PRIMVS.
*Opiniones Doctorum.*

PRima Opinio est Metrodori, & Crateris, qui apud Clauium dixere Solem, & Lunã esse supra omnes Planetas, quam opinionem esse cõtra cõmunẽ testatur Macrobius li.1.in Somn. scip.c. 19.ex Plat. 10.de Rep.& Aristotele 2.Cœl.6.& seq. & lib. de mund. ad Alex. & Cicer.lib.de Somn. scip. Plin. 2. natur.hist. cap.8. Ptolom.cap.9. Almag. cap. 1. & l. de Ind.cap.4.

Secunda Opinio communis dicentium inter Orbes Sydereos in supremo loco esse cœlum stellatum tũ Saturni 3. Iouis 4.Martis 5. solis 6.Veneris 7. Mercurii 8.Lunæ.Hi tamen differunt inter se in afferenda ratione huius ordinis; Nam aliqui probant ex velocitate.& tarditate motus, quod cœli, quo sunt superiores eo velocius mouentur motu raptus,& tardius motu proprio, quia sunt proximiores primo mobili mouenti alios.

Sed hæc ratio non habet vim, quoad ordinẽ inter cœlum solis, Mercurij & Veneris, quod eodem fere tempore mouẽtur ab Oriente in occidens; vnde Albategnius apud Regio Mõtanum ex motu conatur ostendere solem sub Venere, quod motu proprio velocius sol quã Venus mouẽtur, vt Regio mont.refert lib.9. ep.prop.9. Quare ponit solem immediate post Lunam, pro qua citatur Aristotel.2.cœl. 60.& 5 met.cap. 4. vbi solum id indicat; sed expresse Plato in Thimæo, & Autor lib. ad Alexan.cap. 2. ponunt immediatũ Lunæ sub Venere; de situ autẽ Veneris,& Mercurij; Autor. de Mundo Venerem ponit sub Mercurio, At Plato loc. cit. & in Epimenide cum Cic.2.de nat.Deorum, ponit Venerem supra Mercurium.

Alii probant ex irregularitate motus, nam quo Astrum est distantius à primo mobili, eo magis irregulariter mouetur; cum igitur Mercurius magis irregulariter moueatur, quã Venus, sequitur esse sub Venere, & sic de alijs. Vnde in Mercurio quinque Orbes ponuntur; sed hæc ratio non habet vim, quia constat distantiam, vel propinquitatem in alijs non efficere irregularitatem, vel regularitatem.

At alij probant ex occultatione, nam Planeta nobis proximior occultat superiorem. Vnde cum occultet omnes Planetas, est nobis proximior, atque adeo sub omnibus syderibus,& sic consequenter dicunt de alijs, nam Mercurius occultat cæteros,& Venus alios, tũ Mars occultat Iouẽ,& Saturnum,& Iuppiter Saturnum. Vnde fit Saturnum esse supra omnes Planetas, & quia stellæ fixæ occultantur à singulis Planetis: ideo cœlum stellatum est supra omnes Planetas.

Sed hæc ratio non habet vim in situ Solis, qui ponitur communiter inter Venerem, & & Martem, quia sol non occultatur à Venere, & Me-

& Mercurio,ſed ſolũ à luna ; Quare erit poſt Lunam,vt Ariſtoteles,& Albumaſar, qui vnicum cœlum Soli, Veneri, & Mercurio aſſignauit,vt diximus. Deinde hæc ratio non poteſt habere vim probatiuam ordinis cęli Vndecimi,Decimi, & Noni vnde Angeſtus ait ordinem inter hos cœlos inter ſe, & ſydereos probari ex motu, ſed non oſtendit modum probandi ex motu.

## ARTICVLVS II.

*Opinio Auctoris.*

4 PRima Concl. Infimus omnium Planetarũ eſt Orbis Lunæ,patet, quia omnes occultat, etiam ſolem,vt dictum eſt.

Secundo Cœlum ſtellatum eſt ſupra Orbes omnium Planetarum, quia occultantur ſtellæ firmamenti à Planetis.

Terza Concluſio inter Planetas Saturnus eſt omnibus ſuperior,quia occultatur à cœteris Planetis,poſt illum eſt Iuppiter,qui ab alijs occultatur,ſequitur Marſ. occultans Iouem, & occultatur à Sole,Luna,& alijs.

Quarta Conclul. ſupra Lunam eſt Mercurius, & poſt Mercurium Venus, quare manet difficultas de ſolis Mercurij, & Veneris ſitu. eſi non poſſit probari ex occultatione, vel motus velocitate, & tarditate, qualis ſitus,& ordo inter eos ſeruetur.

Quinta Concluſ. ſol eſt ſupra Venerem immediate ſicut Venus ſupra Mercurium. Probatur ex diuerſitate aſpectus, ſeu Paralaxis, Nam quo planeta eſt nobis propinquior eò facit maiorem Paralaxem, ſed maior eſt Paralaxis,quæ fit a Mercurio reſpectu Veneris, & maior,quæ fit à Mercurio, & Venere reſpectu ſolis; ergo Mercurius eſt nobis propinquior,quàm Venus,& vterque Planeta nobis eſt propinquior quam ſol.

Dicitur autem Paralaxes,ſeu diuerſitas aſpectus ſpatium illud,ſeu arcus,qui eſt inter partem octaui cœli correſpondentem capiti noſtro,ſeu zenit,& partem, quæ correſpondet viſuali lineæ pertractæ ad octauum cœlum, quæ pars per Planetam inter medium nobis occultatur,ille arcus interceptus inter locum ad quem terminatur linea viſualis, & zenit capitis noſtri dicitur Paralaxis, quod Principium verum eſt quando Planetæ, qui comparantur,habent eamdem eleuationem Orizontis:Quod ſi Planeta eſſet in zenit, vt ſimiliter pars occultata,tunc non eſſet diuerſitas aſpectus.Hic autẽ modus indagandi ſitum Aſtrorũ,nõ habet locum in reliquis Aſtris q̃a propter nimiam diſtantiam a nobis, non habent diuerſitatem aſpectus,vt dicunt. At Ptolom. putat hũc modum nihil prodeſſe, eò quod non poſſit cognoſci in aliquo diuerſitas aſpectus,ſed id relinquamus diſputandum à peritis in arte.

5 Hinc patet nobis non probari rationẽ aliorum,qui probant Venerem eſſe immediate ſub ſole, quod magis luceat,quam Mercurius, nam hæc ratio probaret potius oppoſitum; tum ſol illuminat aſtrum verſus noſtram partem, dum eſt in oppoſitione,non autem dum eſt in coniunctione,at in oppoſitione eſt diſtantior.

Hinc ſecundo patet, quid ſentiendum ſit de alijs rationibus,quibus probatur ſolem eſſe ſupra Venerem, & Mercurium;nam ratio aſſumpta ex officio illuminandi cœtera ſydera, ſicut cor eſt principium influendi ſpiritus in cœtera mẽbra, vt ſcilicet ſicut cor eſt in medio corporis humani, ita ſol in medio planetarum,eſt congruentia quædam,non tamen demonſtratiua, & neceſſaria, licet illa vtatur Albumaſar in ſuo mag. Introd.diff.3.lib.3.dicens eſſe poſitum in medio, quia ſi propior nobis eſſet, nimis calefaceret, ſi diſtantior minus calefaceret, quam ſit neceſſarium ad vniuerſi conſeruationem, quia aduerſarij dicunt,ex eo quod eſt immediate ſupra lunam, nunc apte calefacere ad exigentiam vniuerſi, alioqui non ſic apte præſtaret hoc munus.

Alia verò ex apparentia magnitudinis non 6
eſt firma, quia aduerſarij dicunt apparere ſecundum quantitatem, ſecundum quam apparet,quia eſt in proportionata diſtantia ſupra lunam,alioquin minor appareret.

Denique ratio ſumpta ex vmbra videtur efficacior; Dicunt enim, quãto opacum eſt proximius luminoſo, tanto magis facit vmbram breuiorem,& quo eſt diſtantius facit longiorem, Quando luminoſa ſunt in eadem eleuatione ab Orizonte,ſed poſitis in eadem eleuatione Mercurio, Venere, & Sole, longior eſt vmbra, quæ fit à ſole, quam quæ à Mercurio, & Venere,ergo ſol eſt diſtantior à terra, ſed oporteret examinare experientiam de quare videant Aſtrologi,& Perſpectiui.

Dices cur ſol ecclypſatur a luna, & non à 7
Mercurio & Venere,Reſpond. Ptol. l. 9. Alm. & Regiomont. l. 3. op.cap.1. id eſſe quia non poteſt inter ipſos eſſe talis coniunctio, vt duci poſſit linea recta q̃ per centrũ ſolis tranſeat per Mercurium,& Venerem, ſed id pertinet ad Theoricam.

Seſta Concluſ.ex communi hic ordo ponitur inter cœlos mobiles, vt in infimo loco ſit lũna.2.Mercu.3.Venus 4.Sol.5.Marſ.6.Iuppiter 7. Saturnus 8. Cœlum ſtellatum, 9. Cœlũ aqueum cui conuenit motus trepidationis Decimum Primum mobile. Quod ſi vndecim ſint cœli, vltimo loco debet conſtitui Primũ mobile ſupra alios,vt alios trahat,de qua re legite Philalt.cõ.53.Conimb.cap.5.q.2.Clau. in cap.primum ſphæræ.

## DVBITATIO V.

*An ſupra cœlos mobiles detur Cœlum Empyreum.*

DE hac Alenſ.2.p.q.47. Alb. Magn. de 4. 1
coæuiſ.q.4. D.Th.in 2.d.2.q.1.vbi Ægid. Bon.art.1.q.1.& Durãd. q.1.D.Th.p.1.q.66. art.3. vbi Thomiſtæ Barthol.Sybill.c.3. Dec. 1.q.1.& 2.

Prima Opinio eſt negantium huiuſmodi cœlum

lum. Primo quia illud est immobile secundũ ponentes illud, at repugnat corpori immobilitas cum natura sit principiũ motus, & quietis; ergo repugnat huiusmodi corpus cœleste.

Confir. quia corpora mobilia sunt nobiliora immobilibus, vt patet ex terra, quæ cum sit omnium corporum ignobilissima ponitur immota. At illud dicitur omnium nobilissimũ, ergo non potest dari immotum. Confir. Quia si daretur esset visibile, quia est corpus maximè lucidum ex aduersarijs Confir. 3. quia nullam habet actionem.

Hæc videtur opinio Aristotel. & antiquorũ, quē videtur sequi Caiet. in 2. ad Cor. c. 12 vbi ait supremum cœlum esse primum mobile in quo Deus, & Beati habitare dicuntur tãquam in cœlesti Patria, & subdit *Empyreũ a posterioribus traditum nullibi inuenitur in scripturis*. Tribuitur Damas. 2. fidei. c. 6. vbi supra stellatum vnum solum agnoscit stellis expers. quod est primum, & à philosophis cognitum Basil. hom. 3. exam. solum agnouit duos præter aereum, & significat Theod. q. 11 & Eugub. in c. 1. Gen. & Ægid. videtur illã tribuere Aug. quatenus videtur negare esse locum corporeum lib. 2. super Gen. ad litt.

3 Secunda opinio communis in Ecclesia est affirmantium huius cœli existentiam, esse immobile lucidissimum cœteris pulchritudine, & nobilitate præstantius, dicitq. Empyreũ non quia igneæ naturæ, sed quia lucidissimũ est inter cœlos, vt ignis inter Elementa. Vnde ex Magistrò 2. d. 2. dicitur a splendore non a calore ignis, hanc docēt Primi Patres, vt Beda, & Strabo apud Magistrũ. Vgo Lira. apud Catharin. Abul. Gen. primo, & exod. c. 23. q. 52. 53. Basi. hom. 1. exam. vbi non solũ Angelos ponit mundo visibili Antiquiores, sed etiam quoddã cœlum antiquius illis substãtijs mũdo visibili præstantioribus cōueniens, quod Theod. q. 11. ponit prima die ante lucē creatum, & distinctum à firmamento facto secunda die ex aquis, inter quos cœlos ponit aquã ad temperandum luminarium ardorem, & hoc cœlum ait esse supra cœlum, quod nos tegit. Orig. hom. 1. in Gen. Diod. Tarisens. in Glos. ord. Iunil. in Hexam. Theophil. Antiochen. l. 2. ad Aurolycum Hilar. in ps. 135. Procop. in Gen. Ansil. 1. de Imag. mund. c. 28. Philo de opif. mundi, qui licet non explicēt illud hoc nomine: tamen dicunt esse cœlum supremum, & sedem Beatorum.

3 Secundo illam docent scholastici cum Magist. 2. d. 2. vbi Bon. d. 12. Aur. d. 14. & alij D. Th. p. 1. q. 66. art. 3. q. 68. art. 1. ad primum vbi Thomistæ. Moli. fusè tract. de oper. sex dierũ disp. 2. & 3. Suar. lib. 1. c. 4. Delrius Gen. c. p. vers. 2. Val. 1. p. disp. 5. q. 2. pun. 1.

Inter hos vero est discrimen, nã aliqui posuerunt illud esse æternum ab intrinseco, vt Eugub. in Gen. 1. & refert. Per. sed hæc tamquã hæretica euanuit contra quam Cathar. Molin. ac Pererius, sed illum excusar ab errore Daniel. Malon. 2. d. 2. disp. 7. quod nomine cœli, non intelligat corpus aliquod, sed claritatē Diuinam, quæ est ipse Deus, quare potius abutitur nomine cœli, de qua claritate explicari potest, quod dicitur ps. 103. amictus &c. 1. Thi. 6. Lucem habitat. Io. 19. clarifica, de qua videndus Suar. cap. 4. num. 17. qui pluribus errorem Eugubini exagitat.

Alij æternum ab extrinseco per effectionē æternam, vt significat Bas. hom. 1. exam. Sed constat vtrumq. modum dicendi esse reijciendum aiunt Doctores, vt infra, quod de facto nulla creatura est æterna.

Alij putant productum in tempore, ex quibus alij dicunt esse productum ante hunc mundum visibilem, vt explicari potest. Basil. & docent illam Aug Alens. Aur. Carth. Greg. de Valentia apud Tamnerum 1. p. disp. 6. q. 2.

Alij esse productum, primò die cum alijs, vt docent omnes, qui negant Angelos esse creatos in loco visibili ante primum diem, & alij ante principium creationis ex Gen. 1. negant aliquid fuisse creatum, & docent illã Amb. Dam. Procopi. Alcuin. Beda Comestor. & Molina apud Tamnerum loco cit. & fuse Suar. li. 1. cap. 4. nu. 12.

## ARTICVLVS II.

*Opinio Auctoris.*

**P**Rima Concl. Certum dari cœlum Empyreum. Primo patet ex auctoritate Patrũ & Scolasticorum, & communi assensu Ecclesiæ. 4

Secundo ex Gen. 1. vbi dicitur Deus creasse cœlum, & terram; vbi nomine cœli intelligi, vel solum Empyreum, vt Strabo Hugo, Victor. Bon. Cathar. Orig. Lyran. & alij apud Tamnerum vel cœlum Empyreum cum alijs celis, vt Tert. Amb. Dam. Innoc. 3. D. Thom. Caietan. Valent. Niss. & alij apud Tamnerum, & ratio, quia scriptura loquitur de cœlo, tãquam de singulari Dei domicilio, & Beatorũ vt ps. 102. *Dominus in cœlo parauit sedem suam, &c. & ps. 113. Cœlum cœli Domino, vbi Theod. Non hoc videtur: sed illud, quod superius est, quod huius veluti tectum est, & quod videmus nostrum tectum est, & Deut. 10 Domini Dei cœlũ est, & cœlum cœli, & ps. 67. Ascendisti in altum &c. qui ascendit super cœlum cœli ad orientem.*

Confirmatur nam verisimile est Initio Deũ præparasse Christo, & Beatis locum sicuti Paradisum terrestrem hominibus cũ status viatorum sit propter statum Beatorum, iuxta illud 2. Cor. 5. *Scimus, quia si terrena Domus nostræ huius habitationis dissoluetur: habemus habitationem in cœlis, domum non manu factam in cœlis æternã*: i. a parte post, & incorrupti bilem.

Confirmatur secundo, quia si Deus ad puniendum reos præparauit locum, & ignem inferni ab initio, ergo multo magis præparauit locum Beatis. Vnde Matth. 25. *Percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine Mundi*

di. At hæc præparatio non poteſt intelligi de gloria ſpeciali, quia hæc quoad prædeſtinationem fuit præparata ab æterno Eph.1.& in exequutione dum datur, ergo debet intelligi de loco. Reſponderi poteſt ſufficere cœlũ primum mobile.

Sed contra, quia locus debet aptari ſtatui eorum, qui ſunt in loco, quia inter locum, & locatum debet ſeruari proportio, ſed ſtatui Beatorum non eſt conueniens cœlum mobile, ſed immobile, Tum quia Chriſtus, Beata Virgo, vel habent pedes non fixos in certa parte cœli, ſed ſub illis ſemper cœlum moueretur, & ponitur miraculum ſine neceſſitate, cum de ratione connaturali corporis in terra ſit eſſe alteri vnitũ, vel habent pedes fixos in certa parte, & continuo raperentur contra quietem, & immobilitatem conuenientem illi ſtatui, nam probabilius eſt habuiſſe grauitatem, atque adeo ordinarie actũ grauitatis, licet ex condictione ſtatus poſſent actu carere, ob perfectam ſubiectionẽ corporis ad animam, de qua re Ægid. Luſit.2.tom. 3. li.4.q.1.art.2.

Tum quia cœli mobiles facti ſunt in miniſterium viatorum, vt patet ex ipſorum in fluxu, ergo conueniens fuit vt factum ſit cœlum immobile, & excellentius in miniſterium Beatorum, vt ſit Ciuitas Beatorum bene ordinata.

4 Tertio probatur rationibus naturalibus, nã cœlorum motus ad vnam differentiam potius, quam ad aliam, non eſt à caſu, cum omnia ibi ordinata fiant, ſed id non poteſt eſſe niſi ponatur aliud corpus quieſcens, quod habeat in ſuis partibus has differentias influentiarum ad varios effectus producendos, ſecundum quarum diuerſitatem aſſignentur duo poli Mundi, & pars nobilior ſit, quæ dicitur anterior, & oppoſita poſterior. Deinde, alia pars poſt iſtam nobilior dicetur dextera, & oppoſita ſiniſtra: Vnde fieret, vt omnis pars cœli moti, exiſtens ſub dextera cœli quieſcẽſcentis appareret naturaliter eſſe ſub illa, & ſic de alijs, & ita naturaliter quęcumque pars cœli inchoans motum ſuum à dextera moueretur ad ante, ex eo quod natura intendit honorabilius.

Neque dicas illam differentiam poſitionũ ſumi ex parte intelligentiæ, quæ aliter influit in vnam partem, quam aliam, nam intelligentiæ nihil influunt per ſe niſi motum, vt alibi oſtendi.

Reſpond. eam differentiam eſſe ex voluntate intelligentiæ mouentis cœlum ſecundũ primæ cauſæ ordinationem conuenientem ad finem ſibi propoſitum: Nam prima cauſa accommodat ſuam influentiam, & cœterarũ cauſarum iuxta exigentiam naturæ, Quare cum ſit connaturalius ponere differentias poſitionum ex natura rei, quam ex libera voluntate probabilius eſt illo modo poni in cœlos

Confirmatur, quia videmus in diuerſis partibus terræ eiuſdem Paralelli diuerſos effectus in fructibus, & moribus hominum, at hoc non poteſt peruenire à partibus cœlorũ mobilium, quia per eumdem Paralellum pertranſit eadem pars cœli mobilis. Hinc ad partium cœli immobilis influentias diuerſas, reduci debet cauſa, cur vna pars terræ ſit habitabilis, & non alia, quod in vna ſit differentia ad ſalutem vegetantium, & animalium, & in alia ad congregandas aquas per quas ſit locus inhabitabilis. Reſp. aliqui id reuocari ad motum octauæ, vel nonæ ſphęrę. Sed contra, quia eadem eſt ratio de partibus illorum cęlorum, ac aliorum.

Confirmat. ſecundo, quia ſecundum Aſtrologos Planetæ maiorem habent virtutem exiſtentes in oriente, quam in eleuatione ſupra orizontem, ſed non poteſt id peruenire ex parte cęlorum mobilium, quia eadem pars cęli, quæ eſt in Oriente, eſt in eleuatione, ergo erit ratione partium cęli quieſcentis, quæ in varijs ſui partibus habet varias virtutes.

Reſpond. id prouenire ex vario modo proijciendi radios circa hanc, vel illam partem inferioris orbis. Vnde Planeta exiſtens in oriente diuerſo modo mittit radios in partes terræ, ac exiſtens in meridie. Sed contra quia ex hac ratione Planetæ fortiores deberent eſſe quando ſunt in meridie, ac quando ſunt in oriente, nam mittit fortiores radios, vt patet ex illuminatione ſolari.

Secunda Concl. Datur cęlum Empyreum 5
quieſcens, patet ex dictis in ſecunda opinione, quæ nonc videtur certa ex communi ſenſu Eccleſiæ, nec puto poſſe ſine temeritate negari. Confir. ex Anacleto Papa Ep̃a 2. Decr. in fine vbi de Verbo Diuino; *Dominus inquit ex cœleſti aula, ac Empyreo Domicilio in caſtiſſimæ Virginis puriſſimum Vterum pro noſtra redemptione carnem ſuſcipiens aduenit* vide Ægid. 2. d. 2. quæſt. 2. artic. 3. vbi de hoc fuse.

Tertia Concluſ. Hoc cęlum neque fuit 6
creatum ante principium mundi viſibilis nec poſt: ſed in ipſo principio, patet ex dictis, nã Verba Moyſis Gen.1. *In principio creauit Deus cęlũ, & terrã* excludũt aliquid fuiſſe creatum prius, & oſtendunt cęlum Empyreum fuiſſe creatum cum Terra, nam nullibi ſit mentio creationis talia cęli, ſed ſolum ſit mentio firmamenti creati poſt primum diem, videndus Tamnerus diſput.6.quæſt.2.d.2. Suar. lib.1. cap. 4.

Quarta Concl. Probabile eſt eſſe compo- 7
ſitum ex materia, & forma, nam vt oſtendimus omne corpus eſt compoſitum, hac enim ratione cęlos alios oſtendimus ſic compoſitos eſſe, cũ ſint entia naturalia neq. enim illud coelum eſt ſecundum ſuam ſubſtantiam extra latitudinem entium naturalium, & licet non poſſit euidenter probari per media naturalia ſecundum commune n, tamen conati ſumus per effectus naturales exiſtentiam illius probare.

Contrarium ſignificat Abul. in c.23. Exod. quæſt.53 vbi ait *eſſe quaſi ſpirituale; Imo non dicitur eſſe de materie, & ſic illud eſt ſexta eſſentia. Quod autem materiatis non eſt, non conuenit cum rebus matercales in natura quouis modo.*

Re-

Respondet. Abulensem opinari coeteros coelos fuisse productos ex materia præiacente eiusdem rationis cum elementari. At hoc coelum negat fuisse productum ex tali materia præiacente, dicit tamen esse sextam essentiam ad differentiam aliorum coelorum quos vocat quintam essentiam, quod sicut alij cęli licet sint ex materia eiusdem rationis cum elementis; dicuntur quintá essentia ratione incorruptibilitatis, quam habent a forma; ita Empyreum dicitur sexta essentia ratione incorruptibilitatis ex vi formæ & materiæ, & ob materiam diuersæ rationis, negat conuenire cum materialis quouis modo licet Suar, illum reprehendat, vt non consequenter loquentem.

7 Quinta Conclus. Matéria coeli Empyrei est diuersæ rationis ab Elementari, nam vel coeli mobiles habent materiá diuersæ rationis ab elementari, id multo magis dicendum est de Empyreo: vel illi non habent, & tamen dicendum est huius coelj materiam esse diuersæ rationis, quia habet nobiliorem naturam, & perfectiorem rationem incorruptibilitatis. Hæc aũt non potest esse nisi ratione materiæ; nam quæ conuenit ratione formæ reperitur etiam in coelis mobilibus, vt Mol, & noster Salmar.

Dices an materia Empyrei distinguatur à materia coelorum mobilium Respõd. 1. cum in coelis ponatur materia diuersæ rationis ab elementari ad saluandam eorum corruptibilitatem ab intrinseco; necessario in omnibus corporibus coelestibus, quæ ponuntur specie distingui ponẽde sunt materiæ diuersæ rõnis seu speciei incõpletæ. Nã alioqui nõ posset saluari corruptibilitas ab intrinseco; nã materia vnius rationis appetit omnes formas, per quas apta est informari. Vnde id multo magis dicẽdum est de materia Empyrei.

Respond. secundo Materia Empyrei etiam si conueniat in genere cum materia aliorum coelorum ratione determinationis ad vnam formam; tñ est perfectior materijs aliorum orbium, quia ex natura sua est determinata ad nobiliorem formam.

Respon. 3. Materia Empyrei est perfectior coeteris, etiã si in omnibus coelis mobilibus sit materia vnius rationis; destinctæ tamen ab Elementari, patet, quia licet per materiam determinatam ad vnam formam posset saluari incorruptibilitas ab intrinseco in omnibus coelis, tamen ex vi ordinis ad formam perfectiorem constituitur in perfectiori specie entis, & vt corpus illud sit essentialiter perfectius secundum omnes partes essentiæ.

Resp. 4. ex hac maiori perfectione non non debet dici esse sextam essentiã, quia nõ habet modum essendi genericum diuersum ab alijs coelis; cum omnes constent ex materia determinata ad vnã formam specificam, vnde continetur sub genere quintæ essentiæ, sub quo continentur coeteri orbes.

8 Sesta Conclus. forma cęli Empyrei non est anima, quia non est vegetatiua, cum in illo nõ possint exerceri opera huius animæ ob illius incorruptibilitatem, & inalterabilitatem.

Hinc sequitur neque esse sensitiuam, quia hæc supponit vegetatiuam, & exigit organa, quibus illud coelum caret, ob incapacitatem qualitatum alterariuarum, & tangibilium necessariarum ad sensum tactus, quod est fundamentum coeterorum sensuum.

Neque potest esse intellectiua, quia hæc eatenus potest informare corpus quatenus potest acquirere cognitionem per corpus, quod fit per sensus corporeos, at cum in coelo illo non sint sensus, neque possit acquiri cognitio intellectiua per sensus, atq. adeo nõ potest illud corpus informari anima intellectiua

Ex his patet coelum esse ab intrinseco incorruptibile secundo esse lucidissimum quia cum sit omnium corporum perfectissimum debet habere proprietatem corpoream omnium perfectissimam; hæc autem est lux omnium qualitatum corporearum perfectissima, dequa fuse Ægid. 2. d. 2. q. 2. artic. 2. d. 2. laterali. tertio sequitur esse immobile, quia motus non est conueniens illius fini, cum sit ordinatum ad habitationem Beatorum, ad quam magis pertinet quies, quã motus, neq. est necessarius illi motus ad præstãdos varios influxus, quia cũ sit secundũ omnes partes lucidissimum, & vniforme per omnes partes æque influit in inferiora absque indigentia motus, quo variæ virtutes illius applicentur; cum sint in singulis partibus eędem virtutes, quarum influxus variatur ex aliorũ influxibus, & dispositionibus ad varios effectus de cuius immobilitate D. Th. 1. p. q. 66. art. 3. & 2 quæst. 2. vbi Ægid. art. 2. Arg. art. 3. Alb. de 4. coæuisque 4. artic. 3. & 5. Ægid. enim tribus rationibus probat huius immobilitatẽ.

Settima Concl. Probabile est coelum Empyreum esse solidum secundum omnes partes, Suar. lib. 1. de operibus sex dierum cap. 3. nu. 6. primo si esset fluidum esset mobile intra idem spatium secũdum varias partes per modum accessus, & recessus, vt aer existens intra vas; At hoc est contra Immobilitatem, & incorruptibilitatem ipsius, cum talis motus non possit intelligi sine aliqua rarefactione, & condensatione; sequela maioris patet nam corpus Beati ad illud ascendens partes illius diuideret, & per consequens comprimerentur secundum latera, & postea transacto corpore ex illo loco rarefierent, vt ad primum locum reuerterentur vt fit in aqua, & aere. Neq. dicas corpus Beati Beati penetrare cœlum, quia ad hoc ponitur fluidum, vt recipiat corpus Beati sine penetratione; nam penetratio stare potest cum corpore siue fluido, siue solido. Confirmatur, quia corpus illud initio creatum occupat spatium sibi adæquatam, ergo dum ad eundem locum corpora Beatorum innumera ascendent, occupabunt idem spatium, & cum id fiat sine penetratione, necesse est corporis illius partes condẽsari, vt recipiantur in maiori spatio, vel partes extra illud spatium sibi prius adæquatum dilatari,

ac

et hoc non potest intelligi sine motu illius, sine mutatione figuræ, & aliarum dispositionum, quas in sui creatione accepit à Deo Confir. 2.quia nulla ratio ostendit fluxibilitatem illius,quia primo non est necessaria propter motum Beatorum localem;nam sicuti possunt moueri per mobiles cœlos solidos,ita per illud ob dotem subtilitatis,quæ omnia penetrant maximè post diem Iudicii, qñ omnes erunt Beati animo, & corpore, & , discurrent per omnes cœlos , & totum vniuersum,& quia dos subtilitatis conuenit illis permanenter, ea vti poterunt etiã in loco perpetuæ habitationis.

13 Secundo nõ est necessaria ad loquendum quia cum corpus gloriosum futurum sit in partibus internis vacuum,& neque alimẽtis, neque excrementis plenum.& superfluis humoribus,erit plenum purissimo aere At hic est sufficiens ad formandam vocem, quæ audiri poterit ab alijs per emissionem speţierũ intentionalium per partes cœli vsque ad auditum aliorum sine vllo motu locali medij sicut nunc fit per species visibiles,vide Suar. 1.p.tom.2.disput.28.sect.4.& 5.Aegid. Lusit.l.4.q.22.art.7.per totum.

Tertio non est necessaria propter respirationem;tum quia corpora Beatorum non indigebunt respiratione, quia cum sint inalterabilia,eorum cor non afficietur nimio calore,ad quem contemperandum est necessaria respiratio.Tum· quia licet aliquando sint intra cœlum, tñ plerumque tamquam in loco proprio habebunt pedes supra conuexum illius cœli,vt de corpore Christi ostendit Suar.loc.cit.disp.51.sect.1. & vltima , at ibi existentes non indigent respiratione cum sint in vacuo spatio,ergo.

Hæc quidem probabiliter, nam contraria opinio non caret sua probabilitate , vt fusè ostendit Les.opus.de summo bono lib. 3. c. 8.num 101.vbi ait partes medias esse fluidas, extremas vero solidas.

## ARTICVLVS. IV.

*Soluuntur Argumenta prima opinionis.*

14 AD Argumentum Respond. cœlum illud dici immobile,non quia sit incapax motus Physici,cum corpus habeat potentiam passiuam ad motum connaturalem, vel neutrum,ex Scoto,sed quia de facto caret motu ex ordinatione Diuina ad finem illius; nam motus non est necessarius ad illius finem, cum habitatio debeat esse immota. Neq. tñ perpetua quies est illis violenta, quia nullam naturalem perfectionem illius destruit, sicut neque quies est violenta terræ, dum est in suo loco. Quod si Deus vellet illud moueri, nihil fieret contra naturam particularem illius, nam quies à motu circulari non dicit perfectionem in illo, vt est particularis natura,sic vti vt ẽ pars vniuersi esset illi innaturalis, & contra legem ordinariam, & miraculosus,Quod vero negãt posse moueri,quia caret corpore continẽte facile,Resp. primo nõ esse necessarium ad motum circularem tale corpus,vt ex Aristotele patet de motu primi primi mobilis. Secundo quia id non ponit impossibilitatem motus, cum Deus possit circa illud creare aliud corpus.Hæc Suar.

Sed hæc Doctrina non caret difficultate, 15
quia media debent esse proportionata fini ergo cum finis cœli sit habitatio quiescens, debet fieri corpus ex natura quiescens , sit eo existente in suo loco,sit motus omnis violentus,secundum naturam , quia Deus fecit Empireum nulli virtuti naturali subiectum, vt moueatur.


Neq.dicas id non posse dari,quia in Thesauro diuinæ potentiæ non deest corpus huiusmodi ; sicut enim graui repugnat motus sursum , cur non poterit dari ratio corporis, cui repugnet motus circularis,neq.obstat definitio naturæ, quia hæc vt est principiũ motus in corpore existente extra suum locum, ita est principium quietis in corpore existente in proprio loco.Vide Ægid.loc.cit.

Ad primum Confir.Resp.negando corpora immobilia in proprio loco esse ignobiliora ijs,quæ mouentur in proprio: nam immobilitas dicit perfectionem,vt patet ex Diuinæ naturæ,immutabilitate.Vnde cœlum Empyreum etiam ab hanc causam est immobile,nã motus est quid imperfectum , & via ad perfectionem.

Ad secundam Conf. Resp.corpus illud nõ videri,siue ob nimiam distantiam , & interpositionem cœlorum inferiorum , quæ propter sui spissitudinem obsistunt visioni, & illuminationi à cœlo Empyreo ad inferiora. Siue quia lux non est visibilis nisi in corpore terminato at ibi lux non est terminata.Vnde patet ignẽ esse lucidum & dũ est in sua sphæra,& non lucere nec emittere splendorem.

Ad tertium concedendo omnem substantiam esse operatiuam,sed negatur illud cœlũ nullam habere operationem.

Numerus, & Situs cœlorum.
ex communi




# DVBITATIO VI.

*An Cœlum Empyreum habeat aliquem influxum in inferiora.*

## ARTICVLVS I.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est negantium. Primo quia
1 Ciuitas Beatorum non habet commertium, & connexionem cum Ciuitate Viatorum, ergo habitatio, seu corpus habitationis illorum ciuium non habet influxum in corpora, quæ sunt in ciuitate viatorum, quia cõmunicatio illa consistit in influxu. Antec. probatur, quia finis illius ciuitatis non est ordo ad conseruationem rerum corruptibilium, siue in indiuiduo, siue in specie: sed ordinatur ad finem supernaturalem, vt sit ciuitas habitata à videntibus Deum, qui res caducas despexerũt. Vnde Aug. 12. de Gen. ad litter. c. 1. ex Angelis, & hominibus fit vna ciuitas.

Confir. quia corpus non potest agere in distãs nisi agẽdo in medio, sed illud nõ influit in cœlos sibi proximos, nam non communicat illi lumen, alioqui in se videretur, neque communicat aliam qualitatem, cum negetur cœlis communicare aliud quam lumen; nec cœli sunt capaces alterius qualitatis primę, vel secundę.

Confirmat. secundo, quia cœli nõ influũt in inferiora nisi per motum; vnde cessante motu cœli, omnia perirent ob defectum cõseruantis influxus, sed illud cęlum est immotum, vt dixi; quia nec motu recto, vt patet, nec circulari, cum secundum partem conuexam sit quadratum; vnde si moueretur relinqueret spatium vacuum. Maior probatur tũ ex lib. de causis prop. 20. vbi Aegid. tum ex alijs cœlis, qui non influunt nisi per motum: Vnde Rabi Moyses dixit cœlum in vniuerso esse ut cor in animali, cuius motus si ad horam quiesceret, corporis uita finiretur. Neq. obstat, quod Deus potuisset illi dare uim influendi sine motu, quia attendi debet, quod naturis rerum conueniat ex Aug. 2. de Gen.

Confirmat. tertio, quia nemo explicat, qua- 2
lis sit ille influxus, & quomodo necessarius ad uniuersi conseruationem, uel perfectionem.

Confirmat. quia Angeli sunt mobiliores cęlo Empyreo, et tamen non alterant inferiora, ergo multo minus coelum illud, ita Alens. 2. p. q. 47. num. 1. ubi causam propter quam est coelũ Empyreũ dixit non esse conseruationem generationum, & corruptionum, quia ad hoc sufficit firmamentum cum stellis neque conseruationem rerum inesse, quia adhoc sufficit sphæra, quæ mouetur motu diurno, sed ut compleatur uniuersum in genere corporum secundum determinata extrema, & mediũ, at extrema sũt terra ob maximam opacitatem, & Empyreum in fine lumi-

luminosum, sequitur D. T. 2. d. 2. q. 2. art. 3. vbi optime.

3 Secunda Opinio est affirmantium, hanc docet S. Tho. 1. p. q. 66. art. 3. ad 2. & quod l. 6. q. 11. art. 19. vbi Caiet. ibi ad 2. sequitur Ricc. 2. d. 2. artic. 3. q. 3. Dur. q. 2. Aegid. q. 4. art. 4. Arg. q. 2. art. 1. Sed differunt in probatione, alij enim ita probant.

Vnumquodq. conseruatur à suo loco, sed Empyreus est locus cœlorum mobilium, ergo illos conseruat; hæc autem conseruatio est per influxus, sed non placet Suar. Nam non ẽ de ratione loci conseruare per influxũ, ex Suar. loc. cit. num. 7. vt patet ex igne, qui non sic conseruat aerem, nã potius destruit ipsum exiccando, & calefaciendo intensius, quam exigat natura aeris, tum quia corpus incorruptibile non indiget conseruatione nisi a causa prima, & corpus corruptibile præter conseruationem à causa prima non indiget nisi causa conseruante per accidens, scilicet, quæ remoueat corrumpens, et sic ignis conseruat aerem. Quare satis ad rationem loci cõtinentia actiua cũ debito ordine.

Secundo Alij probant, quia vnitas vniuersi exigit subordinationẽ corporum, hæc aũt cõsistit in gubernatione, vt .s. superiora per inferiora regantur 1. meter. c. 1. At hæc gubernatio consistit in influxu.

Sed neq. placet, quia ad vnitatem vniuersi, satis est subordinatio secundum situm exigitum à natura corporum, vt patet tum ex partibus integrantibus *Domum*, vnde Empyreum pertinet ad vniuersum, vt tectum ipsius; tum quia cœlorum influentia, non est necessaria ad vnitatem Vniuersi, sed est ad conseruationem rerum, quæ integrant vniuersum: vnde patet non reperiri in omnibus partibus, vt non est in igne respectu inferiorum, & post diem Iudicij erit vnitas sine influentia; & licet corpora media sint necessaria ad transmittendã actionem, non tñ actio est necessaria ad vnitatem, sed potius cõtra.

Tertio alij probant ex generali ratione substantiæ, quæ ordinatur ad aliquam operationem ex 2. cœl. 17 At in cœlis non est operatio immanens vitalis, quia non sunt viuentes, ergo erit transiens in alia; Cœlum autẽ Empyreum obtinet perfectissimum gradũ substantiæ carentis anima. Neq. dicas sufficere illi habere virtutem operandi. Nam cũ non sit agens liberum, non potest suspendere actionem; sed necessario aget in approximatam sibi materiam; quale est cœlum sibi proximũ, nã ponere illud incapax non est cõsentaneum Primi auctoris Prouidentiæ, vt dederit virtutem, quæ semper futura esset otiosa ob defectum subiecti, ita Ægid. Ricc. & Dur.

## ARTICVLVS II.

*Opinio Auctoris.*

PRima Concl. Probabile est cœlum Empyreum influere in hac inferiora, patet ex dictis in secunda opinione, Confir. Aegid. ex similitudine Angelorum, quorum supremi sunt assistentes, & influunt in inferiores, qui mittuntur, licet ipsi non mittantur, sic Empyreum habet influentiam in inferiora, licet ipsum non moueatur, vnde fit eius influentiam non esse fluentem, sed stabilem, & fixã vnde Aug tom. 3. lib 9. de Trin. c. 4. *sub ipso creatore creaturæ mirabiliter disponuntur, quia corpora inferiora per sublimiora, & potentiora quodam ordine reguntur*. Quare si cœlum Empyreum non influeret in inferiora excluderetur ab hoc ordine, atq. adeo vniuersum non esset valde bonum, quia careret optimo, & perfectissimo corpore, vt sui parte.

Confir. 2. ex cõnexione partium vniuersi, nam duplex connexio inter illos constitui potest. Prima secundum contactum superficierum, quatenus vltima corporum sunt simul, & hæc connexio non est perfecta, quia non est secundum intrinseca: Altera secundũ contactum virtutis, & hæc est perfectior, quia est secundum intrinsecas, & profundas partes. nã actio quæ est à virtute illorum, pertingit vsq. ad viscera terræ, vt igitur Empyreum habeat cõnexionem perfectam cũ alijs partibus vniuersi debet in illo poni virtus influendi in inferiora.

Confir. 3. quia carere virtute operatiua est maxima imperfectio, at si cœlum non influeret, careret virtute operatiua; quia non haberet actionem in se, cum corpus non sit virtus reflexiua, ergo debet illam habere in alis. Vnde Dion. & Damas. in omnibus dicunt reperiri substantiam, virtutem, & operationem.

6 Secunda Concl. licet ex vi rõnũ naturaliũ non sit certũ dari cœlum Empyreũ, tñ posita existentia, certius est illud habere aliquam influentiam in inferiora.

Prima pars probatur, quia D. Th. & alij cõmuniter cœli existentiam dicunt probari auctoritate Strabonis, & Patrum potius, quam per rões naturales; & licet nos attulerimus aliquas rões naturales; tñ illæ non sunt nisi ꝓbabiles, & nõ certo ostendunt hanc ueritatẽ.

Secunda Pars probatur, qua ratio, quæ supra probauimus illud cœlum influere, ducta est ex cõi ratione corporis substantialis: nam cum omnis substantia sit ordinata non solũ extrinsecè ad finem ex intentione operantis, sed etiam intrinsece ex natura substantiæ, multo magis id conuenire debet nobilissimo corpori, quale est cœlum Empyreum.

## ARTICVLVS III.

*Soluuntur Argumenta Aduer sariorum*

7 AD Argumentum Respond. ordinationē alicuius rei ad finem duplicem posse esse, vnam extrinsecam ex intentione agentis: Alteram intrinsecam ex natura rei, quarum vna potest esse primaria; alia secundaria diuersis respectibus. Vnde finis cœli Empyrei primarius extrinsecus est habitatio Beatorum, & operari est finis secundarius, at respectu naturæ finis primarius est operari, & secundarius, seu potius cōcomitans est habitatio.

Addit Ægid. artic. 4. ad 3. statum generationis, & corruptionis non esse omnino diuersi ordinis à statu gloriæ, cum generationes sint vt impleatur munerus electorum.

Ad Primum Confir. Resp. primo negando omnes cœlestes influentias esse per lumē, ob varias proprietates Planetarum, de quibus suo loco; Nam naturis spetie distinctis debentur diuersæ proprietates. Vnde etiam, si concederetur Empyreum non influere per lumen: adhuc poterit influere per alias virtutes, per quas immediatè producet in cœlum propinquum qualitatem aliquam perfectiuam, & non corruptiuam illius, vt dicitur de qualitate luminis. Neque enim inquit Ricc. negari possunt huiusmodi influentiæ, cum attingant ad viscera terræ, ad quas non pertingit lumen.

Respond. secundo etiam si concedatur lumen esse virtutē, qua influit in inferiora, tū ne gatur non influere in orbem sibi immediatum, nam nulla ratione, & experientia id constare potest. Neque obstat quod à nobis non videatur, tum quia id contingere potest ob nimiam distantiam, ob quam spetjes visibiles
8 non pertingunt ad terram; tum etiam densitate primi mobilis, quæ impedit transmissionem specierum, sicut luna aliquando nobis ecclypsat solem, & sydera inferiora eclypsant superiora, quod redditur probabile; nam omnes orbes sunt ex natura sua luminosi, & tamen Aqueum, & Primum mobile non videntur, tum ex varietate corporis luminosi, vt cœlum in sua sphæra non videtur, cum sit natura sua lucidum, quia emissio radiorū, exigit in corpore lucido quandam spissitudinem. His videtur aliquo modo contradicere Ægid. loc. citat. artic. 2. d. 1. sed sine fundamento.

8 Ad secundam Confirmationem corpus immotum non posse mouere aliud corpus localiter causando in illo motum, vt constat experientia, tam in motu attractionis, quam uectionis, quam impulsionis, in quo corpus distinguitur à Spiritu, qui localiter mouet immotus. At verò vt moueat motu alterationis, non est necessarium vt moueatur localiter, vt inductione constat; nam magnes mouet ferrum illud alterando, etiam si non moueatur; & ignis immotus calefacit, & sic de cœteris, Imo agentia quando sunt sine motu tunc magis alterant. Quare ex hoc capite non est neganda influentia cœlo Empyreo immobili. Neque obstat dictum Auctoris lib. de causis, siue quia non loquitur de necessitate motus localis ad agendum, sed motus alterationis ratione repassionis, quia omne agens in agendo repatitur, quæ connexio non est in agente, vt agens est, sed vt passum est, vnde si impediretur passio, adhuc ageret vt patet ex cœlorum actionibus in inferiora, quæ non repatiuntur ab inferioribus; siue quia non loquitur de necessitate simpliciter motus ad agendū sed secundum quid, scilicet ordinate iuxta exigentiam conseruationis vniuersi nam hoc conseruatur per accessum, & recessum solis, & Planetarum per signa Zodaici. Quare si motus huiusmodi cessaret, vniuersum corrumperetur; Nam in vna parte non generarentur animalia ob vehementiam caloris, & in alia ob vehementiam frigoris. Quare vt huius mundi machina conseruetur necessarius est motus, vt sic vbique habeatur generatio, & corruptio indiuiduorum per applicationem solis, & Planetarum & similium agentium.

Ad tertiam Confirm. Respond. duplex potest esse quæstio de naturæ influentiæ cognitione, vna per propriā spetiem, & hæc non habetur sicut neque de alijs influentijs, quia non sunt secundum se sensibiles. 9

Altera per spetiem effectus, & hæc cognosci potest, sed non conueniunt in explicando proprio effectu illius. Nam aliqui dicunt esse quoddam spetiale lumen, quod est medium vt inter corpus, & animā fiat coniunctio; Nam sicut anima sensitiua exigit, vt corpus sit dispositum per quoddam lumen productum à Cœlo chrystallino, & anima vegetatiua exigit influentiam à cœlo stellato: ita anima rationalis lumen ab Empyreo, ita antiqui apud Alen. & D. Tho. De effectibus proprijs Coeli Empyrei.

Sed non placet nam anima petit quidem in corpore dispositionem organicam, sed ea fit per qualitates primas, & secundas, ortas ex mixtione elementorum, ramquam ex materia, & à causa vnitiua effectiua, seu æquiuoca particulari: & influxu vniuersali cœlorum. Vnde Aristoteles 2. Phi. dicit *sol, & homo generant hominem*, quare diuersitas illa influentiarum exigita, & proportionata varijs generibus animarum, est fabulosa, & Poetica potius, quam Philosophica.

Secundo alij, effectum illius esse aliquid pertinens ad dignitatem proximi cœli. Sed contra quia non explicat, quid sit ille effectus.

Terzo Diu. Thom. quæst. 6. artic. 19. ait proprium effectum eius esse perpetuitatem, & per

& per mansionem in corporibus inferioribus; nam sicut cœlum sydereum per suum motum difformem est causa varietatis per generationem, & corruptionem, & cœlum aqueum per suum motum vniformem diurnum causat perpetuitatem in motibus inferioribus; ita Empyreum per suam quietem causat perpetuitatem in corporibus inferioribus, nam quies est prior vniformitate, quia est prior motu, quem includit vniformitas; est enim motus aliter se habere quam prius. Sed neq. hæc ratio omnino satisfacit, quia ad continuitatem generationum sufficeret motus diurnus.

Quarto alij dicunt effectus proprios cœli Empyrei esse diuersos effectus, & dispositiones animalium, & inclinationes, quæ sunt in diuersis partibus mundi, iuxta illud non omnis producit omnia tellus; nam cum illa diuersitas non possit oriri ex influentia cœlorum mobilium, cum hæc sit eiusdem rationis in qualibet parte terræ eiusdem paralleli, neque ex causis particularibus, quia hæc possunt esse in qualibet parte, & vbi non sunt, transferri, ergo debet oriri ex aliquibus causis, quæ ibi sunt, & non in alia parte. Hæ non possunt esse nisi partes cœli immobilis diuersæ, quæ eodem modo semper influant in illas terræ partes. Hanc refert, & videtur approbare Ricc. vt euidentius rationi conuenientem.

11 Sed non placet Suar. quia huiusmodi diuersitas potest saluari ex alia causa; Nam in varijs regionibus sunt variæ mixtiones elementorum, ex quibus oriri potest diuersitas complexionum, & inclinationum, quia ex diuersa dispositione materiæ, etiã posito eodẽ agente, eodẽ modo applicato, oriuntur varij effectus. tum possunt ibi esse diuersæ causæ efficientes, tam particulares, quam vniuersales, quia variantur aspectus solis, & aliorum planetarum in diuersis regionibus secundum propinquitatem, & distantiam ad orientem, & alias partes orbis, & situ aspectum directũ vel obliquum, & diuersas coniunctiones Planetarum inter se, & cum alijs stellis, ex quibus omnibus oriuntur varij concursus; & quia in vna parte orbis semper est eadem dispositio propter terræ Immobilitatem, & fere idem aspectus cœlorum suis temporibus, ideo oriuntur in illa ijdem effectus.

Secundo, quia cum idem cœlum Empyreum sit eiusdem rationis, tam substantialis, quam accidentalis, vt Ricc. loc. cit. artic. 3. q. 2. fatetur non consequenter quæst. 3. tribuit illis diuersas influentias; nam vbi est eadem forma, & informatio eiusdem rationis, erit eadem influentia; nam effectus diuersi, indicant diuersa principia.

12 Sed Responderi potest influentiam secundum se esse eiusdem rationis: sed vt supponit diuersas dispositiones subiecti, efficere diuersos effectus, & quia in vna parte orbis inuenit semper eamdem dispositionem Terræ, ideo ibi producit eosdem effectus. quod si influentiæ cœlorum respectu illius partis essent diuersæ, non possent oriri ijdẽ effectus etiam si esset eadem dispositio materiæ, quia ad variationẽ effectus sufficit variari vnam causam, siue materialem, siue effectiuam. Quare ponenda est præter 13
vnitatem dispositionis, etiam vnitas influentiæ, quæ nõ potest esse nisi à cœlo immobili

Quinto Suar. num. 17. cœlũ Empyreum negat habere particularem effectum, sed influere coadiuuando, & cooperando alijs astris, & ideo non habet speciales effectus præter eos, qui sunt ab alijs orbibus, quorum influentiæ, vel contemperantur ab influentia illius, vel redduntur efficaciores.

Sed non omnino placet; nam si astris tribuuntur propriæ, & speciales virtutes, quia sunt determinatæ speciei, cur non debet tribui illi cœlo nobilissimo specialis aliqua virtus sicut tribuitur species determinata essentiæ.2. 14

Sexto alij habere specialem influxum in corpora Beatorum propter quæ à Deo est creatum. Sed contra, quia duplex influxus potest intelligi ab illo emanare in corpora illa, vnus intentionalis producendo species in oculis Beatorum, vt illo delectetur ob eximium illius splendorem, & pulchritudinem, & hoc conceditur; sed non est specialis, cum alijs etiam conueniat. Alter realis, & hic non apparet, quem effectũ habeat, cum illa corpora non indigeant conseruante præter Dei conseruationem & dotes supernaturales. 15

Ego puto non esse recedendum à quarto modo dicendi, non obstantibus argumentis. Suar. quæ soluta sunt: nam ijdem effectus non possunt tribui eidem dispositioni materiali, nisi ponatur eadem causa efficiens, & in diuersis regionibus sunt diuersi effectus, quia sunt ibi & ex parte materiæ diuersæ dispositiones. Vnde fit vti dentitas effectuum vnius regionis tribuatur solo Empyreo, & diuersitas effectuũ, qui oriuntur in diuersis partibus tribuuntur diuersitati, dispositionum, quæ sunt in ijsdem diuersis partibus terræ.

Secundo Placere mihi quartum modum, non solum ratione intentionalis actionis, quæ est determinata ad tales species sicut est determinatum obiectum; nam hoc sufficit ad intentionem creantis: sed quia non sufficit ad finem substantiæ corporeæ, ideo debet tribui actio aliqua realis, circa claritatem corporum, & similia; solum videtur obstare, quod claritas illorum corporum videtur supranaturalis secundum substantiam, & actio cœli est naturalis, sed quia de natura claritatis Beatorum corporum non conueniunt Scholastici, vt videre licet apud Ægid. Lus. t. 3. l. 5. quæst. 4. qui art. 2. ait essentialiter esse lucem, ideo alibi examinanda erit hæc 16
difficultas.

Ad 4. Confir. Resp. Ægid. 2.d.2.q.2.ad 4. diuersam esse rationem Angelorum, & cœli Empyrei, quia licet Deus non sit alligatus alicui ordini, tamen creatura est alligata ordini, quia mouet secundum determinatum modum, & determinatas leges ex Aug. 6. super Gen. ad litt. Vnde Angeli mouent ad situm, quia definiuntur aliquo loco: non autẽ possunt mouere ad formam hæc corpora materialia, quia non sunt forma in materia, nec determinantur secundum materialem formam: at Empyreum cum sit corpus dicit formam immateria, & determinatur secundum materialem formam, & ideo potest mouere secundum materialem formam.

Hæc Ægid. sed quia de causa cur Angeli nequeant producere formam materialem pertinet ad materiam de Angelis, non est cur hoc loco examinetur. Illud autem est certũ Angelos mouentes orbes non posse immediate formas producere, & illas posse orbes ipsos.

## QVAEST. VII.

*Qualis sit distinctio orbium inter se, & cum Astris.*

De hac Philalt. 2. cœl. conf. Conymb. c. 5. q. 3. & c. 7. q. 1. ibi land. q. 1 Durau. 2. d. 14. q. 2. Ricc. p. 3. q. 5. Cap. 2. d. 12. q. vnic.

## DVBITATIO I.

*An cœli totales inter se specie distinguantur.*

### ARTICVLVS PRIMVS.

*Explicantur Termini, & sensus Quæstionis.*

1 Primo not. in hac quæstione quatuor esse posse dubitationes. Prima de distinctione orbium totalium inter se, secunda de distinctione partium vnius orbis totalis, tertia de distinctione Astrorũ à suis astris, quarta de distinctione orbium inter se.

*Quid intelligatur nõe orbis totalis.* Secundo Not. nomine orbium totalium intelligimus omnes illos, qui ordinantur ad deferendum vnum genus astrorum, per motum proprium, vel illos, quibus tribuitur motus aliquis proprius, etiam si astra in se non habeant.

*Ex quatuor capitibus agnosci potest specifica distinctio.* Tertio Not. Rerum specifica distinctio ex variis capitibus sumi solet, nam aliquando sumitur ex diuersitate figurarum connaturalium, aliqñ ex diuersitate inclinationum ad varias formas, aliquando ex diuersitate operationum aliqñ ex diuersitate accidentium exigitorum ex natura rerum. Quare videndum est vnde possit oriri distinctio specifica inter orbes.

Quarto Not. Quæstionem facilius posse determinari ex opinione dicentium motus locales esse connaturaliter exigitos à natura cœlorum iuxta velocitatem quam habent, sed difficile solui ex opinione dicentium cœlos ad motus circulares esse indifferentes, sed sic, vel sic moueri ab intelligentia iuxta exigentiam vniuersi, quia posita hac opinione non habemus facile medium sensibile ad ponendam distinctionem inter illos.

### ARTICVLVS II.

*Opiniones Doctorum.*

2 *Negãt aliqui coelos totales, vel partiales distingui specie.* Prima Opinio est negantium corpora cœlestia siue totalia siue partialia vnius orbis totalis differre specie, sed tantum indiuidualiter ita Massalach, apud Alb. 2. cœl. tr. 2. cap. 4. Auerr. 2. cœl. com. 49. & 59. Niph. c. 4. Martinez c. 8. land. q. 14. Dur. 2. d. 14. q. 2.

Fundamentum, quia distinctio specifica corporum simplicium cognoscitur ex conuenientia connaturali motuum simplicium, vt fuse Aristoteles ostendit primo cœli sed omnibus cœlis conuenit eadem figura idem specie motus, & locus.

Confir. quia si orbes essent diuersæ speciei essent plura corpora simplicia, quam quinque contra Aristotelem, quia supra quatuor elementa essent tot, quot sunt cœli. Quod si quis hic obijciat, quod naturæ diuersificantur secundum velocitatem maiorẽ, & minorem motus, Vnde natura dans maximam velocitatem, primo mobili, vt dixit Auicen. est distincta à natura dans motum ab occidente in oriens, quæ natura variatur secundum species attribuentes diuersas velocitates orbibus inferioribus, qua ratione Saturnus complet suum circulum 30. annis, luna per mensem, & intermedij varijs temporibus, tum contra hanc instantiam Messalach, instar, omnes stellas, vt sic esse æquales velocitatis, sed quod vna compleat circulũ breuiori tempore quam alia, id est ex maiori spatio, quod pertransit: Vnde si sphæra lunæ esset in loco Saturni compleret circulum eodẽ tempore quo Saturnus, & similiter Saturnus si esset in loco lunæ expleret, eodem tempore, quo luna. Quare ea diuersitas non oritur ex natura orbium, et stellarum, sed per accidens ex spatio maiori, vel minori complenо. 3 *Orbes totales specie distinguuntur.*

Secunda Opinio est dicentium orbes totales inter se specie distingui Alb. 2. cœl. tr. 3. cap. 4. qui licet putet nihil posse demonstratiue ostendi: tamen probabilius putat specie distingui, & idem lib. de quatuor coæuis q. 4. artic. 4. sumpsit ex Auuic. apud Auerr. 2. cœl.

cæl. 49. seq. D. Tho. tex. 50. & 1. p. q. 47. art. 2. & 2. cont. gentes c. 92. & 93. vbi Ferr. & de spirit. creat. art. 8. ad 9. & 15. cap. 2. d. 12. quæst. 2. ad Arg. Dur. Ven. 1. cęl. cap. 2. & 2. cęl. cap. 16. & Sum. de cęl. cap. 3. Saxon. 1. coel. q. 1. & 2. coel. q. 19. Colon. c. 8. Celaya c. 11. q. 1. Tat. 2. coel. in fine Sonc. 12. met. q. 8 Ian. 8. met. q. 15. Ricc. 2. d. 14. art. 5. princ. q. 5. & ante hos fuit Simpl. 8. Phys. t. 79. qui refert Philoponum ex Arol. Muya l. 1. Astron. cap. 14. art. 4 Hi enim absolute dicunt orbes differre specie ex 1. coel. t. 16. *Tanto inquit bonorabiliorem babent naturam quanto plus distant ab bis, quæ bic sunt.*

**Ordo perfectionis inter corpora ex ordine inter situs, & loca ipsorum.**

Fundamentum sumitur ex loco, tum quia sicut ex intelligentijs mouentibus, quo superiores eo perfectiores, ita ex coelis mobilibus superius est nobilius, quæ graduatio apparet ex elementis inter quę terra infima secūdum locom est infima secundū nobilitatem. Contra vero ignis; nam hic seruatur maior in vniuerso armonia, & perfectior ordo. Hinc & in gloria talis seruatur intelligentiarum ordo in Hierachijs, tum quia ex Aristotele 1. coel. c. 2. inter partes mundi habentes loca distincta est specifica distinctio; nam pfectio vniuersi, vt exigit corpora distincta, ita exigit distinctionē situū iuxta distinctionū pfectionū corporū. Sed huic rōi obstat locus solis, qui est Rex Planetarū ob nobiliorē influentiam in inferiora, & alios orbes quos illuminat vnde dicitur esse in medio, vt cor in animali, & Rex in Regno. Confirmatur, quia Saturnus est influentia maleuola, & infortunium causantis ex Astrologis, contra vero sol est fons vitæ, & bonitatis.

Confirmat. 2. Virtutes stellarum fixarum reuocantur ad virtutes Planetarum; ergo imago stellaris, quæ est de natura Mercurij non est perfectior essentialiter Sole, & Ioue, licet sit in superiori loco.

**Quomodo graduatio indicat nobilitatem.**

4 Respond. ex hac graduatione non probari demonstratiue coelorum nobilitatem, sed tantū probabiliter, Vnde patet ex nobilitate secundum aliquam perfectionem non probari perfectionem maiorem secundum essentiam; alias probaretur aurum, & coelos esse nobiliores homine, secūdum essentiam, sed referenda est totalitas ad totalitatem. Vnde contingit Saturnum secundum aliquā proprietatem, esse nobiliorem coeteris omnibus proprietatibus solis, & hæc sufficit ad inferendam nobilitatem maiorem secundum essentiā; etiamsi sol, ut est fons luminis excedat alia sydera, qui excessus est sm̄ quid, & quia nobis manifestior est solis influentia, & magis ad vsum necessaria, ideo magis æstimatur; sicut aurum quoad vsus humanos magis æstimatur homine.

**An Saturnus & alij Planetæ dicantur maligni.**

5 Ad Primam Confirmat. Respond. primo negando Saturnum esse per se malignæ influentiæ, sed si sic dicitur est ratione materiæ discarsiatæ, ex qua oritur inclinatio ad bonum, tamen quia omnis Planeta etiam comparatiue ad hominem non discarsiatum est bonus, & ordinatus ad dandum illi proprietatem perfectiuam; nam cum coeli emanauerint ex primo fonte bonitatis in in salutem creaturarum præsertim hominis, non est verisimile Deum creasse naturam coelorum directa intentione in perniciem hominum, quod si ex aliquorum influentijs oriatur pronitas ad malum idest ratione materię in qua recipitur influentia, sicut calor naturalis purus, & temperatus ordinatur ad conseruationem hominis, sed quod aliquando generet fumos, & humores malignos, oritur ex parte cibi vitiati, qui aduritur, & similia patitur; vnde propter hoc non est infamandus calor naturalis cum huiusmodi monstruositates non intendat; ex quo paret idem dicendum de Planetis, præcipue Saturni, qui ordinatus est ad dirigendum intellectum secundum Astrologos, & illum illuminandum, et cognoscendum rectum, & difficilia, & vt notat Angestus lib. 2. de formæ propriet. proprietate 5. d. 4. de essentiali distinctione formar. coeli. Interdum vsque quandam similitudinem, & proprietatem splendoris prophætiæ. Sed hæc directa intentio naturæ impediri solet ex parte corporis. Vnde erumpit inclinatio ad fraudes, simolationes, & mendacia, & qui ex influxu Saturni deberet esse studiosus circa scientias sacras, fit circa alia curiosus, & qui deberet habere curam honesti, & vtilium animæ, efficitur cogitator rerum vanarum, & noxiarum, & aliquando etiam impossibilium, & idem dicetur de Influentia Iouis, ex qua secundum se, & ex intentione naturæ oritur inclinatio ad fidelitatem, clementiam, mansuetudinem, Iustitiam, modestiam, & similia, sed per accidens ex parte corporis habentis discarsiam oritur remissio dissoluta fluxibilitas, malitia, & alia passiones vituperatione dignæ; quod enim propter debilitatem, & vitium virtutis retentiuæ, & humoris fiat dissolutio materiæ catharricæ suffocantis, non est vitium caloris, sed materiæ, & potentiæ retentiuæ; sic etiam Marti ex Astrologis inest proprietas influendi, & inclinandi ad magnanimitatem, magnificentiam, & alia ardua, & præclara, & tamen aliquando oritur inde pronitas ad superbiam, prodigalitatem iram, crudelitates, &c. Et similiter dicendum de Venere, & alijs, quibus inest ex directa intentione naturæ influentia ad bonum, licet per accidens vertantur in malum, vt sępe ex actione agentium naturalium contingit monstrum, ex quibus patet Saturnum esse omnium Planetarum perfectissimum, quia respiciens superiorem animæ partem intendit superiorum illustrationem.

Respond. secundo dupliciter aliquid

dici

6 dicimalum, & maleuolum. Primo absolute, & respectu omnium, & hoc dicit imperfectionem simpliciter, & absolute, & comparatiuè, & hoc non est imperfectum simpliciter: sed secundum quid, & potest simpliciter perfectissimum, ut patet ex ueneni qualitate, nam quod est perfectissimus cibus hominis potest esse uenenum respectu alicuius animalis, & contra; & hoc accidit planetis, nã qui uni speciei est benignus, alteri est noxius, unde ex hoc non potest inferri imperfectio simpliciter.

Quomodo malignitas indicat imperfectionē.

Quomodo virtus firmamenti reuocetur ad Planetarum virtutes.

Ad secundum Resp. reductionem uirtutũ fixarum ad uirtutes Planetarum ex eorum Astrologorum Doctrina non esse adæquatã, sed inadæquatã, quia stellæ fixæ præter illas uirtutes, habent plures alias specificas sibi ꝓprias non communicatas Planetis, à quibus totus orbis inferior corporeus magnam in suis partibus recipit uarietatem, ut ostendũt Astrologi.

7 Secundo Alii probant ex motuum naturalium diuersitate, quia licet omnes sint eiusdẽ generis scilicet circularis: tamen habent maximam diuersitatem quoad uelocitatẽ, & tarditatem: Vnde sicut inferiora specie distinguuntur, etiam si dispositiones secundum qualitates in genere sit omnibus connaturales, quia illis sunt connaturales secundum diuersos gradus earumdem qualitatum, vt patet ex calore, qui est connaturalis igni secundum summum gradum, & homini secundum gradum remissum ita dicendum de orbibus, quibus motus circularis est cõnaturalis ssi diuersos gradus velocitatis, & tarditatis. Neque huic rationi obijcias inde sequi coelos superiores esse imperfectiores ob maiorem tarditatem, vt patet ex sole, qui circulũ conficit vno anno, & Saturno, qui illum conficit 30. annis, tum quia id falsum est; cum Saturnus in vno anno transeat maius spatium, quam sol licet non conficiat circulum, vt patet ex magnitudine circuli vtriusque; nam si circulus quam Saturnus conficit 30. annis haberet proportionem cum circulo confecto per solem, quæ est triginta ad vnum sic æqualiter moueretur in uno anno: Iam verò, quia est trigesies maior orbe solis, uelocius mouetur, quam orbis solis, licet in vno anno Saturnus non conficiat suum circulum, sicut sol suum. Vnde de facto æquali ferè tempore, coelum solis, Veneris, & Mercurij conficiunt circulum, & tamen uelocius mouetur coelum solis, quam Veneris, & Veneris quam Mercurij.

An diuersitas specifica ꝓbetur ex diuersa velocitate motus.

Sed quia obijci potest motus coeli lunæ, quod conficit circulum triginta ferè diebus, cum tamen non sit minor circulo Mercurij proportione, quæ est unius ad duodecim ideo.

Respond. 2. rem quidem accipi distinctionem ex tali difformitate motuum: non tamen graduationem perfectionum ex graduatione difformitatis motuum secundum uelocitatem, & tarditatem, ut patet à simili; Nam ex eo calor est connaturalis igni, leoni, & homini, secundum diuersos gradus, rectè colligitur inter illa esse distinctionem specificam; non tamen inde colligi potest graduatio distinctionis specificæ, quia calor est intensior in igne, quam in leone, & in hoc, quam in homine, & tamen perfectio est maior in homine, quam in leone, & in hoc quam in igne, & ratio est, quia perfectio simpliciter debet attendi ex operationibus nobilioribus, etiam si aliquod accidens in perfectiori gradu sit connaturale vni speciei, quam alteri.

Sed hæc ratio difficultatem potius habet ex opinione negantium hunc motum esse connaturalem coelis; sed conuenire illius actiue ab intelligentia extrinseca mouente illos iuxta exigentiam uniuersi, & non iuxta exigentiam connaturalem illorum licet non contra ipsorum inclinationem, de qua connaturalitate infra, unde uis huius rationis spectanda est ex dicendis.

Tertio Alii probant ex munere deferendi astra diuersæ speciei; delatio enim illa est ordinata à natura, & non per accidens, sicut nauis est ordinata ad deferendas merces, & natura ordinatè procedit in suis operibus, hoc autem præstat proportionando naturam deferentis cum astro delato; si enim artifices uasis deferentibus proportionatam tribuunt figuram ad exigendam rerum deferendarum, multo magis agens naturale tribuet non solum figuram, ut artifices, sed etiam naturam debeat proportionare delatis; immo artifices licet ipsi per se non possent nisi figuram de nouo rebus tribuere; tamen eligunt materias diuersarum rationum iuxta exigentiam rerum, quæ contineri debent, & uarios fines ad quos dirigũtur eorum opera. 8

An diuersitas specifica probetur ex diuerso munere deferendi.

Sed cum deferens non est eiusdem rationis cum delato non euidenter ostenditur ex diuersitate delatorum, diuersitas specifica deferentium. Confirmatur, quia stellæ firmamenti sunt diuersæ speciei secundum cõmunem, & tamen deferens est unius speciei; quare etiã si omnes sint eiusdẽ spẽi possunt ordinari ad deferenda corpora diuersa speciei.

Quarto Alii probãt ex distinctione intelligentiarum orbibus appropriatarum, quæ sunt diuersæ speciei; ergo etiam orbes, nam diuersarum causarum specificarum sunt primi, & immediati effectus specie distincti. Sed hæc ratio claudicat in antecedente, & in consequentia, ut alibi.

Quinto quia si orbes essent eiusdem speciei athomæ, quæcũq. intelligentia, quę mouet unum orbem, posset, & reliquos mouere, qa nihil obstaret. Nõ.n. obstat defectus uirtutis, nec debita applicatio, cum sint spirituales nulli loco addictæ.

3.Opi-

9 Opinio probabilior, & neutra est certa, sed probabilior, quæ asserit distinctionem.

Tertia opinio est dicentium vtramque opinionem esse probabilem, quia vtriusque opinionis rationes solui possunt, vt patet ex dictis; sed probabilior est secunda sententia ex Aristotele, qui motum putauit esse connaturalē cœli, & 2. de anima t. 34. 35. indiuidua ait multiplicari sub specie propter eorum corruptibilitatem, vt seruetur species; de qua ratione alibi. Vnde solui possūt facile argumenta primæ opinionis.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur argumenta Primæ opinionis.*

10 An identitas specifica motus sit indicium identitatis specificæ essentiæ.

AD Primum, Primo ex Georgio motus distinctæ speciei arguere quidem corpora distinctæ speciei, non tamen identitas motuum specifica indicat identitatem specificā corporum quibus conueniunt, tum quia motus sursum, qui conuenit aeri, & igni, secundum multos est eiusdem speciei, ex Gell. q. 3. art. 3. vbi ait terræ, & lapidi conuenire motū deorsum. Et tñ corpora sunt diuersæ speciei; tū quia motus eiusdē speciei, potest vni cōuenire cōnaturaliter, & alteri nō cōnaturaliter: tū deniq. quia non est connaturalis sm eamdem velocitatem, & tarditatem, & secundum eamdem lineæ quantitatem, vt dicitur de motu aeris & ignis; nam vt aer mouetur ad ignem, & sub igne, ita cœlum lunæ mouetur, sub Mercurio, & hoc sub Venere, & sic cōsequenter, quare vt aer distinguitur specie ab igne ita vnus orbis ab alio.

Respond. 2. Conymb. motū qui est circularis etiam si fuerit per lineam eiusdem figuræ specificæ: tamen distingui specie ex proprijs vbi, nam vnum quodq. cœlum pro suæ naturæ dignitate proprium situm in vniuerso exigit, vt cœlum lunæ sit supra ignem, & sub Mercurio, &c. De qua Conymb. 4. Phys. cap. 5. q. 3. art. 1. Hinc Alb. ait si luna per impossibile poneretur in orbe Saturni violenter moueretur super Polos orbis Saturni, & huius centrum.

11 Motus coelorum distingui specie.

Ad Confir. Resp. ex Conymb. c. 5. q. 3. ar. 3 concedendo dari plures species corporum simplicium, quam quinq. neq. Arist. contrarium docuisse: sed solum præter quatuor elementa dari quintam substantiam alterius rationis ab illis, quæ est incorruptibilis, & continens inferiorem mundum. An vero hæc quinta species diuidetur in plures species Athomas; an non nihil ibi determinat, quia non erat ibi locus antequam explicaret diuersitatem motuum circularium.

At instabis, quæ sunt sparsa in inferioribus sunt vnita in superioribus: ergo etiam si elementa sint quinq. species tñ cœli natura debet esse vna continens pfectionē inferiorū.

Resp. 1. hic colligi in vnoquoq. cœlo contineri perfectiones elementorum inferiorū, non tamen dari plures celestes naturales.

Resp. 2. neq. hoc ipsum colligi: sed contineri illas perfectiones, quæ conueniunt pro sui dignitate; nam cum in inferioribus sint non solum elementa, sed etiam species mixtorum, esset supra perfectionem corporis continere omnes perfectiones omnium mixtorum, & ideo sunt necessarij plures orbes, quorum singuli continent quidem perfectiones plurium specierum, sed non omniū. 12

Dices accidentia eadem, ostendunt eamdem essentiam, t. de an. t. 11. sed in omnibus orbibus sunt eadem accidentia .s. perspicuitas, figura, habere lumen à sole circumscribi à propria sphęra, ferri sub Zodiaco habente partes 360. secundum longitudinem & 14. secundum latitudinem, vel similia.

Resp. non quælibet accidentia indicare identitatē specificā naturæ, cum sint nō nulla, quæ sunt communia pluribus speciebus. Imo ex D. T. 3. p. q. 7. ar. 4. & in 4. d. 11. q. 2. ar. 1. ad 3. neq. idētitas figuræ, essētiæ identitatē indicat, vt patet in multis feminibus specie distinctis habentibus eādē effigiē cōglobatā, quare figuræ identitas dicitur caracter substantialis formæ siue eiusdem, siue similis speciei nam habentia eamdē figuram habent eādē vel propinquam speciem, formæ, sed illa accidentia indicāt eamdem specie essentiam quæ sunt propria, vel si communia sunt singula; tamen omnium complexio non nisi vni conuenit.

Modus defendendi opinionem negantium orbes distingui specie.

Sed qui vellent defendere illos non distingui specie, dicant nos carere medio colligendi eorum distinctionē specificam, quia caremus scietiā effectuum propriorum singulis; Nam diuersitas magnitudinis esse potest inter res eiusdem speciei, vt patet, & diuersitas situs fuit à Deo liberè sm exigentiam vniuersi ob astra quæ deferunt; Neq. ex diuersa distātia à centro mundi potest indicari distinctio specifica inter illa, vt falso Ocham putauit. Nam idem cęlum sm concauam partem habet diuersam distantiam à centro, ac sm cōnexam. Hinc male Conymb. colligunt diuersitatem specificam motus circularis, ex eo, quod sint secundum diuersum situm in vniuersum celum lunæ si collocaretur supra Martē, ita connaturaliter moueretur ac nūc mouetur, & idem de alijs orbibus, si alium situm in vniuerso habuissēt, neq. ex orbibus patet oriri diuersos effectus, nisi forte ratione propinquitatis ac distantiæ.

## DVBIT. II.

*De distinctione partium unius orbis, qua totum cœlum circumdant.*

HÆc quæstio propriè proponitur de partibus eccentricis, & concentricis, quæ integrant totum orbem, vt putant Astrologi contra quos fuse Achil. l. 1. de orbib. d. 3. qui negat dari huiusmodi corpora eccētrica, 1

& co

& conatur aliter etiam ſaluare apparentias, quod etiam præſtant Saxon.2.vol.q. 6. & 7.

*De diſtinctione partium vnius orbis qui dicitur circuli quidam maiores, vt ecentrici.*

Reſpond. negatiue, quia nullum apparet motiuum diſtinguendi, neque ex parte motus,neq. qualitatum,cum ſint æqualis denſitatis, & raritatis, ac perſpicuitatis, neq.ex parte aſtri,cum ordinentur ad motũ eiuſdẽ aſtri, neq.diuerſitas ſm̃ aliquas partes ſm̃ tenuitatem, & craſſitiem, indicat diuerſitatem ſpecifica,cum illa ſit in partibus eiuſdem circuli,vt explicatum eſt.

*Proponũtur difficultas.*

2 Dices circulus eccẽtricus ſimpliciter qui defert ſolem, mouetur ab occidẽte in oriens ſm̃ ordinem ſignorum ſingulis diebus minutis 598. 2.at eccentrici ſm̃ quid,inter quos eſt circulus eccentricus ſimpliciter non ſic mouetur,ſed mouentur ad motum octauæ ſphęræ in centum annis vno gradu,vnde non habent motum proprium ab occidẽte in orẽs. Ex quibus duobus motibus reſultat motus ſolis ſm̃ ordinem ſignorum, ideſt ab oriente in occidens, quo pertranſit totum Zodaiçum in 365.diebus quinq.horis,& min.49.

*Queritur quomodo cõtraria eſt ꝓbabilis.*

Reſp.ex hoc argumento fieri probabile cęlum componi ex partibus diuerſæ rationis;tum quia alia ſunt alijs denſiores, & rariores,aliæ alijs lucidiores, & tenebroſiores, tum quia partes vnius orbis habent diuerſas virtutes; Nam ideo mouentur vt deferant illas partes habentes diuerſas virtutes in varias mundi partes,motus & 3. .n.ſe nõ habet aliũ effectum,quam deferendi cauſam,& illam applicandi ad varias partes mundi. Neque dicas motum cœlorum non eſſe ad deferendas partes orbis, ſed aſtra quæ ſunt in illis nam replicat Bellan.nam inde motus primi mobilis cum careat aſtris,vel eſſet fruſtra,vel eſſet ad deferenda aſtra inferioris orbis, in quibus ſunt aſtra; vnde perfectius ordinatur ad imperfectius, quare non mirum ſi circulus habet diuerſæ rationis.

*Soluitur difficultas propoſita.*

3 Reſp. 2. tres illos circulos eſſe ordinatos ad motum aſtri, qui cum exigat nunc terræ nunc primo mobili appropinquari, exigit etiam in illis circulis diuerſitatem non ſolũ ſm̃ craſſitiem,& tenuitatem,ſed etiam ſecundum motũ; Nam medius mouetur intra extremos circulos ſine illorum penetratione,& vacuo inter illos; nam licet partiales orbes ſint difformes . tamen tota ſphæra eſt vniformis craſſitudinis, & mundo concentrica, & ideo non mirum ſi vt partes vnius obis ſint eiuſdem rationis ſm̃ eſſentiam,& diuerſæ rationis ſm̃ gradus aliquorum accidentium. vt remonius ſec.2.de motu cœl.c. 13.refert ex Aſtrologis craſſiores , & tenuiores orbes moueri vniformiter cum eccentrico ſimpliciter, & licet ipſe putet abſurdum, quod in maiori parte debeat eſſe maior virtus, & inclinatio ad motum, vnde ipſe negat hos eccẽtricos: tamen noſtra opinio procedit ſecundum eos, qui putant illos dari, qui putant æquæ velociter moueri ex relatione Cremonini.

# DVBITATIO III.

## *An aſtra differunt ſpecie a ſuis orbibus.*

*Aſtra eſſe eiuſdem ſpeciei cũ ſuis orbibus.*

PRima opinio eſt negantium hanc docent Doctores citati in prima opinione primę dubitationis,& præterea Alb.2.cœl.tr.3.c.4. Scal.exer.61.Maior 2.cœl.q.8.Tien.tr.2. q. 1.Philal.cõſ.56.Achil.1.de orb.d.1.Ricc.2.d. 2.d.14.art.3.q.6.quã Crem.tr. de motu cęl. ſect.2.c.1.q.12. ait eſſe Ariſtot. Tamn. 1. p. diſp.6.q.4.d.4.Iand.in c. 2. de ſubſtantia orbis circa finem Ægid.2.d.14.q.3.art.1. 1

*Fũdamẽtum*

Fundamentum, quia ſimplex corpus inanimatum eſt homogeneum ſm̃ ſuas partes, nam & cœtera ſimplicia ſunt homogenea, vt patet ex elementis,& habere partes heterogeneas eſt proprium animatorũ, ſed Aſtra ſunt partes orbium in quibus ſunt ex Ariſt. 2. cœl.4.nam ſunt in orbibus , vt nodi in tabula cum ſint partes orbis denſiores , & per hoc lucidiores.

*Confir. 1.*

Confir.quia,quæ ſunt continua ſunt eiuſdem rationis, nam ſi diuerſæ,diſcontinuarẽtur per formas diuerſas 5.Phyſ.t.26.& 27.At aſtra ſunt continua cũ ſuis orbibus, quia mouentur ad motum orbium.

*Confir. 2.*

Conſ. 2. quia non habent aliũ motũ ſibi propriũ, & per ſe moueri,quia omne corpus naturale,& ab alio diſtinctũ habere debet motum ſibi proprium diſtinctum a motu,qui conuenit alijs corporibus,quia natura eſt principium motus, ergo vbi eſt diſtincta natura, eſſe debet diſtinctus motus, & vbi idẽ motus eſt eadẽ natura.

*Conſ. 3.*

Conſ.3.quia ſingulis orbibus ſingulæ intelligẽtiæ ſunt attributæ,ergo ſinguli sũt vnius naturæ , alioqui nam deberent ſingulis tribui tot intelligentiæ,quot ſunt in orbe naturæ diſtinctæ , nam forma debet aptari materiæ.

*Conſ. 4.*

Conſ 4.ex Ariſt.2.Cœli 41. vbi inquirens naturam aſtrorum, *rationabile* inquit, *& conſequens eſt vnumquodq.aſtrorum ex hoc facere corpora in quo exiſtit lationem habens, qm̃ diximus aliquid eſſe,quod circulariter ferri natura aptum eſt* Et probat quia vt ignea dicuntur, quæ participant motum ſurſum , ita & de aſtris dicendum vnde t.44.probat aſtra moueri ad motum orbium.

*Conſ.5.*

Conſ.quia ſi diuerſitas naturæ ponenda eſſet maxime eſſet propter diuerſitatẽ effectuum,at ex eodem corpore oriri poſſũt diuerſi effectus cum vnitate formæ , vt patet ex mẽbris & operationibus eiuſdẽ animalis.

*Conſ.6.*

Conſ.6.a Tamner.quia quoad ſubſtãtiam omnia creata fuerunt primo die neq.deinde niſi accidentaliter mutati vt primo die per acceſſionem lucis,ſecundo die per ſoliditatẽ, & 4.die per condenſationem aſtrorum.

*Diuerſus modus explicandi opinionẽ.*

Hi tamen inter ſe diuiſi ſunt,nã aliqui abſolute docẽt aſtra eſſe eiuſdem ſpeciei cũ ſuo orbe.Alij aũt cum Conimb. 2. cœl. c.5.q.2. artic. 2. vbi ponit identitatem ſpecificam

ſolis

solis cum circulo medio illum deferente, &c. 7. q. 1. art. 2. statuit identatem specificam astrorum cũ suis orbibus deferentibus; & epicyclis, & idem ait de stellis fixis cum suo orbe, & ab alijs siue superioribus, siue inferio ribus orbibus dicunt spetie distingui.

Addit etiam d. cap. si sol poneretur discontinuus suo orbi deberet distingui a suo deferente, quia sic inter orbes posset seruari ordo dignitatis secundũ ordinem situs, at vero in cœteris Planetis, siue sint continui, siue contigui cum suis orbibus semper dici esse eiusdem speciei.

4 Secunda Opinio est dicentium esse diuersæ naturæ astra a suis orbibus ita Simpl. 2. cœl. 28. D. Th. t. 41. lect. 10. Georg. q. 3. d. 385. ex lib. de propr. elem. Sonc. 12. met. q. 10. Angest. lib. 2. de formæ propr. de 2. cœl. comp. d. 4. c. 2 Saxon. 2. cœl. q. 19. artic. 3. Vrtad. disp. 1. de cœl. sect. 3. §. 23. ex Molin. 1. p. de operib. sex dierum disp. 5.

Astra esse diuersa speciei a suis orbibus Simpl. D. Tho. Georg. Sõc. Angest. Saxon. Vrtad. Mul.

Ex Aristot.

Primo ex Aristot. de propr. elem. *Dico autem*, inquit: *quod substantia corporis orbis est alia a substantia corporis stellarum*, neque loquitur de accidentali distinctione, vt male Achill. quia substantiam dicit esse aliam, à substantia.

Secundo Probat Sax. quia astra illustrantur non orbes Conf. quia sic omnes stellæ firmamenti essent eiusdem speciei inter se cõtra varias earum virtutes. Respondent capacitatem virtutis illustrandi oriri ex densitate partium orbis, atq. adeo differũt ab alijs partibus solum densitate, & raritate vt patet ex ignis natura, qui cum densitate lucet, sed cũ raritate non lucet sua sphæra.

Sed contra, quia densitas vel est connaturalis naturæ astrorum vel innaturalis. Si primum, habetur distinctio specifica naturæ, quia vna simplex natura non potest connaturaliter exigere, contrarias dispositiones. s. dẽsitatẽ, & raritatẽ quia id vix conceditur animæ pfectioni vt suo loco, vel est innaturalis, & repugnat perfectioni cœlestis naturæ, in qua nihil debet esse violentũ. Vnde soluitur exemplum sumptum ex igne, qui dum est densus habet dispositionem sibi innaturalẽ.

5 Confirmat. quia luna differt spetie ab orbe, quia non continuatur cum suo orbe, immo neque cum Epicyclo, nam habet distinctum motum circularẽ intra illum sicut Gemma, quæ non solum mouetur cum ipso anulo, sed etiã mouetur intra illum, ergo idẽ dicendũ de alijs, quia ex 2. cœl. t. 59. vbi probat ex lunæ circulari figura hanc omnibus astris conuenire, *similiter* inquit *omnia ac vnum*, quare similiter ex diuersitate specifica Lunæ a suo orbe probari potest diuersitas omnium astrorum.

Confirmat. secundo ex diuersis effectis, qui sunt ab astris, & non sunt ab orbibus, vt patere potest, quod partes orbis semper sunt supra Terram, & tamen aliqui effectus oriũtur ex prædominio vnius astri, vel alterius, qui non oriuntur ex partibus orbis, quæ sẽper, & æqualiter dominantur & influunt in inferiora ob virtutem eiusdem speciei, quæ est in omnibus partibus orbis.

Hi tamen inter se differunt, quod aliqui putant Planetas distingui quidem ab orbibus, sed non ab epicyclo, in quo immediate insunt, & continuantur vnde lunam solum putant distingui spetie à suo Epicyclo, quia cum illo non continuatur. 6

Alij vero putant distingui spetie ab orbibus, & Epicyclis, sed de distinctione orbiũ ab Epicyclis neq. conueniunt cum aliqui velint esse eiusdem speciei: alij vero distingui ob proprium motum, quem habent.

Tertia Opinio est dicentium neutram opinionem esse certam, nam singula habent sua fundamenta, & soluunt rationes oppositæ sententiæ: nam affirmans vnitatem speci ficam probabilis redditur ex eo, quod alioqui oporteret multiplicare tot materias diuersarum speciem, quot sunt differentiæ in cœlestibus corporibus, quales sunt differẽtiæ partium cœli lunæ, solis, & aliorum, secũdum densitatem, & raritatem, quæ apparet ex inspectione cœli per Tubum opticum, nam si diuersitas dispositionis affert secum diuersitatem formarum substantialium debet consequenter afferre distinctionem specificam materiarum, vt saluetur incorruptibilitas cœlorum, sed qui affirmant distinctionem, dicunt eam consequi varietatem distinctionum, non quamcumq. sed in certo gradu, nam forma substantialis exigit quid dispositionem cum aliqua latitudine, intra quam esse potest connaturaliter forma, quia vt patet ex inferioribus dispositio connaturalis non consistit in indiuisibili alioq. nulla forma esset in statu sibi connaturali ob continuã, & mutuam alterationem inter inferiores species, & ideo ex variatione, quæ apparet in luna, & sole secundum densitatem, & raritatem vnde oriuntur maculæ, non variatur forma specifica, cum vero exceditur latitudo dispositionis connaturalis ibi producitur noua forma, cum materia diuersæ rationis, neq. est absurda multiplicatio specifica materierũ, neque totum, & partes semper sunt eiusdem rationis, vt patet ex corporibus dissimilaribus quale est cœlum, quæ opinio mihi placet, sed quia secunda opinio est probabilior ideo soluenda sunt argumenta primæ opinionis contra illam. 7 8

Nihil in hac quæst. esse certum.

Eligitur secũda opin.

## ARTICVLVS II.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD Primum Respond. negando omne corpus inanimatum esse homogeneum, quia licet homogeneitas tribuatur elementis, non tamen cœteris mixtis & licet sit propriũ animatorum, habere æterogeneitatem organicã, quæ deseruit ad varias operationes vitales, non tamen habere æterogeneitatem omnem, quia præter organicam, quæ forte est acci-

accidentalis,datur alia substantialis, vt patet ex lapidibus, & alijs mistis; & licet stella sit pars densior orbis;tamen ex illa densitate infertur differre spetie ab orbe; quia non potest tam diuersa dispositio esse connaturalis vni formę simplici.

Duplex simplicitas.

9 Dices cœlum dicitur natura simplex, ergo non habet partes diuersæ rationis, sed homogeneas;quia simplicitas excludit compositionem. Respond. simplicitatem esse duplicem,vnam,quæ excludit omnem compositionem partium physicarum, siue essentialium,siue integralium; & hæc conuenit Angelis.Alterā,quę excludit mixtionem,& hæc reperitur in elementis, quæ compositionem habent ex partibus essentialibus,& integralibus,& hanc simplicitatem habent corpora cœlestia;quæ tamen distinguuntur ab elemētis,quod hæc sit homogenea secundum partes integrantes, at cœli sunt etherogenei propter diuersum motum suarum partium, & & varias virtutes influendi.

Continuitas duplex.

Ad primam Confirmationem, continuitatem posse esse duplicem!, vnam secundum accidentia materialia, alteram secundum formam subsiantialem. Astra autem habent continuitatem accidentalem cum suis orbibus,non tamen substantialem, vt alibi explicauimus.

Ad Secundum confirm. Primo negando omnia astra moueri ad motum orbis solum, quia aliqua præter illum motum habent proprium, vt dicunt de luna, & aliqui de alijs astris;Vnde licet omni corpori debeatur aliquis motus per se perseitate naturalitatis,nō tamen perseitate solitudinis,qui non insit illi ratione orbis.

Respon.secundo concedendo non habere alium motum passiue a motu orbis, quia est pars infixa illi;tamen habet alium motum actiue, ob diuersam virtutem operatiuam, quæ indicat diuersam essentiam magis, quā diuersitas motas passiue, cū agere pertineat ad formam.

Astra præter motum passiue habēt motum actiuè,

Resp.tertio, quod licet diuersitas motus indicet diuersam naturam: non tamen identitas motus simplicis identitatem naturæ specificæ,quia sufficit generica, vt patet ex identitate motus in equo,mulo, & asino.

Totum cœli ex Aristo. est vt quoddam animal

10 Ad tertiam Confir. Resp. ex Sax.totum cœlum ab Aristotele poni vt vnum quoddā animal,cuius membra sunt stellæ, & orbes, cuius motor est primus motor appropiatus toti aggregato ex omnibus orbibus tamquā prima causa: sed sicut in alijs præter primam causam dantur aliæ causæ secundę:ita respectu singulorum orbium dātur singulæ intelligentiæ subordinatæ primo motori, inter se fortasse distinctę spe: & sicut nō est incōueniēs totum aggregetum ex omnibus moueri ab vno motore motu diurno, ita neque est absurdū vnū orbē moueri ab vna intelligentia etiamsi constet ex diuersis partibus etherogeneis, vt patet de corpore humano etherogeneo, quod mouetur ab vna anima: ita potest illa mouere tale corpus etiamsi pluribus motibus non sit supra virtutem vnius intelligentiæ.

Ad quartum Resp.ex D. Tho. Simplic. & alijs ibi Aristol. loqui contra antiquos dicentes astra esse ex natura ignea;ostendens debere esse ex natura corporis in quo est,scilicet incorruptibili;quia cum orbis sint naturæ incorruptibilis,non est rationabile in illo esse astrum naturæ corruptibilis, cuius est circulariter ferri;adhuc autē sufficit habere vnitatem naturæ genericam.

Ad quintā rectè inde colligi distinctionē specificam stellarum, tum inter se, tum ab orbibus, vt fusè seq. dubitatione, vbi ostendemus in membris animalium esse formas diuersæ rationis,excepto homine, cuius anima cum sit spiritualis,& indiuisibilis carens partibus virtualiter continet plures perfectiones,ex quibus oriuntur formaliter plures potentiæ exigentes diuersa organa. 11

Soluitur obiectio ex scriptura.

Ad sexta Resp.ex scriptura ob varies doctorū interpretationes nihil certo colligi potest de distinctione,vel vnitate specifica;Nam alij qui ponunt primo die creatam terram, & cœlum Empyreum. alij etiam aquam replētem spatium inter cœlum,& terram; ex qua non solum cœtera elementa : sed etiam cœlos mobiles fuisse productos; Alij fuisse creatos omnes cœlos ex diuersa materia, tum sequentibus diebus fuisse accidentaliter perfectos,vel destinctos,quoad munera, de quare suo loco, Nobis autem sufficiat negare asumptum positum à Tamnero.

Dices ex Ægid.loco cit. Omne quod naturaliter est alteri infixum,est eiusdem naturæ cum eo,cui est infixum 2.cœl.4t.3.cœl.t.As stellæ sunt infixæ orbibus naturaliter, cum sint eius partes densiores.

Resp.esse quidem eiusdem naturæ genericæ retione cuius conuenit illis communis ratio incorruptibilitatis, vt colligitur ex 3. cœl.

# DVBITATIO IV.

*An omnia astra inter se spetie distinguantur.*

Hæc Quæstio intelligitur tam de Planetis inter se, quam de planetis in ordine ad astra fixis,& de his inter se.

## ARTICVLVS PRIMVS.

*Opiniones Doctorum.*

Omnia astra esse eiusdem speciei.

PRima opinio est dicentium omnia astra esse eiusdem spetiei, quoad substantiam; sed differre accidentaliter;Videtur Tamneri loco cit. & aliorum, qui sequuntur primā opinionem dub.primo videtur eorum, qui astra dixerunt esse de natura ignis, vt Zeno- 1

phanes

phanes, qui dixit esse ex nubibus igniris alij ex terra, vt Seneca 2. natur. cap. 2. & Diog. apud Plut. 2. de plac. cap. 13. & 20. tribuit Anar. Dem. & metrod. esse ferrum saxúq. si ignitum Epicur. terræ spissamẽtum porticosum.

Primo quia videmus in animalibus, & plantis, quę determinãt sibi eandem figurã esse eiusdem speciei; & quæ dissimilem, esse diuersæ speciei; at omnia astra sunt consimilis figuræ sphæricæ ergo.

Confir. quia ex Auuerr. tota machina cœlestis, est vt vnum animal habens tot mẽbra, quot orbes, & astra, at mẽmbra vnius animalis sunt vnius speciei substantialis, licet differant accidentaliter, quia informantur per unam animam; ergo, & omnes partes cœli, quæ sunt, vt membra illius animalis.

Confir. 2. ex vnitate specifica motus scilicet circularis cuius sunt omnes participes. Neque dicas illum non conuenire astris immediate, sed orbi ad cuius motum mouentur, Nam saltem inde sequitur orbes esse inter se eiusdem speciei atque adeo etiam astra, quæ sunt eiusdem speciei cum orbibus, & partes densiores illius, & participãtia eundem motum; & vindicantia eundem locum, ac orbes: Simplicia autem, quæ habent eundem locum, ac motum, sunt eiusdẽ speciei.

Confir. 3. quia astra si essent diuersæ speciei sequeretur cœlos non esse naturam simplicem, quia non essent homogenei, sed compositi ex partibus etherogeneis, At hoc est falsum, tum quia essent minus simplices, quam elementa: Nam non solum essent compositi ex materia, & forma, & ex partibus integrantibus, vt Elementa, sed etiam ex partibus integrantibus etherogeneis, quæ magis distinguuntur, quam partes homogeneæ elementorum, Tum quia non posset conuenire cœlis motus simplex, quia hic non conuenit nisi naturæ simplici primo, & per se.

3 Secunda opinio est dicentium astra, quæ sunt in vno orbe esse eiusdem speciei, quia sunt partes eiusdem orbis à quibus solum raritate, & densitate, idest accidentaliter differunt; & quia participant eumdem motum secundum substantiam, & velocitatem ac tarditatem illius: At quæ sunt in diuersis orbibus esse diuersæ speciei, sicut etiam orbes inter se discontinui; quia partes quæ habent vnam formam, habent continuitatem sub illa forma. Nam experientia constat corpora simplicia inter se non diuidi, nisi per formam substantialem: At constat orbes esse inter se diuisos per accessiones, & præuentiones stellarum differentes quæ non differret si omnes orbes essent cõtinui; quia vna continui parte mota mouetur, & alia per æqualem distantiam semper sequens, aut præcedens in continuo, vt ait Alb. loco cit. qui hanc opinionem sequitur;

Planetas distingui, nõ autẽ astra fixa inter se.

Vnde consequenter docet stellas esse nobiliores partes, & virtutes illius indiuidui; Neque semper diuersæ operationes, & passiones sequuntur diuersas formas diuersorum orbium; Nam aliquando sequuntur nobiliores partes eiusdem orbis; Videtur Acchill. lib. 1. de orb. d. 2. Et aliorum, qui putant orbes inter se specie distingui, sed esse idem cum suis astris,

3 Tertia opin. est dicentium non solum Planetas inter se a fixis specie distingui, sed etiã fixas inter se ita Angestus loc. cit. d. 4. c. 1. Philal. 2. cœl. cõc. 53. in fine. Sax. 2. cel. q. 19. art. 3. c. 2. quod de fixis docet Vriad disp. 1. sect. 3. §. 26. ex 1. ad Cor. 15. *Sicut stella à stella differt in claritate.* At illa inæqualitas oritur ab inæqualitate essẽtiæ. Tribuitur simp. 2. Phys. 79. ex Philop. Auic. apud Auerr. D. Th. Caiet. Cap. Ricc. Fer. Venet. Tat. Sóc. & alijs.

Planetas inter se, & a fixis ab distingui, & fixas inter se

Fundamentum sumitur 1. ex Arist. lib. 1. de nat. elem. vbi solem ait distingui specie à luna, vt lucerna à speculo, quod recipit lumen à lucerna, quod dictum refert Nyph. & Tatar. cum alijs ergo idem dicẽdum de alijs; nã omnes recipiunt lumen à sole inæqualiter, q̃ inæqualitas oritur ab intrinseco

Secundo Probatur ex diuersis proprietatibus astrorum, quæ indicant diuersas essentias, vt Astrologi ex varijs experientijs notarunt; Nam quædam influunt in hæc inferiora calorem, quædam frigus, quædam humiditatem, quædam siccitatem, & inde oriuntur variæ inclinationes in animalibus; pro quo vide bis Alb. Mag. 2. coel. tr. 3. c. 5. vbi ait de effectis stellarum duo quæri. Primo quæ sint. Secundo qñ & vbi cuiusq. effectus stellæ, quod sim pertinet ad electorem, & Diuinantẽ per astra, cuius est eligere certe horas secũdũ quas ad figuras astrorum referuntur, quæ sunt in inferioribus, quæ inquirunt electores, seu Geomantici, dicti ab eo quod per figuras illas inquirunt Natiuitates, & euentus nascentium, de quare Ptolomeus plura duobus libris, in quorum vno per octo distinctiones tractat de accidentibus magnis vniuersalibus in mundo, vt sunt mutationes Regnorum, sectarum, doctrinæ, nouarum Religionum, & huiusmodi; in altero vero de accidentibus paruis particularibus. vt euẽtus huius hominis nati sub tali constellatione: vel illa, sed de huiusmodi inquisitione tamquam inprobata ab Ecclesia nihil est probandum. At vero primum ad Philosophum pertinet cuius est inquirere causas naturales effectuum, vnde quæritur quare dicatur vna stella frigida, quædam calida, & sic de similibus; cũ nulla stella sit formaliter calida, vel frigida l. affecta aliqua huiusmodi qualitate prima. vel secunda.

Diuersas astrorum proprietatis.

4 Resp. aliqui hoc effectus oriri per accidens ab astris, non ab intrinseca naturã, sed ex rõe motus per quem fortiter corpus vnũ pro-

Quomodo diuersi effectus fiat per accidens ab astris

proximum sibi fricat inducitur calor in materia proxima consumens humidum, & in distanti inducitur calor non consumens, sed mouens humidum, reddens illud spirituale, seu subtile, & effluens ad circumferentiam, vt est humidum aereum, sed in magis remota inducitur frigidum manens fluens supra seipsum, in materia vero adeo distanti, vt ad illam motus cœli non pertingat, vt est terra, inducitur frigidum exprimens humidum, vt est frigidum terrestre; vnde Saturnus dicitur frigidus, quia tarde mouetur, ita Auer. 2. coel. com. 42. contra Auicen.

Confutatur.

Sed contra; Nã stellæ plus remotæ, quam Saturnus, & habentes motum tardiorem, sunt calidæ, vt canicula, & contra, stellæ viciniores & velociores sunt frigidæ vt luna, & Venus, cócedente ipso Auuerr. lib. de subst. orb.

Aliorũ Responsio, & confutatio.

Respond. 2. omnes effectus, qui producũtur ab Astris fiunt a lumine, quod non conuenit astris ab intrinseco; sed ab extrinseco; quare ex varietate effectuum, non potest colligi diuersitas formarum substantialium.

5 Sed contra, tum quia falsa est maior, vt infra constabit, Tum 2. quia falsa est minor, Nam infra ostẽdemus astra habere aliquod lumen proprium, Tum 3. negatur conseq. quia ex lumine proueniente ab extrinseco non possent oriri diuersi effectus, nisi esset incorporatum astris, per quam incorporationem accipit virtutem, & naturam corporum, quibus incorporatur, Hoc autem fieri non posset nisi illa corpora essent diuersæ speciei, sicut patet ex operationibus animæ; Nam calor sibi se est vnius rationis, tamen incorporatus in diuersis membris, accipit ab anima virtutem diuersam: Nam à corde accipit virtutem vitalem, à cerebro virtutem animalem, seu sensitiuam, ab epate virtutem operationum naturaliũ, à testibus virtutem generatiuam, & formatiuam corporis, quia .s. calor & spiritus non solum diriguntur ad esteriorem partẽ membrorum, sed imbibuntur in eis, dirigũtur, & informantur virtutibus animæ.

Sed replicant, hinc sequi stellas se habere vt membra cęlorum, vt membra animaliũ at constat membra animalium non distingui specie substantiali, cum informentur p eamdem animam; ergo idem dicendum de animali maiori idest mundo.

6 Soluitur argumentũ ex diuersitate membrorum animalium.

Sed contra primo multi ponunt in membris animalium formas partiales. secundo, qui illas negant, ponunt animam diuisibilẽ esse æterogeneam, quod de insectis nemo negat, & de imperfectis animalibus, licet à Thomistis dicatur esse indiuisibilis, tamen adhuc dicũt illũ præstare diuersos effectus formales substantiales pro qualitate dispositionum; quæ sunt in membris, quod si hoc negetur, negari etiam potest, & debet indiuisibilitas animæ, Nam non potest tribui eadem perfectio animæ sensitiuæ, quæ datur rationali, quæ cum sit spiritualis, potest ob sui perfectionem indiuisibilem continere varias rationes operandi per simplicem entitatem.

Denique patet, quia definitio propria animę, non conuenit alteri formæ, vt patet ex terminis: sed esse actum corporis organici est propria definitio animæ 2. an. t. 7. ergo potest conuenire formæ coelesti, quæ nõ est anima, ex quo patet diuersam rationem in animali à quo possunt esse plures operationes specie diuersæ, ac in corpore inanimato, à cuius partibus non possunt esse operationes specie diuersæ, non subordinatæ sine specifica distinctione; fundatur enim tota hæc ratio, quia a nobis forma hæc substantialis non cognoscitur per propriam speciem; sed per species accidentium operationum, & passionum, quia cum his habent connoxionem.

Tertio alij probant, quia Aristot. non multiplicat plura indiuidua sub vna specie, nisi sint corruptibilia, vt. s. per successiuam generationem, & corruptionem ipsorum conseruentur species rerum, vt colligitur ex 2. de an. t. 34. 35.

At astra sunt incorruptibilia, ergo non sunt multiplicanda indiuidualiter, sed tantũ specificè.

## ARTICVLVS II.

*Opinio Auctoris.*

PRima Conclusio probabile est astra, quæ sunt in diuersis orbibus esse diuersa speciei primo quia differũt situ qui naturaliter his debetur secundum naturæ dignitatem. secundo motore, qui ex Aristotele est singulis appropriatus. tertio motu, qui est in singulis diuersus in velocitatem. quarto proprietatibus de quorũ effectibus fuse Astrologi; & Philal. 1. col. conf. 27. cont. Astrol. Neque enim effectus diuersi possunt tribui vni speciei, cum sint a corporibus discontinuis; quorum vni conuenit vnus effectus, & contrarius alteri, quod magis patebit ex sequentibus. 7

Altera diuersorum orbium inter se specie distingui.

Neq. .n. æquũ est Astrologis in aliquibus nõ credere; Nam alioqui multarum rerum sciẽtiæ perirent, quia non fundantur in experimento proprio scientis; sed aliorum, qui nobis scripta reliquerunt; Nam cum nequeat homo propter vitæ breuitatẽ, & multitudinem rerum. habere de omnibus experimẽtum, necessario iuuari debet alienis, tum experimentis, tum rationibus, vt patet ex Astrologia, medicina, &c.

Cur credendum astrologis quoad effectus cæl.

Secunda Conclusio, astra quæ sunt in eodem orbe sunt diuersæ speciei; patet ex dictis in secunda opinione; Nam vna forma carens vita non posset cum simplicitate, &

par-

partium homogeneitate habere tam varios effectus, quos habent astra; quia species cuiuslibet astri virtualiter contineret perfectiones omnium effectuum, qui sunt à diuersis astris. Nam cum essentia sit eadem in singulis, totam perfectionem, quam continet in vno indiuiduo, continet in alio; At tanta perfectio excedit genus formæ non vitalis.

Confirm. quia indiuidua eiusdem speciei possunt efficere eosdem effectus, quia in singulis est principium idem, sicut est essentia eadem; Nam proprietas necessario cõsequitur suam essentiam, & licet in corruptibilibus indiuiduis eiusdem speciei sit aliqua diuersitas in operando ob diuersas dispositiones, quibus innaturaliter subiacent; tamen hæc diuersitas non repugnat cum identitate eiusdem essentiæ; tum quia non est diuersitas secundum speciem operationis, sed intra eandem speciem est diuersitas secundum magis, & minus ratione diuersorum instrumentorum, magis vel minus perfectorũ. Tum quia neq. hæc diuersitas potest admitti in cœlis, in quibus nihil est innaturale; sed cum debita perfectione fuerunt à primo creati, & in ea perpetuo perseuerant ob illorum incorruptibilitatem naturalem.

9 Dices quodlibet cœlum in suis partibus est difforme præter astrorum difformitatẽ, vt sensibiliter apparet; tum ex maculis lunæ, & in Galaxia, quæ est in cœlo stellato, tum quia vna pars est fortioris influxus, quam alia.

Resp. de maculis lunæ, & via lactea erit infra fusius agendum. Nunc supposita opinione communi illa oriri ex diuersitate secũdum raritatem, & densitatem, dici potest illas partes inter se non distingui specie, quia forma orbis vindicat sibi certam latitudinem dispositionis naturalis; quam habent illæ partes secundum varios gradus illius connaturalis dispositionis; eo quod natura cœlestis, est à naturæ Auctore ordinata ad bonum vniuersi: ad quod confert forma sic varie disposita intra connaturalem dispositionem. Quod si hoc nõ placet, dici posset distingui illas partes specie, non quidem integra: sed partiali, & incompleta. Sed quia non constat experientia ab illis oriri diuersos specie effectus, magis probatur primus modus dicendi, pro quo videndus Angestus lib. 2. de for. propriet. 33. propriet.

10 Dices ex vna causa possent esse diuersi effectus, vt ab igne siccitas, & calor, & idem effectus possunt esse a diuersis causis, vt calor à sole, & igne, ergo ex effectuum diuersitate non potest deduci diuersitas essentialis causarum, neque ex identitate effectus, identitas causarum.

Resp. duplicem esse diuersitatem effectum, vnã productionis eorum, & ex hac, vt probat argumentum, præcise sumpta non deducitur diuersitas causæ necessario. Vnde aliqui reprehenduntur, qui actus putant differre specie, solum ex eo; quod vnus producitur sine habitu, & alius cum habitu, & vnus ab infuso, & alius ab acquisito; sed in his inquirenda est diuersitas specifica ex obiectis, vel immutationis modo, vel indigẽtia conseruationis, vel non.

Altera est producibilitatis, quando scilicet vnus effectus est producibilis ab vna causa, & non est producibilis ab alia, & ex hac differentia causarum colligitur differentia effectuum specifica, & idem dicitur ex parte effectuum; nisi sit indiuidualis rõ, quomodo notitię fortis, & Platonis sũt eiusdẽ speciei licet vni repugnet pduci à Platone, & alteri a forte. sed à rõe indiuiduationis, quę sumitur in singulis in ordine ad suas causas singulares.

Neque placet, quod docet Angestus illas notitias vel differre specie, vel qualitate, quæ est notitiã fortis esse simpliciter producibilem à Platone per modum obiecti, quæ tunc esset notitia Platonis, Nã si illa notitia est ex se repręsentatiua vtriusque, vtrumq; repræsentabit à quocumq. producatur. Quare dicendum distingui indiuidualiter, & inde habere vt nequeant repręsentare diuersa indiuidua, licet repræsentent obiecta eadem specie.

Dices tertio hinc sequeretur cœlum stellatum non esse vnum ens per se, quia constat pluribus speciebus, & essentijs completis, quorum vna non est potentia, neque actus alterius.

Respond. vnitatem per se compositi ex pluribus partibus esse triplicem vnam per informationẽ, alteram per intensionem, & constat neutram esse in cœlo, vt constat ex partibus integrantibus. Tertiam per continuitatem, & de hac est difficultas, an sit in cęlo, de qua sit.

Tertia Conclusio Partes cœlum integrantes inter se specie distinctæ, & continuæ, licet non constituant vnam per se essentiam, tamen constituunt vnum ens per se perfectate continuitatis.

*Quomodo partes continuæ diuersæ rõnis constituant vnam essentiam, & constituant vnum ens.*

Prima pars probatur, quia ex pluribus essentijs completis non fit vna essentia; sed semper sunt plures, quia vnitas essentiæ non resultat, nisi ex informatione proprij actus respectu suæ potentiæ, quæ sit essentialiter im perfecta vt est forma substantialis, & eius materia. Dicitur autẽ ens essentialiter imperfectũ, & incompletum, quod non ponitur in recta linea alicuius prædicamenti ob eius imperfectionem.

Secunda pars probatur, quia ex communi sententia astra sunt continua cum suis orbibus, quæ continuitas non est casu, vt solet esse in inferioribus, vt patet ex partibus siccis, & viridibus virgæ alicuius sed est per se intenta à natura, ob finem ad quem ordinãtur astra vnius orbis; si enim arresacta habent aliquam vnitatem, per se artificialem, eo quod plura vniuntur ab artifice ob vnum finem; cur non est tribuenda vnitas per se cœlo stellato, naturalis? cum partes illius vniantur a natura, non solum

ob vnum finem: sed etiam vnione continuitatis, siue illa vnitas oriatur ex materia; siue ex forma, siue vt ego existimo ab vtroq. cum nõ minus illa exigant continuari inter se cũ partibus orbis, quam partes animalium, & plantarum.

Dices astra habent propriam integritatem essentiæ, ergo non sunt partes per se vnius orbis.

Respond. ex D. Thom. apud Angestum l. 2. prop. 5. d. 4. ad 5. astra habere quidem suam integritatem essentiæ, quia constant ex sua forma, & materia; sed non habere suam integritatem in genere totius integralis, quia sunt partes totius integrales.

11 Quid dicendum in opinione dicentiũ si astra nõ sũt continua cũ orbibus.

Quarta Conclusio ex opinione dicentium astra non habere continuitatem cum suis orbibus, quod de planetis fatetur communis opinio, ponens illos esse, & volui in suo epicyclo orbis, non est vnum per se in genere naturalis entis, sed solum in genere artificialis entis.

Prima pars patet, quia partes non habent aliquod genus vnionis, quod exigitur ad vnitatem per se, quia ibi non est informatio, nec intensio, nec continuatio, nec apparet aliud genus vnionis per se naturalis.

Secunda pars probatur, quia orbis cum sit a Deo agente per intellectum, non habet minorem vnitatem per se in genere artificiatorum, quam artefacta ab artifice creato, quia partea illæ non sunt vnitæ per accidens: sed ex intentione agentis, & ordinãtur ad vnum finem totalem totius mundi.

## ARTICVLVS III.

### *Soluuntur argumenta aduersariorum.*

AD Argumenta primæ opinionis. Resp. ad primum, male colligi ex consimili figura identitatem specificam, vt ex multis animalibus, & plantis, quæ consimilem habent figuram, & tamen differunt specie, nã licet aliquando ex conuenientia in aliquibus accidentibus colligatur vnitas generica, nunquam tamen specifica, nisi sit accidens proprium, vel complexio plurium accidentium quia habeant locum proprietatis.

12 Ex similitud. vnius accidẽtis licet possit colligi idẽtitas generica naturæ. nõ tamen specifica nisi per accidens proprium.

Hæc doctrina præcipue habet locum in figura circulari cœlorum, quæ est communis etiam elementis: quare licet ex diuersitate figurarum colligi possit diuersitas specifica; non tamen ex vnitate figuræ: vnitas specifica naturæ.

Machinã cœlestem nõ ẽe propter vnũ animal nisi analogicè ob subordinationem ad vnũ primum motorem.

Ad Primam Confirmat. Respond. primo negando totam illam machinam esse vnum animal, quia non habet vnam formam, nec illa esset anima: sed illa opinio procedit ex Platonicorum somnijs ponentium vnam animam in vniuerso, vt alibi est confutatum.

Respond. secundo etiamsi concederetur esse vnum quoddam animal analogicè ob subordinationem ad vnum motorem, vt concedunt de vniuerso: quod habet vnitatem quandam ordinis: non tamen conceditur vna forma, quæ det idem esse specificum omnibus partibus vniuersi, vt patet ex diuersitate specierum vniuersi, quare idem dici posset de machina cœlestium corporum.

13 Ex diuersitate motus connaturalis colligitur diuersitas specifica non tamen ex vnitate.

Ad secundam Confirmat. ex simili motu posse quidem colligi vnitatem genericam, non tamen specificam præsertim si non est connaturalis cęlesti naturæ, Nam similes motus naturales in equo, mulo, & asino, neque est eadem ratio diuersitatis, accidentitatis, Nam vbi est diuersitas motus, necessario est diuersitas principij: hæc autem diuersitas saltem debet esse specifica, nam si est generica est maior quam specifica; at vbi est idem motus, colligitur quidem idem principium; sed hæc identitas non est necessario specifica, quia potest esse generica compatiens secum diuersitatem specificam.

14 Quomodo corpora dicantur simplicia.

Ad tertium patet ex dictis supra quomodo prima corpora dicuntur simplicia, non quia carent compositione ex materia, & forma; sed quia carent mixtione, cum qua simplicitate est compossibilis compositio ex partibus integrantibus; quæ in coelo sunt etherogeneæ, quare ratione huius compositionis est maior simplicitas in elementis, quam in cœlis: quia huiusmodi simplicitas conuenit illis ob minorem perfectionem; quod si velimus astra esse entia integra per se, tunc dicendum est species coelestes esse homogeneas, licet aggregatum ex illis sit etherogeneum: Neque est absurdum compositum etherogeneum moueri ab vno motore, vt corpus etherogeneum ab vna anima, præsertim cum intelligentia quælibet mouens orbes, sit perfectior anima. Vnde ad secundam probationem ductam a motu simplici, quod conuenit vni corpori simplici, Respondet. conuenire quidem corpori simplici, vt excludit mixtionem; non tamen vt excludit diuersitatem partium integrantium, quod magis patebit ex dicendis de motu locali.

Corpus ethrogeneũ potest moueri ab vno motore.

Soluuntur argumenta 2. opinionis.

Respond. ex dictis Patere quomodo ex vnitate motus, qui conuenit orbi, & suis partibus, siue homogeneis, siue ethetogeneis, non colligatur in omnibus partibus specifica vnitas: sed sufficere entitatem genericam, & quomodo continua possunt esse ea, quæ sunt diuersæ rationis continuitate quidem non substantiali: sed accidentali; quia substãtialis terminus vtriusque nõ potest esse vnus, vt patet ex diuersitate specifica extremorum, terminus quantitatiuus potest esse vnus existens in vtroque termino adæquate: sed inadæquate in singulis, non quidem adæquatione partis entitatiuæ puncti vnientis: sed concursus substentatiui, de qua re quia non caret difficultate alibi fusius.

Dices

Dicēt hinc sequi in cœlis tot esse materias diuersæ rationis, quot sunt partes diuersæ rationis, nam alioqui composita ex materia eiusdem rationis essent ab intrinseco corruptibilia, quia materia eorum esset capax formarum diuersæ rationis: atq. adeo dum habet vnam habet priuationem alterius cōcedendo tot esse materias.

## QVAEST. VIII.

### *De via latea, seu Galaxia, quid sit, & an sit aliqua pars orbis.*

1 *Describitur via circuli lactei qui duos continet vnū intra alium, & contentus est cōtinuus a Gemini pedibus, &c.*

PErtinet hæc quæstio ad partés substātiales cœli, quod communis recentiorum opinio putet esse partem cœli stellatā ex paruis quibusdam stellis; de qua Aristot. 1. meteor. sum. 2. cap. 5. vbi Timon q. 14. Alb. tr. 2. per totū Giorg. 1. meteor. d. vlt. Conimb. tr. 4. Argest. l. 2. prop. fol. mihi 37.

### ARTICVLVS I.

*Explicatur Termini, & sensus Quæstionis.*

PRimo Not. Galaxiam ex Ptol. 8. Almag. cap. 2. esse Zonam non æqualem, & regulatam: sed latitudine, colore stellarum frequentia, situ differentem, & variam, aliquanto etiam duplicatam, ob ipse ibi explicat Dicitur ab Aristotele circulus maximus, vel quia cœlum diuidit in duas partes æquales, uel quia habet omnium maximam latitudinem. Vnde à Ptol. dicitur potius Zona, seu fascia quædam, quam circulus. Nam porrigitur ex parte nostri Hemisphærij à circulo arctico, vbi est Cassiopeia cuius magnam partem complectitur; versus Tropicum cancri ad occasum declinans cycnum capit, Tropicum secat. Hinc per Aquilam æquatorem transit, caudā scorpionis, & læuam sagittarij peruadit, inde p Tropicū Capricorni egressa per aram crura, & pedes Centauri progrediendo retrocedit eundem Tropicum, diuidit, Argonauim comprehendendo, & aliquid canis maioris, tandem per alium Tropicum vbi sunt Gemini transeundo Heniochum subit perseum in Cassopeam, vnde digressa est reuertitur. Duplicatur autē à Cycno incipiens ad ophiulium porrecta vnde extenditur per multas imagines. f. Cassiopeā, Cycnū, Aquilam, Scorpionem, Sagittarium, Centaurum, Argonauim, Canem, Geminos, Heniochum, & Perseum, quasdam magis, quasdam minus continens. Imò præter stellas multas harum imaginum quas comprehendit, alias multo plures continēt spatium imaginum replentes; quæ nec ordinem habent, nec imaginem cōstituunt certā, Vnde stellæ illę dicuntur sporades id est sparsę, quæ sunt ibi multo plures, quam in alia cœli parte, etiā Zodiaco, & vbi duplicatur ibi sunt, & plura, & frequentiora, & maiora sidera, quare videndum est quid sit, & cuius naturæ hæc zona.

Secunda Not. varias esse opiniones de huius zonæ natura; sed præcipue hic examinā- 2
da est opinio Aristotelis, quæ fuerit, & an contra communem recentiorum sententiam defendi possit; cum ferè ab omnibus etiam Peripateticis confutetur.

Tertia Not. pro defensione opinionis Aristotelis sumenda principia ab ipso posita loc. cit. ibi, vbi *Dictum est* inquit *prius, quod extremum dicti aeris potentiam habet ignis, ita vt motu disgregato aere segregetur tali consistētia, qualem, & cometas stellas esse dicimus*, et sum. 1. c. 4. *oportet* inquit *intelligere dicti a nobis aeris id quod est circa terram veluti humidum & calidum esse, propterea, quod vaporet, & exhalationem habet terra, quod autem supra hoc calidum iam & siccum est enim vaporis natura humidum & calidum exhalationis autem calidum, & siccum, & est vapor potentia veluti aqua, exhalatio autem potentia veluti ignis.*

*Principia, quibus nititur opinio Aristotelis.*

Tertiò Ponit sum. 2. c. 1. horum halituum generationem. *calefacta autem terra à sole, exhalationem necessarium est fieri, non simplicem, vt quidam putant; sed duplicem. hanc quidem magis vaporosam illā autem magis spirituosam illam quidem, quæ est quod in terra, & super terram est humidi vaporem. Hoc autem, quod est ipsius Terræ existentis siccæ fumosam; & harum spirituosam quidem supereminere propter calidū; humidiorem autem subesse propter pondus, & propterea hoc modo ordinatum est quod in circuitu. Primo enim sub circulari latione est calidum, & siccum quod dicimus ignem, innominatum enim est & communi in omni fumosi disgregatione. Attamen quia maxime natū est tale corpus exuri, sic necessarium est vti nominibus; sub hac autem natura aer, oportet autem intelligere veluti succensum fomitem, hoc, quod nunc dicimus ignem accensum esse circa vltimum sphæræ, quæ circa terram est vt modi, cum motum fortiter exuritur sæpe sicut fumus est autem flamma spiritus sicci ardor.*

3 *Corpus replens spatiū à terra ad cœlum lunæ diuiditur in duas partes, in motam circulariter, & immotam*

Ex quæ Aristotelis doctrina colligitur totū corpus à terra ad cœlū diuidi in duas regiones; vna est quæ rapitur à reuolutione cœli, & protenditur vsque ad summos montes. Altera, quæ intra montes vsq. ad terram clauditur. Nam indiget mundus hoc corpore, vt in gyrum fertur ad excitandos ventos, & seruanda accidentia, quæ in ignitis apparentijs cernuntur, & præterea indiget corpore subsidente immoto ad aggregādas nubes, & conseruanda accidentia, quæ in inferioribus cernuntur. Hoc ex Aristotele loco citato.

4 *Altera aeris diuisio in supremā, mediam, & infimam regionem.*

Quarto Not. vnamquamq. prædictarum partium à posteriores ex eodem Aristotele diuiserunt in duas. Nam superiorem proximam cœlo, quæ rapitur à cœlo dicunt continere duas. f. ignem & portionem aeris circulariter raptam, quam vocant supremam aeris regionem. Inferior autem immota etiā diuiditur in duas, vna est, quæ à terra extenditur

ditur ad locum, quo pertingit reflexio radiorum solis, & dicitur infima; Altera ab hac ad partem aeris motam: quæ dicitur secunda Regio, in qua nubes congregatur. Ex his patet, quod quando Aristotelis ait vnam ex his refertam aqueis vaporibus, & alteram fumosis exhalationibus intelligere de infima regione aeris, & suprema, quæ est prope ignem.

5 Materia, & efficiens impressionum meterologicarum explicatur.

Quinto Not. cum ex terræ, & aquæ commixtione fiat vnus globus, ex illa actione solis extrahuntur vapores, tum calidi, & humidi, tum calidi, & sicci; & quia semper adest materia euaporabilis, & causa efficiens vaporis, continua, & perpetua est hæc vaporum eleuatio, quare hæc euaporatio licet varietur, & fit difformis, quoad particulares regiones; tamen, quoad totum mundum est vniformis; nam quæ non fit in hac regione, fit in alia, quia actio solis quoad totum mundum est vniformis, licet varietur, quod partes. Hinc fit totum spatium a terra ad cœlũ esse repletũ his habitibus primo confusis, mox discretis, dum leuior separatur à grauiori.

Quæ pars halitus ascẽdat ad supremã aeris regionem.

Sexta Not. habitum leuiorẽ idest fumosũ calidum & siccum ascendere ad suam regionem idest supremam aeris circulo circumductam; qui tamen cum non sit vniformis in tres partes secernitur. s. in tenuissimam, quę sæpe in ignem proximum conuertitur, densiorem pro conditione huius habitus, & est materia ventorum, & aliorum, quæ fiunt in media regione vt plurimum. Et mediocrem habentem varios gradus, tenuitatis, & raritatis, & est materia ignitorum in supremi aeris regione, vt sunt Cometæ. Trabes, capreæ, saltãtes, cadentia, sydera. & ex parte rariori, & puriori huius halitus fit circulus lacteus in eminentiori parte supremæ regionis in concaua ignis parte ob halitus maiorem tenuitatem, & leuitatem; totamq. concauam superficiem ignis replet magis, vel minus prout pars vna cœli aptior est ad congregandum sub se halitum huiusmodi, quam alia pars; sed vbique tamen halitus huiusmodi reperitur. quia vbique est causa leuitans, & materia leuitabilis sine vlla interruptione generationis illius.

6 Cur habitus ascendens nõ impediatur.

Settima Not. huius halitus ascensum non posse impediri à motu circulari aeris, qui sua leuitate vincit, & penetrat; sicut impedit nubes; quæ sunt materia ventorum ex Aristotele 1. met. sum. 1. c. 4. eo quod non sint ita leues, vt vincere possint motum circumducẽtem aerem. Neque tamen fit secundum aliquam partem per motum non detrudi inferius, & disgregari; sed tenuior pars, quia leuior non detruditur, nec dispergitur; sed ad locum supremum confluit ex qua fit circulus lacteus; quia in tenui fit flãma, quæ lumine percussa albicat. Opiniones autam omnes reuocantur ad duo capita; Nam aliqui putans non esse aliquid reale; sed tantum apparens. Alij vero esse aliquid reale.

## ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

7 Galaxia est pars orbis à sole combusta.

PRima opinio est Pythagoreorum apud Alber. dicentium partes illas fuisse olim combustas à sole, qui aliquando mouebatur per illum locum; sunt albæ quia combustum præcipuè si sit terrestre album efficitur, vt patet ex calce; vnde sol sua combustione reliquit hoc vestigium, quod dicitur Galaxia.

Sed hæc opinio ex Alb. c. 2. est erronea, tũ quia fundatur in falso principio, non solum quia putat stellas esse terram, & moueri, & cœlum stare; sed etiam quia sine fundamento talem mutationem motus solaris fingit.

Tum talis combustio, & albicatio non apparet in Zodiaco secundum cuius signa sol mouetur per lineam eclipticam; Nam cœli est eadẽ causa, idẽ effectus esse debet: At Galaxia potius intersecat orbem signorum in signis Gemini, & Sagittarij, & egreditur versus vtrunq. polum.

Tum 3. quia orbis est incapax talis impressionis cum sit incorruptibilis, & inalterabilis.

8 Est lumen secundariũ partium orbis mutuatum à sole.

Secunda opinio est dicentium Galaxiam est lumen secundarium mutuatum a sole quibusdam stellis, vnde est lumen illarum stellarum, ita Artex. & Democr. qui ponunt per interpositionem terræ lumen non incidere in stellas sibi oppositis, vt v. g. cum sol est in occasu radius solis retrahitur a stellis, quæ sunt in oriente, & sic consequenter ab alijs sibi oppositis, sed illuminat alias stellas respectu quarum non impeditur a terra, a quibus diffunditur lumen in proximas partes, quæ non sunt directè illuminatæ à solis radijs, sicut patet in radio, qui ingrediens per fenestram incidit in terram, vnde lumen a radio solis diffunditur in circuitu terræ, cui incidit radius, & sic tota efficiatur luminosa. Hinc partes orbis proximæ stellę in quam incidit radius, illuminatę a lumine secundario dicuntur Galaxia.

Sed hæc opinio primo errat in fundamento, s. quod terra sit maior sole putat vulgus; Nam alioqui vmbra terræ non posset impedire, quin omnes stellæ firmamenti illuminentur. Nam quando opacum interpositũ est minus luminoso, tunc radij luminosi intersecant se post vmbram opaci; quare illuminat totum, quod est post vmbram; sed sol est maior terra, nec vmbra terrę porrigitur, nisi vsque ad sphæram Mercurij exclusiue, ergo. Confutatur.

Secundo, quia Galaxia semper est in eodẽ loco, & parte orbis super saggittarium, & circa partem Geminorum, & intersecat Zodiacum. At si esset luminosa pars orbis, deberet mutari de parte in partem, sicut muta-

tur

tur sol successiue illuminans stellas, à quibus diffunditur in partes orbis proximas.

9 *Reijcitur tertia opinio dicētium Galaxiam ēe lumen reflexū ab aere ad cœlum stellatum.*

Tertia opinio est dicentium Galaxiam esse lumen reflexum ab aere humido in cœlū stellatum superius, sicut facies illuminata imprimitur speculo opposito; Nam sicut ex eo quod speculum est tersum, & politum reflectitur in faciem aspicientis, ita lumen stellarū imprimitur aeri humido existenti subipso, & quia corpus humidum reflectens habet formas sibi impressas, ideo aer ille reddit lumē stellarum orbi stellato sicut cum radius incidit in vas habētes aquam: tunc statim reflectitur ex opposito in parietem & hanc eādem causam dicunt esse cometarum.

Sed hæc opinio errōnea est apud Alb. Nā experientia constat omne lumen repercussum, siue à speculo, siue à superficie corporis humidi, in quod incidit radius solis reperc uti ad oppositum situm corporis luminosi, à quo est radius, vt patet in radio incidente in vas aquæ, Nam radius solaris repercutitur ad oppositum; Deinde lumen repercussum mouetur de loco ad locū siue moueatur luminosum, a quo est radius, siue corpus reflectens, siue sit speculum, siue aqua: At Galaxia, semper est in eadem parte.

10 Quarta Opinio est dicentium Galaxiam esse concursum duorum luminum scilicet stellarum paruarum fixarum, & ignis lucentis in sua sphæra. Nam illud descendens, hoc ascēdens in medio concurrentia efficiunt Galaxiam, ex Aristotele ignem superiorem esse inflammatum lucidum, & orbem esse inflāmatum lucidum; vnde concursus istarum flammarum constituit Galaxiam.

*Reijcitur opinio dicentium ēe concursum luminis cœlestis & ignis, ex eo φ ignis in sua sphera non luceat.*

Sed illam refert, & confutat Alb. c. 4. Primo quia ignis ex cōmuni Alb. Algaz, Auic. & aliorum opinione in sua sphæra ob tenuitatem non lucet, & patet experientia, tum quia lucerna in nocte ex sua luce impediret visionem nocturnam stellarum, quia omne lucens tegit corpora, quæ sunt post se siue sit lucens non calefcens, vt stella, siue calefcens, sicut ignis, & flamma, at patet non tegere nobis corpora cœlestia; tum quia aer illuminatus ob sui raritatem non ita lucet, vt illuminet, & terminet nostrum visum; Auic facit lucens ob sui spissitudinem, vt ait Auic. ergo multo minus potest lucere ignis, qui est rarior; imo aer, qui est ante oculos nostros, etiā si habeat lumen non lucet nobis, & cum sol occidit nuper ad quantitatem vnius signi ad huc lumen in nostro Hemispherio, per quin que signa, & tamen apparet tenebrosus, quia ob raritatem lumen non reflectit ad nostrū visum, ergo neq. continere potest lucem, quæ reflectatur.

11 *Quid exigit lumen vt luceat.*

Tum tertio, quia orbes in partibus non stellatis magis sunt de natura lucis, quam ignis, & tamen non continēt lucem, quæ nobis luceat.

Tum quarto, quia ignis inferior non lucet nisi in materia aliena, idest carbone, vel flammam. quæ est fumus ardens ab illius materię densitatem, in qua multæ partes dyaphanæ continentur; Nam lucens ex Auic. non est illud nisi partes transparentes spissæ sibi cohęrentes, & continuæ, vt patet in chrystallo: vnde etiam in illa parte flammæ, quæ tangit lyclinium candelæ, quia calidior, & rarior non est lux; sed est transparens. Pars verò quæ remitior est, quia spissatur à frig do aere circumstante lucet, & tegit corpora, quę sunt post illam, quia non est peruia, & trāsparens. At ignis in sua sphæra habet maximam raritatem 2. an. 97. ideo ibi non lucet.

Confir. quia si luceret nunquam posset luna eclipsari, quia ignis sua luce dispergeret vmbram terræ, & impediret ne veniret ad corpus lunæ.

Secundo Prob. quia etiam si ignis in sua sphæra luceret, adhuc ex concursu ipsius, & lucis stellarum, non posset fieri maius lumen, quia minus offuscatur à maiore, at ignis lumen est minus quam stellarum ergo.

Neque obstat dictum Aristotelis, nam simile dicit de igne, quod sit fumus, lucidus ac de orbe, cum tamen constet orbem non igniri, nec inflammari passiue, sed actiue; quia suo calore est igniens, & inflammans: quare illud dictum de igne debet explicari; quod sit lucidus in actu primo, quatenus est de natura lucidi & inflammati, licet in actu secundo, non luceat ob defectum densitatis, nam omne transparens est de natura lucidi, Nam partes illius spissatæ, & condensatæ lucent plus, vel minus, vt patet in partibus ignis existentibus in carbone, & carbunculo, & partibus aeris, & aquæ existentibus in chrystallo, & beryllo, quæ minus lucent.

*Partes corporis perspicui dēsata lucēt*

Quinta Opi. est cōmunis antiquorū & recētiorū dicentiū Galaxiā esse in cęlo stellato, & consistere in multitudine paruarum stellarū inter se parum distantium, sed apparentium continuatū ob maximam à nostro visu distantiam illuminaturam à sole, inter mixtis aliquibus stellis maioribus, quæ distinctæ inter se, & ab alijs apparent, ex quibus sit vt lumen diffusum à sole in stellas paruas simul cum lumine stellarum magnarum diffuso per partes orbis intermedias, apparet oblongum, & albescens, vt fumus, neque illius luminis aspectus impeditur ab igne intermedio quia hic non lucet, & cum sit perspicuus non impedit visum sicut neque visionem aliarū stellarum.

*12 Galaxia est multitudo stellarū minutarū in ter minis aliquibus maioribus per quas partes orbis stellarū densiores partes illuminātur.*

Hinc patet cur semper appareant in eadē parte cœli, quia semper illæ partes eodem modo illuminantur a sole, & a lumine diffuso ab ipsis stellis per totam illam orbis partem continuam, & similis Galaxie apparet radiosa stellis comatis in hoc, quia cum generatur in suis locis, lumen ignis separat, & diuaricat lumen earum, sicut sit de lumine Galaxiæ, Nam sicut lumen galaxiæ est diffusum in orbe vbi sunt stellæ fixæ, & spissæ ita lumē ignis in uapore ignito diuaricatur & ob-

lon-

longum efficitur, & hoc separat lumen solis à nostro uisu, sicut abscondi: Galaxia.

Fundamentum sumitur ex inuariabilitate illius; Nam corpus simplex immobile circulariter motum est de natura cœli, ex 2. cœl. 22. vbi cœlum esse diuersæ naturæ ab elemētis, quia nullam vnquam passum est mutationem substantialem, at Galaxia est talis, vt patet experientia, ergo.

Causa materialis sūt partes orbis spissiores stellati.

Ex his patet causa matarialis Galaxiæ; sūt enim partes orbis spissæ, quæ repræsentant lumen solis, & aliarum stellarum terminans nostrum visum, vt aliæ stellæ; nam vt docet Paulus Venetus cœlum habet partes alias densissimas, alias rarissimas, & alias mediocriter raras, & densas, ex quibus densissimæ multum illuminantur à sole, & apparent rubri coloris; Rarissimæ parum illuminantur à sole, & apparent azurei coloris, præcipue sereno cœlo. At mediocres mediocri er illuminantur, & apparent albi coloris, nec mirum videri debet; quod ibi appareat lumen solis, & aliarum stellarum, & non circa alias partes proximas, quia aliæ non sunt ita dēsæ, vt patet in inferioribus, in quibus vna nubes posita in aere, & sol splendens supra nubem, hæc propter densitatem multo lucidior apparet quam aer circumstans rarior.

Secundo patet causa efficiens; Nam est corpus illuminans illas partes orbis; hæc autem illuminatio fit partialiter, tum à stellis illis paruis quasi contiguis, & à magnis, quæ illis sunt insertæ, & intermixtæ, tum a solari radio incidente in illis stellis, & partibus orbis; tum secundum aliquos ab igne elementari projiciente lumen suum sursum intendēdo lumen paruarum stellarum; sed hæc vltima causa est à nobis confutata, quod. (.non liceat ex Auerr. 4. cœl. com. 30. & c. 2. de subst. orb. Hic sequitur Philop. dicens esse passionem corporis cœlestis, inseparabilem, cuius non potest reddi certa causa, sicut neq. differentiæ sydera, quoad magnitudinem coloris, & situs. & motus; clarius Damascius esse ostensionem paruorum sydera condēso, & albo lumine candicantem Auer. qui addit lumen refragi ad superficiem ignis, vel fumosi habitus eāq. tribuit Aristoteli, & Alex.

Hanc sequitur Alb. loc. cit. Aug. Sax Timō Conimb. Nyph. & alij interpretes Aristotelis, & hanc docui vt probabiliorem, dum magistri officio fungerer, & nunc etiam placet, sed quia multa tunc diligentia fuit adhibita ad ostendendam probabilitatem opinionis Aristotelicæ, id nunc præstabo, vt boni Peripatetici professioni aliqua ex parte satisfaciam.

Dices, cœlum, non est passibile, ergo non est capax huiusmodi impressionum peregrinarum: ergo non potest recipere lumen ab alio, quod est Galaxia.

Resp. per lumen non alterari, neque dici passibile passione corruptiua; sed perfectiua, quæ cœlis nō repugnat, vt Primo patet ex luna, quæ quotidie crescit, & decrescit sm lumen. Secundò ex stellis, quæ secundum Arist. a sole illuminantur, tertio ex speciebus orbiū, quos videmus, quas necesse est recipi in orbibus inferioribus; & quia orbes inferiores voluuntur, necessario, hę species in ipsis receptæ corrumpuntur; quia ex motu perdunt directam oppositionem cum obiecto superiori, & aliæ de nouo generantur ab orbium partibus directe oppositis: duplicet ter autem recipitur lumen in orbibus,

Primo vt in vase desarēte & medio, & sic non videtur.

Secundo vt termino reflectente, & sic videtur in stellis, & in Galaxia.

## ARTICVLVS III.

*Explicatur Opinio Aristotelis de Galaxia.*

Explicatur opinio Aristotelis.

PRimo constat ex Arist. secundum antiquam translationem Galaxiam esse de natura cœlesti, vt Georg. 1. met. tr. 1. in fine significat, sed quia nos illam non habemus, explicanda est eius opinio secundum nouā translationum.

Materia est exhalatio calida, & sicca sūme tenuis.

Secundo constat secundum translationē, qua vtimur Galaxiam esse ex materia elemētari, sicut sunt cometæ, quas sum. 2. c. 16. vocat cometas stellas.

Locus ē intranea pars aeris suprema.

Tertia constat locum esse in aeris extremo ad quē peruenit halitus vndiq. diffusus sub ea cœli parte sub qua videtur.

Cur tanta materia eo congregatur nō alio.

Quarto Constat in eo loco cōgregari halitum continuè, & perpetuò, quia vbi sunt plurima astra quæ attrahunt; Nam quod dicitur de vno astro attrahente materiam cometæ, quæ fit sub illo; *hoc oportet accipere circa totum cœlum, & superiorem lationem omnē*, & fieri continue sub illa cœli parte, *quia locus plenus est astris maximis, & fulgidissimis, & adhuc sparsis vocatis, hoc autem est & oculis videre manifestum.*

Quinto constat illam materiam accendi motu veluti ventilante, vt ibi *rationabile* inquit, *est si quidem vnius astri motus incensus, & eum qui est omnium facere aliquid tale, &* exussitare seu excitare aerē, & disgregare propter circuli magnitudinem, Nam ex vi illorū astrorum alterata materia eleuatur.

Sexto constat apparentiam illius esse velutē lactei coloris, & oriri a lumine illorum astrorum, quæ sunt in illo circulo, vt patet ex illis verbis, *in hoc enim semicirculo plura, & crebro sunt astra, quam in altero, itaque non propter alteram causam fiat lustratio, quam propter astrorum lationem, & hanc parem existimare conuenientissimam causam esse passionis.*

Septimo Videtur semper in eadem cœlē parte, quia semper in eam partem attrahitur materia huiusmodi tenuissima, vt accidit de syderum corona *Tale*, inquit, *itaque oportet intelligere fieri, quod in illis .f. cometis, cum non ipsa per se facta fuerit talis exereilo; sed sub aliquo astrorum, aut fixorum, aut errantium; tunc enim tales videntur cometæ, quia assequuntur ipsorum*

*forum lationem, quemadmodum solem talis cō-creto a qua propter refractionem aream apparere aitimus, cum sic fuerit aer dispositus.* Quare ex Arist. habemus fieri de lacteo circulo, sub illis stellis, vt fit de cometa, quando stella comam accipit, & fieri de cometa sic, vt fit de astrorum corona expresse docet ibi. *Quādo autem, sub aliquo astrorum errantium, vel nō errantium a motu constiterit talis exhalatio, tunc cometa fit horum aliquid; non enim apud ipsa astra coma fit, sed quemadmodum areæ circa solem & lunam apparent assequentes, etiam si transferantur astra cum sic fuerit condensatus aer, vt passio hæc fiat sub solis itinere, sic & coma astris. velut area est.* At constat comam astrorum apparere eamdem per renouationem. Hæc Aristoteles, quæ licet non expressertt distinctè, tamen significauit dum dixit circulum lacteum esse comam; *Nam quod ibi circa vnum .s. astrum est passio coma*, hoc idem circa circulum, quendam accidit fieri, & est lac, vt ita dicam veluti definitum, maximi propter segregationem *coma circuli*, & hinc infert cometas non fieri multos, & frequentes, quia continuo segregata est, & segregatur secundum vnumquemq. circuitum in hunc locum semper talis consistentia, eo quod materia ad hunc locum congregetur, siue quia sunt ibi plures attrahentes causæ, siue, quia naturaliter pars confluit ad totum.

16 Colligitur definitio Galaxie ex Aristotele

Ex his patet ex sententia Aristotelis Galaxiam definiri, quod sit exhalatio tenuissima sub cœlo in aeris extremo vndequaq. diffusa, sub circuli parte sub qua apparet candor, & potissimum congregata continue accensa ventilatione, qualiter experimur fieri à mobili prope nos vehementer moto, vt accidit igni p flabellū accenso lumine illarum stellarum tracto, albicans, cuius aspectus semper idem per renouationem, vt accidit in sydedrum corona, & fit semper inuariabilis, quia materia vniformiter non deficit, neque causa effectiua.

Hinc patet non esse de mente Aristotelis opinionem, quæ asserit Galaxiam esse in igne, vt in subiecto; Nam sicut aer habet multas impressiones; ita & ignis habere debet; alias esset imperfectum opus naturæ. Sed facile negatur huiusmodi imperfectio naturæ, quia non est de perfectione ignis, vt in eo generentur impressiones, immo neq. ibi forma generata possent permanere ob ipsius maximam actiuitatem exustiuam, & conuersiuam in sui speciem, præsertim in loco vbi est remotus à contrarijs impedientibus.

## ARTICVL. IV.

*Proponuntur difficultates contra explicatam Aristotelis Opinionem.*

PRimo, quia huiusmodi positio, pugnat cū inuariabilitate illius circuli quoad magnitudinem, figuram, situm, colorem, & alia pertinentia ad illum. Nam cum halitus, & excretio sit variabilis, & inæqualis cum æstate abundet, & hyeme deficiat, non potest circulus esse inuariatus, sed æstate erit maior, & lucidior, & hyeme minor, & minus fulgens. 17 Difficultas sūpta ex Galaxiæ inuariabilitate.

Confirmatur ex similibus aeris impressionibus, quæ sunt mutabiles, & nunquam eodem modo fiunt ex declinatione solis ad Boream, vel Austrum ex siccitate, vel humiditate annorum varijs, ex vario dominio nunc elementi frigidi, nunc calidi, vt dixit Aristoteles, inde deducens aliquando hyemes esse magnas, aliquando æstates. Quare idem dicendum esset de lacteo circulo, tum quia nō est ratio eximendi illū ab hac mutabilitate cœterarum impressionum aeris: immo in illo est minor ratio, cum ob magnitudinem plurima indegeat materia; tum quia Aristot. Galaxiam dixit esse de natura cometarū, in quibus magna cernitur mutatio, quoad magnitudinem, & figuram, & etiam quoad substantiam, cum cessent per aliquod tempus.

Confir. 2. Non apparet quomodo tantus halitus, qui est necessarius ad constitutionē, & conseruationem tam magni circuli possit educi ex globo mūdi terræ, & aquæ, præsertim in opinione Aristotelis ponentis æternitatem mundi, quia debet esse omnino consumptus; Nam cometa alitur superueniente halitu, sed tandem deficit; at hic circulus semper durat eodem modo.

18 2. Difficultas sūpta ex situ

Secunda Difficultas sumitur ex situ astrorum. Primo quia ob distantiam non possunt habere tam vehementem actionem, ut tantā materiam disponant ad motum sursum, cum videamus apud Aristot. huius materiæ generationem tribui uni soli, & negari syderibus fixis ob distantiam.

Confir. 2. etiam si effectiuè fiat ab illis, quomodo illa materia congregatur sub illis stellis, & non alijs, sicut congregatur materia cometarum indifferenter, sub varijs stellis; quod si hoc dicant ibi fieri ob maiorem numerum stellarū, cū Arist. dixerit lac clarius fulgere in sagittario, & geminis, quia stellæ ibi sunt frequentissimæ cur non sub Orione, uel sub Arto cum sint plures, & maiores.

Confir. 2. cum cœlum semper voluatur, & secum trahat aerem, tardius tamen motum, quomodo circulus ille in aere existens, non apparet retrocedere, sed semper in eodem situ conseruatur; Nam alibi deberet apparere in oriente, & alibi, perueniens ad medium cœlum,

Conf.

Confir. 3. negat Aristoteles sub Zodiaco consistere cometam, quia sol, & Planetæ illac transeuntes materiam absumunt; quomodo igitur consistit hic tam magnus circulus, ubi connectitur cum sagittario, & Geminis, quæ sunt in Zodiaco.

3. Sumpta ex effectu.

Tertia Difficultas ex effectu, Nam cum ille circulus habeat tam magnum excessum ad aerem, cur aerem non absumit? Nam uno cometa apparente in aere, experimur circa terram magnos calores, & siccitates oriri, cur hic circulus non habeat eumdem effectum, cum sit de natura cometæ?

19 4. Sūpra ex loci aspectu.

Quarta Difficultas ex aspectu. Primo quia si tantus halitus asset sub astris, nobis occultaret astra, uel aliquo modo obumbraret, ut patet ex nubibus, & hoc est contra experientiam.

Confir. ex uarietate aspectus, quia nullum corpus existens in aere uidetur ex uariis regionibus eodem tempore correspondere eidem cœli parti, sed diuersis, ut experientia constat ex aspectu Planetarum usque ad tres superiores, & ostenditur à prospectiuis ex lineis ductis ab oculis, quæ transeunt per corpus existens in aere; At hic circulus undique. & quolibet tempore apparet in eodē situ, sine ulla uariatione aspectus, Nam existētes in grecia, Parisijs, & in Hispania aspicientes Galaxiam in eodem tempore aduertunt intersecare Geminos in eodem puncto, & idem apparet in opposita parte Zodiaci .s. Capricorni, & idem dicitur de intersecatione Zodiaci, siue oriatur cum signo, siue sit in medio cœli, & similiter de alijs stellis juxta quas apparet Galaxia.

## ARTIC. V.

### *Soluuntur difficultates proposita ex inuariabilitate.*

20 Ostenditur, cur variatio nō appareat, & ibini.

AD Primam difficultatē. Primo negando secundum se nullam pati variationem, licet à nobis nō aduertatur ob corporis magnitudinem, & paruitatem mutationis in tāta distantia; tū quia nemo totū illū circulū obseruauit in omni momēto; tū quia ex fluuialib' aquis quis vnquā aduertit maris incrementum, vel decrementum ab magnitudinē maris, & exiguam variationem respectu tanti corporis.

Respond. 2. etiam concessa inuariabilitate illius varijs obseruationibus confirmata, dicimus inuariabilitatem oriri ex varijs capitibus. Primo ex loco, qui non est valde obnoxius mutationibus ob exiguam contrarietatem; Nam halitus ille est calidus, & siccus, & similiter ignis proximus, & aer circumstans habens statum sibi innaturalem.

Ostenditur inuariabilitatem ēe per æquiualentiā non verā [...]

Secundo ex materia, quæ est omni alia lenior, & tenuior, & vix ad aliam mutationem, quam ad intensionem; quare ibi ponitur vna sphæra vaporosa per totum vniformiter se habens, quoad tenuitatem, & leuitatem, atq. adeo inflammabilis pro varietate causæ inflāmantis, immo ex motu cœli, illam materiam agitando, vix aliud oriri potest, quā inflāmatio, quæ continua succedit; ex quibus conficitur hæc ratio, vbi efficiens, & materia rei eodem modo se habent, sequitur effectus eodem modo se habens, sed in efficiente galaxiam cęlum efficiens est idem, & eodem modo se habens, cum in stellis fixis nulla sit varietas, & materia ex qua, & in qua semper eodem modo se habet, quia semper vni succedit similis, quoad leuitatem, & tenuitatem, & cœteras dispositiones, neq. potest materia deficere; quia semper elementa inferiora eodem modo exhalant; quoad totum vniuersum, licet varietur exhalatio quoad partes vniuersi, vt dixi art. 1. & licet circulus mutetur, quoad aliquas partes; tamen quia succedunt similes, ideo nō variatur aspectus: sicut si fluat aqua eiusdem qualitatis sub eadem arbore, vmbra in eo producta semper eodem modo apparet, etiam si numero partes aquæ varientur, & licet in vna regione minor portio halitus exhalet; tamen in alia exhalabit maior; quare semper halitus vniformiter exhalabit, ex quo Galaxia perpetuam nobis offert eamdem imaginem lactis.

nata numerica identitate physica, vel metaphysica & vnde æquiualentia.

Ad primam Confir. Resp. diuersam esse rationem impressionum, quæ fiunt in vna parte, ac in Galaxia, quæ fit in circulo maximo totius cœli; Nam aliæ cum fiant in vna regione variantur, quia ibi variatur, & materiæ attractio, & euaporatio, & aspectus efficiētis: at cū impressio est in toto cœlo, variatio materiæ, & efficientis in vna regione suppletur per materiæ euaporationem, & aspectum similem efficientis in alia regione; quia respectu vniuersi semper est æstas, & hyems, & sol ad Austrum, vel Boream tendens semper voluitur circa totam terram eodem modo, & intra tropicos semper est euaporatio vniformis.

21 Ostenditur nō diuersitatis inter lacteā viā, & orbis impressiones apparentes.

Hinc patet cur Aristoteles dixit aliquando dominari elementa frigida, aliquando calida respecta vnius regionis, circa quam variantur actiones cœlorum; præsertim solis ob motum illius in circulo obliquo, At hic defectus non est respectu vniuersi. Nam in vna parte dominantur calida, in alia frigida; & contra & ideo respectu vniuersi non est multiplicatio, & defectus halitus.

Hinc ad primam instantiam Galaxiam nō eximi à lege inferiorum, quæ omnia sunt mutabilia quidem; sed non eodem modo. Nam Galaxia mutatur, quoad suas partes numerales; sed quia dum corrumpitur vna pars succedit alia similis; non apparet mutatio sed dicitur eadem per æquiualentiam, vt dicitur idem mare, aer, fluuius, homo, & similia.

Ad secundam instantiam Resp. diuersam esse rationem cometarum, & Galaxiæ. Primo, quia cometa cum sit in vna regione, ibi

variata

variata materia, vel omnino deficiente, variatur cometa, & omnino deficit; at hoc vt dictum est, non potest accidere Galaxiæ ex eo. quod semper succedit ex varijs regionibus similis materia, secundo quia fit in loco valde inferiori, vbi est magna variabilitas, & sæpe casu ex ventis, vel aliqua alia ratione.

Tertio quia materiæ qualitas est diuersa, Nam Galaxiæ est tenuis at cometarum densior, & compacta illa non conseruat, hæc vero conseruat flammam, quod aduertit Aristot. dum explicat inflammationem lactis fieri per ventilationem, sicut flabello accéditur carbo, & excitatur flāma, at deficiēte, vētilatione flāma deficit donec nacta sit materiam aptam conseruare flammam, cuiusmodi est materia densa, & compacta veluti glutine alicuius aquea, humiditatis, Non sic autē materia tenuis ab omni aqueo humore libera, vnde cum cœlum præteriēs semper eodem modo semper ventilet, successiue semper accendit materiam eodem modo. cumque semper cœlum eodem modo luceat semper eodem modo frangit lucem. Hinc semper eadem figura, & idem candor in Galaxia profundior vel minus crassior, vel minus duplicata, vel non duplicata pro quantitate materiæ, & actionis efficientis, sed semper eadem apparentia lactis, & ibidem sine ullius lineæ diuersitate.

**Cur materia nūquā deficiat vt in alijs impressionibus.**

Ad secundam Confirm. Respond. plures esse causas, cur non deficiat materia. Primo quia ob aeris vicini maximam dispositionem, vt accendatur sicut halitus. Secundo qnia licet globus ex terra, & aqua minus exhalet ex vno loco, plurimum in sin aliā partem crescit, quod continua successione fit per mutuam generationē, & corruptionem corporum inferiorum ex actionibus cœlorum; quorum influxus variatur pro qualitate regionum, vt dicitur in lib. de generat.

Tertio, quia ex vno pugillo terræ fiunt decem aquei, & sic consequenter elementa variora multiplicantur proportionaliter ex elementis densioribus, vt dicitur 2. de gener. & aliqui dicunt ex terra augeri ignem in plusquam millecupla proportione.

Dices vnde candor lactei circuli, & cur perpetuo conseruetur cum sit apparens, & non realis.

**De cādore eius vnde sit.**

Respond. eamdem esse difficultatem candoris, siue ponatur in cœlo, siue in aere; Nā eandem dispositionem, quæ ponitur in partibus cœli ad faciendam refractionem ponimus cum Aristotele in tenuissimo illo halitu; Nam in nubibus etiam videmus candorem, cum in illas incidunt radij solares ob similem dispositionem intensior vel remissior pro qualitate materiæ, & aspectus luminosi; Hic autem candor in lacte non variatur, quia semper est idem luminosum, & materia simili modo disposita.

At inquies cur requiritur incensio ad hunc colorem.

Respond. quia lumen non albicaret nisi frangeretur in habitu inflammato; Nam si halitus non esset accensus, vel non faceret aspectum, vt patet in alijs cœli partibus, in quibus est hic tenuissimus halitus, vel si faceret aspectum, ille esset cœrulei coloris, vel rubri, vt patet ex serotina rubedine, habitus cum sit tenuis, qui indicat serenitatē, quod ostendat vapores eleuatos non esse valde aqueos, sed siccos; Contra vero matutina rubedo indicat pluuiam, quia indicat vapores aqueos. Hinc corruscatio est alba tenui halitu accenso, ex minus tenui rubra, ex denso nigra.

Ego existimo incensionem per se non requiri ad candorem, vt patet ex candore nubium instar niuis, sed requiri per accidēs tum ad rarefaciendam materiam: tum ad impediendam trāsparentiam halitus remissam, vt plumbum requiritur in speculo, & loco incensionis in nūbe est; illius maior quædam densitas materiæ, tum ad planitiem superficiei, & vniformitatem quādam maiorem, præsertim cum albedo lacteæ viæ non sit niuea, sed accedens ad pallorem.

## ARTICVLVS VI.

*Soluitur difficultas sumpta ex situ.*

24 AD secundam difficultatem Respond. nos non dicere exhalationum separationem à terra fieri ab illis astris; sed fieri à sole, vt Aristoteles fusè ostendit .i. meteor. Sed principaliter, Nam etiam actio astrorum iuuat.

**Ostenditur modus quo exhalatio cō gregetur sub illis astris.**

Ad primam Confirmat. Respond. halitus illos in aere repertos, sub se'a stellas illis cō gregari, sed modus quo fiat talis congregatio quæritur; Alij dicunt fieri per motū, Nam cœlum stellatum rapiens omnes inferiores orbes, rapit etiam ignem, & supremam partem aeris, per motum segregat tenuiores partes à crassioribus, & quia motua magis recipitur in orbibus, vt subiiciuntur parti stellatæ, quæ est magis solida, & cœlū stellatum dicitur magis agere secundum illam partem densiorem, nec mirum quia Aristoteles 2. cœl. 68. tribuit continuam, & indeficientem causam generationis, & corruptionis cœlo stellato, licet vicissitudinem illarum tribuat motui solis sub circulo obliquo 2. de Gen. 56.

**Vis attrahēdi materiā tribuitur astris.**

At alij addunt astris illius circuli uim attrahendi huiusmodi materiam, vt magnes ferrum, & forte vtraque ratio concurrit; & hinc patet cur talis congregatio nō fiat sub alijs astris: Nam illa non habent vim attradi, vel in nulla cœli parte est tanta stellarū numerus, & tanta soliditas, quanta est in hac parte, præsertim cum ille stellarum numerus

metus efficiat circulum perfectum, mundum cingens secundum longitudinem, vt faciunt coluri, ex quo primo fit ut Zodiacus ob sui rapiditatem dispergens halitum pellat illum extra Tropicos, & ideo versus Polos extenditur dispersus per illam partē, & sub illo circulo magis, quam alibi congregatur halitus.

Secundo, quia cum hic circulus non sit in vna parte cœli, sed totum orbem ambiat; necessario elacidet sub se halitum, ne possit dispergi: Hoc autem non conuenit alijs cœli partibus cum imagines sint hinc illacque, & quem congregat sub se, statim dispergitur, q non clauditur circulo, vt ibi.

Tertio, quia halitus sparsus p alias partes inclinatur & confluit ad illam partem tamquam ad sui vniersitatem, quæ cum continuo fiant continuo conseruatur lactis via.

Hinc patet cum non fiat congregatio sub orione, vel sub arcto, quia sibi non sunt huiusmodi astra, sic attrahentes, nec motus ex pellit halitus.

Ad secundam Confirm Respond. quidā etiam cometa sequitur stellam exquisite quando adest halitus multus sub stella, qui possit accendi. At quando non adest, & halitus primo accensus potest durare, habeatur alium post se, quem trahat ad sui nutrimentum, permanet cometa, sed retrocedens: At cum hic halitus sit in circulum dispersus, neq. vnquam deficiat, non potest retrocedere: Vnde etiam fit, vt & in Oriēte, & Occidente appareat eodem modo.

66 Cur cometa nō fiat intra Tropica, & galaxia feratur in sagittario, & geminis, nō

Ad tertiam Confirm. Respond. Aristotelē negare cometas fieri intra Tropicos, quia motus Zodiaci dispergit potius halitus, quā accedat, & probabile est illum ex quo fiunt cometæ, rapi à rarissimo, & tenuissimo in locū lactei circuli, & hinc ob causam dixit Arist. non fieri multos cometas, qui magna pars halitus in hoc absumitur: Neque obstat, quod ille circulus feratur in sagittario, & Geminis, quę sunt Zodiaci Imagines, Nam sicut mare diuisum facile putret, & coniunctum conseruatur 4. meteor. c. 2. ita eum ibi fit magna copia halitus totum circulum complens, non potest facile disgregari, præsertim cooperante illa cœli parte attrahente halitus, & congregante. Neq. placet quod alij dicunt non esse sub illis signis lacteum circulum quando sol est in illis signis; quia solis motu halitus disperditur, sole autem inde discedente renascitur, ablata causa disperdente halitum. Nā sol dictū est contra communē aliorum obseruationem dicunt semper permanere sm eamdem apparentiam, & ideo dicendum non posse ex motu Zodiaci tantā copiā disperdi: quin sē nouns accedat, & attrahatur à cœli parte.

27 Cur ignis nō absumat aerem.

Ad tertiam difficultatem Resp. ignem ex tanto exhalationis concursu, non posse adeo augeri, vt excedat proportionem necessariā inter elementa, vt vnum illud omnino absumat, tum quia cū sit valde rarus non est valde actiuus, tum quia licet sm quantitatem extensiuē sit maior comparatione terræ, ex qua fit, non tamen sm virtutem sm quam elementa inter se mutuo agunt, & repatiuntur Neque cometæ faciunt, sed significant siccitates; quatenus significant esse in aere copiam exhalationum crassiorum prope nos, vnde apud nos fit æstus, at halitus ex quo fit lac est a nobis remotissimus, & rarissimus: & ideo non habet tantam virtutem: sed aliqualem in nos.

28 Cur lacteus circulus non impediat aspectum sideruum.

Ad 4 diff. ex aspectu Resp. circulum lacteum, non obumbrare, vel occultare sydera superiora ob sui raritatem: sicut aer, qui præsertim hyeme est densior, non occultat sydera, nubes autem occultant ob ipsarum densitatem, & quandam opacitatem, quæ impedit luminis, & specierum transmissionem.

Ostēditur nō variari parallaxim in superioribus.

Ad confir. quæ est fundamentum Aduersariorum, vt Ptolom. in Almag. l. 9. c. 1. ostēdit Resp Primo hanc rōnem nō esse firmā in Planetis superioribus, quia ibi non est diuersitas aspectus, sed in inferioribus, in quibus Ptol. significat neq. esse sufficientem, dū refutat opinionem dicentium solem esse lunæ immediatum, & habere supra se mercurium, & Venerem, quod nunquam ab his Planetis fuerit visus solis defectus, quam rationem putat esse infimā addens *non haberi etiam in his Planetis, qui de loco cum sole contendunt diuersitatem aspectus sufficientem pro lite dirimenda*. Et ideo probat sium illorū ex excellentia solis cui debetur medius locus: Vnde ex Ptolom. in corporibus valde remotis non esse attendendam diuersitatē, vel indentitatem aspectus.

Nec variari inferioribus habentibus eūdem aspectū per vnā speciem.

Respon. 2. ex recentioribus Peripateticis tunc ex diuersitate aspectus colligi posse distantiam duorum corporum, qū illa corpora singula habent proprium aspectum, si quia non potest esse diuersitas aspectus inter illa, quorum est vnicus aspectus. Sed via lactea non habet proprium aspectum, quia est apparentia ex lumine illius orbis fracta in exhalationem motu eiusdem orbis incensam, quæ renouatur semper, vt corona: at huiusmodi apparentia non habet aspectum proprium, sed raprasentantem illam partē orbis; Nam via lactea non uidetur per aliam speciem, quam per speciem illius partes cœli, per quam terminatur vt patet ex alijs corporibus valde transparentibus. Et hinc fit vt via illa non existiens in cœli: sed in aere appareat esse in cœlo; Quomodo cæruleus color aeris apparet esse cœli supra sydera: sic vmbra quercus cernitur in terra, & in medio aere perspicuo, quia non habet speciem distinctam à terra.

Hinc fit vt uia lactea, & eius partes, quæ habent totum aspectum à cœlo, & eius partibus, vbiq. gentium eadem appareat, sicut quælibet cœli pars vbiq. eadem videtur.

Hinc patet cur luna appareat inferior hac via, quia scilicet est infra partes cœli, à qui-

à quibus lactea habet vt videatur, ſcilicet per ſpeciem illarum partium coeli.

## QVAESTIO
### Nona.

### *An coelo ſint differentiæ poſitionum ex natura rei.*

De hæc Ariſtoteles 2. coel. à 1. 7. ad 17. Auer. com. t 5. Alb. tract. 1. per totum D. Thom. t. 15. Am. quæſt. 1. artic. 1. Sax. quæſt. 4. Iand. quæſt. 5. ibidem Georg. Sax. quæſt. 2. 3. & 4. Conimb. cap. 2. quæſt. 5. idem Alb. de 4. coæuis par. 1. quæſt. 4. artic. 5. Aegid. 2. exam. à cap. 18. ad 20. Ang. l. 2. de prop. for. fol. 30. Venet. in ſum. de coel. cap. 13. Scalig. exer. 67. Ioannes Ferreus t. Aſtrol. natural. dial. 3. coſmograph. Plut. 2. de Placit. c. 10.

### ARTICVL. I.

#### *Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

1 Differentiæ poſitionū iex

PRimo Not. ex Ariſtotale cap. 2. & 4. de Inceſſ. anim. ſex eſſe differentias poſitionum, dexteram, & ſiniſtram; Ante, & retro; ſurſum, & deorſum, quas conſtat aliquibus conuenire ex natura rei, in quibus, ſcilicet ſunt partium diſtinctiones, & diuerſæ virtutes ex natura rei, & cauſæ; ex quibus illæ differentiæ ſumuntur, in aliquibus verò conuenire per quandam analogiam ad ea, quæ proprie illas habeat, &c.

Probatur ex Ariſtotele de motu anim. cap. 2. vbi ait has differentias poſitionum attendi, tum ex triplici dimenſione, tum ex 2. coel. 8. vbi vocat has differentias principia, vnde putat attendi ex diuerſis virtutibus, quæ ſunt in diuerſis partibus alicuius rei; Vnde in illis corporibus in quibus verè reperiuntur diuerſa illæ virtutes, ſunt ſimpliciter, & verè huiuſmodi poſitiones; & in alijs per reſpectum ad corpora habentia illas vere, & abſolutè.

2 Hæ per tres virtutes oſtēduntur; & hoc quidem in animalibus.

Secundo Not. ex eodem Ariſtotele loco cit. & alijs DD. tres eſſe virtutes, ſecundum quas attenduntur, ſcilicet virtutem motiuam, ſecundo ſenſitiuam. tertio Augmentatiuam; Nam ex virtute motiua, attenditur differentia ſecundum dexteram, & ſiniſtram; ex ſenſitiua ſecundum ante, & retro. Denique ex Augmentatiua ſecundum ſurſum, & deorſum.

Hoc autem patet ex animalibus perfectis; Nam in illis pars dextera dicitur in qua eſt principium motus localis; Nam licet principium remotum motus localis ſit pars poſterior cerebri, & Nuchæ per ſpondiles dorſi deſcendens, tamen proximum manifeſtatur in duobus lateribus, vt oſtendunt Inſtrumenta motus localis lateribus affixa, vt ſunt crura ad ambulandum, & alæ volandum; vertebra enim, ad pixides eorum, in quibus manifeſtatur vis motiua, habent in lateribus ſuas volubilitates, quorum laterum, quod habet fortiorem virtutem, dicitur pars dextera; oppoſitum verò dicitur ſiniſtra, quia ad illam partem eſt maior cordis influxus, & maior propinquitas Hepatis; ex quo redditur calidius, & fortius. Hinc in cellulæ matricis dextera, & in dextero teſticulo eſt uis generandi maſculum, & in ſiniſtro ius generandi foeminas. Vnde paſtores ligant teſticulum arietis ſiniſtrum, dum volunt vt generentur agni, & contra Hinc in coitu dicunt Medici ſeruandum eſſe ſitum mulieris, vt ſit talis, vt dexter teſticulus reſpiciat dexteram matricis partem, vt maſculus generetur, vt ſcilicet mulier pendeat ad dexteram partem dum recipit ſemen; contra verò ad generandas foeminas, quod ſi ſemen ex dextro teſticulo cadat in ſiniſtram cellulam, ſit maſculus effoeminatus, ſi verò ex ſiniſtro in dexteram ſit Virago. Hinc in ambulando præponitur pes dexter, & in operando manus dextera: Vide Ariſtotele 3. de part. anim. in cap. 4. & Galen. 7. Aphor. 44.

3 Vnde ſumitur pars anterior, & poſterior.

Tertio Not. ſicut ex virtute motiua ſumitur diuerſitas dextri, & ſiniſtri; ita ex parte ſenſitiua ſumitur anterior pars, & poſterior: Nam pars vbi eſt principium ſenſus, præſertim nobilioris, dicitur Anterior, vt oculi: quia licet organum, in quo ſit viſio, ſit neruus opticus exiſtens intra caput: tamen inſtrumenta quibus manifeſtatur vis ſentiendi, ſunt oculi; ideo facies in qua adſunt oculi dicitur pars anterior, & oppoſita ſcilicet dorſum dicitur poſterior.

Confirmatur quia principium omnium ſenſuum, eſt pars anterior cerebri, ſicut poſterior eſt principium motus.

Hinc patet eadem modo ſumendam eſſe differentiam ſuperioris, & inferioris partis ex virtute augmentatiua; Nam pars vnde eſt principium nutritionis, & augmenti dicitur ſuperior, vt in animalibus eſt caput, & in plantis radix, per quæ inſtrumenta attrahitur alimentum: oppoſita verò pars dicitur inferior, vt pedes in animal, & rami in plantis.

Vnde pars inferior, & ſuperior.

Hinc patet in animalibus eſſe propriè, & verè has poſitiones, quia in illis ſunt verè, & propriè principia ex quibus hæ poſitiones ſumuntur. In alijs verò, in quibus non ſunt huiuſmodi partium, & virtutum differentiæ, non ſunt

propriè huiusmodi positiones, & differentiæ, sed quando illis tribuuntur, sumuntur in ordine ad alia, & ver. gr. lapis dicitur dexter, vel sinister, quia est ad dexteram, vel sinistram partem animalis: Vnde lapis, qui dicitur dexter potest mutatione situs fieri sinister, & contra. Hæc autem Analogia sumi potest dupliciter, Primo ex situ, vt dictum est. Secundo ex representatione, vt Imaginis, & statuæ partes dicuntur dexteræ, quæ representant partem dexteram; quæ sinistram, sinistræ, & sic imagines, quæ apparent in speculo.

Et licet in animalibus sit hęc distinctio partium, & positio ex natura rei; tamen potest etiam reperiri alia denominatio respectiua sumpta ex ordine ad aliud, vt ex sessione ad dexteram Pontificis, vel Regis, quæ conuenit alicui ex officio, & hoc est variabilis, sicut est variabilis in rebus inanimatis.

4 Quarto Not. ex his positionibus dextrum, & sinistrum; ante & retro, conuenire animatis solum ex Inferioribus: sed supra, & infra dicunt conuenire etiam elementis, & inanimatis, vt illa dicatur in vniuerso superior ad quam fertur elementum leue, illa inferior ad quam fertur elementum graue, hinc in lapide illa pars dicitur sursum, quæ est versus locum elementi leuis, illa deorsum quæ versus elementum grauium. Hinc patet in homine deorsum, & sursum, vt sumuntur ex virtute nutritiua semper esse inuariabilia. Nam in quocumque situ constituatur homo, semper caput est sursum, & pedes deorsum. At vt sumuntur in ordine ad loca elementorum, caput potest dici deorsum aliquando, & pedes sursum, quando scilicet caput habet situm versus terram, & pedes versus ignem. Hinc patet 3. conceptum communem, quo radices plantarum dicuntur esse deorsum, & rami sursum fundari in denominatione sumpta harum positionum ex locis elementorum. Hinc Alb. tract. 1. cap. 4. reprehendit Pythagoricos, qui posuerunt dextrum, & sinistrum in cœlo ommittentes alias differentias positionis, quæ sunt priores sine quibus non potest esse dextrum, & sinistrum, quia anima motiua non potest esse sine vegetatiua, & sine sensitiua, cum animal moueatur per appetitum. Vnde in coelis, & in ostreis est sensus tactus, & gustus sine motu locali: cum non moueantur nisi motu constrictionis, & dilatationis: & plura ibi Alb.

*Ex his quæ cõueniũt animalibus quæ elementis.*

5 Quinta Not. in quibus hæ positiones sunt ex natura rei necessario exigere partes diuersarum virtutum: quæ licet aliquando distinguantur etiam secundum figuras: tamen hęc distinctio non est necessaria: Nam si homo esset figuræ circularis, & haberet easdem virtutes, quas nunc habet cum recta figura: adhuc haberet easdem differentias positionum ex natura rei distinctas: sed corpora, quibus huiusmodi differentiæ respectiue ad alia, siue animalia, siue loca elementorum conueniunt, non habent partes diuersarum virtutum.

*Hæ positiones ex natura rei exigũt partes diuersarũ virtutũ non tñ figurarum.*

Hinc sequitur in plantis non esse omnes has differentias positionum ex natura rei: quia in illis non est principium motiuum conueniunt, & sensitiuum, sed tantum nutritiuum.

Secundo sequitur in animalibus in quibus non est virtus motiua, non esse differentiam positionis dextri, & sinistri ex natura rei: sed alias illis inesse.

Tertio sequitur in animalibus perfectis differentias huiusmodi positionis sumi secundum tres animalis dimensiones Nam *sursum*, & *deorsum* sumitur secundum longitudinem, scilicet à capite ad pedes: dextrum, & sinistrum, secundum latitudinem, scilicet à latere ad latus, & penes profunditatem sumitur *Ante*, & *Retro*, scilicet à pectore ad dorsum.

*A quibus dimensionibus animaliũ hæ positiones sumantur.*

Quarto sequitur quomodo definiendæ sint huiusmodi differentiæ positionum in animatis penes dimensiones. Nam sursum dicetur, quod est principium longitudinis, deorsum vero quod est finis, ex hoc quod est principium augmenti, Nam si longitudo per se, & vt est in corpore animato consideretur; non est sursum principium longitudinis: sed potius quæcumque dimensio inter punctum, & punctum, quæ in continuo accepta sine latitudine dicitur linea. Nũc autem maior dimensio animati corporis, vt est quæ porrigitur à sursum in deorsum, quod oritur ex calore cordis, à quo sicut ab habente virtutem formatiuam, tota longitudo corporis producitur, quæ extensis tandiu durat, donec, durat virtus calidi extensiua, & aptitudo humidi radicalis, vt extendatur, cuius est etiam altera causa ducta ex qualitate nutrimenti, cuius partes crassiures descendunt ad nutrienda inferiora membra subtiliores ad nutrienda superiora vt Alb. loc. cit. cap. 4.

*Parum definitio.*

Dextra dicitur, quæ latitudinis principium in animatis: finis vero est sinistrum. Ante est profunditatis principium: Retro autem, quod est finis, & in vniuerso sursum, & deorsum sumuntur, secundum altitudinem Nam recessus à centro dicitur sursum: deorsum, vero est recessus peripheria coeli, in aliis vero sursum, & deorsum comparatiue, assignantur communiter; secundum quod sursum, & Deorsum sunt in vniuerso.

Difficultas manet de cœlo, an in eo sint huiusmodi differentiæ positionis, & quomodo

à quibus lactea habet vt videatur, ſcilicet per ſpeciem illarum partium cœli.

## QVAESTIO

### Nona.

### *An cœlo ſint differentiæ poſitionum ex natura rei.*

De hac Ariſtoteles 2. coel. à t. 7. ad 17. Auer. com. 15. Alb. tract. 1. per totum D. Thom. t. 15. Am. quæſt. 1. artic. 1. Sax. quæſt. 4. Iand. quæſt. 5. ibidem Georg. Sax. quæſt. 2. 3. & 4. Conimb. cap. 2. quæſt. 5. idem Alb. de 4. coæuis par. 1. quæſt. 4. artic. 5. Aegid. 2. exam. à cap. 18. ad 20. Ang. l. 2. de prop. ſor. fol. 30. Venet. in ſum. de coel. cap. 13. Scalig. exer. 67. Ioannes Ferreus 1. Aſtrol. natural. dial. 1. coſmograph. Plut. 2. de Placit. c. 10.

### ARTICVL. I.

#### *Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

1 *Differentiæ poſitionũ ſex.* PRimo Not. ex Ariſtotele cap. 2. & 4. de Inceſſ. anim. ſex eſſe differentias poſitionum, dexteram, & ſiniſtram: Ante, & retro; ſurſum, & deorſum, quas conſtat aliquibus conuenire ex natura rei, in quibus, ſcilicet ſunt partium diſtinctiones, & diuerſæ virtutes ex natura rei, & cauſæ; ex quibus illæ differentiæ ſumuntur, in aliquibus verò conuenire per quandam analogiam ad ea, quæ proprie illas habeat, &c.

Probatur ex Ariſtotele de motu anim. cap. 2. vbi ait has differentias poſitionum attendi, tum ex triplici dimenſione, tum ex 2. coel. 8. vbi vocat has differentias principia, vnde putat attendi ex diuerſis virtutibus, quæ ſunt in diuerſis partibus alicuius rei; Vnde in illis corporibus in quibus verè reperiuntur diuerſæ illæ virtutes, ſunt ſimpliciter, & verè huiuſmodi poſitiones: & in alijs per reſpectum ad corpora habentia illas vere, & abſolutè.

2 *Hæ per tres virtutes oſtẽduntur: & hoc quidem in animalibus.* Secundo Not. ex eodem Ariſtotele loco cit. & alijs DD. tres eſſe virtutes, ſecundum quas attenduntur, ſcilicet virtutem motiuam, ſecundo ſenſitiuam, tertio Augmentatiuam; Nam ex virtute motiua, attenditur differentia ſecundum dexteram, & ſiniſtram; ex ſenſitiua ſecundum ante, & retro. Denique ex Augmentatiua ſecundum ſurſum, & deorſum.

Hoc autem patet ex animalibus perfectis; Nam in illis pars dextera dicitur in qua eſt principium motus localis; Nam licet principium remotum motus localis ſit pars poſterior cerebri, & Nuchæ per ſpondiles dorſi deſcendens, tamen proximum manifeſtatur in duobus lateribus, vt oſtendunt Inſtrumenta motus localis lateribus affixa, vt ſunt crura ad ambulandum, & alæ volandum; vertebra enim, ad pixides eorum, in quibus manifeſtatur vis motiua, habent in lateribus ſuas volubilitates, quorum laterum, quod habet fortiorem virtutem, dicitur pars dextera; oppoſitum verò dicitur ſiniſtra, quia ad illam partem eſt maior cordis influxus, & maior propinquitas Hepatis; ex quo redditur calidius, & fortius. Hinc in cellulæ matricis dextera, & in dextero teſticulo eſt uis generandi maſculum, & in ſiniſtro ius generandi foeminas. Vnde paſtores ligant teſticulum arietis ſiniſtrum, dum volunt vt generentur agni, & contra Hinc in coitu dicunt Medici ſeruandum eſſe ſitum mulieris, vt ſit talis, vt dexter teſticulus reſpiciat dexteram matricis partem, vt maſculus generetur, vt ſcilicet mulier pendeat ad dexteram partem dum recipit ſemen; contra verò ad generandas foeminas, quod ſi ſemen ex dextro teſticulo cadat in ſiniſtram cellulam, ſit maſculus effoeminatus, ſi verò ex ſiniſtro in dexteram ſit Virago. Hinc in ambulando præponitur pes dexter, & in operando manus dextera: Vide Ariſtotele 3. de part. anim. in cap. 4. & Galen. 7. Aphor. 44.

Tertio Not. ſicut ex virtute motiua ſumitur diuerſitas dextri, & ſiniſtri; ita ex parte ſenſitiua ſumitur anterior pars, & poſterior: Nam pars vbi eſt principium ſenſus, præſertim nobilioris, dicitur Anterior, vt oculi: quia licet organum, in quo ſit viſio, ſit neruus opticus exiſtens intra caput: tamen inſtrumenta quibus manifeſtatur vis ſentiendi, ſunt oculi; ideo facies in qua adſunt oculi dicitur pars anterior, & oppoſita ſcilicet dorſum dicitur poſterior. 3 *Vnde ſumitur pars anterior, & poſterior.*

Confirmatur quia principium omnium ſenſuum, eſt pars anterior cerebri, ſicut poſterior eſt principium motus.

Hinc patet eadem modo ſumendam eſſe differentiam ſuperioris, & inferioris partis ex virtute augmentatiua; Nam pars vnde eſt principium nutritionis, & augmenti dicitur ſuperior, vt in animalibus eſt caput, & in plantis radix; per quæ inſtrumenta attrahitur alimentum: oppoſita verò pars dicitur inferior, vt pedes in animal, & rami in plantis.

Hinc patet in animalibus eſſe propriè, & verè has poſitiones; quia in illis ſunt verè, & propriè principia ex quibus hæ poſitiones ſumuntur. In alijs verò, in quibus non ſunt huiuſmodi partium, & virtutum differentiæ, non ſunt pro- *Vnde pars inferior, & ſuperior.*

propriè huiusmodi positiones, & differentiæ, sed quando illis tribuuntur, sumuntur in ordine ad alia, & ver. gr. lapis dicitur dexter, vel sinister, quia est ad dexteram, vel sinistram partem animalis: Vnde lapis, qui dicitur dexter potest mutatione situs fieri sinister, & contra, Hæc autem Analogia sumi potest dupliciter, Primo ex situ, vt dictum est. Secundo ex representatione, vt Imaginis, & statuæ partes dicuntur dexteræ, quæ representant partem dexteram; quæ sinistram, sinistræ, & sic imagines, quæ apparent, in speculo.

Et licet in animalibus sit hęc distinctio partium, & positio ex natura rei: tamen potest etiam reperiri alia denominatio respectiua sumpta ex ordine ad aliud, vt ex sessione ad dexteram Pontificis, vel Regis, quæ conuenit alicui ex officio, & hoc est variabilis, sicut est variabilis in rebus inanimatis.

4 Quarto Not. ex his positionibus dextrum, & sinistrum; ante & retro, conuenire animatis solum ex Inferioribus: sed supra, & infra dicunt conuenire etiam elementis, & inanimatis, vt illa dicatur in vniuerso superior ad quam fertur elementum leue, illa inferior ad quam fertur elementum graue, hinc in lapide illa pars dicitur sursum, quæ est versus locum elementi leuis: illa deorsum quæ versus elementum grauium. Hinc patet in homine deorsum, & sursum, vt sumuntur ex virtute nutritiua semper esse inuariabilia. Nam in quocumque situ constituatur homo, semper caput est sursum, & pedes deorsum. At vt sumuntur in ordine ad loca elementorum, caput potest dici deorsum aliquando, & pedes sursum, quando scilicet caput habet situm versus terram, & pedes versus ignem. Hinc patet 3. conceptum, communem, quo radices plantarum dicuntur esse deorsum, & rami sursum fundari in denominatione sumpta harum positionum ex locis elementorum. Hinc Alb. tract. 1. cap. 4. reprehendit Pythagoricos, qui posuerunt dextrum, & sinistrum in cœlo ommittentes alias differentias positionis, quæ sunt priores sine quibus non potest esse dextrum, & sinistrum, quia anima motiua non potest esse sine vegetatiua, & sine sensitiua, cum animal moueatur per appetitum. Vnde in coelis, & in ostreis est sensus tactus, & gustus sine motu locali: cum non moueantur nisi motu constrictionis, & dilatationis: & plura ibi Alb.

Ex his quæ cōueniūt animalibus quæ elementis.

5 Quinta Not. in quibus hæ positiones sunt ex natura rei necessario exigere partes diuersarum virtutum: quæ licet aliquando distinguantur etiam secundum figuras: tamen hęc distinctio non est necessaria: Nam si homo esset figuræ circularis, & haberet easdem virtutes, quas nunc habet cum recta figura: adhuc haberet easdem differentias positionum ex natura rei distinctas: sed corpora, quibus huiusmodi differentiæ respectiue ad alia, siue animalia, siue loca elementorum conueniunt, non habent partes diuersarum virtutum.

Hæ positiones ex natura rei exigūt partes diuersarū virtutū, non tñ figuratum.

Hinc sequitur in plantis non esse omnes has differentias positionum ex natura rei: quia in illis non est principium motiuum conueniunt, & sensitiuum, sed tantum nutritiuum.

Secundo sequitur in animalibus in quibus non est virtus motiua, non esse differentiam positionis dextri, & sinistri ex natura rei: sed alias illis inesse.

Tertio sequitur in animalibus perfectis differentias huiusmodi positionū sumi secundum tres animalis dimensiones Nam *sursum*, & *deorsum* sumitur secundum longitudinem, scilicet à capite ad pedes: dextrum, & sinistrum, secundum latitudinem, scilicet à latere ad latus, & penes profunditatem sumitur *Ante*, & *Retro*, scilicet à pectore ad dorsum.

A quibus mensionib. animaliū positiones mantur.

Quarto sequitur quomodo definiendæ sint huiusmodi differentiæ positionum in animatis penes dimensiones. Nam sursum dicetur, quod est principium longitudinis, deorsum verò quod est finis, ex hoc quod est principium augmenti, Nam si longitudo per se, & vt est in corpore animato consideretur: non est sursum principium longitudinis: sed potius quæcumque dimensio inter punctum, & punctum, quæ in continuo accepta sine latitudine dicitur linea. Nūc autem maior dimensio animati corporis, vt est quæ porrigitur à sursum in deorsum, quod oritur ex calore cordis, à quo sicut ab habente virtutem formatiuam, tota longitudo corporis producitur, quæ extensis tandiu durat, donec, durat virtus calidi extensiua, & aptitudo humidi radicalis, vt extendatur, cuius est etiam altera causa ducta ex qualitate nutrimenti, cuius partes crassiores descendunt ad nutrienda inferiora membra subtiliores ad nutrienda superiora vt Alb. loc. cit. cap. 4.

Parum definitio.

Dextra dicitur, quæ latitudinis principium in animatis: finis vero est sinistrum. Ante est profunditatis principium: Retro autem, quod est finis, & in vniuerso sursum, & deorsum sumuntur, secundum altitudinem Nam recessus à centro dicitur sursum: deorsum, vero est recessus peripheria coeli, in aliis vero sursum, & deorsum comparatiue, assignantur communiter; secundum quod sursum, & Deorsum sunt in vniuerso.

Difficultas manet de cœlo, an in eo sint huiusmodi differentiæ positionis, & quomodo

*In coelo hæ differẽtiæ vnde sumantur*

do,pro cuius explicatione, Not. 6. in coelo constitui tres dimensiones, à quarum punctis sumuntur hæ differentiæ,prima linea, super cuius puncta coelum mouetur, quæ dicuntur poli vnus Articus, Alter Antarticus: Altera linea est ab oriente in occidentẽ, cuius puncta sunt orientis,& occidentis; oriens vero, punctum æquinoctialis est à quo oritur æqualitas noctis, & diei vbique At oriens mutabile dicitur esse vbi quotidie oritur diuersis.

Tertia linea est à puncto meridiei ad pũctum oppositum;Punctorum autem terminantium lineam illam, vnus dicitur punctus medij coeli;Alter Angulus terræ,vbi duplex meridies vna vera, quæ est pũctus meridiei sole describente circulum æquinoctialem. Altera mutabilis in qua dicitur esse sol quotidie cum dicitur esse in meridie. Hic autẽ non accipiuntur oriens, & meridies mutabilia, sed vera:Nam illa non sunt determinata,sed quotidie variantur:& hæc considerantur,vt perpetuo manentia.

Dices cur non sunt aliæ differentiæ sumptæ a virtute generatiua. Resp.terminus,qui denominatur generari, non est at habẽs has differentias positionis, supponitur esse: sed cur non sumuntur à virtute appetitiua R. quia vis appetendi, quoad constitutionem harum, non est distincta à vi senciendi, & mouendi, neque ponuntur aliæ secundum vim intelligendi, quia est incorporea.

7 Not.7.ab Astrologis dici partes coeli circum illa sex pũcta habere diuersas virtutes vt colligunt ex sole,& alijs Planetis:quæ habent aliam potentiam in oriente: ac in occidente, alia in medio coeli ac in Angulo Terræ, & similiter aliam virtutem habent stellæ existentes circa vnum Polum,ac circa alium. Hinc Racemi siti versus orientem sunt dulciores, quam versus meridiem ob maiorem influxum solis, sic luna habet maiorem virtutem circa tumescentiam, & motum aquarum, dum est in puncto medij cœli, ac in puncto anguli Terræ, vel alibi, sic nobilior est virtus influens stellarum existentium in antartico quam in Artico.

*Planetæ habent diuersã virtutẽ in diuersis coeli partibus.*

8 Not. 8. Has differentias positionum aliter tribui coelo secundum Astronomos Poetas,& Geographos, seu Physicos:Nam Astronomi circa æquatorem habitantes considerantes motus stellarum, vertunt se ad æquatorem vbi motus est concitatior; Vnde dexterum cœli est illis occidens, & sinistrum oriens; At Poetæ, qui vt syderum occasus notent, vertunt se ad occidentem, dexterum dicunt esse ad septentrionẽ, & sinistrum ad austrum,seu meridiem.Geographis vero circa æquatorem existentibus, qui vt terræ situm ex altitudinine coeli describant, spectant in Polum Articum Dextrum est oriens, & sinistrum occidens, & hunc modum dicendi sequuntur Physici, alia oratione,scilicet ratione motus, & in hoc sensu quæstio hæc instituitur, vt notant Conimb. loc.cit. ex Ioachimo Foreio l.1. Instit.Astron. Maurolyco Dial. 1. cosmograph. Ægid. 2. Exam. a cap. 18. ad 21.

*Differentiæ paritionũ in coelo variæ ponũtur à varijs,*

Not.9. has differentias positionis pertinere tum ad prædicamentum quantitatis, cum sint termini dimensionum, at in eodem prædicamento sunt termini, & terminata: & dicuntur differentiæ positionis, quia quantitas dicitur habere positionem, tum alia ratione ad prædicamentum relationis, quia se mutuo respiciunt; Tum alia ratione dicuntur differentiæ loci 8. Phys. t. 64. & 4. Phys. cap.31 & licet t. coeli non loquatur nisi de differentia sursum, & deorsum; tamen nullibi negat alias etiam esse loci differentias, ex quibus contrarietates locorum sumuntur, sed meminit illarum, quia sunt primæ, & quia illæ ad suum propositum deseruiebant Nam dirigebat tractationem ad constitutionem vniuersi, in qua non aliæ differentiæ loci attenduntur; sed solum sursum, & deorsum, quæ sunt termini motum simplicium conuenientium corporibus simplicibus, ex quibus inferior pars mũdi constat. 9

*Hæ differentiæ positionũ ad quantitatis tantum pertinet prædicamentum*

## ARTICVLVS II.

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio negat in coelo esse huiusmodi differentias posionum ex natura rei, sed illi ab Aristotele tribui in ordine ad nos, & per quandam accommodationem & analogiam ad hominem, ita Nominales, vt Georg. 10

*Differentiã positionũ coelo non cõuenit ex natura rei,sed per analogiam.*

Hæc autem Analogia diuerso modo explicatur. Nam qui non sumunt earum diuersitatem ex triplici genere operationum, sed ex vno motu locali, vt respicit diuersa facile accommodant, quia dicunt in homine illa pers dicitur sursum, in qua residet virtus ad dirigendum motum, & quasi gubernaculum totius hominis, vt est caput.

Dextera vero vnde incipit motus, vt dictum est supra. Ante verò dicitur pars, virtus versus quam tendit motus, vt est hominis facies.

*Explicatur diuersitas huius analogiæ tripliciter.*

Hinc hæ tres differentiæ accommodantur coelo secundum quamdam proportionem; quia in coelo non sunt tria illa genera actionum vitalium: sed solum motus localis; non ab intrinseco, sed ab extrinseca intelligentia conueniens: vnde vt pateat Analogia, recolenda est Doctrina

posita supra Not. 6. de sex punctis, ex quibus fiunt tres dimensiones coeli; longitudo scilicet ab Antartico ad Articum, qui est prope Arturum.

Latitudo ab orientis puncto ad occidens. Denique profunditas à puncto meridiei ad Angulum Terræ, & his lineis addi debet alia, per quam diuiditur totum coelum in duo Hemisphæria, scilicet Superius, & inferius, quæ dicitur linea Horizontis, in qua linea potest assignari pars, in qua oritur sol, & alia stellæ respectu nostri, & in alia parte opposita, per quam occidunt nobis; & quia stellæ sunt præcipuæ partes coeli, & per illas nobis motus coeli innotescit, ideo punctum orientis dicitur pars dextera, quia respectu nostri ibi incipit oriri sol, & incipere suum motum, & punctum occidentis dicitur sinistra, quia vt in animali sinistra opposita secundum situm dexteræ, ita punctum occidentis opponitur puncto orientis, & quia in animali anterior pars versus quam tendit motus, ita nostrum Hemisphærium dicitur anterior. Deorsum & sursum attendi debet penes longitudinem, quæ est à Polis ad polum, quia in homine, & in vniuerso sic attenditur; ex quibus sursum est in Polo Antartico, & deorsum in polo Artico; siue quia ibi residet intelligentia ad gubernationem totius motus; siue quia linea hæc est regula totius motus diurni per quem nos in coelo distinximus cœteras differentias positionum; siue quia ibi sunt astra nobiliora, & digniora, ac ideo illis tribui debet positio nobilior.

Secundo Alij Analogiam explicant alia ratione; Nam dextera pars coeli ponitur, vt diximus ex ortu solis, & astrorum respectu nostri ex qua assignantur aliæ differentiæ; Nam si hominis pars dextera ibi collocetur, sinistra respondebit ex Occidentis parte, & facies circa nostrum Hemisphærium, & caput Polo Antartico, & pedes Artico, vt patet cuilibet se se in tali statu cōstituenti.

11 Tertio Alij explicant hanc analogiam ex triplici genere actionum vitalium, Nam sicut in animalibus longitudo attenditur penes augmentum, & principium augmenti dicitur supra; contra vero deorsum: ita in coelo principium longitudinis dicitur sursum, & est polus antarticus ob nobilitatem suorum syderum; contra vero Articus & sicut principium motus dicitur dextera pars; ita oriēs coelo, & vt principium cognitionis dicitur ante ita nostrum Hemisphaerium dicitur ante, quia obiecta ibi posita à nobis cognoscuntur; non autem, quæ sunt in alio Hemisphærio.

An partea quibus cōueniunt hæ differentiæ sint determinatæ an variabiles

Secundo Huius opinionis Auctores differunt in assignanda parte dextera coeli; Nam aliqui volunt illam non esse determinatam, sed variabilem iuxta variationem orizontum; respectu quorum non est idem oriens, & occidens, ita respectu illius est coeli pars dextera, & sinistra.

Hinc fit vt quæ pars coeli respectu vnius est dextera, respectu alterius fit sinistra; imò respectu eiusdem, vt quæ in oriente est dextera, in occidente sit sinistra.

At alij putant dexteram partem coeli esse determinatam, quia scilicet est oriens simpliciter, & non oriens secundum quid: dicitur oriens simpliciter pars vbi oritur sol in orizonte habitantium sub sphæra recta: seu, vbi oritur sol quando est in æquinoctiali, quando dies sunt æquales noctibus.

Tertio differunt in assignando motum respectu cuius debet attendi principium; Nam alij volunt debere attendi motum proprium cuiusque orbis, quia vnusquisque habet partem secundum quam oritur, & occidit nobis.

At alij putant attendendum esse motum diurnum, quia hic omnibus conuenit ex motu primi mobilis: Nam hic motus est magis notus vniuersalior, & certior.

Secunda Opinio est dicentium illas differentias positionum conuenire per se primo ex natura rei coelo immoto ob partes diuersarum naturarū, & influentiarū, quas cōtinet: coelis, verò mobilibus conuenire secūdario, vt .s. illa coeli pars sub qua est polus antarticus dicatur sursum: Pars verò sub qua est polus articus deorsum. At pars cœli dextra dicitur sub qua est sol, quando oritur habitantibus directe sub æquinoctiali, vbi dicitur esse ciuitas Arim; opposita verò pars dicitur sinistrum; Ante autem dicitur pars directa supra orizontem dictę Ciuitatis; opposita verò dicitur retro. Hanc putat probabilem Georg. & Angestus. 12

Tertia Opinio est dicentium has differentias conuenire cœlis mobilibus ex natura rei; ita Alb. loc. cit. c. 4. & 5. Angestus in fine q. Crem. fuse de motu cœl. sect. 1. 13

Quiputat cōuenire ex natura rei.

Triplex modus explicādi opinionē.

Sed non conueniunt in explicatione ipsius; Nam alij explicant hanc diuersitatem penes diuersos modos agendi eiusdem planetæ, vel stellæ existentis in alicuius loci oriēte; Occidente, medio cœli, & Angulo Terræ, quas differentias dicunt attendi penes loca imaginabiliter fixa, & in diuersis regionibus diuersa, & cum cœlis ex natura rei conueniat talis modus agendi, hinc dicendæ sunt tales differentiæ positionum sumi ex natura rei; ita Angestus in fine quæst.

At alij explicant illas differentias prouenire ex natura rei propter diuersitatem influentiarum prouenientium ab intelligentia mouente cœlum secundum diuersas partes ipsius cœli, Nam putant intelligentiam se habere in ordine ad cœlum, vt anima ad cor

Deor-

pus humanum: Nam sicut anima est in toto corpore, & singulis partibus tribuens diuersas operationes, & virtutes in diuersis partibus; ita intelligentia assistens toti cœlo, & cuilibet eius parti tribuit diuersis partibus diuersas virtutes, & operationes; & secundū hanc diuersitatem sumuntur differentię sex positionum.

Alij verò dicunt prouenire ex partium virtutibus, quas habent ex natura sua, Nam in orientalis cœli parte est dispositio quędā maior ad recipiendum motum; vnde ibi assistit intelligentia mouens, ex quo orientali puncto tribuitur ex natura, rei dextrum, quia sicut in animali pars vnde incipit motus est dextrum, ita, etiam in cœlo, & inde consequenter ponuntur alię differentiæ positionum.

14 Quarta Opinio est dicentium in cœlo ex natura rei non esse nisi vna positionis differentia. s. dextrum, & sinistrum, cæteras verò à nobis tribui per quandam accommodationem; ita Pythagoras apud Aristotelē, quæ mihi videtur probabilior, quam Aristotelis opinio; Nam cæteræ differentiæ nullum fundamentum habent in natura rei, cur cœlo tribuantur; Hæc vero habet aliquod fundamentum, dispositionem. s. recipiendi motum ex intelligentia ibi assistente; Neque obstant argumenta Aristotelis, dum, ex eo, quod, animalibus non possint conuenire dextrum. & sinistrum, absq. eo quod illis conueniant sursum, & deorsum, Ante, & retro, quia principium ex quo oritur dextrum, & sinistrum supponit principia ex quibus sunt aliæ differentiæ positionis; Non enim id obstat; Nam sicut in cœlo intelligētia est intellectus absque virtute vegetatiua, & sensitiua, sine quibus non est in homine virtus intellectiua ita, potest esse in coelo dextrum, & sinistrum absq. alijs differentijs positionis, Nam sicut in coelo est motus localis absque vegetatiuæ, & sensitiuæ actibus; ita potest esse differentia positionis sumpta, & fundata in motu locali, & non alia fundeta in vegetandi, & sentiendi actibus.

Dextrū, & sinistrū conuenire cœlo ex natura rei, nō tāreliquas ex Pyth contra Arist. defenditur.

Obiectio cō tra Pythag.

Dices cum Alb. & Aristotele t. 8. secundū Pythagoram, Sursum Ante, & dextrum ponuntur inter coordinationes boni, sicut illis opposita inter coordinationes mali, ergo quælibet earum differentiarum habet rationem principij primi in ordine suo, vt sursum est principium longitudinis; Ante est principium profunditatis, & dextrum principium latitudinis, sed in quolibet corpore sunt hæ tres dimensiones, ergo in quolibet debet esse earum principium.

Respond. ex eodem argumento probari in quolibet corpore v. g. lapide, &c. etiā debere poni has differentias positionis, quia in omni corpore sunt tres dimensiones, atque adeo principia illorum.

Dimensiones mathematicè, et physicè consideratę.

Respond. 2. dimensiones posse considerari mathematicè, & Physicè, & quidem. Primo modo termini earum dicuntur principia, vt lineæ est punctum, superficiei lineæ, & corporis est superficies, siue sint hæ dimēsiones in corporibus animatis, siue inanimatis.

At si Physicè considerentur principia sunt varia; Nam efficiens in animatis est anima vegetatiua, quæ auget corpus, secundum omnes dimensiones, & non solum secundū longitudinem, sed in inanimatis est causa producens illa, Nam non producit illa secundum aliquam vnam dimensionem, sed secundum omnes, Quod si quæratur dimensionum principia, vt sunt termini, vt principium dicatur id ex quo incipit dimensio, in rebus inanimatis non sunt determinata, quia ex qualibet parte potest sumi principium, vt commodum est mensuranti dimensiones: sed in animatis videntur aliqua ratione determinata, vt patet ex dictis ex conuenienti quadam ratione, sed præter dimensionem longitudinis, quæ incipit a parte per quam attrahitur cibus, vnde, corpus augetur, secundum omnem dimensionem non apparet ratio necessitans ponendi, vt principium profunditatis sit pars in qua sunt sensus, & latitudinis pars vnde incipit motus potius quam opposita, sed dicimus solum esse rationē quandam conueniētiæ, quia est nobilior pars.

Respond. 3. etiamsi in animatis sensibilibus ponantur huiusmodi principia dimensionum physice acceptarum, non tamen in alijs vt dictum est, atque adeo cœlum cum sit secundū propriā formam inanimatū nec participet rōem vegetādi, & sētiēdi, nō sunt ponenda determinata principia longitudinis, & profunditatis præserim cum ob eius, figuram circularem omnes lineæ ductæ ex vna parte circumferentie ad aliam sint æquales; solum posset accommodari proportionaliter ratio principij latitudinis, quatenus in eo, ponitur dextrum, & sinistrum, quod si Pythagoras dixit illud esse animatum, considerauit illud, vt compositū, ex orbe, & intelligentia, in quo composito est principium motiuum; non autem vegetatiuum, & sensitiuum, vt etiam cogitur Aristoteles ipse fateri dum ponit illud esse animatum, vt alibi ostendi, quod videtur attendisse Alb. loc. cit. c. 5. Quare etiam si ponatur dextrum, & sinistrum in cœlo non debent poni aliæ differentiæ.

Resp. 3 nō pōni in inanimatis.



## ARTICVL. III.

### *Opinio Authoris:*

15 In coelo sũt sex differentia positionis

PRima Conclusio. Sex differentiæ positionum ponuntur in cœlo secundũ sex puncta dimensionum in cœlo imaginatarũ, vt dicitur not.6. Nam sex differentiæ positionis ponuntur in animalibus perfectis, secundum diuersas potentias, & virtutes partium illius corporis, cui tribuuntur; sed partes cœli circa illa sex puncta existentes habent diuersas potentias, & virtutes, vt astrologi fatentur, & nos supra retulimus.

Oriens dicitur pars coeli dextera respectu nostri

Hinc oriens dicitur pars dextra, quia respectu nostri Hemispherij astra incipiunt moueri, & quia huic opponitur occidens, ideo hoc dicitur sinistra pars.

Secundo sequitur punctum meridiei dici ante in cœlo, quia motus incipiens ab oriente tendit in occidens per meridiem, sicut animal mouetur versus partem, quam respicit facies, quæ dicitur Ante. Hinc punctum oppositum puncto meridiei, quod est angulus noctis, dicitur retro ob oppositionem, quæ est inter hæc puncta.

Sic etiã sursum, & deorsũ secundũ polos.

Tertio sequitur sursum, & deorsum debere sumi secundum duos polos; quia differentiæ positionis in cœlo debent poni, secundum sex illa puncta, & cum quatuor differentiæ sint sumptæ, secundum alia puncta, sequitur sursum, & deorsum sumenda esse, secundum hæc puncta, quia non sunt alia.

Obiectio longitudo corporis ostenditur in linea longiori.

Dices sursum, & deorsum sumuntur in corpore secundum terminos longitudinis; sed in cęlo non est diuersitas hæc longitudinis; quia lineæ ductæ a circumferentia ad circumferentiam sunt coequales; ergo.

Conf. Climatum lõgitudo ab Oriẽte, & latitudo à polis mensuratur.

Confir. distantia de polo ad polum est latitudo, vt constat ex Astrol. & Aristot. 2. meteor. qui vocant longitudinem climatũ secundum processum ab oriente in occidens, & latitudinẽ de polo ad polum, ergo secundum polos non debet poni sursum, & deorsum, sed magis dextrum, & sinistrum.

Confir. 2. ex Auer. vbi sursum ait esse vbi est magis principium motus; At hoc non est in polis, sed magis circa æquinoctialem.

16 Confir. 3. quia in nobis sursum est nobilior pars vt est caput; ergo etiam in cœlo debet poni in parte nobiliori, cuius modi non est polus; sed potius Zodiacus, vbi sunt imagines fyderum, quem 1. de Gen. Aristoteles vocat circulum obliquum, vnde secundum illa signa, & planetas sumt maxima iudicia Astrologorum.

Nobilior coeli pars zodiacus.

Respond. longitudinem in coelo non poni propter lineam lõgiorem, vt probat argumentum; sed propter proportionem ad animal, & quia distantia de polo ad polum proportionatur distantiæ, quæ in animali est lõgitudo secundum sursum, & deorsum; ideo illa distantia in coelo dicitur longitudo proportio autẽ cõsistit, quod si fingatur homo circulariter moueri à dextra, axis illius motus esset à capite ad pedes, quod est sursum, & deorsum, quare in coelo circulariter motus poli, qui sunt termini axis, dicuntur sursum, & deorsum, & distantia inter illa dicitur longitudo.

Ad primam Confir. Respond. duplicem esse longitudinem, & latitudinem in cœlo; vnam quæ conuenit motui coelesti; Alteram quæ conuenit quantitati coelesti, vnde cum sumitur longitudo de polo ad polum; sumitur longitudo quantitatis, & latitudo ab oriente in occidens; latitudo motus attenditur de polo ad polum, & longitudo ab orientem occidens; nec mirandum est de tanta varietate, quia qualibet ars accommodat rerum denominationes ad suum finem.

Ad Conf. Lõgitudo, & latitudo alia quæ conuenit quantitati alia quæ motui coelesti,

Ad secundam Confir. principium sensationis posse accipi dupliciter. Primo secundum apparentiam, & sic in animali sursum est magis principium sensationis, quia sensus apparent maxime in capite; secundo secundum veritatem, & sic principium principale sensationis non est in capite, sed in corde, quod existit in medio; atque adeo non esse sursum; sed ex his nihil infertur pertinens ad cœlum; cum non moueatur per sensationem, ita Saxonia. Quæ doctrina vera est, sed non attingit mentem Auer. Nam Auerr. vocat sursum, non ex ratione principij augmentationis, sed ex ratione communi vniuersi, quæ attendit motum leuium, hac enim ratione caput dicitur sursum, & similiter coeli circulus maximus in quo dicitur esse intelligentia.

Ad Conf. Principia sẽsuum secundum apparẽtiam esse in capite: sed principale in corde.

Mens Auer. explicatur.

Ad tertiam Confir. Resp. Primo negando caput esse nobiliorem partem, quia cor est nobilius, quod est principium motus in animali, & inde dextrum in coelo, quia vbi incipit motus erit nobilior pars.

Ad 3. cor nobilius capite.

Respond. 2. negando consequentiam, quia ratione diuersa ponitur hæ differentiæ positionis in animali, ac in cœlo, quia in animali habetur respectus ad tria genera operationum vitalium; & in coelo ad vnum motum localem secundum diuersas illius rationes.

Secunda Concl. Polus antarticus ab Aristotele ponitur sursum, & Articus deorsum; tum respectu nostri; tum secundum se ratione maioris perfectionis. 17

Prima pars patet ex ratione Auerr. nam translata figura hominis in coelum, qui mi-

nu

2.Conclusio Cur Antarticus sursū, & Articus deorsum ex figura hominis.

na dextera posita in oriente, voluat coelum, versus nostrum Hemispherium, necessario caput illius hominis erit in Antartico, & pedes in Artico; At vt in homine caput est sursum, ita Antarticus in coelo, & sumpta est ex Aristotele, qui Axem dixit esse Atlantem sustinentem coelum,

Ex maiori perfectione illius partis, & nō ex motu vel principijs vitalium actionum.

Secunda pars probatur, quia hæc differētia positionis poni potest in Antartico, vel ex parte motus, & non quia non apparet quomodo illi poli deseruiant ad motum coeli differenter, cum vterq. polus sit terminus Axis, nec motus magis, est ad vnum quam alium; nec intelligentia est magis in vno, quam in alio, vel ex parte nutritionis, vel sensationis, & neque, quia huiusmodi operationes non sunt in cœlo, Vnde licet ex illis operationibus sumantur differentiæ positionis in animalibus, quia ibi sunt tales operationes; non tamen in coelo, vel propter differentiam, perfectionis partium, & ita sumi potest huiusmodi differentia ex proportionali ratione; quia sicut in homine perfectior pars, secundum multos, est caput, ita in coelo debet poni pars sursum perfectior ex illis quæ terminant longitudinem. At polus Antarticus est pars nobilior, quam Articus, ob plures, maiores, & perfectioris influentiæ stellas, quam in Artico.

Dices terra habitabilis magis est sita circa polum Articum, quam Antarticum, at hoc non nisi, quia coelum versus Articum est nobilius, & perfectius.

Confir. quia habitantibus in sphæra obliqua, articus dicitur eleuari per tot gradus, At hoc est esse sursum.

Terra non magis habitabilis circa artirum: quā antarticum.

Respond. 1. negando Terram magis habitari circa Articum quam Antarticum, cum in altero Hemispherio sint immensæ regiones, & ad huc non dum sit tota illa terrarū amplitudo cognita à nauigantibus.

Terra circa articum etiā si vt magis habitabilis: nō tn̄ est sub nobiliori cæli parte.

Resp. 2. etiam si terra sit magis habitabilis circa Articum; at negatur terram habitabilem esse versam circa nobiliorem partē primi mobilis, seu coeli stellati, etiam si sit versa versus nobiliorem partem orbium planetarum, nam diuerso modo assignatur sursum quoad stellatum coelum, & quoad orbes planetarum.

Vulgus sursum dicit, ꝙ ē supra nostrum caput

Ad Confir. eam denominationem non esse sumptam ex nobilitate maiori partiū, sed ex conceptu communi vulgarium, qui qui sursum dicunt quicquid eleuatur supra nostrum caput.

18
3.Concl. In coelorum eē fundamētum complctum denominationū ex differentijs positionis.

Tertia Concl. licet huiusmodi differentiæ positionis haberent aliquod fundamentum ex parte naturæ coelestium partium; non tamen est completum, nisi operatio intellectus accedat

Prima pars probatur ex diuersitate partium coeli, vt dicunt aduersarij super qua potest fundari aliqua diuersa denominatio.

Secunda pars probatur, quia etiā si in coelo sint partes diuersæ rationis, & perfectionis, tamen non est fundamentum sufficiens in illa diuersitate; vt vna pars sit sursum, & alia deorsum, &c. nisi comparatio intellectus accedat ad partes animalis, quæ proprie habent tales denominationes, cur enim perfectio poli Antartici fundat denominationem loci sursum, & non punctum meridiei; non est ratio in ipsa re, & ita de alijs, & licet oriens videatur fundare rationem dextri ob similitudinem inceptionis motus; tamen tum pars orientalis sit diuersa respectu diuersorum, non potest vlla, secundum se fundare illam rationem: Nam omnes partes habere deberent rationem dextri, Neque obstat, quod dicitur de oriente respectu sphæræ rectæ; quia etiam ibi est variatio nō solum ob motum coeli spiralem, sed etiam quia occidens nobis est oriens habitantibus in alio Hemispherio. Ex quibus satis constat nullam esse in coelo perfectionem, quæ secundum se sufficienter fundet rationem talis, vel talis differentiæ positionis, sed necessario ad fundandum talem rationem exigitur comparatio intellectus partium, & perfectionum coelestium ad partes, & perfectiones animalis.

Quomodo etiā in sphera recta sit variatio oriētis.

Confir. quia in cęlo nulla est pars per se primo mota, vel pars in qua oriatur stella cū coelum totum simul moueatur circa terrā, neque oriens est pars cui imprimitur motus: tum quia oriens illud est varium; tum quia virtus motiua applicatur immediate toti orbi, & si applicaretur parti vni determinatæ, illa potius esset linea æquinoctialis: Neque dicas cum land. partem dexteram dici, quæ habet astrum, quia intelligentia mouet coelum vt applicet astrū ad diuersas partes: tum quia astra sunt in diuersis partibus coeli; tum quia dextrum non dicitur id quod mouens intendit per motum, sed pars, quæ incipit motum, tum quia in primo mobili secundum opinionem recentiorum, non sunt astra; in quo tamen ponuntur hæ differentiæ positionis.

Fundamētū harum differentiarū nō ē qualibet virtus: sed triplex vitalis.

Confir. 2. quia tales differentiæ non fundantur in qualibet virtute influxiua, Nam alioquiin omnibus mixtis ætherogeneis deberent poni tales differentiæ positionum, sed fundantur super triplici virtute vitali, vt dictum est, sed in coelo nulla est ex illis virtutibus, vt de vegetatiua, & sēsitiua patet, & de motiua constabit infra, quia non est intrinseca; ergo ex diuersarum partium influxibus non potest sumi diuersitas differentiarum positionis.

19
In coelo nō sunt propriè ante, & retro; sed analogicè.

Quarta Concl. Sursum, & Deorsum, Antr, & Retro non sunt proprie in coelis: sed metaphorice per Analogiam ad hominem: patet ex dictis, quia in illo non sunt virtutes, & operationes, in quibus sunndantur hæ differentiæ positionis proprie acceptæ, Ergo nō possunt esse ille differētiæ propriè.

Ex

Ex quo sequitur tribui illis hæc nomina per quandam analogiam addifferentias, quæ ho mini conueniunt.

Cur motus non sit sufficiens fundamentum ad illas denominationes propriè.

Dices licet in coelo non sunt operationes reales; tamen est motus qui secundum diuersam rationem potest fundare diuersas differentias positionis, vt dictum est in prima opinione in primo modo explicandi. Sed contra, quia illa proportio non est sufficens, ad fundandas diuersas differentias positionis, vt dictum est: Nam neque est motus origo intrinseca vni parti, nec dirigens motum nisi intelligentia, & sicut nõ est origo motus intrinseca, ita neque est motus versus hanc partem potius, quam partem oppositam.

Confir. quia si impossibile non esset huiusmodi partium distinctio, & differentia positionis in animali neque possent poni in coelos ergo denominatio, quæ coelo tribuitur pẽdet a denominatione, quæ tribuitur animalibus præcipuè homini in ordine ad quem coelũ dicitur habere huiusmodi denominationem.

Quinta Concl. dextrum, & sinistrum cælo tribuuntur cum minori improprietate, quam coeteræ differentiæ positionis: Nam est maius fundamentum, & maior quædam proportio cum homine, vt fundetur talis denominatio: quia licet in coelo non sit determinatum vnum oriens, neque in sphæra obliqua, neque in recta, tamen respectu hominum ad quorum vtilitatem est ordinatus coeli motus, oriri dicitur sol, & occidere cum proprietate ergo respectu nostri incipit motus solis, & astrorum proprie, vbi primo nobis apparet.

Confir. quia Aristoteles ex hac differentia positionis infert alias.

## ARTIC. IV.

*Proponantur argumenta aduersariorum.*

PRimum quia coelum est animatum, ergo illi proprie conueniunt hæ nifferentiæ positionis,

Coelũ nõ est propriè: sed analogicè animatum, & Inde patet has differentias propriè non conuenire coelo.

20 Resp. ex dictis, coelum non esse proprie animatum: sed improprie, & per Analogiam ad animatum propriè, quia eius forma informans non est anima: sed vel simplex entitas completa mobilis, vel composita ex materia, & forma, quæ non est anima: sed dici sic ab Aristotel. 2. coel. 13. ob assistentiã intelligentiæ, quæ dat illi motum, vt ibi significat: *oportet autem ac si participarent actione, & vita* Vnde t. 6. *negat moueri ab anima cogente mouere sempiternum*, quia .s. anima si mouens laborat, & nullum violentum perpetuum.

Hinc 8. Physic. probat primum motorem esse à materia separatum, & infra, motum cæli esse velociorem in circumferentia, quia motor est magis ibi, quam alibi, tum negat motorem coeli, moueri per accidens.

2. Obiectio.

Secũdo in coelo nihil est casu, & fortuitu coestitutum, sed omnia certa lege, vt colligitur ex 1. coel. 22. sed in coelo est axis super quem fit motus: ergo hic est à natura constitutus: At termini Axis sunt duo poli: ergo hi poli sunt à natura determinati, nec alibi constitui possunt, & quia est in vna parte Homispherij nõ põst esse alterius, sed hi poli sunt sursum, & deorsum, tũ quia sũt termini longitudinis coeli cum linea diametralis transieos per centrum terræ sit talis lõgitudo. Tum quia vt ait Alex. quod inter se maxime distant locis, & situ, & non differũt, vt dextrum, & sinistrum, quia destrum est pars, à qua motus incipit: poli autem sunt immobiles, neq. differũt vt ante, & retro, Nam quæ mouentur secundum naturam mouentur in ante, ergo secundum sursum. & Deorsum.

Ex positione sursum, & deorsum facile determinari possunt coeteræ differentiæ: Nam supposito coelum volui supra Axem circa terram, & quod nunc incipiat volui à puncto A. & eodem reuoluatur, potest facere reuolutionem per B. vel per C. vt patet si figura aliqua circularis formetur cum prædictis litteris.

Quare vel natura constituit, vt nunc hæc Nunc illo modo fiat sine vlla ratione, & erit in coelo aliquid irrationabiliter, & casu constitutum, vel determinata via per quam fit motus: ergo erit pars dextera determinata, cum sit pars determinata ex qua incipit motus, & per consequens erit determinata pars sinistra, & præterea erit determinata pars anterior, Nam hæc dicitur, quæ antecedit in motu sicut posterior, quæ sequitur motum.

Resp. cum coelum sit circulare, & moueatur circulariter circa terram non habet partem vllam vnde incipiat motus: Nam secundum se totum, & singulas eius partes eodem tempore incipit moueri secundum se, & in ordine ad terram inde consequitur nullam esse determinatam partem, quæ sit dextera, vel sinistra, & idem multo magis dicitur de ante, & retro, de sursum, & deorsum: cum omnes lineæ sint æqualis longitudinis, quare non est cur linea à polo ad polũ sit longior, & non alia: Neque obstat quod Axis, & poli sint determinati: Nam inde non potest deduci conuenientia harum differentiarum ex natura rei, & propriè: sicut neque in alijs corporibus circulariter motis, in quibus est axis cum suis polis.

Sed contra quia sicut sunt diuersa genera animalium, ita sunt diuersi modi ponendi partem dextram, & sinistram, vt notat Arist. de incessu animalium c. 4. Nã in alijs sunt separatæ positione, vt quæ faciunt motum per partes instrumentales pedibus ambulando, &c. quædam, quæ corpore ipso

varijs

varijs inflexionibus ducto progrediuntur, vt lumbrici, erucæ, serpentes, in quibus est dextrum, & sinistrum, sed non manifestam, alia sunt, quæ vndique sunt dextra, vt quæ sunt figuræ orbicularis in acutum desinentes, vt purpuræ, & Buccini, vt ibi Aristoteles, & ob eam inquit rem, in ostreaceo genere, quæcumq. sunt turbinata vndique dextra sunt; quare in illis dextrum, & sinistrum sunt vnum re, & differunt ratione, & hac ratione ponuntur in cœlo.

Cur coelum potius in hac parte, quã illa moueatur

Resp. hanc difficultatem non habere locũ apud negantes coelo esse connaturalem motum circularem; Nam dici potest moueri potuis ex hac parte, quam illa ex prouidentia primæ causæ iuxta exigentiam finis, ad quem ordinauit vniuersum, quare coelum ex se non magis exigit moueri potius ad hanc partem, quam ad illam; quod confirmatur, quia secundum ponentes inferiores moueri duplici motu; sequeretur aliud esse dextrum poni in eodem, in ordine ad motum in circulo obliquo; Vnde eadem pars erit simul dextra, & sinistra, ex hoc autem apparet dextrum, & sinistrum non conuenire coelo ex natura rei. Nam idem pars esset nobilior, & ignobilior, & eidem patet de differentia positionis; Ante, & retro: Ex qua ratione reijcitur id quod ex Aristotele affertur de ostreaceis; quia etiam si in ostrraceis id dici posset eo quod esset in illis virtus motiua per proportionatum instrumentũ ad motum, quod instrumẽtũ potest esse in illis in qualibet parte corporis: tñ hoc non potest dici in cœlo, in quo non est virtus intrinseca ad motum actiua: sed tantum passiua, quæ est in omnibus partibus æque disposita ad recipiendum motũ eodem tempore: vt patet ex ratione motus, ex figuræ coelestis, vt dictum est supra.

Coelo etiã si sit connaturalis motus circularis nõ tamẽ quoad determinatã partem.

Resp. 2. ex opinione dicentium motum esse connaturalem coelo: quod ea connaturalitas consistit in ratione motus circularis in communi, quod autem fiat cum tanta, vel tanta celeritate, & versus hanc, vel illam partem, oritur ex voluntate motoris iuxta exigentiam vniuersi, sicut animali, perfecto est connaturalis motus progressiuus; sed quod sit versus hanc vel illam partem, & secundum alias circumstantias, oritur ex appetitu mouentis ob certum aliquem finem. ex quibus in coelo nihil esse fortuitũ, quia omnia gubernantur à motore ad certos fines ex quibus patet ad omnes probationes in argumento allatas.

22

3. Obiectio Partes debẽt eẽ ꝓportionatæ corpori, cui insunt.

Tertio obijcies partes debent poni in corpore iuxta exigentiam corporis: sed cœlum exigit rationem partium, quæ simul habeant contrarias differentias positionis in ordine ad diuersa, Nam ex natura circuli est vt in circumferentia nihil habeat distinctũ nisi ratione quoad ea, quæ ad motum attinent: nec mirum, quia idem punctum dicitur principium, & finis, ante, & retro, &c. sic eadem pars est Ante, & retro, sinistrum, & dextrum, vt ante, & retro identificãtur, in Polypo, sepia, loligine, & alijs mobilibus in quadrupedibus, apedis, & multipedis vniũtur ante, & sursum, quæ magis distant, & in plantis vniuntur sexus, & si Aristotili credimus etiam in Ape, quem Regem vocant.

Confir. nam Polus Australis ex natura rei est sursum; ergo, & aliæ differentiæ positionum debent conuenire ex natura rei, quia non est maior ratio vnius, quam alterius.

Anteced. probatur; Nam si non esset sursum, esset deorsum: At non est deorsum, quia sic coelum volueretur à sinistris contra experientiam: cum constet ortum syderũ nunc esse à sinistris, & contra naturam mot', qui est institutus à natura, vt fiat meliori modo; cum natura faciat id, & quod melius est: at melius est deorum, & ante, quam opposita eorum.

23

Quomodo partes dicantur proporsionatæ corpori cui insunt.

Resp. concedendo in vno quoq. corpore ponendas esse partes iuxta exigentiam naturæ illius, & idcirco in coelo non esse ponẽdas ex natura rei has differentias positionis; quia hæc exigit aliquam distinctionem in ordine ad motum, quam non possunt habere partes coeli, nec formaliter, nec virtualiter, vt ostensum est, cum omnes partes eodem tempore exigant moueri versus partẽ, quam illis constituit motor; Non quam ipsæ ex natura sua determinate, exigunt.

Neque obstat, quod dicitur de aliquibus animalibus: Nam in illis sunt quidem distinctæ partes, sed non est nobis manifesta distinctio, sicut est in alijs: Vnde Aristoteles dixit esse distinctas virtute: vt ostendat in alijs distingui virtute, & figura: At partes non possunt distingui virtute, nisi sint diuersæ, secundam dispositiones; alioqui haberẽt eamdem virtutem. Illa tñ diuersitas non est nobis manifesta ob paruitatem, & similitudinem aliquorum accidentium; quia est de ratione etherogeneitatis.

24

Quomodo polus australis, dicatur sursum.

Ad Confir. Resp. ex dictis patere polum Australem non habere rationem sursum ex natura rei: sed per accommodationem, & in ordine ad nos.

Ad Probationem Resp. quod nobis coelũ videtur à dextris in Hemisphęrio altero habitantibus apparebit à sinistris moueri sicut nobis videtur, quod illis oriatur sol à sinistra parte respectu nostri. Quare ex ratione motus, non potest deduci, quod hæ differẽtiæ cœlo conueniunt ex natura rei. Deinde quod coelum per partem hanc, vel illam suum motum conficiat, non est ex naturà coeli, quæ est vel indifferens ad motum circularem, vel si illum exigit, non determinat certam viam, vt dixi; sed totum oritur ex fine motoris, qui ordinat motus coelum ad vniuersi conseruationem. Et hinc natura facit, quod melius est circa naturas rerum vt sunt partes vniuersi; At coelo non est melius habere certam viam ex natura sua, sed se habere indifferenter, & determinationem

re-

recipere à motore, vt dictum est de corpore animato respectu motus progressiui.

4. Obiectio Quarto repugnat Aristot. qui has differentias putauit coelo conuenire ex natura coeli.

Resp. 1. Arist. non loqui absolute, sed côditionaliter; Nam hanc doctrinam explicauit, vt Pythagoræ opinionem refelleret, qui in coelo ponebat dextrum, & sinistrum ; & non alias differentias positionum : Vnde Arist. probat ex suppositione, quod hæ ponantur; debere poni alias, quæ sunt priores, vt t. 13. præsertim cum ipse existimaret coelum esse animatum; & illi conuenire motum localem, cum motus localis supponat reliquos motus ex alijs motibus prioribus Respond. 2. loqui quidem absolutè ; sed nunquam dixit has differentias propriè acceptas conuenire ex natura coeli ; sed simpliciter has differentias conuenire coelo, quod intelligitur per Analogiam, & similitudinarie; sicut illi côuenit esse animatum, ex quo deducit has differentias conuenire coelo, Immo si expresse diceret conuenire ex natura rei, debet explicari ex ratione fûdamenti remoti: sed insufficientis, & incompleti, &c.

# TRACTATIO Quinta.

## De proprietatibus, & perfectionibus Coelorum.

## QVAEST. I.

*De cœli incorruptibilitate.*

## DVBITATIO I.

*An cœlum sit corruptibile, secundum substantiam.*

### ARTICVLVS I.

**Explicantur termini. & sensus Quæstionis.**

De hac Aristoteles 2. coeli initio 1. coeli à tex. 101. vbi Albertus tractat. 4. per decê capita land 9.14. Saxonia q. vltima. Phil. à conf. 28 ad. 38. Conim. c. 39. Vrrad. disp. 1, de coel. sect. 5. & disp. 3. sect. 2. Picol. de Coel. cap. 27. sequentibu. Acchil. 1, de orbibus dubio 1. Pluthar. l. 2. de plac. cap. 4. Tho. 1. p. q. 66. artic. 2. vbi Bagnes, & alij.

Generabile, & corruptibile apud Arist côuersim dicuntur. PRimo Not. Corruptibilitatem, & Generabilitatem rerum se inuicem consequi, quia vt ostendit Aristote. omne ex natura sua generabile est corruptibile, & contra; vnde fit, vt quod non est ex natura sua generabile, neq; sit corruptibile, sed difficultas est, quid intelligitur nomine generabilis, & ingenerabilis, corruptibilis, & incorruptibilis.

Secundo Not. aliud est coelum esse factibile seu producibile ac aliud est coelum esse generabile, Nam esse factibile solum dicit, quod possit habere esse ab alio, sed esse generabile dicit habere hoc esse ab alio per trâsmutationem physicam ex præsupposito subiecto. Vnde res est generabilis per potêtiam passiuam intrinsecam, quæ potest subijci agenti ; sed res dicitur factibilis per solam potentiam extrinsecam agentis. præsupposita tamen non repugnantia ex parte rei producendæ, hinc etiam fit, vt res dicatur generabilis in ordine ad causas naturales, producibilis vero in ordine ad causas naturales, & supranaturales. Producibile nô est idê ac generabile.

Terzio Not. aliud est rem eê corruptibilem, aliud est rem esse annihilabilem, nam corruptibilis dicitur per potentiam passiuam intrinsecam, ex qua res constat, quæ cum sit capax plurium formarum potest ex vi agentium naturalium transmutari de vna forma in aliam, vnde compositum constans ex illa materia, & forma, dicitur corruptibile. Annihilabile verò dicitur, per potentiam extrinsecam agentis conseruantis, & potentis suspendere concursum absq. eo quod succedat ei terminus aliquis incôpossibilis, ex quo fit, vt substantia panis in Eucharistia non annichiletur, quia illi succedit substantia corporis Christi: Neque tamen dicitur illuminatum annihilari ex eo eo quod luminosum ob aliquod impedimêtum desinat conseruare lumen, tum quia ibi manet subiectum, tum quia annihilatio est subsistentium, sicut, & creatio. Quomodo autê dicatur productio luminis, vel eius desitio, non est hic locus disputandi; solet enim vocari alteratio perfectiua: generatio enim, & corruptio est propriè compositorum substantialium.

Incorruptibile dicitur quatuor modis. Quarto Not. in corruptibile quadrupliciter dici primo, quod habet eê à se, & nonpêdet ab alia causa, & hæc incorruptibilitas solum conuenit Deo. Secundo quod pendet quidem à causa conseruante, sed non habet principia physica illud componentia, quæ exigant corruptionem, quæ incorruptibilitas conuenit angelis; nam licet angeli ex natura sua pendeant à conseruante Deo libere, atque adeo possunt desinere esse, tamen non habent aliquod principium intrinsecum exigens illam desitionem, & ideo dicuntur ab intrinseco incorruptibiles & ab extrinseco defectibiles, seu annihilabiles.

Tertio dicitur incorruptibile, quod habet partes quidem physicas ex natura sua dissolubiles, tamen accidentali aliquo beneficio sunt indissolubiles, siue quia remouetur agens extrinsecum, siue quia à Deo conseruantur, siue quia additur aliqua qualitas, vt

cor-

corpora beatorum dicuntur fieri incorruptibilia per dotem incorruptibilitatis, & hæc non dicuntur incorruptibilia ab intrinseco, sed ab extrinseco.

Quarto quod habet partes physicas, sed ex vi agentis naturalis indissolubiles, quia cum constet ex materia determinata ad illã formam, & incapaci alterius, non habet principium intrinsecum exigens corruptionem; nulla enim res inclinatur per se ad corruptionem, sed solum per accidens, quatenus continet principium aliquod appeteris formam oppositam, & incompossibilem illi quam habet.

Quinto Not. cum constat cœlum non habere primam, & secundam rationem incorruptibilitatis, solum dubitari potest, an habeat tertiam, aut quartam rationem incorruptibilitatis extrinsecam, scilicet an intrinsecam.

4 Perpetuum, quot modis dicitur. Sexto Not. perpetuũ dici, dupliciter primo sm omnes partes, vt nihil eius corrumpetur, secundo ex parte principali cum cõsimili figura, & dispositione, qua ratione homo non est perpetuus, licet principalior eius pars sit perpetua, quia non semper retinet consimilem figuram, & dispositionẽ; mundus autem dicitur apud Aristotelem perpetuus, quia coelum est perpetuum, & retinet consimilem figuram, & dispositiones, etiam si in alias partes perpetuo mutetur, quare de coelo queri, potest quomodo sit perpetuum.

## ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

5 Coelũ ab intrinseco, qui putant. PRima Opinio est dicentium coelum ab intrinseco esse corruptibile, ita ferè omnes antiqui, vt Cratylus, Heraclitus cælestia, etiam putarunt esse in continuo fluxu: Empedocles, Anaxagoras, Democritus, Epicurei, Hisippus, Possidonius, Eleates Antipater, Zeno, & alij fusè Plato in thimeo & Zenonicas Sectas alumnus, ex oraculo Sybillæ lib. 2. apud Conimb. Hi tamẽ inter se diuisi sunt. Nam alij dicunt de facto corrumpi, & generari, alij vero cum Platone, quod nunquam corrumpetur ob Dei potentiam conseruantem, vt illi tribuit Arist. 1. coel. t. 102. sequitur Philoponus ad sextam rationem Procli ad mentem Platonis, contra Proclum, Porphyrium, & alios platonicos; sumpsit illam Plato à Stoicis apud Ciceronem lib. 2. de natura Deorum sequitur Lactantius de falsa religione cap. 12. Macrobius lib. 2. de Somnio Scipionis.

Ex Scholasticis. Bonauentura in 2. dist. 14. vbi Scotus q. 1. Cartusianus, & alij cum Magistro Hieronimus Magius lib. 2. de exustione mundi, Valles de sacra philos. c. 89. hanc docuisse videntur Patres qui dixerunt coelum compositum ex materia elementari, vt supra retulimus, licet cum Molina ex huius compositione negẽt, sequi corruptibilitatem, sequitur Pater noster Salmerin. to. 1. prolog. vlt. in 2. Petr. cap. 3. disp. 4. Martinus del Rio in cap. 2. Genes. Ascan. Martinẽgus tom. 1. in Gen. folio mihi 476. & 605. & 666. vnde multi ex patribus dixerunt aquas fuisse collocatas supra coelos, ad conseruãdos coelos, ne nimio calore dissoluerentur, quod nonnulli patres confirmant ex ratione creaturæ, cui non potest conuenire incorruptibilitas ex natura sua, sed Dei dono, ita vt etiam Angelos natura sua corruptibiles existimarunt, vt Damasc. 2. fid. cap. 3. & alij de quibus in materia de Angelis vbi dicta Patrum explicauimus intelligi non in ordine ad potentiam naturalem, sed absolutam Dei.

Hanc Opinionem sequuntur noui astronomi, qui dum Cometas, vel maculas solares aliaq. noua in coelis phœnomena conspiciunt, pronunciant per nouam generationem illa fuisse producta atq. ideo coelũ generabile, & corruptibile asserunt.

Secunda Opinio est dicentium coelum esse ex natura sua incorruptibile, non solũ ex defectu contrarij, sed etiam ex principio intrinseco, hanc docet Arist. 1. cœli à t. 20 & sequentibus sequuntur peripatetici, vt Albertus 1. p. de 4. coeuis q. 4. ar. 1. Alensis p. 2. quæst. 40. D. Tho. 1. p. quæst. 66. artic. 2. & in 2. d. 14. quæst. 2. vbi Bonauent. artic. 1. quæst. 1. ex Dionys. cap. 4. de Diuin. nom. Nissen. lib. de Hominis opificio cap. 1. & & Hieronym. in 65. in Isaia, & D. Gregor. lib. 11. Mor. cap. 5. Aug. lib. 4. de Ciuit. cap. 24. 6 Esse ab intrinseco incorruptibiles qui doceant.

Sequuntur Scholastici fere omnes etiã ex his qui ponunt Coeli materiam eiusdem rationis cum elementari vt Bonau. loc. cit. artic. 1. quæst. 1. & 2. & Molina 1. p. quæst. 3. art. 7. disp. 2. qui dicunt beneficio formæ esse incorruptibile.

Hi tamen inter se diuisi sunt; Nam aliqui volunt hanc incorruptibilitatem conuenire ab intrinseco ex parte formæ, eo quod forma informat materiam indissolubiliter, quia illius appetitum satiat, vel maximam vi resistendi, & propter hanc causam natura negauit coelestibus dispositionibus contrarias, per quas corrumpi possit, ita sentiunt, qui putant coelum constare ex Materia elementari, & tamen esse incorruptibile, quia ad saluandam incorruptibilitatem sufficit vna causa, quia actio corruptiua sequi non potest nisi positis omnibus requisitis ad illam, quod probant ex inferioribus in quibus, secundum vniuersitatem formarum diuersificatur cõpositorũ durabilitas, vnde sicut per certam conditionem formæ saluatur Diuturna incorruptibilitas, vt patet ex auro & lino incombustibili, quæ purgantur igne, non consumuntur, ita potest per perfectiorem conditionem, qua- 7 Incorruptibilitas coeli vnde prouenit quatuor modi explicandi.

lis est perfectio celestis formæ omnium corporearum perfectissima saluari perpetua incorruptibilitas Confir. quia non implicat Deum producere formam in materia elementari, non exigentem dispositiones, vel conseruationem ab agente naturali, & consequenter incorruptibilem ex vi agentis naturalis; Ergo ex compositione ex materia elementari, non sequitur necessario corruptibilitas, quare hic modus dicendi reuocatur ad opinionem dicentium, coelum esse incorruotibile ex defectu contrarij, vnde fit, vt eius informatio à nulla causa secunda possit corrumpi.

*Incorruptibilitas non oritur ex parte formæ nisi reddat materiam incapacē qualitatum alterantium.*

At alij secundo putant ex parte formæ non posse oriri incorruptibilitatem nisi quatenus reddit materiam incapacem qualitatem alterat luarum, & per consequens transmutationis, sed hoc non placet Angesto, nam si in inferioribus forma non potest impedire receptionem talium qualitatum etiam si sint illis contrariæ, multo minus formæ celestes, quibus huiusmodi qualitates sunt neutræ, idest nec contrariæ, nec connaturales, quare per receptionem illarum non fierent cœli corruptibiles Confirmatur, quia vel qualitates cœlorum sunt contrariæ qualitatibus elementaribus, & erunt eiusdem generis, quia contraria sunt in eodem genere, æque adeo erit inter illas mutua actio, vel non sunt contrariæ, & non possunt impedire actionem aliarum circa subiectum capax, quia non resistunt, cum resistentia sit respectu contrarij, vnde sequitur posse coelum habere proximā dispositionem; ver. gr. ad ignem, & non consequi formam ignis contra ordinem à natura statutum, & licet Angestus l. 2. proposs. 5. d. 2. conetur probare oppositum, non tamē probabiliter, vt alibi, neque dictas resistentiam oriri immediate à forma substantiali, quia cum sit virtutis finitæ non potest resistere tam multis agentibus naturalibus, & tanto tempore, quin tandem vincatur.

*Incorruptibilitas oritur ex forma, vt sentiat appetitū materiæ.*

Tertio alij dicunt oriri ex parte formę, quatenus est satians appetitum materiæ, quæ per consequens non appetit aliam, appetitus autem aliarum formarum est caussa corruptionis compositi præsentis, sed neque placet Angestorum quia appetitus materiæ est indifferēs ad omnes, ergo per nullam satiari potest, nisi sit forma continens formalr er perfectionem omnium, tum quia satietas illa orjretur à pfectione supremæ formæ, at anima rationalis est perfectior qualibet cœli forma.

*Incorruptibilitas oritur ex parte naturæ.*

Quarto alii dicunt coeli incorruptibilitatem oriri ex parte materiæ ex natura sua determinata ad formam vnius speciei coelestis, & incapacis plurium formarum diuersæ speciei est omnium qui ponunt in cœlo materiam diuersæ rationis ab elementarij.

Tertia opinio est dicentium vtramque opinionem esse probabilem, quia vtriusq. partis rationes solui possunt, vnde etiam putant vtramque opinionem salua fide ad fine erroris periculo, ac temeritatis, vlliusque grauioris censurę nota defendi posse, vt patet ex Doctoribus, qui de re tractant, inter quos nemo alterius partis opinionem damnat, vt censura dignam, nam licet aliqui ex patribus dicant coelos natura sua esse corruptibiles, tamen non significant pertinere ad fidem, nec illam deducunt ex principijs fidei, sed ex principijs philosophiæ Platonicæ, & licet significent esse scripturæ aliqua ratione consentaneum quatenus inde colligunt esse ex materia elementari, tamen cum videant oppositam sententiam esse magis communem apud scholasticos, & melioribus rationibus comprobatam numquā suam ipsorum sententiā tamquam de fide docuerunt, quod etiam D. Tho. obseruauit circa materiam coelorum. Tamnerus 1. p. disp. 6. q. 2.

## ARTIC. III.

### *Opinio Auctoris:*

PRima Concl. cœlum secundum se totū est incorruptibile prob. quia sicut elementa sunt incorruptibilia sm̄ se tota, quia sunt necessaria ad constitutionem totius, ita debent esse coeli, qui sunt æquè vel magis necessarij ad vniuersi conseruationem. 9

*Coelū secūdū se totum est incorruptibile.*

Secunda Conclusio cœlum est incorruptibile etiam quo ad partes; primo ex consensu omnium Philosophorum, quia licet aliqui dicant esse corruptibile ab intrinseco, tamen adhuc esse incorruptibile ab extrinseco docent.

Secundo ex Aristot. 1. cœl. t. 20. quia tot annorum seculis nulla facta est mutatio corruptiua in cœlis, neque quoad substantiam, neque quoad motum, neque quoad figuram astrorum, nam quæ à Plinio, & alijs referuntur de cœli mutationibus, quales fuerint dicetur infra. Hoc autem non potest contingere, nisi fuisset incorruptibile. Confirmatur, quia omnes nationes ex Aristot. cœlum dicunt esse sedem Dei. At locus debet proportionari locato, quoad incorruptibilitatem, nam aliqui sic posset Deus immortalis remanere sine loco, ac sede, quod argumentum tantum, apud Ethnicos habuit vim, vt dicerent esse coeterna Deum, & cœlos, & licet ante mundi creationem fuerit Deus in se ipso nullo indigens, iam vbi decreuit creare mundum probabilius est omnia creasse iuxta exigentiam finis. Cum igitur cœlum sit creatum, vt esset, sedes Dei debuit illum creare incorruptibile vnde cum de coelo Empyreo omnes fateantur esse incorruptibile, idem dicere debent de omnibus, vt seruetur consonantia inter omnes coelos, ex qua ratione Pauesius apud Per. q. p. l. 2. Gen. colligit cum simplicio cœlum esse ex natura sua incorruptibile; quia sicut

*Est incorruptibile, quoad partes.*

corpora beatorum dicuntur fieri incorruptibilia per dotem incorruptibilitatis, & hæc non dicuntur incorruptibilia ab intrinseco, sed ab extrinseco.

Quarto quod habet partes physicas, sed ex vi agentis naturalis indissolubiles, quia cum constet ex materia determinata ad illá formam, & incapaci alterius, non habet principium intrinsecum exigens corruptionem: nulla enim res inclinatur per se ad corruptionem, sed solum per accidens, quatenus continet principium aliquod appeteris formam oppositam, & incompossibilem illi quam habet.

Quinto Not. cum constat cœlum non habere primam, & secundam rationem incorruptibilitatis, solum dubitari potest, an habeat tertiam, aut quartam rationem incorruptibilitatis extrinsecam, scilicet an intrinsecam.

4 Sexto Not. perpetuū dici, dupliciter primo sīn omnes partes, vt nihil eius corrumpetur, secundo ex parte principali cum cōsimili figura, & dispositione, qua ratione homo non est perpetuus, licet principalior eius pars sit perpetua, quia non semper retinet consimilem figuram, & dispositioné; mundus autem dicitur apud Aristotelem perpetuus, quia coelum est perpetuum, & retinet consimilem figuram, & dispositiones, etiam si sīn alias partes perpetuo mutetur, quare de coelo quæri, potest quomodo sit perpetuum.

*Perpetuum, quot modis dicitur.*

## ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

5 Prima Opinio est dicentium coelum ab intrinseco esse corruptibile, ita ferè omnes antiqui, vt Cratylus, Heraclitus cælestia, etiam putarunt esse in continuo fluxu: Empedocles, Anaxagoras, Democritus, Epicurei, Hisippus, Possidonius, Eleates Antipater, Zeno, & alij fusé Plato in thimeo & Zenonicas Sectas alumnus, in oraculo Sybillæ lib. 2. apud Conimb. Hi tamé inter se diuisi luna. Nam alij dicunt de facto corrumpi, & generari, alij vero cum Platone, quod nunquam corrumpetur ob Dei potentiam conseruantem, vt illi tribuit Arist. 2. coel. t. 102. sequitur Philoponus ad sextam rationem Procli ad mentem Platonis, contra Proclum, Porphyrium, & alios platonicos; sumpsit illam Plato à Stoicis apud Ciceronem lib. 2. de natura Deorum sequitur Lactantius de falsa religione cap. 12. Macrobius lib. 2. de Somnio Scipionis.

*Coelū ab intrinseco, qui putent.*

Ex Scholasticis. Bonauentura in 2. dist. 14. vbi Scotus q. 1. Cartusianus, & alij cum Magistro Hieronimus Magius lib. 2. de exstructione mundi, Valles de sacra philos. c. 89. hanc docuisse videntur Patres qui dixerunt coelum compositum ex materia elementari, vt supra retulimus, licet cum Molina ex huius compositione negét, sequi corruptibilitatem, sequitur Pater noster Salmerin. to. 1. prolog. vlt. in 2. Petr. cap. 3. disp. 4. Martinus del Rio in cap. 2. Genes. Ascan. Martinégus tom. 1. in Gen. folio mihi 476. & 605. & 666. vnde multi ex patribus dixerunt aquas fuisse collocatas supra coelos, ad conseruādos coelos, nc nimio calore dissoluerentur, quod nonnulli patres confirmant ex ratione creaturæ, cui non potest conuenire incorruptibilitas ex natura sua, sed Dei dono, ita vt etiam Angelos natura sua corruptibiles existimarunt, vt Damasc. 2. fid. cap. 3. & alij de quibus in materia de Angelis vbi dicta Patrum explicauimus intelligi non in ordine ad potentiam naturalem, sed absolutam Dei.

Hanc Opinionem sequuntur noui astronomi, qui dum Cometas, vel maculas solares aliaq. noua in cœlis phœnomena conspiciunt, pronunciant, per nouam generationem illa fuisse producta atq. ideo coelū generabile, & corruptibile asserunt.

Secunda Opinio est dicentium coelum esse ex natura sua incorruptibile, non solū ex defectu contrarij, sed etiam ex principio intrinseco, hanc docet Aristot. 1. cœli à t. 20 & sequentibus sequuntur peripatetici, vt Albertus 1. p. de 4. coeuis q. 4. ar. 1. Alensis p. 2. quæst. 40. D Th. 1. p. quæst. 66. artic. 2. & in 2. d. 14. quæst. 2. vbi Bonauent. artic. 1. quæst. 1. ex Dionys. cap. 4. de Diuin. nom. Nissen. lib. de Hominis opificio cap. 1. & & Hieronym. in 65. in Isaia. & D. Gregor. lib. 11. Mor. cap. 5. Aug. lib. 4. de Ciuit. cap. 24. 6

*Esse ab intrinseco incorruptibiles qui doceant.*

Sequuntur Scholastici fere omnes etiā ex his qui ponunt Coeli materiam eiusdem rationis cum elementari vt Bonau. loc. cit. artic. 1. quæst. 1. & 2. & Molina 1. p. quæst. 3. art. 7. disp. 2. qui dicunt beneficio formæ esse incorruptibile.

Hi tamen inter se diuisi sunt: Nam aliqui volunt hanc incorruptibilitatem conuenire ab intrinseco ex parte formæ, eo quod forma informat materiam indissolubiliter, quia illius appetitum satiat, vel maximam vi resistendi, & propter hanc causam natura negauit coelestibus dispositiontbus contrarias, per quas corrumpi possit, ita sentiunt, qui putant coelum constare ex Materia elementari, & tamen esse incorruptibile, quia ad saluandam incorruptibilitatem sufficit vna causa, quia actio corruptiua sequi non potest nisi positis omnibus requisitis ad illam, quod probant ex inferioribus in quibus, secundum vniuersitatem formarum diuersificatur cōpositorū durabilitas, vnde sicut per certam conditionem formæ saluatur Diuturna incorruptibilitas, vt patet ex auro & lino incombustibili, quæ purgantur igne, non consumuntur, ita potest per perfectiorem conditionem, qua- 7

*Incorruptibilitas coeli vnde proueniat quatuor modis explicandi.*

lis

lis est perfectio celestis formæ omnium corporearum perfectissima saluari perpetua incorruptibilitas Confir. quia non implicat Deum producere formam in materia elementari, non exigentem dispositiones, vel conseruationem ab agente naturali, & consequenter incorruptibilem ex vi agentis naturalis; Ergo ex compositione ex materia elementari, non sequitur necessario corruptibilitas, quare hic modus dicendi reuocatur ad opinionem dicentium, coelum esse incorruptibile ex defectu contrarij, vnde fit, vt eius informatio à nulla causa secunda possit corrumpi.

*Incorruptibilitas non oritur ex parte formæ nisi reddat materiam incapacē qualitatum a itertantium.*

At alij secundo putant ex parte formæ non posse oriri incorruptibilitatem nisi quatenus reddit materiam incapacem qualitatem alteratiuarum, & per consequens transmutationis, sed hoc non placet Angesto nam si in inferioribus forma non potest impedire receptionem talium qualitatum etiam si sint illis contrariæ, multo minus formæ celestes, quibus huiusmodi qualitates sunt neutræ, idest nec contrariæ, nec connaturales, quare per raceptionem illarum non fierent cœli corruptibiles Confirmatur, quia vel qualitates cœlorum sunt contrariæ qualitatibus elementaribus, & erunt eiusdem generis, quia contraria sunt in eodem genere, æque adeo erit inter illas mutua actio, vel non sunt contrariæ, & non possunt impedire actionem aliarum circa subiectum capax, quia non resistunt, cum resistentia sit respectu contrarij, vnde sequitur posse coelum habere proximā dispositionem; ver.gr. ad ignem, & non consequi formam ignis contra ordinem à natura statuium, & licet Angestus l.2.proposs.5. d.2. conetur probare oppositum, non tamē probabiliter, vt alibi, neque dicas resistentiam oriri immediate à forma substantiali, quia cum sit virtutis finitæ non potest resistere tam multis agentibus naturalibus, & tanto tempore, quin tandem vincatur.

*Incorruptibilitas oritur ex forma, vt sentiat appetitū materiæ*

Tertio alij dicunt oriri ex parte formę, quatenus est satians appetitum materiæ, quæ per consequens non appetit aliam, appetitus autem aliarum formarum est causa corruptionis compositi præsentis, sed neque placet Angesto tum quia appetitus materiæ est indifferēs ad omnes, ergo per nullam satiari potest, nisi sit forma continens formaliter perfectionem omnium, tum quia satietas illa orjretur à pfectione supremæ formæ, at anima rationalis est perfectior qualibet cœli forma.

*Incorruptibilitas oritur ex parte naturæ.*

Quarto alii dicunt coeli incorruptibilitatem oriri ex parte materiæ ex natura sua determinata ad formam vnius speciei coelestis, & incapacis plurium formarum diuersæ speciei est omnium qui ponunt in cœlo materiam diuersæ rationis ab elementarij.

Terza opinio est dicentium vtramque opinionem esse probabilem, quia vtriusq. partis rationes solui possunt, vnde etiam putant vtramque opinionem salua fide ac sine erroris periculo, ac temeritatis, vlliusque grauioris censurę nota defendi posse, vt patet ex Doctoribus, qui de re tractant, inter quos nemo alterius partis opinionem damnat, vt censura dignam, nam licet aliqui ex patribus dicant coelos natura sua esse corruptibiles, tamen non significant pertinere ad fidem, nec illam deducune ex principijs fidei, sed ex principijs philosophiæ Platonicæ, & licet significent esse scripturæ aliqua ratione consentaneum quatenus inde colligunt esse ex materia elementari, tamen cum videant oppositam sententiam esse magis communem apud scholasticos, & melioribus rationibus comprobatam numquā suam ipsorum sententiā tamquam de fide docuerunt, quod etiam D. Tho. obseruauit circa materiam coelorum. Tamnerus t.p.disp.6.q.2.

## ARTIC. III.

### *Opinio Auctoris:*

PRima Concl. cœlum secundum se totū est incorruptibile prob. quia sicut elementa sunt incoruptibilia sēn se tota, quia sunt necessaria ad constitutionem totius, ita debent esse coeli, qui sunt æquè vel magis necessarij ad vniuersi conseruationem. 9

*Coelū secūdū se totum est incorruptibile.*

Secunda Conclusio cœlum est incorruptibile etiam quo ad partes; primo ex consensu omnium Philosophorum, quia licet aliqui dicant esse corruptibile ab intrinseco, tamen adhuc esse incorruptibile ab extrinseco docent.

Secundo ex Aristot. 1.cœl.t. 20. quia tot annorum seculis nulla facta est mutatio corruptiua in cœlis, neque quoad substantiam, neque quoad motum, neque quoad figuram astrorum, nam quæ à Plinio, & alijs referuntur de cœli mutationibus, quales fuerint dicetur infra. Hoc autem non potest contingere, nisi fuisset incorruptibile. Confirmatur, quia omnes nationes ex Aristot. cœlum dicunt esse sedem Dei. At locus debet proportionari locato, quoad incorruptibilitatem, nam aliqui sic posset Deus immortalis remanere sine loco, ac sede, quod argumentum tantum, apud Ethinicos habuit vim, vt dicerent esse coeterna Deum, & cœlos, & licet ante mundi creationem fuerit Deus in se ipso nullo indigens, iam vbi decreuit creare mundum probabilius est omnia creasse iuxta exigentiam finis. Cum igitur cœlum sit creatum, vt esset, sedes Dei debuit illum creare incorruptibile vnde cum de cœlo Empyreo omnes fateantur esse incorruptibile, idem dicere debent de omnibus, vt seruetur consonantia inter omnes coelos, ex qua ratione Pauesius apud Per.q.p.l.2.Gen.colligit cum simplicio cœlum esse ex natura sua incorruptibile, quia 7

*Est incorruptibile, quod partes.*

sicut

sicut si fuisset corrumpendum, natura non recte illud produxisset incorruptibile, ita cum non sit corrumpendum non recte fuisset productum natura corruptibile: neque obstat exemplum hominis producti, cum incorruptibilitate extrinseca conseruanda sub conditione obseruationis præcepti, quo non seruato priuilegium incorruptibilis amisit, & ideo natura factus est corruptibilis, quare hoc exemplum fauet nobis.

Confirm. 2. figura sphaerica est necessaria coelo ob motum ergo in illo statu debuit creari, in quo nō potuerit carere tali figura, sed si esset corruptibile facile per alterationem potuisset illam commutare auctione, vel diminutione vnius partis.

Dices etiam si nunquam visa sit mutatio, tamen non inde rectè colligitur esse incorruptibile, quia in regione ignis non apparet nobis, & tamen constat, esse corruptibile, tum quia potest defendi à corruptione propter aliquam vim maximè resistentem. id est extrinsecè per cōseruationem Dei extrinsecam.

Resp. ideo hoc argumentum est tantum probabile, nam licet in regione elementari ignis non appareat mutatio, apparet tamen in hoc existente supra terram, qui eiusdem speciei est cum illo, & neque dicendum est Deum conseruare res contra propriam naturam, nisi ex vrgenti ratione, quare si voluit facere ne coelum corrumperetur quam melius est dicere, quod illud fecerit incorruptibile ex se. Resp. recentiores negando antecedens ob illas quas infra afferemus mutationes in coelo apparentes, & ideo existimo hoc argumentum non vrgere recentiores, quia difficile est probare positiue illas mutationes non fuisse in coelo, sed solū negatiue quatenus negari potest fuisse in coelo soluendo argumenta aduersariorum.

[...]robatur fu[...]s ex patri[...]

Secundo probatur ex Patrib. qui asserunt cœlum esse incorruptibile, vt dicit Hier. in id. Isa. 51. *sicut fumus liquescent*, & cap. 69. *Ecce Ego creo cœlum nouum*, & Greg. 17 mor. c. 15. vbi secundum substantiam ait duraturos perpetuo, & mutationem, soluturos secundum aliqua accidentia. Idem Augu. loc. cit. vide alios patres apud Tamnerum 1. p. d. 9 a. d. 6. & colligo ex scriptura, quæ eodem modo de cœlis ac de Angelis dicit statuisse in æternum. Vnde Psal. 148. *statuit* ea i. Angelos, & cœlos, *in æternum, & in sæculum sæculi* confir. ex psal. 88. *Thronus eius, vt sol in conspectu meo, sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo*, fidelis vbi apparet æternitatem regni cœlestis comparari æternitati solis, & lunæ.

Tertio probatur, quod est principium naturæ corruptibilis illamq. conseruans nō debet esse corruptibile, sed incorruptibile, alioqui deberet dari alia causa in natura illud conseruans saltē in specie. Sed cœlū est principium naturæ inferioris, quæ est corruptibilis, vt patet ergo debet esse incorruptibile, sed obijcit Basil. lib. 1. de cœlo int. 5. tic. 2. cor cōseruat cæteras partes animalis, & tamē est corruptibile, & indiget alimento præparato a stomacho, & Hepate, & mare conseruat fontes, & flumina, & tamen est eiusdem naturæ corruptibilis ac fontes, ergo cœlū etiā si conseruet elementū ab ijsdem cōseruatur, ac merito partes mutuaope indigeant, vt connexio partiū cōseruetur. Resp. exempla allata non esse similia, quia cor non conseruat, & concurrit ad totam naturam sicut cœli influentia est necessaria ad conseruationem totius vniuersi, deinde cum in natura non sit agens producens cœlos, si essent corruptibiles periret tota species, at in exemplis allatis etiam si pereant in indiuiduo non perit ita species, quia datur causa in natura productiua indiuiduorum sub illis speciebus, sed de hoc fusius infra.

Tertia Conclusio cœlum non est ex natura sua corruptibile, & incorruptibile ab extrinseco ex pura voluntate Dei. Est contra Platonem, quia Autor naturæ, vt singula condidit iuxta exigentiam propriæ naturæ, ita illa conseruat, & gubernat. Ergo si cœlos condidit corruptibiles ex natura sua, ita illos conseruat, & gubernat, sed corruptibilia non indigent perpetuo conseruari, sed iuxta periodum suæ naturæ, & ad certum tempus iuxta exigentiam ordinis causarum. — Nō est incorruptibile ab extrinseco.

Antecedit probatur, tum quia sicut prouidētia supernaturalis dirigit res in finem supernaturalē per media supernaturalia, ita naturales dirigit res, in finem naturalem per media naturalia, & colligitur ex D. Tho. 1. p. q. 116. art. 1. & 2. Tum quia si aliter gubernaret Esset innaturale, at hoc non potest esse perpetuum per se, quia daretur perpetuum miraculum, quod Aristoteles 1. de cœlo pluribus ostendit a tex. 101. & t. 21. & seq.

Confirmat. ex ijs, quæ docet Aristotel. 1. coel. t. 24. 125. t. 113. vbi ostendit generabile, & corruptibile, non posse conseruari, & æterno tempore perpetuari, quia potentia naturalis non potest esse frustra, sed corruptibile habet potentiam ad non esse, Ergo aliquando habebit actum non essendi, quia hæc potentia non potest esse frustra 2. coel. 32. & 2. de anim. 45.

12 Potentia est primario ad esse, & secundario ad nō esse.

Sed contra objicitur, nam portio terræ in centro est corruptibilis, & tamen non est frustra, quod numquam corrumpetur. Confirmatur, quia nullā potentia est per se primo ad non esse, sed secundario quatenus est ad aliquod esse incompossibile, cum illo, quod habet: Ergo non frustratur si non deducitur ad actum quoad corruptionem, quia satis est dedu-

ci ad actum, quem primo respicit, neque debet deduci ad omnes actus, quos potest, quia sic omnes potentiæ essent frustra, sed est satis deduci ad aliquem, & hæc potentia habens formam coelestem, iam deducta est ad aliquem actum.

Qñ potentia dicatur frustrari.

Respond. potentiam frustrari in tota specie, videri absurdum. at in aliquo indiuiduo, non videri, at portionem terræ non corrumpi est frustari in aliquo indiuiduo cum portiones multæ terræ corrumpantur; at hæc potentia in coelo frustraretur in tota specie, quia coelum neque, secundum totum, neque secundum aliquas partes corrumperetur.

Ad Confirmationem Respond. inde reddi argumentum Aristotel. minus efficax Respond. 2. etiam si potentia sit secundario ad corruptionem, & primario ad formas plures incompossibiles, tamen absurdum est frustari in tota specie, quod materia illius speciei respicians multa nunquam in aliquo eius indiuiduo actuetur p plures. Vnde sequatur corruptio formæ, quam habet.

Secundo Obijciuntur multa que apparuerunt in coelo noua, que nequeunt esse sine corruptione partium coeli Resp. infra peculiari quadam dubitatione, nam forte si quæ in cœlo apparet mutatio, illa non est substantialis sed accidentalis, & perfectiua, cuius mutationis modum ignoramus sicut plurium effectuum inferiorum; nam quis vnquam cognouit modum quo ferrum alteratur a magnete sine vlla corruptione substantiali, vel accidentali ipsius ferri.

Cõtrariũ docuit Plato, quod sit incorruptibile ex voluntate Dei præseruantis illud à

13 Plat. opin. de coeli incorruptibilitate

corruptione. Nam nomina in, Bilis, possunt tripliciter vsurpari. Primo ex potentia præcise. Secundo ex potentia coniuncta actui Tertio ex potentia proxima priuata actu. Ex his patet coelum dici corruptibile ex potentia præcise, etiam si nunquam haberet actum corruptionis, neque potentiam proximam ad corruptionem ob aliquod impediens, & hinc dicitur proximè incorruptibile, neque est absurdum aliquid esse sic corruptibile, quod nunquam corrumpetur. Sed contra quia natura cum fecerit coelum nunquam corrumpendum congruentius fecit illud ab intrinseco incorruptibile; quia est magis proportionatum fini.

Quarta Conclusio cœlum non est ex principio passiuo corruptibile, & naturaliter incorruptibile ex defectu contrarij

14 Nõ ẽ corruptibile ab intrinseco, & ex defectu contrarij incorruptibile

est contra Molinam, quia natura non tribuit rei connaturaliter vnam perfectionem sine alijs, quæ sunt connaturaliter connexæ cum illa perfectione. At carere contrario non est naturaliter connexum imo repugnat composito constanti ex materia elementari: Ergo, &c. Minor probatur, nam contrarietas inter dispositiones oritur ex innata incompossibilitate formarum substantialium, quia natura ordinauit media proportionata ad finem, cuiusmodi sũt dispositiones respectu formarũ substantialium: Sed materia elementaris est capax plurium formarum substantialium inter se incompossibilium cuiusmodi sint non solum formæ inferiores inter se, sed etiam comparatæ cum formis coelestibus præsertim in probabiliori sententia per quam negatur posse plures formas substantiales esse in eadem materia; Ergo & earum dispositiones erunt etiam inter se contrariæ, alioqui posset materia habere duas vltimas dispositiones ad duas formas, & non posset habere illas formas.

Modus defendi opi. Molina.

Dices forma coeli informat materiam independenter à dispositionibus habentibus contrarium, vt sunt primæ qualitates, quia illa dispositiones, vt non possunt produci ab agente naturali; ita neque corrumpi: Ergo non possunt ab agente naturali corrumpi formæ cælestes. Sed contra, quia tunc materia, quæ est sub forma Lunæ, fuit secundum aduersarios sub forma aquæ: Ergo potest nunc recipere non solum formam aquæ, sed etiam dispositiones aquæ: Ergo etiam ab agente naturali poterit illa recipere, quia potentia passiua est eadem, quæ prius: Ergo sicut prius respiciebat agens naturale productiuum formæ, & dispositionum aquearum, ita & nunc, quare cum coelum, lunæ sit contiguum sphæra ignis recipere ab hoc poterit calorem, & siccitatem igneam: Quid enim impedit, cum materia sit capax, & etiam adsit agens, quod licet impediri possit quoad perfectam actionem, & in aliquo tempore non tam quoad aliquid actionis, & perpetuo, præsertim cum agentia productiua qualitatum primarum maxime vigeant in cœlis vt infra.

Confirmatur, quia materia coelorum, vel ex natura sua est incapax contrariorum, & non est elementaris, nam elementaris materia est capax, & plurium formarum, substãtialium, & accidentalium inter quas est contrarietas iuxta exigentiam formarum substantialium, vel est capax contrariorum, sed tamen formæ cælestes in ea receptæ non habent contrarium, & id implicat nam cum formę cælestes sine inter se, & cum elementaribus incompossibiles, necessario sequitur ex formarum talium incompossibilitate contrarietas inter dispositiones, neque enim dispositiones ille possunt esse disparatæ, vt sũt color, & sapor, quia sunt ordinatę ad formas incompossibiles, neq. dicas esse quidem opposita formaliter, sed non effectiue, tũ quia inter illas constar aliquas esse actiuas, vt calor frigus, &c. tum quia incõpossibilitas formalis naturaliũ formarũ habere debet causã effectiuã illarũ alioq nec passiua respõderet actiuæ nec effectui efficiẽs, vel est ex se capax

pax

pax, ſed incapax ex impedimento formę, & diſpoſitionum, & tunc contra. tum quia non eſſet tale ſubiectum incorruptibile ab in intrinſeco, ſed ab extrinſeco .ſ. ex remotione contrarij tum quia virtus reſiſtiiua formæ eſt finita: Ergo poſſent tot multiplicari agentia, vt tandem corrũpatur, vt infra. Vnde potius ex carentia contrarij poteſt colligi materiam formarum cœleſtium non eſſe elementarem quia eſt incapax oppoſitorum, vt infra, Hinc ſapienter Ariſtoteles 1. cœli 20. dixit; *recte videtur natura, id quod futurum erat ingenerabile, & incorruptibile exemiſſe à contrarijs in contrarijs enim eſt generatio, & corruptio.*

15 *Inſtãtia pro opinione notam.*

Dices quando ad effectum ſunt neceſſariæ plures cauſæ ſi vna earum non poteſt eſſe etiam effectus dicitur impoſſibilis eo modo quo illa cauſa eſt impoſſibilis: ſed ad corruptionem rei requiritur contrarium. Ergo ſi hoc contrarium non poteſt naturaliter reperiri, illa res erit naturaliter incorruptibilis. Sed Agens contrarium cœlo naturaliter non poteſt reperiri: Ergo naturaliter cœlum erit incorruptibile.

*Origo erroris aduerſariorum.*

Reſpondeo in hoc erraſſe aduerſarios, quod poſuerint naturalem carentiam contrarij, & tamen coelum compoſitum Ex materia elementari. ex contrarij enim carentia colligere debebant materiam coeli non eſſe elementarem, vt colligit Ariſtoteles loco citato, cum hæc ex natura ſua ſit ſuſceptiua contrariorum. Vnde licet concedatur coelum ſimpliciter carere contrario; tamen ex ſuppoſitione, quod conſtet ex materia elemẽtari negandũ nõ eſt carcere cõtrario. Neque dicant, quod ſicut lumen licet recipiatur in rebus inferioribus, tamen adhuc caret contrario: Nam licet reperiri poſſit qualitas carens contrario, tamen forma ſubſtantialis receptibilis in materia capaci plurium formarum Non poteſt reperiri ob incompoſſibilitatem illarum formarum quibus proportionari debent incompoſſibiles diſpoſitiones. Deinde licet lumen immediate non habeat contrarium, tamen diſpoſitiuè habet contrarium, quia non poteſt recipi in ſubiecto opaco, cui perſpicuum opponitur.

## ARTICVLVS IV.

### *Probatur Coeli intrinſeca incorruptibilitas, & eius cauſa.*

16 **Coeli eſt ab intrinſeco incorruptibile**

QVinta Concluſio cœlum eſt ex natura ſua ab intrinſeco incorruptibile. Primo probatur, ex perfectione vniuerſi. Nam corpus ex natura ſua incorruptibile, vel repugnat dari, & non videtur, cur Deus non poſſit facere compoſitum ex materia, & forma cum vnione indiſſolubili per cauſas naturales. vel non repugnat, & de facto datur, quia Deus, vt auctor naturæ tribuit vniuerſo omnem perfectionem, quæ illi congruit, ſed hoc corpus pertinet ad perfectionem vniuerſi; nam ſi corruptibilia ad illius perfectionem pertinẽt multo magis incorruptibilia. Hoc autem corpus eſſe cœlum patet, quia omnia alia ſunt corruptibilia Confirmatur ex dictis, quia nullum ſignum corruptibilitatis tot annis apparuit in cœlo.

*Vniuerſũ exigit coelũ incorruptibile.*

Secundo probatur ex exigentia vniuerſi: Nam vniuerſum non poteſt conſeruari ſine perpetua generatione, & corruptione rerum, vt experientia patet, at hæc perpetua generatio, & variatio non poteſt conſeruari ſine corpore inuariabili, & incorruptibile, nam quando in re variabili, & mutabili eſt ordo determinatus, & inuariabilis is debet oriri à principio inuariabili, quia omnis effectus exigit cauſam proportionatam, & ſi illa effectus eſt perpetuus, etiam cauſa debet eſſe perpetua, atque incorruptibilis: Sed ordo vniuerſi in inferioribus eſt determinatus, & inuariabilis, vt experientia conſtat, & non poteſt oriri ex natura rerum inferiorum, quia ſunt ſecundum ſe variabiles & corruptibiles. Ergo debet oriri ex alio principio inuariabili, & immutabili, & quia hic ordo eſt ex natura ſua ſecundum Ariſtotelem æternus, debet habere principium ſecundum naturam ſuam incorruptibile, & æternum, quod ſcilicet ſeruet ſemper eundem modum influendi. Hoc autem nullum apparet in vniuerſo niſi cœlum, quod per motum primi mobilis, & proprios aliorum orbium ſeruat vniuerſũ ortu, & occaſu ſyderum & acceſſu & receſſu eorundem, vt dicitur 2. de gener. Ergo hoc eſt ex natura ſua incorruptibile.

*Ex fine coeli probatur incorruptibilitas.*

Confirmatur quia natura rei debet eſſe proportionata fini, ſed finis coelorum eſt conſeruare perpetuo hoc vniuerſum per ſui influxum Ergo habet naturam ex natura ſua perpetuum, & incorruptibile, quia ad influendum in aliud perpetuo requiritur in cauſa incorruptibilitas.

Confirmatur ſecundo quia quod eſt menſura omnium corruptibilium debet eſſe ex natura ſua incorruptibile alias non eſſet ſatis conſultum ordini, & perfectioni vniuerſi, quia ſi eſſet corruptibilis, ea corrupta, maneret vniuerſum ſine propria regula: ſed coelum eſt à Deo factum, vt regula omnium corruptibilium, & actionum humanarum ex Geneſ. primo ibi erunt inſigna, &c.

V 2 Ter-

17 Probatur ex carentia contrarij.

Tertio probatur ex specifica natura coeli: Quando motus proprius speciei caret contrario, etiam natura specifica caret contrario: sed motus proprius coeli caret contrario cum sit circularis: Ergo natura specifica coeli caret contrario, atque adeo est incorruptibilis cum quicquid corrumpitur à contrario corrumpatur cum actio non fit inter similia, vel omnino disparata, sed inter opposita Ex 2. phys. t. 43. & sequentibus maior patet: quia contrariorum contrariæ sunt lationes t. 124. vt patet ex elementis, & ratio, quia contrariorum causæ, per se, debent esse contrariæ 2. de Gener. t. 56. & 4. Metheor. t. 41. immo quando dicitur, quod idem est causa contrariorum per accidens, vt sol dicitur causa frigoris, id est verum ratione absentiæ, quatenus ratione præsentiæ est causa caloris quare ibi semper reperitur aliqua oppositio, & semper tamen requiritur causa per se influens in effectum positiuum.

Minor patet, quod scilicet motui circulari non est contrarius motus ex Aristotele primo de coelo à t. 20. & 24. & 2. de coelo à t. 17. Nam contrarietas motuum localium attenditur ex contrarietate terminorum, vt patet ex motibus ascensus, & descensus, & Probat Aristotelis 5. Phisic. at hæc oppositio non potest habere locum in motu circulari, quia vel fiunt super eosdem polos in contrarias partes, & non habent contrarios terminos, sed eosdem. vnde patet illos continuari posse sine inter ruptione, vt patet in sphæra, quæ dum mouetur circulariter non interrupto motu inuertitur per idem spatium, & eosdem polos.

Vel fiunt super diuersos polos, & non possunt esse contrarij, quia contrarietas attenditur respectu eiusdem, & secundum idem: Ex qua ratione patet motui circulari non opponi motus secundum rectam lineam, quia non fiunt, secundum idem spatium, de qua re nos fusè infra dicemus, cum de motu locali.

Confirmatur, contraria exigunt subiectum commune, vt patet ex definitione contrariorum siue sint priuatiue siue contrariè opposita, sed in coelo non est materia communis ad duo contraria, cum non sit capax nisi vnius formæ, ex qua ratione oritur coeli incorruptibilitas a priori, sed quia ex coeli incorruptibilitate probata est materiæ diuersitas, ideo in illa ratione petitur principium, nisi materiæ diuersitas probetur à posteriori p incorruptibilitatem, probetur aliunde clarius, & certius, vt possit fieri regressus iuxta logicæ regulas.

Dices multa non habent contrarium, & tamen sunt corruptibilia, vt substantiales formæ, 5. phys. 10. figuræ, relationes, &c. quia sufficit ad generationem oppositio priuatiua Resp. dupliciter aliquid dici corruptibile primo corruptione propriè dicta, quæ est per incompossibilitatem formæ oppositæ, & hæc non conuenit nisi habentibus contrarium immediate, vt primæ qualitates, & similes, vel mediate, vt substantiales formæ, quæ pendent, quoad informationem a dispositionibus habentibus contrarium, & idem dicitur de alijs quæ pendent ex causis contrarijs, vt quantitas, & figura, secundo dici corruptibile impropriè per desinētiam propriæ existentiæ, vt lumen, quod desinit, absente conseruante, & relatio desinente termino, vel fundamento proximo, & huiusmodi corrumpi possunt sine contrarijs, vnde priuatiua oppositio sufficit ad conceptum generationis, sed generatio hæc non potest existere sine causa effectiua, qualis est causæ contrarietas formalis, vel virtualis. 18 Corruptibile propriè, & impropriè quid.

Dices Secundo ex contrarietate motuum non recte colligitur contrarietas secundum qualitates actiuas. Nam terra, & ignis maxime sunt contraria secundum motus, non tamen ita secundum qualitates actiuas, cum conueniant in siccitate. Confirmat. quia idem potest moueri duobus motibus contrarijs, & tamen non potest habere duas contrarias qualitates, nā idem sibi ipsi non potest esse contrarium, Confir. 2. ex aere & igne, quæ sibi aduersantur secūdum humiditatem, & siccitatem, non tamē sm motus, cum vtrique conueniat motus sursum, Confirmat. 3. quia ignis circulariter mouetur, & tamen ignis habet contrarium.

Quomodo contrarietas in modo locali ostendit contrarietatem in qualitatibus actiuis.

Respond. contrarietas motuum ostendit contrarietatem in aliqua qualitate actiua, etiam si non sit tanta contrarietas secundū actiuas quanta est secundum motus, & ratio est, quia ex motibus contrarijs imemdiate colligitur oppositio secundum virtutes motiuas, quæ oriuntur quidem ab actiuis, sed aliquæ magis ex frigiditate, aliæ ex calore, vel humiditate, & siccitate, quare non potest seruari proportio contrarietatis inter motus, & actiuas qualitates, vt patet ex grauitate terræ, quæ magis oritur ex frigiditate adiuta à siccitate, & leuitate ignis, quæ oritura magis a calore adiuuante siccitate, vnde siccitas adiuuat ad generationē grauitatis, & leuitatis.

Ad primam Confir. Respond. primo non dum constare an idem possit simul moueri motibus contrarijs, & si id est, vnus est naturalis alter violentus, Resp. eidem posse naturaliter conuenire ascensum & descensum ex varijs terminis, vt patet ex elemētis medijs uam aer sub aqua ascendit, & supra ignem

ignem descendit, sed illi motus non sunt cõtrarij tum, quia sunt ad eundem loc, tum quia non sunt per eamdem lineæ partem, vt patet, quare ibi non est simpliciter, & vera contrarietas, sed secundum quid, & apparans neque ex eo quod aqua est susceptiua contrariorum est sibi contraria. quia ex illis vnus motus est illi connaturalis, & alter violentus, quod si vterq. esset connaturalis tunc forte sequeretur sibi contrarietas.

Ad 2. Confir. patet ex dictis etiam aeri conueniet ascensus dum est sub aqua tamẽ illi conuenit etiam descẽsus dum est supra ignem, at igni conuenit ascensus per totam lineam; vnde habent aliquam oppositionem sm motus: tum per partem lineæ, tum ex terminis ad quos vltimo per motus corpora deferuntur.

Ad 3. Confir. Resp. 1. Aristotelem loqui de motu, qui conuenit rei connaturaliter, cuiusmodi non est motus circularis respectu ignis, nam motus illi connaturalis est ascensus in proprium locum.

Resp. 2. nec loqui de quocumq. motu connaturali; sed physicos vnde sit animam rationalem non esse corruptibilem etiam si moueatur motibus contrarijs virtutis, & vitij, quia hi motus non sunt physici, sed voluntarij.

18 Proponũtur varia argumenta, quibus ostenditur motũ circularem habere contrarium.

Dices 3. Aristoteles supponit motui circulari cœli non esse motum contrarium: at hoc est falsũ, tum primo, quia in quolibet genere est vna prima contrarietas, ergo etiam in genere motus circularis, tum quia omnis motus, qui fit cum resistentia habet contrarium, sed talis est motus cœli, quia si non haberet resistentiam fieret in instanti.

Tum 3. quia Saturnus tardissime mouetur motu proprio ob proximitatem, cum primo mobili; quod suo motu trahit in contrarium.

Tum 4. quia vbi sunt situs contrarij, ibi sunt motus contrarij, sed in cœlo sunt tales situs, quia sunt in illo sex differentiæ positionis, quæ sunt contrariæ.

Tum 5. quia motui cœlesti opponitur quies, quæ cœlo non repugnet cum habeat naturam, imò de facto aliquo modo quiescit cum non recedat a centro, & cardinibus cum omnis motus fiat super aliquo quiescite.

Tum 6. quia differentia rerum specificæ sunt opposita, at motus cœli differt ab alijs specie ergo.

Tum 7. quia vbi termini sunt oppositi, ibi etiã motus opponuntur ex. 6. phys. sed tales sunt motus coeli, quia vnus est ab oriente alter ab occidente per lineas oppositas.

Tum 8. quia Thebitus & Albatenius obseruarunt in octaua sphera accessum, & recessum, & in planetis ponuntur statio, progressio, & regressio, tum esse in auge, & in opposito Augis, quæ sunt puncta opposita, sic Aries & libra sunt signa opposita nõ ratione lineæ diametralis, quia per illam maxime distant aries, & scorpio, ergo ratione lineæ circularis.

19 Soluũtur argumẽta proposita.

Resp. hæc debere plene examinari tractatu de motu locali. Hunc autem hic breuiter attingamus necessaria, vnde ad 1. Resp. phys. in omni genere dari prima contraria pro ea parte qua est capax contrariorum, vt in genere substantiæ est forma, & priuatio, quando est forma corruptibilis, secus si incorruptibilis sum se, & informationem, quare idem dicendum de motu cœli, qui nomq. cessat ex Aristotale.

Resp. 2. loqui de genere prædicamentali, cuiusmodi non est motus vt patet ex 3. & 5. phys.

In omni genere. s. prædicamẽtali est vna prima contrarietas.

Ad 2. Resp. resistẽtiã aliquam esse necessariam ad motum, quia alioqui non esset successiuus, qua ratione Arist. negat in vacuo dari motum, neq. hinc fit omne mobile esse corruptibile, nam duplex potest esse resistentia, vna ex virtute termini à quo, vt frigidum resistit calefacienti; & hæc forte arguit corruptibilitatem subiecti Alteram ex incompassibilitate terminorum ob distãtiã inter illos, & hæc est in motu locali, quia scilicet non potest mobile coexistere vtriq. termino simul, & ideo exisitit successiue per motum, & hæc non arguit corruptibilitatem, vt patet ex motu successiuo Angeli per spatium sibi inadæquatum.

Ad 3. infra patebit an sint duo vel vnus motus ab vna vel duplici virtute, solum hic dicimus vnicuique orbi datam esse a natura virtutem maximam, & minimam.

Ad 4. Respond. ex dictis patere illas differentias conuenira cœlo per analogiam, sed vt sic in cœlo non habent contrarietatem, cum aidam parti possunt conuenire, vt dictum est.

Resp. 2. etiam si in alijs essent contrarij, non tamen in cœlo, quia cum contrarietas sit maxima distantia duorum sub eodem genere debet contrarietas situs attendi secundum lineam rectam, non quidem mathematicè, sed physicè sumptam, hæc autem est respectu centri, quod est prima mensura distantiæ situalis, hinc motus rectus dextorsum, & sinistrorsum non sunt contrarij, quia non maxime distant inter se per lineã rectam in ordine ad centrum, cum eodem modo, elongentur ab illo, & cũ motus circulares semper ferueant eandem distãtiã a centro non possunt habere physicam contrarietatem, sed de hac loc. cit.

20 An in cœlo sit priuatio.

Ad 5. Resp. Philal. negando in cœlo esse priuationem etiam motus, non enim priuatur hesterna, vel crastina circulatione, nam priuatio sumuntur pro negatione totius formæ, quæ priuatio numq. erit ex Aristotele (licet in fine mundi cessabit motus secũdum theologos) vt patet ex flumine, quod numquã priuatur fluxu, etiam si varietur par

tes fluentes,quod si cœlum omnino quiesceret,non vnam, sed infinitas priuationes haberet. Quare cælum totum quiescit partibus tamen motis, quia partes motę nunquã recedunt à centro; & polis at motus cum hæc quiete non opponatur, sed de hac res ibidem.

**Differentiæ specifica nõ sunt contrariæ.**

Ad 6. Resp. differentias specificas non esse proprie contrarias,quia alioqui contraria non essent tantum in prædicamento qualitatis, sed in quolibet genere, in quo sunt rerum species, sed dici contrarias impropriè quatenus sunt incompossibiles respectu eiusdem essentiæ specificæ.

**Motũ ab oriente, & occidente non opponi.**

Ad 7.R. Negãdo opponi,primo qa nõ sunt per lineam rectam in ordine ad centrum, à quo mensuratur distantia, secundo, quia sunt ad eundem terminum physicum, licet sub diuersa ratione. Tertio quianõ sũt super ijsdem polis vt infra: videntur tamẽ opponi, quia initium habent ex extremis diametri partibus, ac ad diuersas etiam terminẽtur, cum tamen vere illi motus fiãt ab eodem et in eundem terminum per diuersas lineas, si tamen illi duo motus dantur.

Ad 8. illa inter se non pugnare cum sint in eodem Planeta simul neq. puncta absidis, & antasidis sunt contraria, sed opposita, sicut etiam libra, & Aries in quo vitandus est error dicentium plus distare orionem, & scorpionem, quam arietem,& libram, cum per Diametrum æque distent.

## ARTICVLVS V.

*Efferuntur argumenta physica contra coeli incorruptibilitatem intrinsecam,ex principijs Aristotelis.*

21 PRimo Obijcitur ex Aristotele omne generabile est corruptibile,sed cœlũ est naturaliter generabile, qa licet de facto fuerit creatum, tñ ex se exigit produci per generationem,nam eius forma est educibilis a materia habente dispositiones tali formæ conuenientes, at generatio nihil est aliud, quam eductio formæ substantialis ex subiecto præuijs dispositionibus. neque dicas de esse in natura efficiens necessarium ad generationem,tum quia hoc non aufert ab illo generabilitatem ab intrinseco, sed solum ab extrinseco, vt dicunt aduersarij de corruptibilitate cœli ex defectu contrarij,

Tum quia cum forma cœli sit finitæ perfectionis,& educibilis,non excedit limites potentiæ creatæ,tum ad generabilitatẽ satis est vnionem formæ attingi ab agente creato, vt patet ex generatione hominis.

Resp. propositionem Aristotelis intelligi de generabili per generationem proprie dictam,hæc autẽ cum sit mutationis species, non est eductio de subiecto quocumq. sed priuato, & quia subiectum existens sub priuatione vnius formæ generabilis non potest existere sine alia formę,vt patet ex dictis de existentia materiæ connaturali, ideo non est generatio nisi sit eductio formæ ex materiæ capaci diuersarum formarum,& hinc omne generabile est corruptibile, quia generatio vnius est corruptio alterius, & contra; Hinc forma coeli, quia non fuit producta ex materia existente sub alia forma, & priuata forma coeli, non potest dici generabilis, imò secundum aliquos neque educibilis de potentia materiæ cum materiæ nunq. fuerit in potentia ad illam.

Respond.2. mihi videri certum, primo formam coeli educi ex potentia materiæ, vt potentia dicit virtutem concurrendi ad sustentandam formam,quia forma illa cum non sit subsistens pendet a materia, Secũdo, formam illa non contineri in virtute causarum naturalium existentium in vniuerso, quia omnes vel sũt elementares, vel elementaię,& constat esse imperfectiores cœlis excepto homine;vel sunt superiores, & hæ vel sunt spirituales, vt sunt Angeli, & in his non est virtus productiua corporalium secundum substantiam, sed tantum est & productiua motus applicando actiua passiuis, vel sunt corporeæ, vt sunt orbes; & experientia constat vnum non producere alium posse, quia in tanto annoru n numero fuisset aliqua orbis productio, nisi forte dicatur desuisse materiam, sed hoc ipsu n' esset contra prudentem institutionem naturæ dum produxit causam effectiuam sine aliquo prin.ipio passiuo circa quod potuer t, vel nunc possit exire in actum, neq. coelum educit animã sed ad illam disponis; & præterea non sequitur ex potentia ad perfectius potentia ad imperfectius, quia agens creatum potest producere formam, & non materiam. 22

**Forma coeli est educibilis de potentia materiæ, sed non virtute causarũ naturalium, sed causæ originãsis naturam.**

Tertio videri certum in Thesauris potẽtiæ diuinæ non deesse causas habentes virtutes productiuas orbium cælestium, quia productio orbis non apparet cur excedat virtutem alicuius creaturæ, cum sit corporeus,& finitę perfectionis.

**Huiusmodi eductio est sm̃ substãtiã generatio,& quomodo.**

Quarto est certum est productionem apud Aristot. hanc non esse generationem, sed debere dici eductionem formæ,vt probat prima responsio. Sed secundum rem non distingueretur à generatione substantiali secundum essentialem, & intrinsecam perfectionem, & terminum, licet distinguere tur ratione alicuius connotat i; ex quo fit posse esse aliquod generabile, & non corruptibile,quia forma coeli sic educta ex materia determinata ad vnam formam esset terminus generationis, sed non posset esse terminus corruptionis, quia in illam materiam non posset introduci alia forma, per quam excluderetur præsens. 23

**Quã necessitatẽ habere coelum.**

Secundo Obijc.si est incorruptibile erit neces-

neceſſario exiſtens, quia non poteſt priuari
exiſtẽtia, at repugnat, enti creato exiſtentia
neceſſario, nam vnicuiq. conuenit contin-
genter.

Reſpond. neceſſitas eſſendi poteſt conſi-
derari dupliciter primo antequam res exi-
ſtat. Et ſic nulla creatura habet neceſſita-
tem intrinſecam exiſtendi, neque extrinſe-
cam in ordine ad Deũ, ſed in ordine ad cau
ſas naturales poteſt habere neceſſitatem
extrinſecam quando ſcilicet cauſæ ſunt de
terminatę ad talem effectum.

Secũdo poſtquã exiſtit, & in ordine ad po
tentiam Dei nulla creatura, eſt neceſſario
quia põt libere annihilari, ſicut libere con-
ſeruatur, ſed ſm̃ potentiam intrinſecam,
& extrinſecam agentis naturalis habet ne-
ceſſitatem eſſendi, vt Angeli, & cœli, quia
non habent potentiam intrinſecam ad non
eſſe, & per hanc incorruptibilia diſtingun
tur a corruptibilibus, quia hæc habẽt potẽ
tiam intrinſecam tam ad eſſe, quam ad nõ
eſſe, illa autem nõ habent materiã capacẽ
plurium formarum, & hinc ex creaturis
aliæ dicuntur neceſſariæ aliæ cóntingentes,
ex D. Th. 1. p. q. 9. ar. 2. licet reſpectu Dei om
nes ſint cõtingentes. Imò nulla eſt potentiã
primario ad non eſſe ſed ſerundario, qua-
tenus eſt ad aliquid incompoſſibile cum
eſſe, quod habet qualis potentia non eſt
in cœlo, At inſtabis quælibet creatura
eſt annihilabilis à Deo, ergo habet poten-
tiam ad non eſſe.

Cur ſubſtantia ſpirituales dicantur ab intrinſeco incorruptibiles.

Reſpond. annihilabilitatem ex parte
creaturę non dicit potentiam paſſiuam,
quia annihilatio non eſt actio per quam
aliquid producitur, quod recipiatur in ter-
mino; ſed eſt negatio actionis conſeruan-
tis, ad quam ſufficit ex parte termini non
repugnantia, vt non exiſtat, & potentia ex
parte agentis ſuſpendentis concurſum
conſeruatiuum de qua doctrina viden-
dus D. Thom. q. 5. de pot. artic. 3. ad 7. &
ſeq. Caie. 1. p. q. 9. art. 2. & cap. 5. de ente,
& eſſen. q. 10.

Terzo Obijc. ex Philop. apud Auer. 8.
24 phyſ. t. 79. quidquid habet virtutem finitã
eſt ex natura ſua corruptibile nam ad duran
dam per tantum tempus exigitur tanta vir-
tus, ac ad magis maior, ergo ad durandum
ſemper in æternum exigitur infinita virtus,
ſed cœlum eſt finitæ virtutis 8. phyſ. t. 79.
Confirmatur, quia ſingulæ coeli partes vel
habent finitam vim ad durandum, & totum
ſimiliter, vel infinitam, & non, quia ſequere-
tur tantam eſſe virtutem vnius, quanta
eſt omnium, & per conſequẽs pars, vt con-
ſeruetur non indigeret coniunctione cum
toto.

Confir. quia omne corpus eſt corruptibi
le ex 8. phyſ. t. 29. vbi probat primum mo-
torem non eſſe corpus nec virtutem in cor
pore, quia habet virtutem infinitam, qua-
lis non eſt corporea virtus, & quia intendit
probare primum moſorem eſſe, omnino
indiuiſibilem, accipit corpus vniuerſali-
ter.

Conf. 3. quia quod mouetur per accidens
eſt corruptibile 8. phyſ. 52. vbi probat pri-
mum motorem eſſe imobilem, ſed forma
cœli mouetur per accidens, ſcilicet ad mo
tum totius.

Confir. 4. quia intelligentia dominatur
ſuo orbi, aliter ipſum non moueret; ergo
poteſt illum corrumpere, quod ſi dicãt do
minum eſſe quoad vim motiuã, non autẽ
quoad alteratiuã, & generatiuam, Tunc cõ
tra quia ſic poſſet corrũpere diuidẽdo par
tes, quia diuiſio hæc fit per motum loca-
lem.

Reſpond. Auer. virtutem finitam non
poſſe eſſe cauſam durationis infinitæ in 25
compoſitis, ſed coelum cum non ſit com-
poſitum nullam habet cauſam nec finitam,
nec infinitam ſuę durationis. At contrarium
D. Th. 1. coel. quod quædam habent cauſam
vt ſemper ſint, quia omnis effectus exi-
git cauſam ſibi proportionatam præſer-
tim, quando illa eſt in vno ſubiecto, & non
in alio.

Quomodo virtus finita eſt ſufficiens ad durationẽ infinitam & quã inſufficiẽs

Reſpond. 2. D. Th. quæ ſubijcent tempo
ri per ſe vt motus, vel per accidẽs vt corru-
ptibilia permanentia ad durandum infi-
nito tempore indigent virtute infinita, at
ſubiecta ſuo durant infinito tempore per
virtutem finitam, & tale eſt coelum, ſed hu-
huius rei non affert rationem.

Reſpond. 3. ex communi, entia, quæ ha-
bent contrarium eorum deſtructiuum, vt
poſſint reſiſtere infinito tempore, & du-
rent, indigent virtute ſibi addita infinita,
nam ſi eſſet finitæ cum illa ſemper a con-
trario minuatur, tandem conſumaretur. At
entia quæ carent contrario deſtructiuo nõ
indigent virtute aliqua ſuperaddita, vt du-
rent, quia ſemel poſita eorũ exiſtẽtia cũ ge
nerali concurſu diuino conſeruatiuo ex ſe
durãt. Vnde videmus carentes contrario sẽ
per durare donec adeſt conſeruans, etiam
ſi ſint finitæ perfectionis, & ſub eadem per-
fectione finita plus, & minus durare ſolum,
vt conſeruantur vt lumen.

Ad 1. Confir. virtus partium, & totius
poteſt conſiderari dupliciter primo, vt im-
pletiua durationis imaginariæ, & ſic tan-
ta eſt in vna, quanta in omnibus partibus,
ſecundo extenſiuè in ordine ad ſpatium
locale imaginarium, & hæc maior eſt in to-
to, quam in partibus. Vnde poteſt dici
quaſi intenſiue eſſe æquales, non autem
extenſiue,

Ad 2. Reſp. primo ab Ariſtotele nunquã 26
dici virtutem finitam in corpore exiſtentẽ
non poſſe durare tempore infinito, ſed non
poſſe mouere tempore infinito, quia deſa-
tigaretur, vt oſtendi ſuo loco.

Quomodo intelligatur virtutem in corpore finito non poſſe durare infinito tempore ex Ariſt.

Reſpond. 2. apud Mercen. Ariſtotelem
non loqui de virtute infinita extenſiue,
ſed intenſiuè, quam non poteſt habere cor-
pus, vel virtus in corpore, ſed contra, quia
loqui,

loquitur de motoribus omnium orbium, at in his non potest esse virtus infinita intẽsiue, nisi in primo motore nam ly infinitũ in eo argumento ita debet accipi in minori ac in maiori, sed in minore accipitur, vt conuenit singulis mototibus, vt ostendit Mercen. diluc. de prin. indiui. subst. separ.

Merccnarij Explicatio.

Resp. 3. ibi ab Aristotele non ostendi primum motorem non esse corpus, quia id supra ostenderat dum probauit esse immobilem per se, & per accidens, sed ostendi virtutem primi motoris non esse in magnitudine, seu constitutam in esse per magnitudinem, & subiectum, & sic formatur ratio, Nulla virtus in magnitudine habet potentiam infinitam durandi, sed primus motor habet potentiam infinitam cum moueat æterno tempore ergo non est virtus in corpore, sed abstracta, ita significat Merc. sed non placet quia infra infertur, q̃ si haberet potentiã infinitã moueret in instãti ergo ibi loquitur de infinitate intensiua. Sed Respondent valere consequentiam, quia si esset infinita, quoad duratione, etiã esset infinita in vigore, nam si esset virtus in magnitudine defatigaretur, atq. adeo nõ posset mouere æterno tempore, ac æterno tẽpore mouet ergo non defatigatur, quia habet vim resistendi causis inducentibus defatigationem, & diminutionem virtutis per infinitum tempus, at hæc virtus sic resistens est infinita intensiuè, nam virtus caduca nõ potest sic resistere infinito tempore nisi sit infiniti vigoris. At si est virtus extra magnitudinem non necessario debet esse infiniti vigoris, quia non debet resistere causis defatigationis. Sed non placet alijs eo quod forma celorum est in corpore, & durat infinito tempore, sed Responderi posset illã non mouere, atque adeo non defatigari, quare durare potest etiam si sit in corpore, & finita, & satis sint nam alibi Aristotelis demonstratio est fusius examinata.

27 Cur mouens motum corruptibile.

Ad 3. Confir. Resp. ab Aristotele asseri id quod in mouendo mouet seipsum per accidẽs esse corruptibile, nam mouens ipsum est animatum anima informante, at hoc est corruptibile: coeli autem forma mouetur ab extrinseca intelligentia, quare hinc posset probari motum cœli non esse effectiue à propria forma.

Ad 4. Resp. destructionem vnitatis cõtinui factam per diuisionem non esse proprie corruptionem, sed impropriè, ita Angestus, sed non placet, quia nulla creatura habet potentiam destruendi totalem ordinem vniuersi, & id quod est necessarium ad hunc ordinem conseruandum, vt patet. quia Angelus non potest impedire corporum motum ad replendum vacuum quare negatur in Angelis esse talem virtutem diuisiuam coeli in minores partes, quia inde desinent esse, siue appelletur corruptio, siue alio nomine.

Ex his facile soluitur argumentũ durationis ex influxibus coelorum superiorum in orbes inferiores, quia ex illis licet in inferioribus producantur qualitates primæ, & aliæ alteratiuæ, & dispositiuæ ad formas substantiales inferiores, non tamen illæ producuntur in orbibus ob illorum incapacitatẽ, quia hæ qualitates nõ diffundũtur primario, & immediate a coelis in inferiora, sed secundario, & mediantibus qualitatibus, quę virtualiter illas continent, vt patet ex lumine, quod receptum in inferioribus calefacit, non sic in orbibus.

Hinc 2. colligitur qualitates disponentes ad formam Saturni non esse productiuas illis similium, quia sic deberent habere subiectum receptiuum formæ Saturninæ nã potens recipere vltimas dispositiones formæ est receptiuum illius, at nullus orbis est receptiuus saturni formæ, quia sic esset corruptibilis, ex quo patet omnes materias orbium specie distinctorum inter se specie distingui.

De influxu orbium superiorum vt in feriores.

## ARTICVLVS VI.

*Afferũtur argumenta contra coeli incorruptibilitatem ex sacris litteris.*

PRimo Obijcitur auctoritas patrum dicentium coelum fuisse productum ex materia elementari de quibus supra: sed hæc obiectio satis soluta est ex dictis primo negando antecedens: secundo negando consequentiã ex Molina qui incorruptibile posuit ex ratione formæ. 28

Conf. ex 2. Petr. 3. vbi terra, & coeli dicũtur igni reseruata ergo sunt capaces caloris, atq. adeo corruptibiles, quia receptiuũ qualitatum primarum est radix corruptionis compositi.

Confir. 2. ex matt. 24. *coelum, & terra transibunt verba autem mea non transibunt.*

Confir. 3. ex ps. 101. *coeli peribunt, tu autem domine idẽ ipse, es & anni non deficient.*

Confir. 4. ex Matt. 53. stellæ cadent de coelo.

Confir. 5. ex cap. 21. Apoc. vidi coelum nouum, &c.

Confir. 6. ex patrum auctoritate qui expresse, vel virtualiter dicunt coelos esse natura sua corruptibiles Bas. hom. 5. & 2. in Gen. Amb. 1. exam. c. 60. Damas. 2. fid. c. 6. Theod. in c. 8. ad Rom. ibi Chrisost. hom. 41. & hom. 9. & 10. ad prop. Antioch. epiph. contra Marcionistas Iustin. Mart. dial. cum Tripsope, & orat. Paran. ad Gent. & Responsione ad Gent. q. 93. 94. & 95. & lib. contra Aristot. vbi ait Platonem illam opinionem hausisse a diuinis litteris Genn. l. de eccl. Dog. c. 7. Niss. l. de creat. hom. c. 24. Philast. in catalog. hæres, inclinat. Aug. l. 2. de Gen. ad lit. c. 3. Iræneus 2. aduer. heres c. 67. & lib. 4. c. 6. qui addit aliquando corruptũ

iri

iri legendus Per l.2. in Gen. q.1.& 2. Suar. 3.p.tom.2.diſp.56.& 58.Tann.t.p.diſp.6. q.4.d.5.vbi fuse.

Nomine cœli apud patres ſunt intelligi aerẽ.

Reſp.Scripturæ loca varijs modis poſſe interpretari, primo quod nomine cœli intelligat vr aerẽ,vt 2.Petr.c.3.exAug.2.de ciuit.c.18.& 24. & patet ex contextu nam cœlum, & terram,quæ dixerat inundationem paſſa in diluuio, aſſerit igni eſſe reſeruata, ac diluuium non eſt tranſgreſſus aerem,ergo neq.ignis combuſtio, & licet vtatur nomine cœli in plurali : tamen id factũ eſt ex vſu linguæ hebreæ,quæ ſingulari vacat, vt apud latinos li.Venetiæ, & vniuerſaliter Aug.3.de Gen.ad litt.c.2.& 3. ait debere intelligi ſcripturam dum ſignificat cœlorum diſſolutionem, quia non eſt nouũ in ſcriptura nomine cœlorũ aerem nuncupari, vt referunt Conimb.hic ar.2.

Sed hæc vniuerſalis interpetratio non eſt , quia non poteſt accomodari , ad 3.confir.vbi diſtinguit creationem terræ, a creatione cœlorum , & de his ait ipſi perdunt:Neq.ad.5.conſ. quia Iſaias explicat in quibus futura ſit innouatio,*erit lux lunæ,ſicut lux ſolis*,&c.ergo loquitur de innouatione cœlorũ ſydereorum ; quare dico nõe cœli intelligi aerem in locis 1.& 2. confir. & 4. vbi nomine ſtellarum intelligi cometas.

29 Secundo nomine mutationis cœlorum intelligi quoad accidentia quædam , & operationes,ita in 3.& 5.confirmatione, non tamen ſecundum ſubſtantiam ita Per. & Suar.loc.cit.cum D.Th.4.d.42.in 3. p.in ſuppl.q.74.ar.4. cum antiquis ſcholaſticis, & patet quia pſ. 148. dicitur de cœlis *ſtatuit ea in æternum* , *&c.* & pſ.101. vbi dicitur , & *ſicut opertorium mutabis eos* grecè dicitur alterabis, & idem docet D.Hie. Iſai.51.& 55. ex opinione Patrum , idque explicat hoc exemplo *infans*, inquit *cum in puerum creuerit,& puer in iuuenem, & iuuenis in virũ , nequaquã per ſingulas ætates perit idem ſe eſt, qui prius fuit,ſed paulatim immutatur,& ætati priſtinæ periſſe dicitur* Confir. quia idem dicunt de mutatione elemẽtorum ex Eccl. 3. *vbi omnia opera q̃ fecit Deus perſeuerant in perpetuum*,& de figuræ mutatione loquitur Paul.1.cor.7.& cap. 8. ad Rom.ibi *expectatio creaturæ* , &c. non omnis creatura ingemiſceret deſiderando mutationem ſi elementa eſſent ſecundum ſubſtantiam perituraſic Eccl. *terra autem in æternum ſtat* quæ omnia docent Hier.Gẽnad.Acumenius,& alij.

30 In quibus cõſiſtat hæc mutatio accidẽtalis.

Conſ.2.quia nõ apparet qua rõe hic mũdus eſſe poterit idem , & variari quoad ſubſtantiam , quoad omnes partes principales, neque obſtat , quod cœlo , & terræ tribuatur tranſitus & interitus,ſolutio,liquefactio,attritio,innouatio,conflagratio , & ſimilia nam omnia hæc de mutatione accidentali explicantur eo modo, quo dicimus niuem grandinem gelu interire perire, & tranſire,qñ liqueſcunt, etiam ſi non pereãt, quoad ſubſtantiam , quæ eſt natura aquæ: conſiſtet autem hæc mutatio accidentalis primo in quadam maiori luce, Iſa.30..

Secundo in liberatione ab omni impuritate, & mutatione Ro.8.quia, *& ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis*.omnis mutationis etiam localis.

Tertio,in recuperatione ſtatus naturalis quem habuerunt initio creationis, nam ob hominis neceſſitatem facta eſt aliqua mutatio in primis partibus vniuerſi a naturali ſtatu,vt ſecũdũ aliquos cõſtitutio firmamẽti per condenſationem,& ſoliditatem,ſecũdo congregatio aquæ in vnũ locum , tertio vis germinandi,quarto ſtellarum productio: & præcipue ſolis, & lunæ , cum varijs motibus, quinto data virtus aquis producẽdi piſces, &c.ſexto productio animalium ex terra,ſeptimo dominium homini tributum in omnia inferiora in ſuum vſum conſumandi.

Tertio nomine mutationis,& aliorum nominum ſignificari corruptionem ſecũdũ ſubſtantiam , vt P. Alfonſus Salmeron tom.1.prol.8.& ſuſe Mol.de oper.ſex dierum diſp.3. tum ex proprietate verborum ſcripturæ, tum quia accidentia acquiſita per hanc mutationem accidentalẽ sũt coelis connaturalia, & ſequitur cœlum ab initio vſq. ad illud tẽpus ſẽper fuiſſe in ſtatu innaturali, vel sũt innaturalia ,& ſequitur cœlos habituros perpetuo ſtatum ſupernaturalem atque adeo dari continuum miraculum , vel fuiſſe creatos , ſicut creatus eſt homo, ad ſtatum ſupernaturalem. ſed ex hoc non ſequitur ex Molina cœlum eſſe corruptibile,quia ea mutatio non erit ex vi cauſarum naturalium,ſed ſupernaturaliter , quod non repugnat connaturali incorruptibilitati . 31

Explicantur ſingula loca Scriptura.

Hinc patet ad ſingulas confirmationes: Nam 1. locus explicatur de aere ,ſecundus vero, & tertius explicari poſſunt primo de aere, ſecundo de mutatione accidentali 3.de ſubſtantiali ſiue ſub conditionali ſenſu , ad oſtendendam firmitatem diuini verbi,& exiſtentiæ, vt ſcilicet etiam ſi cœli, & terra tranſeant , non tñ verba Dei, ſiue de poſſibili, quod alia poſſint deficere, nõ ſic verbum & eſſe diuinum, nam omnes creatæ perfectiones comparatæ cum diuinis ſunt ac ſi non eſſent, vbi D.T.notat motum cœlorum fore in fine mundi concitatiorem ,vt motus cordis in fine vitæ.ex quo excitabatur ignis conflagratiuus aeris purgando illum,vel corrumpendo quoad ſubſtantiam iuxta varias opiniones.

Hinc 4.locus intelligitur de caſu cometarum , qui frequentius decident.

Hinc 5.locus intelligitur de nouitate accidentali , vel ſubſtantiali iuxta varias opiniones.

Ad6.Confir.ex patribus Reſp.primo loqui ex doctrina Platonis, quam profitebãtur , vnde non magis eorum auctoritas facienda 32

Explicantur Patres.

cienda, quam Platonis: sed quia aliquando non videntur loqui ex principijs Philosophiæ, sed ex scripturæ auctoritate ideo Respond. 1. eorum auctoritatem interpetrandā eodem modo, quo Scriptura sacra vt .s. primo loquantur comparatiue ad perfectionem diuinam, quæ nullam pati potest mutationem, secundo in ordine ad potentiam Dei, respectu cuius omnes creaturæ sunt annihilabiles, tertio, vt loquātur de mutatione accidentali, quæ tāta erit, vt pœne res mutatæ videantur secundum speciem, quod si nullam ex his interpetrationem eorum dicta recipiunt Respond. tertio ijs opponi auctoritatem aliorum patrum, & scholasticorum, & numero, & doctrina æqualium, qui omnem illam mutationem secundum accidentia, & operationes futuram docuere, & cœlos natura sua esse incorruptibiles pluribus probarunt.

Vnius Clementis auctoritas l. 1. recog. prope medium nobis negotium facessere videtur. Nā, videtur distinguere cœlum Empireum a mobilibus, dicens de illo *esse perpetuum, & æternum cum his qui habitant, illud autem visibile in consumatione saeculi resoluendum esse et transire, vt illud coelum, quod est antiquius, & excelsius post iudicium sanctis, & dignis appareat*, sed Resp. primo Perer. l. 2. in Gen. q. 1. eius libri fidem esse valde dubiam, quod sit Clemētis, sed suppositius, quod si esset Clementis explicanda eius auctoritas, sicut aliorum Patrum de mutatione accidentali, quam non est passurus cœlum Empyreum, sed solum mobiles tamq. ordinatos ad vniuersi conseruationē secundum statum naturalem.

## ARTIC. VII.

*Asseruntur recentiorum Astrologorum inuenta & obseruata phænomena ad destruendam coeli incorruptibilitatem.*

33 PRimo ex Antiquis refert Plinius l. 2. nat. Hist. cap. 26. ab hipp[illegible]sam fuisse stellam, quæ post aliquod tempus euanuit.

Stella Hipparco.

Stella Veneris.

Spice Virginis.

Secundo Aug. 21. de Ciuit. c. 10 refert sub Rege Ogyge stellam Veneris mutasse magnitudinem cursum & figuram, & de spica virginis, quæ olim habebatur maxima inter fixas nunc referunt esse multo minorem.

Stella costro peco.

Tertio ex recentioribus sub Pio 5. anno 1572. apparuit stella, quæ biennio durauit Veneris quidē initio magnitudinem æquans, paulatum deinde decrescens vsque ad magnitudinem syderum tertiæ magnitudinis, eamque retinuit donec omnino euanesceret, Hæc vna cum tribus cassiopeæ stellas exprimebat figuram, quam mathematici Rhombum appellant, nec alio motu quam diurno simul cum Aplane progrediebatur: vbique locorum eundem situm inter stellas fixas habens, vt cōmunis consensus astrologorum apud clauium, & Conimb. cap. 3. q. 1. art. 4. fatetur, & Tycho Brahe l. 2. de mund. & æth. phæn. memb. 1. idem asserit non solum de cometa, qui apparuit 1577 sed etiam de alijs vnde epistol. ad Rottom scripta anno 1595. 14. Ian. *pro stupidis, & insulsis habendos, qui cometas sublunares asseuerare in posterum audeant*, Hæc autem stellarum nouarum apparentia, & euanescentia non potest explicari sine coelorum genebilitate, & corruptibilitate et idem de stella q̄ in anno 1600. apparuit in cygni Pectore iuxta, quæ in pectore luce & eidem de alio inanno 1605. mense Octobr. super gradum 17. & 18. sagittarij habens latitudinis Borealis gradum vnum circiter quātis dum hæc dictarem discipulis clarius imminutus sint, vt vix appareat.

Aliqua stella visa.

Macula solares.

Quarto sunt maculae solares, quæ quotidie aliæ, & aliæ oriuntur, & occidunt, nec vnquam redire conspiciuntur, neque id circa solis, sed in ipso solet disco nonunq. repente quasi dispareant, vel appareant, aliquando plurium dierum spatio nullæ penitus conspiciuntur; & idem argumentum sumi potest ex faculis solaribus, vt per opticum tubum obseruatum referunt.

Macula lunæ

Quinto per tubum opticum in luna quādo est cornicolata obseruatum est, præsertim in quadrantum obseruationibus secundum lineam: quæ lucidum segmentum ab opaco diuidit, esse magnam asperitatem, & inæqualitatem, ita vt appareat vallibus, & montibus, ac collibus corpus lunæ vndique refertum, ex quo forte motus Zenophanes vt apud Cic. l. 4. q. 9. Acad. diceret habitari in luna, eamq. esse terrā multarum vrbium, & montium, quæ omnia ostendunt corpus lunæ esse corruptibile.

34 Ostēditur illas aparētias esse in coelo aereo ex Regis montano regelino, & alij.

Resp. ad hæc omni Tria genere responsionum vniuersalia afferri possunt. Primum negando veritatem illarum apparentiarum, sed esse Indusicationes, sensuum ex varijs causis ortas .s. medij impuritate, obiectorum distantia, instrumentorum falsitate, vnde cum Arist. supra docuimus omnes illas fere apparentias esse sub luna vt alij astrologi obseruarunt qualis sunt Ioannes Regiomontanus, & Ioes Regelinus Mathematicus Viennensis, & alij, quod de cometis, qui ante Aristotelem visi sunt dubitare non licet cum nemo ante Tychonem de ea re dubitarit, vt Conimb. tr. 5. meteor. cap. 3. notarunt, quibus obseruationes Ticonis fidē adimere non possunt, cum illi & doctrina ac diligentia obseruandi non fuerint inferiores Tychone, tum quia recentiorū obseruationes non satis inter se constant, vt patet ex ijs, q̄ a varijs Astrologis, edita sunt de cometa, qui apparuit 1618. & de cometa, qui, apparuit 1450. apud Georgium Phrāzam lib. 1. tract. c. 21. neq. dicant huiusmodi

co-

cometas, & stellas non fuisse obseruatas ab antiquis, quia contrarium fatetur ipse Tycho in dissertationibus, & Clauius in capp. sphæræ fac.Bos.vbi de cometarum Parallaxibus,a quibus probari potest cometarum altitudo vbi non obstat refractionum diuersitas,vel motus irregularitas. Tum quia huiusmodi obseruatio indiget maxima,& diligenti obseruatione & exquisitis instrumentis,& summo inditio ad colligendam veritatem ex illis apparentijs, ob fallacias,quæ occurrunt in calculo,argumentandi modo, & alijs, quæ comitantur huiusmodi obseruationes.

omnes cometas esse sub lunæ fatis probabile. Hinc mihi fit valde probabile omnes eos cometas,qui apparuerunt post tempra Aristoteles fuisse sub luna,vt de cometa, qui 1618 apparuit dictum est.& probant mathematici viennēses,& græcienses, ex lumine, quod visum liberum oculis, vel per Tubum opticum non apparet ita Viuidum, clarum, & solidum,vt lumen stellarum, sed potius languidum,obtusum, et quasi obscurum, Cōf.quia colores ipsi circa quos oculus fertur tāquā circa propriū obiectum sæpe sūt adparētes,& non veri,ergo multo magis circa alia obiecta decipi potest visus, nec talis deceptio emendari poterit per Tubum opticum, vt facile patet, quia per hunc solum fit,vt clarius,& maius aliquod appareat.

35 Confir. ex ijs quæ refert Tamnerus t. p. disp.6.q.3.d.3.nu.43.& seq. de Regij montani obseruationibus, & aliorum, non potuisse Paralaxim maiorem inuenire quam sex graduum,quæ paralaxis ostendit cometam supra terram attolli octies mille centum, & ottoginta duobus milliaribus Germanicis, at hinc sequitur cometam fuisse inferiorem luna, & attingere supremum regionem aeris,vt suse Tamnerus loc. cit. ex aliorum demonstratione ostendit.

Confir.quia inter eos,qui huiusmodi cometas esse supra lunam affirmat, non conuenit de altitudine vt patet ex litteris Tychonis ad Rottomandim datis 1588. & refert Tamnerus nu.46.accedit, quod docet Bag.;1.p.q.66. art. 2. ad 6. in regione aeris, in qua apparet cometa,esse dispositionem quandam causatam a stellis sub quibus conspicitur cometa, ab hominibus diuersarum regionum,non quod cometa sit in determinata parte aeris respectu omnium aspicientium,sed quod per totam circumferentiam aeris sit talis dispositio directe versus stellas causātes huiusmodi dispositiones, vbi cometa ipse appareat,vt de iride dicitur, quæ non est in determinata part e nubis roridæ, aspicientibus illam e diuersis locis apparet oppofita soli, sic etiam si nunquam apparuisset cœlum nubibus tectum,& de repēte appareret aliquod fignū rubrū, vel vlterius coloris diceretur illud fignum esse vere pro pe solem,& simle qd.contingit circa lunam cum aer est subnubilosus in quo causatur a radijs lunæ circulus quidam, quē certe non est in determinata parte aeris, sed in toto aere circa lunam, qui modus dicendi facilis esset ad tuendam Aristotelis sententiam, nisi incredibilis videretur esse in toto aere talis dispositio, sed cum non sit impossibile talem dispositionem causari, non potest efficaciter improbari.

Dices per Tubum opticum cometa non apparuit multiplicari sicut multiplicatur luna,& alia obiecta infra lunam, sed nō magis visus est multiplicari, quam multiplicentur stellæ firmamenti.

Respond.alij asserendo instantiam, quia nemo posuit illam supra solem, & tamen per Tubum inspectus nunq. adeo multiplicari visus est sicut sol in eadem distātia multiplicari solet. quare ratio ab ijs reddenda similiter cur non multiplicetur. 36 Cur nō multiplicetur.

Resp.2.causā illis apparentiæ esse exiguitatem corporis luminosi nam ob tanti spatij interuallum nudo oculo inspectus ob suī exiguitatem nō apparet bene terminatum, sed potius radijs spurijs,circūconsusus solet maior apparere intuentibus, quam vere sit, & appareret in eadem distantia si radijs precisis videretur:rō est quia per Tubū opticū adiuta potentia visiua videt illum sine illis radijs, inde apparet non multiplicari in eadem proportione, qua alia obiectā multiplicari solent,vt facile patet in omnibus, & in candela, seu igne de longe conspecto per visum præsertim debilem, de qua re iudicium sit Peritorum astrologorum.

Dices 2. ex Vitell.l. 10. Theor. 60 exhalationes non ascendunt vltra septendecim miliaria Germanica, at huiusmodi cometæ multo altius ascendunt, ergo non possunt fieri ex materia exhalationum. 37

Resp.hoc Vitellionis pronuntiatum reijci a card.l.4.de subtilit.vbi ostendit exhalationes multo altius ascendere,& confirmat Scutellus apud Tychonem l. 1.phænom c. 10.num.2.vapores attingere altitudinem milliariorum 593.& ex aliqua ex parta consentit Rogger.bach.c. 17. imò Tamnerus t. p. disp.6.q.3.d.3. nu. 45. putat probabile subtiles illas, & prope ignitas exhalationes ad concauum vsque lunæ subnehi posse,nec tamen nisi ad certam distantiam lumen in illis reflexum videri posse ob distantiam, & debilitatem luminis, visiuæ potentiæ, & aliorum concurrentium ad visionem. 38

Alterum responsionis genus admittit illas mutationes esse in cœlo æthereo non solum secundum accidentia, sed etiam sm substātiam.i.at factas non virtute naturali,sed supernaturali ob finem Deo notum,siue ad significandum aliquem magnum effectum. Siue ad mortales terrefaciendos, eosque a peccatis reuocandos,siue ad ostensionem suæ potentiæ, & dominij supra creaturas, siue vt media proportionaret fini, nam cum cœli creati sint propter hominem sicut hic habet duplicem statum .f. naturalem, & supernaturalem, ita cœlis aliqua contingere voluit

Nō ē Deo nouum hæc super naturaliter operari circa cœlum

voluit naturaliter, alia supernaturaliter, ita Conimb. loc. cit. cert. 3. ad tertium & art. 4. Tamnerus loc. cit. num. 47. & alij Neque hoc nouum, nam Ios. 12. sol stetit Iosue pugnante; & 4. Reg. 20. Ezech. rogante legimus solem retrorsum commeasse vnde vmbram in horologio Achaz retraxit decem lineis horarijs. Et Matt. 27. sol in passione Christi contra naturæ cursum in Plenilunio suos radios continuit, vnde tenebræ, factæ sunt super vniuersam terram, quod iterum factum est centum circiter annis præter lapsis, vt refert Tert. ad Scapul. c. 3. *Nam sol inquit, in conuentu vticensi, extincto pene lumine, adeo portentum fuit, vt non potuerit, extraordinario deliquio hoc pati, positus Hypsomate, & domicilio, &c.*

Confirmat. ex D. Aug. 21. de Ciuit. c. 18. auctoritate, qui mutationem coloris, magnitudinis, figuræ, & cursus factam in stella Veneris refert in Dei potentiam supernaturalem.

Aug.

Confir. ex eo, quod refert Aug. l. de vrbis excidio t. 9. circa annum 396. l. ardente cœlo, terra tremente Constantinopolitanæ vrbis excidiū imminere: ad terrendam Ciuitatem, & ad peccata delenda per pœnitentiā, vnde subdit. *seruo cuidam suo fideli, viro, vt dicitur militari venit in reuelatione, & dixit ei, Ciuitatem venturo de coelo igne perituram, eumq. admonuit vt Episcopo diceret, dictum est, non contempsit Episcopus, & alloquutus est populum conuersa est ciuitas in luctum pœnitentia, quemadmodum quondam illa antiqua niniue*, quam reuelationem non fuisse vanam fuse prosequitur Aug. & concludit. *Quis dubitet misericordiossimum Patrem corrigere voluisse terrendo, non perdēdo perire. &c. Prorsus sicut solent manus erigi ad feriendum, & costernato illo, qui feriendus erat miseratione reuocari, ita factum est illi ciuitati.*

39 Damasc. Tert. Niceph.

Confir. ex Damas. 2. fid. c. 7. qui idem docet de cometis, *qui diuina iussione opportuno tempore constituuntur, & rursus dissoluuntur*, vt de stella magorum philosophatur. multa alia præter naturæ ordinem a Deo facta narrat Tert. loc. citat. Aug. loc. cit. & 2. de ciu. ta 23. & l. 3. c. 1. Niceph. l. 3. c. 4. Tamnerus 1. p. d. 6. q. 3. d. 3. vbi num. 55. narrat, quid contingerit suo tempore, & ad initia tumultus Boemici in ipsa Boemia.

Philastr.

Hinc philastr. in suo catalogo acriter perstringit alter phylosophantes: *Non attendentes, inquit, Dei potentiam, Elementorum naturæ adscribere audent potentia motionem vt quidem phylosophi vani quæ rerum naturæ hoc adscribentes, Dei potentiam non cognouerunt, &c.* qui phylosophandi modus non solum placet viris doctis. & pijs, sed etiam astrologis, vt Mæstlino, quem recipit Ticho, Brahe lib. 2. de mundi æthercirecentioribus phenomen. c. 10. m. 1. mic. his verbis. *interim pie, & sobrie Mæstlinum sentire iudicio, qui omnipotentiæ diuinæ has miraculosas generationes immediate adscribit, & in naturæ secretis reponit.*

Vnum ab hac sententia q̄ri potest. s. modus, quo hæ nouæ stellæ fuerunt in cœlo, nā tripliciter poni possunt, primo existentibus in eodem spatio penetratiuè partibus cœli, & stellis nouis, 2. vt destructis prioribus cœli partibus, in earum locum suffecit corpora nouarum stellarum, 3. vt partibus cœli carentibus luce, Deus nouam lucem indederit, vt vm aliquos die primo creationis lucem in subiecto præexistente produxit ex Tamnero disp. 6. q. 2. d. 3. & producto ac solidato secundo die firmamento, illi stellas quarto die inseruit absq. illius substātiæ noua productiona, sed præexistentia condensatione, vt Tamnerus q. 1. d. 2, ostendit quare non mirum si idem ex causis sua prouidentia probatis effecerit in harum nouarum stellarum appāritione, sed quis modus sit ex his probabilior, aliorum omitto iudicio.

Modus quo supernaturaliter in coelo possit poni.

40 Referuntur varij modi per quos dici potest fuisse in coelo æthereo naturaliter.

Tertiu genus respondendi est aliorum, qui neq. omnes cometas dicit esse infra lunā neq. omnes supra lunam, sed aliquos infra, aliquos supra quare putāt de singulis ferendum esse iudictum, sed ex iis qui ponūt aliquos esse supra lunam vario modo illam nouitatem explicant sine noua generatione, & corruptione celestis substantiæ.

Resp. 1. Card. nouas stellas posse apparere in coelo ex aggregatione splendoris emanantis a Planetis, & reliquis astris, vt refere Clau. in c. 1. spher. fol. mihi 221. & hoc modo extiterunt hæ nouæ stellæ, ex reflexione luminum ad talem partem cœli, in qua huiusmodi stellæ de nouo apparent.

41 Reijcitur opin. Cardan.

Sed hic modus non placet alijs, nam si stellæ fieri possent ex hac vnione luminum reflexorum sæpius in natura contingerent, nam stellæ firmamenti semper seruant eundem aspectum inter se, & cum partibus cœli: ergo semper reflectuntur ad eandem partem cœli; Planetæ vero etiam si varientur, secundum aspectus, tamen semper habent aliquam vnionem cum stellis firmamenti ergo semper ex lumine eorum reflexo deberet causari aliqua noua stella, quod est contra experientiam.

Conf. nam noua stellæ vel apparent ex reflexione luminum stellarum fixarum præcise, & cum hæc reflexio sit semper eodem modo, illæ nouæ stellæ vniformiter apparent, vel simul cum reflexione luminum planetarum, & non potuit noua stella in cassiopeia duobus annis durare, quia vnio stellarum erraticarum inter se, & cum fixis non potest eadem seruari tanto tempore, vt patet neque cum omnia stellarum lumina oriātur, a sole non possunt augere lunam solis atque adeo neq. reflexionem ab illo factum.

Confir. 2. Scal. exer. 79. si illa cœlo est pars densa apta ad reflexionem ibi semper appareret stella, quia semper illuminaretur à solis lumine, siuut illuminantur omnes aliæ partes cœli, quare apparent semper eædem stellæ, ita & illa pars semper illuminata appa-

appareret, vnde scaliger, non omnia, inquit illa tua sydera cincinerica æquè accenduntur? cum sit idem sol, idem aer, eadem siccitas, eadem syderum natura.

Resp. 2. alij stellas apparuisse de nouo, nõ quidem ex reflexione luminis aliarum, stellarum, sed ex vnione aliarum stellarum, quæ ob earum paruitatem non possunt separatim videri, sicut vnitæ videntur.

Sed contra nam hæc vnio, vel est inter stellas firmamenti, & non, quia cũ sint affixæ eidem orbi nequeunt inter se magis approximari vel elõgari, vel est inter stellas fixas, & erraticas, & non, tum quia planetæ non sunt, nec mouentur extra Zodiacum, ergo eorum vnio non potuit fieri extra Zodiacum, tum quia non apparerent in firmamento, sed in cœlo, in quo vuiuntur, & ex eodem argumento apparet non posse oriri ex vnione planetarum inter se.

Vel est vnio, non quidem planetarum, sed aliarum stellarum, quæ sunt in orbibus planetarum, quæ ut ob earum paruitatem separatæ non videntur, ita vnitæ videntur.

Sed contra tum quia hæc vnio partium illorum orbium sæpius fit, attamen apparentia huiusmodi stellarum rarissime fit.

Tum quia illę stellę ex astrologis ponũtur in firmamento seruantes semper eundem situm, & aspectum respectu cuiuslibet partis terræ, at si fieret ex vnione paruarum stellarum existentium in orbibus planetarum; nec possent apparere in firmamento, nec seruare eundem aspectum, vt ex perspectiua scientia patet. Hinc Scalig. exer 79. ridiculum putat existimare in planetarum orbibus alias esse stellas præter corpora planetarum, easque sparsas in diuersis locis, quæquæ vt in ludis mimicis, vel puerilibus modo appareant modo abscondantur. *itaq vaporẽ*, inquit *arbitramur, vi tractum ab astrorũ aliquo in aeris summã regionẽ, cuius vaporis nrã nõ sit ardens, sed mixtę materia tãq. fumus, aut fuligo recipiẽs solis radios atq. idcirco visibilis, & trãsmittẽs eos atq. adeo candata.*

Tertio alij huiusmodi stellas dicunt esse quidem in firmamento, sed affixas immediate epyciclo, qui dum vertit ad nos partem stellatam, apparet stella, dum vero voluitur in partem oppositam disparet, sed contra hanc plura Clauius, in cap. primum sphæræ, & Tam. disp. 6. q. 3. d. 3. num. 60. *in superioribus inquit cœlis quosdã epyciclos nec adeo magnos, vt sensibilẽ in eis stellarũ motarũ declinationẽ efficiant, nec adeo paruos qui stellas in perigæo vtcũq sensibiles subducere in apogeo visui nostro possint, præsertim si ipsa etiã stella vt infixæ irregularis figuræ esse ponãtur, vt de maculis solaribus infra, sic. n. vtrũq. in tãto internallo fieri poterit, etĩ si interi epycicli illi diametrũ reipsa aliquot milliũ milliarũ cõtineãtnn his igitur epycicli si stella cõstituãtur tardissimi motus fiet, vt stella quãuis lõgo etiã tẽpore cũ in perigeo versatur à nobis aspectabilis sit: postea vero ob nimiã altitudinẽ, & quã in tãta distãtia pfert paruitatẽ, videri amplius nõ possit* qui modus dicẽdi. nõ placuit Kepplero li. de stella noua serpentarij cap. 21. sed concedit Tamnerus aliquibus applicari posse, nec videt quid obijci possit.

Sed hic modus dicendi nec omnibus huiusmodi phænemonis applicari potest, vt fatetur Tamnerus, nec apparet cur sępius non contingant, etiam si motus ille epycicli sit tardissimus cum stella cassiopeę duobus, anuis apparuerit, & irregularis maguitudinis, & sic de alijs dici posset.

Quarto alij putantes nihil de nouo in cœlo generari: sed solum quæ prius in firmamento existebant occulta siue ob exiguitatem, siue ob epycclorum faciem versus partem superiorem, nobis fiunt manifesta ex vnione partium firmamenti vnitarum inter se ratione variorum epyciclorum, qui continent partes illas densiores, & a sole illustratas, sicut alia astra illius orbis, vnde hi coniungunt secundum modum dicendi cum tertio, nam dicunt partes illas densas, quas vocant minutulas stellas esse in firmamento, & quia partes firmamenti non possunt inter se magis approximari, vel elongari, ponunt plures epycclos, qui suis motibus vniunt illas minutas stellas per iusta positionem, ex qua iuxtapositione redduntur visibiles cum antea propter paruitatem ipsarum & distantiam inter se non essent a nobis visibiles.

Hic modus dicendi ex positis in hac 4. responsione est omnium probabilissimus, & & defensus publica in academia Ingolstadiensi in cometa an. 1618. præsertim cum ex hoc modo possint facile saluari apparentiæ stellarum, quæ aliquãdo maiores, aliquãdo minores videntur, vt de spica virginis dicitur.

Sed adhuc non placet. nam nõ potest reddi probabilis ratio cur stella noua vicina cassiopeæ durauerit per annum in quantitate primę magnitudiuis, & in secundo anno apparuerit tertię magnitudinis, & deinceps semper minor donec omnino disparuit, cur .n. in primo anno semper seruata fuerit vniformitas cum epycicli inter se semper situm mutauerint ob eorũ motum, deinde quomodo ex prima magnitudine ad tertiã transierit non attingendo magnitudinẽ secuudam, cum epyciclorũ motus approximationis, & elõgationis a se inuicem fuerit continuus.

Conf. nã cũ epycicli cõpleuerint semicirculũ versus nostrã partem per duos annos, cur deinde transactis duobus alijs annis necessarijs ad compleudum semicirculum superiorẽ non redierit eadem apparentia, vel illi aliquãto similis. vnde tãta est irregularitas illius motus? tũ cur non sæpe apparet, vel superiori anno non apparuerit? quare licat concedam posse ex huiusmodi motibus oriri diuersas coniunctiones diuersarum partiũ atq. adeo diuersas apparentias præsertim cum antiqui agnouerint generationẽ.come-

...tarum fieri ex coniunctione plurium planetarum, vt refert Aristoteles 1. met. c. 6. tñ non potest probari in omnibus, vt patebit ex dictis ad singula Argumenta.

Art 8. soluuntur argum.

Ad 1. de stella visa ab Hipparco nō cōstat vbi fuerit, probabile quidē est fuisse in acre.

Ad 2. de stellæ veneris mutatione dici pōt contigisse ex radiorum diminutione, vel ex stellis circa ipsam motis per epyciclos, q etiam dicitur de spica virginis, vel de luminibus circa huiusmodi stellas reflexis.

Ad 3. de stella cassiopeę, aliqui apud Clauiū dicunt non esse nouā, sed ex tredecim, quę nobis maior apparuit ob interpositionē magnæ copiæ terrestrium exhalationū inter illam stellam, & nostrum aspectum, vt denarius existens in aqua maior apparet ob refractionē, sed his obstat testimoniū aliorū apud Clauiū illā apparuisse vltra antiquas tredecī.

At alij putant posse illā apparentiā saluari, ex vnione diuersarum partium intensarum firmamenti pluribus epyciclis insertarum, vt dictum est in quarto modo.

Et idē dici pōt de cometis, quæ apparuerunt anno 1577. 1600. in cygni pectore, & 1604. & de alijs.

Quod si nulla harū triū responsionū alicui placet, pōt fingi quarta, illas stellas fuisse in firmamento per mutationē quādā accidentalē partiū ad reflectendū lumē solis sine vlla substantiali mutatione, etiā si a nobis ignoretur, qualis sit illa dispositio; similis ne den sitati, an opacitati, ex quibus sit reflexio in interioribus, nec mirū quod a nobis ignoretur, & nō specifica illius dispositionis, & modus quo ibi generatur, per motus ne an per aliquem influxum siue inferiorum orbium siue circumiacentium stellarum, nā rectè sen 7. q. 1. nat. c. 1. *multa dari, quæ esse cōcedimus, quæ tñ qualia sunt ignoramus*, vt considerantī res naturales facile patet, quod in materia hac facilius cōcedi potest, tū ob distātiā a nostris sensibus, tum ob raritatem euentus tum quia ex paralaxibus nihil certi colligi pōt de his stellis, co q aliqui h bere viden tur motū plane irregularē, & nullis certis legibus definitū, vt de stella quæ magos duxit ad præsepe patet ex scriptura, & de cometa qui apparuit anno 1558. scribit Tych. li. 1. de nou. phænom. c. 10. n. 2. *quod ipsum primi mobilis reuolutionem suo proprio cursu ab ortē te in occidentē toto durationis tempore anteuertisse perpetuoq. contra ordinem signorum in antecedentia fuisse delatū*. Contra vero scribit de stella ad cassiopeam, qua vltra annuū tēpus in vno, eodēque firmamenti loco immota cōspiciebatur, simile quid refert de cometa an. 1590. Tycho in epist. ad Landgrauium Hassię, qui cursum mutabat a tardo in velocem et cōtra. Hinc Appian. in Astronomico Cæsareo ait, motum horum simillimum, regulari, quare nō esse omni ex parte regularis, quæ ostendunt hoc, vel esse in cœlo aereo, vel in æthereo miraculose.

Ad 4. de maculis solaribus, prim o aliqui negarunt, sed tales apparentias oriri ex oculi vel Tubi vitio, sed mirum in omnibus esse simile vitiū. Alij esse quidē maculas, sed luna superiores nō esse, sed cōtra, vnā refert Tān. n. 68 quod nō solum ob ijsdem diuerso tempore, & diuturno, sed etiam eodem tempore a diuersis in remotissimis locis sub eodē solis loco magna proportionū vniformitate semper visæ sunt, & videntur cum variatione, ne solum ex motu ipsius solis orta.

R. 3. Less. lib. 1. de prouid. Dei c. 2. posse saluari absq. vlla cœlorum corruptibilitate, & liquidate ex proprijs epyciclis, quibus sunt insitę, qui circa solem mouentur, quarū figura, & motus saluari facile pōt ex positione earum cum huiusmodi conditionibus. Prima est, quod sint varię, & irregularis figuras, ac plerumq. in modum disci compressæ latiores, & lōgiores, quam crassiores, absq; vlla laterum certa terminatione, instar floc alicuius lanei, aut niuis, siue etiam instar volātis muscæ, aut macilenti pulicis, vt de suo sub sole mercurio docet Kepplerus.

2. Cond. est quod plerunq. non sunt vnū quoddam continuum corpus, sed aggregata ex pluribus corpusculis opacis quasi temere conglomeratis resultans, quod etiā visu discernitur, cū in vna sæpe macula plura quā decem huiusmodi corpuscula minuta numerētur, & distinguantur, præter, ea quæ ob exiguitatem, & proximitatem non possunt discerni.

3 quod maculæ, & corpuscula, ex quibus constāt nō semp, & constanter seruāt inter se eūdem sitū, & cōpositionē, sed sæpe à proprio motu, sed ignoratur an regulari sēper, sen sim dissociari, & post aliquod tempus magis sub sole consociari videntur, ex quo Tannerus infert nō ferri omnes in ijsdē sphæris.

4 q nō circūstāt proxime solē, sed magnum satis circulū sub sole, aut circa solem cōficiūt.

5. quod stato tēpore, & ordine suū sub sole motū multū variāt. Ex his conditionibus varia oriūtur. Nā ex prima. 2. & 3. cōditione oritur mutatio figure, vnde videtur de nouo generari, & corrūpi sub eodem sole, tū quia cū in ingressu solis, vel exitu ob exilitatem singula eius corpora videri non possint, deindeq vero maiora cum sint, videantur, generari videntur, quia apparet, cum antea essent, sed nō apparebāt, tum quia ob variam figuram, & conformationem, ad oculos iudicatur, licet falso, nō esse subītāriter easdem.

2. ex 4. & 5. Cōsequitur vt eadem aut nunquā aut sero admodū sub sole redeant, quod si forte radierint difficile agnosci pōt, præsertim ob figurā disturbatā ex diuerso corpusculorum, ex quibus constat motu.

4. patet cur facile suum sole centrum, aliquādo mutant per positionem conuenientium Epyciclorum, vel eccentricorum absq. cœli corruptibilitate, vel liquiditate. Hæc Tanerus de maculis solis.

Ex

52 Ex his patet ad argumenta propoſita art. 2. pro cœli corruptibilitate ex parte materiæ, ſed non ex parte formę. Primo quod ſatiet materiam, nam oſtendimus nullam formam ſiue corpoream ſiue ſpiritualem poſſe ſatiare appetitum materiæ, quia nulla contiÌnet formaliter perfectiones omniũ formarum, neq. ſatis eſt continentia virtualis, vel eminentialis, vt patet ex materia informata per animam rationalem, & ratio quia appetitus materiæ ſequitur potentiam eius, hæc autem reſpicit, tam perfectas, quam imperfectas, quia omnium eſt capax naturaliter; ex quo patet eſſe diſcrimen inter humanitatẽ ſubſiſtentem in ſuppoſito diuino, & materiã habentẽ animam rationalem, quia ſuppoſitum diuinum eleuat humanitatem ad eſſe ſuperioris ordinis, ad quem non habet potẽtiam naturalem, at non ſic materia dum informatur anima rationali, & ſimilibus; præterquam quod non conueniunt Theologi de appetitu naturali humanitatis reſpectu

Nõ pôt ſaluari incorruptibilitas ex ſatietate materiei.

53 proprij ſuppoſiti dum eſt in ſuppoſito diuino, de qua re fuſe dixi 3.p.

Nõ pôt ſaluari ex indiſſolubilitate vnionis ex parte virtutis reſiſtitiuæ:

Secundo patet non recte ſaluari incorruptibilitatem ab intrinſeco ex parte formæ exigentis vnionem indiſſolubilem cum materia, quia talis vnio repugnat formæ alicui reſpectu talis materiæ indifferentis ad plures formas, nam non poteſt ſaluari ex parte appetitus ſatiati, vt diximus, neq; ex parte reſiſtentię, quæ ſequitur perfectionem formæ vnde ſicut forma cœleſtis eſt omnium corporearum perfectiſſima, ita reſiſtendi vim habet maximam, quæ ſuperat actiuitatem omnium formarum inferiorum: nam cum illa uis reſiſtendi negetur animę rationali, quæ eſt perfectior, multo magis negari debet formæ cœleſti imperfectiori, quod dicant non attendi rem illam ex perfectione, ſed ex peculiari conditione, vt cerua dicitur longioris vitæ, quam homo, & aurum ac ſimilia magis durant, quam viuentia, ſi inquã id dicant, tunc contra obſtat, quia etiam alia alijs diutius conſeruantur in eſſe, tamen omnia tandem deſtruuntur, nam virtus reſiſtitiua eſt finitę virtutis, ergo non poteſt perpetuo reſiſtere, quia ſemper per repaſſionẽ minuitur, vt patet ex natura ipſius auri, & lini inconbuſtibilis, quæ tandem vincuntur ab agentibus, Neq; naturaliter contingere poteſt, vt producatur forma in materia elementari non indigens diſpoſitionibus, tum quia cum ſit ſm̃ ſe indifferens ad plures debet determinari ad hanc potius, quam illã, tum quia ibi poſſet introduci diſpoſitio vltima alterius formæ, & tamen ibi non eſſet forma contra experientiam naturæ.

Ex quibus facile ſolui poſſunt alia argumenta, quæ afferuntur ab aduerſarijs, ſiue ex parte formæ, ſiue diſpoſitionum, ſiue ex defectu contrarij agentis.

# DVBIT. II.

## *An ſit corruptibile quoad accidentia.*

### ARTIC. I.
*Explicantur termini, & ſenſus quaſtionis.*

PRimo Not. in cœlo debere poni aliqua accidentia eſt D. T. 2.cœl. 53. cõtra ſimplicium putantem cœlum eſſe ſubſtantiam omnino ſimplicem carentem nõ ſolum ſubſtantiali compoſitione, ſed etiam accidẽtali, in quo patet erraſſe cum ſit contra rationem entis creati habere totam perfectionẽ ſibi cõnaturalem ex vi ſuę eſſentię, & pateat ex oculata experientia accidentiũ, quæ nũc in cœlo, vt quantitas figura motus lumen &c. vnde exiſtimo ſimplicium loquutus fuiſſe de accidentibus, quæ ſunt termini alterationis propriẽ dictæ. 1

*In cœlo ſũt accidentia.*

2. Not. cœlum conuenire cum inferioribus in gradu corporeo, atq; adeo conuenire etiam debet in proprietatibus, quæ neceſſario conſequuntur gradus ſuperiores, vt sũt vnitas bonitas, veritas, quę conſequtum ens, & quantitas figura finitas, quæ conſequũtur gradum corporeitatis, & quia nõ datur ſubſtantia ſpecifica, quæ non babeat ſibi proprietates conuertibiles ideo hæ debent etiã cœlo tribui.

3. Not. non eſſe difficultatem de mutabilitate accidentium propriorum, quæ neceſſario conueniunt, ſed de mutatione accidentium aliorum q̃ ſunt a ſubiecto ſeparabilia ſiue conueniant rõne graduum ſuperiorũ, vt figura, ſiue propriæ differentiæ ſpecificæ.

### ARTIC. II.
*Opiniones Doctorum.*

PRima opin. negat huiuſmodi mutationis capaces eſſe cœlos. Nã ſicut omnia accidentia ordinantur ad ſubſtantiam, ita omnis mutatio accidentalis ordinari debet ad mutationem ſubſtantialẽ, ſed cœli ſunt incapaces mutationis ſubſtantialis, ergo. Cõfir. q̃a omnis mutatio ẽ inter contraria ex 5. phy. at cœlum ẽ incapax accidentium contrariorum, ergo & mutationis ſm̃ accidentia, cõf. 2. quia orbes ſuperiores producunt in inferioribus primas qualitates, ergo etiam circa orbes medios ſibi proximos. Confir. 3. quia alioqui materia cœlorũ eſſet eadẽ formarũ eiuſdẽ ſpeciei cum formis inferioribus, quia ẽ capax formarum accidentalium, corruptibilium, quales ſunt inferiores. 2

*Cœlum non ẽ capax mutationis accidentalis.*

2. Opin. affirmat eſſe capacẽ mutationis accidentalis, quę ẽ ſm̃ accidẽtia perfectiua non aũt quæ ẽ ſm̃ accidẽtia corruptiua: & cõmunis fere omniũ fundamentũ ſumitur, ex fundamento oppoſito nã illa mutatio accidentalis debet poni in corpore incorruptibili, q̃ illi eſt proportionata at nõ ẽ ſic q̃ ẽ ſm̃ cõtraria, ſed mutatio ſm̃ accidẽtia pfectiua eſt illi 3

*Cœlũ ẽ capax mutationis accidentalis.*

proportionata,at quæ sm̃ accidentia corruptiua ē illi cōtraria, ergo pfectiua ē in cœlo nō,autē corruptiua, & hæc opi.mihi placet.

## ARTIC. III.
*Opinio Auctoris,*

4 Non ē capax mutationis accidentalis corruptiue.

PRima Concl.cœlum non ē capax mutationis accidentalis corruptiuæ, primo patet ex nãa mutationis huiusmodi, tū quia ordinatur ad mutationē substãtialem, quæ nō pōt esse in cœlo,at frustra natura instituisset media vbi ē impossibilis finis,tū quia hęc mutatio specificatur a qualitatibus tāq.a terminis,ergo mutatio accidentalis corruptiua a qualitatibus corruptiuis cuiusmodi sunt qualitates elementares, vel elementatæ, vt sunt qualitates secundæ, quæ mutatio apud Aristotelem dicitur alteratio,

Cōf.quia corruptio substãtiæ seqtur ex corruptione propriarū dispositionū,hæc aūt sequitur introductionē dispositionū,quæ sunt oppositæ prioribus, at per nullū agēs natura le possūt introduci huiusmodi dispositiones in materia cœlesti,siue qa dispositiones cœlestes nō habēt cōtrarias,,siue qa etiã si habeant,nō sunt in potentia causarū naturalium. Hinc dicitur non esse capax alienarum impressionum,vt recte Alb.explicat.

5 Est capax mutationis perfectiua seu sm̃ accidentia perfectiua,

2.Concl,cœlū ē capax mutationis accidētalis perfectiuæ 1,patet ex cōtinua cœlorū illuminatione 2.ex motu locali 3.ex influxib⁹ cœlorū cū agens naturale nō possit producere aliquid in distans, non producendo in medio.atqui huiusmodi mutationes nō repugnãt incorruptibilitati cœlorū cū etiam reperiantur in Angelis,& animalibus.

Coelum est corruptibile secundum accidentia,

3.Concl.cœlū ē corruptibile sm̃ accidētia, & generabile quia patet ex motu cuius aliæ partes continuo generantur,alia corrūpitur, 2.ex lumine,quod a sole continuo per suum motū successiue producitur, & corrūpitur circa partes diuersas orbis,vt patet cōsiderãti,& idē de alijs influentijs cœlorū,Conf.ex luna quæ interpositione terræ eclypsatur.

Conf.2.ex dictis de maculis solaribus, & apparitionibus nouarum stellarum.

## ARTIC. IV.
*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

6 Accidentia non ordinantur per se ad corruptionē substantiæ, sed per accidens.

AD primū Resp.accidentia omnia per se ordinari ad perfectionē substãtiae,& p accidens ad corruptionē illius, quod solum conuenit illis accidentibus,quæ sunt dispositiones ad aliquã formã incompossibilē, cum altera in eodem subiecto capaci vtriusque nam talia accidentia per se disponendo ad formã vnã corrumpunt dispositiones cōuenientes alteri formæ,& consequenter introducendo aliam formã, corrumpunt veterē.

Mutatio secundum se ē inter contraria priuatiue

Resp.2.negando omnē mutationem accidentalē ordinari ad mutationē substantialē, quia sicut sunt accidētia, quæ solum habent vim perficiendi substãtiã, & non corrūpēdi aliã ita pōt dari mutatio accidētalis, sine ulli⁹ corruptione substãtiæ,vt facile cuiq.patet

Ad 1.Conf.mutationē in cōi esse inter cōtraria priuatiuè,nō aūt inter contraria positiue,alioqui generatio non esset mutationis spēs, solū auctioni,lationi,& alterationi proprie dictæ cōuenit esse inter terminos positiuos,neq.exigitur,vt sint pprie cōtrarij,vt patet ex terminis auctionis, & lationis.

Ad 2.Conf.Resp.orbes inferiores habere 7 duos effectus,vnū immediate, & primario, & hic nō pōt produci ab illis in distans nisi pducatur circa mediū ex cōi, alter mediatus,& secundarius, & hic ē ab illis in distãs, & nō circa mediū,vt patet exemplo luminis quod producitur a sole in inferioribus, & in medio,sed calor qui producitur a sole mediante lumine, & secundario producitur in inferioribus,& nō circa medios orbes, quia lumen receptū in orbibus non produci tibi calorē ob incapacitatem subiecti.

Ad 3.Conf.magnã esse controuersiam cir- 8 ca accidentia cœlorū an sint eiusdē speciei cum inferioribus, & quidē aliqua esse diuersæ speciei facile patet vt quæ sunt proprietates consequentes differentias specificas orbiū,& inferiorū,quia illæ non possunt esse cōes pluribus,solū pōt esse difficultas de accidentibus contingenter illis cōuenientibus & de accidentibus necessarijs quidem, sed rōe gradum superiorū Resp. de his nō posse dari certã regulã, nam aliqua constat esse eiusdē speciei in diuersis speciebus,vt quãtitas hominis,leonis,cerui,&c.Aliqua tñ esse diuersæ speciei,vt dicitur de potentia visiua hominis,leonis,& Aquilę,&c. quæ licet conueniãt illis rōe gradus cōis tñ,vt hæ potentiæ determinãtur ad talia subiecta sūt, diuersæ speciei secundum aliquos.

Ex quibus patet nihil posse in vniuersali determinari de identitate specifica accidentium,quæ cœlis,& inferioribus conueniunt, sed de singulis est quæstio examinanda,solū hoc dico,non repugnare,ex parte subiectorum, quin sint eiusdem speciei.

Dices repugnantiã oriri ex parte subiectorum,quia inde accidentia habent corruptibilitatē,vt quæ sunt in inferioribus, & incorruptibilitatem, vt quæ sunt in cœlis at corruptibile, & incorruptibile differunt genere 10.met.t.10.

9 Quomodo corruptibile & incorruptibile dicitur genere differre.

Resp.propositionē illã non intelligi de corruptibilibus, & incorruptibilibus p accidēs qualem habent accidentia ex parte subiecti sed de corruptibilibus, & incorruptibilibus per se quales sunt substantiæ,quibus sicut cōuenit p se existere, ita generari, & corrūpi.

Resp.2.neq.intelligi de genere logico,sed physico.s.materia,vt alibi,quod si intelligat de genere logico,nō loquitur de genere generalissimo,quia quæ sic differunt non dicūtur differre,sed primo diuersa, sed de genere subalterno.primo, quia id probat ex eorum contrarietate at contraria non sunt sub eodē genere generalissimo, sed sub genere subalterno ad summum differunt.

Conf.quia hæc diuersitas Arist.satis erat vt pbaret contra Platon.ideas incorruptibiles nō esse eiusdem speciei cū inferioribus corruptibilibus.

Hinc

10 *Substātiā nō incorruptibilis per accidens de Arist.*

Hinc Aristoteles 1. cœl. 164. negat substātias esse incorruptibiles per accidens, quia incorruptibilitas illis conuenire non potest nisi ex materia, illi intrinseca, nam vel est simplex, & cum careat materia, est ab intrinseco incorruptibilis, vel est composita, & si materia est capax plurium formarum est ab intrinseco corruptibilis, si incapax plurium formarum est ab intrinseco incorruptibilis, quare non potest esse naturaliter incorruptibilis per accidens. Hinc reprehēdit Platonem dicētem coelum esse per se corruptibile, et per accidens incorruptibile, scilicet per voluntatem Dei nam, quod est per se .i. ratione materię corruptibile, non potest fieri per accidens incorruptibile quia non potest fieri, vt sit sine materia, quæ est radix corruptibilitatis, qui Aristotiles discursus naturaliter ex vi causarum naturalium non est improbandus, at respectu potentiæ supernaturalis non habet locum, vt patet ex dono iustitię originalis tributę Adamo, & dotibus gloriosis Beatorum Corporum.

11 *Ex incorruptibilitate ex parte subiecti nō infertur incorruptibilitas simpliciter.*

Resp. 3. committi fallaciam accidentis, dum ex incorruptibilitate formæ ex parte subiecti infertur incorruptibilitas simpliciter, nam hac ratione nulla forma existens in materia prima esset corruptibilis, quia non potest corrumpi ad corruptionem subiecti, & ratio est quia licet non habeat illum modum corruptibilitatis, potest habere alium, Hinc patet accidentia aliqua cœlorum esse corruptibilia, vt motus lumen, &c. etiam si eorum subiectum sit incorruptibile. Dicitur autem a cœlo abesse peregrinas qualitates, quia harum nomine significantur qualitates primæ elementares, vel secundæ elementatorū, vt loquitur Angestus, quod si intelligatur de receptione connaturali; omnes concedunt, quia forma cœlestis non exigit illas; si autē de receptione simpliciter, communiter negāt, at Angestus tractās de forma cœli Not. 2. putat non posse aliquam rōem inde sumi pro cōni, nam ex illarū receptione non sequitur cœli corruptibilitas. Nam illæ qualitates, nec sunt contrariæ formæ cœli, nec eius dispositionibus, sed sunt neutræ, verum hic putat in cœlo esse materiam eiusdem rationis cum inferioribus; sed an possint recipi per potentiam Dei putat non esse dubitandum, de qua re suse infra. legite ipsum de motu cœli q. 4.

*An cœlū sit alterabile.*

Ex his soluitur quæstio, an cœlum sit alterabile, de qua suse Iand. 1. coel. q. 17. nam Iand. ait non esse proprie alterabile, quia alteratio est sm̄ qualitates corruptiuas ex 7. phys. sed improprie seu æquiuoce, quia alteratio sm̄ qualitates perfectiuas, quæ alteratio ex Iand. non est a qualitate ad qualitatē, sed a priuatione ad qualitatem, sed Iandunó obstat alteratio, quæ est secundum virtutes ac vitia in anima rationali, vide Saxon. q. vlt.

# QVÆST. II.

*De quantitate cœli continua, & quæ illam consequuntur.*

# DVBITATIO I.

## An quantitas cœli sit eiusdem speciei cum quantitate inferiorum.

Prima opinio negatiua Auer. in c. de specie, & 2. coel. 49. c. 1. de substantia: primo quia quantitas est passio materiæ, at in coelo & inferioribus sunt materiæ diuersæ speciei; ergo passiones consequentes sunt diuersæ specie, quia effectus sequuntur conditionem causarum. 1 *Quātitas coeli nō ē eiusdem speciei cum inferio. ri Auer.*

Confir. quia quantitas inferiorum est corruptibilis vt patet ex rarefactione, & condēsatione, & auctione, ac diminutione, at coeli quantitas est incorruptibilis.

Confirmatur 2. quia quantitas inferior est receptiua omnium qualitatum elementarium, & elementatorum cum accidentia hæc corporea immediate insint quantitati, vt patet ex Sacramento Eucharistiæ, vbi qualitates subsistātur vt in quātitate ex communi contra Nominales, at quantitas cœlestis est incapax huiusmodi accidentiū, sicut & materia coelorum, nam alioqui possent recipi in quantitate ad præsentiam agentiū naturalium, nam ibi essent omnia requisita ad actionem scilicet subiectum capax, & agens approximata, Confirmatur 3. quantitas inferiorum est diuisibilis, nōn sic quantitas coeli, quod si dicunt quantitatem esse secundum se diuisibilem, sed per accidens id est, ex subiecto impeditur diuisio, tunc contra, tum quia sic diuisibilitas quantitatis coelestis esset frustatoria, tum quia nullum per accidens est perpetuum, sed non diuidi conuenit perpetuo coelesti quantitati, Confirmatur 4. ex 10. met. t. 12. quæ non habent eamdem materiam differunt genere at hæ quantitates sunt huiusmodi ergo.

Confir. 5. ex primo meteor. c. 3. nihil eorum, quæ sunt apud nos idem existens Confir. 6. quia quæ communicant in eodem genere naturali sunt ad inuicem transmutabilia, sed genus naturale figurarum, est quantitas, ergo quæ communicant in quantitate essent ad inuicem transmutabilia secundum figuras.

Hi tamen inter se diuisi sunt in assignanda propria differentia, per quam differunt. Nam aliqui putant differre per rōem impetrabilitatis. Quod scilicet quantitas inferior

sit principium impetrabilitatis; superior nō ita, sed penetrabilis est, dicens solum rationem partium vt nos diximus de substantia corporea.

*At* alij putātes quantitatis rationem omnem constitui per principium impetrabilitatis dicunt differre per virtutem subiectiuam, quod quantitas inferior habet vim recipiendi omnia accidentia propria inferioribus, & communia, & aliqua, quæ conueniunt etiam coelis, At quātitas coelestis habet virtutem subiectiuam accidentium perfectiuorum, & non eorum, quæ ordinantur ad generationem ; & corruptionem alioteriærum.

3 Esse eiusdem speciei. 2. Opinio est affirmantium esse eiusdem de speciei est communis Heru. q. 4. de ma. coeli.

Fundamentum, quia quantitas abstracta ab omni subiecto sufficienter constituitur per rationem partium impenetrabilium, quia per hanc sufficienter distinguitur ab alijs prædicamentis, quod si dicant hanc rationem conuenire quantitati genericæ, non autem specificæ. tunc contra quia hæc ratio videtur specifica, cum non possit habere differentias contractiuas illius essentialiter, cum omnis differentia debeat esse proportionata generi, vnde cum ratio communis cōstitutiua quantitas sit ratio talium partiū, differentiæ essentialiter diuidentes debent sumi in ordine ad diuersas rationes partium impenetrabilium nam differentia tunc sunt proportionatæ generi cum cōtinentur intra illud genus, vnde Aristoteles 7. met. t. 43. *dicit si animalis differentia est pedes habere: animalis pedes habētis differentiam scire oportet, prout pedes habet: quare non est dicendum pedes habentis aliud plumiferum, aliud implume, si bene dicatur (verum quia non potest. faciet hoc) sed si aliud fixos, aliud non fixos pedes habens, hæ .n. pedis indifferentiæ sunt, fixio nanque pedum aliqua pedalitas est, & sic semper procedi vult donec ad differentia deueniatur, cum autem tot pedis species erunt, quot differētiæ, & pedes habentia animalia æqualia differentijs* : vnde fit differentias per se diuisiuas quantitas non debere sumi in ordine ad subiectādum talia, vel talia accidentia, sed per habere partes impenetrabiles secundū longitudinem latitudinem, & profunditatem.

Confir. quia vis substentatiua accidentiū est magis propria substantiæ, quam quantitatis, & tamen differentiæ diuisiuæ substantiæ non sumuntur in ordine ad substendum diuersa accidentia, ergo multo minus

4 Ostenditur vtriusq. opin. probabilitas soluendo argumenta, tū secundæ opinionis tum primæ. differentiæ quantitatis, cui non conuenit primario substentare accidentia, sed concomitanter, vt alibi ostendimus, præsertim cū substentare conueniat qualitatibus respectū relationum, quarum sunt fundamenta.

3. Opinio est dicentium vtramq. opinionem esse probabilem, quia vtriusq. rationes solui possunt: Nam argumenta secundæ opinionis soluuntur ex eo, quod cum ignoremus propias differentias partium, eas describimus per aliquem earum virtutem, nā cum quantitas non sit actiua, non possumus in ordine ad actiones sumere differentias eius, sed cum sit substentatiua, & receptiua in ordine ad hāc receptionē differētias, sumimus; confirm. nam quantitas tribuitur materię, vt instrumentum, quo recipiat dispositiones ad formas substantiales ergo debet esse proportionata materiæ, & dispositionibus materiæ ad recipiendam formam sibi proportionatam, cuiusmodi est quantitas incapax accidentium corruptiuorum, & elementarium.

Argumenta verò primæ opinionis etiam solui possunt. Nam primum soluitur ex eo, quod quantitas hæc sequitur materiam non huius, vel illius speciei, sed vt est subiectum formæ corporeæ. Quæ ratio reperitur in materia elementari, & cœlesti, neque est absurdum proprietatem aliquam specificā sequi gradum communem pluribus, vt de potentijs animæ sensitiuis existimant communiter.

Ad primam Confir. *Resp.* primo non esse certum quantitatem esse corruptibilem 5 An quātitas sit corruptibilis secundū se, & an incorruptibilis per accidens nam communis opinio negat, vt dicitur de rarefactione, nec in auctione, & diminutione generatur, vel corripitur, sed cibi quantitas, seu cibus quantus adijcitur viuenti, & pars viuentis in diminutione non corrumpitur ratione quantitatis, sed ratione formæ, nam pars viuentis ex vi caloris naturalis resoluta non restauratur per cibum.

*Resp.* 2. etiam si quantitas esse sīn se corruptibilis tamen per accidens non poterit corrumpi, quia scilicet est in subiecto incorruptibili, quia ex subiecto non fit incorruptibilis secundum se, sed impeditur corruptio illius ex defectu causarum, sicut figura secundum se est corruptibilis, tamen posita in subiecto aliquo v. g. cœlo dicitur incorruptibilis, non qdem intrinsece, sed extrinsece, scilicet ex defectu corrumpentis.

Ad 2. Confir. *Resp.* quantitati non conuenire vim receptiuam, & substentatiuam 6 Quātitas nō ordinatur per se primo ad recipienda accidētia sed ad extēdendam substantiam. accidentium per se, sed cōcomitanter, quia eius natura non sumit speciem ex illa virtute, sed ex ratione partium, quibus concomitanter conuenit recipere in se accidentia, quorum omnium est sīn se receptiua, sed quod non possit hæc vel illa conuenit quantitati per accidens, scilicet ratione subiecti in quo est vt v. g. in elemēto puro nō conuenit recipere colores, vel sensus, & alias huiusmodi potentias extensas. Hinc necessario colligitur quantitatem non habere vim sufficientem, & adæquatam recipiendi, & substentandi accidentie, sed exigere concomitantiam concursus subiecti substantialis nō solum mediate quatenus scilicet substantia substentat quantitatem, sed etiam immediate respectu ipsorum accidentium sicut dicunt ad operation es vitales concurrere

non

non solum potentias, sed etiam animæ essentiam immediatè. Hinc secundo sequitur ad calefactionem quantitatis Eucharistiæ non solum concurrere subiectiue quantitatem, sed suppleri partialem concursum substantiæ a Deo, vt autore naturæ, sicut concurrit totaliter ad conseruationem quantitatis eucharistiæ.

Quomodo quãtitatis diuisibilis secũdum per accidens.

7 Ad 3. Confir. Resp. quantitatem secundũ se semper esse diuisibilem, sed non posse reduci cum actum diuisionis rõne sui subiecti, cui est vnita, quod est indiuisibile per causas physicas nã nõ potest physice diuidi quantitas nisi etiam diuidatur subiectum in quo est neque tamen diuisibilitas illa est frustra tum, quia est reduci ad actum in aliquo eius indiuiduo. Tum quia actus participalis ad quem ordinatur quantitas non est diuisio, sed disponere materiam pro recipiendis formis, quatenus materia fit per quantitatem proximè apta ad recipiendas qualitates conuenientes formis, & earum operationibus, at potentia non dicitur frustra nisi quando frustratur suo actu primario non q̃n frustrator suo actu secundario, Ad alteram instantiam multa. Her. ad vigesimum, quod est per accidens non esse perpetuum secundum se, sed posse perpetuari ratione tertij, quare licet diuisibilitas quantitatis, & ratio impediens diuisionem vniantur per accidens tamen possunt perpetuari ratione tertij, scilicet substantiæ cælestis in qua vtraque ratio vnitur, sed non placet q̃a ratio impediens diuisionem est ipsamet cœli substantia.

Ego Respond. illam vnionem per accidens non posse perpetuari, quæ fit a causis naturalibus, & ab ijdem dissolui potest, & non sic vnio quantitatis cum substantia cœlorũ, quia hæc non continetur in virtute causarũ naturalium quare nõ est ratio cur nequeat in ordine ad illas perpetuari.

Explicantur quomodo quæ differũt per materiã differunt genere.

8 Ad 4. Resp. Aristotilem ibi docere modũ cognoscendi ea quæ differrunt genere, scilicet subalterno, nam supra docuerat genera generalissima non differre, sed esse primo diuersa: vnde subdit, *omne differens aut genere, aut specie differt. genere quidem quorum non est communis materia, neq. mutua generatio, vt puta quorum alia prædicationis figura est specie vero, quorum idem est genus: dicitur autem genus, quo ambo, quæ differrunt, secũdũ substantiam idem sunt.* Hæc non intelliguntur quasi omnia, quæ genere differunt habeant materiam, sed quia, quæ habent diuersam materiam genere differunt, neque id dicitur quod materia sit genus, sed quia genus sumitur a materia, vt in logica.

Sed non placet, quia differre genere ait quorum est alia prædicationis figura, at per hæc verba significatur discrimen in genere generalissimo.

9 Resp. 2. põt Arist. duo exigere silicet vt aliqua differãt genere. s. vt nõ habeãt cõmunẽ materiã, & vt inter illa nõ fit mutua trãsmutatio, nam vt communis materia requiritur identitas subiecti cum mutua transmutatione, & hinc quantitas, & qualitas licet sint in eodem subiecto, tamen differunt genere, quia inter ea non est transmutatio, quare hinc cõtra de cœli quantitatẽ, sed contra, quia materia coeli, & inferiorum est diuersa, & tamen est quantitas eiusdem speciei.

Ego respondeo cum D. Th. Aristotelem non loqui de accidentibus, quæ sunt in subiecto, sed se substantijs compositis, nam genus nõ sumuntur a materia nisi in ijs, quæ habent materiam, vt sui partem, 8. phys. t. 5. 16. quod magis patet si inspiciatur initium septimi, & 12. met. vbi totam tractationem a septimo ad 12. librum ordinat ad cognitionem substantiarum materialium, vt ex ipsarum cognitione deuenire posset ad cognitionem substantiarum immaterialium.

Ad 5. Aristotelem ibi loqui de corporibus substantialibus, nam ibi ostendit cœlum non esse ignem, neque igneę naturæ, non tamen loquitur de accidentibus, coeli enim dicuntur æthera, nõ ab igne, vt putauit Anaxagoras, sub a currendo semper, vt dicitur primo coel. 22.

Ad 6 Her. ad 26. illa non communicare in genere naturali, scilicet subiecto formæ, quod est subiectum non solum formæ, sed etiam transmutationis ad inuicem ad formã 10 At figuræ superiorum, & inferiorum cõmunicant in subiecto eiusdem rationis, scilicet in quantitate, quæ est subiectum figurarum, non tamen est subiectum transmutationis ad formam .i. figuram, quia ad hoc non est satis quantitas, sed necessariæ sunt qualitates actiuæ, & passiuæ, in quibus superiora. & inferiora non communicant, & ideo non sunt ad inuicem transmutabilia, neque est necessarium, vt quę communicant in subiecto formæ, communicent in subiecto transmutationis ad formam sicut dictum att a se in q. de formis substantialibus, quia accidentia, ordinantur ad substantiam, non tñ contra, & ideo non talia, debent esse accidentia qualia exigit substantia secundum se considerata, sed secũdum quod conuenit illi substantiæ cuius est, & ideo licet quantitati sm̃ se considerata conueniat transmutari posse de figura in figuram, tamen hoc non congruit quantitati coelesti; quia hoc non conuenit substantiæ coeli propter quam est quantitas.

Quod sit formas concurrere in materia.

Ex quibus facile patet, quid dicendum esset de identitate specifica aliorum accidẽtium sed de his infra.

Ego licet vtriusq. probabilitatem approbem, tamen probabiliorem puto secundam 11 nam licet non conueniat in genere naturali, scilicet subiecto cum materiã sint diuersæ rationis tamen superiora, & inferiora conueniunt in genere logico idest corporeo gradu, quem consequitur quantitatis eiusdem rationis, secundum rationem formalem quãtitatis, etiã si differant secundum genus cau-

Probabilior ẽ secunda opinio.

fæ

ex efficientis nam vt aliqua differant specie sub aliquo genere exigunt differentias formales circumscripto omni alio diuersas ab eis secundũ essentiam nam ex 2. phys. t. 87. & seq. nam vt aliqua differunt specie non sufficit diuersitas subiectorum, vt dicebant Platonici, sed debent habere formas diuersas formaliter seu per rationes formales in suis essentijs circumscriptio omni alio differente ab eis per essentiam, vt fuse Heru, loc. cit.

Confir. nam quæ habent eandem passionem consequentem sunt eiusdem speciei, sed diuisibilitas in infinitum consequitur quantitatem coeli, & inferiorum, secundũ se, nam non sequitur illam ratione corporis naturalis, in quo est oeq. per aliquid quod conueniat corpori cælesti, vel inferiori vt sic, ergo quantitatis ratio specifica non constituitur per aliquod, quod coelesti corpori l. inferiori conueniat, sed per principia propriè abstrahendo a subiectis. Confirmat. 2. quia illud constituit aliquid in esse specifico per quod differt per se specie ab alijs sui generis, sed tres species quantitatis continuæ, scilicet linea superficies, & corpus non; per aliquid, quod conueniat corpori naturali, vt sic differũt vt patet ergo

# DVBIT. II.

## *De finitate cœlestis magnitudinis.*

1 Coelũ est finitũ magnitudinis. ARistoteles 1. coel. a t. 33. ad 71. ostendit coelum esse finitæ magnitudinis cuius rationes fuse examinant ibi Peripatetici præsertim Alb. tr. 2. per octo capita vbi c. 8. ponit septem vias, quibus peripatetici nituntur probare non esse corpus infinitum.

Primo ex ratione corporis. Prima sumitur ex ratione corporis, quod essentialiter exigit trinam dimensionem, at trina dimensio non potest nec esse, nec intelligi sine terminis, ergo est terminatum nam corpus non potest intelligi sine superficie tanquã eius vltimo nec superficies sine linea terminante, nec linea sine puoctis; secunda, quia tres dimensiones mensurãt omne corpus, at omne, quod his mensuratur secundum se totum, & omnes sui partes mẽsuratur, nam partes corporis sunt corpora, ergo si daretur infinitũ corpus esset corpus, atq. adeo mensuraretur his dimensionibus totum in se, et suis partibus, at totum quod his mensuratur, totum continetur sub illis, at quod his continetur est finitum atque adeo simul finitum, & infinitum, Resp. aliquid infiniti his mensurari, sed aliquid aliud esse extra, sed contra, quia quod his mensuratur est corpus, quod additur extra non est corpus, sed omne cui aliquid additur extra, est finitum, quia additio fit circa finem rei, cui fit additio, hoc autem additum, vel mensuratur tribus dimensionibus, & erit

Secunda ex tõe mensuræ

finitum sicut aliud cui fit additio, vel non & non erit corpus, sed extra spatium, & tamẽ circundat corpus, at hoc est inintelligibile.

Respond. 2. coelum secundum partem concauam esse finitam, sed non secundum conuexam nam in infinitam extenditur, sed contra, quia reuoluta superficie concaua tunc reuolueretur etiam connexa, & cum concaua sit finita reuoluetur tempore finito, ergo etiam conuexa eodem tempore. at infinitum non potest reuolui tempore finito; ergo, ne q. dicas non posse moueri cum motus corpori conueniat, vel necessario, vel possibiliter, at cũ sequatur impossibile & nõ possit sequi ex positione possibili, ergo ex impossibili, scilicet connexum cœli esse infinitum.

2 Tertio ex ratione infiniti. Tertio ex ratione infiniti, nam ponentes infinitum secundum vltima vnde infinitum, quod dicitur secundum potentiam ponitur infinitum, sm vltima, at tale infinitum non non potest concipi, quod existat nam quidquidque concipitur esse secundum totum concipitur esse. sed nihil habet esse, nisi qđ completum est in esse, at infinitum numquã est, vel fuit, vel erit completum inesse ex 3. phys. ergo infinitum esse, non potest concipi, nam si fuisset in præterito iam esset terminatum cum sit inter præteritum, & futurum, & si dicatur esse in futuro aliqñ erit præteritum, atque adeo terminatum. Resp. hic probari non dari infinitum tempus, at nos loquimur de quantitate permanenti, tunc cõtra, quia ex infinitate tẽporis probatur finitas quantitatis, quia quãdo accipienti eius quantitatem aliquid accepit de tempore in quo non inuenit quantitatem aliquam accipiendam, illa quantitas est finita, sicut si aliquid accipit de loco, in quo non est accipere aliquid de quãto quocumq. signato, sequitur illud quantum non excellere omnem locũ, vnde patet φ in nullo loco, vel tempore fuisse, vel esse, vel fore poterit cogitari esse possibile infinitum esse.

Quarto ex ratione numeri. Quartò sicut, quia nullus est numerus, qui non possit duplicari ideo omnis numerus acceptus est finitus, quia infinitus duplicari nequit ita cũ in cõtinuo non sit aliquid, quod per intellectum duplicari non possit, ideo omnia quantitas est finita, ergo nullum corpus cogitari potest infinitum.

Quinto ex figura cœli. Quinto ex figura cœli nam motus illi conueniens .s. circularis esset infinitus, vt ait se demonstrasse in physicis.

Sexto ex motu circulari. Sexto ex natura motus circularis, qui est ab eodem puncto ad idem punctum at si est infinitus non potest id habere, nam aliter opurteret, quod motus perueniens ad idẽ punctum a quo cæpit præcederet spatium in quo est motus at hoc non potest intelligi, ergo neque potest intelligi corpus circulare infinitum, cui necessario conuenire deberet motus infinitus propter infinitum ambitum sui circuli.

Septi-

3 Septimo ex natura corporis, nam vel cōstat ex omnibus partibus continuis, aut contiguis, vt lapides in aceruo, vt putabat Democritus,& leucippus, si primum oportet habeat omnes partes copulatas à prima ad vltimam, at quod est huiusmodi necessario est finitum, quod si dicant aliquid remanere extra vltimam, ad quam facta est copulatio, tunc cōtra, quia illud esset addibile ad hanc per copulationem at omne, cui potest fieri additio ē finitum, ergo copulatū est finitum. Si vero dicatur secundum, tunc illæ partes aut omnes sunt finitæ aut omnes infinitæ, aut quædā finitæ, quædem infinitæ.

*5. De rōne Infinita.*

4 Non primum nam vel sunt finitæ quantitate, & numero,& ex illis non potest constitui infinitum, vel sunt finita quantitate, sed numero infinito, vt dicebat Democr.& Leucip. tunc illud aggregatum si diuidatur in partes, vel diuideretur diuisione completa, quæ.s.vltra non procedit, & necessario partes erunt finitæ secundum numerum, quia diuisio hæc non completur nisi in vltimam, cum post illam non sit alia, vel diuideretur diuisione incompleta, & tunc aliquæ erunt per diuisionem acceptæ,& aliæ erunt accipiendę, sed acceptæ sunt, finitæ, accipiendæ vero non sunt actu. sed potentia, at ex his non potest constitui infinitum in actu, sed in potentia vide Alb. ibi c.7.

Non potest dici secundum quia sequeretur esse multa infinita componentia vnum infinitum, vnde sequitur partem esse æqualem toti, secundo vnum infinitum esse extra aliud,& alia absurda, vt ibi Alb. c.4.

Neque dici potest tertium quod aliquæ sūt finitæ aliquæ infinitę, quia sequerētur ea dē absurda, Hæc Albert. loc. cit. quæ rōnes habent multas instantias, sed illas examinaui mus in physicis tom.2.

5 Ex his patet opinionem Angesti l.2. post 9. dubium de cœlorum quātitate esse falsam quod .s. non sit viatori euidens, & probari possit efficaci ratione, vel experientia nullū de facto dari corpus magnitudine infinitum, quia diuina potentia non est determinata ad finitam magnitudinem, imo illi subiacet infinita Magnitudo, at nulla ratione, vel experientia constat illam potentiam non esse reductam ad actum, cū nō fuerit Deo facilius producere coelum finitum, quam infinitum, imò in productione coeli infiniti magis diuinæ potentiæ magnitudo reluxisset. vnde probabile est illud esse factum, cum presertim ex positione infiniti nullum sequatur absurdum in natura. hoc autem dupliciter poni potest, primo quod coeli sint infiniti inter se ordinati quorū non detur vltimū, sed primum versus nos. secundo quod supra cœlos mobiles sit vnum magnitudine continua infinitum, cuius non detur vltima superficies, vnde etiam sequitur non esse figuratum, cum figura sit in extrema corporis superficie, quare nec rotundum, nec multi laterum, nec centrum habere propriè, sed impropriè, a quo .s. lineæ omnes rectę ductę quantumcumq. non sunt inæquales nā omne punctum illius corporis esset centrum, centrum autem motus illius posset esse centrum mundi, quia quodlibet punctū illius corporis posset moueri circulariter super centro mundi, imo motus illius posset esse circularis, etiam si corpus illud non esset circulare, possetq. corpus illud omni die complere vnam reuolutionem tardius, vel celerius, cuius infinite velociter moueretur aliquod eius punctum, & nullum eius punctum, infinitè velociter moueretur, & successiue moueretur: pariter Angelus incipiens moueri à concauo illius sursum, in qualibet parte proportionali horæ futuræ transeundo vnum pedale, sic in instanti terminatiuo illius horæ do nec ab illo angelo totum corpus illud pertransitum, nec tamen in fine horæ esset Angelus in fine illius corporis cum careat fine imo in fine horę nullibi ex vi illius motus foret Angelus, nam alicubi esset.s.vbi placeret eius motori.

*Explicatur opin. Angest.*

6 Dices quanta virtus requireretur ad mouendum Resp. 1. si moueretur a seipso satis esset virtus finita intensiue, quia sicut virtus finita moueret pedale, in quo est, ita omnes virtutes existentes in omnibus pedalibus mouerent totum, Resp. 2. posset ab extrinseco ab Angelo moueri finitæ virtutis, quia magnitudo quantitatiua vbi non resistit, non præstat impedimentum motui, nam sicut substantiam illam redactam ad pedalitatem posset mouere per virtutem finitam ita extensam per magnitudinem infinitam.

*Posset moueri a virtute finita.*

Verum hæc Angesti doctrina ex dictis de infinito fuse fuit reprobata, & sine vllo fundamento asserit contra communem nō repugnare infinitum videndus, Aristoteles primo cœli contra motum infinitum corporis infiniti quæ infinitatem diuinæ potentiæ ostendunt clarius, quam infinita magnitudo effectus, quo diuina potentia exhauriri videtur.

## DVBIT. III.

### *Quanta magnitudo cuiusque orbis.*

De hac claui in cap. 1. sphæræ philal. cont. 54. vbi assignat modum cognoscendi magnitudinem cælorum,& 52. vbi de solis magnitudine, & seq. de distantia lunæ a terra, & cuiusque orbis magnitudine Angestus l.2. de form. prop. prop. 5. fol. mihi 46.& seq.

## ARTIC. I.

*Explicantur termini aliqui necessarij ad dignoscendam magnitudinem orbium.*

1 Explicantur variæ mensurarum genera.

PRimo not. ex Clauio loc. cit. cum in varijs regionibus variè sint mensuræ excogitatæ, sunt tñ quædam mensuræ, quæ certæ, & ratæ sunt apud omnes nationes quæ mensuræ, initium sumunt a minima, quæ est granum hordei secundum latitudinem, vt in subiecta Tabula patet, vt a Clauio sumpsimus, & omnibus parua sit.

Granum hordei mensurarum omnium minima,& principium.

Digitus continet grana secundum latitudinem disposita. 4.

Palmos digitos continet 4. gr. 16.

Pes continet Palmos. 4.Dig. 16.

Cubitus paruus, ex Vetruuio pedes continet. 1.$\frac{1}{2}$ Pal. 6.

Cubitus comunis complectitur pedes. 4.Pal. 16.

Hic cubitus communis non reperitur apud veteres, sed a recentioribus positus est ex vlna,quæ est communis mensura,nam apud aliquas nationes vlna cubitus dicitur.

Cubitus magnus constat pedibus. 9. Pal. 36.

Hic cubitus magnus non nisi apud orientem reperitur.

2 Passus autẽ tres habent different las ideo singuli sunt explicandi vnde.

Passus simplex primæ differentiæ habet pedes 2. Pal.8.

At Passus secundæ differentiæ continet pedes. 2. $\frac{1}{2}$ Pal.8.

Et passus Tertiæ differentiæ pedes. 3.Pal.12.

Passus duplex primæ differentiæ pedes. 4. Pal. 16.

At secunda differentia, qui dicitur Geometricus pedes. 5. Pal.20.

At Tertiæ differentiæ pedes. 6.Pal.24.

Vlna communis constat pedibus. 4. Pal.16.

Vlna Agrestis pedibus. 6. Pal. 24.

Pertica continet pedes. 4.Pal.40.

Stadium habet passus Geometricos. 125.Ped.625.

Milliarium continet stadia. 8. Pass. Geom.1000.

Leuca Gallica, vel Hispanica continet milliaria. $\frac{1}{2}$ Pass.Geom.1500.

At Angeslus ait leucam Gallicam continere duo milliaria.

Leuca Germanica communis habet milliaria. 4. Pass.Geo.4000.

Leuca Sueuica omnium maxima habet millia. 5.Pass.Ger. 5000

Quæ opinionum diuersitas orta est ex imperfecta terræ rotunditate, nam qui maiorem posuerunt quantitatem, metiti sunt terram vbi est magis Gibbosa.

Secundo Not. ex eodem clauio harum mensurarum valorem intelligendum esse secundum longitudinem tantum, vt 5.octo stadia sumpta secundum longitudinem conficiant milliarium secundum longitudinem & similiter quatuor digiti in longitudine conficiunt, vnum palmum in longitudine, & sic dicendum de alijs. Non enim octo stadia quadrata æquiualent vni milliario quadrato,cum vnum milliarium quadratũ comprehendat stadia quadrata sexagin ta quatuor, vt patet ex numero quadrato octonarij, sicut vnus palmus quadratus continet 16. digitos quadratos nam numerus quadratus quaternarij sit 16. palmus enim constat ex quatuor digitis. Hinc stadia, quæ mensurant totam superficiem terræ nõ possunt reduci ad milliaria diuisione facta per octo, sed per 64. — Quomodo ex circulo cognoscitur quantitas diametri.

Tertio Not. Regulam, per quam cognito ambitu circuli cognoscitur quantitas Diametri,& contra, cognita quantitate diametri cognoscitur, quantitas circumferentiæ, fundari in proportione circumferentiæ ad Diametrum,quæ est proportio Tripla se sequi septima,qualis est inter 22.ad 7.circiter,neque enim minima quantitatis habẽda est ratio)Hinc fit vt Diameter ter sumatur cum septima parte diametri, habetur mensura circuli,similiter si ex toto circulo resecetur vna vigesima secunda, & capiatur residui tertia pars, habetur quantitas Diametri, & dimidiando, habetur semidiameter.

Quarto Not. non cõstare apud omnes quantus sit terrae ambitus,nam aliter Aristotiles aliter Hipparcus Ptolomæus, & Alphraganus,& aliter recentiores, qui totum oceanũ peragrarunt;de terræ ambitu senserunt, vt refert Clauius loc. cit. vbi opinionem Aristotelis Hipparci, & Erarosthenis negat esse probabilem,contra vero Ptholomæi, Alphragani, Fernelij, ac recentiorum existimat probabilem: ex quibus Ptol. ait Ambitum circuli maximi in terra descripti cõtinere stadia 180000. & milliaria 22500. At Alphagranus ait continere stadia 163200. Mill. 20400. sed Fernelius stadia illi tribuit 196114

196145 Mill. 24519. $\frac{26}{00}$ recentiores putāt contineri stadia 152640. Milliaria 19080.

5. Not. ex his cognosci quāta sit superficies conuexa terræ, Nam ex Ptol. cōtinet. stadia 180000. Mill. 225000. At ex Alphragano stadia 163200. Idest Mill. 20400. Sed aliter Fern. Nam tribuit illi stadia 196114$\frac{2}{11}$ Verum recentiores stadia dicūt esse 152640 Milliaria 19080.

6. Not. ex dictis sequi totam sphæram elemētarem esse maiorem sphæra terræ in proportione 35937. nam qualis est proportio diametri, talis est proportio sphærarum triplicata, vnde si proportio diametrorum est dupla, proportio sphærarum erit octupla; quæ est tripla respectu duplæ, sed Diameter sphæræ elementaris continet diametrū terræ, (deductis fractionibus) trigesies ter, ex triplicata hac pportione cōsurgit proportio 35937. ad vnū, ergo talis proportio est totius sphæræ elementaris ad sphæram terræ: signentur .n. 4. numeri in illa proportione cōtinue proportionales, incipiendo ab vnitate, vt 1. 33. 1089 35937. quorum extremorum proportio est. tripla ad quamlibet illarum trium, ex quibus componitur.

7. Not. ex his deinde sequi elementi maioris ad elemētum minus sibi immediatum esse proportionem maiorem, quam triginta duorum ad vnum, & minorem, quam triginta trium ad vnum, nam supponendo ex Aristotele 1. de gen. & 4. meteo. elementa esse proportionalia proportionalitate cōtinua, si capiantur 4. numeri in prima proportione dicta proportionales, & ex alia parte 4. numeri in secunda proportione dicta proportionales, videbitur proportio extremorum illorum esse minor quam sit proportio sphæræ elementaris ad terram, ergo proportio sphæræ ad terram componitur ex æqualibus maioribus prædicta proportiona, & similiter proportio extremorum aliorum erit maior, quam proportio sphæræ elementaris ad terram, ergo proportio sphæræ ad terram componitur ex æqualibus minoribus altera supradicta, & per consequens proportio elementorum immediatorum inter se est denominationis mediæ inter illas duas supradictas.

Dices inter elementa esse proportionem decuplam, quia talis est proportio totius ad totum, qualis partis ad partem, sed ex vno pugillo terræ generantur decem aquæ.

Confir. elementa continue variantur secundum quantitatem, nam hieme crescunt elementum terræ, & aquæ, vt æstate elementum aeris, & ignis, ergo non sunt, inter se proportionabilia 2. Conf. quia mare in sua maxima profunditate non est profundius terra, alias cooperiret terram cum continue fluat ad locum decliuiorem.

Resp. 1. doctrinam Aristotelis intelligi de elementis habentibus suam naturalem dispositionem, & facientibus sphæram, non orbes, nam si 4. elementa essent sphærica non orbiculata proportionarentur proportione decupla tam in extensione, quam densitate, & raritate, Nunc quia sunt orbicularia non seruatur talis proportio, sed non placet vt suo loco, vnde Resp. 2. Arist. loqui de generationa vnius elementi ex altero, non autem de quantitate, quam habent, vt suo loco, nam alij qui negant etiam in generatione seruari decuplam proportionem, vt experientia cōstat ex vase aquæ calefactæ, ex qua exurgit loge maior mensura fumorum quam decupla, cū magna effumatio duret sine magna aquæ diminutione.

Ad 1. Resp. quod licet mare sit minus, qua terra, tamen totum aquæ elementorum constans ex mari fluminibus, & alijs aquis coutētis intra viscera terræ non est minus elemēto terræ ad 2. testantur aliqui Nautæ maximam profunditatem Oceani non extendi vltra 50. milliaria, sed de hac re cum, de elementis.

## ARTIC. II.

### *Explicatur magnitudo orbium, & distantia à centro mundi.*

PRimo Not. cum dictum sit de quantitate terræ secundum circulum maximum in ea descriptum, & secundum diametrum, ac superficiem conuexam illius. Nunc videndum est de quantitate orbium, quæ nobis notasit ex cognitione distantiæ, quam singuli orbes habent, a centro terræ tam secundum concauam, quam conuexam superficiem, quia inde facile colligi poterit Crassities singulorum orbium, quanta sit, & quantus ambitus & quanta superficies. facile autem id obtinetur cognita semidiametro singulorum, quod Clauius in cap. 1. sphæra fol. mihi 243. 244. præstat propositis tribus Tabulis ex opinione Francisci Maurolyci in opp. ad dialog. de cosmographia, quæ videri possunt in Clau. folio mihi 243. 244. Nos vero hic addemus Tabulas secundum opinionem Alphragani.

2. Not. Astronomos ex distantia Orbium à terra collegisse crassitiem singulorum Orbium, & ambitum, & stellarum magnitudinem; distantias autem & alia huiusmodi non potuisse colligere per scalam altimetrā, vel alia instrumenta mensuratiua distantiarum peritiores Mathematici docuerunt, cum huiusmodi instrumenta vix apta sint ad mensurandam distantiam 50. mill. sed ex motu, vt fusè docet c. p. Sphær. fol. mihi 45 & sequentibus.

3. Not.

Clauius coniecturaliter asserit crassitiem omnium prędictorum orbium esse tantam, quanta est distantia à centro mundi ad concauum firmamenti.

Hinc cognitis distantijs orbium à centro terræ, & cognitis diametris planetarũ, & aliarũ stellarũ per instrumēta deuenitur in cognitionē magnitudinis astrorũ hae ratione.

Modus deducendi ambitũ cuiusq; orbis.

Primo ex distantia duplicata cuiusq; orbis, cognoscitur diameter illius circuli maximi, cuius circumferentia transit per centrum astri secundo ex hac diametro deducitur, quot terræ diametros complectatur ambitus illius circuli maximi, ex ijs quæ Archimedes docet de proportione circumferentiæ ad suam diametrum.

Tertio ex hoc ambitu, quod terræ diametros continet diameter astri 4. cognita hac proportione diametri stellæ ad diametrum terræ cognoscitur quoties stella ipsa globum ex terra marique confectum complectatur. nã vt Eucl. l. 12. prop 8. demonstrat sphæras habere proportionem triplicatam diametrorum, vnde proportione eius proportionis triplicata cognoscitur quantitas astrorum, quod ibi Clau. exemplo demonstrat, nã, sũma Solis distanctia à terra continet semidiametros terræ 1216. idem diametros 1608. quæ distantia duplicata dabit diametros 1216. comprehēsas in tota diametro cæli sularis. Hinc fit ambitũ cæli solaris secundum circulum maximum continere diametros terrę 3822. atque adeo dimidiatus gradus, quem diameter corporis solaris occupare videtur per instrumēta cõplectetur diametros terræ $5\frac{1}{2}$ fere vnde diametri Solis proportio ad diametrum erit vt $5\frac{1}{2}$ ad vnũ, quo circa cũ proportio $166\frac{1}{2}$ ad vnũ sit triplicata pportionis $5\frac{1}{2}$ ad vnũ, vt ex his numeris $1\frac{7}{8}$ $5\frac{1}{2}$ $30\frac{1}{4}$ $166$ apparet, continebit corpus solare globum terræ centies sexagesies sexies, & præter tres partes ipsius octauas. Et eodem modo procedendum est ad cognitionem magnitudinis cæterorũ planetarũ; licet Ptolomæus proportionē corporis solaris ad globum ex terra, & aqua cognouerit ex Eclypsibus.

Hæc dicunt astronomi de distantijs, crassitie, & magnitudinibus cælorũ secundum rationem minimam, quam cognoscunt, nam forte in re habent maiorem, vt rectę notat Clauiuus; qui colligit, punctum quodlibet firmamenti positum in æquatore, conficere singulis horis milliaria $42398437\frac{1}{2}$ quia in 24 horis absoluit spatium 1017562500. vnde celeritas illius motus vix apprehēdi potest, nam vna hora conficit tantum spatium, quãtum quis in annis 2904. perageret conficiēdo singulis diebus sine intermissione milliaria 40. legite Clau. à quo hæc sũpsimus.

DVBIT. III.

*De figura calorum.*

De hac Ptol. lib. 1. Almag. c. 3. Alph. diff. 2. Aris. 2 cæl. à t. 21 vbi Alb. tr. 2. Sax. quęst. 5. Conimb. c. 4. q. 1. Vrtad. d. 2. de cæl. sect. 2. §. 19. Angelus lib. 1. prop 5 fol. mihi 172. Achil. lib. 4. de orb. d. 1. Crem. sect. 2. c. 7. qui falso ait esse cælo substantialem.

ARTICVL. I.

*Explicãtur termini, & sensus quæstionis.*

Primo Not. quadruplex genus figurarum posse tribui cælo 1. quadrangularis 2. oualis. 3. circularis. 4. alterius figuræ; tum supponi in hac quæstione cælos esse solidos. 1

Quatuor genera figurarum.

Secundo Not. cælorum, vnum esse infimũ vt cælũ Lunæ, aliud supremum, aliud mediũ, & vnũquodq; posse considerari sm̃ partem concauam, & secundum conuexam.

Tertio Not. Cælorom alios esse mobiles vt sunt omnes cæli siue decem, vt opinatur antiqua opinio Astrologorum, siue vndecim, vt recentiores quos sequitur Clau. in c. 1. sphæræ fol. mihi 88 alios esse imobiles vt est Cælum empyreum solum.

Cæli mobiles vndecim

Quarto Not. supponi cælos moueri circulariter circa terram imobilem; nam si vera esset opinio copernici de motu terrę circulari: non posset ex motu colligi figura cæli, quia quacunque figura in Cælo posita saluaretur motus terræ circa aërem: vnde etiã patet, neque inde posse probari terram esse sphæricæ figuræ, nam quacunque figura posita in terra eodem modo posset moueri circulariter, nam nec corporũ penetratio, nec vacuum sequeretur: Cælum autem moueri circulariter infra patebit.

Si terra esset mobilis non posset figura circularis tribui cælo ex vi motus.

Quinto Not. rem habere simpliciter illam figuram, quæ illi conuenit secundum conuexam partem, quia inde simpliciter denominatur, ex parte vero concaua denominatur secundum quid; 6 nota quod licet pars cœli quæ est in oriente à nobis magis distet quam pars respondens nostro vertici, quod inter nos, & verticalem partem tantũ interponatur aër, & ignis, at inter nos, & partem orientalem, vel occidentalem interfit etiam pars aliqua terræ, tamen quia illa diuersitas est insensibilis respectu totius distantiæ cœli à centro ideo dicuntur omnes partes cæli æqualiter distare à nobis non sensibiliter; vere tamen, & geometrice inæqualiter distant à centro terræ.

2

Res simpliciter denominatur a figura quam habet secũdum conuexam.

ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicẽtiũ cælũ empyreũ, esse figurę quadratæ sm̃ partẽ conuexã, sed sm̃ cõcauã esse figuræ circularis, at infimum cælũ Lunæ sm̃ cõnexã esse figuræ circularis, sed sm̃ cõcauã, nesciri, cuiusq; figurę sit cum nullum habeamus medium, ad hanc potius figuram quã illã: Cælos aũt medios esse circularis figuræ omnes.

Primum cælum quadratum secundum conuexum, & de vltimo nescitur.

Secunda opinio est dicentium omnes cælos tam mobiles, quam immobiles, tam secundum conuexam partem, qam concauam esse

Omnes cæloa esse vndequaq; circulares.

esse circularis figuræ, vt primo thales in Ionia, Pythagor. in Italia docuerunt, secuti sunt Babilonij, Chaldæi, & Ægyptij: est communis, de cœlis mobilibus, & multi etiam idem docent de empyreo nam primo hæc figura est omnium perfectissima, ergo illa tribui debuit perfectissimo corpori, quia non est ratio cur tribuatur alteri corpori imperfectiori: antec. prob. 1. quia vt inter planas figuras circulus est perfectior, ita inter solidas sphæra; nam alias excedit, vt circulus simplicitate, quia vt circulus vna linea ita sphæra vna superficie continetur 2. partium similitudine, quia partes similiter curuæ 3. æqualitate 5. diametrorum, cum sint æquales 4. fortitudine, quia neq; principium nec finē habet 5. loci idoneitate nam circa cælum mota sphæra semper eundem occupat locum, vnde sphæræ tribuitur, & motus facilitas, & partium firmitas 6. capacitate cum circularis figura sit omnium capacissima isoperim etrarum cum plures contineat angulos, vt fuse ostendit Clau. in c. 1. sphæræ fol. mihi 95. vsque ad 515. vbi Theor 51. prop. 53. de circulo id econcludit conf. quia cum cælum omnia continere intra se debeat illa figura illi tribuēda est quæ maxime omnium cæteris paribus est contentiua.

*Probatur ex figuræ perfectione.*

Secundo probat Plato ex similitudine, tū mundi Archetypi, qualis est beans, qui nō habet principium, nec finem ob eius infinitatem, ita neque mundus sensibilis ob eius rotunditatem, tum ex similitudine motus, nam motus cæli est similis motui mentis, quæ à se mouetur, & in seipsam redit, vnde mundus ad eius ideam factus habet motum illi similem, id est, qui à seipso inchoatus in seipsum reddit, qualis est circularis.

*2. Ex conuenientia exēplaris, & exemplari.*

Verum hæc ratio non est valde efficax, qa eadē rōne cęteræ creaturæ deberēt esse figuræ circularis, quia sunt factæ ad similitudinem ideæ mentis diuinæ, vnde patet esse æquiuocationē in ly ad simi litudinem, nam non intelligitur de similitudine in esse entitatiuo, sed in esse intentionali: seu repræsentatiuo, quia talis producitur creatura, qualis repræsentatur per ideam diuinam.

Tertio probat Arist. ex simplicitate naturæ cælestis, quæ exigit motum simplicem, qualis est circularis, at hic motus exigit figuram sibi proportionatam, qualis est circulari si enim esset figuræ cubicæ, vel Pyramidalis, sequeretur vel dari vacuum, vel corpus sine loco, vel penetrationē corporum, nam partes angulares motæ dum spatium occupant, vel erat illud occupatum, & daretur penetratio, vel nō erat occupatum, & daretur vacuum, vel nullum esset spatium, & sic corpus esset motum sine spatio: quod si dicant hinc recte probari cælorum figuram non esse multilateram, non tamen esse sphæricam, quia posset esse oualis, colicæ, vel cylindricæ, vt aliqui apud Plut. 2. de pla. c. 2. & Theod. lib. de mater. nam alij figuram oualem, alij testudini similem, alij pineā cælo tribuerūt, tunc obstat ratio motus qui cælis conuenit, quia non est perfecte circularis, sed spiralis, siue sit vnus motus singul is orbibus conueniens tardius, & celerius, siue sint plures super diuersis axibus, nam ex tali motu necessario sequitur penetratio inferiorum orbium cum superioribus, vel scissio corporum, vt consideranti facile patet. Tum quia sequitur eadem absurde, quæ ex figura angulari ostendimus sequi, vt fuse mathematice demonstrat Clauius loc. cit. fol. mihi 124. Auer. com. 27. Maurolycus dial. 2. suæ cosmogr.

*3. Ex simplicitate naturæ cælestis.*

*Ex figura eç li sit oualis.*

Tertia Opinio est dicentium cælum non esse figuræ circularis, quia sequeretur cœlū vndique continere intra se terram similiter rotundam, at inde sequitur homines, qui terram habitant nobis aduersam, pendere, vta Lactantius 3. diuin. Inst. c. 24. Chrysostomus Hom. in ca. 17. ad Hæbr. ex eo quod scriptura cælum appellat Tabernaculum Dei fixū id sequūtur alij apud Damas. 2. fi. c. 6. qui hemicycli formam cælo tribuunt ex psal. 103. ibi extendens cælum sicut pellem 5. tentorium vt explicat clarius Isaias c. 40. hinc Procopius in c. 1. & 7. Gen. exponēs illud *Creauit Deus Cœlum, & Terram* ait opinionem dicentium cęlum esse rotundum esse à catholica disciplina alienam vt Aug. 1. de Gen. ad li. 4. c. 9. ait se dubitare an terra vndique circumfusa cælo contineatur, sed contra hanc opinionem infra cum de motu cæli circa terram, vt constat ex nauigatione eorum, qui totum orbem ex terra, & aqua suis nauibus circundarunt, & terræ diuexitatem trangressi vtrunque hemispherium, & antipodus aduersa nobis vestigia prementes viderunt. De quibus Manilius in astron; *Nec minor est illius mundus, nec lumine peior nec numerosa minus nascuntur Sydera in orbe*; conf. Eccl. cap. 1. *Sol occidit, & in locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiē & flectitur ad Aquilonem*, lustrās vniuersa *in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur* vnde D. Hier. in c. 5. ad Eph. reprehendit eos, qui negant Cœlum esse vndique rotundum, & Epist. 128. ad Fabiol. duo illa hemispheria, aut significata fuisse per duos lapides positos investe sacerdotali: smaragdinis, & Onychinis. Neque scriptura tribuens cœlo nomen Tabernaculi: & Tentorij significare volunt eius figuram, sed officium tegendi omnia, vt camera tegit habitantes, nec timendum ne antipodæ cadant, cum terrę insistunt pedibus sicut nos vt suo loco.

*5 Qui negant esse vndique circularem.*

*Procopius.*

*August. 6*

*Refutatur opinio negātium antipodus.*

## ARTICVL. III.

### *Opinio Auctoris.*

PRima Conclusio non potest demonstrari Cœlum Lunæ ex motu esse sīn partē cōcauā esse figuræ sphæricæ, licet ostēdatur

*Ex motu nō probatur or bem Lunæ secundum superficiem concauam esse circularem, sed a-uide.*

ex alijs probabilitatibus.

Prima pars probatur, quia ēt si esset figuræ angularis cum moueatur supra aerem ex eius motu nec sequitur penetratio corporũ quia ignis cederet Cæli angulis, nec vacuum cum alius ignis in locũ angulorum succederet, & scindi ignem cum sit fluxilis non est absurdum.

Secunda pars prob. quia ex illis rationib⁹ quibus probatur alijs cælis conuenire figuram sphæricam probari potest, conuenire cælo, quia illa figura est perfectissima simplicissima, & capacissima.

8 Secunda Conclusio Cælũ, Lunę sm̃ partẽ conuexam necessario est sphæricæ figuræ patet ex dictis in secunda opinione, quia ex alia figura sequeretur vel dari vacuum, vel penetrationem corporum, vel corpus sine loco occupatonam cæli superiores cum sint solidi, nec cederent, nec rarefierent ad se dilatandos vt ingrediantur spatiũ relictum ab angulis, vt condensarentur vt spatium relinquerent partibus angularibus.

Orbis Lunæ secundum conuexam est circularis.

Ex q̃ta ratione idem patet de omnibus orbibus intermedijs inter cœlum, Lunæ, & vltimum cælum ab Aristotele positum nam illi omnes necessario erunt, tam secundum conuexam partem, quam concauam figuræ sphæricæ; confirmatur ex instrumentis astronomicis, quæ ostendunt motus cælorum, ac si essent sphærici vt patet ex altitudine astrorum supra Orizontem, quæ semper augetur donec perueniant ad meridianum, & inde decrescit, quod solum corpori sphærico conuenire potest, & idem ostendunt Astrologica solaria, quorum cõstructio supponit cœli sphæricitatem, tam secundum conuexam partem, quam concauam figuræ sphæricæ.

Concaua pars Cæli stellati est circularis ex Ptol.

Confirma: 2. de concaua parte cæli stellati Ptolom. quod stellæ fixæ semper in eadem distantia, & propinquitate ad nos mouentur, & quæ sunt polis propinquiores describũt circulos minores, & quę remotiores describunt maiores quod non posset fieri si cœlum non esset sphęricum, quia solum partes omnes corporis sphærici æqualiter à centro distant, nam in corpore alterius figuræ aliæ minus, aliæ magis à centro atque adeo à nobis distant.

Idẽ ex Clau.

Confirmatur 3. quia videmus ex duabus stellis in eodem circulo longitudinis ducto per polos mundi, existentibus, vnam quo australior est, eo minorem habere altitudinem meridianã, vnde tot gradibus altitudines earum meridianæ inter se differũt, quot vna ab altera dignoscitur per instrumenta mathematica distare, quæ instrumẽta omnia rotunda sunt, vt cæli rotunditatem imitentur, nam alioqui illa instrumenta quoquo versus collocata apparentijs cælestibus non congruerent, quo ad altitudines, & distantias astrorum inter se.

9 Tertia Conclusio licet non possit demonstratiue cognosci qualis sit figura cæli vltimi secundum partem conuexam, tamen probabile est ēē quadratæ figuræ si est immobile, & circularis si est mobilis primę pars ꝓb. quia non habetur medium, quo ostendatur illi conuenire certam figuram circularem, an multilateram, cum motus circularis possit esse in cælo cuiuscunque sit figuræ, & alia media sunt quidem quadã congruentię ad ostendendam figuram circularem illi conuenientem, non tamen sunt demonstratiua, vt patebit.

Cęlum vltimum quadratę figurę si immobile.

Secunda pars probat nam cœlum quiescens supra cælos mobiles ponitur ad conuenientem habitationem Dei Angelorum, & Beatorum, at figura quadrata est magis conueniens habitationi pręsertim corporum Beatorum, cum præsertim ciuitas hæc dicatur à D. Ioanne in sua Apocalipsi c. 21. esse posita in quadro vt dictũ est supra, sed quia hæc rõ habitationis nõ est conuincẽs, cum possit dici quod sicut terra etiam si sit sphærica est cõueniens habitationi viatorũ, multo magis cælum sphæricum potest esse conueniens habitationi Beatorum, sed nihil certi statui potest hoc loco, cum adhuc non sit constitutum quales sint partes, ex quibus cælum componitur, & an media pars sit solida an fluxilis, in qua dicantur habitare Beati & loqui inter se, quare alibi id dicetur. legit Conimb. 2. cęl. c. 5 q. ar. 2. Les. de sum. bono.

Tertia pars patet tum quia talis figura conuenit cælo ratione perfectionis essentiæ & ratione motus circularis nam sphærica est figura perfectissima, & aptissima ad motum præsertim circularem. 10

Sed circularis si esset mobile.

Conf. in Aristot. 1. cæl. 27 quia si cælũ secundum conuexum non esset sphæricum tunc extra cælum esset vacuum quia in locũ occupatum ab angulis dum mouetur, nullũ corpus succederet, & cum sit capax corporis diceretur vacuus.

Confirmatur ex t. 28. quia motus cæli, cũ sit omnium motuum mensura debet esse minimus, & vniformis, sed huiusmodi est motus, qui ab eodem ad idem punctum redit per lineã circularẽ quæ cum nõ habeat angulos, qui faciunt maiorem distantiam, erit minima.

## ARTICVLI IV.

### *Afferuntur varia argumenta aduersariorum, & soluuntur.*

PRimo Nam stellæ fixæ non semper eamdem distantiam habent à terra cum prope Orizontem maiores nobis appareãt, quam in meridie, at quod maius apparet est nobis vicinius. 9

Respond. primo in 1. art. stellas in Horizonte vere magis à nobis distare, quam in meridie quia distat per semidiametrum terræ per aerem, & ignem, sed quia tota terra habet vt punctum respectu vnius stellæ

Stellis in Horizontẽ magis distare a nobis, q̃ in meridie,

firma-

firmamenti; ideo est insensibilis, & propterea à terra omnes cæli partes æqualiter distant am apparentiam, hinc stellas cæli fixas à nobis æqualiter distare iudicant astrologi.

Cur appareant stellæ maiores in orizonte.

Respondeo secundo stellas in orizōte apparere maiores non propter maiorem propinquitatem, sed ob interpositionem vaporum, qui circa terram plures sunt, & crassiores, quam in medio aere at obiecta visa per media crassiora maiora apparent quia species per illud medium refranguntur, vnde obiectum distractius, atque adeo maius apparet, vt patet ex obolo per aquam clarā viso, qui propior, & maior apparet, & fusè Aristot. 3. Meteor. c. 4 Sen. 1. natur. qq. c. 7. Alphrag. diff. 2. & refert Sacrobosco in c. 1. sphæræ, Aphrod. 1. probl. q. 34. Fracast. in homocentricis c. 23.

Cur res quæ directe videri nō potest, videatur per radios refractos.

Hinc Alphrag. diff. 1. docet causam cur res aliquæ videri possit per radios refractos, quæ per directos non potest, vt patet in denario posito intra vas vacuum mediocris altitudinis, qui ad aliquam distantiam non videatur ob latera vasis interiecta; quod si vas aqua repleatur ab eadem parte, & ad eandem distantiam positus oculus illum videt, quia ex illa variatione radiorum visualium res propinquior, & in superficie aquæ videtur esse.

Cur Sol videatur ante quam sit supra terram.

Hinc patent causa cur vbique hic Sol & cætera Sydera nobis appareāt antequam sint supra Horizontem, vnde ortus citius Solis est signum pluuiæ, quia .s. inter nos, & Solem sunt vapores multi, & crassi.

11 Cur figura sphærica dicatur minima.

Secundo obijc. nam ratio capacitatis figuræ circulari falso tribuitur cum figura sphærica sit omnium isoperimetrarum minima ex Archim. lib. de isoperimetris. Resp. dici minimam quoad loci occupationem sed esse maximam quoad concauitatis capacitatem, vt demonstratur à Clauio lo. cit.

Tertio obijc. nam orbibus eadem figura debetur, quæ astris, quæ sunt perfectiores partes orbis, at astra non sunt sphærica, sed quadrata vt patet ex sensu, qui cum quadrata in se, videat ex remoto loco rotunda vt ait Alex. 1. prob. q. 35. ob non perceptionem angulorum, sequitur, quod quando obiecta videt quadrata ex remotiori loco, illa vere esse quadrata.

Stellas esse sphæricas vnde probetur.

Respon. primo negando figuram stellarum esse planam, sed circularem, vt ostendit Arist. 2. cæl. 59. vbi Alb. t. 3. c. 52. Conimb. c. 5. q. 1. art. 4. Clau. in c. 1. sphæræ fol. m hi 528. Cremon. sect. 2. c. 6. p. 2. vt patet ex Luna, quæ circulariter à Sole illuminatur ergo est in se sphærica, quia quid quid recipitur per modum recipientis recipitur, & quia non est diuersa ratio de alijs astris, idem de illis est dicendum vt Aristoteles loc. cit. qui idem confirmat ex eclypsi Solis per interpositionem terræ, qui concauus, & in corpua curuatus videtur, quia .s. Luna vmbram talem exhibet, qualis ipsa est. Cōfirm. Clau. ex eo quod omnes stellæ in quacunque regione, & vbicunque in cælo constitutæ fuerint, rotundæ nobis apparent, vt euidentius apparet ex planetis, qui circumferentur in Epicyclis, nam non possent semper vnum, & idem latus ad nos conuertere, nisi essent sphærici; nam est priuilegium figuræ sphæricæ, vt ex omni parte inspecta circularis appareat, q̄ ratio probabilis apparet Conimb. lo. cit.

12 Natura rotunda figura delectatur.

Confirmat 3. Clau. quod natura in omnibus inferioribus rotunditatem affectauerit vt ex animalium membris, arborum truncis, fructibus, & reliquis apparet, & hoc propter nobilitatem illius figuræ: ergo multo magis illam tribuit stellis, quæ sunt perfectioris naturæ; præsertim cum hæc figura sit necessaria ad finem stellarum, .s. ad effundendos suos radios, & influentias ex omni parte æqualiter, & ad recipiendum lumē à Sole, vndique pleniusque non obstat, quod planæ videātur, nam id oritur ex Arist. sect. 18. prob. q. 7. quoniam plana iudicātur quādo partes eque posi. e videntur, nec vna magis eminere, quam alia, at quod obtinet par tes, nisi vario colore discriminentur partes, ex æquo obuiam fiāt oculis, vnde æquabile cumpositum, ac planum videri oportet. sed Arist. expresse non explicat causam cur ex æquo partes obuiam fiant, ideo Cantuariensis l. 1. persp. c. 7. concl. 5. ait id oriri ex distantia per quam concauitas discerni non potest, nisi ex comprehensa inæquali partiū distantia, vnde si nulla pars rei visæ apparet à nobis plus distare, fit vt tota superficies plana videatur, & hoc significat Aristoteles assignans radicem, cur non appareant partiū distantiæ, ad quam apparentiam maxime iuuat ipsius Lunæ splendor.

Cur rotunda aliqua plana esse videantur.

Respondeo Secundo, etiamsi stellæ non exigerent figuram circularem, non tñ idem dici potest de orbibus, tum quia stellæ non mouentur per se motu circulari, sed in orbe, at orbis per se sic mouentur, tum quia non est eadem figura totius vnius partis, præsertim diuersæ ab alijs, at stellæ sunt partes orbis diuersæ ab alijs.

13

Tertio obijc. quia elementis natura non tribuit figuram sphæricam, sed conformātur ad figuram corporum, in quibus continentur, ergo neque cælis nam ex vtraq; natura .s. elementari, & cælesti componitur vniuersum tanquam ex partibus primarijs. Conf. quia ad significandam firmitatem cælorum magis conducit figura quadrata, quā circularis.

Resondeo primo an elementa exigant figuram certam dicetur infra, & qualis illa sit, nam forte exigunt figuram circularem, non quidem propter motus, sed propter constitutionem rectam vniuersi, quam appetunt ex vi virtutum motiuarum, vt suo loco.

Cur figura elementorū non recte infertur figura cælorum

Respondeo secundo esse diuersā rationē tum quia elementa debent inter se comisceri ad mixti compositionem, hoc autem mu-

nus exigit vt careat certa figura, sed vt omnes possint suscipere, vt ad varias figuras mixtorum aptius concurrant, tum quia elementa non ordinantur ad motum circularem, sicut cæli, & ideo illud non conuenit figura circularis, sicut cælis, sed primarium eorum munus est integrare vniuersum occupando determinatum singulis situm proportionatum iuxta exigentiã virtutis motiuę, per quam moueri possint ad eidem situm per motum rectum si aliquando vnde fuerint deturbata:

Ad conf. inde potius probari cælis non deberi figuram quadratam, quia hæc non adiuuat ad cælorum motus, sicut circularis sed potius ad immobilitatẽ, quæ cælis tunc conuenit: an autem conueniat cælo empyreo, quod est imobile dicetur suo loco.

Dubitatio 4. de figura cæli empyrei de hac D. Th. in 1.q. 66. art. 1. ad 3. vbi Tho. Con. 2. cęl. t. 5. q. 1. ar. 2. Less de sum.bo.

## DVBIT. V.

### De raritate, & densitate Cælorum.

1 Negant cælis conuenire raritatẽ, & densitatẽ.

PRima opinio negat in cælis esse huiusmodi accidentia, quia hæc consequuntur qualitates elementares vt effectus suam causam, sed in cælis non sunt huiusmodi qualitates, ergo.

Conf. dẽsitas non est cum perspicuitate, sicut neque raritas cum opacitate, sed in aliquibus partibus est perspicuitas, vt patet ex orbibus per quos videntur superiora corpora, & in alijs est opacitas vt patet ex corporibus stellarum; quæ impediunt aspectũ superiorum. Conf quia vbi est raritas, & densitas ibi est leuitas, & grauitas; cum hæ causentur ab illis, sed in cælis non est grauitas, vel leuitas ergo.

2 At alij affirmant, siue diuersæ rationis ab inferioribus, siue eisdem.

Conf. 3. quia esset augmentabile per rarefactionem, & diminuibile per condensationem.

Secunda Opinio est dicentium in cælis esse huiusmodi qualitates, quia apparet per aliquas partes ad nos lumen reflecti, & per alias non reflecti, hoc autem non oritur nisi ex diuersitate partium secũdum raritatem, & densitatem; est communis Auer. & altorũ qui dicunt maculas Lunæ oriri ex densitate, & raritate, vt Sax. 2. cœl. q. 22.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui putant illas qualitates esse diuersæ rationis in cælis, & in inferioribus, nõ solum ex vniuersali ratione, quod omnia accidentia sint in illis diuersæ rationis, sed ex speciali harũ qualitatum, quæ sunt termini rarefactionis, & condensationis, qui motus non sunt in cælis, quia indicant corruptibilitatem subiecti. videtur Auer. c. 2. de subst. orb. ibi Iand. Sax. 1. cœl. q. 2. ad 4.

Aliqui vero dicunt esse eiusdem speciei quia habent eandem rationem formalem vt infra.

## ARTIC. II.

### Opinio Auctoris.

PRima Concl. in cælo est raritas, & densitas, primo ex communi sensu dicentium astra esse partes densiores orbis, vnde fit cæteras partes esse rariores conf. ex Auer. 2. cæli 43. quod quedam cæli partes lumen retinent, & reflectunt, aliæ vero non reflectunt, sed illud transmittunt, at hæc diuersitas oritur ex diuersitate densitatis, quæ est causa reflexionis, & raritatis, quæ est causa transmissionis. Confir. 2. ex Eclypsi Solis facta à Luna, nam si Luna esset rara non impediret visionem Solis, & aliorum Syderum, sicut illam non impediunt cæteræ parte orbis, idq; inductione patet nam aer transmittit lumen ob sui raritatem, minus vero vapores, quia minus rari, & minus vitrum & aqua quia densiora, & sic de alijs ergo. Conf. 3. ex maculis Lunæ, quæ aliter explicari non possunt, quam per raritatem, & densitatem vt suo loco. 3 Probatur in cælis esse raritatem, & densitatẽ.

Secũda Concl. omnes orbes præter astra sunt rariores his inferioribus, & quidem respectu aquæ patet quia hæc cum est in magna quantitate impedit visionem obiecti, quod est in fundo, cum tamen tanta magnitudo orbium non impediat visionem stellarum fixarum, ex qua ratione idem posset probari de aere, & igne, quod si essent in tãta magnitudine, quantã habent omnes orbes cælestes impedirent visionem, quia etiã si haberent perspicuitatem adhuc ex vi tantæ magnitudinis impedirent visionem ob coniunctionem cum raritate minori, vnde cum orbes habentes tã immensam magnitudinẽ Lumen trãsmittant, oportet habeãt maximam raritatem. 4 Pręter Astra omnes partes orbis sũt rariores, q̃ inferiora.

Conf. primo raritas est maior perfectio, quam densitas, cum elementa quo perfectiora, eo sint rariora, sed cęli sunt perfectiores inferioribus ergo illis tribuenda est maior raritas. Dices firmamentum fuit productum densatione materię siue elemẽtaris, siue alterius speciei.

Respond. primo id ab alijs negari Resp. secũdo etiãsi nisi id concedatur, tñ densatio illa fuit minor quam quę est in elementis.

Tertia Concl. probabile est densitatem, & raritatem cęlorum esse eiusdem speciei cum inferioribus, quia licet oriatur à diuersis causis: tamen secundum propriam rationem formalem non differunt, quia ratio formalis densitatis consistit vt multa substãtia sit sub parua quantitate, contra vero raritatis, quę dicit paruam entitatem materię in multa quantitate. 5 Densitas, & raritas in superiorib⁹, & inferioribus sũt eiusdem speciei

Dices densitas, & raritas in inferioribus sunt qualitates secundæ, cum sint termini motuũ accidentalium, quę non possunt esse in cęlis.

Respond. ex hoc argumento reddi probabilem Vnde sit æ-

babilis contraria opinio.

babilem opinionem dicentium esse diuersæ rationis, tamen dici posset hæc accidentia esse quidem qualitates, sicut est figura; nam dicunt quendam modum essendi substantiæ accidẽtalem, sed non esse qualitates secundas, quia hæc denominatio sumitur in ordine ad primas, ex quibus secundæ oriũtur; hæc autem denominatio non conuenit illis secundum se quia secundum se non oriuntur ex primis, sed conuenit elementaribus, quia oriuntur ex primis; ex quo dici potest has qualitates distingui à superioribus, non quidem secundum rationem formalem, sed ratione connonati, & denominationis.

6 Idem de perspicuitate, & opacitate

Ex quibus patet idem dicendum de perspicuitate, & opacitate, nam perspicuum dicitur quod est aptum recipere lumen secundum totam profunditatem corporis: cõtra opacum. cum igitur pateat cælum secũdum aliquas sui partes recipere lumen secundum profunditatem vt patet ex partibus orbis, quæ non impediunt quin lumen Solis perueniat ad astra, nec astrorum lumen, ne ad nos perueniat, necessario illis cõuenit perspicuitas, & quia similiter patet secundum aliquas sui partes impedire trãsmissionem luminis, vt patet ex Luna dum Solem eclypsat, & ex omnibus astris, quæ lumen reflectunt, ideo ponenda est in illis opacitas quædam, & idem probat Auer. c. 2. de sub. orb. ex via lactea; quam ponit in octauo orbe.

Dices opacitas est passio terræ, atque nõ potest conuenire nisi participantibus naturã terræ, ergo non est in cælis.

Opacitas non est passio adæquata terræ.

Respond. negando ans. quia sicut causa adæquata illius non est frigiditas, ita non est passio adæquata illius, sed alicuius prędicati communis, in quo omnia opaca conueniant vnde ob hãc causam fortasse Lunam dicunt esse simillimam terræ ob illius opacitatem maiorem, vt Auer, Sax. Alb. & alij. lo. cit.

## ARTIC. III.

### *Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

7 Quę sit causa raritatis, & densitatis

AD Primum Respond. causam adæquatam harum qualitatum non esse qualitates primas elementares, sed illam quæ potest ponere multam, vel paruam substantiã sub extensione maiori, vel minori; sicut causa caloris non est calor elementaris, sed etiã lumen, & tamen calor eiusdem speciei producitur à lumine, & calore elementari: nam specifica ratio rei, non debet attendi ex causa effectiua, quia hæc potest esse varia: sed ex ratione formali ipsius, quæ colligitur ex effectis, vel aliunde vt alibi explicauimus.

Ad confirm. primo Respond. quomodo densitas, & raritas se habeant cum perspicuitate, & opacitate, non est huius loci disputare cum nequeat breuiter definiri, quæ earum causet alteram; de qua re Auer. c. 2. de subst. orb. putat perspicuitatem, et opacitate esse effectua illarum, nobis vero satis in orbibus esse talem raritatem, quæ est proportionata eius perspicuitati; & in astris densitatem proportionatam eorum opacitati; nam in cęlis non est tanta opacitas quãta est in terra, & terreis mixtis, cum semper recipiant secundum partes aliquas profunditatis aliquid luminis; sunt. n. hę qualitates ex ijs, quæ recipiunt magis, & minus, nam aer est rarior aqua & transparentior.

De ordine inter raritatem, & perspicuitatem.

Ad Secundam confir. in inferioribus raritas est coniuncta cum leuitate, & grauitas cum densitate, quia habẽt easdem causas; nã calor virtutem habet rarefaciendi, & leuitandi, contra vero frigiditas habet virtutem condensandi, & grauifaciendi, at vero in cælis, sicut raritas non est à calore ita neque ibi habet coniunctam leuitatem, sicut neque densitas grauitatem, cum non oriatur à frigiditate; siue hę qualitates oriantur immediate à primis vt causis, siue vt cõditionibus sine quibus non. 8

8 Cur in inferioribus leuitas cum raritate, & grauitas cũ densitate sit non autem in superioribus.

Hinc fit vt cælum non sit rarefactibile, nec condensabile per causas naturales, quia hæ non possunt producere illos effectus, nisi per qualitates primas, quarum sunt incapaces cæli; at vero per causam supernaturalem nihil prohibet, quin rarefiat, & condensetur vt ponunt multi fieri nouas stellas, & corpora in cælis.

Non semper leuius, & rarius.

Respondeo 2. negando semper graue esse coniunctum cum densitate; nam lignũ est densius aqua, et tamen leuius illa, cum supernatet, neque id dicas oriri à poris, tũ quia etiam oleum supernatat, quod non habet poros; tũ densum potest distingui nõ solum contra rarum raritate qualificante, sed etiam raritate porali, nam rarum etiam dicitur, quod habet multos poros.

9 Tripliciter fit auctio, & diminutio.

Ad Tertium respond. augmentationem & diminutionem, fieri posse tripliciter primo per additionem quantitatis ad quantitatem, siue discrete, vt lapis aceruo, siue continue vt aqua additur aquæ.

Quæ sit, vel possit esse in cælo.

Secundo per rarefactionẽ vt aqua dicitur augeri cum calore fit magis extensa dũ rarefit, siue id fiat per additionem nouæ quãtitatis, siue noui modi essendi veteris quantitatis. Tertio per aggenerationẽ quomodo viuentia augentur conuertendo alimentum in substantiam alti, & illius alimenti quantitatem vniendo viuenti, ex quibus hic tertius modus dicitur propriè auctio ex 1. de Gen. t. 35. & seqq. & hunc modum patet nõ esse in cęlo quia non potest esse sine corruptione, & generatione substantiali; quæ repugnat cælis 1. cæli. 22. ex quibus patet non esse augmentabile secundo modo, vel primo, nam licet Aristoteles nihil ibi de hac re dicat, tamen ex Iand. 1. cœl. q. 16. satis significat. t. 20. dum negat cælo conuenire auctionem, quæ conuenit viuentibus, nam cum cælum putauerit esse animatum, ma-

xime illi conuenire debuisset auctio substantialis, quare si hæc non conuenit, quæ magis videtur inesse, nec aliæ inerunt, quę minus videntur inesse. Verum facile ex Aristotelis principijs patet cælo non posse fieri additionem per rarefactionem, tum quia hęc fit naturaliter per calorem, sicut condensatio per frigiditatem, at vtriusque qualitatis cælum est incapax. tum quia inde sequeretur corruptibilitas cæli, quia materia posset tantũ per rarefactionẽ extendi, vt destruatur dispositio necessaria ad conseruationem formæ.

Cur cælo non fiat addito per rarefactionẽ.

Hinc patet quid dicendum sit de augmẽto primi modi, s. per additionem extrinsecæ quantitatis, nam sicut non repugnat augeri per discretam, quia potest numerus ex cælis, & alijs rebus augeri, ita repugnat naturaliter fieri per additionem quantitatis continuæ, nam nihil potest coontinuari cum cælo, non quidem ex ratione quantitatis, quia hæc ex se potest diuidi in infinitum, ita & augeri, sed ex vi corporis in quo est quãtitas, ex cuius nãtura sicut impeditur exercitiũ diuisionis, ita & continuationis an aũt possit augeri, à virtute infinita disputat Iand. 1. cęl. q. 16. ad 3. sed non est de ea re dubitandum supernaturaliter fieri posse.

## QVAEST. III.

### *De grauitate, & leuitate Cæli.*

De hac Arist. 1. cæl. t. 17. Alb. tr. 4. c. 6. Iand. 919. Sax. q. 2.

### ARTIC. I.
### *Explicantur termini.*

PRimo Not. ex Arist. 1. cæl. t. 17. graue dici id quod mouetur ad medium, leuę quod mouetur à medio sursum, & hoc dupliciter, primo simpliciter, Secundo sm̃ quid: graue simpliciter dici, quod vltimam obtinet grauitatem, vnde subsistit omnibus corporibus descendẽtibus deorsum, ibique naturaliter quiescit, contra vero leue dicitur simpliciter quod vbique est leue, & super omnia fertur, & quiescit; at graue secundum quid, & leue dicitur, quod in aliquo loco sunt grauia, & in alio leuia, vt sunt elementa media, nam aqua est grauis in Igne, & aere, & leuis sub terra, & ideo dicitur grauis sm̃ quid, aer vero dicitur leuis secundum quid, quia est leuis in terra, & aqua. sed in igne grauis. hęc autem dicũtur habere mediam naturam, non quia sunt mixtæ, sed comperatiuæ quia comperata cum vno elemento videntur participare conditionem leuis, & comparata cum altero videntur participare conditionem grauis; s. ascendendo vel descendendo.

Quid graue simpliciter, & quid secũdum quid.

Quid leue simpliciter, quid secundum quid.

2 Secũdo Not. has virtutes motiuas tributas fuisse elementis à natura non solũ propter motum, vt acquirant proprium locum, quãdo sunt extra illum, sed etiam vt in loco proprio quiescant, vt inde nequeant expelli nisi violenter, vnde fit vt tota mundi elemẽtaris sphæra sit recte ordinata ex subordinatione elementorum secundum situm.

Cur natura tribuit elementis virtutes motiuas.

Tertio Not. cum omnis potentia à proprio actu specificetur, non potest vna potẽtia exire in actum alterius, nec actus vnius oriri ab alia, quia alioquin confunderentur rationes specificæ potentiarum, hinc fit vt motus rectus non possit esse à virtute motiua circulariter, nec circularis à virtute motiua motus recti.

Cur vna potentia non possit exire in actu alterius.

Secundo fit naturam non tribuisse rebus virtutes, in quibus non possent exire in actũ, quia natura nihil frustra efficit t. cęl. 32. 2. cæl. 50. 59. & alibi. quare licet nunquam totum aliquod elementum deferat suum locum, quia tamen partes cuiusque elementi possunt esse extra locum proprium, ideo natura omnibus elemẽtorum partibus tribuit virtutes motiuas sibi proportionatas, nam idem est locus totius & partium 1. col. 19.

### ARTIC. II.
### *Opiniones Doctorum.*

PRima opinio Antiquorum dicentium 2. cæl. 4. habere grauitatem, sed moueri circulariter, quia non inuenit locũ ad quem descendat cum portetur ab vniuersitate aliorum corporum existentium intra ipsum quæ cum nõ cedant, sustinẽt cælum vnde Poetę finxerunt portari in circuitu à Gigante Atlante in suis humeris, qui sustinet ipsum & non permittit inclinari vt explicat Alb. 2. cæl. tr. 1. c. 3. sequuti sunt posteriores, sed aliam causam prohibentem descensum posuerunt .s. animam vniuocam animę animaliũ, vt ibi Alb. eandẽ est secutus Emped. apud Alb. sed causam prohibentem descensum dixerũt esse velocitatem motus, nam velocitas hęc retinet ipsum in loco cõtra centrum suspensum, vt declinare nequeat, & descendere, vt simile quid accidit ciato pleno aqua circulariter, & velocissime moto, ex quo aqua non effluit.

Cælum cur graue secũdũ aliquos.

3

Fundam, quia omnia corpora solida, & concreta sunt terrea, nam cętera corpora pręter terram sunt liquida.

Secunda opinio est dicentium cælum natura sua habere leuitatem, quia est de natura ignis vt Pithagorici, & alij antiquiores. fundamentum, quia supereminet omnibus, ergo est leuissimum. Conf. quia sicut inter elementa vnum est supra alterum ob qualitates motiuas, ita inter cælos est diuersitas situs quia vnum est leuius altero: alioqui nõ posset afferri ratio ordinis situalis inter orbes, conf. 2. quia natura non deficit in necessarijs, sed si pars cęli poneretur in terra, illa deberet habere vim acquirendi suũ locũ sicut patet ex partibus elemẽtorum, at hęc virtus cum sit principium motus sursum est leuitas, At eadem est virtus totius, & partis 5. cæli 19.

Cur leue.

4

Tertia

Cur leue, & graue.

Tertia opinio est dicentium in cęlis esse vtramque qualitatem, non solum propter rationes vtriusque opinionis prędictas sed etiam quia in alijs est accessus, & recessus à centro vt patet ex Planetis, qui mouentur in suis eccentricis, & epicyclis.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt illas qualitates esse eiusdem rationis ac elementares, quia sunt principia motuum eiusdem rationis scilicet ascensus, & descensus.

Alij vero esse diuersæ rationis tum quia virtutes motiuę elementares sunt inter se diuersę speciei ob diuersum situm, quem respiciunt, tum quia oriuntur à diuersis formis tanquam proprietates illarum, quare idem dicendum est de cœlorum virtutibus.

Nec esse graue, nec leue.

Quarta opinio est dicentium in cælis nō esse grauitatem, vel leuitatem est Aristotelis a. cœl. 27. vbi omnes peripatetici.

Probant aliqui primo quia leuitas, & grauitas sunt qualitates, quæ oriuntur ex primis qualitatibus, vt patet ex vaporibus, & exhalationibus, quæ calore, & frigiditate acquirunt nunc leuitatem, nūc grauitatem.

Sed hęc ratio non placet, tum quia non constat an in elementis oriantur immediatè à qualitatibus, an à formis, nam quo aqua calefacta fit leuior, id forte est ex admixtione exhalationum ignearum, quę secum attollunt etiam partes aqueas, vnde cum inter se separantur partes aquęę, & terræ descendunt.

Tum quia etiam si in elementis orirentur immediatè à primis qualitatibus, tamen in cęlis possent habere aliud principium, & dispositionem, vt dictum est de raritate, & densitate.

Secundo alij ex ratione motus, nam cęlo conuenit motus circularis, non autem motus rectus, ergo ibi est principium motus circularis; non autem motus recti, qualis est grauitas, & leuitas, sed hæc habet difficultatem nam licet elementis non conueniat nisi principium vnius motus; quia illis non conuenit nisi vnus motus, .f. quo acquirāt, & quiescant in proprio loco, tamen non est idem dicendum de cælo, quia cęlis debet conuenire duplex motus, vnus in proprio loco, qui est circularis, quia non ordinatur ad quietem in illo loco. sed ad motū: Alter cum est extra locum suum, qui debet esse rectus .f. ad acquirendum proprium locum, & debitum sibi situm in vniuerso, quare hęc Aristotelis ratio aliter est fouenda.

## ARTIC. III.

### *Opinio Auctoris.*

6 Probat. nec esse graue, nec leue.

PRima Conclusio in cęlo non est grauitas nec leuitas probatur ex 1. cęl. t. 17. quia vbi non est, nec naturaliter esse potest motus rectus ibi non potest esse grauitas, & leuitas, nam hę qualitates ordinantur ad motum rectum, vt patet ex definitionibus ipsarum, frustra autem natura dedisset potentias rebus, in quibus nō potest esse actus illarum 1. cęl. 32. 2. cęl. 50. 59. 3. de part. c. 1. 3 de anima t. 43. 2 met. c. 1. Deus aūt & natura nihil frustra faciunt.

Sed cælis nec conuenit, nec conuenire potest motus rectus, ergo nec virtutes, & potentię ad hunc motum.

Minor prob. quia vni corpori simplici conuenit vnus motus simplex, nam non potest habere nisi vnam formam simplicem, hæc autem est apta inclinare ad vnum locū, atq; adeo ad vnum motū, & quietem in illo loco quia idem vt idem est semper aptum inclinare, & facere idem.

At cælo conuenit motus simplex circularis, ergo non potest illi conuenire connaturaliter alius motus.

7 Quid aduersarij respondeant.

Respond. Corpus simplex motus 2. considerari, primo vt est in loco pręternaturali, & sic illi conuenit vnus motus, quo acquirat suum locum vt dictum est de elementis. 2. vt est in loco suo naturali: & sic est diuersa ratio in elementis, & in cęlo, nam elementis conuenit quies in proprio loco, at cęlis conuenit quies in toto loco, & motus quoad partes, & ita illis conuenire duplex motus vnus vt est corpus extra locum, alter vt est in loco proprio, nec mirum quia sicut elemētis conuenit quies in proprio loco ita cęlo conuenit motus.

Contra responsionem.

Sed contra nam eatenus natura tribuit virtutem motiuam rebus ad proprium locum, quatenus ex vi causarum naturalium potest esse secundum totum, vel partes extra proprium locum, at cælum neque secūdum totum, neque secundum partes essa potest ex vi causarum naturalium extra proprium locum vt patet experentia tot annorum, & eius incorruptibilitate. Ergo, Neque obstat quod toti vni elemento data est à natura virtus motiua, cum tamen totum non possit esse extra locum suum, quia cum sit idem locus totius, & partis a. cęl. t. 19. dedit natura virtutem omnibus partibus quia vel omnes, vel plurimæ illarum successiuè possunt esse extra propria loca, at non sic partes cæli.

8 Resp. secundo aduer.

Respond. 2. potest, has virtutes non ordinari principaliter ad motum, sed ad quietem in proprio loco, & secundario ad motum vnde si ponerentur in cælis non essent frustra, quia essent ordinatę ad occupandū, & retinendum proprium locum vt sint v.g. supra ignem, & sub alio orbe secundum situm singulis connaturalem.

Reijcitur.

Sed contra quia in illis corporibus requiritur peculiaris virtus motiua ad possidendum proprium locum, quia possunt per causas naturales dimoueri à proprijs locis, nam per illam virtutem resistunt dimouentibus, at inter causas naturales nulla est quę possit cælos dimouere à suis locis secundū se totos vel partes, vt dictum est, ergo non

requi-

quiritur talis virtus.

Secundo probatur conclusio, quia si cęlis conuenirent huiusmodi virtutes non posset illis esse ex omni parte naturalis motus circularis, sed necessario esset cum aliqua violentia, & defatigatione vt est motus progressiuus animali, nam dum vna pars descẽderet, altera ascenderet, & contra; quod non posset esse sine aliqua violentia.

Virtutes motiuę sunt diuersæ rationis in cælo, & inferioribus.

9 Secunda Conclusio si in cęlis essent huiusmodi qualitates, illæ essent diuersę speciei ab elementaribus, patet ex dictis in 2. opin. conf. quia non essent ordinatę ad motum deorsum, & sursum, sed permanentiã totius orbis in toto loco; conf. 2 quia essent proprietates cõuertibiles cũ singulis orbib⁹

## ARTIC. IV.

### *Soluuntur argumenta aduersariorum.*

Non omnia solida vt terræ.

AD fundamentum primæ opinionis respond. negando omnia solidia esse terrę, nam solida sunt, quæ distinguuntur cõtra fluida quæ condictiones abstrahunt ab elementis, & superioribus corporibus, deinde neque constat an sit solidi, nam multi putant esse, fluidos quæ aũt ibi addunt sunt similia fabulæ vt alibi, nam tantum pondus non posset substineri à liquidis elementis, nec tandiu durare fornices ita graues, neque Cometę, & sidera volantia sunt de natura cęlesti.

Ad arg. 2. opinionis.

10 Ad Argumenta secundę opinionis respõdetur id, quod supereminet omnibus ex vi sui motus esse leuissimum, quod autem supereminet ex naturę dignitate, vel voluntate conditoris in illis locis singulos orbes cõstituentis, sicut ex voluntate eiusdem hic mundus hoc spatium potius, quam aliud occupauit.

Ad 1. conf. rationem ordinis situalis inter orbes sumendã esse vel ex dignitate ipsorũ, vel ex vtilitate vniuersi, vel ex libera volũtate cõditoris, sicut in alijs indifferentib⁹

Ad 2. casum illum esse impossibilem naturaliter, & ideo naturæ non debuit prouidere virtutes pro illo casu, quod si supernaturaliter pars aliqua cæli poneretur supra terram ibi perpetuo maneret quia non haberet virtutem, per quã ex illo loco moueretur, & cum dicitur an violenter, an naturaliter ibi quiesceret Resp. Sax. neutro modo, sed pręter naturaliter, sicut ignis circulariter mouetur etiã perpetuo ex Aristotele vnde proprie nõ esset quies, sed pura negatio motus. Neque inde fit naturam esse imperfectam negando cælis hanc virtutẽ quia non est naturaliter illis conueniens vt dictum est, sicut neque est diminuta quia negant equo vim loquendi ad poscendum cibum, & explicandos morbos.

11 Hinc patet ad fundamentum tertiæ opinionis respond. Planetas fieri quidem propinquiores, & remotiores à centro terræ, non quidem per lineam rectã, & motũ rectum, quia hic est ascensus, & descensus, sed per circularem super eccentricis orbes habentes diuersas partes secundum grossitiem, at appropinquatio, & remotio huiusmodi non est ascensus, & descensus, vt recte *Iand.* neque tamen inde fit motum illum non esse simplicem, quia simplicitas motus circularis non attenditur ex motu circa centrum mundi, sed proprium corporis moti, at eccentrici non fiũt ex motu circulare propinquiores, vel remotiores à cẽtro proprio; sed hoc habet difficultatẽ quia sequentur motum molę Fabri esse simplicem, quare dicendum est simplicitatem attendi ex centro mundi, cui partes sunt quidem propinquiores, & remotiores, non ex motu ascensus, & descensus, sed circulari ratione corporis super quod fit; nõ enim omnis appropinquatio ad centrum est descensus, nec elongatio est ascensus, nisi infra sphęram elementarem, vt fuse Sax. lo. cit. art. 2. qui etiam disputat de motu epicycli, de quare nos infra solum hic aduerto Aner. propter hanc difficultatem negare eccentricos, & epicyclos.

Ad arg. 3. opinionis.

## DVBIT. VII.

### *De loco Cælorum.*

DE hac dixi in physicis tr. 20 q. 5. d. 2. Bonet. l. 8. suę phys. c. 3. Zim. p. de anima in t. 39. *Sax.* 4. phys. q. 7. vbi ostendit totum mundum non esse in loco quia non habet extra corpus continens illum; neque esse alicubi quia vt esset alicubi deberet esse supra aliquid, & infra aliquid, seu in aliquo vel circa aliquid, & sic de alijs differentijs. per quas respondetur ad interrogationem factã per ly vbi; nam non potest dici esse in alio, nisi dicatur esse in spatio imaginario, at hoc ipsum est in nullo loco esse, quia tale spatium non est aliquid à corpore separatũ neque infra aliquid, quia nihil est infra seipsum, neque aliquid supra quia nihil est supra seipsum, neque circa aliquid, quia nihil est circa seipsum: vnde licet omne corpus sit alicubi, non tam totus mundus categorematice quia dicit aggregatum ex omnibus corporibus, extra quod non est aliud. Neque concedit totalem mundum occupare totum quia nihil est quod occupat nisi dicatur occupare spatium separatum, quod non datur ex Aristotele, & licet singulis partibus conueniat esse in loco dum sunt separatę ab alijs, non tamen toti nisi per accidẽs idem, ratione partis, quod si fingatur à Deo moueri supernaturaliter moueri motu recto, vel naturaliter motu circulari ille motus non esset proprie localis ob defectum loci; sed similis illi, imo ex Saxon. eiusdem speciei intrinsecæ, sed diuersæ ratione corporis continentis connotati.

Totus mundus non est in loco, neq; alicubi ex Boneto.

Deinde docet vltimam sphæram non esse in loco, sed esse alicubi, primo probat. quia extra illum nihil est continens, vnde dicitur primum locum illocatum, sicut primum

Ex eodem vltima sphęra nõ est in loco, sed alicubi.

mum

mum mouens immotum, & sicut quod vltimo locatur, non est locans quia nihil continet intra se. ita primum locans non locatur quia nihil habet se continens.

13 Secundo patet quia de quocunq; corpore verum est dicere, quod sit supra, vel infra, vel circa aliquid illud est alicubi, sed sic est de vltima sphæra, nam de ea verũ est dicere quod sit circa centrum, & circa alias sphæras, & ẽt q̃ sit supra alias sphæras, & ẽt quod sit extra aliquid ergo est alicubi.

vltima sphęra est in loco ratione motus.

Hinc patet quomodo dici possit vltimã sphæram esse in loco, non. n. est in loco continente, sed in loco ratione cuius cognoscitur moueri, & ideo Auer. dixit terram esse locum vltimæ sphęrę, quia in habitudine ad ipsam cognoscimus cælum moueri, sed hic modus loquendi est improprius.

Verum supra diximus quid sentiendum sit pręcipue de existentia corporis in loco imaginario, quare non est cur hic repetantur, præsertim, quia de re constat, & solum est disputatio de nomine apud ponentes vbi in ordine ad spatium imaginarium lege tr. 21. quęst. 5.

Dubitari tantum potest an sint contigui, an vero inter illos sit corpus medium Resp. communiter esse contiguos At Alber apud car. 1. d. 15. q. 1. §. amplius, negat se contingere, sed in medio eorum esse corpus simile aeri, in quo omnes mouentur, & hoc est rarum, & spissum non raritate, & inspissitudine elementorum, nam hæc cum fiat per actionem, & passionem primarum qualitatum non conuenit nisi corpori corruptibili, & transmutabili, at quæ est in cælo cõsistit in solo situ cõpositioneq; partium propinquiori, vel distantiori, vt expresse videmus, vt loquitur Auic. quod corpus Solis magis est conculcatum, compressumq; in substantia, & lumine, quam alia pars orbis, ideo sphæræ per tale medium motę non diuidunt ipsa diuisione corruptionis, sed situs & positionis, per quod nullam inducunt corruptionem, & mihi maxime placet, quia est opinio, per quam facile defenditur motus cęlorum, certum tñ nihil mihi est inten. ta rerum distantia, & obscuritate obiecti.

## QVAEST. IV.

### *De quantitate discreta Cælorum.*

### DVBIT. I.

#### *De numero Cælorum.*

14 DE hac dictum est à nobis supra, solum hic addendum ex Clauio in c. 1. sphęræ fol. 70. & seqq. positos fuisse à Magino cælos mobiles vndecim; nam præter septem cælos planetarum, & stellatum, ex obseruationibus copernici, collegit esse tres alios supra stellarum, scilicet vndecimum, quod est primum mobile velocissime motum ab ortu ad occasum, & secum rapiens inferiores orbes. Decimum quod præter motum diurnum, quo rapitur, habet proprium qui dicitur librationis à septemtrione in austrum, & ab Austro in Septentrionem per 24. minuta sub coluro solstitiorum primi mobilis vnde poli Zodiaci huius decimi cęli, à polis Zodiaci primi mobilis sub coluro solstitiorum vltro, citroq; remeant 52. solum minutis, vt totum circuitũ non perficiant, & qm̃ poli ecliptice primi mobilis distant à polis mundi gradibus 30. & minutis 40. sit vt maxima distantia polorũ eclipticæ decimi à polis mundi comprehendat gradus 23. min. 52. & minima gradus 23. min. 28. quod etiam intelligitur de maxima declinatione eiusdẽ Eclipticæ ab æquatore, quæ est maxima Solis declinatio, quæ potest augeri, & minui, vt dictum est de distantia. Hæc autem libratio initium sumit ab extremo termino australi, & mouetur polus eclipticæ sub coluro primi mobilis inæqualiter vsque ad extremum limitem Borealem, à quo rursus cum eadem irregularitate ad extremum australe regreditur, ibique tota periodus librationis perficitur, & cõplectitur annos Iulianos 3431. & dies fere 239. ex obseruatione copernici. Quod tempus in tabulis dicitur Periodus anomalia obliquitatis Zodiaci, & reduci ad regularitatem ostendit ibi Clau. fol. mihi 71.

Proprij motus singulorum cælorũ

Nono cælo præter motum diurnum, & librationis sub coluro solstitiorum, qui est proprius decimi cęli tribuitur alius motus proprius librationis sub ecliptica decimi cæli, & super polis eiusdem ab ortu in occasũ, & ab occasu in ortũ per 540. minuta s. per gradus 2. & minut. 20. vt videre licet apud Clau. loc. cit. fol. 74. 15

Octauo pręter tres prædictos motus, tribuitur proprius ab occasu in ortum sub ecliptica noni siue decimi cęli, & perficitur annis 25798. & diebus 520. vt videre licet apud Clauium fol. 77. qui fuse hos omnes motus explicat, nec nostrum est eos examinare, deinde sub his sunt cęli 7 planetarum vnde sit esse omnes cęlos mobiles vndecim; sed de hac re diximus supra vbi not. ab assertoribus harum librationũ negari motũ, trepidationis assertũ ab Alfonso. Scio huic numero multa obijci posse tum ex negatione plurium motuum eiusdem orbis, tum ex negatione multiplicationis orbium pro numero planetarum, tum ex negatione necessitatis motus raptus, sed hęc non possunt hic explicari, nisi explicato motu cęlorum, & soliditate, ex quibus patebit ad fundamenta Hurtad. disp. 2. de cæl. sect. 1. Solũ aduerto orbes Mercurij, & Veneris esse auferendos si motus illorum est circa Solem, quia tunc essent in eodem orbe in quo est Sol cum proprijs epicyclis, sed non est nostrum hanc veritatem examinare.

DV

## DVBIT. II.

*De ordine calorum.*

Ordo Cælorum.

16 DE hac plura Hiliar. 2. cæl. conf. 53. Conimb. c. 5. q. 2. fuse Clau. in c. 1. spher. fol. mihi 80. & nos diximus supra quod senserint antiqui Ægyptij, quid Plato, quid Aristoteles, & quid sentiendum sit cum Ptolomeo, & Ioanne de Regio Mōte, vt primum locum supra elementa obtineat Luna 2. Mercurius. 3. Venus. 4. Sol. 5. Mars. 6. Iuppiter 7. Saturnus. 8. Celum stellarum, quod dicitur firmamentum, quē ordinem probat Clauius 1. ex diuersitate aspectus, 2. ex velocitate, & tarditate motus.

Tert. ex eclypsibus, Solis occultationibus planetarum vt videre licet apud ipsum; deinde supra hos statuit nonum, decimum, & vndecimum ob diuersitatem motuum, qui fuerunt obseruati in octaua sphæra, & supra hos omnes a Theologis constituitur cælum empyreū, supra quod nullū existit corpus.

Opinio Aristarchi de cælestibus reuolutionibus.

Solum referenda est opinio Aristarchi Samij 400. annis ante Ptolomæum, quam nostra ætate excitauit copernicius opus de reuoluitionibus cælestibus, qui hunc ordinem constituerunt inter corpora vniuersi. Primo vt Sol sit in centro, seu medio mundi immobilis. Secundo circa illum orbis Mercurij. Tertio Veneris. Quarto circa Venerem orbem magnū posuerunt. qui cōtinet omnia elementa simul cum orbe Lunæ, circa hunc orbem. 5 loco esset Mars. 6. Iouis 7 Saturni, 8. Orbis stellarum fixarum. sed hic ordo est ab omnibus improbatus tum philosophis, tū astrologis præsertim cum necesse sit, vt terra sit in medio mundi consistens in suo loco.

Solum hic posset disputari an in seruando hoc ordine inter cælos sit habita ratio dignitatis, an commoditatis, & boni vniuersi an fuerit ex libera volūtate cōditoris.

Quæ sit ratio talis ordinis inter cælos.

17 Prima opinio est dicentium hunc ordinē cælorum ex pura voluntate conditoris fuisse statutum, nam cum non esset maior ratio cur vnum hic, vel ibi poni debuerit, illum locum singuli cæli obtinuerunt, quem Deus illis dedit, sicut patet ex collocatione totius vniuersi in hoc potius spatio imaginario, quam illo: sed hæc sententia non placet quia cum ratio ordinis afferri potest. non est ad liberam voluntatem causæ recurrendum, præsertim vbi est voluntas ex omni parte perfecta, ex qua omnia congrua ratione procedunt.

Nō oriri ex pura voluntate Dei sine connaturalitate.

Sumitur ratio ex dignitate.

18 Secunda opinio est dicentium habitam esse rationem dignitatis. Primo sic magis splendet diuina sapientia, vt medijs infima, & summa medijs certa graduum serie connectantur, qui ordo non seruaretur si ignobiliora nō essent subiecta superioribus corporibus. Confirmatur ex ordine, qui seruatur inter elementa, & inter Hierarchias Angelicas, ex Theologis est D. Thom. p. 1. q. 108. art. 1. ex Dion. c. 6. de cælest. Hier.

Confirm. 2. ex effectuum nobilitate, nam quo Planetæ sunt superiores eo habēt perfectiores effectus, vt patet ex ijs, quæ Astrologi tribuūt Planetis. Nam Saturno tribuūt vim conseruandi res permanentes, & inclinandi in cōtemplationem rerum perfectissimarum, & difficilium: sicut Ioui prudentiam, Marti fortitudinem, quibus maxime Resp. reguntur; & similiter alijs alij effectus adscribuntur.

Confirm. 3. Nam octaua sphæra vt omnium suprema, ita perfectissima, vt patet ex multitudine tot syderum, & præcipue ex circulo Zodiaco duodecim signis ornato sub quod omnes Planetæ mouētur, & à quo tot rerum generationes proueniunt.

Confirm. 4. Ex ratione continentiæ; nam vt totum est nobilius parte, ita cōtinens cōtento, quia se habet vt totum ad partem 4. phys. tex. 49.

Confirm. 5. ex 12. Met. 44. vbi ordinem intelligentiarum esse secundum ordinem motuum, & mobilium, nam motor est mobili proportionatus, ita D. Thom. 12. met. t. 49. & communis, vnde hæc opinio negat Solem esse nobiliorem superioribus Planetis, vt supra dixi ex Angesto d. 4. fo. 39. Auer. 12. met. t. 44. & fuse Achill. p. de orb. d. 3. 6. Tertia via.

Sed contra hanc opinionem obstat perfectio Solis, quæ cum sit maior quam Iouis, & Saturni, adhuc ponitur sub illis, quare dicūt positum in medio, vt Regem in Regno, & cor in corpore; neq; enim est dubitandū de excellentia Solis supra alios Planetas, & sydera fixa, cum omnia ab eo lumen, quod est omnium qualitatum perfectissimū, participent.

Tertia opinio non esse habitam rationē dignitatis, sed commoditatis, & boni vniuersi, nam ideirco Sol positus est in medio, quia id erat expediens bono communi, tum vt posset suum lumen communicare Orbibus, & astris superioribus, & inferioribus, cum certa quadam proportione necessaria ad bonum vniuersi, ob illorum influentias in inferiora, tum ne si esset infra nimio calore exurere omnia potuisset, & si supra esset collocatus ob nimiam distantiam, omnia frigore aruissent, & ob eadem distantiā tardius motum diurnum participasset. Ita Ricc. 2. d. 15. q. 5. circa 2. principale, Sax. 2. cæl. q. 16. ar. 1. Albumasar. in suo magno introductorio tr. 3. diff 3. Clauius lo. cit. qui merito in medio Sol est constitutus, quia est regula, & mensura aliorum motuum, diuersa tamen ratione; Nam Mars, Iuppiter, & Saturnus ratione Epicyali cum Sole in motu conuenlunt: Luna vero Mercurius, & Venus in Orbibus deferentibus cum motu Solis conuenlunt; Vnde est in medio vt tres superiores Planetas ab inferioribus segreget 19

Ratio ex cōmoditate.

cum

cum vniformitatem, cum vtroq; genere ferunt, sed diuersa ratione.

Habitā esse rōnem primario comoditatis seců dario dignitatis. Quarta opinio est dicētium habitam esse rationem primario commoditatis, & secundario dignitatis; nam vbi commoditas vniuersi exigit non seruari ordinem dignitatis, non est seruatus, vbi vero ordo dignitatis stat cum commoditate ibi seruatus est ordo dignitatis, quod etiam apparet in mundo inferiori, in quo elementum aquæ ex natura sua exigeret esse supra totam terrā, tamen ob bonum vniuersi congregatæ sunt aquæ in vnū locum, vt terra appareret arida, & habitari posset: quare non mirum si idem seruatum est in mundo superiori, & hæc opinio mihi placet, quia argumēta primæ opinionis recte probant, seruandum ordinem dignitatis, nisi bonum vniuersi aliud exigat. At vero argumenta secundæ opinionis probant, seruandum ordinem, quem exigit vniuersum, quod si bonum vniuersi non exigit, inuerti ordinem dignitatis, non ostēdunt, non debere seruari, & ideo argumēta illa non sunt soluenda cū nobis faueant.

Hæc tamen opinio dupliciter potest explicari. Primo, vt inter Orbes semper sit seruatus ordo dignitatis, non tamen inter sydera, nam putāt orbes distingui specie à syderibus, & ideò dixerunt orbes superiores semper esse nobiliores inferioribus contentis licet sydera, quę sunt in superioribus non sint nobiliora ijs, quæ sunt in inferioribus orbibus, vt patet ex Sole, qui est omnibus nobilior astris; & ideo inter astra seruatum ordinem comoditatis.

21 At alij putantes orbes, vel esse eiusdem speciei cū suis astris, vel si diuersæ speciei, tamen esse proportionatos dignitati astrorum, dixerunt illum ordinem dignitatis, & comoditatis seruatum, tam inter astra, quā inter orbes, & hæc mihi magis placet. cætera videnda sunt dicta superiori tractatu.

Ita Astrologi nostri temporis Ptol. Alphrag. Thebit. & alij.

## DVBITATIO III.

### *An ponendi sint eccentrici, & epicycli.*

De hac Achil. 1. de orbib. d. 3. Sax. 2. cęl. q. 7. Clau. in Spher. c. 4. Fracast. de homocentricis. Philal. l. 2. cæl. t. 9, cont. 64. in fine. Maior. 2. dist. 14. q. 4.

Explicata compositione orbium secundum Astrologos, nunc explicandum est, an eccentrici ponendi sunt ex opinione Arist.

## ARTICVLVS I.

### *Explicantur termini, ex Aristotele.*

PRimo Not. ex Aristotele 8. phys. t. 22. quærere rationem, & dimittere sensum, esse infirmitatem quandam intellectus, quia non solum physica, sed omnes scientię vtuntur sensu, cum nihil sit in nostro intellectu, quod prius nō fuerit in sensu vt alibi explicaui, ex quo fit male Aueroistas negare apparentias Sydérum, & ea quæ sunt necessaria ad saluandas apparentias propter rationes quasdam ductas ex naturalibus conditionibus rerum, probabiliter, cognitis. 22

Secundo Not. fuisse ab antiquioribus astrologis quædam animaduersa ex motibus Syderum, primo illa moueri varijs motibus vnde cum vni corpori nequeant primo, & per se conuenire plures motus posuerunt plures orbes totales, in quibus essent sydera habentes varios motus, non .n. vt animalibus conueniunt plures motus, ita & orbibus, quia illa sunt mixta, orbes vero simplices.

Secundo, in vno, & eodem Planeta aduerterunt, nunc ad nos accedere, nunc recedere; Vnde nunc maior, nunc minor appareret. 23

Tertio, nunc cursum quasi incitare, nunc tardare, nunc quasi stare, & quasi motu carere, nunc deniq; quasi retrocedere in Zodiaco.

Quarto, alias huiusmodi varietates, & quasi irregularitates in Planetis notarunt. Ex quibus antiqui aliqui putarunt Planetas nullas certas leges seruare in suis motibus, sed casu quodam nunc hoc, nūc illo modo ferri. Quod alij adeo erroneum putarunt, vt dixerint illorum dictū non ex mente, sed ex dementia prodijsse. Nam cum inferiora certa lege gubernentur, non est rationabile, superiora, à quibus inferiora pendent casu, & sine lege moueri. Ex quibus Astrologi ec centricos, & epicyclos putarunt.

Tertio Not. etiam si in motibus cælestibus videatur esse huiusmodi varietas, & irregularitas, tamen vere ibi esse summam regularitatem, tum quia irregularitas non potest oriri nisi vel in principio, vt proiecta, q initio celerius mouentur, vel in medio, vt in animalibus, vel in fine, vt in naturalibus, at hæc non potest conuenire motibus cælorū, cum careant principio, medio, & fine, vt patet ex natura lineæ circularis, ergo. Qua rōne in motibus Planetarum sit cū irregularitate.

Tum quia omnis irregularitas motus oritur vel variatione facta in virtute motiua, vel in resistentia mobilis, nam potest velocior fieri motus, vel quia aucta est virtus motiua, vel quia diminuta est resistentia mobilis, cōtra vero tardior oritur, vel ex diminutione virtutis motricis, vel augmento virtutis resistitiuæ mobilis, vel medijs, vel ex vtraque ratione. At neutrum potest conuenire motibus cælorum. Nam virtutes intelligentiarū sunt incorruptibiles, & omnino immutabiles, & similiter orbes cæleстes sunt ex Arist. incorruptibiles tam secundum totum, quā secundum partes, neque dici potest mutari virtutes motrices in actu secundo ex vi libertatis, vt nunc velint tardius, nunc citius mouere; nam ex Arist. mouent necessario, & ex Theologis, ex lege diuinæ prouidétię, quam nunquam transgrediuntur.

24 Tum tertio, quia tot annorum sæculis obseruatum est solem periodum suam cõplere spatio 365. dierum cum quadrante fere vnius diei, sic Mars suam complet spatio duorum annorum percurrens totum Zodiacum, sic Iuppiter 12. annis. & sic de alijs. Vnde Astrologi syderũ coniunctiones prædicunt ante multa sæcula, quæ fieri non possent, nisi motus maximam regularitatẽ haberent, & certas leges seruarent.

Hinc periti Astrologi conati sunt causam inuestigare, vnde illa irregularitas, & varietas prouenitet.

Quarto Not. aduertisse Astrologos non posse hanc varietatem oriri ex vno motu, 25 quia vnus, & idem motus non potest esse simul regularis, & irregularis, cum igitur motus cæli secundum se sit regularis, non poterit esse irregularis, quare necessario debent eidem conuenire plures motus, quorũ singuli sint regulares, sed simul coniuncti talem irregularitatem apparentem efficiant. Hinc vlterius collegerũt singulos orbes totales Planetarum componi ex pluribus partialibus, vt illis cõuenire possint plures motus, cum ex Arist. vni orbi simplici nequeat conuenire nisi vnus motus per se primo. Hinc denique probant, quo vnus Planeta maiorem varietatem ostendit in suo motu, eo pluribus motibus moueri, & plures orbes illi conuenire.

Id oriri ex pluribus motibus.

Quinto Not. cum plures huiusmodi orbes cõstituantur, difficultas est apud Astrologos quales illi sint? cõcentrici, ne an eccẽtrici, & si eccentrici, qua ratione sint construendi; Nam Eudoxus, & Calippus, quos 12. met. sequitur Arist. & defendit Auerr. putarunt esse concentricos, sed moueri super diuersos polos in partes diuersas, vnde quilibet orbis per se regulariter mouetur, quia tamẽ vnus impedit, vel impellit alium, ideo videtur Planeta irregulariter moueri, & hanc defendit Fracast. opus de Homoc. & Philalteus de cælo. At alij videntes ex illa posse quidem aliquas apparentias saluari, qualis est pertinens ad tarditatem, vel velocitatem motus, non tamen omnes, ideo eccentricos posuerunt, & epicyclos inuexerunt.

Sexto Not. hanc quæstionem habere locum apud eos, qui dixerunt cælum esse so- 26 lidum, & Planetas moueri in orbes, vt nodos in tabulas nam si poneretur cælum fluidum, per quod stellæ moueantur, vt aues per aerem, nullum locum hanc quæstionẽ habere.

## ARTIC. II.

### *Opiniones Doctorum.*

27 Prima opinio negat dari, primo sequeretur terram non esse in medio mundi, nã non est in medio orbis solis, cũ sit in eccentrico simpliciter tamquam in deferente, & eadem ratione non esset in medio respectu orbium aliorum Planetarum, at id est cõtra communem omnium sensũ, & contra rationem motus deorsum, quia non posset sequi cum ponantur plura centra, ad quæ grauia mouerentur, quare cum non possit moueri ad quietem in vtroq; tamquam ad finẽ motus, ad neutrum mouebuntur ob indeterminationem.

Negant eccentricos ex qua ratione motus.

Confirmatur, quia vel dari vacuum, vel rarefactionem, & condensationem, nam dũ pars crassior, quæ dicitur augis nomine venit ad locum partis, quæ dicitur oppositum augis, relinqueret locum occupatum, vacuũ vel pars orbis superioris rarefieret ad implẽdum illud spatium, & vt Aux possit ingredi spatium occupatũ ab opposito Augis, deberet illa pars orbis, vel Aux condensari, vel fieri penetrationem corporũ, & licet 7 hebit. & Alb. concedant corpus ibi esse replens vacuum, tamen Auer. 2. cæl. 32. 35. putat absurdum dari corpus actu, & motũ sine motu proprio recto, vel circulari, & p̃terea rarefactibile, & condensabile.

Ex penetratione.

Confir. 2. ab Auer. quia sequeretur motus Planetarum, quæ sunt corpora simplicia, non esse simplices, nam dum Planetæ mouentur ad aug. m recederet à cẽtro mũdi; dum vero mouẽtur ad oppositum augis accederet ad centrum, atq; adeo ille motus nõ esset simplex, sed compositus ex accessu, & recessu. 28

Ex simplicitate.

Secundo probat Achil. quia positis eccentricis corpus cæleste non esset perfecte sphæricum contra communem sensum. Cõseq. prob. nam lineæ ductæ à centro ad superficiem eccentricam, siue sit interior, siue exterior, nõ essent æquales, atq; adeo orbis secundum illam superficiem non esse perfecte sphæricus, q̃ si dicas lineas debere duci ab alio centro, tunc multiplicas centra. 29

Ex sphæricitate.

Confirmatur, quia videtur absurdum, iũ cælum in sua spissitudine perforatum cum ibi sit epicyclus; cum tamen alijs orbes à deferentibus non sint perforati, tum ponere difformitatem tenuitatis, & crassitudinis in partibus vnius orbis, & nõ in partibus aliorum, præsertim cũ talis difformitas videatur tollere proportionem intelligentiæ supra partes orbis.

Confirmatur 2. orbis est propter stellam, ergo non sunt eccentrici, quia stellæ sunt in epicyclo, neq; dicas eccentricos esse immediate propter stellas, nam inde sequeretur orbem superiorem esse propter inferiorem, num orbis eccentricus supra deferens, esset propter stellã indeferente, & epicyclo existentem.

Hãc sequitur Aristoteles, vt notat Petrus Aponensis in 18. prob. q. 6. vbi Aristot. illudens astronomos, ait id esse propter eccentricos, & epicyclos, sequitur Auer. 12. met. 45. 2. cæl. 32. & 35. & 62. Concil. diff. 1. Achill. & alijs Aueroistæ qui negant fundamentum aduersariorum . f. Planetas aliquã- do

do accedere, aliquando recedere à centro, quia non est graue, neq; leue 1. cæl. 12. neq; dicas accessum ad cētrum tunc dici descē-sum, quando est intra sphæram actiuorum, & passiuorum, nam hoc posito periret de-monstratio Arist. quæ 1. cæl. 18. probat cę-lum non esse graue, neq; leue, quia non ac-cedit ad centrum, vel recedit, quia talis mo-tus nō esset naturalis cum vnus naturaliter, corpori simplici conueniat, nec violentus, quia si vnus esset violentus, alter esset natu-ralis, neq; neutraliter, quia corpus cui alte-rum illorum motuum naturaliter conueni-ret esset contrarium cælo, neq; dicas con-uenire neutraliter, vt circularis conuenit igni; Nam Arist. & Auer. 1. cæl. to. negant igni motum illū conuenire, quia ille est cō-positus ex recto, & circulari, cū in illo mo-tu multæ partes elementorum ascendant, & multæ descendant.

30 Eandem sequuntur recentiores Astrolo-gi, qui cælum fluidum ponunt & sydera per illud moueri, vt pisces per mare, & aues per aerem. & fuse Fracast. de homocentris alia ratione defendit.

In sole dari vel eccētri-cum, vel epi-cyclum.

Secūda opinio est ponentium in Sole vel eccentricos, vel epicyclos, nō tamen vtrosq; tribuitur Ptolom. 3. Almagest. vt ibi Auer. & Achill. loc. cit. 5. secunda via, notant, quia vt natura non deficit in necessarijs, ita neq; abundat in superfluis. Vnde idem di-cendum de alijs, in quibus sunt similes ap-parentiæ. Confirm. quia in Luna negatur epicyclus cum non sit nec stationaria, nec retrograda; nam stellę sunt eiusdem naturę.

Darī vnum vel vtrosq; vbi appare-tia cogunt.

Tertia opinio est dicentium vbi apparē-tiæ cogunt ponendos esse eccentricos, & epicyclus ibi debent poni, vbi cogunt ad vnum eorum, vel ad neutrum, sic dicendū, neq; obstat naturæ idētitas tū quia est identi-tas generica, tum quia etiam si esset speci-fica, sufficeret distinctio numerica cum ex illa ordinentur ad deferenda astra iuxta exi-gentiam vniuersi, ita Astrologi recentiores ex Ptolom. Alphagrano, Thebit, & alijs.

### ARTICVL. III.
### *Opinio Auctoris.*

Orbes Pla-netarum cō-ponī ex tri-bus orbibus

PRima Concl. orbes omnium Planetarū cōponuntur ex tribus orbibus .s. duo-bus eccētricis secundum quid, & vno me-dio eccentrico simpliciter. Primo planetæ videntur nunc maiores, nunc minores, at
31 hoc non potest oriri ex auctione, & diminu-tione intrinseca Planetarum, ob eorum in-corruptibilitatem, ergo ex distātia, vel pro-pinquitate, nā res distantior apparet minor, vt propinquior maior, quod de sole, qui quando est in Capricorno, & alijs signis au-stralibus apparet maior, quando vero est in Cācro, & signis Borealibus apparet minor, vnde tempore Clauij Sol maximus appare-bat in Capricorno, & minimus in Cancro, quæ magnitudo variatur, prout Sol accede-ret ad Capricornum, vel Cancrum, vt ex regula perspectiuorum probat Clauius in c. 4. fol. 587.

Respondent primo aduers. apparentiam veram esse, sed non oriri à propinquitate, & distantia, sed ex vaporibus intermedijs, ra-tione quorum disgregantur radij visuales, vnde apparet maior.

Nō oriri di-uersitatē ex vaporibus.

Sed contra, experientia constat planetas apparuisse maiores tempore serenissimo, & Planeta habebat eandem altitudinem supra Horizontem, imo posita eadem serenitate aeris, & altitudine supra Horizontem sem-per apparet maior in Capricorno, quam in Cancro, & in Cancro semper apparet minor, quia tunc est in auge, atq. eò dō di-stantior à nobis. Neq; dicant quod cum est in Capricorno sit hiems, non mirum etiam posita eadem serenitate, & altitudine, si Sol appareat maior, nam tempore æstatis sæpe Sol est magis caliginosus, quam tempore Hiemis ob ventos Septentrionales, qui pur-gant aerem, & tamen semper cum est in Cancro apparet minor, & maior in Capri-corno, ergo illa diuersitas non potest oriri ex vaporibus interpositis, qui variantur, sed ex causa permanente, qui est determinatus situs .s. in auge, vel opposito augis, nam ef-fectus permanens habere debet causam per manentem, & mirum est Planetis existenti-bus in auge esse tantam serenitatem, & exi-stentibus in opposito augis tantam esse cali-ginem, vt semper oriri possit idem effectus.

Responderi secundo potest id non oriri ex vaporibus, sed ex densitate aeris quæ ma- 32 ior est in Hieme ob dominium frigoris, quā in Æstate.

Neq; ex di-uersitate ae-ris.

Sed contra, tum quia illa densitas non potest esse tanta, vt faciat hanc perpetuam variationem in magnitudine, cum in duo-bus diebus præcedentibus, non sit visa tan-ta inæqualitas magnitudinis; tum quia quid quid sit se Sole, certe id dici non potest de Lunę, quæ singulis mensibus, tam hiema-libus, quam æstiuis habet hanc diuersitatē, eo quod habet singulis mensibus augem, & oppositum augis sub singulis signis Zodiaci.

Tum quia cum Sol non habeat in eodē signo suam augem fixam, sed mutabilem, continue ad orientales partes Zodiaci, fu-turum aliquando vt aux Solis sit in capri-corno, & oppositum augis in cancro, & tamen Sol in auge sēp minor, & in opposi-to augis maior apparebit, vt colligitur ex 33 Luna, quæ mutat augem, & oppositum eius singulis mensibus, tum denique cum per eundem aerem densum, & caliginosum videantur, tum alij planetæ, tum astra fixa: cur non videntur maiora, eodem tempore quo planeta proximus videtur maior.

Neq; ex par tibus orbis contra Fra-cast.

Respondetur tertio Fracas. id non oriri ex sola aeris diuersitate, sed etiam ob partes orbis, quæ sunt densiores vbi est oppositum augis, & inde planeta apparet maior quia ibi refranguntur radij visuales.

Ex Clauio.

Sed contra obijc. Clau. primo, quia si ibi esset densitas planetę per eas partes visi nō apparent eiusdem splendoris, vt visi per partes rariores, nam eadem densitas, quæ facit apparere maioris, facit appare minoris splendoris, & tamen constat eiusdem splendoris apparere cum maius, ac cum minus apparet.

Secundo, quia cum partes illæ orbis, per quas videtur planeta sit maxime longitudinis, stellæ fixæ, quæ per illas partes mittunt suos radios visuales etiam maiores, & minores apparerent, contra experentiam.

Tertio, cum Luna sit singulis mensibus bis in auge, & bis in opposito augis oporteret toti orbi Lune sub Zodiaco densitatē & raritatem illam tribuere, per quas varietur aspectus magnitudinis.

Quarto, quia hæc diuersitas densitatis vel est in eodem orbe, in quo Planeta infixus mouetur, & non quia non posset variare partes orbis, cui est infixus, sed semper erit supra partes densas, vel raras, vel est in alio orbe discontinuo, ab orbe inferiori, & superiori, & sine ratione negat eccentreitatē illius cum per illam facilius omnia saluētur posita eandem multitudine orbiū partialiū & licet ad saluandam apparentiam ex motu Solis satis esset ponere orbem concentricū cum epicyclo vt concedit Ptolomæus, tamē probabilius ponitur eccentricus sine epicy-
34 clo, quia in alijs ponitur eccentricus, & qa hic totum orbem cingit probabilius est dari eccentricum, sine epicyclo, quam concentricum cum epicyclo.

Inęqualitas motus solis sub Zodiaco ostendit eccentricos.

Secundo, probatur ex inæqualitate motus Solis sub Zodiaco, nam constat Solem plures dies insumere, dum transit sex signa Borealia, quam sex signa australia, nam ab æquinoctio verno idest à principio Arietis,
35 per Taurum, &c. vsq; ad æquinoctium Autumnale, id est ad principium libræ, consumit dies 187. at ab æquinoctio autumnali, id est à principio libræ vsque ad æquinoctiū Vernum .s. principium Arietis, exiguntur dies 178 vt patet numeranti dies à 21. Martij inclusiuè, in quo, tempore Clau. contigit æquinoctium vernum vsque ad 24 Septembris exclusiuè in quo contingit æquinoctiū autumnale, & tamen arcus, pertransiti sunt æquales .s. duo semicirculi eiusdem orbis, at hoc non potest saluari sine eccentreitate orbis, nam cum Sol regulariter, & æqualiter moueatur in suo orbe, vt probatum est et inæqualiter circa centrum Zodiaci, seù mundi necessario dicendum est centrum proprij orbis esse diuersū à centro mundi, quod est orbem esse eccentricum, de qua ratione plura Clauius hoc cit. fol. 590. Hæc ratio tantam vim habuit apud Auer. vt 2. meteor. coactus sit fateri Solem moueri regulariter circa centrū eccentricis vt irregulariter mouetur circa cētrū mūdi.

probatur ex eclypsibus.

Tertio constat Sole, & Luna existentibus in eodem situ, & seruata eadem diuersitate aspectus, eclypses solares, quæ fiūt ex interpositione Lunæ inter nos, & Solem, aliquando fuisse maiores, tum duratione, tum ex obscuratione portionis terræ, tum portionis Solis, aliquando esse minores, at hoc non potest contingere nisi ob variationem distantiæ inter Solem, & Lunā, & terram, nam ex regula perspectiuorum, quo corpus luminosum maius opaco, vt est Sol respectu Lunæ, est illi propinquius, eo vmbra breuior existit, quo longius distat eo vmbra est maior, Vnde fit magis durare, & maiorem partem terræ obscurari, contra vero, quando
36 vmbra est breuior, at hęc distantia, inter astra illa inter se, & à terra non potest esse nunc maior, nunc minor, nisi positis eccentricis, nam si illi Planetæ mouerentur in concentricis, haberetur semper eadem distantia inter se, & à terra, quia lineæ ductæ à centro ad talis circuli circumferentiam semper essent æquales, quam obseruationem confirmat Clauius suo experimēto vt patet fol. 594. vbi idem probat ex eclipsibus Lunaribus, vt etiam explicat Saxonia lo. cit. concl. 2. qui conclusione 3 idem docet de sex alijs Planetis, quia etiam illi sunt aliquando distantes, aliquando propinquiores terræ.

Idem de luna, Mercurio, & Venere.

Ex quibus apparentijs, idē ꝓbat de luna Mercurio, & Venere, & confirmat ex obseruata diuersitate aspectus ipsorum, etiam si planetæ habuerint eumdem situm, & alti-
37 tudinem supra Horizontem, nam quando planeta est humilior id est terra propinquior, habet maiorem diuersitatem aspectus, & quando sublimior habet minorem, modo sit eadem altitudo supra Horizontem.

Confirmat conclusionem Clauius, quia motus superioris orbis concentrici communicatur inferioribus, at motus hic proprius planetarum non comunicantur inferioribus ergo non fiunt in orbe concentrico, sed eccentrico, quam rationem fouet Clauius fol. 601. contra circitores à Fracastorio positos.

Confirm. secundo, quia motus planetarum fiunt vel per se ipsos vt moueutur pisces, vel ad motum orbium concentricorū, vel eccentricorum, non primum vt infra, neque secundum vt supra ex varijs apparentijs demonstratum est, ergo erit tertium vide Clauium fol. 602. qui contra Fracastorij orbes in sphæris planetarum deferentes eos à septentrione in austrum, & contra multa docet, quod inde sequeretur Solem non sēper incedere sub eclyptica primi mobilis, tum continua poli mutatio respectu eiusdē vrbis, tum quia cogitur multo plures multiplicare orbes, vnde ponit 77. vel 79. ex quibus octo ait esse stellatos cæteros sine stellis.

eurponātur in alijs eccepto sole epicycli.

Secunda Concl. in cæteris Planetis, excepto Sole, præter eccentricos orbes, ponendi sunt epicycli, prima pars patet ex dictis, quia ex apparentijs similibus probatur constitutio orbium similis.

Secunda pars prob. nam hi planetæ exi-

sten-

stentes in auge nunc apparent propinquio-
res, nunc remotiores à terra vnde modo
maiores, modo minores apparent; at hoc
non potest oriri à solo eccentrico, cum eius
Aux semper habeat eandẽ distãtiam à terra,
& in opposito augis propinquitatem, ergo
debet dari alia sphærula, quę dicitur epicy-
clus, immersa intra corpus eccẽtrici orbis,
ad cuius motum planeta feratur, nam ex il-
lo facile potest huius apparentiæ reddi cau-
sa: Dices frustra multiplicari eccentricum
cum satis sit epicyclus, sed contra inquit
Clau. lo. cit. fol. 597. quia compertum est
à mathematicis Lunam v. g. existentem in
pũcto G epicycli. s. remotissimo à terra non
semper eandem habuisse distantiam, neque
eandem magnitudinem, & idem ait dum est
in opposito augis, vt viderit ipse Martem
tanta magnitudine vt duplo tunc maior cæ-
lo serenissimo appareret, quam alio tempo-
re, vnde alij suspicari cæperunt nouum Sy-
dus in cælo fulgere.

Ex velocitate, & tarditate in auge vel abside.

Secundo probant ex inæqualitate motus
nam non solum habere videtur irregulari-
tatẽ, quam dictum est conuenire motui So
lis, sed ẽt aliam, qa Luna in auge, vel in op-
posito, aliquando tardius, aliquando velocius
moueri visa est, ita vt vno die 15 gradus
Zodiaci, alið autem ij percurrerit, at hæc ap
parentia non potest saluari per solum eccẽ-
tricum quia tunc idem videretur in Sole
38 quia tamen semper in auge tardius, & in op
posito velocius mouetur, ergo debet poni
aliud, quod sit causa talis diuersitatis, hoc aũt
dicimus epicyclũ per quem Planeta moue-
tur tardius quando epicyclus mouetur con
tra motum eccentrici, qui est secũdum or-
dinem signorum, at velocius mouetur quan
do epicyclus mouetur secundum succes-
sionem signorum, hæc aut diuersitas ori-
tur ex natura circularis corporis, nam quã-
do Luna mouetur in superiori parte epicy-
cli fertur contra motũm eccentrici: quando
vero in inferiori parte tunc mouetur citius
quia eius motus quodammodo duplicatur
versus eandẽ partem. Hinc patet idem di-
cendum de alijs planetis ex simili apparen-
tia, quæ euidentior est in Marte, Ioue, & Sa-
turno, & alijs nam nunc progredi in Zo-
diaco à partibus occidentalibus ad orienta-
les videntur, nunc retrocedere ab orienta-
libus versus occidentales, nam dum sunt in
parte superiori epicycli voluuntur secundũ
successionem signorum, sicut eccentrici
39 ipsorum, vnde fit motus velocior versus o-
riens, at dum sunt in parte inferiori mouẽ-
tur contra signorum successionẽ id ẽst mo-
tum, quem epicyclus habet ratione eccen-
trici ita vt retrogradi videatur, ideo diximus
euidentius in alijs epicycli necessitatem pro
bari, quia Luna licet dicatur motu velox
vel tarda, non tamen est retrograda; statio-
naria, directa, & processiua vt alij planetæ
prædicti.

Tertio probatur, ex inæqualitate eclipsis

Ex inæqualitate eclypsis Lunaris,

Lunaris, Sole, & Luna existentibus in eodẽ
situ idest capite, & cauda dragonis, & in eo-
in loco eccentrici; nam visa est eclipsis vna
plus durare, quam aliæ, ob ingressum Lu-
næ in maiorem vel minorem vmbram ter-
ræ, cum igitur tunc vmbra fuerit eadem
ob æqualem distantiam Solis à terra, neces-
sariũ est vt Luna in vna fuerit minus, in alte
ra magis remota à terra, nam vmbra terræ
eo latior, quo proximior terræ, & eo angu-
stior, quo remotior cũ ducatur in Conum;
At hæc diuersitas non potest oriri ab eccẽ-
trico, quia Luna in omni eclipsi siue lunari,
siue solari semper habet eandem distantiã
à terra ratione eccentrici cum debeat esse in
auge vt fiat eclipsis, siue ratione coniunctio-
nis cum Sole, siue ratione oppositionis er-
go recurrendum est ad epicyclum.

Quarto probat, ex diuersitate aspectus
Planetæ existentis in eodem puncto. s. auge
vel opposito augis eccentrici, at illa diuersi-
tas non potest oriri nisi magis, vel minus
approximetur terræ, at hoc non potest fieri
ratione eccentrici, quia est idem punctum,
ergo ratione epicycli.

Vt ex effectis natura vt ex motibus cælorũ compositio.

Conf. quia sicut ex effectibus naturalibus
deuenimus in cognitionem causarum natu-
ralium ita ex motibus astrorum in cognitio-
nem orbium, & eorum cõstitutionem qua-
lis sit, cum igitur pateat ex positione eccen-
tricorum, et epicyclis omnes apparentias
recte solui, & futura prædici, non
est cur negare debeamus non ita esse, donec
alia causa nobis appareat, & modus saluan-
di tales apparentias. alias. n. nunquam posset
ex effectu inferri causa. quia dici posset esse
aliam, sed nobis ignotam; vnde Nicolaus
Copernicus, qui ab hac sententia maxime
videtur recedere inuestigando alium modũ
saluandi apparentias, eccentricos, & epicy-
clos non negauit vt ostendit Clau. fol. 606.
qui modus saluat quidem apparentias, sed
alia continet absurda, ex quibus negatur.

Dices Ptolomæus per epicyclum reddit 40
causam omnium apparentiarum Solis ergo
non est necessarius orbis eccentricus. Resp.
ita esse, quia vtroque modo saluari potest,
inæqualis distaotia Solis à terra, sed Ptol.
potius elegit eccentricum, quia centrum
terræ ambit.

cur Ptol. eccentricũ in Sole nõ epicyclum.

## ARTIC. IV.

*Soluuntur argumenta aduersariorum.*

Grauia non ad centrum magnitudinis, sed mũdi mouẽtur.

AD primum resp. negando ex diuersis
centris orbium, sequi grauia non ha
bere terminum motus certum, quia hæc nõ
mouentur ad cuiuslibet circuli centrum,
sed ad centrum mundi simpliciter, quæ est 41
terra, & centrũ, ac medium totalis sphæræ.

Ad 1. conf. inde ostendi Auer. non per-
cepisse opinionem aduersariorum, non. n.
duo eccentrici secũdum quid ita mouetur
vt pars tenuior vnius succedat in locum

crassioris, & contra, vt falso imaginatur, sed proportionaliter ita feruntur simul vt pars crassior inferioris orbis perpetuò subsit parti tenuiori superioris, & contra, secumq; circumducant eccentricum simpliciter, itaut alium motum non habeat quam totum cælum planetæ, tunc.n. haberet locum argumentum quando eccentricus simpliciter quiesceret, & eccentrici secundum quid circumstantes solum mouerentur, & addit Saxonia eccentricos non moueri circa centrum mundi, sed circa propria.

Motus est simplex, qa per lineam circularem.

Ad 2. hunc motum esse simplicem quia fit per lineam circularem, vnde ille accessus, & recessus non est per lineam rectam, sed circularem, quod si Aristoteles non agnouit alium motum circularem, quam qui est circa centrum mundi, non mirum quia suo tempore motus hic eccentricorum, & epicyclorũ nō erat notus, nã si cognouisset aliter de motuum speciebus statuisset vnde semper tractans de motibus cælorum ait consulẽdos esse astronomos, inter quos suo tẽpore vigebat Eudoxi, & Calippi opinio, qui omnes apparentias saluabant per motus concentricorum.

Ad 2. arg. Achil. negatur omnes orbes eccentricos non esse perfecte sphæricos, quia hæc perfectio attenditur respectu proprij centri nam superficies extremæ omnium orbium æqualiter à suis centris distant.

Ad 1. consi.illam difformitatem crassitiei, & tenuitatis, & perforationem, in qua includitur epicyclus nullum afferre absurdũ, vt patet ex maculis Lunæ, & via lactea etiã si ab Aristotele non fuerit cognita illa diuersitas, nec video cur tollatur proportio inintelligentię supra orbem, quem mouet.

Ad 2. concedi orbem esse propter stellam, quæ licet sit immediatè in epicyclo tamen mediatè est in orbe eccentrico simpliciter in quo est epicyclus, neque est absurdum partem superiorẽ orbis esse propter inferiorem deferẽtem, nam duo illi eccentrici, secundum quid, idest, inferior, & superior in tali dispositione sunt necessarij, vt totalis orbis sit concentricus mundo nam totus orbis ex illis compositus propriũ motum habet ab occasu ad ortum, quare negatur hos eccentricos secundum quid ordinari solum ad deferendum augem, vel eius oppositum vt falso supponit. Niphus.

Dices Luna non habet epicyclum, ergo neque alij planetæ, quia sicut apparentiæ Lunæ saluantur sine epicyclo, ita similes apparentiæ aliorum planetarum, ans prob. nam si moueretur ad motum epicycli nobis non appareret Luna secundum eandem faciem maculatam contra experientiam nam dum Luna est in parte inferiori epicycli appareret nobis vna medietas, dum vero est in parte superiori appareret alia medietas vnde imago illa, quæ fingitur constitui ex maculis Lunæ aliquando appareret habere pedes sursum, aliquando deorsum, vt ait Saxargum. 5.

Resp. Fern. ambianas in sua cosmoth eoria corpus Lunæ non solum moueri ad motum deferentis, & epicycli, sed etiam habere secundum se proprium motum in epicyclo cõtra motum epicycli secundum hanc proportionem vt quando epicyclus fecit vnam circuitionem ad oppositum circa suum centrum, tunc Luna fecit aliam in oppositum circa suum centrum, ex quo fit vt facies semper eadem, & eodem modo appareat, & in stabili quodam libramento permaneat licet Saxonia neget apparere imaginem quandam in facie Lunæ, sed secũdum aliquas maculas.

Sed cõtra, quia hic motus proprius circa proprium centrum non tribuitur alijs stellis, ergo neq; Lunæ debet tribui, ob identitatem rationis.

Ans patet, quia talis motus videtur frustra cum non inseruiat ad influendum diuerso modo in hæc inferiora, at motus orbium ordinatur ad diuerso modo influendum in inferiora, vnde cum stella sit eiusdẽ rationis ita influit secundum vnam ac secũdum aliam partem. ego Respond. negando consequent. quia Luna non est vniformis in suis partibus, sicut sunt aliæ stellæ, & ideo ipsa aliter influit secundum vnam partem, ac secundum aliam.

Cætera argumenta, quæ proponit Fracastorius recte soluit Clauius lo. cit. fol. 611. quæ pertinent potius ad astronomos, quam ad naturalem.

## QVAEST. V.

### *An cæli sint solidi, an vero liquidi & fluidi.*

### ARTICVL. I.

### *Explicatur termini, & sensus quæstionis.*

1 Primo suppono non esse quæstionem de cœlo aereo, quod experientia constat esse liquidum; neque de Empyreo, de quo non est *Philosophi* disputare, sed Theologorum: sed sydereo agnito à Philosophis, & à sacris dictum est firmamentum Gen. 1. de quo quærunt Philosophi quale sit liquidum, an solidum.

Soliditas aõ necessario est coniuncta cum cor ruptibilitate, vel incor ruptibilitate.

Secundo suppono corruptibilitatem; & incorruptibilitatem corporis non necessario esse coniunctas cum soliditate, vel liquiditate; nam sicut potest dari corpus elementare, diaphanum, solidum, & corruptibile vt glacies, vitrum, & chrystallus: & similiter liquidũ etiam corruptibile vt aër: ita poterit dari corpus incorruptibile liquidum quale dicitur fuisse cœlum, vel materiam cœli antequam essent formati, & solidati: vel solidum & similiter incorruptibile vt est nunc.

Tertio suppono, non esse audiendos, 2
qui omnes mathematicorum obseruationes

nihili

Non sine reijciendæ mathematicorum obseruationes

nihili faciendas putant, vt Zenophanes ex Socrate apud Eusebium l. 14. de præpar. Euan. c. 4. dixisse videturdum negat Geometriæ non plus vacandum, quam sufficiat ad mensurandos agros, & vt dies, noctes, horas, mésea, & annos rectius percipiamus, non autem ad sciendos syderum motus, eorumque distantiam inter se, & à terra & multo minus probandum quod Eusebius ipse dixit *nihil Astrologiam, Arithmeticã, Geometriam, musicamque ad inueniendam veritatem afferre.*

Quarto suppono reijciendam esse sententiam illorum, qui sine mathematicis disciplinis nihil sciri posse putarunt, vt refert Eusebius contra quos ipse loc. cit. multa. Quare melius Arist. 2. cœl. t. 34. huiusmodi cognitionem non esse omninò reijciendam, nec omninò probandam. *de quibusdã* inquit, *enunciare aliquid tentandum, & de omnibus, & prætermittere nihil, videtur vtique esse signum, aut multæ amentiæ, aut multæ promptitudinis; non tamen iustum est, & omnes similiter increpare; sed oportet videre causam dicendi quænam sit* & addit gratiam habere oportet inuenientibus, & idem 12. met. t. 45. ait de motib' cœlorum, & stellarum, & numero, & 1. meteor. c. 3. putat imitandas philosopho potius mathematicas obseruationes, quam spernendas, sed diligendas inquit vtrasque, adhærendum vero certioribus.

Non esse sine delectu recipiendas ex Arist.

Ratio non credendum semper mathematicis.

Hinc patet, nec omnibus mathematicorum obseruationibus fidem esse negandam nec sine delectu fidem habendam omnibus. Primo quia aliquando hę obseruationes sũt contrariæ quod aliqui cometam infra Lunam, ac Solem, alij eundem supra firmamẽtum obseruarunt. Secundo quia plurimæ possunt intercedere causæ erroris in obseruationibus vt infra. Tertio, quia fides asserentium aliquando est suspecta vnde etiam Thycon. l. 2. de mundi ætherei Phænom. c. 10. mem. 2. idem putat, & hinc Thaddæus Hegecius, apud Tychonem loc. cit. retractat suas obseruationes circa cometam anni 1577.

3

Cum obseruationes sint fallaces, q̃a non exactę.

Quinto suppono non nunquam Astrologos falli, causa autem erroris verior esse potest ex Thycon. lo. cit. m. 5. obseruationes Astrologorum sæpe non esse exactas, vt de Ioannis Vogelini mathematici Viennensis primarij narrat circa cometam ao. 1577. *Vogelini,* inquit, *Datas ex quibus Parallaxim eruere conabatur, non fuisse exactas.*

2. quia ductæ ex auctoritate Aristotelis.

Secundo, quia obseruationes, vel Hypotheses fuerunt deductæ ex præiudicio auctoritatis Aristotelicæ vt de Regio Montano narrat circa cometam. 1475. qui Parallaxim sex partium cometæ assignauit, cum tamen non ita fuerit. Tertio, quia in constituendis Parallaxibus non fuit habita ratio motus proprij cometarum, vt de Regio montano notat, qui putauit non aliter moueri, quam raptu primi mobilis; sed falso

3. ex ratione motus proprij.

cum in multis cometis id sit obseruatum, præter stellam in cassiopea, quæ vltra annũ in vno eodemque firmamenti loco immota visa est. ideoque in ipsa octaua sphæra cum fixis locum sibi vendicabat. Quarto quia sæpe erratum in obseruatione accipiendo vnã stellam pro alia. Ita Thycon. loc. cit. c. 10. m. 2. refert, præstantes mathematicos circa obseruationem cometæ. 1577. errasse dicẽtes esse infra Lunam, cum tamen constet, eius parallaxim lunari multo maiorem fuisse. Quinto quia erratur partim in computo partim in lapsu temporis, quo fuit facta obseruatio vitio horologij, quod Thyco Nolthio obijcit. Sesto quia sæpe instrumenta nõ sunt exacta vt Nolthio obijcit Thyco Settimo quia collectio sæpe ex dictis obseruationibus sibi non constat, quod Thyco obijcit Vvincklero, quia ex ratiocinationibus suis cometã sublunarem fuisse, sed eam quam illi tribuit Parallaxim, non conuenire cum conclusione. Octauo quia sępe obseruationes sibi ipsis non consentiunt vt Thyco epist. ad Rottomannum data. 1588. 17. Ang. obijcit Regio montano. vnde etiam fit, vt illa obseruatio pro veriori eligatur, quæ magis propriæ sententiæ fauere videtur. Nono, quia vnius obseruationis non consentiunt cum obseruationibus alterius, vt obseruationes Vogolini circa eundem cometam cum obseruationibus Petri Appiani & Fracastorij. Decimo, quia sæpe erratur dum perpendiculum quadrantis ad obseruandum adhibiti, non bene dirigitur, quod Rotomanno obijcit Thyco epistola ad Vvilhelmum Landgrauiũ Hassiæ anno 1592 scripta 10. Febr. de cometa anni 1580. His Thyco reijcit aliorum vt suarum persuadeat veritatem. Ex quibus constat quot, & quantis erroribus hoc negotium sit expositum, & ideo hic obseruandum est, vt ijs fides habeatur in quibus omnes post diuturnam obseruationem consentiunt: ijs vero, in quibus dissentiunt, iniuste conqueruntur si fides non adhibeatur. quod præclare Ruuius noster l. 2. de cœl. c. 5. q. 2. notauit itaut, neque receptis per multas annorum centurias obseruationibus acquiescat.

4. Ex vna stellæ pes aliæ.

5. ex computo, & tempore obseruationis.

6. ex vitio instrumentorum.

7. ex vitio syllogismi.

8. ex repugnantia obseruationũ eiusdem.

9. repugnãtia obseruationum diuersorum.

10 ex directione quadratis.

Credendum ijs, in quib' nemo dissentit.

Sesto suppono discrimen esse inter obseruationea & hypotheses .s. quæ ex obseruationibus colliguntur, nam obseruationes per se non indigent discursu, sed per accidens ad recte applicãda instrumẽta, sed sũt oculata experiẽtia cometæ visi in hoc vel illo loco in hoc vel illo tẽpore tali vel tali distãtia. At hypotheses modũ explicant, quo phænomena defendantur, vnde ex obseruationib' multo discursu & lõga calculatione statuunt certos cometarum motus, & motuum circulos, modos, ac periodos, nã hæc cum continuo & semper nõ possint obseruari directe, & immediate præcipue motus cometæ ad varias humanæ vitæ necessitates, ex mutationibus diuersorum locorum intra certum tempus respectu huius vel illius

4

Obseruationes proprie sumptæ distinguuntur ab ijsque ex obseruationibus colliguntur.

stel-

stellæ, ratiocinando, colliguntur, aliquando certo, aliquando probabiliter, aliquando ét apparenter solum, sed reuera falso, & aliquando etiam secuudum particularem rationem, & modum explicandi phænomena: quasi pro arbitratu ipsius astronomi, dum eadem phænomena possunt diuersis hypothesibus defendi: vnde copernicum ex bonis obseruationibus videmus malas hypotheses collegisse vt infra de motu terræ dicemus, q̃ vt clariora fiant exẽplo aliquo.

Varietas in motibus planetarum.

Septimo, suppono, obseruatum, planetas habere non solum motus proprios in orientem, sed etiam miram variationem circa eundem motum, nam non semper recti videntur. sed sæpe retrogradi, aliquando etiã stationarij, sed ad saluandas horum motuũ variationes variæ Mathematicorum Hypotheses accessere. nã Ptolomęus, quẽ communiter Mathematici sequũtur has saluat per eccentricos & epicyclos nam planetæ mouẽtur motibus proprijs in epicyclis, & epicyclis in eccentricis, & eccentrici circa ꝑprium centrum, quod est extra centrum mundi, At Aristotelica schola, cum eccentricos & epicyclos non agnoscat aliter defendunt obseruationem ita Bon. 2. d. 14. p. 2. a. 1. q. 2. refert putat .n. planetas moueri ad motum orbium vt nodos in tabula. Secundo omnes orbes moueri circa idem centrum .i. mundi. propter perfectam rotunditatem orbium qui circulariter mouentur, ita vt vnus nõ subintret alium, quia non posset fieri sine penetratione vel scissione tertio orbes differre secundum velocitatem, & tarditatem motuum & hinc habere respectu nostri retrogradationes, & progressiones; nam cum vnum corpus velocius altero mouetur, tardius motum apparet retrocedere. Hinc Mathematici secundum apparentiam videntur verius loqui, at non secundum rem; quia falsũ sæpe est via inueniendi verum; quare rationabilius philosophantur naturales. Hęc Bonau. & ad 4.

Quid Ptolomæus de motibus.

Quid ex Aristotele apud Bonau.

Vnde retrogradatio, ꝓcessio, & status planetarum.

Octauo supponendum, non esse idem cęlum esse liquidum, & diuisibile, ac esse corruptibile; nam potest esse liquidum, & incorruptibile, neq; possibilitas ad diuisionẽ arguit corruptibilitatẽ, vt patet ex materia prima, quia aliud est vniones partium corrumpi, aliud partes secundum substantiã nã animę rationalis cum corpore vnio corrumpitur, nõ tamen partes At inquies hinc sequitur cælum corrumpi, vt corrumpitur homo. Resp. corrũpi quidem totum continuum, sed non corrumpi, vt corrumpitur homo, quia in hoc corrumpitur informatio, quę est inter extrema essẽtialiter imperfecta, at non sic esse in toto continuo.

## ARTICVL. II.
*Opiniones Doctorum.*

6

Omnes cælos esse liquidos.

PRima opinio est dicentium omnes cælos, siue stellatos, siue planetarios, siue carentes astris esse natura liquidos & fluuidos per quos sydera, & stellæ mouẽtur, tãq̃ aues per aerem, & pisces per aquam ita Antiqui apud Arist. 2. cæli à tex. 43. & refert Cicero 2. de natura *Deorum*, sequuntur Rabini apud Iacobum Naclantum, & ex Philosophis seneca lib. 7. naturalium quęstionum, tribuitur Platoni in Timæo dũ ait, creator circulum cæli diuisit in duos .i. planes & aplanes, hoc est errantem & inerrantem, & errantem in septem, excitauit illã ex recẽtioribus Tycho Brache Epistolis ad Mathematicum Lantgrauianum scriptis anno 1588. die 17. Augusti, & anno 1589. 21. Februarij, illosque ait esse ex materia aerea tribuitur apud Scheiner, magistro 2. d. 14. Oleastro in Gen. Cassiod. in Ps. 148. Ioseph in Antiq. cap. 1. Rupert. Abb. in Gen. c. 22. 23. 24. 25. & alias, sed hi nihil de cæli liquiditate sed de aquis supra cælos innaturaliter exsistentibus Fundamentum primo sumunt ex Patribus Iustin, ad quest. 39. Orcodox. Euseb. Emis. apud Lippomanum in catena in caput primum Genesis, Gregorius Niss. in Hexam. Grisost. Hom. 10. in Genes. & 14 ad hebreos, & 12 ad Popul. Antioch. Lactant. lib. 4. de falsa sapiens. c. 24. Procop. in c. 2 Genes. Philastr. in Catalogo heres. citatur Basil. homil. 1. Hexam. & Ambros l. 1. Exam. cap. 6. citatur Ansel. 1. de imag. mundi c. 24. qui tamen aperte fatetur sidereum esse solidum, quare interpetrandi sunt de primaria cæli natura, citantur alij dicentes esse ex materia aquea, sed hi dicũt solum quod sint similes chrystallo. nec Anaxag. qui dixit solem, esse candentẽ laminam, posuit fluidos, nam compositum non semper retinet easdẽ conditiones, quas habet materia, vt patet ex piscibus, & auibus ex Aquea materia formatis, quare non fauent his DD. ea scripturæ loca, qui dicũt cælis impositum esse nomen ab igne; vel esse igneos, vel aereos, vel aqueos citator Riccar. Vict. lib. 2. except. c. 7. negans planetas in cælo esse fixos.

Antiqui Plato. Rabini. Senec. Tycho

Fund. ex patribus Iust. Euseb. Niss. Crysost. Lactant. Procop. Philast. Bas. Ambr. Ansel.

Confirmatur, nam scriptura comparat nihilo Esaię 46. & c. 51. fumo propter eorum liquidissimam tenuitatem vt ibi Patres.

Confirmatur 2. ex locis, quibus motus nõ tribuitur orbibus, sed planetis, Eccles. 1. Psal. 18. Isaia 10. ad Hebreos 3. & ibi Patres, vnde Iosue 10. non orbi, sed soli dictum fuit; *Stá sol contra Gabaon*.

Confirmatur 3. nam ex scriptura non habemus, nisi tria genera cælorum .s. Empireum, sydereum, aereum, vt D. Paulus asserit se in tertium celum .s. Empireum fuisse translatũ, nec vllibi tantæ cælorum multitudinis, & motuum meminit, cum tamen in Genesi dicatur, fuisse cælos perfectos, & omnem ornatum illorum; ergo necessarium est omnes stellas, & sydera esse in vno cælo & per illum moueri vt pisces, & aues.

Conf. 3.

Confirmatur 4. ex Isidor. lib. 3, Ethym c. 49, vbi negans solem cum mundo verti,

Conf. 4.

sed

ſed per ſe ipſum moueri, ait, *quia ſi fixus in cælo maneret omnes noctes, & dies æquales exiſteret*.

Coff. 5. ex Iob. Confirmatur 5. quia nullibi ſcriptura duritiem tribuit cælo, nam illud Iob. 37. (*tu forſitam cum eo fabricatus es cælos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt*) nõ probat ſoliditatẽ, nam Pineda intelligit de perpetuitate cælorum eodem modo, quaſi eſſent firmiſſimi ex ære fuſi, vnde ex hoc loco probat eſſe aerem ex Rabinis deinde locũ hunc, inquit Vatablus, iuſſu .ſ. Inquiſitionis correxit ſic *an cũ ipſo extendebas æthera, ita ſolidũ vt videatur res fluxilis* deinde multis trãſlationibus relatis ſubdit, *hunc locum non ita cælorum ſoliditati duritiei &c. fauere puto, quia eorum liquiditatem & fluxilem naturam admittere poſſimus, quandoquidem verus illius loci ſenſus & ſcopus eſt vt D.M. infinitam potentiam ſuſpiciamus, atq; ueneremur, quæ in eo inſpicitur, quod natura fluxilis, qualis eſt aerea, æthera & aquea firmiter in eo ſit & perſiſtat, ac ſi firmiſſima chryſtallus, vel aliqua alia materia duriſſima eſſet* tum addit ibi non loqui Iob vel Deum, ſed eſſe verba Eliu. vt patet à c. 35. ad 38. quæ verba non tenemur accipere tanquam vera.


Conf. 6. Confirmatur 6. Eſdr. 4. c. 6. & die 2. creaſſe ſpiritum firmamenti &c. vbi nomine ſpiritus intelligitur aer, vel ignis, quo cæleſtes aquæ à terreſtibus ſeparantur, cuius viri authoritas cenſetur proxima ſcripturis canonicis.

2. probatur ex ratione. Secundo Probatur, quià ſoliditas ſequitur denſitatem & duritiem, atque adeo grauitatem, quæ ſunt proprietates terre, & in cælo non ſunt huiuſmodi qualitates ergo nec quæ ſoliditas.

Confirmatur 2. quia hinc melius ſaluatur varietas motuum ſine neceſſitate multiplicandi tot Epicl ycos.

3. Ex apparentijs. Tertio probatur ex nouis Phænomenis, quæ ſine cęli liquiditatę ſaluari non poſſent primo. n. obſeruauit Tycho per tubum opticum cuique apparere Mercurium & Venerem inſtar *Lunæ*, alias quidem plenæ & orbiculatæ, & in Venere cornua deficere &

de Mercurij & Veneris motu.




contrahi, & hos planetas ſolem proprio motu, circumire, quod fieri non poſſet, niſi cælum eſſet liquidum, alias enim deberent ipſum ſolis cælum penetrare, ac rumpere. Cõfirmatur, ex motu Martis qui iuxta Tychonis obſeruationes & hypoteſes ipſum etiam ſolis cælum magno ſpatio interſecat. De motu Martis.

Confirmatur 2. quia dephenſi ſunt noui planetæ per Tubum opticum circa Iouẽ, quatuor, quorũ ſinguli proprio, & diſtincto motu *I*ouem circumeunt; quod ſi cælum eſſet ſolidum neceſſarium eſſet aut rumpi aut penetrari, & eadem veritas probatur ex duobus comitibus Saturni, qui ſaturnũ tanquam ſatellites circumſtant, quæ omnia, & alia *P*. Carolus Malapertius ſociet. Noſt. Math. in oratione habita Duaci elegãter exprimit vt infra. *Vt igitur à ſupremo non errantium orbe ſummã initium, mille hic & ducentas ſtellas, neque multo plures humanus oculus potuit perſpicere noua dioptra perſpicacia deſtitutus; at ſi libuerit auram per noctem per Tubũ vna mecũ in cælum intendere, tot hinc inde faculas nouas tam diſtincte micantes oſtendam,*

De ſtellis circa Iouẽ motis.


De comitib. Saturni.



*vt plurima aſtrorum millia ad hanc ætatem mortalium viſus effugiſſe volens, libenſq; fatcare: lacteum illud iter, quam notum philoſophis tam poetis decantatum, aliud non eſſe, quam minimarum ſtellarum conſperſionem, quibus cęlũ inſternitur, vt via ſilicibus ſolent. Enubilantur iam ſtellæ quas nubiloſas dixit antiquitas, quibus cum ſpecillum adhibebis pãdet ſe iuxto interuallo cumulus ſtellulis quinis, ſenis, ac pluribus conſitos. Ab hoc orbe ſupremo, cum ad Saturnum deſcenderis, nouam faciem, nouam ſyderis formam oui ad iſtar miraberis; huic nempè planetæ aſtra minora hinc inde hærere ſuſpicio eſt, quæ à medio Saturno videãtur abſorberi, diceres inde ſuptam Poetis fabulandi occaſionem ſenem impium filios edendo abſumere; niſi malimus iocari cum Galileo, (qui primus hęc, aliaque de cælo nunciauit) duos ſeni famulos ſubcollare, & debilem greſſum ſub alis ſubſtinere. Offere ſe deinceps regius plene Iouis comitatus, hic enim quatuor aſſeclis veluti ſatellitio ſtipatus incedit circũ perpetuo curſitantibus, ſeu minores Deos iubeat de via decedere; ſeu regiorum inſtar curſorum mandata perferent circumquoq;*




*Solus*



F-9

*Solus Mars graditur roboris, ac virtutis suæ confidentia, iram ac minas sanguineo fulgore, tunc spirans maxime, cum soli oppositus terris a vicino minatur: solis vero nitidissimum Iubar quis mortalium hactenus*



F-10

*credit maculis apparere respersum? seßus igitur annus cum Ingolstaldij in Christophorum Scheinerum incidi societatis nostræ Mathem. ab eo sum admonitus nigricantia quedam corpora in sole comparere quæ mortalium (quod sciam) primus ipse notauerat Ibi primum traiecto per vtrumque Tubi specillum radio solis imaginem euerso situ, quod postulāt opthicę leges) in obiectæ charta exceptam vidi, in eaque corpora quę dixi macularum in modum depicta solis amplitudinem quatuordecim prope dierū spatio ab ortu in occasum percurrentia. Hic, inquam, motus situsque macularum sic in charta excipitur vt dextra sinistris superiora inferioribus permutentur, quod tute deprebendes, si recto intuitu solem audebis per tubum intueri, denso & subobscuri coloris vitro intersito ne nimius fulgor aciem perstringat oculorum. Ea sane quæcumque demum sint, corpora satis costat longe super Lunam suos giros ducere quæ toto diei cursu sub sole perseuerent, totique Europæ eodem temporis articulo sub eadem solie parte visantur vt; quod ego literis ab vltima Polonia, & aliundè acceptis certum reddere possum, atque testatum. Quin & illud mihi certe persuasum est, circulo circa solem maculas hasce conuerti, cum tardiores, & conferte magis appareant circa horas extremas, quæ deinde medium sub solem explicant sesesferunturque celerius, sed quam amabo viam, & currum tenent? Flexum ne Zodiaci sequitur an iter aliud in cælo notū signifero quidem respondere hunc cursum tum alij volunt, tum Apelles ipse in ea pone, quam latebat maculosi solis tabula.*

g Orbes Syderum errantium esse liquidos inerrantium esse solidos.


Secunda opinio est dicentium cælos planetarios esse ex materia liquida quia facilius motus & apperentiæ planetarum saluantur cælum vero stellarum fixarum esse solidum in quo stellæ sunt fixę vt nodi in tabula, vnde non per se, sed ad motum orbium mouētur, hanc significant dicentes stellas in firmamento fixas esse, planetas vero per aerē vagari vario motu, vt loquitur Iunilius, seu Beda in Hexam Isidorus lib. 3. ætimologiarum c. 49. vbi negat solem cum mundo verti, sed per ipsum moueri, *nam si fissus in cælo maneret omnes noctes & dies equales existerent* Riccard Viturin lib 2 excep. c. 7. negat septē planetas in cælo esse fixas, Anselm. lib. 1 de Imag. mundi c. 24 ait moueri contra mundum, vt musca in rota molendini Huggo Carensis in postillis in Genes. suo vel aliorum sensu, stellas firmamenti dicit fixas; at planetas per aera moueri, tribuitur Chartal. in Gen. art. 12. expresse. & Blancanus in sphęra, & explicatione locorū Arist. vbi Arist. docet Astra esse cælo infixa nam alij authores non aliud docent, quam discrimen inter stellas fixas errantes seu planetas, quod illę semper inter se seruent eandē distantiam, vnde sunt in eodem cælo, planetas vero contra, diuersum. n. motum habent, & ideo non sunt in eodem cælo, sed diuerso, cui inhęrent, vel epicyclo illius, ceterum soliditatē asserunt Iunilius, Hugo & Anselm.

Hęc tamen opinio potest à recentioribus accipi, quia ex asserentibus liquiditatem cęlorum est omnium probabilissimam, satisfacit scripturæ tribuenti firmamento soliditatęm, quod est cęlum stellarum fixarum & satisfaciunt nouis apparentijs dum planetas moueri per se proprijs motibus per orbem asserunt, pro qua videndus Tamnerus 1. p. d. 6. q. 3. d. 2. num. 19.

Hanc ex nostris docuit in Neapolitano Collegio Mathematicę professor P. Io. Baptista Zupus, qui preter Empyreum, et firmamentum solidum posuit æthereum, quem planetarium appellat, in quo planetæ mouentur motu circulari spirali, eamque tribuit etiam Ptolemæo lib. 13. Magn. constru. dum ait, tales cælestium corporum implicatos motus saluari, nec se mutuo impedi

ri

ri quia ; cælum nulla penitus resistendi vi pollet, sed se summa facilitate accommodat & cedendo motibus locum præbet. Nam ratio, quæ inducit ad asserendam liquiditatem orbium planetarum probat et firmamentum non esse liquidum, atque adeo solidum, quia in eo non sunt apparentiæ & varietates motuum ex quæ cernuntur in orbibus planetarum. Nam & cometas supra Lunam & Venerem & Mercurium modo infra Solem cerni & nouas stellas prope firmamentum videri, & Solis maculas earumque motū facile saluari posse ex huius cæli liquiditate nulli dubium est. Nec cogemur tot circellos, tot epicyclos tot sphæras, tot scissuras in simplicissimo corpore concedere, nec demum tot motiores multiplicare, qui præter primum, secundum & tertium mobile Solis circellos macularumque epicyclos agitent, qui Iouis satellites circumferant & similia nam Solis maculæ, & Iouis satellites non ad motum planetæ, sed proprio, & peculiari cieantur motu hæc, & similia sine vlla difficultate saluantur, sed ex dicēdis constabit eius veritas referre tamen illam placuit, vt illius probabilitas cognosceretur, & ob id eius systema ob oculos exhibetur in sequenti figura in qua vides primum cælum vocari aërum seu planetarium tum ob aere, quo constat, tum à planetis, quos continet: in hoc circa Solem ponuntur duo circelli, qui reales non sint sed vt motum Veneris, & Mercurij circa Solem indicēt; secūdū firmamentū, tertiū Empyreū.




9 Tertia opinio est dicentium cœlum esse mediæ cuiusdam consistentiæ inter aqueam fluxibilitatem, & soliditatem, ac duritiem ferri, cōtinuum tamen ex pluribus orbibus constans, eam tamen mollitudinem habere, vt vna pars possit moueri, altera quiescerēte vel in diuersam partē mota, vt patet ex partibus aquæ motis alijs immotis, vel in contrariam partem ita Bonauent. in 2. d. 14. p. 2. art. 1. q. 1. contra quem Chartus. 2. dist. 1. 4. 3. ex scriptura, quod cælos dicit esse solidissimos vt æs, at quia Bonau. ponebat pluralitatem orbium metaphorice, quia dicebat esse vnum, per quem diuersa astra diuersis motibus mota dedit occasionem nominandi diuersos orbes, nam vere non potest esse diuersitas orbis sine discontinuatione.

Tribuitur ...ayorini 2. 14. q. 3. & ...lban. de 4. ...zais.

10 4. Est dicentium omnes cælos sydereos, siue errantes, siue non, esse connaturaliter solidos, & duros non quidem duritie elementari, sed resistente scissioni orta ex natura formæ vt passio oritur ex essentia, est Arist. 1. cæli tex. 43. ad 92. dum probat sydera non moueri, vt pisces in mari; Plato. in Timæo, & apud Euseb. 11. de prep. c. 16. Ioseph 1. antiqu. c. 2. videtur Ptolomæi 1. Almeg. c. 1. vbi supponit esse corpora solida, & dura inter se distincta, Philo. lib. de Gigantibus vbi tribuit motus contrarios.

Omnes cæli ex natura sua sunt solidi ex Arist.

Sed

rū multiplicatis, tum quia eorum motus nō potuiſſet eſſe tam regularis, niſi ſphæræ inter ſe eſſent.

Tertio, vt etiam ex parte deſeruirent habitationi Beatorum, quia cum mundus informatur exigunt influxum ſydereum perfectio mundi exigebat illas conditiones cōmunicari cælis, q̄ adiuuarēt actionē in hæc inferiora, cuiuſmodi eſt ſolliditas, & dēſitas.

Cur tam ſubita mutatio.

Dices ſecundo, ex Gugliel. Pariſ. nam inutiliter fuiſſet data cælo ab initio ſubtilitas, & raritas ſubſtantię, ſi tam cito oportebat illam mutari in contrariam diſpoſitionem, nullus enim artifex apud nos eſt adeo imperitus, & tam parum ſollicitus operis ſui, vt ſcienter in eo faciat aliquid, q̄ ſtatim oporteat eum deſtruere, vel corrūpere.

Confirmatur, nam totum illud ſpatium occupatum à ſubſtantia liquida cælorum poſt cōdenſationem deberet remanere vacuum, quia ſubſtantia condenſata occupat minus loci quam rara, vnde inquit Gugliel. Pariſ. aut Deus præſciuit mahnitudinem, in qua debebat eſſe, & remanere cælum, & nō eſt ratio cur ab initio cælo non dederit, vel ignorauit naturam operis ſui, & hoc repugnat Diuinæ ſcientiæ, ſicut de induſtria errare eius bonitati, & ſapientiæ.

Gugl. Pariſ.

Confirmatur 2. quia hæc doctrina repugnat Ariſt qui ſoliditatem cælo tribuit tanquam proprietatem ſibi connaturalem, vt loc. cit. fuſe probat ex motu ſyderum, quę mouentur tanquam nodi in tabula.

Probatur 4. opinio.

Reſpondeo hoc argumeuto optime probari quartam opinionem, quę mihi videtur omnium probabiliſſima: Explicatis tamen apertè ſcripturæ locis, vbi enim ſcripturæ habetur authoriras, nulla ratio in contrariū habere vim poteſt, vnde dico etiam ſi conueniens potuiſſet eſſe, cælos efficere connaturaliter ex materia ſolida, non ita tamen factum eſſe ſcriptura ſignificat, ſed ex materia fluida, deinde ſolidata, neque huius rei quærenda ratio eſt alia, niſi libertas primi agētis, ſicut enim figulus ex eadē maſſa varia generis vaſa efficit, vel ex diuerſa maſſa vaſa eiuſdem generis, ita Deus cælos ex tali maſſa fecit, quos poſt breue tempus ſolidare placuit ob rationes dictas, nec à principio ſolidos fecit, quia tali corpori talis materia erat conuenientior, & non alia, vel quia id erat conuenientius ad oſtendendam tum libertatem, tum potentiam.

Cur de fluido ſit ſolidū.

Ad primam confirmationem reſponderi poteſt tripliciter, primo ſoliditatem fuiſſe factam per condenſationem, atq; adeò corpora celeſtia occupaſſe minus ſpatium, quā antea occupauerat corpus rarum ex quo facta ſunt, nec tamen illud eſſe vacuū ſed inane quoddam extra cælorum ambitum, uerum difficultatem habet, tum quia ſupra cælos mobiles datur empireum, quod vel perſtitit in eodem loco & ſpatium inter cælos mobiles & empireum erit vacuum, vel mutauit locum immediate adherēdo cælis mobilibus, & hoc fieri non potuit, niſi diminuta circumferentia illius concaua, ſiue per denſationem, ſiue per detractionem aliquarum partium, quæ non videntur ſatis probabiliter dicta.

Quomodo ſolidati fuerint cæli, primo condenſatione mutādo ſpatiū.

Secundum fuiſſe quidem ſolidata corpora per condenſationem, ſed perſiſtendo in toto eodem ſpatio relictis quibuſdam foraminibus diſperſis per cælos, quibus infixa ſunt ſydera tanquam nodi in tabula ex alia materia producta. Vnde quarum ſpatij minus occupare neceſſe fuit ex vi condenſationis tantundem occuparunt ſidera orbibus impreſſa, ſed hic modus dicendi non caret ſua difficultate, nam non videtur probabile ſidera ſic p̄ducta fuiſſe deinde vtriq; reſponſioni obſtat illa denſatio innaturalis corporibus cæleſtibus.

Secundo occupando idē ſpatium.

Tertium reſponderi poteſt fuiſſe corpora ſolidata ſine denſatione, & durities, quæ in inferioribus pendent ex qualitatibus elementaribus, cum enim ibi non ſint qualitates huiuſmodi, neque effectus earum eſſe poſſunt ſed ſoliditatem fuiſſe corporibus tributam tanquam qualitatem quandam cælis non repugnantem, licet.n. corpora illa cæleſtia eſſent rara, & initio cum primum producta quod ſubſtantiā fuiſſe fluida, quod fluibilitas ſit comes raritatis, tamen ex natura ſua exigunt quidem tantam raritatem cum indifferentia ad ſoliditatem, & fluibilitatem, & hic modus dicendi videtur ceteris probabilior.

Tertio ſine cōdenſatione.

Ad tertiam confirmationem reſpondent Ariſt. philoſophatum eſſe ex ijs quæ apparent, hec autem oſtendunt ſoliditatem conuenire cælo, & quia ibi nihil eſt innaturale merito dixit ex natura ſua eſſe ſolidos, neq; medium habuit cognoſcendi prius fuiſſe liquidos, tum ſolidatos. Nos vero, qui opera fuiſſe producta ſpatio ſex dierum ex ſcriptura cognouimus, vt probat Tanner. diſ. 6. q. 1. d. 4. num. 9. & ſequentibus congruentius ſit prima die totam mundi machinam tanquam domum, atq; habitationis locum ſimul poduxiſſe tum ornaſſe, & perfeciſſe atq; commeatu inſtruxiſſe, atque adeo primo die cælos Empyreum & ſidereos fuiſſe quoad ſubſtantiam ſimul productos ſecundum Tanner. ibi q. 2. dub. 2. vnde q. 2. d. 4. num. 24. oſtendit non eſſe ex materia elementari, licet ſimilis illi, non mirum ſi diuerſa ſentimus nam cum primum fuerit ſecundum ſubſtantiam ex materia liquida p̄ductum, tum 2. die ſolidatum vt idem q. 3. d. 1. num. 14. oſtendit recte dicimus ſoliditatē per accidens illi conuenire, & hinc patet ad authoritatem D. T. & ſcholaſticorum, nam diuerſa ſentiens de prima rerum creatione, ac alij, non ſunt ſentiti de cælorum natura fluida, & per accidens ſolida, putant .n. nomine firmamenti 2. die producti nō intelligi cælos prius fuiſſe fluidos, tum ſolidatos, ſed partem aeris per quam diuiditur ſecunda regio à terra,

Exenſatur Ariſt. cur dixerit cælum cōnaturaliter ſolidum.

Soluitur argum. ex auctorit. Scholaſticorum.

alij vero negant omnes cælos productos initio quoad substãtiam, sed in diuersis diebus alij vero cum Aug. putant firmamentum simul cũ cælo & terra fuisse initio ꝓductũ & 2. die habuisse munus diuidendi à quas ab aquis vt refert. D. T. p. 1. q. 63. art. 1. & hinc factum est vt nullam causam habuerint asserendi soliditatem conuenire cælis per accidens, & hanc opinionem à D. T. relatam amplecti debent Peripatetici cum sit magis Arist. doctrinæ conformis, & scripturæ vt infra.

## ARTICVL. III.

### *Opinio Auctoris An soliditas cælis conueniat.*

15 Firmamẽtũ est de facto solidum, ex scriptura.

PRima Conclusio firmamentum quod est cælum stellarum fixarum, non potest probabiliter negari esse solidum ita Tannerus 1. p. disp. 6. q. 2. d. 2. num. 51.

Primo quia scriptura cælo tribuit soliditatem vt Iob. 37. *Tu forsan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi tanq̃ ære fusi sunt;* qui locus licet indefinite loquatur, de cælis tamen vel æquiualet vniuersali cum sermo doctrinalis sit, vel saltẽ de firmamento intelligi debet Neque obstat, quod illud sit dictũ ab Eliu, cuius discursus fuit à Deo reprobatus c. 38. nam ibi fuit reprobatus discursus moralis, quo Iob. sanctitatẽ innocentiã accusabat, sed quoad naturalia ibi ducta à nullo sapiẽte reprobãtur, sed potiꝰ recipiũtur, vnde D. Tho. c. 38. lect. 5. in Iob. asserit non fuisse reprobatum, quoad omnia *sed quia veras sententias cum multis falsis & friuolis verbis inuoluerat*, vt ibi notat scriptura: Hinc Dion. 2. d. 14. q. 3. hoc dictũ recipit, vt scripturæ, nec mirum quia similia dicta sic recipiũtur, vt Iob. 5. *qui apprehendit sapientes in astutia sua*, quod dictum est Eliphaz Themanitis & citatur à D. Paulo 1. Cor. 13 vt ibi notat Emanuel Sa, & simile citatur à D. Petro 2. c. 2. illud Eliphaz Themanitis, *Ecce, qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem*, & simile est dictũ Baldat. c. 25. *stellæ non sunt mundæ in conspectu eius*, & c. 34. dixit Eliu, qui accipit personas principum, & similia ibi dicta, passim approbantur.

2. ex nomine firmamentũ

Secundo prob. ex nomine firmamenti, quod dicitur Rachiab à radice Rackah, q; significat extendere, & firmare, seu stabilire ex Lippomano in catena; vnde septuaginta vertunt *Gerioma*, quod significat solidum, & firmum. & Bas. hom 3. & Chrys. hom. 4. Rackiah dicunt significare extẽsionẽ qua corpus fluidum formatur, & solidatur.

Hinc Ps. 34. *verbo Domini cæli firmati sunt* Prou. 3. *stabiliuit cælos*. & 2. Paral 6. Tabernaculum Dei dicitur firmum, & firmissimum.

Conf. ex officio firmamenti; nam factum est, ad diuidendas aquas ab aquis, at diuidere corpus liquidum pertinet ad corpus solidum potius, quam ad liquidum, nam liquidum cum nullis certis terminis proprijs cõstat, potius confunderetur. & misceretur cum alijs, an autem hoc firmamentum sit idem, ac illud in quo Deus posuit stellas colligitur Gen. 1. vers. 17. alibi dicetur, constat tamen firmamẽtum in quo posuit luminaria esse cęleste non ideo appellant firmamentum cæli. quare ex hac ratione nihil probari potest quia firmamentum diuidens, non constat esse cælum ob varias SS. dicta.

Tertio probatur ex ijs, quibus cœlum scriptura assimilat vt Psal. 103. Pelli & Cortinæ Isa. 40. Tabernaculo, quæ solida sunt. 3. ijs, quibus assimilatur.

Conf. ex passionibus, quæ cælo tribuuntur, vt Iob 4. atteri, Isa. c. sic sicut cera liquescent, vt patet ex vulgata, quæ alijs præfertur, at liquescunt, quę prius solida erant Hebr. 4. qui penetrauit cælos .s. propria penetratione ex D. Th. 3. p. q. 57. ar. 4. ad 3. at nõ esset necessaria penetratio si cęli essẽt fluidi.

Hinc Isa. 51. ex versione septuaginta, dum ait cælum sicut fumus firmatum est, non intelligitur de condictione cælorum, vt sunt nunc, sed quæ illis conueniet in fine mundi, vbi præteritum præsens, vel præteritum pro futuro accipitur vt est frequens apud Prophetas, & ideo Pagninꝰ vertit ex hebræo vt fumus deficient seu consumpti sunt & in vulgata: cæli sicut fumus liquescent, vulgata aũt omnibus præfertur, & confir. quia infra dicitur *qui tetẽdit cælos, & fundauit terrã* & infra *vt plantes cælos, & fundes terram*.

Quarto prob. ex Patribus, nam primo id asserunt, qui Sydera non per se moueri putant, sed in orbibus, vt Diony. Areop. Basil. Ambr. Hieron. Aug. Damasc. apud Tannerum disp. 6 q. 3. d. 2. nu. 25. & seq. 16 4. ex Patribus. Dion. Basil. Ambr. Hier. Aug. Dam.

Secundo probatur ex auctoritate eorum, qui cælum dicunt instar chrystalli, vel glaciei esse concretum, & induratum, vt D. Petrus apud Clem. lib. recognit. n. 5. origines hom. 1. in Gen. Basil. hom. 3. in exam. vbi firmamentum ait esse solidioris naturæ ita vt non cædat, sed resistat tangenti, & idẽ Amb. lib. 2. Hexameroo. c. 1. 2. & 4. Iunilius apud Lippom. in Hexam. idq; probat ex officio diuidendi & chrys in caten. lypp. lect. 4. ex eo quod fert aquas superiores, quia est vt paries diuidens vt dicitur hom. 4. in Gen.

Hier. epist. ad Ocean. comparat chrystallo 1. compactæ, & densioris aquæ. Theod. q. 11. in Gen vbi firmamentum ait dici quia est compactum, & solidatum, & condensatum Cyrill. catech. 9. tanquam fornicem constitutum Euch. lib. 5. in Gen. fortiter, firmèq; compositum. Genn. apud. Lip. can. ex fluxa, solubiliq; natura solidam, & minimè mobilem naturam accepisse. Claudius Marius Victor. lib. 1. in Gen. duro solidatũ rigore. Anast. Synaite in Gen. lib. 2. ex aquis firmatum Oecumenius in 2. Petr. c. 4. fir-

mio-

miorem aquarum substantiam. Seuerianus apud Lipp. in Hex. congelationem quasi chrystallinam Acacius apud. Lipp. ex fluxa aquarum natura solidissimum effectum. Ansel. Laud. in Glos. interli. congelatum in modũ chrystallini lapidis, & idem Ansel. cant lib. de imag. mund. c. 15 & Beda in exam. explicans firmamentũ in quo fixa sunt sydera vbi ait esse ex aquis consolidatum vt chrystallinus lapis ex perspicuitate illis cõmuni, & negat aquas supra detineri vaporali tenuitate, vt nubes in aere, sed glaciali soliditate. Nam inquit, *qui supra cælum ligat aquas ad tempus cum vult vi non pariter decidant nullo firmioris substantiæ crepidine sustentas &c. ipse etiam posuit aquas supra rotundam cæli sphæram ne vnquam delabantur, non vaporali tenuitate, sed soliditate* suspendere *glaciali* ita apud Magistr. 2. d. 14. & idem Iunilius in Hexam. *super rotundam cæli sphæram, ne vnquam delabantur nõ vaporali tenuitate, sed soliditate suspendere glaciali*, & infra, sed & si liquentes ibi aquas sistere voluit, nunquid hoc maioris miraculi esse quã quod ipsam terræ molem appendit in nihilo, neque dices nullum esse miraculum, dum detinentur à corpore duro, tum quia ibi aquæ sunt innaturaliter; tum quia licet non deciderẽt per lineam rectã ad centrum ob impedimẽtum orbis duri, tamen deciderent ad latus.

Glaciei Solididitati comparat Hugo Victor. in Gen. c. 6. ex Beda ex identitate coloris, & Hugo carens apud Lipp. Petrus Cõmest. c. 4. Histor Schol. comparat etiam Testæ oui, & *dicitur* inquit, *firmamentum, non tantum propter soliditatem, sed quia terminus est aquarũ, quæ super ipsum sunt firmus, & intransgressibilis* Glos. ord. tribuit firmitatem magnam, & perspicuitatem vnde Carthus. 2. d. 14. q. 3. ait inuiolabili auctor. scripturæ canonicæ cælos solidissimos, quasi ære fusos, & idem supponit Gugl. Paris. de vniuers. p. 1. D. Th. 2. d. 14. & 1. p. q. 68 art. 2. quem sequuntur Thomistæ omnes, videndus per hac conclusione Lippom. in catena, Vielmus in Gen. sect. 4. Per l. 2. q. 9. Martinus Delrius in Gen. c. 1. nu. 36. vnde August. Steuchius in Cosmopæia ait esse græcorum, & latinorum, & plurium ex hebreis, de tota cælorum compage id asserit, & Ascanius Martinengus tom. 2. in id Gen. *& posuit eas Deus in firmamento cæli* contra asserentes cælos liquidos concludit id esse tum contra peripateticos, & scholasticorum aciem, dicentes esse Quintam essentiam, tum contra Platonicos dicentes esse solidum, & coactũ ex summitatibus elementorum, tum contra Patres assimilantes glaciei, & chrystalli soliditati vt D. Petr. Gennad. Hyppol. Theod. Beda, Hugo, Comestor, Guglielmus, Seuerianus, & Acacius, tum contra putantes ignorari genus constitutionis illius vt Bas. Ambr. Damasc. tũ contra dignitatem illius

Aug. Steechus, Ascan. Martineng.

corporis, siue quia illi non conuenit labilitas aquæ, aeris ob eius præstantiam, siue quia ob incorruptibilitatem simpliciter, vel saltẽ difficilẽ, nã non est facile alterabile, at esset, si fluidum esset, ex quibus patet Parum plus quam triginta testimonio constare cælos de facto esse solidos; idq; ex scriptura probare, dum ait *Deum fecisse firmamentum in medio aquarum.*

Patrum 30. testimonio prob. cæli soliditas.

Secunda conclusio soliditatem, quam 17
probauimus conuenire, firmamento probabile est conuenire omnibus cælis etiam Planetarum.

Primo, quia nomine firmamẽti non solũ significatur in scriptura cælum stellarũ fixarum sed etiam errãtium vt patet ex ijs, quæ facta sunt die quarto *Dixit Deus fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant, diem, ac noctem* &c. *vt luceant in firmamẽto cæli*, & infra *fecitq; Deus duo luminaria, magna, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti, & stellas, & posuit eas Deus in firmamento cæli*, vnde patet in firmamento positas esse stellas non solum fixas, sed etiam errantes vt sunt luminare maius, & minus, at probatum est illud firmamẽtum esse solidũ ergo.

Nomine firmamẽti oẽs cæli nominantur.

Conf. quia Iob loquitur de firmitate cælorum indefinite ergo cum sit dictum doctrinale de proprietate cæli vniuersaliter intelligi debet, & similiter aliæ scripturæ loca, quæ cæli soliditatem ostendunt loquuntur de cælis pluraliter ergo non possunt intelligi de vno firmamento solo stellarum fixarum, vt videre licet in probationibus primæ cõclusionis vnde Eus. lib. 11. de præp. Euang. cap. 16. id tribuit Moysi, & Platoni, & lib. 13. c. 7. tribuit item Conf. ex dictis PP. qui loquũtur de soliditate cælorũ vel indefinite, vel vniuersaliter, vel de firmamento vt scriptura, vel in specie de errantibus vt Philo. lib. de Gigantibus Dion. c. 4. de diuin. nomin. Basil. hom. 3. Hex. septem stellas volui in septem orbibus, inter se ita insertos, vt cadi, & vascula inter se interseruntur, & cõnectuntur, vt etiam Ambr. 2. Hex. c. 2. Damasc. 2. fida c. 6. qui omnes asserunt Sydera deferri ab orbibus. Conf. ex dictis Patrum, qui inter empyreum, & terram ponit fuisse cælum ex aqua congelatum, & solidatum vt omnes citati supra: at in hoc spatio non solum est cælum fixarum, sed etiam orbes errantium.

Conf.

Eufeb.

conf. 2.

conf. 3.

Secundo prob. ratione nam orbes sunt ordinati ad deferenda Sydera perpetuo, & ordinate, at hic finis exigit soliditatem orbiũ quia alioquin per tantam velocitatem motus facile corpora dissiparentur, atque adeo non posset seruari tanta constantia, & ordinatio motuum, & corporum motorum.

Antecedẽs prob. tũ quia si Sydera per se, & non infixa orbibus mouerentur magnus exigeretur intelligentiarum numerus ad tot stellas præsertim fixas ordinatè mouẽdas vnde sine necessitate sufficiẽti multiplicarẽtur entia.

2. prob. ex fine.

Tum quia ex motibus factis à tot diuersis motoribus non posset seruari tanta vniformitas, quia non possent semper attendere ad seruandam tantam, vel tantam velocitatem, & alias circumstantias, ex quibus pẽdet vniformitas motus;& hoc idem probat si omnes stellæ mouerentur ab eodem, nam licet intellectus Angelicus compreh ẽdat naturas rerum corporalium, adhuc tamen ob sui finitatem minus potest attendere ad singula, dum pluribus intendit.

Tum quia cum Angeli non moueãt corpora nisi sint sibi præsẽtia, necessario oporteret ipsos moueri cum ipsis stellis, assistendo illis vt moueant, quæ omnia vitantur, si moueri dicamus in orbibus infixas.

Conf. 1. Conf. quia mirum est ex tanta velocitate motuum corporum liquidorum tam ingentium non gigni sonum adeo ingentem, vt ad nos perueniat, nam sonus gignitur ex collitione corporum ad aerem .1. corpus liquidum 2. de anim. t. 79.

Conf. 2. Conf. secundo nam quo corpora sunt superiora eo magis sunt nobiliora, & maiori quodam artificio ornata, at hoc artificiũ magis apparet ponendo multos orbes tum mobiles inter se connexos, & ordinate motos vt ex rotis Horologij apparet artificiũ, tũ ornatos stellis tanquam Gemmis, quam si ponatur vnum liquidũ per quod stellæ discurrant vt pisces per mare.

Dices quem gradum veritatis habeat assertio soliditatis firmamenti.

19 Resp. Tamnerus esse ita certam, vt opposita sit temeraria, nam cum SS. Patres soliditatem firmamenti ex scriptura colligant, illis non potest sine temeritate repugnari.

Neque pro opposita opinione antiqui Patres præter vnum Nissenũ adduci possunt, qui clare illam exprimant, & etiam si aliqui afferantur obscure id significantes, pauci sunt respectu eorum, qui soliditatẽ tuẽtur.

Confir. quia temeraria est assertio, quæ contra communem scriptorum sacrorum, & prophanorum sensum, pro libito, & sine causa asseritur, vt patet ex explicatione cẽsuræ temeritatis, at assertio liquiditatis firmamenti est contra comunem sensum, & sine ratione pronunciatur, quia si quæ ratio esset, maxime esset, quæ ducitur ex nouis stellis, vel Parallaxeos obseruatione, at nulla talis esse potest, nam cum Saturni stella, quæ est multo infra firmamentum careat Parallallaxi, fit vt nulla ratione Ex Parallaxi, vel eius defectu colligi possit, aliquam stellam nouiter visam supra Saturnum, & in cælo stellarum fixarum positam esse, ergo ex his non potest colligi cælũ stellarũ fixarũ esse liquidũ deinde recte Aug. 2. de Gen. ad Litt. c. 5. *maior est quippe scriptura auctoritas, quam omnis humani Ingenij capacitas*. accedit stella in cassiopeia,

20 quę etiam firmamẽti fluxibilitatẽ probaret.

Ad cõtrariũ Schenier. Contrarium docet Christophorus Scheiner. in Rosa. Vrsina c. 16. vbi in Scholio 1. fol. 104. p. 2. num. 50. docet ex August. negare duritiẽ firmamẽti non esse temerariũ, Augustinus. sed vt sanam doctrinam ab ipso Aug. afferri firmamẽtum esse corpus molle, & fluidũ dum, non tamen vt articulum fidei, sed vt indifferentem astronomicã doctrinam Respond. Aduersarij ab Aug neutrum asserui, sed dubitari vt patet ex lib. 2. de Gen. ad Litt. c. 1. 2. 3. 4. & 5. imò inclinat in duritiẽ firmamẽti, nã ait illud sic dici à firmitate, vel qa est intransgressibilis terminus, aquarum, & nõ propter stationẽ vt Aug. ibi c. x.

Explicatur Aug. Ego Respon. August. ibi nihil docere de cælorum soliditate, sed disputare solum, quomodo aquæ sint supra firmamentum, cum secundum naturam suam exigant esse sub aere, & igne, neque dicas ibi esse per potentiam Dei, *Nam*, inquit *nos inquirimus, queadmodum Deus instituerit naturas secundum scripturas, non quid in eis, vel ex eis ad potentiæ suæ miraculum operari velit*, & infra *Nunc ergo querimus vtrum conditor rerum, qui omnia in numero pondere, & mensura disposuit, non vnum locum proprium ponderi aquarũ circa terrã tribuerit, sed et super cælum, quod vltra limitem aeris circumfusum, & solidatum est*

Et de hac quæstione varias opiniones referens tandem videtur probare nomine firmamenti, non intelligi cælum stellatum, sed aerem, quo diuiduntur *aquarum vapores, & has aquas, quæ corpulentius in terris fluitant*, & subdit *Hanc ergo diligentiã, cõsiderationemq; laude dignissimam iudico*, ex quibus patet nihil ibi afferi contra soliditatem cælorum, sed solum quomodo aquis locus supra firmamentum esse possit naturalis ob grauitatem eius, neque ibi difficultas vlla apparet de casu illius aquæ, sed quo modo, an sit ibi connaturaliter.

Et hæc eadem fere scribit lib. 11. de ciuit. c. 34. vbi apparet cur refellat opinionẽ dicẽtium nomine aquarum intelligi Angelos, ex natura pituitæ, quæ est in cerebro, quia .f. sicut pituitæ frigidæ locus est in corpore humano cerebrũ, ita in corpore mundano locus aquarũ esse põt supra firmamentũ ob tenuitatẽ illarũ: quare non est necessarium recurrere ad metaphoricainterpetrationẽ.

Neque obstant, quæ de motu cælorum inquirit, dum ait inuentos esse modos ab astronomis, quibus omnia phænomena saluantur motis stellis, per immotos orbes, nam ipse hoc non probat, sed solum refert opinionem antiquorum illud asserentium apud Arist. 2. cæli. neq; ibi Aug. dixit aquas leuigatas ob rarefactionem illuc ascendere, sed ibi conditas non innaturaliter, secundũ aliquos, ob tenuitatem earum.

Neque Eucherius in Gen. lib 1. c. 3. apud 21 Explicatur Euch. Martinen. fauet liquibilitati cælorum ex eo quod dixit, aquas tenues, & subtiles ferri super cælum, sicut nubes feruntur supra aerem, quia non loquitur de latione, qua aquæ ex inferioribus ascẽdũt supra cælos,

sed

ſed de aquis ibi initio à Deo productis, quæ naturaliter ibi permanent, & mouentur ob tenuitatem earum, vt nubes volitare videntur per aerem eadem fere Beda habet qq. in Geneſ. neque Cyrillus catecheſi. 9. prodeſt aſſerẽtibus cælũ liquidũ, nã ibi cælũ accipit ꝓ aere, ex quo imbres cadẽtes terrã humectant, quo ſenſu cælũ ẽt accipit Haymo in in *Pſal.* 148. & idem ibi Ricchardus Pampolitanus omnes .n. hi loquuntur de tenuitate cæli: ex quo pluuiæ decidũt; hoc autẽ cælum eſt aer vt probat Auguſt. loc. cit.

Haymo, & Richardus Pampolit.

Ego vero in hac diuerſitate, opinionem aſſerentium, cælum eſſe liquidum, exiſtimo eſſe quidem improbabile, non tamen temerariam, nam ſcripturæ loca, & Patrum teſtimonia non ita clare ſoliditatem cælorũ exprimunt, vt interpetrationem non admittant vt patet ex ijs, quæ aduerſarij adducũt idque confirmo, nam noſtra ætate multi ſũt ex Theologis, Philoſophis, & Mathematicis, multæ eruditionis, qui liquiditatem cælo conuenire nituntur probare, quos non eſt æquum temeritatis cenſura notari.

Sed diff. eſt in explicãdo modo quo hæc ſoliditas cælis ſoliditas cælis conueniat.

## ARTICVL. IV.

*De modo, quo ſoliditas cælis conueniat opinio Auctoris.*

22 Tertia concluſio licet probabile ſit hanc ſoliditatem non eſſe cælo naturalem ſed præternaturalem, tamen probabilius eſt eſſe illis connaturalem non ſolum, ſecundũ naturam vniuerſalem, id eſt vt ſunt partes, vniuerſi ad cuius bonum ordinãtur, ſed etiam ſecundum propriam, & particularem naturam.

Licet ſit ꝓbabile ſoliditatẽ eſſe cælo innaturalem, probabilius eſt eſſe naturalem.

1. pars.

Prima pars patet ex dictis SS. quos citaui pro ſecunda concluſione, nam ij ſupponunt cęlos fuiſſe creatos primo die ſecundum ſubſtantiam, & eſſentiam, deinde vero fuiſſe ornatos, & ſecundum accidentia accomodatos ob bonum vniuerſi, nam dicunt fuiſſe firmamentum factum, ex aquis, atq; adeo eſſe aqueę naturæ inſtar glaciei ſolidatũ ſecundo die vt fuſe Tamnerus loc. cit. nu. 44. & 45. qui citat Clementem ex perſona D. Petri, Ambr. Baſil. Theod. Cyrillum, & alios.

Conf à Niſſ. in Hexam. quem in hoc ſenſu loqui interpetratur dum negat cęlos eſſe duros ſcilicet ex natura ſua.

Conf. 2. firmamentum ſecundo die productũ ſola ſoliditate differt ab eodem producto initio, ſed ſoliditas, cum ſit accidens non variat naturam rerum, ergo neque naturam firmamenti ergo ſi prius erat liquidũ ex natura ſimiliter erit natura liquidum ſub ſoliditate, hęc autem variatio in cælo facta eſt ob bonum vniuerſi, vt dictum eſt in 1. opinio.

Secunda pars probatur, quia Deus initio mundi omnia condidit iuxta propriam naturam vt recte Aug. lib. 2. de Gen. ad Litt. loc. cit. probat nam omnia fecit in pondere numero, & menſura ſap. 11. ergo firmamẽtum, ſeu cælos produxit cum ijs, qualitatibus, quæ cęlorum naturis erãt conuenientes, quia non eſt ratio cur cætera viliora corpora produxerit cum connaturalibus accidentibus, & non ſic produxerit nobiliora, cuiuſmodi ſunt cæli. 23

2. pars ꝓb.

Conf. quia ſi cęlis eſt connaturalis liquiditas, erit illis innaturalis, & violenta ſoliditas, quia cum ſint qualitates oppoſitæ, nõ poſſunt eidem eſſentiæ eſſe connaturales, at abſurdũ videtur cælos, cum ſint nobiliſſima corpora, eſſe perpetuo ſub ſtatu violẽto: Neque obſtat exemplum, quod affertur de congregatione aquę in vnum locũ vt aliqua terræ pars diſcooperta eſſet, tum quia in hac nihil violentum factum, ſiue reſpectu terræ, ſiue aquæ, nam terra non eſt facta ſupra aquam illi inſidens, neque aqua ſuſtinens pondus terræ, ſed facta concauitate, & cauernis in terra eo naturaliter confluxit aqua, quæ ſemper ad decliuiora naturaliter decurrit, vt ſit ſupra terram, & ſub aere, alioqui ſi non cõflueret illa vacuitas replenda eſſet aere, qui tunc eſſet ſub aqua, & immediate ſupra terram, contra illius naturã. quare ibi ſeruatus eſt ordo naturalis elemẽtorum, cũ beneficiò vniuerſi. At in caſu noſtro eſſet omnimoda violentia, cum ſit ſub qualitate contraria qualitati connaturali.

confirm.

Tum quia licet aliqua pars terræ ſit aquis diſcooperta tamen magna ex parte eſt cooperta, at in cælis omnibus, & ex omni parte eſſet innaturalitas, non autem inconueniens aliquam elementi partem non habere ſuum ſtatum connaturalem ſicut eſt incõueniens ſecundum totum corpus eſſe in natura ſecundum ſtatum violentum, & perpetuo.

Conf. 2. quia cum in Theſauris diuinæ potentiæ non defuerit ſubſtantia, quæ idem munus præſtaret, quod pręſtat cælum, quęque ſit ex natura ſua ſolida ſicut eſt cælum de facto ſecundum aduerſarios, non eſt ratio cur dicatur non fuiſſe factum ex illa ſubſtantia, & ſit ex ſubſtantia liquida poſt paruum tempus condenſanda innaturaliter, debemus .n. cum poſſumus ſcripturam ita interpetrari vt comuni philoſophorum ſenſui aptetur, vt recte notat Aug. 2. de Gen. ad *Litt.* cap. 9. loquens de figura cæli his verbis, *ſed quia de fide agitur ſcripturarũ propter illam cauſam, quam non ſemel cõmemoraui ne quiſquam eloquia diuina non intelligens, cum de his talibus, tale quid, vel inuenerit in libris noſtris, vel ex illis audierit, quod perceptis aſſertionibus aduerſarij videatur, nullo modo eis cætera vtilia monentibus, vel narrantibus, vel prænuntiantibus credat.*

confirm. 2.

At quod ſcriptura docet, omnino verũ, etiam ſi aliorum aſſertionibus aduerſetur,

*nam hoc est verum, quod diuina auctoritas dicit, potius, quam illud, quod humana infirmitas conijcit.* quod etiam prudenter aduertit D. Th. p. 1. q. 68. art. 1. ibi *ne scriptura ex hoc verbo ab infidelibus derideatur*

24 Ex quibus 1. patet magis consequenter loqui, qui opinantur cælos esse ex natura fluidos, & in eodem statu de facto conseruari, quam opinantes esse ex natura sua fluidos, & de facto innaturaliter solidos, tum quia cum vtraque opinio cōcedat cælis cōuenire ex natura sua fluxibilitatem magis consequens est vt in eodem statu conseruetur, quam vt perpetuo conseruetur in statu innaturali, quia prima opinio loquitur consequenter iuxta exigentiam naturæ.

Tamneri opinio nō est ita cōsequēs vt Schenier.

Tum quia prima opinio habet solum difficultates, quæ fiunt contra liquibilitatem at secunda opinio habet difficultates, quæ fiunt contra vtrunque statum.

Ex quibus puto satis probabile esse cælos esse fluidos ex auctoritate, & motibus nouarum stellarum, & similibus, quæ affert Schenier. sed eam non sequor, ne recedam ab antiquata opinione sine ratione vrgente & quia soliditas est magis conformis scripturæ cui omnis humana intelligentia subdi debet.

Cur nō probetur opinio cælorum liquidorum.

*Soluuntur argumenta aduersariorum.*

25 Secundo patet ad fund. aduersariorum propositum in prima parte conclusionis Nam primo negatur initio cum terra fuisse productos omnes cælos, sed solum empyreum vt Beda Damasc. Basil. Orig. Anthel. Hugo Victor. Strabo Inglot. Abul. & alij apud Perer. in c. 1. Gen. lib. 1. & Molin. de operibus sex dierum disp. 2. Salmer. 2. Petri 3. disp. 4. & secundo die facti sunt cæteri sub nomine firmamenti quare hæc opinio fauet soliditati cælorum, illis connaturali, fauet etiam huic opinioni dicētes cum Damasc. apud D. Tho. 1. p. q. 68. art. 1. cælum initio factum fuisse primum mobile carens stellis, & secundo die fuisse productos cælos æthereos fauet etiam opinio Aug. dicentia primo die factos omnes cælos, sed nomine firmamenti intelligi spatium aeris in quo nubes condensantur, nam ex nulla harum opinionum sequitur cælos ex natura sua esse liquidos, & fluidos, & accidentaliter condensatos, quia secundum substantiam fuerunt facti secundum naturam, quam nunc habent.

Qui negant oēs cęlos initio pductos

Secundo etiam si concedatur cælos fuisse initio productos vt fuse probat Suar. lib. 1. de operib. sex. dier. c. 3. nu. 5 non sequitur fuisse fluidos, quia nihil est in scriptura ostendens eius fluxibilitatem, vnde negat ibi n. 10 nomine firmamenti secunda die producti significari aliquod cælum stellatum, vel aliquod ex cælis supra elementa constitutis, vnde lib. 2. cap. 5. num. 4. reijcit opinionem dicentium firmamētum fuisse productum secundum substantiam cum terra, & secunda die accepisse soliditatem ad substinendas aquas, nam non prius, fuit productum, quam diuideret aquas, nam si erat in eodem spatio, in quo nunc est, prius diuidebat aquas, nec potest probabiliter asseri fuisse in alio situ, & inde translatum in hoc spatium vt Suar. probat lib. 2. c. 4.

Etiam si cęli sint creati initio cum terra, nō sequitur fuisse fluidus.

Hinc Suar. c. 5. nu. 7. putat cum August. nomine firmamenti intelligi aeris partem ex D. Tho. Dur. Caiet. Per. Eug. Lorino, Ariasmontano, Pined. Torniello, ex Aug. lib. 2. in Gen. c. 4. & 12. & fuse Rupert. Abb. lib. 1. in Gen. c. 22. siue illa pars aeris, sit secunda Regio vt D. Thom. siue infima vt Eugub. de qua re Suar. lib. 2. c. 5. nu. 10. vbi vtrunque putat probabile neq; pars illa aeris fuit secunda die producta secundum substantiam cum fuerit productæ initio sub nomine terræ, sed secundum officium diuidendi, ratione cuius accepit firmitatem quandam intransgressibilis termini neque hoc firmamentum est illud, in quo posita sunt luminaria, quia illud scriptura appellat firmamentum cæli, vt illud distingueret à firmamento, quo diuiduntur aquæ ab aquis. 26

Quid nomine firmamenti ex Suar.

Ad primam conf. Resp. Nissenum negasse cælo duritiem ortam ex primis qualitatibus, qualem habent inferiora, non autem quæ est propria cælorum.

Ad secundum resp. ex dictis satis patere non esse certum cælos omnes fuisse productos initio cum terra, sed cōcedatur id aduersarijs, non tamen inde sequitur tunc fuisse fluidos, sed solum non fuisse productos ex materia præexistēte sed proprie creatos, sicut elementa, quæ significantur nomine terræ vt recte Suar. notauit, quare etiam si cōcederetur esse idem celum initio productum, ac firmamentum secunda die productum, non sequitur natura esse liquidum, & solum soliditate differre, tum quia falso supponitur illud fuisse liquidum, & illi additam soliditatem vt diximus, nam cum dicitur fiat firmamentum non significatur fieri secundum soliditatem, sed secundum officium diuidendi aquas ab aquis, tum quia etiam si tunc fuisset solidiratum, necessario concedi debet fuisse factum secundum formam cui soliditas illa esset naturalis, quare non differt sola soliditate, sed substantiali forma à præcedenti corpore quod etiam dici potest si concederetur fuisse factum ex materia aquea, tum quia materia ex qua fit corpus aliquod non manet sub eadem forma ex Aristotele, tum quia nulla ratione concedi potest esse eiusdē speciei cum aqua tum quia non posset naturaliter resistere tātæ orbium cælestium rapiditati, & velocitati tum quia nec posset resistere calori tam immenso à Sole, & motu producto, quin liquesceret cum congelata ex aqua calore liquescant ex Aristotele 4. meteor. ex experientia siue asset congelatum vt glacies, siue

Nomine terræ significātur elemēta omnia.

vt

vt lapis chrystallinus, vt loquuntur Patres, quare nulla ratione hæc opinio constare potest.

27 Dices SS. Patres dicunt esse natura sua liquidos R. 1. neminem, quem legerim, ex Patribus id affirmare. Nam Niss. dum negat esse corpus solidum, resistens, ac durũ loquitur de his accidentibus, qualia sunt in inferioribus vnde lib. de elem. c. 4 & de creat. homin. c. 5. & c. 24. probare videtur sententiam Aristotelis de natura cæli esse quintum corpus, & circulariter ferri aitque fuisse ex nihilo productum, & c. 1. *Neque terra potest à propria soliditate transferri, neq; cælum vnquam velocissima sui motus circuitione laxari hæc autem prima secundum conditoris sapientiæ veluti quiddam principium totius machinæ probantur esse constructa, declarante magnifico illo Moyse per hoc, q in principio cælũ & terrã a Deo facta esse cõmemoret*, & infra *immobilẽ quidẽ naturam* id est terrã *conuertibilem fecit, Mobilẽ vero inconuertibilem* idest cælum, & Basil. dũ hom. 1. in Hexam. dixit de Deo *qui firmauit cælum quasi fumum, idest, qui tenuem naturam, non solidam, neque crassã ad constituendã cæle substantiam*, nõ asserit cælum esse liquidum, sed carere soliditate, & crassitie terrea orta ex elementis, nam habet consistentiam cum tenuitate, & subtilitate diuersę rationis, ab ea quæ est in mixtis, in quo sensu intelligendus etiam est Ambr. s. Hexam. c. 6.

Patres nõ dicunt cælos natura sua esse liquidos

28 Dices 2. Sãcti supracitati dicũt cælos fuisse congelatos ex aqua R. cõcedi id à Sanctis dici, sed id didicerunt potius à Platone, quã ex diuina scriptura, vt ait D. Thom. 2. d. 14. q. 1. art. 2. nam cum cæli omnes fuerint creati initio simul cum elementis significatis nomine terræ, non potuerunt esse ex præexistenti materia, sed creati per veram creationem, sicut elementa, nam alioqui prius fuissent creata elementa de quorum numero est aqua, quam cælum, quare ex scriptura potius colligitur oppositum vt recte notat Suar. Neq; illis fauet, quod firmamentum dicatur factum in medio aquarum tum quia non est certum quid intelligatur nomine firmamenti, vt patet ex dictis, tum quia etiam si intelligatur cælum stellatum, illud fuit factum initio secundum substantiam, vt dicunt aduersarij, & solum dicitur factum quoad officium diuidendi aquas ab aquis, de quarum qualitatibus, & modo diuidendi non cõueniũt Doctores, vt alibi dicetur, quod si supra cælos sunt aquæ elemẽtares probabile existimo, factam esse diuisionem per trãslationem vnius partis aquei elementi supra cælos, & per hoc factum est firmamentum diuidens aquas ab aquis, sicut tertia die facta alia separatio aquarum per congregationem in vnum locum vt terra appareret arida.

Sancti cælos ex aqua dixerũt secũdum Platonẽ

Cælos non esse ex elementis ex Scriptura.

Resp. secundo etiam si cæli essent producti ex materia aquea, non bene colligunt esse ex natura sua liquidos, quia natura rei non non attenditur ex parte materia alterationis, sed ex parte formę, & materia compositionis, quis enim dicet chrystallum esse natura liquida, quia est ex aqua per corruptionem aquæ, & alterius formæ acquisitionem, & similiter pisces, vel aues, qui ex aere quæ omnia constat non esse fluida.

Resp. 3. explicari posse, fuisse productos ex materia aquea, non elementari, sed simili ob perspicuitatem, & cæruleum colorem secundum apparentiam vt notat D. Th. 2. d. 14. q. 1. art. 2. ad primum, qui in hoc sensu exponit SS.

Cælos ex aqua meta, phorice.

Dices tertio, quo corpora superiorem locum obtinẽt, eo sunt naturæ rarioris vt patet ex elementis, ergo cæli cum sint supra elementa, & naturę præstantioris, erunt magis rari, quam aqua, aer, & ignis.

Respond. negando conseq. nam inter elementa seruatur hic ordo secundum raritatem, & præstantiam naturæ, quia eorum motus est per rectam lineam vnde quo per motum acquirunt locum magis cælo proximum eo debent esse naturæ tenuioris, & rarioris, ac præstantioris, quia attenuatio iuuat ad leuitatem, at cum cælis non conueniat motus rectus, non debet attendi eorum præstantia ex leuitate, & eorum, quæ leuitatem adiuuant, & causant, sed tum ex motu circulari, ad quem necessaria est constantia, & soliditas corporis, tum ex præstantia influxus vt infra.

In quibus natura, quo superior, & tenuior.

## ARTICVLVS V.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

Respond. ex dictis patere, quid sentiẽdum sit de Patribus, nam plurimi negant cælos esse de facto liquidos, & si qui significant esse liquidos, loquuntur vel de cælo aereo, ex quo pluuiæ decidunt, vt Haymo, & Riccard. vel si loquuntur de cælo æthereo, nemo expresse dixit esse liquidos, sed negant esse duros .f. duritie, & simili qualitate terrea, nam habet aliam diuersæ rationis, quæ non oritur ex qualitatibus tãgibilibus, neque obstat, quod alij dicunt esse ex aqua, alij ex aere, vel igne, nam in hoc secuti sunt Platonem, vt dixi, nec inde sequitur esse liquidos vt supra notaui, quod si nomen eorum sumitur ab igne, idest ob similitudinem cum igne in qualitate calefactiua, & lumine.

Quid de Patribus sentiẽdum.

Ad 1. conf. primo comparationes non non esse quoad omnia, sed quoad aliquas conditiones quare dum cælũ cõparatur rebus liquidis, non sequitur debere esse liquidos, nam potest esse comparatio quoad alias conditiones.

Cõparatio nõ currit 4. pedibus.

Respond. 2. c. 40. Isaias loquitur de creaturis Deo comparatis, vnde habitatores terræ comparat locustis, & omnes gentes coram Deo ait quasi non esse, & quasi nihilum,

lum, & inane reputatæ sunt ei, & ideo non mirum si dictum est, qui extendit sicut nihilum cælum, non quidem propter tenuitatem, vel soliditatem, sed quia cælum Deo comparatum, & eius potentiæ se habet, ac esset nihil. Neq; illis magis fauet dum Isa. 51. comparantur fumo, nam loquitur de statu quem habebunt in die iudicij, nam vt supra notaui inde probatur oppositum, & si qua est comparatio illa est quo ad extensionem quia fumus extendi videtur supra terram vt est cælum circa terram, vel comparatio est cum cælo aereo, quare non est quoad tenuitatem nam alioqui sicut tenuitas fumi impedit visionem, ita inferius cælum impediret visiooem superioris.

creaturæ Deo cōparatę sunt vt nihil.

25 Ad 2. conf. Resp. tribui motum planetis tum quia eorum motus est nobis sensibilior & per illorum motum cognoscimus motũ orbium, tum quia cum orbes sint, vt vehiculum; deferentes Sydera, quæ sunt præcipuè partes, motus orbium est propter motum Syderũ, & ideo hæc dicũtur moueri, sicut homo dicitur peruenisse ad ciuitatem delatus per equum, & non fit mentio equi motus, & hinc dictum soli, vt staret: sicut equitāti diceretur, vt staret si opus esset statione. Vnde illud *Psalm.* 18. à summo cæli &c. quia cum cælum sit circulare non est ibi summum, & infimum. vt alibi ostendi, quare ibi summum debet intelligi vnum punctum cæli respectu alterius sibi oppositi, nam cælum ab vno ad aliud mouetur.

cur motus tribuatur planetis poti⁹ quã orbibus

Hinc patet ad testimonia Patrum dicentium astra moueri per orbem primo quia aliqui sic existimant cum antiquis apud Aristotelem, quibus opponuntur alij contrariũ docentes. Resp. 2. etiam si motus tribuatur per se Syderibus, non tñ inde fit cælos esse liquidos, nam potest saluari talis motus, etiam si cæli sint solidi, quia potuerunt existimare talia corpora posse penetrari, vt notauit Alb. in sum. p. 1. q. 4. art. 13. *Quidam antiqui dixerunt, quod eccentrici, & stellæ transeunt per corpus, quod est intra sphæras, & tamen non diuidunt illud, & hoc propter formalitatē istorum corporum, corpus. n. luminis simul esse potest cum alio* corpore, & D Bonau. 2. d. 14. p. 2. art. 1. q. 2. idem refert de quibusdã mathematicis soluentibus quoddam arg. physicorum, *aliqui* inquit, *dicunt quod corpus illud non scinditur, & Planetæ pertranseunt, corpus enim luminis simul esse potest cũ alio corpore.* neque hoc mirum esse debet, quia multi ex patribus putarunt lumen esse corpus, sicut Angelos esse corpora, qbus tribuũt penetrari cũ alijs corporib⁹. Vnde Proc. in c. 1. Gen. cũ firmamentũ ponit ex aqua congelatũ vt christallum, vel glaciem, & tamen putat stellas per se moueri, sine dubio penetrationem admittit, neque huic motui per se stellarum fauent Diodorus Tarsens. apud Lippom. in catena dum vocat gentile dogma stellas esse in cælo fixas, nec cælum moueri

Alb.

Bonau.

nec Philast. in catal. heres appellãs hæresim, & à catholica fide alienã nam fauet loquitur cōtra Pythagoric. seu Aristarchicos dicētes terram moueri cælos autem stare, nam stellas cum orbibus moueri significat Diodorus dum gentile dogma vocat, cælum non moueri, & Philast. suum dictum probat ex locis scriptura, quibus cælum moueri probatur: accedit vt notat Perrer. in c. 1. Genes. Philastrium nimis procliuem fuisse in censurandis opinionibus nam Hæreseos damnat qui nomine terræ creatæ apud Moysem, intelligũt de terra elementari, putans debere intelligi de alia materia inuisibili, & incōposita, quæ dicitur Hyle, & est matrix omnium rerum, nam terram hanc postea creatam, & fundatam super aquas scribi Dauid, quæ censura indigna est vt à Theologo proferatur, cum potius ipsius dictum reprobatione indigeat.

Respond. 3. etiam si sydera per se mouerentur nō inde sequeretur cælum esse liquidum, quia possent moueri per canales quosdam existentes in cælo ab auctore naturæ ibi positos ad hunc finem, & plenos corpore fluido q̃ esset simile aeri, pro qua videndus Hurtad. disp. 2. de cæl. sect. 1. § 9. & 10.

Ex motu p se syderum non colligitur orbium fluxibilitas

Ad tertio de multiplicitate cælorum dicemus infra; sed concessis tribus cælis vt significat Chrysost. & Amb. quos explicat D. Th. 1. p. q. 68. art. 4. adhuc non sequitur cælum stellatum esse fluidum, nam vt putat Hurtadus possent omnia sydera esse in vno cælo, & moueri per canales & surculos quosdam, qui tamen non dicuntur secundum ipsos vacui quia non sunt apti secundum se totos repleri simul corpore, sed successiue, qua rōne Conimb. fatētur angulos cæli empyrei licet careãt corpore, nō esse vacuos.

26 Ad 4. *Respond* ex tabulis astronomicis satis patet illam consequentiam nullam vim habere, nam satis ostenditur ex motibus orbium diuersis, quibus inserti sunt sydera (non quidem extrinseco nexu, vt Gemma in auro, vt intelligitur Beda 2 de elem.) oriri varietatem noctium, & dierum, quare nō probatur ratiocinatio Isid. 3. Ethim. c. 49. nisi ducatur improbari ab ipso motũ terræ cum cæli immobilitate vt dictum est supra

Explicatur Beda.

Ad 5. patet ex dictis neque Vatabb. vel alterius versio est præferenda vulgatæ quã Ecclesia probat Trid. sess. 4. vbi Congreg. Concilij explicat decretum ad periodum, clausulam, dictionem syllabam, & vnum iota; nam de sensu illius loci non esse, quem fingunt aduersarij satis patet ex contextu & verbis ipsis quibus cæli dicuntur solidissimi sicut est æs. Neque obstat, quod verba illa sint Eliu vt dixi in conclusione.

Vulgata ceteris præferenda.

Ad sexto Resp. ibi loqui de firmamento aereo, quod diuidit aquas ab aquis, vel de intelligentijs mouentibus orbes, vel de virtutibus syderum, quæ sunt in firmamento cæli, quæ virtutes dicũtur spirituales, non quia sint indiuisibiles, & incorporeæ, sed

Quid nomine spiritus firmamenti.

quia

quia ad modum ſpirituum penetrant, vſq; ad viſcera terræ influendo.

Ad ſecundum argumentum ſoliditatem cæli non eſſe elementarem, & ideo non eſſe connexam cum grauitate, & leuitate, vt patet ex dictis.

*Cur non fruſtra plures cæli.*

Ad conſ. fruſtra multiplicari entia, quando omnia poſſent æquè bene ſaluari, at non ſit ablata hac multitudine cælorum, & partibus eorum, nam inde maior apparet pulchritudo, & Dei ſapientia, ac potentia, dum tot corpora inter ſe tam ordinate compoſuit, cum ſubordinatione ipſorum, vt patet tum ex partibus humani corporis, tum ex artificio horologij quare nō poteſt dici fruſtra id, ſine quo decor, & vſus rei opportunus periret.

*Venus, & Mercurius mouetur p epicyclos circa Solem*

27 Ad tertium, ductum ex nouis phænomenis. Reſp. Tamnerus diſp. 6. q. 3. d. 3. ſ. 6. ex horum Planetarum motibus id ſolum conſequi, non habere proprios, & diſtinctos orbes terram ambientes, ſed ſulum epicyclos in orbe ſolari ſolē ambientes, per quos Planetæ circa ſolem feruntur ſine vlla, vel penetratione, vel fractura orbia, quod ſtat cum cæli ſoliditate, & incorruptibilitate, ſed his obſtat cōmunis ſenſus Philoſophorum, & Theologorum, qui illis Planetis tribuunt proprios orbes mobiles circa centrū mundi, ſed hoc non putant abſurdum; nam orbes multiplicantur, quidem ex motibus diuerſis, ſed ijs, qui fiunt circa centrū mundi, at cum obſeruatum ſit per nouas obſeruationes, illos Planetas nō moueri circa terram, ſed circa ſolem, ideo negandi ſunt illis proprij orbes, & ob id conceduntur pprij epicycli, & idem etiam dici poteſt de Marte: quod ſi recentiores obſeruationes non ſunt veræ, tunc non eſt recedendum à cōi opinione; neq; huic doctrinæ ſpecialem aliquam difficultatem afferre poteſt Peridiodus Iouis, & Saturni, nam cum ex ipſiuſmet Tychonis obſeruationibua nūquā ſine Sole inferiores, ſed maioribus, ac ſublimioribus Periodis circulis terrā ſimul, & Solem ambiant, non eſt opua vt viam vel orbem Solis, vel alterius Planetæ interſecent, ſed proprios orbes Sole altiores retinent.

*Et idem de Marte.*

*Quid de Ioue, & Saturno.*

*Verius negatur obſeruatio Tychonis de motu Mart.*

28 Ad primum conſ. de motu Martis non eſt facile decernere quid ſentiendū ſit quare Reſp. 1. negando obſeruationes Tychonis eſſe veras, & ſine fallacia, 1. quia Clauius non multis ante finem viſa conſultos, reſpōdit ſibi ſuſpectas eſſe obſeruationes Tychonia, circa ea, quæ à tot ſeculorum ſenſu diſcrepant, cum tum in comment. Sacr. Boſc. to. 3. operum ex nouis apparētijs beneficio Tubi opticij nouum ſyſtema cælorum conſtituendum exiſtimet, vt refert Tamn. lo. cit. nu. 80. & q. 4. d. 4. nu. 17. Vnde Malapertius Tychonem aſſerit bonam operam nuaſſe videri *niſi violentum ſuum Martem Solis orbitam contra ius faſq; perrumpentē feciſſet*, & præſtantiſſimi mathematici Tychonis oſſeruationibus, quoad longitudinē conſtanter repugnarunt, vt Chryſtophorus Rottomanus, & Vuillelmus Landgrauius Princeps, vt ipſe Tycho fatetur lib. 1. epiſt. aſtronom. ad lectorem, & epiſtola ad Vuillelmum Principem Haſſiæ, & epiſtola ad Rottomanum data 1588. 17. Aug. & data 1589. 21. Febr. vbi etiam multa circa crepuſcula, & refractiones inter eos diſputantur. ſimiliter obſeruationes eius circa cometas reijcit Scotus non imperitus mathematicus vt ipſe Tycho fatetur epiſtola ad Rottom. data 1595. 14. Ianuarij. quod etiā præſtat Abrahamus Roggenbach. lib. 5. de comet. c. 17. vbi Ariſtotelis opinionem de cometis tuetur, denique Maginus, qui maxime fauere videtur Tychoni, epiſtola ad Tychonem, hanc interſecationem Solis orbē, & Martis non probat: & addit, *quod ſi vt à ſtudioſo quodam cognoui Martem Acronynum terræ proprius accedere, quam Solem, à te eſt obſeruatum, interſecatio huiuſmodi omnino admittenda eſt*, quare illam probat ex Hypoteſi, quæ nihil ponit in eſſe.

*Cur negandæ huiuſmodi obſeruationes ex opinione aliorum.*

*Ex dictis ipſiuſmet Tychonis.*

Secundo quia ipſemet Tycho fatetur, ſe in ſuis diligentiſſimis obſeruationibus ſæpe fuiſſe deceptum tum in altitudine poli, deſignanda, tum in conſtituenda longitudine, & latitudine ſtellarum fixarum, vt patet ex additione ad cap. 2. lib. 2. de cometa anni 1577. quæ deceptio oriri poteſt partim ex defectu inſtrumenti; q tamen, vt ait Tamnerus ibi nu. 84. habebat perfectiſſimum, partim ex defectu refractionis nondum ſatis noto, partim ex defectu horologij, quod tamen habebat affabre factū, & diuiſum, etiam in ſecunda ſcrupula, vnde factum eſt vt errauerit in conſtituenda altitudine cometæ, & idem patet ex appendice ad Tomum primum, vbi ait eccentricitatem Solis, ex obſeruato Marte, certo deprehendiſſe, eſſe partium Polum mille octingentarum, ſeu viginti ſemidiametrorum terræ, cum tamen alibi ſæpe fateatur ſe magno labore, & exquiſitis inſtrumentis obſeruaſſe diligenter eſſe partium trium millium ſexcentarum, ſeu diametrorū terræ quadraginta, & vnius, quare vt in hac obſeruatione deceptus fuit in magnitudine deducta ſecundum duplam rationem ita & potuit in alijs, atque adeo etiam in obſeruando motu Martis, & hinc prudenter hæc obſeruatio, vel falſa iudicatur vel ſaltem dubia, præſerim cum, ex ea tam noua, & inſolens concluſio deducitur .ſ. *Solem ſecundum Ptolomaicā ſuppoſitionē æqualibus temporibus inæquales arcus ſuæ orbitæ conficere* contra omnes anteceſſores. legendus Keplerus in ſua Aſtronomia noua edita 1609. vbi varios Tychonis errores in ſuis obſeruationibus, etiam circa hūc Martis deſcenſum ex varijs principijs, & ſæpe ex mala conſequentia, notat vt p. 2. c. 10. & 11. & refert Tamnerus q. 3. d. 3. per totam præſertim nu. 93. apud quem videri poſſunt nam non eſt noſtrum illa diſcutere.

Ter;

Ex alijs cauſis deceptionis.

Tertio qnia in obſeruandis cælorum motibus multæ cauſæ deceptionis interuenire poſſunt vt diximus art. 1. quæ non eſt cur abſint ab obſeruationibus Tychonis, tum quia multa non per ſe, ſed per ſuos miniſtros obſeruauit vt fatetur Tycho, & notat Kepplerus loc. cit. c. 11. vbi addit ſe ſæpe errores miniſtrorum emendaſſe, tum quia cum fuerit nouitatum amator, facile ex affectu nouarum inuentionum decipi potuit quod ipſe Regio Montano obijcit, tum 3. quia ſuis contra Ariſtotelem præiudicijs nimium confideret negando cometas eſſe ſublunares, tum 4. quia eius obſeruationes pugnant cum obſeruationibus Ptol. Alph. Regiom. Coper. in aſtronomicis peritiſſimorum, quos non eſt probabile circa Martis motum, & locum cometarum aberraſſe, neque enim ex tota antiquitate extat, qui hanc interſecationem aduerterit, neque eſt probababile tantam differentiam Parallaxeos, vel tantam diuerſitatem magnitudinis non fuiſſe ab aliquo notaram, & tam magnum Martis deſcenſum ſub Solem, & aſcenſum eiuſdem ſupra Iouem, & Saturnum non fuiſſe qui notaret, vnde fit, vt imprudenter vni potius Tychoni credatur, quam omnibus antiquis, quorum aliqui nec doctrina, nec diligentia ſunt Tychone inferiores, & nonnulli ſunt etiam ſuperiores, præſertim cũ motus Martis adhuc duret, & à nullius oculis, præter Tychonis ſit viſus, & obſeruatus, nam qui poſt Tychonem de eo motu ſcripſerũt, non ſuis, ſed Tychonis oculis ſe credere profitentur, quare donec apparentiæ illa diù, conſtanter, & à pluribus fuerit propria obſeruatione cõfirmata, eſt omninò reijcienda, vbi autem id confirmatum fuerit, tunc cogitandum, quid dicendum ſit. Schenier excuſat Tychonem de minutis quibuſdam vel neglectis, vel non accurate perpenſis inter obſeruandum, veritatem non euertant, nec magnitudinem viri, nam maiora præſtitit, quam cometas cælo inferre, quia errores erronum cæleſtium præſertim Martis emendauit, æquinoctia, temporumque rationes reſtituit; ſtellas firmamenti numero auxit: Venerem, Mercuriumque Soli circumpoſuit.

30 Quid dicendum probatis obſeruationibus Tychonis.

Reſp. 2. etiam ſi à recentioribus recipiãtur Tychonis obſeruationes Hypotheſes tamẽ reijciuntur, vt patet ex ijs, qui Pythagoricum, ſeu copernicum ſyſtema ſequuntur, & in ſpecie abhorrent ab hac interſecatione cæli ſolaris per motũ Martis, vt patet ex ijs, quæ ſcribit Rottomanus epiſtolæ ad Tychonem 1588 vbi inter cætera docet Tychonianum ſyſtema inducere confuſionem in ſphæras Planetarum, & idem Kepplerus in ſuo Marte, quare non eſt cur ex hac falſa Tychonis Hypoteſi recedamus à recepta philoſophorum ſententia de cælorum ſoliditate, & incorruptibilitate, imo eruditi eſt ex nouis obſeruationibus nihil contra antiquitatem pronuntiare, niſi prius euidenter oſtendatur, non poſſe alia ratione obſeruationes ſaluari, quam recadendo ab antiquitate, quod ſi poteſt via aliqua inueniri, ea vtique recipianda eſt, etiam ſi in probalitate aliquo modo claudicet, nam vt Iuriſconſulto ſine lege non creditur, ita nec mathematico ſine demonſtratione id eſt euidenti ſyllogiſmo præſertim contra Magiſtrorum, & antiquitatis doctrinam, recte enim monet Ariſtoteles 1. æth. c. 9 *eruditi eſt, eatenus exactam in vnoquoque genere, explicationem requirere, quatenus pati eius natura poteſt, nam & Mathematicum vitem ſuaſionibus approbare, & ab oratore demonſtrationem exigere ſimile vitium videtur* quare vbi omnia ſaluari poſſunt per eccentricos, & epicyclos ea via tenenda eſt. cũ fuerit ab antiquis ſeruata, ꝙ cum in his nouis apparentijs ſaluandis ſeruari videmus à peritioribus mathematicis ita dicendum.

Ariſtotelis monitum.

Conf. hæc omnia ex ijs, quæ docet Kepplerus in introductione Martis, nam aſſerit licet *Tres ſectæ aſtronomorum, ſcilicet Ptolomaicorum, Copernicanorum, & Tychonicorum non nihil inter ſe quoad motus aſtrorum diſſideant ea tñ facillima ratione ſic & emendari, & mutari poſſe, vt ipſa tres eæ capitales opiniones, quoad aſtronomicam, ſeu cæleſtes apparentias in effectu ad vnguem æquipolleãt & paria faciãt*, quare cum ſaluari omnia poſſint iuxta Ptolomęi ſyſtema, id eſt præſtandum. Modus autem eſt vt refert Tamnerus d. 3. nu. 78. *vt conſerti inter ſe Martis, & Solis orbes ſimul conuoluantur, ac ſi opus eſt ad Martis eccentricitatem tuendam, ſuus etiam illi epicyclus adiungatur, aut ſane eccentrici Solis, & Martis ita inter ſe diſponãtur, vt in hypogæo Mars terræ propinquior ſit quam Sol in Apogæo, vel 3. ex recentioribus aliquibus, id fieri poteſt ſi Sol, & Mars in quibuſdam quaſi Zonis, ſeu annulis inter ſe certo modo conſertis, ita moueantur, vt viciſſim vnus alterum traſcendere, ac rurſum ſubire poſſit*, vbi notandum, quod Ptolomæus apud Schenier. c. 16. de Marte fol. 741. *ex motibus cæleſtibus à ſe deprehenſis, atq; definitis. & ſphæras planetarum, & circulos circulis implicari & axes axibus intercurrere, poloſq; polis occurſare* expreſſe ſcripſit, quæ doctrina licet reijciatur à Merſenno, huic reſponſioni fauet, ſi recte intelligatur, & aptetur ad rem noſtram.

30 Quid de ſtipatoribus locus.

Ad 2. conſ. de ſtipatoribus Iouis R. concedi apparentiam illam, ſed ſine penetratione, vel fractione Iouialis orbis ſed ſingulos habere in illo ſingulos epicyclos, per quos diuerſis motibus mouentur circa Iouem; ex quibus patet idem dicendum eſſe de ſtipatoribus Saturni, ſi verum eſt, moueri varijs motibus, quos multi poſt diligentem obſeruationem, negant, neque mirum eſſe deber ſi noui epicycli aſſignantur dum nouæ ſtellæ, cum nouis motibus deprehenduntur,

tur, per noua instrumenta adiuuantia nostrum visum. Hinc patet Aristotelem, & philosophos nõ esse culpãdos, dum sequuti sunt dicta astronomorum, imperfectam cæli compositionem tradiderunt, sed reprehẽdendos esse astronomos, qui nec omnes stellas notarunt, nec omnes motus illarum, ex qua negligentia factum est vt nec Iouis comites, nec similia tradiderunt; solus Fauorinus apud Gell. lib. 4. noct. actic. c. 1. admonuit fieri posse vt planetæ sint plures, quam septem, & latere propter exuperantiam luminis.

Dices primo si pro saluanda soliditate cælorum tot sunt multiplicandi eccentrici, & epicycli, necessario sequitur, ob varietatem figurarum cælestis corporis stellas fixas varie refrangi ad nostrũ visum extra Zenith aspectas, at vbi est varia refractio obiecti, ibi variatur locus obiecti visi, quare stellæ inter se non viderentur inter se seruare eandẽ distãtiã vndecunque aspiciantur, at hoc est contra experientiam, ergo non sunt tot eccentrici, & epicycli: ex quo fallitur Ioannes Perer. de vsu opticæ pag. 2. dicens totum cælum esse aereæ substãtiæ, sed non refrangere lucem acceptam, quia est naturæ incorruptibilis nam refractio non sequitur corruptibilitatem, vel incorruptibilitatem medij, sed densitatem, & raritatem.

Cur nõ fiat refractio radiorũ in aspectu sydesum.

Resp. negando sequi variam refractionẽ, vt patet ex vsu conspiciliorum, seu lentium vitrearum, nam dum duæ, vel plures eiusmodi lentes quarum vna plano conuexo, altera plana concauo eiusdem alioqui materię, & curuitatis inter se inseruntur, non fit diuersa refractio, ab ea quæ fit in vitro, seu lente vndique plana, nam cum in huiusmodi, & quasi oppositis lẽtium figuris sint oppositi refractionum modi .s. vna a perpendiculari, altera ad perpendicularem fit, vt sese exequent, vt quod fit ab vna destruatur ab alia, vnde obiectũ suo in loco apparet, sed huiusmodi eccentrici, & epicycli eodẽ modo se habent inter se, & cum reliquis orbis partibus aptati ergo non fit alius modus refractionis, quam si corpus illud esset continuum.

Dices 2. quando media, per quæ fit visio sunt diuersa secundum raritatem, & densitatem fit refractio obiecti, vt patet ex obolo posito intra aqua, & viso per aerem, sed visio astrorum fit per media sic diuersa nam fit per aerem, & ignem, ac cælos, quæ habent diuersam densitatem, & raritatem. Vnde Rottmandus apud Tychonem putauit cælum esse aereæ natura, & habere similem raritatem, quod etiam asserere ausus est Ioãnes Penna Gallus, & Ioannes Iordanus nullanus.

Qñ ex medijs diuersis non fiat refractio.

Resp. 1. cum aer, & ignis sint diuersa secundum raritatem, & densitatem, etiam si orbes cælestes essent eiusdem raritatis, ac aer adhuc sequi deberet refractio contra sensata experientiam.

Resp. 2. ex Tychone apud Tamnerum disp. 6. q. 2. d. 4. nu. 43. nullam aduerti refractionem in Sole, & stellis in data aliqua sublimitate, quia diaphanorum vel nulla, vel inperceptibilis est discrepantia præsertim respectu visionis obiecti ad tantam distantiam.

Resp. 3. etiam si illa corpora haberent diaphaneitatem, eiusdem rationis, & intensionis, non inde recte sequitur substantias illorum esse eiusdem naturę, quia conuenire possunt in aliquo accidente vt v. g. in quantitate, & differre per alia, quæ omnia idem Tycho ostendit hoc exemplo, *Dabo* inquit *exemplum à rebus inferioribus, quæ manibus tractari, & visu discerni possunt si aquam pluuiam, vel niualem præsertim, aut etiam communem fontanam, tenuem persepius reiteratam eleuationem reddiderimus, idemque in vino quouis generoso fiat, donec ab omni phlegmate, & impuritate liberentur, amboque hi liquores consimili chrystallino excipiantur, vtique diaphaneitas vnius non discrepabit ab altera quantum vllis sensibus dignoscere liceat, ideoque refractionum si quæ forte ferent hinc, nulla erit differentia: attamen substantia, & natura vnius liquoris, atque corporis diuersissima ab altera inuenietur. Id enim quod è vino elicitum est igneam & sulphuream redolebit qualitatem adeo vt incensum totum flammis absorbeatur nullo post se relicto vestigio. Quod vero ex aqua constat aqueum permanebit, & tantũ abest, vt ardeat vt ignem etiam citius quã antea extinguat, illique vi contraria resistat. Sic quoque cæli, & aëris diphaneitates, si vel prorsus eadem forẽt (quod tamen nondum satis obtentum est) nihilominus diuersam substantiam, atque materiam habere nihil impedit, &c. Neque cometarum generationi, atque explicationi vllum, vt tu existimas fert subsidium, si cælum aereũ statuatur: imo hoc potius quadraret si paracelso igneum id esse concederemus, nam cometæ non eaeream, sed igneam potius quandam naturam præseferunt quod enim tu è fumositatibus terrenis, etiam in aerem altissimum, quem intra ipsas reuolutiones syderum contineri vis, sublatis, & illic illuminatis, cometarum procurationem saluari poße existimas, ex vna absurditate, & incongrua assumptione alteram stabilire incaßum laboras &c.* ita Tycho.

Vbi magna distãtia modica refractio non aduertitur ex Tychone.

Ex quibus satis constat non esse discedẽdum ab opinione tot sapientum virorum auctoritate fundata ex incertis obseruationibus astronomorum recentiorum, & inter se pugnantium, vt videre licet ex notatis à Kepplero apud Tamnerum loc cit. vbi septem errores notantur in huiusmodi obseruationibus Tychonis.

Errores Tychonis notati a Keplero referũtur à Thãnero.

33 De discursu cometarum.

Dices 3. nam constat cometas, huc illucq; per cæli spatia discurrisse, & vsque ad Veneris altitudinem, & maiorem etiam sint

eue.

tuecti, at hoc non potest consistere sine cæli liquiditati, ans probant ex cometa anni 1577. quem initio sui ortus notarūt distare à terra 210. semidiametris terræ, atq; addo fuisse supra Lunam, cum Luna à centro terræ non distet nisi 52. diametris ex copernico, vel ex Ptolomæo semidiametrorum 33. nec minorem dimissionem habuit cometa anni 1618. ex Fromondo c. 17. de cometa ita Martinus Mersennus ordinis S. Francisci de Paula com. in Gen. q. 7. art. 9.

Conf. ex cometa 1618. cuius caput auctū est circum circa æqualiter ad omnē loci differentiam, at hoc non potuit fieri in cælo duro, neque ex solo motu locali corpusculorum, seu partium densiorum de omni loco versus vni centrum concursu, quare vel concedenda fluiditas, vel concedenda corporum penetratio, vel cælorum scissio vt partes illæ densiores concurrant ad augmentum præsertim cum huius planetæ motus fuerit à polo ad polum per omnes orbes tranuersim, & hoc argumentum vrgent ex augmento, & decremento macularum Solis. Neq; dicas cometas esse sub cælo, nam preter recentiores plurimi antiqui in cælo esse putarunt, vt Hipparchus, Anaxagoras, Democritus, Hyppocrites, Apollonius, Ficinus, Plinius, Albumasar, Cardanus, & alij apud Antonium Mizaldum in Pl. Astologia c. 3. & Paradoxo 2. de reb. cæli, & Raphael Auers. t. 2. philos. q. 32. sect. 6.

*Ex dissidio inter astrologus non est recedendum à communi.* Resp. de cometarum loco disputare ex perspectiuæ regulis potius ad astrologos pertinet, quam philosophos, quare cum ipsi inter se non conueniant de huiusmodi cometarum loco, non est cur à peripatetica doctrina recedamus, extat liber Scipionis Claromontij de cometis, qui ex ijsdem principijs quibus Tycho, & Tychoniani cometas supra cælos euehunt, ipse constanter infra cælos deprimit, conueniant igitur inter se astrologi, tum Peripatericus obiectioni satisfaciat, & mirum est hos viros tam constanter magnitudinem altitudinis cometarū à nobis distantium asserere, cum terræ ipsius magnitudinē, quam pedibus calcamus nondum plene perspexerint; quare non mirum si Lunæ fornicem à terra copernicus putauit distare 52. diametris terræ, & Ptolomæus 33. semidiametris terrę, & alia alij de hac distantia doceant.

Si quis tamen huiusmodi cometas supralunares esse concedere voluerint, eodem modo de illis philosophandum, ac de nouis stellis in cælo apparentibus vt diximus eum de cælorū incorruptibilitate differui.

Sed quia de tota hac materia extat oratio Louanij habita à Patre Carolo Malapertio studiorum instauratione, ideo lectorem moneo, vt illam attente perlegat.

## Q V AE S T. VI.

### *De motu Calorum.*

### D V B I T. I.

*An Cæli stellati moueantur circa terram immotam, an vero contra.*

De hac q. D. Th. 1. p. q. 70. art. 3. & q. 110, art. 1. & 3. vbi Tamnerus disp. 6. q. 4. dubit. 3. Sax. 2. cęl. q. 13. 14. Iand. q. 6. & 16 Crem. de motu cæl. sect. 3. Philal. Angest. l. 2. de prop. form. fol 66. Clau. in c. 1. sph. fol. 223. Conimb. 2. cæl. c. 14. q. 5. maior 2. d. 14. q. 1. 1

### A R T I C. I.

*Opiniones Doctorum.*

*Opinio negans cælos moueri sed terram.* Prima opinio est dicentium cælo quiescente, & immobili, terram moueri spatio 24. horarum perficiendo circulationem ab occidente in oriens, nam sine multiplicatione tot orbium, epicyclorum saluantur omnes apparentiæ, vt quod Sol nobis appareat esse modo in oriente, modo in occidente, vel medio cęli, vel angulo noctis, vt enim caro, quæ assatur voluitur circa ignem, ita terra permota assatur à Sole quiescente, nam res, quæ indiget alia mouetur ad illam non contra, at terra Solis calore indiget non contra, ita Pythag. apud Sax. q. 13. art. 2. & q. 24. & Simpl. de Placit. Pythag. qui tamen symbolice locutos putat.

Conf. 1. quia frustra fit per plura, quod potest æque bene fieri per pauciora, quia natura vt non deficit in necessarijs, ita neq; abundat in superfluis, sed saluantur apparentiæ melius per motum terræ, quam cæli, quia terra facilius mouetur, quam cælū cum sit minoris quantitatis, quam cælum, & per solum motum ipsius tolluntur toti motus orbium. 2

Conf. 2. quia habet figuram sphæricam aptissimam ad motum præcipuè circularē potius quam ad quietem vnde Platonici ad vitandam hanc difficultatem dederunt illi figuram cubicam.

Conf. 3. quia nobiliori corpori debetur nobilior passio, at cælum est nobilius terra ergo passio debetur nobilior, cuiusmodi est quies cum sit finis motus.

Conf. 4. quia cætera elementa mouentur vt ignis, & aer ab oriente in occidens ex Aristotele 1. meteor. ergo etiam globus cōstans ex terra, & aqua debet moueri, ob similem rationem, & licet nobis terra videatur stare, & cælum moueri tamen id accidit ex illusione, sicut soluentibus nauim ex littore, videntur montes, & arbores terræ moueri, immota naui.

Hanc

Hanc opinionem ſepultam à mortuis excitauit noſtra ætate Copernicus opus de reuol. orb. cæl. vbi ait cælos eſſe immobiles, & terram moueri, ſed ponit firmamẽtum immobile, tum Solem fixum in centro vniuerſi, deniq; eſt terra in tertio cælo, quæ triplici motu mouetur, per quos conatur ſaluare omnes apparentias, ſequutus eſt illã Stunica in Iob, tribuitur etiam Heraclidi
4 Põtico apud Cremon. de motu cæl. ſect. 3.

Quot modis prædicta opinio explicetur.

Hi tamen diuiſi ſunt, nam aliqui putant terram moueri, immotis cælis. Alij vero & terram, & Planetarum orbes moueri in Zodiaco ob varias coniunctiones eorum inter ſe, & cum fixis, motum vero diurnum negant aſtris, ſed illum tribuunt terræ, contra quos difficilior eſt diſputatio, vt notat Angoſtus, quia nõ poteſt oppugnari opinio ex apparentijs aſtrorum, ſed ex ratione probabili, quia non eſt ratio cur vni orbi tribuatur, & non alteri.

Opinio negans terram non moueri ob ſuam grauitatem, ſed cælos.

Secunda opinio eſt dicentium cælos moueri terra in medio quieſcente, nam ſua grauitate talem ſitum in mundo obtinet, vt ſit in infimo loco, vt patet ex motu partium & totius, nam eadẽ eſt ratio partium, & totius. ita Ariſtoteles 2. cæl. a. t. 72. ad fi-
5 nem.

Primo, quia ſi terra mouetur, vel motu recto, & non quia cum ſit in centro ſi inde moueretur, aſcenderet, at hoc repugnat grauibus. vel circulari, & neque tum quia vel mouetur ſic violenter, & non poteſt eſſe perpetuum, vel naturaliter, & neque quia cum illi naturaliter conueniat motus rectus, vt patet ex motu partium terræ, non poteſt illi naturaliter conuenire alius motus, quia vni corpori ſimplici non niſi vnus motus ſimplex conuenire poteſt; nec apparet efficiens illius motus, ſicut apparet in motu ignis circulari.

Tum quia deberet ſequi conditionem aliorum circulariter motorum infra primã ſphæram vt ſunt Planetæ, quæ oblique, & duplici motu mouentur ne pro libito philoſophari velimus, at planetis euenit vt nõ oriantur quotidie in eodem gradu reſpectu ſigni octauæ ſphæræ, ſed quotidie ob motũ proprium variat vnum gradum, quare idẽ deberet contingere terræ vt ſtellæ fixæ non ſemper orirentur, & occiderent in eiſdem locis ſupra Horizontes cõtra experientiam ſcio coperniſtas negaturos hos duos motus in planetis, & per conſequens in terra, ſed ſine ratione vt notat Ariſtoteles.

Tum tertio quia ſi circulariter mouetur, vel verſus occaſum, & tunc ibi apparerent aſtra orientia, vel verſus ortum, & tunc, vel circa polos æquinoctialis, & Sol, & alij planetæ non orirentur à diuerſis locis Orizontis contra experientiam, vel circa polos Zodiaci, & idem accider.

Conf. quia exiſtentibus cælis immobilibus, quomodo ſaluabunt errantium ſyderũ ſigna conſequentia, & tranſitiones, omnia enim inquit Ptol. apparent non procedẽtia, ſed ſemper facientia motum contrarium terræ, neq; nubes apparerent ad ortum trãſcurrere, neque aliquod volantium, aut dictorum, omnia, præueniente ſemper terra ſua velocitate. Hæc Ptol.

Secundo alij probant ex grauitate, quæ 6 eſt terræ connaturalis ex qua non ſolum cõuenit terræ infimus locus, ſed etiam immobilitas in illo, vt infra oſtendemus.

Tertio probatur nã cũ motus circularis 7 exigat axem quæritur de motu terræ ſupra quem axem ſit; nam vel mouetur ſuper axẽ mundi, vel ſuper axem Zodiaci, non primũ tum primo, quia ſequeretur nubes Aues, & alia mota per aerem moueri in contrariam partem, ac terra mouetur quia cum non poſſent conſequi velocitatem motus terræ apparerent retrocedere potius, quã nos antecedere, neque dicas aerem eadem velocitate circunduci, & ideo addito motu aliorum præcedere nos videtur, nam patet vẽtos modo huc, modo illuc agitari, & idem de alijs.

Tum ſecundo non poſſent ædificia hęrẽtia terræ tandiù ſtare, quin corruant etiam ſi aliquo tempore ſtent ob rapacitatem terræ, neque eſt eadem ratio de aqua exiſtente intra vas circumductum velociſſime, quia impetus imprimitur aquę exiſtenti in partibus inferioribus vaſis, qui non ſtatim peruenit ad aquam exiſtẽtem in orificio, at impetus imprimitur ædificijs verſus partes cohærẽtes terræ vnde cõuelleret ædificia, atq; non poterunt conſiſtere, ſicut nec aqua permaneret in vaſe etiam velociſſime moto ſi orificium eius ad partes exteriores vergat.

Tum tertio ſagitta ſurſum vi magna directa non recideret in eundem locum ex quo fuit eiaculata vt patet ex ſagitta ſic emiſſa ab exiſtente in naui velociſſime mota, imò quo nauis velocius mouetur, eo ſagitta recidit in locum diſtantiorem à naui, neque dicas quod ſicut motus Solis nõ percipitur in paruo tempore ſenſibiliter, ſic nec terræ motus propter tarditatem, tum quia eſt diuerſa ratio, nam Solis motus ob diſtantiam non ſic percipitur, at terræ nos inſiſtimus, tum quia cum perficiat circulationem ſpatio 24. horarum non poteſt eſſe ita tardus, quin ſenſibiliter perciperetur diſtantia loci 8 emiſſionis ſagittæ, & quo recidit.

Non poteſt dici ſecundum .ſ. moueri ſuper diuerſum axem, quia ſequerentur non ſolum eadem abſurda, ſed etiam alia, vt quod altitudo poli eiuſdem ciuitatis ſemper variaretur, nam ciuitas mota ad motum terræ, non deſcriberet circulum parallelum circa polum, ſed nunc propius ad illam accederet, nunc longius dimoueretur vnde poli altitudo variaretur contra experientiã, quia ſtellæ polares ſemper apparent æqualiter eleuatæ; quod probat non moueri terram à meridie in ſeptentrionem, & contra: quod

si dicant moueri ab ortu ad occasum vel cō
tra tunc obstat experientia, qua planetæ in-
ter se, & cum stellis fixis non seruant eandē
distantiam, & coniunctionem, quod salua-
ri non potest per motum terræ, sed debent
secundum se moueri, verum hæc ratio non
militat contra ponentes tam terram, quam
orbes moueri, sed hoc vt detur irrationa-
bile est.

9 Tum quia habet omnes difficultates,
quæ oriuntur ex pluritate orbium, & mo-
tuum, & præterea habet illas; quæ oriun-
tur ex motu terræ cum satis sit motus or-
bium, tum quia ponit in vno corpore terræ
tres motus immediatè.

Tum quia Sol post 365. dies, & fere sex
horas non rediret ad principium arietis. Nā
data ciuitas propter motum terræ fieret o-
rientalior, vel occidentalior, quam anno
præcedente ergo illo anno Sol citius, vel
tardius ingredietur Arietem respectu illius
ciuitatis, quam fieret quiescēte terra, immo
nec ab ortu ad ortum rediret in 24. horis,
nam Sole moto in occidente, & terra ęquè
velociter in orientem obuiarent sibi in me-
dio viæ, vnde in 24. horis illi ciuitati bis
oriretur, & occideret Sol, & terra mota
versus occidentem oriretur Sol tardius quā
24. horis. Responderi potest hunc ortum
fieri in 24. horis, quia mouetur tam terra,
quam Sol, at si quiesceret terra tunc orire-
tur 48. horis. sed contra, quia gratis id fin-
gitur cum nullum motiuum habeamus ad
id asserendum.

## ARTICVLVS II.

### *Opinio Auctoris.*

10 Apparentiæ non saluantur siue motu orbium planetarum

Prima conclusio sine motu orbium ha-
bentium stellas non possunt saluari
omnes apparentiæ, nam præter ortum, &
occasum syderū, videmus inter se non ser-
uare eandem distantiam, ergo necessario
mouentur, quia non possent inter se muta-
re distantiam sine proprio motu, nam muta-
ri distantiam inter duo corpora est illa mo-
ueri, vel vtraq; vel saltem vnum ipsorum,
quare ex motu terræ posset quidem mutari
distantia inter terram, & sydera; non ta-
men inter ipsa sydera inter se imo Sax. q. 24.
ad 6. putat nec posse saluari diuersitatem
propinquitatis, & distantiæ Solis, & plane-
tarum à terra: ex quo patet opinionem, quæ
asserit cælos stellatos esse immobiles esse cō
tra rationem naturalem, quia est contra sen-
satam experientiam. Vnde non solum anti-
quiores, sed etiam Aristoteles, & Plato, &
omnes astrologi, ac philosophi cælos mo-
ueri existimarunt.

terra est immobilis, vt centrum cælorum mobilium,

Secunda conclusio terra, circa quam cæ-
li mouentur est immobilis, patet ex dictis
in secunda opinione confirmant alij quia
terra est centrum cælorum, vt empedocles
Anaximander, Anax. Democrit. Plato, &
alij, sed de situ terræ dicemus cū de elemē-
tis, quare Aristoteles 2. cæl. t. 18. *necesse
igitur* inquit *terram esse, hæc quidem quie-
scit in medio. nunc autem supponatur hoc,
posterius autem demonstrabitur de ipso.*

Conf. Iand. 2. cæl. q. 6. quia omnis mo-
tus ex Aristotele fit super aliquod quiescēs,
vt patet ex lib. de causis motuum anim. sed
hæc necessitas terræ quiescentis pro motu
cæli non est ex eo quo motor indigeat ali-
quo, in quo firmetur, vt possit mouere, sicut
est necessitas in motu animalis, sed ex ratio
ne termini, cui per motum cælum magis,
vel minus appropinquatur, & diuersimode
se habeat, sed alijs non placet vt Saxon.
2. cæl. q. 23. & 24. Cremon. sect. 3. de mo-
tu cæli c. 1. & 2. Clau. in c. 1. sphæræ f. 224.
vbi quærit causam immobilitatis terræ, hinc
Sax. 2. cæl q. 10. disputat de Aristotelis cō-
sequentia quomodo possit esse vera *Cælum
mouetur, ergo necesse est terram quiescere*)
quam putant 4. modis posse saluari, sed il-
lam explicabimus infra. Sed de hac con- 11
clusione plura cum de terrę elemento. videa-
tur Clau. & Ioannes Baptista Capuanus in
sphæram de Sacro Bosco, vbi id confirmat
Capuan. nam si terra moueretur circulari-
ter, tūc ea pars terræ discooperta omni die
cooperiretur aquis, vnde in vno die naturali
volueretur in aquis, nam quodlibet signum
determinatum in terra ingrederetur aquas
maris ex vna parte, & egrederetur ex alia,
atque adeo omnia, quæ sunt in terris singu-
lis diebus submergerentur aquis, Resp. po-
test aquas moueri simul cum terra æquali
velocitate, & sic etiam alia elementa, sed
contra quia perciperetur motus illorum si-
cut sentitur motus aeris diurnus super mō-
tes altissimos, montibus cum terra quiescen-
tibus.

Tertia conclusio cælum quiescere, & ter-
ram moueri circulariter repugnat scripturæ
et Patribus 1. pars patet. Eccl. 1 *generatio,* 12
*inquit, præterit, & generatio aduenit, ter-
ra autem in æternum stat, oritur Sol, & oc-
cidit, & ad locum suum reuertitur, ibique
renascens gyrat per meridiem, & flectitur
ad Aquilonem, lustrans vniuersa in circui-
tu pergit spiritus.* (Sol cunctis vitam inspi-
rat) *& in circulos suos reuertitur.* vbi ha-
bet cælos moueri, & motu circulari, & ter-
ram non moueri, & idem de motu Solis p.
5. 18. *Ipse procedens*, i. Sol *tanquam spon-
sus de thalamo suo, exultauit vt gigas,
&c.* sicut de terrę immobilitate dicitur
ps. 103 *qui fundasti terram super stabili-
tatem suam, non inclinabitur in sæculum
sæculi.*

Ex scriptura sacra colligitur Terram non moueri.

Conf. ex Historia Iosue 10. vbi vt mira-
culum narratur, quod Sol orante Iosue ste-
terit, & Luna spatio vnius diei,

Conf. 2. ex historia Ezechiæ, dum in eius
gratiam Deus reduxit vmbram per lineas,
quibus jam descēderet in horologio Achaz,
retrorsū decē gradibus vt dicitur 4 Reg. 20,

neq;

neq; ia regreſſus vmbræ fieri potuit per mo
tum terræ, tum quia ſenſu fuiſſet cognitus
tam repentinus terræ in aduerſam partem
motus, vt patet ex alijs motibus terræ, cum
nobis proximia, fit tũ quia Eccl. 48. is tribui.
tur *Soli in diebus ipſius* .ſ. Ezechiæ, *retro
rediji Sol, & addidit Regi vitam*.

Conſ. 3. ex hiſtoria eclypſis ſolaris tem-
pore paſſionis Chriſti, vt narrat Dion. ep.
7 ad Polic. vbi totus ille motus tribuitur
Lunæ, & Soli, & licet fuerit prodigioſus,
tamen inde colligi poteſt motum diurnum
aſtris conuenire, licet ſine tanta velocitate.

Ex Patribus

Secunda para patet ex patribus, qui cæ-
los ab Angelis moueri dicunt, vt infra præ-
cipue Philaſtrij, & Diodori Tarſenſis apud
Tamnerum diſp. 6. q 4 d. 3. qui oppoſitã
ſententiam hæreſis, vel erroris nota damna-
runt, vnde Tamn. 1. p. d. 5. q. 5. d. 1. & 2.
13 vbi de virtute motiua Angeli, & q. 6.

Hinc Congregatio Cardinalium deputa-
ta ad indicem librorum, ſub Paulo V. illam
opinionem damnauit his verbis, *Et quia
ad notitiã præfatæ Sanctæ Congregationis
peruenit, falſam illam doctrinam Pythago-
ricam, ſcripturæq; diuinæ omnino aduer-
ſantem, de mobilitate terræ, & immobilita-
te Solis, quam Nicolaus Copernicus de re-
uolutionibus orbium cæleſtium, & Dida-
cus Aſtunica in Iob etiam docent, iam di-
uulgari, & à multis recipi, ſicut videre eſt
ex quadam epiſtola impreſſa cuiuſdam P.
Carmelitæ, cuius titulus* Lettera del R. P.
M. Paulo Antonio Foſcarini Carmelitano
ſopra l'opinione di Pithagorici, & del co-
pernico della mobilità della terra, & ſtabi-
14 lità del Sole, & nuouo Pythagorico ſiſtema
del mondo, in Napoli per Lazaro Scoriggio
1615. *In qua dictus Pater oſtendere cona-
tur præfatam doctrinam de immobilitate
Solis in centro mundi, & mobilitate terræ
eſſe conſonam veritati, & non aduerſari S.
Scripturæ: ideo ne vlterius huiuſmodi opi-
nio in perniciem catholicæ veritatis ſerpat
cenſuit dictos Nicolaum Copernicum de re-
uolut. orb. & Didacum Aſtunica in Iob,
ſuſpendendos eſſe, donec corrigantur, librũ
vero P. Pauli Foſcarini Carmelitæ omnino
prohibendum, atque omnes alios libros pa-
riter idem docentes, prohibendos, prout
præſenti decreto omnes reſpectiue prohibet,
damnat, atq; ſuſpendit, in quorum fidem
præſens decretum manu, & ſigillo I. & R.
D. Card. S. Cæciliæ Epiſcopi Albanenſis
ſignatum, & munitum fuit 5. Martij 1616.
Romæ ex Typog. Cam. Apoſt. anno 1616.*

Ex quibus patet illã opinionẽ non poſſe
defendi: 2. quantum interſit inter obſerua-
tiones, & Hypotheſes Mathematicorum,
nam nemo hucuſque damnauit obſeruatio-
nes Copernici, ſed Hypotheſes ſunt dam-
natæ, quare fit illas obſeruationes poſſe ali-
ter defendi, vt videre licet apud recentiores
mathematicos, Conimb. Ruuium fuſe Phi-
laltæum.

ARTICVL. III.

*Soluuntur Argumenta Aduerſariorum.*

AD primum Reſp. negando poſſe ſalua- 15
ri omnes apparentias vt dixi.

Oſtēditur ex motu terræ non rectè ſaluari apparentias.

Reſp. 2. etiam ſi poſſent ſaluari adhuc
non rectè ſaluarentur tum mutando condi
tiones rerum naturales, cuiuſmodi eſt terra
immobilitas, quæ ratione ſuæ grauitatis vt
tendit ad centrum, ita quieſcit in centro, vt
patet ex natura omnium elementorum, quæ
in proprio loco ex ſe non mouentur, tum
veritate non ſolum omnium philoſophorũ
conſenſu probatam, ſed etiam à .ſ. ſcriptu-
ra aſſertã mutando, & deſtruẽdo illam, tũ
ob alia abſurda poſita in ſecunda opinione
& licet inferiora egeant influxibus cælorum
tamen ipſa non mouentur localiter ad reci-
piendos influxus, tum quia ſæpe non ſunt,
ſed generantur per influxus, at nihil poteſt
moueri localiter antequam ſit genitum, tũ
quia magis elucet diuina prouidentia dum
inferiora adminiſtrat per motus cælorum,
nam ſic ſeruatur ordo inter ſuperiora, &
inferiora corpora, tum quia hac ratione
omnia elementa diuerſimode, & melius par
ticipant influxus ſtellarum vt patet, neque
omne imperfectum, & indigens alio moue-
tur ad aliud, vt recipiat quo indiget, tum
quia, quando paſſum ſe tantum paſſiue
habet ſatis eſt illi vt recipiat perfectionem
à ſuo actiuo, cuiuſmodi eſt terra reſpectu
cæli quod cum ſit perfectius terra commu-
nicat ſuam perfectionem actiue terræ paſ-
ſiue ſe habenti, tum applicatio actiui, &
paſſiui, non oritur actiue à paſſo, ſed ab
applicante, quod aliquando paſſum mouet
ad actiuum, aliquando vero actiuum ad paſ-
ſum, & hoc modo cælum applicatur terræ
per motorem orbium, quia ſic magis expe-
dit vniuerſo.

Ad 1. conſ. Reſp. primo negando ſaluari
omnia per motum ſolius terræ.

Reſp. 2. etiam negando ſaluari per pau- 16
ciora, & faciliora, nam cælorum numerus
ponitur idem in opinione copernici, qui ab
alijs ponitur, & licet ſit facilius mouere cor
pus paruum, quam magnum cæteris parib⁹
at non ſic accidit in caſu noſtro, quia terra
ob ſui grauitatem eſt ineptior ad motum,
dum eſt in ſuo loco, quam aqua, & hæc,
quam aer, & aer, quam ignis, vnde ſuperiora
ſunt aptiora ad motum in ſuo loco circula-
rem.

Ad 2. figuram ſphæricam poſſe conueni-
re corporibus, vel ratione quietis, vel ratio-
ne motus, & quidem cælo conuenit ratione 17
motus circularis, quia non eſt cur alia ra-
tione conueniat in ordine ad motum, cum
non habeat alium; at terræ conuenit ratio-
ne quietis, nam quia partes terræ æqualiter
ratione grauitatis tendunt ad centrum, ne-
ceſſario habere debet, quantum poteſt, fi-

guram sphæricam vt omnes partes circumferentiæ illius æqualiter disteot à centro.

Corpora quomodo perficiantur ex loco nāli.

Ad 3. quies terminās motum corporis ad ad proprium locum, est perfectior motu, nam omnia corpora perfectiorem statum habent dum sunt in proprijs locis, quam dum sunt extra illum, at motus, qui non ordinatur ad quietem mobilis, sed ad communicandā suam virtutem pluribus non est ignobilior quiete, sed nobilior, quia conuenit corpori existenti in proprio loco non otiose, sed communicatiue, & actuose.

Ad 4. nullum elementum existens in proprio loco ex se moueri, sed quiescere, quod si ignis, & suprema aeris regio mouetur circulariter, id est ex motu cæli trahentis illa corpora, quare sicut ille motus non peruenit ad infimam aeris regionem, ita neque ad globum terræ, & aquæ.

Explicatur dictū Arist.

Ex his patet sensus propositionis Aristotelis 2. cæl. 18. necesse igitur terram esse, hoc.n. quiescis medio, de qua Iand. q. 6. qui ait non requiri tanquam substentaculum motoris, cui motor insistat vt moueat cum

18 motor sit immaterialis, sed requiri propter diuersitatem motus cælestis, vt sit propinquius, vel distantius propter generationem, & corruptionem animalium, & licet cælū, & motus essent prius quam terra, tamen potest requiri ad aliquod esse accidētale prioris concomitanter, & consequutiue, vt visibile ad esse accidentale hominis. Simpliciter tamen non requiritur terra ad motum cæli, vt alibi ostendi.

## D V B I T. II.

*An principium motus cælestis sit intrinsecum, an extrinsecum.*

19 De hac Albert. Mag. 2. d. 14. art. 6. vbi Bon. art. 3. q. 2. Ægid. q. 5. Scot. q. 1. Dur. q. 2. Gab. q. vnic. Bass. q. 2. Arg. q. 1. art. 1. maior q. 1 Cap. d. 9. q. 1. Arim d. 2. q. 1. art. Alb. de 4. coæuis 1. p. q. 4. art. 26. D Th. 1. p. q. 70 art. 3. & q 110. art 3. vbi Tamn. disp. 6. q. 4. d. 2. Auer. 12. met. Com. 41. Alb. tr. 2. c. 10 Suar. disp 18. sect. 7. nu. 26. Sonc. q. 36 & ibi alij peripatetici cum Aristotele, & 8. met. or. q. 92. & 2. cæli vbi Conimb. c. 5 q. 5. & seq. Rnuius c. 2. q 8. Vrtad. disp. 2. sect. 4. § 33. Philal conf. 10. Iand. de sub. orb. q 2. & 10. Achil. lib. 2. de orbib⁹ Piccol. tr. de cælorum motor. Zab. tr. de Inuent. æter. mot. Perer. 7. phys. c. 8. & in cap 2. Gen. q. 86. Sotus 2. phys. q. 11.

## A R T I C V L. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. experientia constare tum cælos moueri, & terram stare vt supra ostendimus contra antiquos, vt Heraclidem Ponticum, Nicæam Syracusium, & Aristarcum, & recentiores, tum cælos ab ortu ad occasum moueri, vt ex ortu, & occasu Solis, & aliorum astrorum quotidie videmus; videndum est à quo principio fiat hic motus.

Secundo Not. principium motus aliud passiuum, aliud actiuū, hic non quæri passiuum, quia constat esse intrinsecum passo, aliqui non posset realiter moueri, sed solū per demoniationem extrinsecam, sed quæstio est de actiuo, quod duplex esse potest. vnum intrinsecum, siue per identitatem cū subiecto motus, siue per informationem, vt dicitur de elementorum motu, & animaliū alterum extrinsecum, quod dupliciter potest ad motum concurrere primo eliciendo motū immediatè 2. mediate, siue mediante virtute motiua, quam communicat, siue auferendo impedimentum, quo detinebatur virtus motiua, siue præstando aliquid necessarium ad motum, primo modo elementa mouentur à generante, 2. mouentur ab auferente prohibens. 3. animalia mouentur ab obiecto extrinseco. Vnde alij distinguūt duplex principium, vnum incæptiuum motus, alterum elicicitum. 20

Principium motus aliud actiuū, aliud passiuum.

Tertio Not. nomine principij extrinseci intelligi illud quod est separatum à mobili non localiter, quia mouens, & motum debent esse simul vt alibi ostendi, sed informatiue, & inhæsiue actualiter quod dupliciter potest esse vnitum localiter primo à casu; secundo ex determinatione naturæ, vel auctoris naturæ. 21

## A R T I C V L. II.

*Opiniones Doctorum.*

Motū cælorum esse à proprijs formis.

PRima opinio est dicentium motus cælestes esse à proprijs formis cælorum, nec exigi aliud principium extrinsecum incæptiuum motus, cum moti fuerint à principio suæ originis, vnde non possunt dici moueri à creante per denominationem extrinsecam sicut elementa mouentur à generante quia cæli fuerunt creati in proprio loco, non sic 22
elementa, quando dicuntur moueri à generante quia tūc sunt producta extra propriū locum, vt infra, quod concedere si quis vellet similem denominationem, debet similiter concedere talem motum esse perfectiuum orbis quasi per illum tendat ad aliquam perfectionem debitam orbi in instanti suæ creationis, vt dicitur de motu elemētorum, hæc dixi pro explicatione huius opinionis, nam Auctores non aliud asserunt quam principium motus esse formam informantem orbem. primo ex natura corporis naturalis, nam hoc constat ex naturis, at natura est principium motus eius, in quo est 2. phys. conf. quia motus cælo est naturalis, ex Auer. 2. phys. initio, ergo est ab intrin-

feco, nam qui conuenit ab extrinfeco est violentus, vel præternaturalis ex 3. eth. c. 1. neque dici naturalem ratione principij possint, non autem ratione actiui, tum quia potentiæ passiuæ naturali debet respondere actiua naturalis 3. de anima c. 5. cuiusmodi non est intelligentia, quæ agit per voluntatem, tum quia si naturalitas attenderetur ratione passiui nullus motus ab extrinseco esset violentus, quia semper passiuum est intrinsecum subiecto.

Conf. 2. id quod est perfectionis in inferioribus, non est negandum superioribus, vt patet, tum ex conditione naturæ, quæ sẽper ex possibilius facit, quod melius est, tum ex perfectione debita superioribus comparatis cum inferioribus vt patet ex gradibus animarum, sed in inferioribus elemẽtis inest perfectio mouendi se ab intrinseca forma, & similiter in animalibus ergo.

Quomodo intelligitur, idem non moueri à seipso.

23 Respond. potest id verum, quando perfectio est possibilis, sed idem mouere seipsum est naturaliter impossibile. vt Aristoteles probat 7. & 8. phys. & patet ex definitione potentiæ actiuæ, & passiuæ tradita 9. met. quæ exigit inter illa distinctionem; sed contra tum quia Aristoteles propositionem illam probat inductione inferiorum, ex quibus non licet idem inferre ad superiora tũ quia in inferioribus inductio non est vera de principio eliciente motum, sed inchoante, & determinante ad motum, qua ratione elementa cum generantur extra locum proprium dicuntur moueri à generante tribuente virtutem motiuam ad locum debitũ illis in instanti generationis, vel à remouente prohibens motum cum post genita eleta detinentur extra proprium locum, & similiter animalia mouentur ab obiectis.

Conf. 3. quia si hic motus non esset à propria forma orbis, hæc esset otiosa, quia nõ haberet operationem, propter quam vnaquæque substantia est 2. cæl. 17.

24 Conf. 4. quod est primum in genere mobilium est mouens seipsum, tum quia quod est per se, est prius eo, quod est per aliud tũ quia si ab alio moueretur non esset primum ex Aristotele 8. phys. à t. 34. sed superiores orbes sunt priores in genere mobiliũ quia omnia ex illorum motu gubernantur 1. meteor. c. 1. ergo.

Conf. 5. Aristotele 2. cæl. t. 13. cæli sunt animati, at animatorum est mouere se principio intrinseco.

Conf. 6. quia si non mouentur à propria forma, mouentur ab extrinseco, hoc autem vel, est substãtja corporea, & de illa quæritur à quo moueatur, & sic consequẽter donec perueniatur ad mouẽs se ipsum, vel mouens immobile, & repugnat corpori, vel est substantia abstracta, & non potest mouere, quia mouet per cognitionem, at ab astra non cognoscunt particularia siue phantasia.

Hi tamen inter se diuisi sunt nam alij ponunt hãc formam esse animam ita antiquiores, tum Græci, tum Ægyptij auctore Platone, & defensore in Cratylo, & Epimonide, quos sequutus est Auic. 8. suæ met. c. 2. & refert. Aureol. 2. d. 14. q. 1. tribuens illi intelectum, & phantasiam, quorum alij vnam pro toto vniuerso, & singulis primarijs partibus, alij singulas pro singulis orbibus constituebant, & alij singulis etiam Syderibus, suam, ex quibus alij altricem, alij intelligentem apud Conimb. 2. cæl. c. 1. q. 1. dixerunt.

Diuersitas inter auctores huius opinionis.

Denique alij negant formam illam esse vitalem, sed proportionalem formis elementaribus, sed his perfectiorem, quæ vel immediate, vel media qualitate mouet orbes, vt grauitas elementa, ita antiqui Theologi apud Bon. 2. d. 14. art. 3. q. 2. quos sequitur Sax. 8. phys. q. vlt. vbi in fine qui, ex virtute impressa proiectis colligit, non esse necesse ponere tot intelligentias, quot sunt orbes, nam dici posset à prima causa creando orbes fuisse singulis impressam qualitatem motiuam, quæ non corrumpitur quia orbis non habet inclinationem ad motum oppositum idem Maior 2. cæli, & alij apud apud Bass. 2. d. 14. q. 2. 25

Moueri ab intelligentijs assistentibus.

Secũda opinio est dicẽtiũ moueri ab intelligẽtijs orbibus assistentibus, & nullo modo à cæli forma actiue, ex ordinatione primæ causę ad mundi conseruationẽ est cõmunis omnium Theologorum, & Philosophorum ex schola peripatetica ex Aristotele 8. phys. ex 52. & seq. & 12. met. t. 43. quam suse tuetur D. Th. 1. p. q. 70. art. 3. & q. 6. de pot. art. 3. & opus. 11 c. 2. 2. contr. Gent. c. 92 vbi Ferr. Scholastici 2. d. 14. vbi Bonau. art. 3. q. 2. Scotus q. 1. Dur. q. 2. Arg. q. 1. & 2. Arim. 2. d. 1. q. 1. Cap. d. 9. q. 1. art. 3. Sonc. 12. met. q. 36. & ante hos Alb. de 4. cœquis 1. p. q. 4. art. 26. sequuntur recentiores Conimb. Ruu. & alij Aueroistæ ex Auer. d. 14. contra Algaz. & de sub. orb. vbi Iand. q. 2. 13. & 14. & 2. cæl. 92. fundamentum quia omnia, quæ mouenrur, vel mouentur ab intrinseca forma, vel ab extrinseco, vt patet ex contradictione illorum membrorũ, sed cæli non mouentur à propria forma, ergo ab extrinseco, quale principium est intelligentia. minor probatur à D. Th. 3. contr. Gent. c. 23. nam motus, qui est à forma ordinatur ad locum proprium illius formæ vt inductione patet, vel ad conseruationem, & perfectionem illius mobilis, at motus circularis non est huiusmodi, quia per motum hunc variantur vbi in eodem spatio, at nihil perfectionis accedit formæ, quod sit potius in hoc, quam illo vbi, vt Sol non inclinatur vt potius sit in hoc, quam altero hemispherio, neque inde accedit aliquid perfectionis orbibus. 26

Sed hæc ratio non habet vim apud eos, qui dicunt orbes habere inclinationem ad hunc motum, quia illa inclinatio debet esse à principio intrinseco, ideo

27 Secundo alij probant ex eo, quod orbes mouentur in proprio loco, at hic motus non potest ab intrinseco rebus conuenire inanimatis, quales sunt orbes secundum compositionem essentialem, vt inductione patet ergo debet conuenire ab extrinseco principio, ex quo orbis dicitur animari per assistentiam, & cælum dicitur animatum ab Aristotele, metaphorice hinc D. Th. q. 6. de pot. art. 3. fidei, inquit, sententia est, quod substantiæ separatæ moueant cælos & D. Bonau. loc. cit. id ait esse rationi, & fidei imprimis consentaneum.

Qualis sit hæc assistentia. Hi tamen inter se diuisi sunt, nam alij ponunt hanc vnionē orbis cum principio esse determinatum ex natura extremorum, vt Aueroistæ.

Alij esse determinatum ex voluntate primæ causæ vt Theologi.

28 Tertia Opinio est dicentium hunc motū partim esse à propria forma, partim ab intelligentia assistente, hi tamen inter se diuisi sunt nam alij volunt motum ab oriente ad occidens, qui est omnibus cōmunis, esse ab intelligentia, at motum ab occidente ad oriens: qui est proprius orbium esse à proprijs formis, quia ab vno principio non potest esse nisi vnus motus quare cum ibi sint duo motus, debent similiter poni duo principia, ita Trallianus apud Conimb.

Principium esse tum formam, tum intelligētias & quantavarietas in ea opinione

Alij vero ponunt illa principia esse necessaria ad integrandam vnam virtutem elicitiuam motus, nam putant formas singulorū esse insufficientia, ad motū, & ideo indigēt compleri per virtutem intelligentiarum, tribuitur Caiet. 1. p. q. 66. art. 2.

29 Alij vero intelligentiam esse necessariam non ad eliciendum motum, sed ad moderandum motum quoad velocitatem, & tarditatē iuxta exigētiā vniuersi ita Vallesius 2. phys. c. 1. & 4. & 8. q. 10. nam cum ibi non sit resistentia, non potest habere talem determinationem à principijs intrinsecis, quia cum fint nalia agunt secundum extremum suæ potentiæ, ergo determinationem recipiunt à voluntate principij extrinseci sed fallitur, quia determinatio potest oriri ex finitudine virtutis, quæ necessario habet determinatum effectum.

Alij denique ponunt quidem duo principia, sed concursum in diuerso genere, nam forma intrinseca concurrit effectiue, extrinsecum vero concurrit in genere causæ finalis, quia anima mouens intendit assimilari primæ causæ, & alijs intelligentijs, idque

30 probat ex 12. met. vbi inuestigans numerum intelligentiarum ait tot esse intelligentias, quot sunt orbes, at si ex motu effectiuo colligeret numerum tunc sequeretur esse plures, quam orbes quia præter eos, qui orbibus singulis assistunt, esset alia, quæ est mouerent omnes finaliter. quod si dicunt primum motorem includi in illo numero, sequitur inde alias intelligentias non mouere effectiue, sed finaliter vt mouet primus motor, alioqui cum moueant in diuerso genere, non possent constituere vnum numerū mouentium, Conf. ex 12 met. t. 37. & 38. vbi cum ostendisset primum mouere vt finem amatum, subdit t. 42. *vtrum autem vna sit ponenda talis substantia, an plures, & quot, non oportet nos latere*, &c. ergo substantiæ quorum numerum inuestigant, mouent finaliter, non effectiue.

Conf. 2. quia si intelligentiæ mouerent effectiue non pertineret ad metaphysicam, quia essent formæ naturales vnitæ corporibus atque adeo mobiles, & nō immobiles, quæ pertinent ad physicam ita Auerr. tribuunt 12. met. t. 44. qui r 4. ponit motorē finitum esse animam, infinitum vero esse substantiam abstractam, vbi etiam ostendit quomodo primus motor moueat alia, & vnde oriatur motus perpetuitas, explicat aūt Auer. ibi qualis sit illa motio finalis, *de primo principio* ait *sentiendum, quod de Principe ciuitatis*, nam vt primus debet habere actionem nobilissimam in ciuitate, nam alias esset otiosus in ciuitate, cæteri vero inferiores habent etiam actiones sibi proprias, sed in ordine ad illud nobilissimum principiū, quare vt primum se habet in ratione mouendi motu diurno, ita alij motores respectu suorum, sed primus mouet vt finis, ergo. 31

Quarta opinio est dicentium nihil posse certo definiri, nam vtriusque partis rationes possunt solui, quia cum neutrum implicet quid sit de facto nō satis potest constare ita Bass. 2. d. 14 q. 2. vnde Alb. d. 14. art. 6. ait nihil securius dici posse, quam cælos solo Dei voluntate moueri hanc etiam docuit Alpetragius de scientia secretorum Astronomiæ, & Ptol. & alij apud Conimb. lo. cit. & tribuitur Arim. 2. d. 8. q. 3. & Gab. 14. q. vnic. 32

## ARTICVL. IV.

### *Opinio Auctoris*.

Prima conclusio non potest ostendi euidenter cælos non posse moueri à propria forma, quia omnes rationes, quæ afferuntur ad probandum huiusmodi formā non mouere, soluuntur, nam nō implicat, quod aliquid non possit moueri à seipso, vt patet ex motu elementorum, quæ mouent seipsa, neque in omnibus, quæ seipsa mouent debent distingui pars primo mouens à parte mota, vt dicitur de motu animalium, quia in elementis non est talis distinctio partiū, quod si dicant sufficere distinctionem formæ à materia, quod illa moueat, hæc moueatur, eadem reperitur in orbibus, qui sūt compositi ex materia, & forma, neque dicāt esse diuersam rationem motus recti à circulari, tum quia hic est compositus ex duobus motibus. s. ascensu, & descensu, tum quia motus circularis est reflexiuus in seipsum, operatio autem reflexiua non est nisi ab anima.

cælos non posse moueri a propria forma, non potest ostendi euidēter.

ma. Non inquam id dicant, nam ſi motus
circularis haberet illam compoſitionem nõ
eſſet motus ſimplex, at 1. cæl. t. 5. motus
cæli eſt omnium ſimpliciſſimus, & ſicut mo
tus circularis continet eminẽter omnes mo-
tus rectos, ita poteſt dari forma ſimplex cõ-
tinens eminenter omnes alias formas moti-
uas, quare, & conuenit corpori ſimplici, &
eſſe poteſt à principio ſimplici, ſicut mutus
rectus, Neque reflexio motus circularis
33 exigit principium ſpirituale, quale exigit
intellectio, tum quia non habet eandem ra-
tionem reflexionis, nam vna eſt cognitionis
altera eſt repetionis, quæ conuenit rebus
materialibus nec dicitur proprie reflexio,
quæ conſiſtit in actu eiuſdem potentiæ ſu-
pra aliũ actũ, tanquam obiectũ, at in motu
circulari vna pars motus circularis non ſic
fertur circa aliam partem, ſed ingreditur
in partẽ ſpatij prius occupatã ab alia par-
te, & ſic vna ſuccedit alteri in eandem par-
tem ſpatij, vnde virtus materialis poteſt mo
uere circulariter vt patet in mouente ſphæ-
ram per virtutem illi impreſſam, quæ quan-
diu durat mouet ſphæram circulariter, tũ
quia videmus quandam ſpetiem reflexionis
conuenire etiam rebus materialibus, vt pa-
tet ex reflexione luminis, & caloris, nam
illud obiectu corporis terſi reflectitur, &
calor per antiperiſtaſim.

Refalluntur rationes oppoſitæ.

34 Neque 3. obſtat æternitas motus, nam
hic eſſe poteſt à virtute finita donec durat
nam finitas intenſionis, & perfectionis eſſe
poteſt cum infinitate durationis, quia cum
ſint infinitates diuerſæ rationis non habent
inter repugnantiam, vnde ex Ariſtotele vir-
tus Solis illuminatiua, & calefactiua eſt fi-
finita, & tamen per æternitatem habet ſuam
actionem.

Motus æternitas eſſe poteſt à finita virtute, & quomodo.

Neque 4. implicantia ſumi poteſt ex eo
quod omne mouens ſeipſum exigat partem
imobilem, cui innitatur, vt patet ex motu
animalium nam manus nititur bracchio,
hoc humero, & totum corpus dum moue-
tur innititur terræ, at nihil horum eſſe in
cælo patet, quia mota vna parte totum mo-
uetur, nec ipſum terræ innitur vt ſupra o-
ſtendimus, non enim hoc obſtat nam diuer-
ſa eſt ratio, tum quia motus animalium non
fit ab anima immediate in toto, ſed per de-
terminatam partem organicam, quæ impri-
mit per neruos, & muſculos motũ cæteris
partibus, & ideo ad imprimendum impetũ
corpus exigit aliud immobile, at hic cæli
motus non fit per impreſſionem virtutis mo
tiuæ in determinata parte, ſed per immedia-
tam elicitionem motus in toto corporeà
virtute motiua diffuſa per totum corpus, vt
patet ex motu grauium, & leuium, qui non
exigit aliud immubile nec virtus impreſſa
dum mouẽt proiectum, tum quia immobile
corpus cui initatur mouens, non exigitur ni
ſi in mouentibus aliud contra huius inclina
tionem, vt anima mouet corpus graue mo-
tu progreſſiuo, at motus ille cælo eſſent na-
turalis, quæ ratio confirmatur experientia
nam quo res mota quo magis contra incli-
nationem mouetur, eo mouens magis in-
diget extrinſeco immobili, vnde quæ ha-
bent corpora leuiſſima mouentur, & ta-
men vix apparet cui initantur, ex quibus
patet in animalibus requiri partem imobi-
lem potius ad imprimendum impetum, quã
ad eliciendum motum, vt patet ex ſaltante,
in quo virtus impreſſa mouet corpus ſine
aliquo, cui inttatur.

Tum denique quia non deeſt in motu 35
cæli aliud, cui initatur, nam Deus, vt dixit
Ariſtoteles de motu anima, eſſe illud extrin-
ſecum ratione cuius cælum mouetur vt .n.
animalia mouentur à propriam forma cum
innitentia in terra immobili ita cælum mo-
ueri poteſt à forma formæ innixa, Deo cõ-
ſeruante, nec mirum ſi eſt diuerſa ratio im-
mobilis, quia eſt diuerſa ratio motus, & in-
nitentiæ, ex quibus omnibus patet ex ratio-
ne innitentiæ non implicare huiuſmodi mo
tum, ſiue quia non exigitur, ſiue quia ſi exi-
gitur ibi adeſt, ſiue q̃a nõ eſt talis neceſſitas,
quæ non poſſit à Deo ſuppleri concurſum
rei extrinſecum dando formæ, vt ſicut ex ſe
proſequitur motum, ita illum incipiat.

Neque 5. implicat ex exiſtentia cælorum 36
in proprio loco, in quo omnia naturaliter
quieſcunt, non mouentur, tum quia ſicut
non implicat moueri ab alio in proprio lo-
co, ita neque moueri à ſeipſo, quia non
implicat ex parte motus, cum ad hunc ſa-
tis ſit variatio partiũ mobilis reſpectu ſpa-
tij, neque ex parte virtutis, nam vt virtus
moueat non exigit niſi vt habeat maior inæ-
qualitatis proportionem reſpectu mobilis,
hæc autem poteſt eſſe tam ſi mobile exiſtat
in loco proprio, quam extra illum, tum
quia virtus impreſſa ſphæræ mouet illum
circulariter in proprio loco, ergo idem po-
teſt conuenire virtuti naturali, quia hoc nõ
repugnat illi vt virtus eſt, vt patet ex virtu-
te impreſſa, neq; vt connaturalis eſt, vt patet
ex virtute animalibus connaturali, q̃ mouet
in proprio loco animal; quod ſi in inferio-
ribus nullum videamus moueri in proprio
loco naturaliter niſi animal, non idcirco di-
cendum eſt implicare alijs ſic moueri.

Exiſtẽtia in proprio loco non impedit motũ a propria forma.

Dices implicat aliquid ſimul eſſe acto, &
potentia, ex 8. phyſ. t. 40. & ſeq. nam vt
eſt actu habet formam, vt eſt in potentia nõ
habet illam, ſed ſi aliquod eſſet mobile à
ſeipſo, eſſet actu, & potentia quia vt mouẽs
eſt actu, vt mobile eſt in præſentia, vt ſuſe
proſequitur Herv. tr. de verb. q. 2. art. 1.

Quomodo aliquid poſſit ſimul eſſe actu, & potentia, & quomodo ſunt.

Reſp. primo de ea propoſitione alibi ſu-
ſe dictum eſt, nam non poteſt negari mo-
uens & motum eſſe idem ſuppoſito vt patet
ex animalibus, ſed aliqui negant eſſe idem
ſubiecto, eo quod pars mouens ſit ſemper
diſtincta à parte mobili, ſaltem ex parte
principij.

Reſp. 2. propoſitionem non intelligi re-
ſpectu diuerſarum formarum, ſed eiuſdem

vt

vt recte probat argumentum, at negatur
hoc contingere in mouente seipsum, quia
est actu per virtutem motiuam, ad quam
non est inpotentia, & est in potentia ad mo-
tum, & formam terminatiuam motus quæ
sunt distinctæ à virtute motiua, vt patet ex
proprijs rationibus, quod ex animali seipsũ
augente probatur, nam est in actu vt habens
virtutem augmentatiuam, & est in poten-
tia ad quantum illi additum ex vi auctionis
37 & cælo calefaciente inferiora, quod debet
esse in actu quoad virtutem calefactiuam, &
non per calorem, qui terminat calefactio-
nem, ergo similiter mouens localiter debet
esse in actu per virtutem motiuam localiter
& in potentia ad locum terminantem mo-
tum, & hinc fit mouens, & mobile esse
quidem in actu, & potentia non respectu
eiusdem, sed diuersorum.

Imo etiam in productionibus vniuocis
potest contingere, idem respectu diuersa-
rum formarum numero, nam posset idem
38 mouere seipsum ab vna numero forma ad
aliam eiusdem speciei, sed numerice distin-
ctam, quod accidit in motu locali in quo
licet virtus motiua semper sit diuersæ ratio-
nis à termino motus, tamen motus hic sem-
per fere est ab vno loco, secundum quem
mobile est in actu ad alium, secundum quẽ
est in potentia.

At instant mouens seipsum est in actu, &
potentia respectu eiusdem numero motus
quia vt causa efficiens est in actu respectu ef
fectus, alioqui non posset producere illum
& vt recipiens est in potentia. Resp. Scoti-
stæ concedendo esse in actu, & potentia re-
spectu eiusdem, sed secundum diuersam
rationem actus, & potentia, nam causa est
in actu virtuali respectu effectus, & vt su-
biectum recipiens est in potentia formali, at
esse sic actu & potentia nõ repugnat, vt pa-
tet ex actibus immanentibus, & similibus.

Moueri a seipso non repugnat ex ijs quę sequuntur.

Dices secundo, quod licet non sit repu-
39 gnantia ex ratione monentis, & mobilis, vt
idem seipsum moueat, tamen est repugnan-
tia ex conditionibus consequentibus talẽ
modum mouendi; nam cælum est incorrup-
tibile, at ex tali modo mouendi sequitur
cæli incorruptibilitas, quia ex 8. phys. 72.
quidquid in mouendo mouetur est corrup-
tibile, nam nullum per accidens potest du-
rare æterno tempore 8. phys. t. 36. quia est

Explicatur Aristotiles.

contra, vel præter naturam. Resp. negan-
do propositionem illam Arist. nam nunquã
illam probauit, quia licet compositum ex
forma, & materia exigentibus corruptionẽ
compositi ob potentiam materiæ ad plures
formas, vt inductione patet omnium in-
feriorum, etiam hominis, in quo forma,
quæ est anima rationalis, est spiritualis, &
incorruptibilis, totum corrumpatur tamen
idem per accidens quia si detur compositũ
ex partibus non exigentibus corruptionem
ob vnionem indissolubilem partium, nõ est
vnde oriri debeat corruptibilitas ex eo, ꝙ
moueat seipsum, neq; enim mouens seipsũ
exigit ætherogeneitatem, partium compo-
sitarum, vt patet ex elementorum motu,
quare si lapis distaret à centro in infinitum,
moueret seipsum æterno tempore, si nullũ
daretur extrinsecus corrumpens. Neq; re-
pugnat ei, quod est per accidens esse diu-
turnum, nam aliud est per accidens distin-
ctum à per se, aliud distinctum à necessario, 40
nam licet, quod est distinctum à necessario
non possit æterno tempore durare, tamen
quod est distinctum à per se potest, vt patet
ex motu ignis circulari, qui per accidens
illi conuenit, & tamen perpetuo, ex opinio-
ne Arist. & idem ex eclypsi, quæ est per ac-
cidens, & tamen tandiu erit, quandiu ex
Arist. durabit motus cælorum, at quod in
cælo mouens, & mobile simul vniantur, est
quidem per accidens, vt distinguitur cõtra
per se, quia mouens per se nõ exigebat mo-
bile identificatũ, tamen nõ est per accidens
distinctum à necessario, sed potius est ma-
xime necessarium; nam nullum compositũ
potest moueri, quin quælibet pars mouea-
tur per accidens; neque corruptibilitas se-
quitur ex eo, quod idem patitur, & agit, vt
8. phys. 38. & 39. nam hæc passio non est
corruptiua, vt patet ex anima rationali, quæ
intelligendo agit, & patitur. At instat Auer.
8. phys. t. 52. mundus non potest moueri
ab eo, quod est per accidens, sed totus mun-
dus pendet à motu cæli; ergo non potest
motus cæli esse per accidens; Sed contra-
tum quia necessario mundus de facto pẽdet
ab aliquo per accidens; nam pendet à motu
cæli, & per consequens à motu formæ cæli,
quæ per accidens mouetur ad motũ totius,
siue ille motus sit à seipso, siue ab extrinse-
co motore, tum quia dici posset non pen-
dere à motu cæli, vt est per accidens, sed
vt est per se totius compositi, sicut licet cæ-
lo conueniat per accidens eclypsis ratione
motus, tamen non pendet ab eclypsi, quæ
est per accidens. Neque probari potest cor-
ruptibilitas ex defatigatione, quæ est con-
iuncta cum mouente seipsum. Nam nega-
tur defatigatio, vt patet ex elementis, quæ
non modo non defatigantur, sed potius ro-
borantur; vnde mouentur velocius in fine, &
quiescunt in centro, non quia sunt defati-
gata, sed quia peruenerunt ad terminum, in
animali autem est defatigatio, non ratione
animę, sed corporis; nam organa motus ob
spirituũ resolutionem fiunt inepta ad mo-
tum, ꝙ si illius organa essent incorrupti- 41
bilia nulla in illis esset defatigatio; vnde
Arist. loquens de operationibus, quæ fiunt
per corpus dixit, si senex acciperet oculum
iuuenis, & videret, vt iuuenis, & operatio-
nes, quæ minus pendent à corpore, melius
fiunt in senio, quam in iuuentute.

Dices tertio, cum Arist. 8. physic. 78. 79.
virtus mouens æterno tempore debet esse
infinita, at hæc non potest esse in corpore, 42
quia deberet esse infinita, quæ repugnat, &
quia

quia moueretur in inſtāti, q̃ repugnat motui.

Virtus mouens æterno tempore debet eſſe infinita duratione, non tamen extenſiue.

Sed contra, quia Ariſt. æquiuocatur infinitate, nam virtus mouens æterno tempore debet eſſe quidem infinita duratione, non tamen extenſiue. ſed tanta quantum eſt corpus, in quo eſt, neq; intenſiue, ſed tantæ intenſionis, quātam exigit velocitas motus, vnde virtus infinita duratiue non exigit infinitatem nec extenſiue, nec intenſiue, nam ſi ſit finita extenſiue, & intenſiue, & duret ſemper poteſt mouere dum durat, quod ſi eſt incorruptibilis mouet æterno tempore, vt patet ex virtute illuminatiua ſolis.

At inſtant inde ſequeretur poſſe deueniri ad effectum, qui nullam habeat cauſam. ſ. ad motum, qui à nulla virtute ſit. Nam ſi virtus mouens æterno tempore eſſet finita, poſſet per ablationem partium finiri, & tamen non finiretur motus æternus per proportionalem partium ablationē, quia ſicut tota virtus mouet totum mobile, ita pars virtutis mouebit partem mobilis in minori tempore, quam tota virtus totum mobile. ergo pars mouebit partem tempore finito, vnde auferendo partem mobilis, vtrumque tandem conſumetur, quia omne finitum per ablationem finiti tandem finitur, & tamen tempus infinitū non conſumetur; ergo dicēdū eſt motiuū infinito tēpore. eſſe infinitū.

Oſtenditur falſitas diſcurſus.

Reſp. in hoc diſcurſu multa aſſumi falſa. Primo, quod diuerſo tempore totum mouebit totum, ac pars partem; nā ex 6. phyſ. 36. qualis eſt proportio totius ad totum, talis eſt partis ad partē, atq; adeo motus erit eodem tempore ab vtroq; motore; quod ſi varietur proportio, vt maior ſit in parte virtutis reſpectu partis mobilis, quā ſit totius ad totum mouebit quidem minori tempore quoad velocitatem, ſicut ſi proportio eſſet minoris inæqualitatis mouebit tardius,
43 tamen hinc non fit virtutem motiuam, & mobile minus durare, ſed quoad durationē erit eadem ſemper proportio partis ad partem, ac totius ad totum, quare ſi tota poteſt mouere totum, infinito tempore, pars mouebit partem, etiam tempore infinito, motu tamen tardiori, vel velociori.

Non ſequitur motus inſtātaneus ex virtute in magnitudine infinita.

Secundo, non ſatis probatur ex virtute in magnitudine infinita ſequi motum inſtantaneum, tum quia non eſt ratio cur virtus in magnitudine potius quam extra illam moueat in inſtanti; nam vtraq; poteſt eſſe neceſſaria, & vtraq; libera, vt animæ rationalis virtus motiua eſt in magnitudine, & tamen ſubditur voluntati, tum quia cum motus non poſſit eſſe in inſtanti, virtus illa ſiue finita, ſiue infinita mouebit in tempore, determinatio autem temporis in quo fiet ille motus, eſſe poterit vel ex natura mouentis, & mobilis, vel ex determinatione primæ cauſæ, iuxta exigentiam inferiorum, ad quorum generationem, & conſeruationem or-
44 dinatur cælorum motus.

Tertio, Errat æquiuocando ab infinitate duratiua ad intenſiuam, nam velocitas motus variatur ex variatione virtutis intenſiuę, non duratiuæ.

Secunda Concl. de facto cælum non mouerit à propria forma, eſt magis conforme ſcripturæ, quia hęc videtur ſupponere cælū
nō moueri ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco, 45
vt Iob 9. *ſub quo curuantur, qui portant orbem*, ideſt Angeli, qui Deo ſubduntur. Iob. 26. *columnę cæli contremiſcunt, & pauent ad nutus eius* ſimiliter Luc. 21. *virtutes cælorum mouebuntur* quia .ſ. poſt Diem Iudicij non mouebunt ſydera lege conſueta.

Cælos non moueri à ꝓpria forma eſt conforme Scripturę

Confir. quia eſt Patrum Axioma, Mundū gubernari per cauſas ſecundas à Deo, & inferiora per ſuperiora, illaq; in ſuos fines dirigere, vt Dion. c. 5. cæleſti Hier. & c. 8. de diuin. nom. fuſe Auguſt. 3. de Trin. c. 4. Greg 4. Dial. c. 4. & à Theologis probatur fuſe cum de miniſterio Angelorum; Neq; obſtat quod Iob. 34 videatur Deus ſibi mundi gubernationem reſeruaſſe dum ait. *Quem conſtituit alium ſupra terrā, aut quē poſuit ſuper orbē quem fabricatus eſt*, quia ibi loquitur de gubernatione vniuerſali totius orbis, quę pertinet ad omnes naturas creatas, non autē de gubernatione creaturarum in vno genere v. g. corporeo quia hoc pręſtat p alias cauſas ſibi ſubiectas, ſub quo genere eſt motus cęlorum vnde D. Th. 1. p. q. 22. art. 3. & q. 103. art. 6. docet ex ſententiæ Patrum Deum Immediate prouidere verbus omnibus, ſed non per ſe imme-
diate gubernare omnia. quia .ſ. gubernatio 46
addit exequutionē ꝓuidentiæ, q̄ exequutio ſit per cauſas ſecūdas ex diuina ordinatione nā directionē internā cauſarū ſibi reſeruauit & alijs exequutionē cōmiſit, & in hoc ſenſu loquitur Greg. l. c. & Boet. 4. de conſo. proſ. 4.

Confir. ſecundo, quia cæli poſt diem Iudicij ceſſabunt à motu, quod ſi moueretur à propria forma illa quies eſſet illis violenta cū eſſet cōtra inclinationē actiuā cælorum.

3. Concl. cælos nō moueri à propria for- 47
ma eſt magis conforme principijs naturalib⁹ primo probat Auer. ex conditione ſubiecti mobilis, que eſt vt ſit ens actu, quod .ſ. eſt conſtitutum per formam, at ſi res moueretur à propria forma, ſicut actiuum eſt forma, ita paſſiuū eſſet materia prima, que diſtinguitur à forma, ſed non placet quia poſſet dici ſubiectū per ſe illius motus eſſe totum compoſitum, cuius vna pars .ſ. formalis eſſet efficiens, quod dicitur eſſe extra ſubiectum motus quatenus diſtinguitur à ſubiecto, & compoſito; quod videtur ſufficere ad ſaluandum illud principium quid quid mouetur ab alio moueri.

Eſt ēt cōformio principijs naturalibus.

Tum Ariſt.

Secundo probatur ex principio Ariſt. 8. phyſ. t. 52. quidquid in mouendo mouetur non poſſe æterno tempore moueri, quia eſt corruptibile, tale autem eſſet cælum ſi à ꝓpria forma moueretur & licet illud principium in prima concluſione negauerimus ſpectando modum, quo res conſtitui poſſunt tamen ſpectatis principijs, quę videmus

dę

de facto reperi in naturalibus, negari non
potest, nam tam inanimata, quam animata;
quę seipsa mouent nō mouent se ęterno tē-
pore, nec dur. re æterno tempore, non qui-
dem solum ex eo, quod motus fiat cum re-
sistentia vt patet in animalibus, sed etiam
ex ratione, qua seipsum aliquid mouet, vt
patet ex cognitione horum inferiorum, etiā
quę naturaliter, & sine resistentia mouentur,
ex quibus deuenire debemus ad cognitio-
nem superiorum, alioqui gratis, & sine prin-
cipijs cognitis, & existentibus philosopha-
remur, sed ex ijs, quæ nos fingimus esse pos-
se, quare dicendum est hanc imperfectionē
non oriri ex conditione naturæ animalis,
sed communi omnibus, quæ a seipsis mouē-
48 tur, eo, quod talis motus est in potentia ꝙ
motum, qui est à seipso; Hinc Arist. negaret
elementa moueri posse se æterno tempore
ad centrum distans in infinitum, quia natu-
ra elementorum nunc est determinata ad
tantum motum.

Dices motores orbium inferiorum sub
primo mobili, mouent æterno tempore, &
tamen mouentur per accidens, quatenus ha-
bent conexionem cum orbibus, quę rapiun-
tur à primo mobili.

Resp. dupliciter aliquid dici moueri ꝑ ac-
cidens, primo in se recipiēdo motum, quem
in alio efficiunt, & sic intelligitur princi-
pium Arist. vt patet ex animalis motu, atnō
sic mouentur motores cælorum, 2. quia est
adiunctum illi, quod ab alio per accidens
mouetur, & de hoc non intelligitur princi-
pium Arist. & sic motores dicuntur moueri
per accidens, quia assistunt orbibus raptis à
primo mobili per accidens.

Moueri in ꝓprio loco a propria forma est animatorum.

Tertio probatur ex alio principio, quod
quæ mouentur ab intrinseco in proprio lo-
co sunt animata, sed cælum non est anima-
tum præcisa intelligentia assistente, ergo nō
49 mouetur in proprio loco ab intrinseco, sed
cæli nunc sunt in proprijs locis quia natu-
ra disposuit superiora corpora iuxta
exigentiam singulorum maiore quadam ra-
tione, quam corpora inferiora ergo non
potest illis conuenire motus circularis ab
intrinseco, quia ille conuenit illis dum
sunt in proprio loco. Maiorem probant
tum inductione ex omnibus inferiori-
bus tum simplicibus, tum mixtis inanima-
tis, quæ in proprio loco quiescunt, & inde
non recedunt, nisi violenter, contra vero a-
nimata ex se mouentur diuerso genere mo-
tus progressiui, respirationis, dilatationis, &c.
Tum quia motus, qui ab intrinseco cō-
uenit vel est ad fugā cōtrarij, vel ad quęren-
dum conferans, at motus in proprio loco ex
nulla harum rationum potest conuenire, nā
vel mouentur deferendo contrarium, & ex
illo motu potius inciderent in contrarium
quam fugerēt, & potius fugerent conseruās,
quā illud quererent, nam proprius locus il-
la conseruat, vel mouentur non deserendo
locū propriū, & frustra esset ille motus, nō
enim inanimata indigent motu ad quæren-
dum alimenta vel sectanda iucunda vel fu-
gienda molesta, vt animalia, quia nec cibo
indigent, nec iucunda vel molesta agnoscūt
vnde patet ex approximatione contrariorū,
non moueri, sed mutua actione inter se age-
re, quod etiam inanimatis vegetantibus solo
affixis experimur. Neq; obstat motus palea-
rum ad succinum, vel ferri ad magnetem
quia ibi potius est motus ab extrinseco ex
impressione qualitatis, quam ab intrinseco,
& ex propria forma; Neq; obstat motus ex
halationū ex cōtrario circum obsistēte, quia 50
ibi nec exhalationes sunt in loco proprio,
nec fugiunt cōtraria ab intrinseco, sed ex vi
cōdensationis aeris, & nubis facta ex vi fri-
goris, inde fit, vt exhalationes ēt conden-
sentur, et tandem erumpant vt suo loco.

Inanimata nō mouetur ab intrinseco nisi ob ꝓprium commodum.

Confir. quia res inanimatæ non mouen-
tur ab intrinseco nisi ob ipsarum vtilitatem
at motus circularis cælo nullam affert vtili-
tatem, quia non est vtilis ad intrinsecam eo-
rum perfectionem, quia quies in loco pro-
prio est melior est ipsis, quia est perfectior
nam est secundum se actus quidam, & finis
motus cum motus sit via & partim in actu,
partim in potentia. Neq; est vtilis ad ex-
trinsecam perfectionem quam habent ex
vi actionis, nam motus potius impedit, 51
quam iuuet actionem vt patet tum ex mo-
tu manus per ignem, & ambulatione per
solem, quæ minus calefiunt quam si sta-
rent, tum quia ex vicissitudine, quam
affert motus Sol sepe obscuratur à nubi-
bus, vnde impeditur ꝓductio caloris; vn-
de videmus in locis, in quibus diutius sol est
supra Horizontem esse longe maiorem ca-
lorem, quam sub æquinoctiali vbi maxime
reperitur temperies, quia licet sol sit in ver-
tice, tamen quia sol tantundem moratur in-
fra Horizontem, ac supra temperatur calor,
at in sphæra obliqua, qa sub Tropicis sol est
in vertice vel prope, & diutius moratur su-
pra Horizontem, calor est magnus, & in Re-
gionibus septemtrionalibus licet sol sit ma-
xime remotus à vertice, tamen quia æstate
dum sol mouetur supra Horizonte, non re-
gnat frigus, sed calor, Neque dicas actionē
solis nō esse illuminationem, & calefactio-
nem secundum vltimum sua potentiæ, sed
vt exigit conseruatio vniuersi.

Nam contra obijcitur, quia aliud est ꝙ
agentibus naturalibus conuenit per se ex ꝓ-
pria natura, aliud, quod illis conuenit per
accidens vt. s. substant directioni alterius
agentis, nam per se illis conuenit agere in
quantum possunt, & intendunt omnia con-
uertere in propriam naturam, vnde cū Soli
conueniat producere calorem, & ex vi vicis-
situdinis impeditur eius actio, imò produ-
citur frigus vt 8. phys t. 8. & 2. de Gene. t. 52
8. dicitur, fit vt non exigat motum vt vtilē
suę actioni, quod si naturalia non omnia cō-
uertant in sui naturas, oritur ex impedimē-
tis, quæ accidunt, inter agentia; At vero per
acci-

accidens conuenit cælis conferuare vniuerfum .f. ex directione agentis fuperioris per fe ordinãtis, & moderantis actiones cælorũ in hæc inferiora, quod præftat per varios motus cælorum, ex quo fit vt motus cæli non poffit illi conuenire ex vi propriç formę, fed ab extrinfeco, ficut conferuare vniuerfum ab extrinfeca directione illi conuenit, nam dans finem, dat media ad finem.

Deniq; motus hic non eft vtilis cælo ꝓpter fui conferuationem quia hac non indigent ob fui incorruptibilitatem, neque propter delectationem eum fint inanimati; nec ad querendam materiam, tum quia illam habent, vbique prefentem, tum quia nullum ens naturale mouetur ad querendam materiam actionis, fed agere circa materiã ad quam ab extrinfeco applicatur.

Maior prob. tum ratione, nam ficut naturæ fpecificæ funt determinatę, ita habent determinatas proprietates, & fines, qui funt operationes fingulis propriæ, at non poſsẽt habere hanc determinationem nifi propter
53 propriã vtilitatem fuã quia finis habet rationem boni refpectu illarum, fed non habet rationé boni delectabilis, nec honefti quia carent cognitione ergo habent rationem boni vtilis fiue quia proprietates, ex quibus oriuntur operationes determinatæ habent determinationem in ordine ad effentiam, propter quam sũt, fiue quia ex infinitis rebus extrinfecis, quibus poteft forma perfici nulla eft maior ratio cur habeat determinationem ad hanc, quam illam nifi quia hæc eft vtilis rei, & non illa.

Tum inductione, primo ex partibus corporis animati, inter quas eft maxima confentio, & fubordinatio, & tamen nulla habet operationé vtilem folum alijs partibus et non fibi vt oftendit Gal. lib. 3 de natur. facult. c. 6. vnde etiam vafa illa, quæ ordinantur ad retinenda excrementa, non attrahũt illa, nec retinẽt folũ propter propriam vtilitatem totius fed etiam propriam cum inde nutriantur, & fuperflua eijciant, ergo agere ꝓpter folá vtilitatem alterius multo minus alijs rebus & partibus mũdi poteft, cõuenire, quia habẽt minoré fubordinationé inter fe, cum ex illis non fiat vnũ per fe, fed aggregatũ per accidens, vt patet quia cuilibet fpeciei eft per accidens, quod reperiatur eum alia.

Secundo idem patet ex alijs inferioribus, nam etiam fi finaliter ordinantur ad aliud, tamen femper inanima operantur propter fe; fic elementa etiam fi fint propter mixta, & hominem, tamen non mouentur ad hominem, nec ad mixtum ex fe, fed potius refiftunt contrarijs, quare ad mixtionem folum mouentur quãdo mouentur motu fibi vtili, & inde refultat ex concurfu aliorum elementorum, mixtorum generatio.

54 Tertio, bruta licet deferuiant homini, tamen non habent operationes, nutritionis, & auctionis, & fimiles, nifi vt fibi vtiles, & delectabiles, vnde videmus bruta tum repugnare operationibus ordinatis folum ad hominum vtilitatem, & vi, ac timore duci ad illas, tum generare, quæ funt hominibus nociua, vt venenum, & fimilia, quia illa generatio eft fibi vtilis.

Quarto, idem patet ex herbis, quia non generant tales, vel tales proprietates, & fructus propter hominem, fed propter fe, nam exigunt tales difpofitiones, ex quibus hæc oriuntur, vnde fæpe generant fructus homini noxios.

Confirm. quia inde maxime apparet Dei prouidentia, qui ita difpofuit omnia, & ad finem vniuerfi ordinauit, vt omnia ad illum conperentur cum maxima inclinatione, hoc autem factum eft vt fingula quærant fuis operationibus propriam perfectionem.

Quarto probat. quia fi motus effet ab intrinfeco effet cælo naturalis, quia effet ex inclinatione actiua, quæ eft omnium maxima: fed non eft naturalis, tum quia motus naturalis eft à termino innaturali ad terminum ad quem naturalem, cuiufmodi non eft motus cęli, vt patet, tum quia terminus motus naturalis violenter deferitur, at non fic accidit in motu cæli, quia eodem motu, & æque naturali terminus, qui acquiritur, &
q d feritur. Refpondere poteft cælũ natu- 55
raliter appetere motum, & non terminum, quia ex illo perficitur. Sed contra, tum quia motus non eft appetibilis propter fe, nam cum effentialiter fit via ad aliud, non poteft appeti, nifi propter aliud, tum quia motus non dicit aliquam perfectionem, nifi ratione termini à quo totam fuam perfectionem recipit, vnde motus perfectior eft, qui ad perfectiorem terminum ordinatur, contra vero imperfectior, qui eft ad terminum imperfectiorem, vt corruptio eft omniũ motus imperfectiffimus.

Si motus cæli effet ab intrinfeco, effet illi naturalis.

Tum quia maxime diceret perfectionem in animalibus, quia hæc & plures perfectiores habent, & plures motus, ac perfectiores quam inanimata, fed in his motus præcife fumptus nullam dicit perfectionem, quia numquam mouentur, vt moueantur, fed vt aliquid per motum acquirant, vt patet ex homine, qui licet fit auidiffimus perfectionum, tamen numquam appetit motum, vt inde perficiatur, nifi effet ftultus, de qua re infra. Confirmatur, quia alioqui quies effet illi violenta, vt alibi.

Hinc patet cælũ ex fua inclinatione peculiari, & intrinfeca, non ordinari ad motũ, neq; ad aliquid, quod per motum acquiritur, fed ordinari ab extrinfeco mouente ad vniuerfi conferuationem, & ordinatam rerum generationem.

Cælũ ex inclinatione intrinfeca non ordinatur ad motum.

Quinto, alij probant ex abfurdis, quæ fequuntur, primũm, quia fi à propria forma moueretur, non poffet affignari ratio cur ab Oriente, quam ab Occidente motus incipiat, quia refpectu formæ cæleftis eodem modo fe motus haberet: ex quo patet affignari

Idem probatur ex confequẽtibus.

bes eccentricos, & epicyclos inter se, & à suis orbibus specie distingui, quia exi-
61 gerent motus distinctos saltem secundum centrum, & in contrarias partes, hæc autẽ diuersitas motus non posset oriri nisi à diuersis virtutibus, quæ arguunt diuersas formas, & licet diuersitas in motu non sit nisi secundum intensionem velocitatis, adhuc, tamen illa sufficit ad inferendas diuersas virtutes naturales secundum speciem, non secundum intensionem. quia hæc agunt quãtum possunt, neq; hic dici potest diuersitatem oriri ex diuersitate materiæ, nam hæc est eiusdem rationis, & dispositionis quod si est diuersæ rationis non posset disponere ad eandem, sed diuersas formas, sed aduersarij concedunt in illis distinctionem specificam, quæ tamen videtur alijs tam multiplex absurda in simplici corpore.

*Cælorum motus non est à duobus principijs.*

Quarta conclusio cælorum motus non est à duobus principijs, nam quatuor modis id ponitur in 3 opinione, primo quod diurnus sit ab extrinseco, & proprius ab occidente in oriens ab intrinseco, & non ob
62 rationes dictas de motu in proprio loco, & naturalitate motus actiua, & violentia, & initio motus ab hac potius, quam illa parte.

Secundo quod virtus propria sit partialis & neque quia habet eadem absurda motus in proprio loco, & naturalitatis, ac violentię & initij motus.

Tertio quod virtus extrinseca sit elicitiua motus, intrinseca vero regulatiua, & neque nam præter ibi dicta, habet eadem inconuenientia.

Quarto quod intrinsecum concurrat effectiue, extrinsecum vero finaliter, & neque quia habet eadem inconuenientia nam tota difficultas oritur ex actiuitate. Neque obstant, quæ ex Aristotele opponit, nam primus motor, ex Aristotele mouet effectiue primum orbem, & finaliter motores inferiorum orbium, quatenus appetunt assimilari primo motori. Hinc patet ad primam confirmat. nam licet dicant primum motorem mouere vt amatum, tamen dubitat, an den-
63 tur plures substantiæ sic mouẽtes, & non dubitat quin dentur plures substantiæ effectiuè mouentes, sed de hac quæst. in metaphysica.

Ad secundam conf. substantias abstractas secundum ipsarum substantiam, & operationes abstrahentes à motu pertinere ad metaphysicam, at vt sunt principia motuum pertinere ad physicam, vnde Aristoteles de primo motore tractat in 8. physicorum.

*Principium mouẽs est intelligentia libera.*

Quinta Conclusio principium mouens cælum est intelligentia: primo conditiones huiusmodi motus non possunt esse nisi à libera facultate, nam cum potentiæ naturali
64 duo obijciũtur æqualia, non potest inclinari ex se magis ad vnum, quam aliud, sed manet suspensum, quia non est determinatum ab obiectis, & alijs circumstantijs, neq; ex se, cum non sit liberum, ergo vt deterr-minetur debet esse liberum, prima autem conditio huius motus est, potius sit ab oriẽte, & versus nostrum hæmisphærum, quam contra, quia ex natura orbis non magis exigit vnum, quam aliud, & secundum vnam partem ascendat, & secundum aliam descendat.

Secundo quia motus est in proprio loco qui non potest illi conuenire, nisi propter finem alijs vtilem, at quæ sit ordinanturr ab intelligente causa ordinantur, nam cætera non mouentur, nisi motu sibi vtili, vel delectabili, hic autem finis est vniuersi vtilitas, & conseruatio.

Tertio quia motus hic conuenit pluribus orbibus, qui non sunt vnum vnitate naturæ per se, sed vnitate aggregationis, at vt tot orbes ordinatè moueantur ad vnum finem, exigunt causam mouentem intelligentem, vt eorum motus moderetur cum subordinatione ad vnum finem, non enim partes orbis reguntur ab vna anima, sicut reguntur partes animalis, ergo exigunt motorem extrinsecum intelligens omnes eorũ motus regulans, quia agentia naturalia agũt quantum possunt secundum exigentiam singularum naturarum: hinc patet motus cælestes non posse terminare appetitum naturalem, sed rationalem nam cætera non appetũt motum nisi excitata ab alijs extrinsecè, vt elementa excitantur à generante, vel remouente prohibens; sensitiuę non nisi excitatę ab aliquo obiecto, vel cã eam frigefaciente, vel calefaciente; nec appetunt media, & finem formaliter comparando illa, 65 qualis comparatio est necessaria inter hos motus, & mobilia.

*Quomodo ĩtelligentia nõ potest nõ mouere cælum.*

Dices si esset motus ab appetitu rationali esset voluntarius, & non necessarius, ergo ex sola voluntate libera vnius motoris pendet vniuersi conseruatio. Conf. quia alij motus, qui fiũt ob perfectionem vniuersi non sunt à principio intelligente, vt cum elementa mouentur ad impediendum vacuũ.

Resp. cum intelligentiæ moueant ad imperium primæ causæ, non possunt non mouere, quare fit conseruationem vniuersi pẽdere à libera volũtate primæ causæ, ad cõf. primo forte esse ab intelligentia præsidẽte illi corpori, Resp. secundo si non est ab intelligentia id est quia est motus est per accidens, & extra ordinarius, tum quia habet aliam causam extrinsecam in rebus, quæ est corpus proximum trahens aliud ob vnionẽ. at motus cælorum est ordinariust ideo præter causam vniuersalem habet particularem de qua re plura infra.



## ARTICVLVS IV.

*Soluuntur Argumenta primæ Opinionis.*

Natura est quidē principium motus vel quietis sed vel actiuum vel passiuum.

AD primum Resp. primo naturam esse quidem principium motus sibi connaturalis, sed est vel passiuum, vel actiuum, & vel motus, vel quietis, quare vt cælum sit ens naturale satis est habere principiū passiuum, vel actiuum motus, vel quietis in proprio loco, quod habet cælum respectu
66 quietis respectu totalis loci, à quo non mouetur, sicut dicitur etiam de igne moto circulariter circa proprium locum, sed non à proprio loco, in quo quiescit.

Resp 2. motus cuius est principiū natura est connaturalis subiecto, & qui conuenit contra positiuam inclinationem subiecti est violentus, at non sic est motus circularis respectu cæli, sed neuter, & ideo non potest esse ab actiuo intrinseco, sed ab extrinseco, & licet habeat principium passiuum naturale, non tamen illi respondet actiuum naturale, quia illud passiuum non est cum inclinatione.

Reprehenditur Auer.

Ad 1. Conf. negatur auctorit. Auer. vt infra, & si esset naturalis, satis esset principium passiuum, cui responderet actiuum, non quidem in genere agentium physicorū sed agentium physice in tota latitudine actiuorum, vnde dicitur non respondere actiuū
84 quo ad substantiam, sed quo ad modum operandi, nam sicut intra latitudinē formarum, datur anima rationalis, quæ est physica, quoad rationem informandi, & non est physica quoad separationem, ita etiam in genere actiuorum datur agens non physicū sed physicè mouens, quatenus est principiū motus physici, & negatur naturalitatem non attendi ex passiuo principio, quando habet inclinationem ad motum, siue ratione materiæ informatæ, siue præcisè sumptæ, & licet respectu materiæ præcise omnis motus, sit illi naturalis, quatenus habet inclinationem ad formam, cui motus ille est connaturalis, tamen vt stat sub aliqua forma,
67 potest ille esse motus aliquis violentus sicut est violentus formæ, ex qua attenditur violentia, & cōnaturaliter simpliciter, neq; inter actiuum, & passiuum est necessaria conuenientia naturæ, sed proportionis quo ad effectum respectu cuius vtrunq; principium sit proportionatum.

Superius nō semper continet per se pfectiones inferiorum, & quando.

Ad 2. Conf. Resp. primo negando superiora semper continere perfectiones omnes inferiorum, nam Angelus non continet perfectionem animæ vegetatiuæ, & sensitiuæ siue formaliter, siue virtualiter, & est superior, quare dicendum est inferiora, & superiora possunt accipi primo vt subordinata sm essentiam, & sic superiora perfectiones continent inferiorum continentia formali, vel virtuali, vt rationalis continet gradum vegetatiuum, & sensitiuum secundum essentiam, & causæ continent effectus.

Secundo vt subordinata sm statū accidētalē, & sic superiora non continent inferiora, nisi sm quid, vt homo pēdet à Sole in sui generatione, & conseruatione ratione dispositionum, quæ sunt à cælis. 68

Tertio vt nullam habent subordinationem, sed sunt disparata, quomodo equus est nobilior asino, & Aquila miluo, &c. & sic superiora non continent perfectiones inferiorum, continentia formali, & virtuali, sed ad summum continentia pure eminentiali, quatenus vna perfectio est eminentior alia, aliquando vero est continentia eminētialis, per æquiualentiam quando .s. vna species superior potest efficere quidquid potest inferior, sed non hanc producere.

Cæli igitur continet inferiora inanimata formaliter, vel virtualiter. animata vero nō ita sed secūdum quid, nam animata cum sint perfectiora cælis secundum substantiam, & essentiam, non subordinatur cælis nisi quo ad statum, quæ est secundum dispositiones accidentales, & ideo non continentur in cælis secundum substantiam, sed secundum aliquod accidens, quæ est continentia secundum quid, & hinc fit vt non possint seipsos mouere in proprijs locis ex vi suæ formæ, neque obstat motus elementorum à seipsis, quæ tamen continentur in cælis virtualiter, nam hic motus elementis conuenit ex imperfectione, per quam possunt esse ex vi agentis naturalis extra proprium locum, quæ imperfectio non cōuenit cælis, & ideo non indigent virtute motiua ad proprium locum, vt indigent elementa.

Continēt perfectiones inferiorum, non semper potest habere omnes operationes illorum.

Resp. secundo etiam si cæli continerent perfectiones inferiorum non sequitur habere operationes omnes illorum, nam Deus est perfectior brutis, & tamen non habet operationes vegetatiuæ, & sensitiuæ, immo hæ operationes illi repugnant ratione alicuius imperfectionis inclusæ, vel suppositæ, & hinc etiam fit cælos non posse habere motum in proprio loco ab intrinseco, quia 69
hic includit, vel supponit aliquam imperfectionem in subiecto, .s. indigentiam cibi. &c. vt indigent animalia, vel quia supponit cognitionem, quæ à nemine tribuitur cælis seclusa intelligentia, eo quod potest aliquod perfectius simpliciter alio imperfectius esse eodē secundū quid, & ideo non continere omnem operationem inferioris. .s. eam secundum quam inferius est perfectius secundum quid.

Non omne possibile est de facto.

Resp. tertio etiam si naturaliter esset possibile idem mouere seipsum, in proprio loco motu sibi inutili, non tamen sequitur ita esse factum, quia natura non facit omne possibile fieri, sed quod est melius, & magis congruum vniuerso, cælos autem moueri ab extrinseco magis congruit vniuerso nam melius gubernatur ex connexione superiorum cum inferioribus, & spiritualium cum cor-

corporeis hæc annexio non potest melius præstari. quam per huiusmodi motus.

*Primum mobile quotupliciter intelligatur.*

70 Ad 3. negando illas formas esse frustra, quia habent alias operationes perfectiores vt infra constabit Resp. 2. cum cæli sint instrumenta intelligentiarum, etiam si carerent operationibus proprijs, non essent frustra dum habent operationes instrumentarias ab agente extrinseco, vt calamus non esset frustra si non haberet aliam operationem, quam scriptionem, nec materia, quæ non habet operationem nisi à forma.

Ad 4 Resp. primum in genere mobilium motu locali intelligi 1. primo actiue, & sic cælum non est primum, quia intelligentia est prior, in mouendo quam primum cælũ moueat inferiora, quod potest dici primum mouens secundum quid. i. in genere corporalium, & hac ratione Aristoteles dixit primum cælum esse primum mobile, quod inferiores orbes trahit 2. passiue, & sic primum cælum est primum mobile secundum situm, sed non secundum tempus, quia eodem tempore omnes orbes moueri cæperunt. Dicitur motus cæli esse per se perfeitate effectus, quia habet causam per se intendentem illum, at non dicitur perfeitate intrinseca, quia non oritur ab intrinseco, & à se, neque motus ille comparatus ad mobile habet omnem modum perfectionis, quia non est vt sic cũ cognitione, & appetitu, sed habet modum magis conuenientẽ vniuerso, quia fit à substantia spirituali, & perpetua, vniformiter mouente.

Ad 5. supra ostendimus cælos dici animatos analogice, non proprie quia non sunt tales ex anima informãte, sed assistente intelligentia, & hac ratione, dicitur aggregatũ illud mouere seipsum.

Ad 6. Resp. moueri à substantia abstracta, quæ cognoscit etiam ex Aristotele indiuidua incorruptibilia, vt sunt orbes, sed de hac re suo loco.

## DVBITATIO III.

*Quale sit hoc principium extrinsecum mouens cælos.*

*Cælos omnes ab vna intelligentia maiori, qui putent*

PRima opinio est dicentium omnes cælos ab vna intelligentia moueri, vt refert Alb. 1. p. Sum. de 4. Coæuis q. 4. art. 20. sequitur Fracast. de homoc. c. 1. sect. 1. Hi tamen diuisi sunt, nam Alij dixerũt esse intel-
71 ligentiam inferiorem, alij esse Deum ita Less. 1. p. de perfect. Diuin. lib. 11. c. 8. n. 4.

Primo, quia à cæli motu pendet gubernatio absolute vniuersalis totius orbis, at hæc non potest pertinere ad causam aliquã particularem, sed vniuersalem omnia gubernantem, cuiusmodi est solus Deus vnde Iob. 36. Quem cõstituit aliũ super terrã, aut quẽ posuit super orbem, quẽ fabricatus est.

Conf. primo quia si Deus vtitur ministerio Angelorũ, vel eos necessitat ad sic mouendum, & repugnat libertati ipsorum, vel relinquit in sua libertate, & repugnat necessitati conseruationis vniuersi.

Conf. secundo quia motus orbium excedit virtutem creatam, ergo conuenit increatæ maior patet, quia omnis potentia creata est finitę virtutis intra certam mensuram tam circa obiectum mobile, quam velocitatem motus, at cælorum magnitudo mobilium est immensa, vt ostendimus cum de magnitudite cælorum, & velocitas vix potest comprehendi mente, nam ex astronomis Sol vna hora cõficit plusquam vndecies centena millia milliariorum, & vna stella octauæ sphęrę circa æquinoctialem perficit vna hora 42. milliones milliarium, quam si eques quotidie perficiens 40. milliaria, vix annis bis mille nongentis percurreret, ex quo patet velocitatem primi mobilis vix posse mente finita comprehendi, cum illud & altitudine, & magnitudine excedat incomparabiliter octauam sphæram.

Resp. et si sit tanta magnitudo tamen est finita, quare potest esse intra latitudinem potentiæ finitæ pſertim superioris ordinis.

Sed contra tum quia huic magnitudini additur magnitudo ignis, & aquæ etiam maris, quæ dicuntur rapi ex motu cælorum tum quia cum elementum non possint plures Angeli mouere totum à suo loco, multo minus poterit orbem adeo immensum.

Conf. tertio quia Angeli virtus, vel immediate applicatur toti orbi, & omnibus 72
partibus, & excedit sphæram suæ locabilitatis, vt patet ex multitudine Angelorum vel vni parti determinatæ veluti quantum est spatium vnius ciuitatis, & non poterit impetus impressus illi particulę mouere totum orbem, sed debet impetus illius partibus applicari iuxta motus velocitatem, quæ est in illis partibus, vt colligitur ex motibus corporum inferiorum factis per impetum impressum, vt si orbis aliquis ex terra esset circulariter, mouendus absq; partium conuulsione.

Conf. 4. ex officio Angelorum, quorum 73
pars curiæ perpetuo assistit, & pars in inferiorum mundum mittitur ad hominum custodiam, ex Dion. lib. de cæl. Hier. c. 7. & 8. & explicat Greg. lib. 27. mor. c. 2. & homil. 14. in Euang. At motores cælorum sẽper cælis assistunt, sicut semper mouent, & cum maxima attentione vt semper seruent regularitatem motuum, at sic cælis assistentes non possunt inde dimoueri ad assistendum curiæ, vel hominum custodiæ.

*Singulos orbes à singulis intelligẽtijs moueri.*

Secunda opinio est dicentium singulis orbibus assistere singulas intelligentias ad eos mouendos, ex Aristotele, quem sequuntur tum philosophi, tum Theologi, quos supra citauimus, & sequitur Suar disp. 35. met. sect. 1. nũm. 31.

*Omnes motrices esse creatas.*

Hi tamen inter se diuisi sunt. Nam aliqui omnes orbes moueri à singulis intelligentijs creatis, vt Suar. loc. cit. nu. 20. & commu-

nis Theologorum, imo Abul. q. 5. in c. 23. Exodi negat Deum per se mouere posse aliquod corpus, nam haberet actionem imperfectam, qualis est motus, & quia ob infinitatem virtutis moueret in instāti ex Aristotele 8. phys. t. 78.

74 Primum mobile à Deo cæteros à creatis moueri ex Aristotele.

At alij primum orbem dicũt moueri immediatè à Deo cæteros vero orbes à creatis ita Aristoteles 8. phys. & antiqui Peripatetici vt refert Pletho c. 2. lib. de diff. opin. Plat. & Aristotelis, Alex. & Philop. 8. phys. t. 78. 75. D Th. 12. met. l. 36. vbi Sonc. q. 39. Arim. 2. d. 1. q. 1. art. 1. & probant ex 12. met. 38. vbi primam lationem tribuit primo motori cons. ex t. 43. vbi primum principium dicitur mouere primo motu vno, & sempiterno quem motum ait esse motum primum mobilis, & pro motibus aliorum orbium constituit alias intelligentias .s. proxime mouentes quare Deus mouet proxime primum mobile, nam vt causa vniuersalis mouet omnes.

Qui negant moueri immediate à Deo vt particulari causa, sed vt vniuersali.

Alij vero negant secundum Aristotelem primum mobile moueri immediate à Deo tanquam motore particulari, sed tanquam vniuersali existente supra totum ordinem vniuersi, & præsidente illi vt significat 12. met. t. 38. & t. vlt. & illi tribuit D. Thom. 1. contra Gent. c. 13. & q. de spiritual. creat. art. 6. ad 10. sequitur Suar. loc. cit. nu. 30 qui putat ex vi verborum significari affirmatiuam. si vero sensus rationis, & discursus negatiua præferenda est.

## ARTICVLVS II.

### *Opinio Auctoris.*

75 Deus potest omnes immediate mouere.

PRima conclusio Deus potest mouere immediate omnes orbes, probatur tum quia habet virtutem infinitam, at omnes orbes sunt mobilitatis finitæ, tum quia Gen. 1. Deus immediatè congregauit aquas in vnum locum neque obstat imperfectio motus, quia illa non supponit imperfectionem in mouēte, vt patet ex alijs effectib⁹ imperfectis, qui habent ex propria natura imperfectionem, tum quia spectat ad perfectionē agentis producere effectus vt sunt, tũ quia licet motus dicat imperfectionem comparatus cum termino, tamen absolute habet in se perfectionem suæ naturæ conuenientem, neque dedecet Diuinam potentiam habere actionem imperfectam ratione obiecti, vt patet ex productione materiæ primæ omnium imperfectissimæ, & monstrorum si velit.

Neque ex diuina virtute infinita necessario sequitur motus in instanti quando est libera, nam potest se agens determinare ad tantam velocitatem, quod si Aristoteles negauit posse aliud fieri, id dicit de virtute infinita, quæ est necessario mouens, nam non posset se determinare ad certam velocitatem, sed ad summam, quam potest, quæ non videtur esse minor, quam instantanea, & quia instantaneitas repugnat motui, ideo dixit repugnare virtutem infinitam in magnitudine, quæ est necessario.

Hinc D. Thom. 1. p. q. 105. art. 2. erroneam putat illam sententiam, quæ negat omnes effectus causarum secundarum efficientium posse immediate produci à Deo nam Deum eminentiori modo continet virtutes effectrices omnium causarum efficientium Cons. quia Deus potest immediatè formam in materiam inducere, ergo etiam materiā præparare per alterationem, atque adeo edere motum, nam eiusdem est inducere formam, & disponere materiam. 76

Secunda conclusio probabile est Deum de facto non mouere immediate omnes orbes est communis, & à D. Thom. q. 6 de pot. art. 3 putatur sententia fidei; quod substantiæ separatæ, siue Angeli moueant corpora cælestia, & Bonau. 2. d. 14. art. 3. q. 2. rationi, & fidei magis consonaneam. 77

Probabile est cælos moueri immediate nõ à Deo, sed ab intelligētijs.

Primo patet ex ratione diuinæ prouidentiæ cuius est inferiora regere per superiora, nam hac ratione apparet magis Dei liberalitas, ac omnipotentia, dum alijs communicat virtutes operatrices, & melior ordo constituitur in vniuerso, dum per huiusmodi concursum apparet connexio inferiorũ & superiorum vt notauit D. Dion. c. 5. cæl. Hier. & c. 8. de diu. nom. dum ait in mundo sensibili nihil, nisi per creaturam, quæ sēsus effugit administrari, & explicat Greg. 4. Dial. c. 4. & Aug. 3 de Trin. c. 4 dum ait vt inferiora corpora per superiora, ita superiora per spiritum vitę quodam ordine regi de qua re videndus Greg hom. 13. & 14. in rum. Aug. lib. 83. q. 9. q. 79. lib. 8. in Gen. c. 24. D. Thom. 3. contr. Gent. c. 78. & 79.

Secundo prob. nam superiora cognoscimus per inferiora cum ex notis deueniamus in cognitionem ignotorum, quæ à nobis sunt magis remota; sed inferioribus datæ sunt virtutes naturales, per quas producunt effectus à Deo immediate producibiles ergo etiam superiora eodem modo administrat.

Tertio probatur ab Aristotele 12. met. 38. 41. & vltimo vbi plures intelligentias constituit ad orbes mouendos:

Tertia conclusio Deus non mouet de facto immediate primum orbem patet ex dictis nam suauitas, & dispositio Diuinæ prouidentiæ vt exigit cæteros orbes moueri per intelligentias inferiores, ita & primum orbem, nam sicut primus orbis continetur infra latitudinem status naturæ, ita moueri debet vt cætera naturalia sui generis Confirm. nam si opera altioris ordinis, qualis est illuminatio intellectus, & similia demandauit alijs creaturis, vt patet ex materia de Angelis, multo magis hoc opus quod est inferioris ordinis, hinc D. Thom. opus 17. c. 12. ad quæstionem an Deus completo opere 78

Neque primus orbis immediate à Deo.

sex

ſex dierum moueat immediate aliquod corpus, Reſpondet negatiue quoad motus qui continentur ſub virtute naturali, quod fuſius explicat Bonau. 2. d. 14. art. 4. q. 1.

Quid ſentiat Ariſtoteles non conueniunt Doctores.

79 Dices Ariſtoteles contrarium docuit vt diximus, & probat Sonc. 12. met. q. 34. & alij apud Gonimb. 2. cæl. c. 5. q. 6. art. 2.

Tum quia 8. met ex motu primi mobilis colligit primum motorem.

Tum ſecundo quia ex numero orbium probat numerum motorum, inter quos ponit Deum vt patet 12. met. 45.

Tum tertio quia 8. phyſ. t. 84. ponit Deũ inſidere in primi mobilis parta, concitatius mota, at hoc non niſi quia orbem mouet.

Tum quarto quia ex æternitate motus colligit Deum tum exiſtere, tum corporis & mutationis expertem tum habere infinitatem, at ſi Deus non mouet, non eſt cur per motum hæc de Deo probarentur.

Tum quinto quia aſſerit cæteras mouere vt imitentur primum motoram, at quæ eſſet imitatio ſi nihil immediate moueri?

At alij negant mouere immediate phyſice, & per veram efficientiam, ſed per metaphoricam quia ex 12. met. t. 38. mouet vt amatum, & deſideratum ita Auic. 9. met. c. 4. Bon. lo. cit. Aur. apud Arim. 2. d. 5. q. 2. art. 2. Scot. quodl. 17. & 12. met. in 1. 44. Heru de æternit. mund. q. 4. Ferr. 3. contr. Gent. c. 58. ſed mihi magis probatur prima opinio, nam motus metaphoricus non ponitur ab Ariſtotele reſpectu primi orbis, ſed reſpectu intelligentiarum, quæ ad ſimilitudinem primi motoris mouent inferiores orbes, quare inde potius probatur oppoſitum nec mirum, quod Ariſtoteles id dixerit quia non cognouit perfectiſſimum modum diuinæ prouidentiæ, ſed cum alibi oſtendemus cognouit Dei prouidentiam cum aliquibus imperfectionibus, quæ à Theologis negantur ſicut errauit etiam in alijs circa materiã intelligentiarum, primo quod habeant virtutes ita ſuis orbibus commenſuratas, vt ſi aliquid adderetur, non poſſent mouere, de qua re Cap. 2. d. 3. q. 1, art. 3. maiord 4. q. 2.

Secundo quod neceſſario eas mouere pu
80 tet vt multi illi tribuũt apud D. Thom. q. 16. de mal. art. 10.

Tertio in numero cum tot ponat quot ſunt orbes, & non plures vt ex 12. met. t. 38. & 45. colligitur contra quem D. Thom. 1. p. q. 50. art. 51. & quodl.

Plures non vna intelligentia totã machinam mundi mouent.

Quarta Concluſio tota ſphærarum cæleſtium machina non mouetur ab vna intelligentia, ſed pluribus primo quia id dicit Ariſtoteles 12. met. t. 38. 45. 47. vbi probat tot eſſe intelligentias motrices, quot ſunt orbes.

Secundo quia cum cuiuſcunque intelli-
81 gentiæ virtus ſit finita, tam quoad intenſionem, quam quoad ſpatium loci; quam quoad circumferentiam ſphæræ actiuitatis, nulla poterit eſſe tanta virtus, vt poſſit eſſe præſens præſentia neceſſaria ad mouenda tot, tam que magna corpora, & tam varijs, & diſſimilibus motibus, nam licet non ſit opus vt moueat orbem adeſſe omnibus eius partibus, tamen debet eſſe præſens certæ parti, & in determinato ſitu, at incredibile eſt, vt exiſtens in determinato ſitu det impulsũ primo mobili vt moueatur ab oriente, tum nono orbi vt illum ab occaſu ad ortum, deinde octauo vt impellat motu trepidationis, denique ſeptem orbib. planetarum, qui omnes habent diuerſos motus ſecundum partes quaſi contrarias & ſecundum velocitatem, & tarditatem.

Conf. quia ſi vna intelligentia illud præſtaret, vel per vnum impulſum communicatum orbi cum quo immediate vnitur, mouet omnes orbes, & non videtur potentiæ creatæ tribuendum, vt ſimul producat tantum ſimul impulſum, exigitũ à motu tot corporum, vel per plures ſingulia communicatos, & neque quia non requiritur minor virtus, imò maior ad producendum ſimul tot diuerſos impulſus, & corporibus ab intelligentia adeo diſtantibus quanta eſt magnitudo orbium.

Conf. ſecundo ex communi Theologorũ ſententia, cui nefas eſt contradicere ſine ſufficienti fundamento, de qua re legite Suar. diſp. 35. met. ſect. 1. nu. 21.

Dices cum Fracaſtorio, primo quia ab anima vna varia proueniunt munera, nam vt vegetatiua concoquit cibum in ventriculo, & recoquit in iecore, perficit in venis, digerit in membra, mutat in corpus, &c. vt ſenſitiua obijt varia munera ſentiendi, & mouendi, & vt intellectiua habet tria genera operationum, ergo intelligentia multo 82
magis poterit habere munus mouendi plura corpora, cum ſit præſtantioris naturæ.

Soluitur obiectio ſumpta ab principio animaſtico.

Reſp. in genere operandi non ſolum debere attendi naturę perfectionem, ſed proportionem naturæ cum operationibus, nam calor producit calorem, & tamen albedo non producit albedinem, nec Angelus calorem, vel albedinem, vel Angelum, hinc patet ab anima, quæ eſt forma corporis poſſe prodire tot operationes, quia cũ illis habet proportionem, at ab vna intelligentia non poteſt peruenire impulſua ſimul mouens omnes orbes tot diuerſis motibus ſiue ſit vnus, ſiue plures ſimul impulſus.

At inſtant, hæc mouendi potentia eſt finita, ergo non excedit proportionem cum
natura Angelica creata, quia poteſt dari in- 83
telligentia tantæ perfectionis, vt exigat potentiam motiuam totius machinæ cæleſtis, vnde Suar. diſp. 35. ſect. 1. nu. 21. putat poſſe creari intelligentiam, quæ ſimul moueat totam illam machinam, & per vnam ſpeciem attendat ad omnes illos motus, & conditiones illorum, & habeat præſentiam neceſſariam ad omnem illum effectum efficiendum.

Licet poſſit dari vna, nõ tamen id fit de facto.

Reſp. concedi id eſſe poſſibile, quia tota hæc perfectio non excedit capacitatem ſubſtantiæ finitæ ſecundum totam ſuam latitu-

dinem, sed non omne, quod est possibile fieri, prudenter dicitur esse factum, quare negamus intelligentiam adeo perfectam fuisse productam, tum quia intelligentiæ motrices cælorum pertinent ad inferiorem ordinem Angelorum.

Tum quia scriptura hoc munus tribuit pluribus, Iob. 9. sub quo curuantur, qui portant orbem, tum id videtur magis conueniens diuinæ prouidentiæ, vt sicut singulis hominibus vnum Angelum destinauit ad custodiam, ita, & orbibus ad illos mouendos. & gubernandos.

Dices secundo orbes non resistunt motoribus, ergo possunt moueri à qualibet minima virtute motiua, quia actio prouenit à maiori proportione virtutis supra resistentiam passi; at vbi nulla est resistentia semper est maior proportio. Ans prob. tum à posteriori quod de facto intelligentiæ non fatigantur mouendo, tum quia carent grauitate, & leuitate, vel alia virtute inclinante
84 in contrarium motum; Neque dicas id non prouenire ex resistentia, sed ex finitate substantiæ, quæ non potest esse præsens tot orbibus, quia ad mouendum non est necessaria præsentia ad omnes partes rei mobilis, sed satis est præsentia ad vnam partem cui communicet impetum necessarium ad motum omnium. Conf. quia vna intelligentia de facto mouet primum orbem, & per illam rapit omnes orbes motu diurno, ergo tota machina mobilis non excedit virtutem motiuam vnius intelligentiæ.

Soluitur instantia sumpta ex negatione resistentiæ.

Resp. negando antec. nam duplex resistentia inter causam, & effectum reperiri potest, vnam ex parte formæ existentis in subiecto in contrarium inclinantis, & hanc non esse in cælo probant argumenta ibi adducta, alteram ex parte improportionis inter causam, & effectum, quæ oritur ex finitudine virtutis motiuæ, & magnitudine
85 mobilis, quomodo luminis productio non habet resistentiam primi generis, & tamen non quodlibet minimum lumen potest producere quodlibet lumen, & ad quamlibet distantiam, & hæc resistentia reperitur inter motores cælorum, & cælos, nam quælibet intelligentia non potest imprimere impetū sufficientem ad mouendum quemlibet orbem, & ad quacunque distantiam. Defatigatio autem negatur intelligentijs in mouēdo quia non sunt capaces illius cum consistat in defectu virtutis prouenientę ex resolutione membrorum, & spirituum, per quos fit motus, sed in illis est defectus virtutis ob eius finitatem, & improportionem cum effectu.

Ad conf. id quidem concedi, sed negatur ab vna prouenire cæteros motus proprios orbium, & moderamen illorum, sed exigi plures, sed de motu raptus infra.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur Argumenta primæ Opinionis.*

Gubernatio importat directionem, & ordinationem.

86

AD primum Resp. gubernationem duo importare, vnum ex parte directionis & ordinationis, per quam omnes creaturæ diriguntur non solum in fines proprios, sed etiam vniuersalē, alterum ex parte exequutionis, per quam, quæ sunt ordinata exequutioni mandantur, & hæc exequutio in multis non fit à Deo immediate, sed ministerio creaturarum, at primum efficit Deus per seipsum quoad vniuersalem gubernationem omnium etiam in particulari, licet aliqua in certo genere dirigantur etiā per causas particulares vt D. Thom. 1. p. q. 22. art. 3. & q. 103. art. 6. Carthus. in elementario Theologico, & hinc patet ad loca scripturæ, nam loquuntur de gubernatione ex parte directionis vniuersalis. Alij vero cum D. Thom. distinguunt prouidentiam à gubernatione, nam primum Soli Deo tribuitur, secundum conuenit etiam creaturis, sed vtrunque placet, & fere in idem recidit.

Ad conf. eodem modo intelligentias necessitari ad hoc ministerium sicut ad custodiam hominum, & alia huiusmodi, in quibus, in quibus non est necessitas physica, sed moralis mediante præcepto, vel ostensione suæ Diuinæ voluntatis, quam libentissime exequi desiderant.

Intelligentiæ quomodo necessitatur ad hunc motū.

Ad secundum conf. Resp. aliqui magnitudinem mobilis sine resistentia non obstare quo minus possit à qualibet virtute moueri celeritatem motus contineri intra virtutem Angelicam, vt patet ex velocitate motus, quo seipsum mouet de cælo ad terram tempore pene imperceptibili, cum vtriq; motus desit resistentia id: m dicitur de motus æquabilitate ad quam non est necessaria nisi virtus sufficiens, & indeficiens, & scientia mensuræ motus, & promptitudo voluntatis, neque obstat raptus ignis, tum quia ob sui tenuitatem, & leuitatem facile rapitur, tum quia non deorsum, sed circulariter rapitur, cui motui non resistit.

87 celerior motus quomodo sit ab intelligentia.

Sed ex dictis patet primum dictum esse falsum, quia præter resistentiam actiuam, ortam ex inclinatione qualitatum in oppositum, est alia formalis, quæ oritur ex improportione virtutis, & effectus, quæ fundatur in perfectionis vtriusque finibus, quare dicendum totam illam actionem esse intra latitudinem potentiæ Angelicæ præsertim perfectioris vnde patet ad primam improbationem, nam ignis, & pars aeris rapitur, non tamen cætera, vt infra, nam maiore mouetur per actionem Lunæ.

Reijcitur.

Ad secundum improb. Resp. Angelicam virtutem non se extendere ad effectus, & actio,

actiones, quibus destruitur ordo vniuersi, siue id oriatur ex physica impotentia, siue morali ex vi Diuinæ ordinationis, & quia ex motione vnius elementi ex suo loco perturbaretur ordo vniuersi, & situs elementorum necessarius ad vniuersi conseruationem ideo non potest id fi ri ab Angelo, nec mirum quia videmus in inferioribus potentissimam virtutem, non posse mouere capillum, quando ex eo motu timetur vacuum:
88 quæ ratio non militat in motu cælorum cũ per hunc conseruetur vniuersum.

Ad tertium conf. infra vbi ostendemus non esse necessariũ Angelum vniparti assistere, sed libere discurrere per suum orbem cui suum imprimit impetum, vel motum, neque est cur negetur Angelo quin possit applicare impetum omnibus cæli partibus, quibus ipse simul potest coexistere localiter quia cum cælum sit continuum facile vna pars alteram trahet fine vlla viol ntia cum ibi non sit resistentia, & sine partium conuulsione ob cæli soliditatem, & incorruptibilitatem, quæ nõ sunt in inferioribus, quod Archimedes se posse mouere terram dixit, si pedem extra terram figere posset, quid mirum si Angelus, cuilibet parti impetum imprimens totum cælum mouet, Neque timendum quod Angelus motum sistat, quia licet physice secundum se posset ex vi suæ libertatis, tamen moraliter non potest ob diuinum præceptũ, quod promptissime exequuntur, & incessanter ob voluntatem Beatificam.

Ad quartum patebit ex d. seq. de modo quo Angelus mouet.

## DUBIT. VI.

### *De virtute, & modo quo Angeli Cælos moueant.*

### ARTICVL. I.

#### *Opiniones Doctorum.*

Virtus motiua non distinguitur ab intellectu, & voluntate.

PRima opinio est dicentium virtutem motiuam Angelorum non distingui ab intellectu, & voluntate, ita Auer. 12. met. Com. 36. Gugl. Paris. tr. de vniuer. 2. p. 2. c. 17. H. ru. 2 d. 14. q. 1. art. 4 vbi Bass. q. 2. Dur. d. 7. q. 5 Cap. q. 2. Aquar.
89 ibi c. 8. Arg. d. 8. q. 1. art 1. Vasq. 1. p. disp. 288. & 102. c. 3. Delriua 2. disquis. Magic. q. 6. Sonc. 12. met. q. 35. inclinat Mol. 2. p. q. 54. art. 5. Vict. relect. de Magia nu. 30 B. ás. Feldius de confess. malefic. d. 2. princ. post. concl. 8. significat D. Th. q. 16. de mal. art. 1. ad 14. quod l. 2. art. 2. opusc. 11. art. 3 & 13. dum Angelos mouere corpus solo Imperio voluntatis, & 1. p. q. 54. art. 5. q. 29. art. 1. ad 3. vbi ait ex viribus naturæ Angelis non posse conuenire nisi intellectum, & voluntatem, & fauent qui potentiam exequutiuam Dei ab eius voluntate non distinguunt.

Primo quia quæ in inferioribus sunt diuisa in superioribus sunt vnita quasi lineæ ad centrum, vt quinque sensuum obiecta vniũtur respectu sensus communis, & quæ per plures sensitiuos internos, vno intellectu percipiũtur, sic etiam quæ mens humana per plures actus, Angelica vno actu intuetur, & obiecta diuersa irascibilis, & concupiscibilis vna voluntate appetuntur, hinc Plato, & Hippocrates apud Gal. 6. de plac. Plat. & Hipp. c. 1. omnia ex vno abire in multitudinem, & multa re colligi in speciem vnita is, quare cum in animalibus vis motiua sit distincta à potentia cognoscitiua & appetitiua, non erit distincta in Angelis ob perfectionem illorum.

Conf. primo quia frustra fit multiplicatio potentiarum cum æque bene omnia saluentur sina multiplicatione, at ad motũ satis est potentia intelligens, quæ dirigat, & appetens, quæ exequatur.

Conf. secundo quia virtus operatiua est media inter essentiam, & actionem, ergo debet proportionari essentiæ, sed essentia Angeli est pure intellectualis, nam per hoc distinguitur ab anima rationali; quod hæc participat perfectionem intellectualem cũ habeat etiam potentias, & actiones corporeas, at Angeli non sic. ergo omnes potentiæ Angeli sunt intellectuales, at hæ non sunt nisi intellectus, & voluntas ergo in Angelis non est alia.

Conf. tertio ex Aristotele 3. de anim. t. 90
49. vbi vtraq. ergo hæc motiua sunt secundum locum, intellectus, & appetitus.

At distingui alij putant.

Secunda opinio est dicentium distingui Henr. quodl. 13 q. 6. Godophredus quol. 1. q. 4. Aur. 2. dist 8. q. vnic. art. 3. Mairon 1. d. 43. q. 5. Caiet. 1. p. q. 54. art. 5. Suar. disp. 35. sect. 2. nu. 21. & de Angel. l. 4. c. 29. a nu. 4. Conimb. 2. cæl. c. 5. q. 7. art. 2. Tann. 1. p. disp. 5. q. 5. d. 2. n 9. & 11. Theop. Raynaud. dist. 4. met. q. 3. art. 4. Rou. 2. cæl. c. 5. q. 11.

Primo ex conditionibus diuersis illarum potentiarum, nam primo intellectus, & voluntas habent operationes immanentes, at motiua trãseuntes, imo actio ipsa immanens non est principium operationis transeuntis 9 met. c 9 1. eth. c. 7.

Secundo obiectũ potentiæ motiuæ est realis, vt est motus, & vbi, at obiectũ illarum non habet ex illis esse reale in rerum natura, sed ad summum intentionale, per quod cognoscuntur, & appetuntur.

Tertio potentiæ intellectiuæ æqualiter se habent ad obiecta propinqua, & remota, at nõ sic motiua, quæ vel debet esse propinqua mobili immediato, vel si moueret distãs immediate, non mouet ad omnẽ distantiã.

Quomodo distinguantur.

Hi, tamen inter se diuisi sunt, nam alij volũt ab Angelo in corpus immediate produci motum absque alia virtute impressa, vt Suar. disp. 35. met. sect. 6. nu. 25 & de Angel. l. 4. c. 31. vbi ait posse lapidem inciere

ciere tum fistere, tum oblique vere pro libito.

92 At alij non posse nisi per impetum impressum siue mobile sit distans, siue proximum ita Mol. 1. p. q. 110. art. 4. Vasq. disp. 282. & 218 nu. 9.

Alij mobile immediatum posse mouere tum virtute impressa, tum productione immediata motus, at distans non nisi per virtutem impressam.

## ARTICVL. II.

*Opinio Auctoris.*

93 Prima Conclusio datur in Angelis potentia motiua localis extrinseci mobilis ex Aristotele 12. metap. t. 44. vbi omnes peripatetici, tum ex Dan. 14. vbi Habacuc fuit à Iudea translatus in Babilonem, & restitutus in iudeam Matt. 4. Christus assumptus a Diabolo super pinnaculũ templi, & in montem excelsum, quod naturali virtute fuisse factũ patet ex Parisiensi, quia sine ratione negatur.

*Motiua potentia localis in Angelis intrinseci mobilis.*

Secundo probat D. Thom. 1 p. q. 110. art 3 nam sic seruatur connexio, & subordinatio naturæ inferioria ad superiorem per motũ q ex suo genere est omnium perfectissimus 8. phys. 57. quia minimum corruptiuus, conf. nam hæc virtus tribuitur viuentibus inferioribus, ergo multo magis superioribus cum non ponat in illis imperfectionem indebitam.

Secunda Concl. potentia motiua extrinseci mobili non distinguit à motiua, qua Angelus seipsum mouet, ita Suar lib. 3. de Ang. c. 29. nu. 4. Nam terminus formalis .s. vbi est idem, erit eadem potentia. conf. in anima eadem est potentia, qua seipsam, & alia mouet, ergo idem de potentia Angeli, conseq patet tum quia ob maiorem perfectionem debet esse maior simplicitas, tum quia eodem modo mouent, siue per impressionem impetus, siue deferendo, & vtrunque oritur ab eodem potentia motiua.

*Non distinguitur à motiua sui ipsi*

Tertia conclusio potentia motiua Angeli differt non solum à substantia Angeli, sed etiam ab intellectu, & voluntate.

*distinguitur tum à substantia tum ab intellectu & volũtate.*

Prima pars patet ex ijs, quæ Doctores docent de distinctione intellectua, & voluntatis ab essentia Angeli, nam multo magis distingui debet ab illa potentia motiua.

Secunda pars patet ex dictis in secunda sententia, & probatur à priori, quia potentię inter se specie distinguũtur ex obiectis, & operationibus, at obiecta illarum, & operationes sunt diuersæ rationis vt ex natura ipsarum patet, & conf quia si obiecta intellectus, & voluntatis sufficienter specificant

94 duas potẽtias, multo magis obiectum motiuæ specificat potentiam diuersam: Neque obstat subordinatio motiuæ ad voluntatem quoad actus, nam hæc ipsa subordinatio ostendit diuersitatem potentiarum, tum ex Brutis, in quibus est eadem subordinatio actuum, & tamen est distinctio potentiarũ tum ex subordinatione sensus externi, & interni, & huius ad intellectum, cui etiam subordinatur voluntas tunc enim subordinati actus sunt ab eadem potentia, quando sunt circa obiecta, quæ continentur sub vna ratione formali.

Conf. quia potest esse actus efficax mouendi post horam à voluntate, & tamen tunc non fit motus, sed post horam, ergo motus non imediate prouenit à voluntate, quæ non habet alium actum nisi volitionis.

Conf. secundo quia omnes rationes, quæ probant in homine has potentias distingui probant, etiam distingui in Angelis, nam eius natura indiget compleri per potentias sicut essentia hominis, & sicut homo per eandem se mouet, & alia sic Angeli.

Quarta Conclusio Angelus potest mouere corpus sibi immediatum producendo immediate motum, primo quia non est necessitas medij ex parte potentiæ motiuæ nã hæc immediate, & per se respicit motum, & per accidens impetum .s. quatenus eius instrumentum separatum, quod causet motum circa mobile separatum à principali mouente, at vbi est præsentia motoris ad mobile non est necessarium huiusmodi instrumentum, quod ex natura sufficitur in locum principalis. 95

*Angelus mouere potest corpus sibi immediatum producẽdo motum immediato.*

Neque est necessarium medium ex parte mobilis, quia hoc est immediate susceptiuum motus, neque exigit disponi per impetum qui ordinatur, non ad disponendum subiectum, sed ad efficiendum motum.

Neq; est necessarium ex parte motus tum quia Deus non posset naturaliter communicare subiecto immediate motum absque virtute prius impressa, tum quia motus nõ exigit nisi virtutem motiuam, & subiectum aptum, at hæc ponuntur absq; virtute impressa, ergo motus ex se non exigit prius virtutem impressam.

Conf. quia omnis motus extrinseci corporis, vel est per vectionem, & hic fit immediate à vehente, vel per tractionem, & hic fit immediate ab agente seipsum simul cum retracta mouente, vel fit per pulsum, & hic si semper habet præsentem potentiam pellentem non exigit impetum, nisi in defectũ pellentis, vnde Aristoteles 7. phys. t. 10. distinguit impulsionem ab expulsione, nam impulsio dicitur quando mouens mobile non relinquit, contra vero expulsio, vel per vertiginem, & hæc componitur ex tractione, & pulsione, *manifestum inquit est quod si simul pellens, & trahens est cum eo, quod pellitur, & trahitur nihil est medium inter id quod mouet, & quod mouetur.*

Quinta conclusio Angelus potest mouere corpus per impetum impressum non solum mediante instrumento corporeo, sed etiã immediate per seipsum, ita Conimb. & Ray-

*Potest mouere corpus per impetũ impressũ a seipso sine instrumẽto.*

Raynandus 1. pars ab omnibus conceditur nam potentia, quæ poteſt aliquod corpua
96 immediate mouere, poteſt idẽ corpus violenter impellere proiciendo, quia nulla repugnantia eſt vt mouendo inſtrumentum per illud aliud proiciendo moueat. conſ. ex ijs quæ fieri à ſpiritibua nocturnis legimus dum proijciunt lapides, vaſa colligunt. &c. diſt. 4. met. q. 3. art. 4. nu. 260.

Secunda pars probatur à Molina, & Vaſq. quia mouere corpora vtroque modo eſt perfectio, quæ conuenit inferioribus ergo etiam conuenit Angelia, quorum virtus motiua eſt perfectior, conſ. quia non eſt negandum Angelo, quod non poſſit mobile ſibi coniũctum, imediate mouere. ergo neq; quod illud non poſſit à ſe ſeparando mouere per aliquam ſui virtutem, nam ſi hoc poteſt per inſtrumentum ſibi coniũctum, mul-
97 to magis poterit per ſeipſum cum contineat virtualiter virtutem, quam communicat inſtrumento, per quod imprimit virtutem impreſſam.

Conſ. quia hoc differt homo ab Angelo in imprimendo impetum, quia homo illum imprimit per contactum fortem, at intelligentia ſine motu preuio quomodo dicunt deſinere corpus graue in aere, per imiſſionẽ impetus proportionati ad grauitatem.

Contrariũ Suar.

Contrarium Suar. diſp. 35. ſect. 6. nu. 24. 25. primo quia ex communi non poteſt Angelus circa extrinſecum corpus producere aliam qualitatem, ergo neqne virtutem impreſſam, quia eſt qualitas motiua diſtincta à motu.

Conſ. quia modus mouendi debet Angelo tribui, qui eſt magis connaturalis. & perfectior quia ſic motus proportionatur potentiæ.

Sed naturaliter, & perfectior eſt modus mouendi immediatus, quam mediatua per virtutem impreſſam, quia eſt magis ſub poteſtate, & arbitrio mouentis, præſertim cũ modus mouendi per impulſum illi concedatur fieri per inſtrumentum, vt cæteras formas applicando cauſas ſecundas.

Reſp. ſicut motus eſt ſub poteſtate Angeli, ita quidquid per ſe ordinatur vt inſtrumentum ad illum debet eſſe ſub eius poteſtate, cum igitur huiuſmodi qualitas ſit inſtrumentum potentiæ motiuæ erit ſub illius potentia, vnde Doctores cum negant Angelo productionem qualitatum, intelliguntur de alijs, quæ non ſunt inſtrumenta ad motum, vt patet quia concedendo illis potentiam ad motum concedunt etiam potentiam ad hoc medium inſtrumẽtum quia vbi ſunt duo, quorum vnum eſt propter aliud, ibi dicitur vnum tantum.

Ad conf. Reſp. etiam ſi modus mouendi
98 immediatus ſit perfectior mediato, tamen poſſe mouere vtroque modo eſt perfectius quam vno ſolum modo. Vnde cum Angelica natura ſit perfectior, quam humana debet illi concedi vterque modus mouendi ſicut conceditur homini.

Sexta concluſio probailius eſt cælos moueri ab Angelis immediate, & non per impetum impreſſum. 99

Angelus ꝓbabilius mouere cælum immediate, quã per impetum impreſſum.

Primo Angelus eſt præſens alicui cæli parti vt in medio, aut in circulo 8. phyſ. 84. idem intra latitudinem mediæ zonæ totum cælum cingentis, ergo poteſt illi applicare ſuam virtutem cælo vbicunque eſt nam nullum eſt impedimentum ex parte potentiæ, vel mobilis, quin in illo producat, vbi ſucceſſiuum producendo illud circa partem mobilis, quam occupare poteſt, nã vna pars alteram ob earum connexionem trahit, Hinc D. Thom. 1. p. q. 52. art. 2. Bonau. Scotua & alij 2. d. 2. dicunt Angelos inchoare motum ex aliqua parte determinata cæli ad orientem.

Secundo quia motus cæli eſt vniformis, at motus, qui eſt ab impreſſa virtute non eſt vniformis, quia initio eſt celerior, quam in medio, & fine, neque dicas eſſe æqualitatem per aliquod tempus, tum cum Angeli cognoſcant quanta ſit virtus, & tempus durationis de nouo imprimendo virtutem ſupplent continuo defectũ ne motus ab vniformitate deficiat, non inquam id dicas, nã maior attenctio requireretur in Angelo ad ſupplendum illum defectum vt patet ex ꝓportione requiſita ad vniformitatem motus quam ad imprimendum immediate motũ.

Dices quomodo motus impreſſus vni parti poteſt diffundi per totum cælum.

Reſp. Suar. l. 4 de Ang. c. 31. imprimi motum vni parti prius quidem natura non tempore, quia ob mutuam connexionem, & ſolidam partium vna ſimul etiam tempore quaſi trahitur, nam partes continui ſimul moueri opus eſt: ſed contra nam quæritur à quo producatur ille motus, qui eſt in altera parte, non enim à potentia Angeli, quia eſt diſtans, nec à motu partis proxima Angelo quia motus non producit motum, ergo debet poni virtus impreſſa productiua illius motus.

Ego Reſp. virtutem motiuã Angeli imprimere motum per ſe ipſum immediate in totum orbem, quia totus eſt infra ſphæram ſuæ actiuitatis, nam licet aliquæ partea ſint illo proximiores, quam aliæ tamen omnes illæ ſunt infra ſphæram actiuitatis, in quas ſimul agat, quia eſt commune omnibus agentibus habere ſphæram determinatam ſuæ ſimultaneæ actionis, neque obſtat quod ſic ageret in partes diſtantes, nam poteſt in illas dum agit ſimul in medias: ſic .n. Soli illuminat ſimul omnes partes aeris, in

Soluitur obiectio ex diffuſione impetus.

quibus non impeditur à corporeo opaco 100
Neque dicatur quod partes motus locales non poſſunt eſſe ſimul nam id verum eſt de partibus intrinſecis motus per quas ſubiectum occupat diuerſas partes ſpatij ſucceſſiue, non autem de partibus motua ex parte ſubiecti, per quas dum vna pars ſubiecti mouetur in eodem tempore à quo aliæ partes, At inſtant.

Quod

Quod agens circa suam sphæram magis agit in partes propinquas, quam remotas, vnde fieret vt partes cæli non mouerentur æqualiter, non inquam id dicatur, tum, quia diuersa est ratio motus localis in corpore continuo, ac motus alterationis, & similiū nam partes continui exigunt simul vniformiter moueri secundum spatium sibi pro-
101 portionatum, at non sic partes corporis alterabilis, & similium.

Tum quia etiam in motu locali seruatur vniformis difformitas, nam cum Angelus sit præsens circulo maximo, quæ omnium citissime mouetur sit, vt circa proximiores partes intensius operetur, & sicut partes mobilis inde recedunt sic, motus in illis sit minus velox, nam eodem tempore percurrunt minus spatium, quam partes maximi circuli.

Angeli motores ex quo sint ordine non est certum, varij varia.

Septima Conclusio Angeli motores cælorum ex quo ordine sint non est certum, D. Thom. 3. contr. Gent. c. 80. & opusc. 10. art. 17. patet probabile esse ex ordine virtutum, qui in secunda Hierchia medium obtinēt locum ex Dion. c. 6. & 7. cælesti Hier. nam cum ex tribus Hierchijs suprema constet ex assistentibus, qui ex lege ordinaria non ministrāt nisi in extraordinarijs occasionibus, duæ autem continet Angelos ministrantes, Angeli, qui mouent cælos sunt ex ordine virtutum, qui est medius inter tres ordines secundæ Hierachiæ, nam nomen virtutis ex Dion. ibi c. 8. sumitur ex diuina quadam, & inconcussa vi ad cælestes operationes obeundas, at inter ministeria externa precipua sūt, qnæ ad totius vniuersi ordinem, conseruationem, & communiū
102 causarum dispositionem spectant quale est ministerium cælestium motuum.

At alij putant esse ex infimo ordine vltimæ Hierarchiæ, quia ex hoc sunt Angeli custodes hominum secundum legem ordinariam vt communis asserit apud Thom. 1 p. q. 113. art. 3. & Vasq. disp. 249. Suar. l. 6. c. 18. & alij licet extraordinariè, aliquando sint ex suprema Hierarchia, ergo multo magis ex hoc ordine esse debent Angeli motores cælorum, tum quia cæli sunt ignobiliores hominibus, tum quia tota hæc mundi machina est propter homines, sed primæ verior., quia D. Thom. & munus illud est vniuersalius.

## ARTICVLVS II.

*Soluuntur agumenta primæ Opinionis.*

Non semper dispersa in inferioribus sunt vnita in superioribus.

RESpond. ad primum non omnia diuisa in inferioribus sunt vnita in superioribus alioqui intellectus, & volūtas, quæ sunt in homine distinctæ potentiæ, essent vna potentia in Angelis, propositio enim illa vera est quando potentiæ possunt vniri circa
103 vnam rationam formalem obiecti, vnde etiā in Deo ratione ponitur distincta potētia exequutiua ab alijs iuxta probabiliorem opinionem.

Ad primam negatur posse id fieri per pauciora, quia præter intellectum, & voluntatē necessaria alia est potentia exequutiua vt diximus ex conditionibus aliorum obiectorum, & præterea quia voluntas non operatur transeunter, nec habet determinatum terminum volibile nam potest ferri circa Deū, ergo eius actio non potest esse motio volita, quia est determinata ad certos fines, vnde si voluntate immediate moueret posset agere non solum in distans sine medio; sed ad quamcunque distantiam.

Ad secundam conf. Resp. intellectuale accipit dupliciter primo ꝑ spirituali ente, & sic tota substantia Angeli, & potentiæ sunt intellectuales, & totaliter. Secundo pro principio intellectionis, & volitionis, & sic substantia Angeli tota est intellectualis, sed non totaliter, quia tota est principium potentiarum, quæ sunt principium intellectionis, & volitionis, sed non totaliter, quia etiam est principium potentiæ motiuæ, quæ est principium motus. Hinc cum D. Thom. dixit in Angelis solum esse intellectum, & voluntatem, intelligi cum Caiet de potentijs, quæ non nisi immanenter operantur. Vide Suar. lib. 4. c. 29.

Intellectuale accipitur dupliciter.

Ad 3. Resp. hæc mouere directione, & applicatiue, vnde lo. cit. infra asserit præter principia quærendum esse in animalibus aliud principium immediatius exequutiuū motus, nec video quæ maior difficultas sit in intelligendō subordinationem potentiæ motiuæ ad intellectum, & voluntatem in Angelis, quam in homine, & alijs Brutis.

Mouens directiue, & applicatiue

Hinc patet exercitium huius potentiæ non esse minus liberum in Angelis, quam in homine ob subordinationem illius potētiæ ad voluntatem vnde patet quam falso Aresius 1. de Gen. q. 42. sect. 4. probet de mente Aristotelis necessarium esse ex illo principio quod *omne quod mouetur ab alio mouetur* nam ibi per moueri ab alio non intelligit effectiue, sed obiectiue, nam intelligentia non potest fieri de non mouente mouens nisi obiectiue moueatur ab aliquo cognito vt bono, quod moueat ad motum, at si liberè mouerent non determinarentur ab alio, sed à seipsis ad mouendum tum quia falso negat ly moueri intelligi effectiue, tum quia etiam si intelligatur de motiuo determinatiuo, vt Vasq. 12. q. 6. art. 2. in notis, sic omne carens cognitione sic moueri ab alio dirigente in finem, vt grauia, & leuia, quod si determinatio sit obiectiua nō sequitur motio necessaria, quia sic homines mouentur à fine ad motum, & tamen libere vt sirenus 3. de fato c. 28. notauit.

Qua libertas in exercitio. 104

DV

## DVBITATIO VII.

*An motus cælorum ſit cum defatigatione.*

De hac Ariſt. 2. cæl. à t. 3. vbi Philalt. con. 4. Sax. q. 9. Iand. q. 2. Ægid. 2. d. 14. q. 1. art. 4. d. 4. late.

105

### ARTICVL. I.

*Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

Defatigatio duplex.

PRimo Not. duplicẽ eſſe defatigationem vnam proprie dictam, quæ conuenit potentijs indigentibus organo ad operandũ alterum improprie, quæ conſiſtit in impotentia perficiendi opus ex diminutione virtutis; Doctores proprie quæſtionem intelligunt de prima defatigatione; ſed nos addemus aliquid etiam pertinens ad ſecundam.

Quid ſit.

Secundo not. fatigationẽ proprie definiri à Philal. quod ſit impotentia proſequendi opus cæptum, aut imbecillitas ſuccedens operanti, vel accedens ad impotentiam, & ideo natura animalibus ſomnum indidit vt inde vires capiant, ſicut animi laborem definit eſſe longam, & infixam voluntati, vel cupiditati rerum gerendarum curam, quas proſequi difficile eſt, verum hæc definitio non ſatis explicat naturam huius; ideo melius alij apud Saxon. quod ſit diminutio virtutis actiuæ cognoſcitiuæ propter longam operationem, orta immediate ex diminutione ſpirituum, quæ virtus poteſt per requiem reſtaurari, & recuperari.

Tertio Not. hanc definitionem ſic explicari, primo dicitur diminutio virtutis actiuæ, quia purè paſſiua non eſt capax fatigationis.

Secundo dicitur cognoſcitiuæ tum vt ſignificetur actiuas non cognoſcitiuas non defatigari ita vt patet ex lapide deſcẽdẽte, & igne comburente, &c.

106 Tum vt ſignificetur ſubiectum capax de fatigationis eſſe animal.

Tertio dicitur propter longam, vt ſignificetur imbecillitas, & impotentia operandi orta ex ſenectute, vel morbo, vel defectu membri non eſſe defatigationem, nam dicimus aliquem fatigatum, quia factus eſt impotens, vel imbecillis, quia nimis ambulauit, vel vigilauit.

Quarto dicitur orta immediate, &c. quia ad operandum animal exigit concursũ ſpirituum defluentium ad organum ex capite, vel corde, qui exhalant, & corrumpuntur ex operationibus ſiue ob nimium calorem, ſiue ob aliam cauſam, vnde membrum deficientibus ſpiritibus fit impotens imo inquit Saxonia ad membra laborantia non ſolum mittuntur ſpiritus, ſed etiam humores, ex quibus fit quædam inordinatio in corpore, & quidam morbus, vnde corpus redditur minus potens.

Quinto dicitur, quæ virtus, &c. nam in corpore ſemper ſpiritus elaborãtur vnde cum quieſcit ſpiritus multiplicãtur. nam plures generantur, quam euaneſcãt, & hinc fit vt ſpiritus ad membra mittantur, & recuperatur virtus, & ex quiete etiam humores ordinantur, & tollitur membri defectus, & quaſi morbus. 107

Eſſe actionẽ vel cum actione.

Quarto Not. fatigationem vel eſſe actionẽ corruptiuam, vel non fieri ſine hac actione, quia fatigatio eſt diminutio virtutis hęc non poteſt eſſe ſine tali actione quia diminutio illa eſt quædam alteratio, vel cum alteratione, quæ eſt actio corruptiua, & quia cauſa actionis corruptiuæ eſt contrarietas quia hæc actio eſt inter contraria, ſed actio corruptiua eſt cauſa fatigationis ergo cõtrarietas eſt cauſa fatigationis, quia quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati Hinc deducunt virtutem, quæ agit ſine reſiſtentia non eſſe fatigabilem hæc ſaxonia, ſed non placet alijs quia ſenſus agunt ſine contrarietate, & reſiſtentia quia ſenſatio fit in inſtanti, & tamen conſtat fatigari Reſp. ad ſẽſationem concurrere plures actiones: prima eſt obiecti in ſenſum, ſecunda eſt ipſa cognitio, & ratione harum nulla fit fatigatio, quia fiunt ſine reſiſtentia, & contrarietate, tertia ſunt actiones, alteratiuæ, ſiue neceſſariæ ad diſpoſitionem organi operãtis, ſiue concomitantes cognitionem, & ratione harum diſponitur organum ad corruptionẽ, & aliquando totaliter corrupitur.

Sed contra tum quia excellens ſenſibile corrumpit ſenſum, vt magnum lumen potentiam viſiuam, ſed negãt ad fieri ex actione obiecti intentionali, ſed alteratiua, de qua in lib. de anima.

Tum quia diminutio virtutis fit per exhalationem ſpirituum, At ſpirituum exhalatio non fit per actionem contrariorum, ſed ex propria conditione, quod propter nimium tenuitatem, & calorem euaneſcunt ſed de hac re alibi. 108

Dices ignis agit cum contrarietate, & tamen non eſt fatigabilis, Reſp. recte hinc ſequi non omne agens cum contrarietate fatigari, quia contrarietas eſt quidem neceſſaria ad fatigationem, ſed non eſt ſufficiens quare omne fatigabile eſt cũ contrarietate, nõ tamen omne habens contrarietatem eſt fatigabile.

### ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

Qui putent motores defatigari.

PRima Opinio Antequorum apud Ariſtotilem 2. cæl. t. 4. motores cælorum defatigari quia cælum inclinat ad deſcenſum, vnde neceſſarium eſt impediri illũ vt poſſit circulariter moueri; Hoc autẽ impedimentum aliqui dicunt oriri ex Atlante ſubſtinente cælum, alij vero ex velocitate circumgirationis, quæ cum ſit maior, quam

eſſet

esset velocitas descensus ideo sustinet cælum superius, vt accidit aquæ existenti in vase perforato, quæ non descendit vbi motus circumgirationis præuenit motum descensus,& idem in grosso terrestri vrinæ positæ in aqua nam si vrina in aqua circumducitur grossum manet supra aquam, & non descendit.

109 Alij vt plato dicebāt sustineri à virtute animata,quā forte putarant esse Deum,sed reijcit Aristotiles vt fabulosā, non fabulosū est fingere hominem, qui habeat in vno polo,pedes & caput in alio, dexterā in oriēte, & sinistrā in occidente,& cælum moueat,& sustineat,neq; ex velocitate girationis potest perpetuo conseruari tam violenta detentio siue potentiæ diminutione, nec virtus animata potest perpetuo sustinere aliquid violenter, quia nullum violentum est durabile 2.cæl.6. vnde illa anima esset ignobilior anima brutorum, quia hęc nō mouet semper cum tristitia, sed quiescit aliquando: ex quo fieret vt illa anima neq; erit Beata,nā fælicitatem repugnat esse cum tristitia de Atlā is fabula plura Phil. 2.cæl.t.3.

Fundamentum. Fundam n huius opinionis est, nam illud mouet cū defatigatione,quod mouet cum resistentia mobilis, nam labor non est vnde præueniat nisi ex resistentia, sed cælū resistit motori, tum quia ex Auer. 4. phys. t. 71. in omni motu est resistentia mobilis ad motorem, quia sequitur certam proportionem potentiæ mouentis ad resistentiam mobilis 7. phys.

Tum quia mobilia inferiora mouentur motibus contrarijs,at vbi est contrarietas, ibi est resistentia, & licet primum mobile vno motu moueatur tñ cū trahat inferiores orbes in contrarium motos, primus motor necessario ex orb.b° tractis habebit resistentiam, atque adeo fatigationem:motores enim in diuersas partes mouētes mobile se inuicem impediunt:vnde ratio quā Aristotiles assignat cur Planetæ superiores longus tempus consumant in perficiendo proprias circulationes, quam inferiores, est, nam motus primi mobilis ob sui velocitatem resistit motibus proprijs,& quo orbes sunt primo proximiores, maiorem habent resistentiam & ideo tardius perficiunt proprios motus quam orbes inferiores, & distantiores à primo.

Tum tertio quia si esset sine resistentia haberet velocitatem infinitam, vt probat Aristoteles de motu in vacuo.

Tum quarto quia cum vni corpori simplici non possit esse connaturalis nisi vnus motus simplex necessario vbi sunt duo,vnus ex illis erit violentus, hic autem erit motus raptus, qui præseferre videtur quandam violentiam.

110 Conf primo ex signo nam vbi mobile nunc velocius, nunc tardius mouetur, signum est defatigationis motoris, quia in animalibus hæc varietas oritur ex defatigatione, at sic planetæ mouentur, nam Astra aliquando maiorem arcum Zodiaci conficiunt, aliquando minorem, vnde dicūtur nunc stationarij, nunc recti, nunc retrogradi.

Conf. secundo quia omnis virtus naturalis est fatigabilis c.3. de som.& vig. sed virtus motiua est naturalis cum sit principium motus naturalis.

Conf. tertio quia si nō esset fatigabilis esset infinitæ perfectionis, nam potentia,quæ est aptæ mouere infinito tempore sine fatigatione esset infinita vt patet ex animali,quod posset vigilare per tempus infinitum sine fatigatione.

Secunda opinio est dicentium motores cælorum non mouere illos cum fatigatione proprie dicta, primo ex 2.cæl t.3. vbi id Aristoteles probat, quia non posset esse perpetuus motus vt ipse supponit, & regularis vt ipsa. Angeli non fatigantur proprie mouendo cælos

Secundo probatur ratione ex parte mobilis, nam illud mobile mouetur cum fatigatione mouentis, quod resistit mouenti, at cælum non resistit mouenti illud circulariter, ergo mouens non fatigatur; maior patet ex co, quod fatigatio oritur ex contrarietate, & resistentia per se, vel per accidens reperta in actione mouentis, ex parte mobilis, vel in aliqua alia præsupposita ad actionem mouentis, vel illam concomitante. 111

Minor probatur quia in cælo non est grauitas, vel leuitas, neque alia qualitas habens contrarium, vel inclinans ad motum diuersum à circulari,neque inclinat ad quietem,vel motum contrarium circularem illi quem habet, quia nec motus circularis habet contrarium vt ostenditur 1 cæli à t. 10. nec posset esse perpetuus vt dicitur t.15.*mirabile* inquit, *est, & omnino irrationabile continuum solum hunc motum, & sempiternum existentem præter naturam esse; videntur in alijs citissime corrumpi,quæ præter naturam sunt.* cum tamen illud corpus tanto nobiliorem habeat naturam, quanto quidem plus d stat ab his quæ hinc sunt,ita communiter Doctores. 112

Secundo probatur ex parte virtutis mouentis, quæ cum sit incorruptibilis secundum se, non potest minui, & cum non indigeat organo, non poterit minui ex parte illius. Inter hos aūt esse potest dissentio, nā aliqui negant posse in cælo esse defatigationem non solum proprie, sed etiam improprie dictam.

At alij concedunt cælis defatigationem improprie dictam,quia potest mobile adeo augeri vt superet virtutem motiuam, vt non habeat proportionem maioris æqualitatis sed minoris vel æqualis, & mihi placet licet nunc de facto non sit talis defatigatio.

## ARTICVL: III.

*Soluuntur Argumenta primæ Opinionis.*

Reſiſtentia duplex.

A fund. Reſp. Iaod. duplicem eſſe reſi-
ſtentiam vnam ex inclinatione mobilis
ad motum oppoſitum, vt corpus animalis
ad deſcenſum, & hinc oritur deſatigatio,
qualis non eſt in cælo.

Alteram quæ eſt ex proportione mobilis
113 ad actum ſine inclinatione, & ex tali non
eſt labor, & deſatigatio.& hæc eſt in cælo,
quia eſt in potentia, vt motor habest talem
actum circa ipſum, vnde ſi eſſet omnimoda
proportio quoad talem motum,non poſſet
mouere tali motu ſi aliquid addeſetur mo-
bili,ſed moueret minus velociter, & poteſt
additio eſſe tanta, vt nullo modo poſſit il-
lud mobile mouere quam deſatigationem
impropriè appellamus, non quia deeſt ali-
quid potentiæ cum ſit incorruptibilis, ſed
quia deeſt ſimilis proportio verum vt dixi
in cælo neutra eſt de facto deſatigatio quia
tam motiua potentia, quam mobile ob eo-
rum incorruptibilitatem non variantur ſe-
cundum ſe,neque ſecundum mutuam pro-
portionem, neque ibi eſt reſiſtentia primi
generis.

Hinc ad probat. prim. minoris Reſpód.
primo loqui de reſiſtentia ſecundi generis,
quia motiua potentia naturalis habet pro-
portionem cum mobili reſpectu talis actus,
& tantæ velocitatis: dixi naturalis, quia de
potentia voluntaria aliter dicendum cum
poſſit mouere pro libito magis, vel minus
velociter intra certam proportionem.

Reſp. ſecundo loqui de potentia motiua
inferiorum, quoad motus non connatura-
les.

Quomodo motus illi nõ ſint cõtrarij

Ad ſecundam probat Reſp. negando il-
los motus eſſe contrarios, tum quia fiũt ſu-
per diuerſos polos, tum quia etiam ſi fierẽt
ſuper eoſdem polos motus circularis non
habet contrarium, vt vnus ſit ſecundum
naturam, & alius non ſecundum naturam,
vt ait Georg. & ideo non ſe mutuo impe-
diunt, vnde primus motor mouere primũ
orbem immediate, & inferiores mediate,
114 per raptum non inuenit reſiſtentia in inferio
ribus tractis, neque tarditas motus proprij
in ſuperioribus oritur ex eo quod ſuperio-
res orbes primo mobili viciniores magis
violentẽtur,ſed quia influentia ſupremi mo
bilis eſt maior in orbibus ſuperioribus, &
vicinioribus, quam in inferioribus. Verum
tota hæc doctrina non caret difficultate, vt
dicemus cum de motu locali quare dico
ibi non eſſe deſatigationem, quia nihil mi-
nuitur ex potentia motiua, & requiſitis ad
motum circularem cęli ex ipſius motus cõ-
tinuatione, ſed ſemper perſeuerat ea pro-
portio inter motorem, & mobile,in conti-
nuatione motus, quæ fiunt à principio.

*A* 3. probat Reſp. id verum in motu re-
cto, non in circulari ita Georg. ſed non vi-
deo rationem diſparitatis.

115 Agens voluntarium poteſt mouere corpus per vacuum ſucceſſiue.

Reſp. ſecundo Sax. id verum in agente
neceſſario, non autem in voluntario, quod
ſine dubio poſſet mouere corpus per va-
cuum ſucceſſiue.

Ego Reſp. dictum Ariſtotelis intelligi de
ſucceſſione, quæ oritur ex parte medij, non
autem de ea,quæ oritur ex parte inadæqua-
tionis mobilis cum ſpatio, vt dixi in phy-
ſicis.

Ad quartum prob. *Reſp. Sax.* vni cor-
pori ſimplici vnum deberi motum natura-
lem ſecundum naturam propriam,ſed plu-
res poſſe habere præternaturales, qui con-
ueniunt ſine inclinatione, & violentia, &
talis eſt motus diurnus, qui conuenit infe-
rioribus orbibus, qui dicitur raptus, non
quidem ratione violentiæ, ſed quia eſt ab
influentia ſuperioris orbis mouentis infe-
riores orbes ſimili modo, quo mouent tra-
hentes aliud corpus violenter.

Planetæ nõ mouentur vere nunc tardius, nũc velocius.

Ad primam conſ. Iand. negando plane-
tas nunc tardius,nunc velocius moueri, ſe-
cundum veritatem,quia ſemper per tranſeũt
æquales arcus in æquali tempore,ſed ſecun-
dum apparentiam ;eſt illa diuerſitas, vnde
denominatio motus retrogradi,&c. non eſt
ex tarditate, & velocitate, ſed ex motu
quem habent ratione epicyclorum, nam
quando planeta eſt in ſuperiori arcu epicy-
cli velocius mouetur, quia mouetur motu
etiam epicycli, at quando eſt in inferiori
parte, tardius mouetur, quia oppoſito mo-
tu deferentis circuli, vt dicunt *A*ſtrologi.

Reſp. ſecundo clarius Sax retrogradatio-
nem,&c. non eſſe propter laſſitudinem po-
tentiæ mouentis, nec propter motum pla-
netarum cum reſiſtentia; ſed quia aggregã-
tur plures motus in vno mobili verſus vnã
partem aliquam, & aliquando non ita.

Explicatur Ariſtoteles. 116

Ad ſecundum conſ. Reſp. Ariſtotelem
loqui de potentia naturali cognitiua, quæ
ex diuturna actione diminuitur,cuiuſmodi
non eſt potentia motrix cælorum cum ſit
abſtracta, vnde non indiget quiete ad re-
ſtaurandam virtutem, quod ſi Cælum eſt im
mobile in cardinibus, non propterea dici-
tur habere quietã, qua reſtaurarentur vires
motoris, nam non eſt quies à motu ſucce-
dens motui,ſed eſt concomitans motum ra-
tione partis, in qua nititur motus.

Ad 3. conſ. negatur conſeq. nam ex eo,
quod mouet ſine reſiſtentia, non ſequitur
infinitas, at ſequeretur ſi moueret cum reſi-
ſtentia, nam conſeruaretur infinito tempo-
re reſiſtendo contrarijs.

Ex motu cũ reſiſtentia quomodo ſequatur infinitas.

Ego vero dicõ etiam ſi motus eſſet cum
reſiſtentia, non ſequeretur infinitas præciſe
quia poteſt eſſe incorruptibilis,atque adeo
ſemper à principio ad finem motus eadem
proportio inter motorem, & mobile, quod
ſi potentia motiua eſſet corruptibilis, & re-

sisteret contrarijs infinito tempore, tunc probabiliter, sequeretur infinitas, vide plura apud philalteum.

### DVBITATIO. VI.

*An motus Cæli sit regularis.*

De hac Aristoteles 2. cæl. tex. 35. vbi fuse Phial. Iand. q. 8. Sax. q. 13. Conimb. c. 6. q. 1. & 2. Georg. tr. 1. c. 6. quæst. de hac re. Achill. 1. de orb. d. 3. Venet. lum. de cælo c. 15.

### ARTICVL. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

117 Motus vniformis quis, & quomodo distinguitur ab irregulari.

Primo not. motum vniformem distingui ab irregulari, nam vniformitas attenditur ex partibus mobilis, quæ habent motum similem quoad velocitatem, vel tarditatem, etiamsi partes successiuæ motus sint difformes, vt patet in motu lapidis ad centrum cuius partes vniformiter mouentur, etiam si partes motus sint velociores in fine, quam initio. Contra vero dicitur difformis motus quando partes mobilis habẽt motus difformes secundum velocitatem, vt patet ex motu rotæ qui est difformis, nam partes Rotæ circa axem tardius mouentur quam, quæ circa circumferentiam licet partes motus in illis semper sint similes secundum velocitatem quia semper eodem modo complent circuitum.

At regularitas motus attenditur ex parte temporis, vt s. motus est regularis quando mobile æque velociter mouetur in vna parte temporis sicut in alia, contra vero dicitur irregularis, vt motus lapidis ad centrum, quia est velocior in fine vt colligitur ex 5. phys. t. 44. & licet aliqui distinguant vniformitatem ex parte mobilis, & ex parte motus quod illa distinguatur à regularitate hæc autem sit idem, tamen hoc non est vti proprie terminis. Hinc patet distinctionẽ Philaltei distinguentis triplicem regularitatem non esse necessariã, vnam ex parte mobilis, quam diximus vniformitatem, alteram ex parte motus, quæ proprie est regularitas, 3 ex parte spatij pertransiti; quod tantum pertransitur in vno tempore, quantum in alio, quia hæc non distinguitur à regularite ex parte motus, vel vniformitate ex parte subiecti.

118 vniformitas esse potest sine regularitate.

Secundo not. vniformitatem reperiri posse sine regularitate vt dictum est de lapidis descensu, & regularitatem sine vniformitate, vt patet ex motu Rotæ, & denique posse vtranque reperiri in aliquo motu, vt in graui descendente per medium à principio ad finem æqualiter resistens, vnde illud graue in æqualibus partibus temporis æqualia pertranseat spatia.

Tertio Not. motum cæli posse dici simplicem, & compositum, Dicitur circularis simplex vnius mobilis continui super eosdẽ polos, & ab vno motore circumscripto omni motu præter quam super illos polos, at compositus dicitur resultans ex aggregatione plurium motuum simplicium in eodem mobili super diuersos polos à diuersis motoribus, qui motus compositus nobis apparet in planetis, quam simplices non apparent distincti, nisi per cognitionem intellectus. 119 Cælorum motus simplex vel cõpositus.

Quarto Not. hic non quæri de regularitate motus extrinseca, qualis est per quam motus dicitur regularis, quia mobile habet partes difformes, vel quia est per spatium irregulare, oppositum spatio tortuoso, nam magnitudo cæli est maxime regularis cum sit circularis, & spatium nullo modo tortuosum, sed quæri de irregularitate ex parte velocitatis partium motus, quæ est motui intrinseca.

### ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio negat esse regularem, quia motus cæli est naturalis, p. cæl. 5. at motus naturalis est velocior in fine, quã in principio. Cur negetur regularitas cæli motus

Conf. ex partibus cæli aliquæ mouentur velocius, aliquæ tardius, vt partes proximę polis tardius, quam proximæ æquinoctiali, nam eodem tempore conficiunt inæqualia spatia, ergo totus motus est difformis, atque adeo non regularis.

Conf. secundo sydera non mouentur per se, sed vt affixa orbi, ad cuius motum mouentur, ergo si planetæ mouentur irregulariter, etiam orbis mouebitur irregulariter, at constat Planetas, nunc velocius, nunc tardius moueri, vnde dicuntur retrogradi, recti, & stationarij.

Conf. tertio motus qui est à voluntate non est regularis quia voluntas est ad opposita, at talis est motus cæli Auer. 12. met. t. 36. & 2. cæl. 61.

Conf. 4. quia causa motus irregularis est irregularis, quia quidquid est in effectu continetur in causa, sed motus cæli est causa motuum inferiorum 8. phys. t. 77. 2. cæl. 12. quos patet esse irregulares. Hanc videtur sequi Angestus fol. 47. quem vide.

Secunda opinio est dicentium motum cæli non esse vniformem, sed tamen esse regularem, primum patet ex cõditione corporis sphærici circulariter moti, quia semper partes difformiter mouentur, vt sunt mauis proxima, vel distantes à polis. 120 cur negetur vniformitas

Secundo patet, quia semper motus seruat in omnibus sui partibus inordine ad spatium æqualem velocitatem à principio ad fine, ita Aristoteles lo. cit. vbi omnes Peripatetici, & Astrologi, vnde Simpl. ait etiam ex hac regularitate præseferre in cælum diuinitatem quandam.

Hi

121 Diuersitas Doctorum circa motus regularitatem, vel irregularitatē. Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui putant cælos moueri irregulariter ex parte subiecti, nam positis eccentricis, & epicyclis, videtur in magnitudine cælorum quædam irregularitas, vnde etiam fit in cælo esse etiam irregularitatem ex parte magnitudinis, super quam fit motus, nam inter illos circulos est magna diuersitas.

Alij vero dicunt esse regularem, tam ex parte subiecti, quod est vnum continuum, quoad totum motum, quam ex parte magnitudinis, seu spatij, quia est linea circularis, quam ex parte modi motus, qui attēditur ex velocitate, & tarditate.

Secundo diuisi sunt, nam alij putant Aristotelem loqui de motu omnium cælorum cum eos dixit esse regulares.

At alij loqui de motu primi mobilis, nō quod putet aliorum motus non esse regulares, sed quia cum inferiores orbes moueātur pluribus motibus, & constent pluribus orbibus, vt demonstraret regularitatem de 122 illis, esset opus astrologicis obseruationibus, quæ nunc non sunt opportunæ, vnde suas demonstrationes dirigit ad motum primi mobilis.

## ARTICVLVS III.

*Opinio Auctoris.*

123 motus primi orbis est regularis quoad modum. PRima conclusio motus primi orbis est regularis quoad modum. primo quia omnis motus irregularis habet intensionem, vigorem, & remissionem, vt patet ex definitione irregularitatis, quæ dicit hanc varietionem.

Sed circularis motus non habet hanc variationem, quia habens hanc variationem habet principium, medium, & finem, nam variatio hæc non potest esse nisi secundum hos terminos, cum omnia mobilia vel sunt animata, quæ Aristoteles vocat proiecta, & hæc velocius mouentur in medio, vel simplicia, & hæc vel mouentur naturaliter, & hæc mouentur velocius in fine 1. cæl. 88. vt alibi ostendimus, vel violenter, & mouentur velocius inprincipio, at in motu circulari nō sunt hi termini. At petes cur animalia vocat proiecta. R. quia mouentur ad modum proiectorum, nec sursum, nec deorsum, sed lateraliter, vt patet ex volantibus, & progressiuis, quæ initio tardius mouentur ob instrumentorum indispositionem, quæ exercitio tollitur aduocatis spiritibus, vnde in medio mouentur citius, denique dissolutis spiritibus, & debilitatis organis fit motus tardior in fine.

Dices cum Alex. non omnia mota irregulariter habent hæc tria, nam quæ habent maximam intensionem, seu vigorem initio carent intensione cum intensio fit via ad vigorem, nec quæ habent vigorem in fine habent remissionem cum remissio fit recessus à vigore.

Resp. cum Alex. eb Aristotele non id dici, quasi omnis motus irregularis habeat hæc tria omnia, sed quia omnis motus irregularis habet variationem aliquam ex his, nam naturalis habet intensionem, & vigorē violentus habet vigorem, & remissionem, animalis vero habet illa omnia.

Secundo omnis irregularitas oritur ex parte motoris, qui est alius, & alius, seu idē alia, & alia virtute mouens, vel ex parte mobilis, quod est aliter, & aliter dispositum, siue per alterationem, siue per auctionem, & diminutionem, siue quia situ elongatur, vel ex parte vtriusque quod in vtroque sit variatio, & non se similiter habeant. Irregularitas vnde oriatur. 124

Sed nihil horum esse potest in cælo, quia motor est intelligentia incapax alterationis, & corruptionis, & mobile est similiter inalterabile, & incorruptibile, & immutabile secundum elongationem situs.

Dices irregularitas oriri potest ex libertate motoris. Resp. Aristotelem existimasse necessario ab intrinseco mouere, & ideo nō meminit libertatis.

Resp. secundo intelligentias mouere, ex ordinatione auctoris naturæ, cuius voluntatem ob rectitudinem, quam habent, nunquā transgrediuntur. 125

Dices secundo ommissa est irregularitas ex parte medij, qualem habent, quæ naturaliter mouentur.

Resp. aliqui comprehensam sub mobili, cuius figura confert ad celeritatem, vel tarditatem motus, sed non placet, quia stante eadem figura mobilis potest variari mediū.

Resp. secundo simplicius in motu cæli non est medium resistens sicut est in motu recto, sed tantum ibi esse mobile, quod semper seruat eandem proportionem cum motore, nam semper est similium partium, figuræ, & naturæ. Cæli motus non habet medium resistens.

Conf. irregularitatem non conuenire ex parte mobilis, quia vel est in partibus .s. stellis, quarum aliqua nunc velocius, nunc tardius mouetur, vel in toto, quod nunc velocius, nunc tardius mouetur.

Non primum, quia in tot annorum millenarijs nunquam obseruata fuit variatio habitudinis astrorum ad inuicem secundum propinquitatem, & distantiam, vt patet ex figura ipsorum semper eadem.

126 Omnis remissio actionis fit p impotentiam. Non secundum quod .s. omnes partes simul varient modum motus cum eadem proportione, qua ratione seruaretur eadem figura cum regularitate, nam omnis remissio fit per impotentiam, per quam non potest seruari eadem motus intensio, at hæc impotentia non est in cælo, quia omnis impotentia adueniens est præter naturam vt patet ex ijs, quæ accidunt animalibus vt ægritudo, & senectus, quæ non sunt in cælo, cū illud non sit compositum ex elementis, vt animalia, quæ cum in huiusmodi compositione extra propria loca, & habeant repugnantiā, & causant effectus præternaturales.

Dd 2 Conf.

Conf. secundo ex parte motoris nam si
127 est in motu variatio, cum sit infinitus, vel quia infinito tempore remittitur, & infinito intenditur, vel solum remittitur vel solum intenditur, vel 4. nunc vicissim intenditur, nunc remittitur: sed nihil horum est, ergo Non primum, quia inde sequeretur motorē infinito tempore habere potentiam, & infinito impotentiā, quæ cum sit præter naturam non potest esse infinito tempore, tum quia sequeretur tāto tempore esse secundū naturam, quanto præter naturam, at hoc est egressus ab eo, quod est secundum naturam, quod præsupponitur præexistere.

Non secundum quia semper intēderetur & semper remitteretur, quod esse impossibile probatur quia omnis motus est determinatus quoad terminus cum sit ex aliquo in aliquid, at quod est tale non est determinatum, nam intensio in his, quæ secundum naturam mouentur, fit per approximationē ad terminum, at illi, quod intenditur in infinitum, nunquam accidit termino approximari, nā dū motus intenditur, quod sequitur semper est aliud, ab eo quod erat prius et quod in infinitum hoc patitur, transit in infinitum ex vno in aliud, at quod sic transit non habet terminum ad quem determinatū atque adeo neque terminum à quo, cum ter minus à quo, & ad quem, referantur inter se.

Hinc patet idem dicendum de remissione, quod est tertium membrum, nam vigor in naturalibus est prope terminum ad quē, at quæ remittuntur elongantur à vigore, atque longius abeunt in infinitum à termino ad quem, quod est carere termino ad quē, quare cum omnis motus habeat terminum à quo, & remissio in infinitum illum non habeat, non potest esse remissio in infinitū.

128 Neque dici potest 3. quia id fingitur sine vlla ratione, tum quia non est cur hodie tardius, cras velocius moueatur tum talis diuersitas facile appareret, nam diuersa, & contraria iuxta se posita magis discernuntur.

Tertio prob. Phillal. con. 38. astronomice motum cæli esse æqualem videte ipsum.

Orbes inferiores regulariter mouentur.

Secūda Conclusio orbes etiam inferiores mouentur regulariter patet eo dictis in prima conclusione, nam eædem rationes facile applicari possunt, ad hanc probādā, & conf. quia licet moueantur pluribus motibus, tamen singuli sunt regulares, vnde aggregatū ex illis est regulare.

129 Dices cælum non vniformiter mouetur nam eius partes non æque velociter mouentur, ergo motus cæli habet partes tardiores, & velociores, nam alioqui non possent denominare partes mobiles velocius, & tardius motas.

Resp. etiam si motus cæli non sit vniformis, adhuc tamen est regularis, nam partes illius motus semper in æqualibus temporibus describunt æquales Angulos circa Axē mundi, & seruant eandem tarditatem, & velocitatem, quod sufficit ad regularitatem.

Qui motus dici possit irregularis in cælo.

Tertia Conclusio motus alicuius partis cæli conflatus ex pluribus potest dici irregularis, quia ex vnione illa motum in aliquo planeta ille dicitur nunc citius, nunc tardius moueri, vt dictum est in secunda confirmatione primæ opinionis.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur argumenta primæ Opinionis.*

AD primum Resp. Sax. id non conuenire omni motui naturali, sed tantum recto. Resp. 2. Iand. id esse verum de motu naturali ex forma materiali, ac materia quę est in potentia ad esse, & formam oppositā sed non est verum de motu naturali, qui est à forma. & materia, quæ non est in potentia ad esse, sed vnde quo, nam hic est regularis. 130

Resp. 3. negando esse naturalem naturalitate inclinationis.

Ad primum conf. Resp. inde probari motum cæli ex parte subiecti non esse vniformem, imo nec posse esse vniformem, nam hoc est de ratione sphæræ vt eius partes dif formiter moueantur.

Motus partialis planetarum.

Ad 2. confirm. Resp. communiter ab Astrologis concedi motum illum partialem planetæ in suo epicyclo ex vnione plurium motuum non esse regularem vt dictum est in tertia concl. vnde Georgius ait Aristotelē loqui de motibus simplicibus, & de compositis, nec de compositis vnius partis, sed totalis orbis.

Resp. 2. Iand negando ibi esse diuersitatem motus secundum rem, sed solum secundum apparentiam, nam vere semper planetæ regulariter mouentur in suis orbibus, vnde aūt oriatur, diuersitas apparentiæ ex epicyclis, vel eccentricis astrologorum est definire vide Phila. cont. 39.

Ad tertiam, voluntatem intelligentiæ esse subordinatam voluntati auctoris naturæ à qua nūquā discedit. Ali vel addit Iand. voluntas Dei non mutat voluntatem, sed semper in antiqua manet, sed de hac re in metaphysica.

Perfectiones, non imperfectiones effectuum tribuūtur causis.

Ad quarrum imperfectiones, quæ sunt in causato, non debent tribui causæ, sed perfectiones, vnde cum difformitas motuum inferiorum non pertineat ad perfectionem, sed imperfectionem, non debet tribui cælo

Resp. secundo Iand. quidquid est in effectu esse in causa formaliter, vel virtualiter, vnde cum omnis motus inferiorum, præter intellectus, & voluntatis pendeat à cælo, sit vt irregularitas inferiorum motuum sit in cælis causaliter, & virtualiter, non autem formaliter. 131

Resp. tertio negando irregularitatem inferioriorum pendere ab influxu cęlorum, quia

quia ostendemus, quod cessante motu cælorum adhuc graue descenderet.

## DVBITATIO. VII.
*An motus circularis sit naturalis Cælo.*

132 De hac Achil. 4. de orb. d. 4. Philal. 2. cæl. cont. 15. Conimb. 1. cæl. c. 2. q. 3. Sax. q. 1. Iand. q. 8. & 10. de qua nos fuse in physicis tr. 8. q. 11. d. 4.

### ARTICVL. I.
*Explicantur termini, & sensus, quæstionis.*

Naturale su mitur quadrupliciter

PRimo Not. naturale accipi 4. primo vt distinguitur contra supranaturale 2. vt distinguitur contra artificiale 3. vt distinguitur contra voluntarium, seu animasticũ 4. vt distinguit contra violentum, quare vt intelligatur quomodo naturale hic accipiatur, oportet explicare terminos, quibus naturale opponitur.

Quid super naturale, & quotuplex.

Secundo not. supernaturale accipi 3. primo vt dicit aliquid, quod est supra totam naturam, vt natura continet omnes causas contentas infra ordinem vniuersi, & ita constat motum cæli esse naturalem, quia est ex vi diuinæ prouidentiæ naturalis respectu vniuersi 2. accipitur vt dicit aliquid supra naturam concernentem materiam vnde dicta est scientia metaphysica, & hoc modo motus cæli est etiam naturalis, quia non abstrahit à cælo tanquam subiecto materiali, 3. pro ente artificiali quomodo naturalia dicuntur, quæ non fiunt per artem humanã

133 & creatam, nam de ijs, quæ fiunt per increatam. cum vere fiant omnia entia, tam physica, quam metaphysica per illam, non potest naturale distingui ab illo ente, & dubitatur an motus cæli sit naturalis, an artificialis.

Tertio not. ab Aristotele distingui naturale ab artificiali vt natura ab arte, vt patet 2. phys. initio, nam ars est directiua naturæ vt producat operationem sub certo quodã modo, vt ars fabrilis dirigit manum, vt cõponat tabulas, easque doleat sub certa quadam figura, & ars saltandi dirigit potentiã motiuam vt motum producat cum determinata celeritate, & numero, ita ens naturale distinguitur ab artificiali, quod naturale respiciat naturam; artificiale vero respiciat artem, hinc est, vt idem ens secundum substantiam sit naturale, at vt est ex arte di-

134 rectiua naturæ est artificiale. Hinc videtur motus cæli non esse naturalis, sed artificialis. Hinc secundo patet non esse naturalem vt naturale distinguitur ab animastico, quia cum sit ab intelligentia est voluntarius, & animasticus. Aliter Ægid. 2. d. 14. art. 2. diuidit naturam ab arte, quia arte factum vt sic non est principium motus. vt patet ex scamno, & arca, sed motum habent ex eo q sunt quędam mixta naturalia, in quibus dominatur elementum graue. Alij distinguunt naturale ab eo, quod est sine inclinatione, & & sic naturale est cum inclinatione.

Motus aliu naturalis, alius animalis, & aliu voluntarius ex Auer.

Quarto not. etiam si ab Aueroe varijs in locis hic motus dicatur naturalis, animalis, & voluntarius, eo quod eius principium est natura, anima, & voluntas vt videre licet apud Achil. loc. cit. nam cum aliquando animam dicat esse naturã, ideo 2. cæl. Com. 3. motum cæli dixit esse naturalem, & cum aliquãdo illam distinguat à natura ideo 10. met. Com. primo negat esse naturalem, & in destr. destr. disp. 13. nullum mobile ait moueri circulariter à natura. Tamen hic nõ accipimus naturale, vt distinguitur contra voluntarium, & animasticum, sed vt distinguitur contra violentum, q duplex est vnũ positiue, q fit ab extrinseco contra positiuam inclinationem subiecti, alterum negatiue, quod non est contra inclinationem, neque secundum inclinationem, vnde dici potest indifferens, & neuter.

Motus Cæli non est ab intrinseco actiue. 135

Quinto not. cum ostensum sit motum cæli non esse actiue à forma cæli, non potest esse naturalis ex inclinatione actiua, sed passiua, siue ex parte materiæ, siue formæ, siue vtriusque. Nam de inclinatione intelligenti æ ad mouendum, vt inde etiam dicatur naturalis videtur supponi à Peripateticis, quod si Auer. 8. metaphys. tex. 2. asserit intelligentiam naturaliter mouere, ibi forte naturaliter accipit, vt distinguitur contra supernaturaliter quomodo omnia abstracta dici possunt entia naturalia.

### ARTICVLVS II.
*Opiniones Doctorum.*

Motus circularis quo modo sit naturalis cęlo 136

PRima opinio est dicentium motum circularem esse naturalem cælo ita Porph. apud Simpl. 2. phys. t. 3. vbi idem Simpl. Philop. Auer. D. Thom. & alij peripatetici sequuntur Conimb. lo. cit. art. 2. Plot. lib. 1. enead. 2. c. 8. Zim. theor. 7o. D. Damasc. in sua philos. c. 6. Sonc. 12. met. q. 11. Schol. vt D. Thom. 3. contra Gent. c. 23. vbi Ferr. Cap. 2. d. 9. q. 1. art. 3. Ægid. d. 14. vbi Bon. art. 3. Arg. q. vnic. art. 1. Gab. art. 3. dubit. 3.

Primo quia vnumquodque inclinatur ad suam perfectionem, at motus cæli est eius perfectio.

Conf. primo omne corpus naturale vendicat sibi connaturaliter aliquẽ motũ, vt patet ex definitione naturæ, tum ex 5. cæl t. 5. sed cælum est corpus naturale, quia compositũ ex materia, & forma, ergo habet aliquem motum sibi connaturalem, sed nullum alium habet præter circularem, ergo hic est illi naturalis.

Conf. secundo quia vnumquodque inclinatur ad exercitium suarum potentiarum nam sine exercitio essent frustra, ergo etiam ad medium ordinatum ad hoc exercitium,

sed motus cęli est medium ordinatũ ad hoc vt cæli exerceant suos influxus circa inferiora, ergo cæli iuclinantur ad hunc motum.

Conf. tertio quia motus circularis, cum sit motus simplex debet esse naturalis alicui corpori simplici, cum omnis motus vendicet sibi aliquod subiectum connaturaliter, vt Arist. 1. cæl. t. 8. & seq. at nulli corpori potest esse naturalis nisi cælo, nam quatuor elementa, singula habent sibi connaturalem motum rectum, vt mixta mixtum primo cæl 6. 3. cæl. 35. 41.

137 Conf. quarto motus circularis si non est connaturalis cælo, erit illi violentus positiue, vel præternaturalis, at neutrum dici potest, nam ex 5. met. Com. 6. in immobilibus & perpetuis nihil est violentum, aut præternaturam, at si motus non esset cælo naturalis esset in cælo sempiterno motu, & motore sempiterno innaturalitas, quia vnum moueret innaturaliter, & alterum moueretur.

Coonf. 5. ex Ægid. quidquid conuenit inferiotibus à causa superiori est naturale, nã propter hoc fluxus, & refluxus est mari naturalis quia est à Luna, vel Sole, qui suo calore extrahens vapores à mari, illud minuit, vnde se retrahit, at in septentrione propter frigus fit tanta iospissatio aeris, qui conuertitur in aquam, vnde mare dilatatur. At cæli mouentur à causa superiori .i. motoribus appropriatis ex ordine diuino.

Diuersitas opinionum circa modũ naturalitatis.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt esse naturalem cęlo ratione materię, non autem ratione formæ, sed non placet, quia materia cæli cum sit determinata ad vnam formam, non respicit aliquid natura-
138 liter; quod non sit formæ connaturale.

Alij esse connaturalem ratione formæ, q̃ exigit moueri circulariter, nam motus vt dicatur absolute naturalis composito, necesse est vt conueniat ex vi formæ, vt inductione patet, de motu hoc præcipuè verum locali, qui ex Sax. 1. cæl. q. 1. art. 1. non est naturalis materiæ, nisi ratione formæ in illa existentis, secus ac calefactio, quæ potest dici naturalis vt est dispositio ad formam futuram. Alij esse connaturalem ratione vtriusque, quia cum materia, & forma sint inter se propoportionata, & determinate se respiciant quidquid est connaturale formæ erit etiam connaturale materiæ, vnde 1. cæl. com. 8r. & seq. diuersitas motuum non est nisi propter diuersitatem formarum substantialium.

Alij 4 dicunt motum esse connaturalem cælo non solum ratione corporis, sed etiam animæ Auer. 8. phys. 2. per animam autem intelligit intelligentiam, nam c. 2. de subst. orb. ait cælos vt .s. animalia cælestia, moueri ex se .i. ex natura ipsorum.

Diuersitas ex modo causandi.

Secundo differunt quoad modum causandi, & inclinandi in talem motum. Nam aliqui volunt formam inclinari vt causam effectiuam; sed hoc refutatum est supra dũ ostendimus motum cæli no esse effectiue à forma.

Alij inclinari vt principium passiuum ita D. Thom. cum Ferr. lo. cit. Capr. Son. & alij Thomistæ cum D. Thom. 4. d. 48. q. 2. art. 2. quæ opinio primo explicari potest de inclinatione formæ ad præparandam materiam vt sit apta recipere formam, ut omnes aliæ formæ respectu suæ materiæ, & non placet, quia sic præparari debet materia etiã respectu motuum præternaturalium, quos nullo modo potest materia recipere sine forma substantialiter materiam perficiente.

Secundo de inclinatione formæ noo solũ
præparando materiam ad motum circularẽ 139
sed etiam excludẽdo aliud principiũ internum inclinans ad alium motum, qua ratione differt ab igne, cui licet conueniat motus circularis, tamen habet principium inclinãs ad alium motum .s. sursum ratione cuius motus circularis dicitur illi præternaturalis, at non sic est in cælo in quo non est principium inclinans ad alium motum, & ideo circularis dicitur naturalis illi.

Alij tertio dicunt formam cælestem non solum esse principium passiuum, sed etiam quasi formale, quatenus est proprietas formæ, & totius vt patet ex figura, vacuitate, grauitatis, & leuitatis, & similibus, quæ corpus cæleste aptant ad motum illum ita Conimb. hîc & 2. phys. c. 1. q. 3. art. 2.

Motus circularis cælo neuter.

Secunda opinio est dicentium circularẽ motum non esse cælo connaturalem, sed indifferentem, nam ex natura sua non exigit moueri, sed potius ibi quiescere tanq;
in proprio loco, sed solum moueri ob vni- 140
uersi necessitatem, & perfectionem, neq; tamen ille motus est cælo positiue violentus, quia per illum non dimouetur à proprio loco, sed locum occupat eundem variabiliter per partes suas.

Ita Auic. 9. suæ met. c. 2. Scotus 4. d 48. q. 2. & 2. d. 2. q. 6. Dur. d. 14. q. 2. Ricc. ibi q. 6. Vrtad. disp. 2. de cæl. sect. 4. & mihi placet.

Primo aliqui quia motus naturalis est velocior in fine. conf. quia terminus à quo motus naturalis est violentus mobili, sed R. hæc vera de motu naturali recto, non autẽ de circulari

Secundo alij quia motus naturalis est necessarius, sed cæli est voluntarius. conf. qui naturalis est à principio intrinseco, at principium huius motus est extrinsecum cum sit intelligentia 2. cæl. 1. & 1. cæl. 100. & Auer. c. 3. de sub. orb.

Resp. Achil. maiorem necessitatem esse in motu cæli, quam inferiorum, quia ille nõ est impedibilis, at inferiorum est impedibilis vnde est necessarius, noo absolute, sed secũdum quid, quatenus præsente actiuo, & passiuo præciso impedimento necessario sequitur motus, at vt simpliciter potest cõtingere impedimentum, ita motus ille est simpliciter contingens. quare non repugnat

esse

voluntarium, & necessarium, sed hæc doctrina non placet, quia non est vnde intelligentia ex natura sua libera, necessitetur ab intrinseco, vt aduersarij putant.

Ad conf. Resp. Aueroistæ intelligentiam non esse extrinsecã cælo, quasi nõ sit in illo & det esse materiæ vt formæ cæteræ suis materijs, sed dici extrinsecam, quia non est educta, nec constituta in esse per materiam nec illi immersa, nec diuidi per diuisionem sui subiecti, & hinc nec est corpus, nec virtus in corpore, sed contra quia cum ostensum sit intelligentiam non esse formam vnitam materiæ per informationem, sed per assistentiam minus, quam nauta vnitur naui, cum non moueatur ad motum orbis, vt nau
141 ta ad motum nauis, ideo non potest dici moueri ab intrinseco principio mobilis, sed extrinseco, quare ad hoc aliter dici posset, naturalem esse à principio intrinseco siue passiuè inclinante, siue actiue.

Tertio alij probant ex condictionibus naturæ, nam primo mouet ab imperfecto ad perfectum 2. ad vnum finem .s. vbi, vel formæ, 3. habet eundem terminum à quo, & ad quem nam si recessus ab aliquo est naturalis, accessus, ad illud est innaturalis.

Resp. id verum de motu acquisitiuo, non de deperditiuo, vel indifferenti, nam potest motus esse à forma imperfectiore ad perfectiorem, & dicitur acquisitiuus, & de perfectiore ad imperfectiorem vt ab albo ad nigrum, & hic est deperditiuus, & potest es-
142 se à forma æqualis perfectionis cum acquisita, & sic est indifferens, & talis est motus cæli ab vno vbi ad aliud æquale, sed cum connaturalitate.

Ad secundum dr̃ finem motus cæli esse intelligentiam, quæ non acquiritur per motũ, sed præsupponitur motui. Ad tertium id verum de motu recto, non de circulari.

Quãdo motus est à natura cum inclinatione.

Quarto quia natura dedit potẽtiam motiuam cum inclinatione, siue actiua, siue passiua per se ad motum vtilem, & perfectiuum subiecti mobilis, vt inductione patet, nam inanimata mouentur naturaliter cum sunt extra propria loca, ad quærendũ locum proprium, & animata ad quærendũ alimentum, vel fugam contrariorum, vel quærendã delectationẽ à natura coniunctã cũ opere generationis & similiũ. At ex vi motus circularis nulla vtilitas, vel perfectio accedit ad cælos, quia cum sint in locis proprijs nõ acquirunt illa, & cum vnum. Vbi sit eiusdem rationis cum alio dum mouentur circulariter nulla pfectio acquiritur, acquirendo vbi similia, immo maior est eorum perfectio habere vbi quiescens, quam fluens ob perfectiorem modum essendi, Neque vllam habet vtilitatem ex varia, & ordinata rerum productione inferiorum, quia hoc non est perficere se, sed alia, quæ producuntur præsertim quia ex se non ordinantur nisi ad proprios, & singulares effectus, quod si vniti alios habent communes pluribus id non oritur ex singulorum naturis secundũ se, sed ex auctore naturæ sic vel sic illos disponente, vt artifex disponit instrumenta, & varias causas naturales ad aliquem effectum .s. alchimicum aurum, vel medicamẽtum, & similia.

Dices sufficere illam perfectionem, quã subiecto affert motus ratione sui, sed contra tum quia probatum est motum secundum se non afferre perfectionem subiecto, nisi afferat terminum perficientem.

Tum quia natura non potest habere in- 143
clinationem ad contraria, cum igitur habeat inclinationem ad quietem, non potest illam habere ad motum, quod si negant habere inclinationem ad quietem, tũc dicitur multo minus illam habere ad motum, qui est secundum modum essendi imperfectior quiete, & quia quietem habet ex se, sed motum ab extrinseco, quare dicendum est vel ad neutrum habere inclinationem, vel illam habere ad quietem.

Conf. quia si inclinaretur ad motum, tũc in die Iudicij quies esse illi violenta, quæ tamen erit æterna; at inquies si inclinatur ad quietem tunc motus esset illi violẽtus, quia destruit quietem.

Resp. proprie habere inclinationem ad quietem, vt opponitur motui à loco proprio: nam forte violenter inde remoueretur cælum, at non sic ad quietem, vt opponitur motui circulari; qui fit in loco proprio, absque amissione illius, nam respectu huius quietis est indifferens, vt est ad motum.

Conf. secundo quia motus hic est artifi-
cialis, nam totus pendet à directione ideæ, 144
quæ est in mente intelligentiæ, vt quod vnus orbis incipiat motum ab hac parte, & alius ab alia, & quod hic perficiat circulum tanto tempore, & alius tanto, quod motus fiat intra Tropicos, & non vltra. hæc .n. omnia non exiguntur ab orbibus, & planetis, vt species quædam determinatæ, sed vt sunt partes vniuersi ab auctore naturæ sic, vel sic constitutæ, & ordinatæ ad vtilitatem vniuersi.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur agumenta primæ Opinionis.*

AD primum negatur motnm cæli esse perfectionem illius.

Motus corpori naturalis non necessario est localis.

Ad primum concedi corpus naturale habere connaturaliter aliquem motum, sed ille non est necessario motus localis, quia potest esse alteratio, quemodo cælum na-
turaliter exigit illuminari, &c. 145

Resp. 2. exigere quidem lationẽ, quæ ducit ad locum proprium, non autem quæ fit in loco proprio.

Ad secundum conf. Resp. inclinationem ad exercitium suarum potentiarum posse fieri absque eo, quod moueantur localiter, nam

nam Sol immotus ita illuminaret sicut illuminat motus, immo forte magis, & sic etiã de ijs, quæ illuminantur.

Circularis nulli subiecto connaturalis.

Ad tertium Resd. hoc debere esse fundamentum aduersariorum, non tamen ob illud est recedendum ab opinione, nam negatur illum esse connaturalem alicui subiecto, nam sicut inter accidẽtia dãtur aliqua, quæ sunt communia, & nulli subiecto propria, ita inter motus locales datur circularis nulli subiecto naturalis naturalitate inclinationis, quia non est acquisitiuus subiecto alicuius perfectionis vt dictum est.

Neuter potest esse perpetuus.

Ad quartam conf. Resp. esse præternaturalem non violentum positiue, hoc autem posse esse perpetuum ex Aristotele patet ex motu ignis circulari, quod si negãt ibi esse in perpetuus. Intelligitur de ijs vt sunt particularia entia, non autem vt ordinantur ab auctore naturæ ad bonum vniuersi.

146 Naturale ordinatiuè.

146 Ad quintum id non dici naturale inclinatiue, sed ordinatiue, quia oritur ex ordinatione auctoris naturæ, quare sicut fluxus, & refluxus maris non est illi naturalis inclinatiue, ita neque motus circularis cælo.

Resp. secundo aliquid posse dici naturale 2. primo vt est in tali spetie, & sic non est naturale omne quod illi conuenit à natura superiori.

Secundo vt est pars vniuersi, & sic est illi naturale, sicut etiam est motus aquæ sursum ad replendum vacuum, & aeris deorsum.

## DVBITATIO VIII.

### *Quot motus Astrologi tribuunt cælis inferioribus.*

147 De hac Arist. 2. cæl. à t. 17. ad 22. vbi Phil. alt. t. 36. Georg. tr. 2. d. 2. Conim c. 6. quæst. 4. & Io. de Sacrob. in sua sphæra,

## ARTICVL. I.

### *Quid Aristoteles senserit de motibus Cælorum.*

Motus cælorum duplex ex Aristot.

PRimo Not. hanc quæstionem à nobis tractari historice referendo quid alij senserint, nam infra ostendemus quid nos de pluralitate motum cælorum sentiamus.

Secundo Not. ab Aristotele non fuisse cognitum nisi duplicem motũ, vnum diurnum, qui per se primo conuenit primo mobili, quod putauit esse cælum stellatum, qui motus est ab oriente in occidens, & perficitur spatio 24. horarum.

Alterum ab occidente in oriens, qui est proprius orbium inferiorum ex quo deduxit inferioribus cõuenire duos motus, vnũ diurnum ex vi motus primi mobilis trahentis inferiores orbes, alterum proprium ab occidente in oriens, quos putauit non esse contrarios, quia non fiunt per eandem viã, sed per diuersas, nam diurnus fit super axẽ, & polos mundi, alter vero super axem, & polos Zodiaci. Ratio horum est ex 2. cæl. t. 20. 21. & 2. de Gen t. 56. 12. met. 34. nam in inferioribus est perpetuitas, & varietas generationis; ergo vtrunque debet oriri à cælo, quare perpetuitas oritur a motu diurno, quo ordinate, & continuo deferuntur astra influentia, & reuocantur ad sua loca ex quibus recesserunt. At vero motus retrogra 148
dus confert ad varietatem, quia fit sub Zodiaco per circulum obliquum, vnde astra ad nos modo accedunt, modo recedunt, nã accedentes vt in vere incipiunt generationes, recedentes autem, vt in autumno causant corruptiones. Videndus Alb. tr. 1. c. 2. vbi de fine in se, & in alio, tum quomodo motus diurnus causet perpetuitatem, retrogradus diuersitatem generationis, &c. & orbes stellarum fixarum diuersitatem generatorum in figuris, & spetiebus.

Cur motus dicatur incipere ab oriẽte.

Dices cur motus primi mobilis incipiat ab hac parte orientali versus nostrum hemisphæriũ. Resp. Aristoteles 2 cæl. 33. primũ non esse factum casu, sed intentione naturæ 2. id factum quia est honorabilius, melius, quod semper natura facit, nam sicut motuum, qui recta fiunt honorabilior est, qui est ad locum sursum, quam qui ad deorsũ & qui ad ante fit, quam qui ad post, ita dicẽdum de motu circulari, qui incipiendo ab ortu procedit ad ante. & sursum, *Optimum enim est moueri simplici motu, & incessabili. & hoc ad id quod honorabilius est.* 149

Motus corporis sphærici.

Ego vero respondeo omne corpus sphæricum æqualiter se habere, vt moueatur duobus motibus, .s. ab A. in B. & ex B. in A. super eundem arcum, nam circulus ita se habet in superficialibus figuris, vt in quacunque parte possit incipere motus, & idẽ dicendum de sphæra inter corporeas figuras.

Resp. 2. idem dicendũ de natura cælestiũ orbium, quia contrarietas motum circularium .s. vt vnus orbis moueatur à tali parte & alius à parte opposita, non oritur ex contrarietate mobilium sicut dicitur de lationibus rectis, qui tales sunt ex principijs contrarijs subiectorum, nam quicunque arcus in sphæra acceptus æqualiter se habet vt sphæra habeat duos motus super illum arcum, quorum vnus sit ab vno puncto arcus in alium, & alter è conuerso ita Alb. tr. 2. c. 4. Conimb. c. 5. q. 4. art. 2. ad 2.

Hinc patet non esse huius rei quærendã causam intrinsecam orbibus, sed extrinsecã quæ est voluntas auctoris naturæ sic ordinantis, quia erat honorabilius vniuerso. Vnde laudandus est Aristoteles, qui huius rei difficillimæ causam inquisiuit, & ostendit.

Tertio Not. hos motus conuenire orbi- 150
bus diuersis diuerso modo secundum veloci-

cita

Motus primi mobilis velocissimi — citatem,& tarditatem ex 2. cæl. 58. nam primum mobile velocissime mouetur, quo alij rapiuntur, vnde quo orbes sunt proximiores primo mobili, eo velocius mouentur motu diurno, & tardius motu proprio, & retrogrado contra vero, orbes à primo distãtiores. hanc doctrinam docuit Plato, Aratus Cic. Eudox Calip. Ptol. & alij apud Conimb. c. 5. q. 4. & c. 6. q. 1. vbi inquirit causam disparitatis quoad celeritatem in motibus naturalibus.

motus orbiū inferiorum. 151 — Quarto not. orbes inferiores non perficere circulum ex vi motus raptus singulis diebus, quia semper deficiunt gradus, quos singuli motu proprio conficiunt, per quem retardatur motus raptus illi communicatus à primo mobili; Hinc Sol, si non raperetur à primo mobili non oriretur quotidie, & occideret, sed vno anno compleret suam circulationem per Zodiacum, sed primum mobile secum illum rapiens facit illum oriri, & occidere, & iterum redire in oriens. Dices cur Sol in puncto orizontis hodie oriēs non oritur cras in eodem Resp. id oriri ex motu proprio, quem Sol facit per Zodiacū

Motus proprius orbiū — oblique, nam Zodiacus, qui est via proprij motus Solis intersecat circulum, qui est via motus primi mobilis, vnde primum mobile inueniens Solem continue in alio, & alio puncto illius viæ obliquæ rapit cum per aliā & aliam viam, & inde præstat vt Sol faciat aliam, & aliam girationem circa terram; hinc fit vt Sol quotidie per Zodiacum motu proprio ascendens, quotidie oriatur in puncto nobis propinquiori contra vero descendens per Zodiacum, quod si in Sole nō esset nisi motus raptus tunc quotidie oriretur in eodem puncto, hinc idem dicendum de alijs planetis, & stellis, hinc etiam fit vt vt quotidie oriatur 12. signa Zodiaci, & occidant, & quia signa sunt æqualia, ideo ascensio cuiuslibet signi fieret duabus horis super Orizontem, nisi obliquitas Zodiaci ad orizontem obesset, ex quo aliquorum ascēsio fit minori tempore, aliorum maiori quā duabus horis, & quæ plus, quam duabus horis perficiunt ascensum dicuntur oriri recte, quæ vero minus, oblique; quæ duabus oriuntur medio modo: Deinde cum signo recte oriente oritur pars æquinoctialis circuli maior, quam cum oblique oriente, & cum medio modo, oritur æqualis, & tunc fit æquinoctium. Hinc etiam oritur diuersitas dierum, & noctium vt dicitur in Sphæra.

152 Quinto not Arist. celos animali cōparare: nam sicut sunt quædam animalia, quæ semper habent sanitatem sine vlla mutatione, quæ dicuntur esse in primo gradu, quædam in secundo gradu, quæ sanitatem consequūtur vna actione .s. deambulatione, quædam tertio gradu, quæ pluribus .s. motu, & euacuatione, quædam in 4. gradu, quæ nullo modo, licet possint consequi quandam dispositionem ordinatam ad sanitatem, quæ sunt imperfectiora licet paucioribus indigeant actionibus ad suum finem, quia hic non est ita perfectus, sicut est finis aliorum indigentium pluribus motibus: denique in quinto gradu sunt, quæ nec sanitatem, nec dispositionem ad illam possunt consequi; ita inter entia quædam sunt, quæ sine vlla mutatione habent esse perpetuum. 2. quæ vno motu vt primum mobile 3. planetæ superiores Sole, quæ pluribus, 4. planetæ inferiores Sole, quæ suis motibus non attingunt perpetuitatem, sed dispositionem ad illam, causando generationes, & corruptiones perpetuo in vniuerso. Denique sunt elementa, quæ nullo modo perpetuitatem, vel dispositionem attingunt, hinc aliqui colligūt nō esse necessariū multiplicare motus cælestes secundum proportionem distantiæ quam orbes habent ad primum mobile, quia non omnes motus orbium ordinantur ad eundem finem immediatè, vt dictum est, sed motus orbiū, qui ordinantur ad eundē 153 finem multiplicantur secundum illam proportionem.

Quinto Not. supremum esse omnibus nobiliorem, primo ob multitudinem stellarum 2. ob propinquitatem ad primum motorē Nobilitas supremi orbis 3. quia alios continet, 4. ob motus velocitatem, 5. ob vnitatem motus, 6. quia mouet alios, ex his disputari solet an orbes eo nobiliores quo magis secundum situm sunt propinquiores primo, de qua re Conimb. c. 5. q. 2. & nos supra aliqua diximus, vbi notauimus distinguendum esse inter orbes, & stellas, nam etiā si inter orbes sequatur proportio nobilitatis proportionem situs, non tamen est necessarium hanc proportionem seruari inter sydera, quæ sunt in orbibus, quod dicitur propter nobilitatem Solis, quem natura in medio constituit.

## ARTICVL. II.

*Proponuntur aliquæ difficultates circa propositam doctrinam Aristot.*

Prima ex motu raptus, qui videtur tribuere violentiam cælis, nam rapere est trahere aliud contra inclinationem eius, & patet ex re ipsa quia hic raptus est ab oriente in occidens, cum orbes ex propria inclinatione moueantur ab occidente in oriens q motus est aliquo modo cōtrarius, & certe retardatiuus motus diurni vt dictum est, neque dices cum Alex. apud Simpl. com. 38. hoc impedimentum inducere quidem necessitatem in orbibus inferioribus, non tamen violentiā, nam intelligentia appetit illud vt .s. assimiletur primo motori quoad motum diurnum, quam maxime potest, quod fit dum suus orbis non multum deflectit à motu causato à primo motore. Non inquam id dicas quia licet hoc non inducat violentiam intelligentiæ mouenti, non tamē sit

Motus raptus orbium ab oriente ad occidens 154

sit non inducere illam orbi habenti contrariam inclinationem.

Resp. secudo alij apud Angestum lo. cit. d. 8. non inferri violentiam, quia fit per impressionem impetus, quæ est virtus motiua intrinseca orbi, sicut qualitas impressa ferro à magnete, qua ferrum sine violentia fertur ad magnetem, hinc negant illum motum debere dici raptum tum quia raptus dicit violentiam, tum quia exigit in mobili super ficiem asperam, cum tamen orbis superficies sit lenis.

Sed contra, quia licet ille motus non sit violentus virtuti impressæ, tamen est violentus mobili, sicut motus lapidis sursum à virtute impressa à proiciente, est lapidi violentus.

155 Ego Resp. primo forte in cælo est vnus motus spiratiuus, de qua re infra.

Resp. etiam si sit duplex motus, cum orbis ad nullum inclinetur motum, neuter est illi violentus, quia non est contra inclinationem passi, & licet illi duo motus se inuicem retardent, vt probat argumentum tamen illa retardatio non est cum violentia mobilis imo, neque cum rasistentia defatigati motoris vt dixi.

Qualis sit proportio motuum secundum velocitatem consequens distantiam variæ opiniones.

Secunda difficultas est circa proportiones motuum secundum velocitatem, & tarditatem, consequenter à proportiones distantiæ mobilium à primo mobili, nam id apparet falsum, nam orbis Mercurij, & Veneris sunt inferiores orbe Solis, & tamen non mouentur velocius proprio motu, & tardius motu diurno nam illi tres orbes æqualiter

356 perficiunt suas circuitiones .s. per annum, singulis diebus vno gradu recedunt à motu primi mobilis, Conf. nam moueri velocius est perfectio orbis, tum quia primo mobili ob eius perfectionem tribuitur summa velocitas secundum proprium motum, tum in inferioribus corpora, quo maiora, eo velocius mouentur vt equus, quam formica, & magnus, lapis, quam paruus, ergo quo orbis est perfectior eo debet proprio motu moueri velocius, at quo est superior est perfectior, ergo, & licet inter Planetas superiores Sole seruetur proportio velocitatis quoad motum diurnum, & tarditatis quoad motum proprium, vt dixit Aristoteles, tamen non seruatur in Planetis alijs vt dictum est.

Resp. aliqui cum Sax. q. 16. primo ex citiori perfectione circuitionis nó inferri mo ueri velocius, quia ex alio mensuratur velocitas circuitionis, ac motus, nam partes circumferentiales orbis moti circa centrum mouentur velocius, quam partes centrales & tamen non circumeunt velocius.

Resp. secundo quod licet aliqui inferiores orbes velocius perficiant suas circuitiones secundum motus proprios, quam superiores, vt Luna citius Sole, & Sol citius Marte, & Mars citius Ioue, & hic citius Sa-

157 turno, dum progrediuntur de signo in signum, tamen nó idem fit in alijs vt patet de Venere, & Mercurio, qui sunt inferiores Sole, & tñ vel non tardius coplent circuitiones, vel si tardius, vel velocius nó seruatur à proportio distantiæ à primo mobili quare negatur seruari eandem proportioné, nec Aristoteles contradicit, sed solum loquitur indefinite quia non erat ipsius, examinare periodus motuum.

## DIFFICVLT. III.

*Cur in aliquibus seruetur proportio distantiæ, & non in omnibus.*

Respondent aliqui oriri ex proportione motoris ad mobile, nam mobile quo superius, eo est maius, & licet intelligentia superior sit perfectioris virtutis, quam intelligentia inferior, tamen magnitudo superioris orbis magis excedit magnitudinem inferioris, quam perfectio intelligentiæ superioris perfectionem inferioris intelligentiæ atque adeo tardius mouet motu proprio, quam inferior inferiorem orbem, hinc fit vt si orbis Saturni haberet eandem proportionem ad orbem Lunæ, quam habet perfectio intelligentiæ orbis Saturni ad intelligentiã orbis Lunæ tunc æque velociter moueretur vterque orbis, neque obstat quod ibi non sit resistentia, nam id oritur ex finitate potétiæ, sicut lucidum finitum non potest illuminare ad quamcunque distantiam licet ibi non sit resistentia, Hinc secundo fit vt orbis Solis Veneris, & Mercurij æque velociter moueantur, quia intelligentiæ eorum habét eandem proportionem ad magnitudines illorum orbium. Hinc 3. fit vt licet orbes superiores velocius moueantur, quam inferiores, non tñ velocius complent suas circuitiones quia potest id oriri ex maiori spatio, quod est conficiendum vt compleatur circuitio, vt v.g. si Petrus duplo velocius moueretur ad circuendam ciuitatem, quam Martinus ad circuendam ecclesiam, hic tardius moueretur, & citius compleret circuitionem.

158 Quando seruatur proportio distãtiæ ex proportione motoris ad mobile.

159 Sed hæc opinio non placet primo quia supponit intelligentias mouere necessario secundum vltimum suæ potentiæ, contra supradicta.

Perfectio intelligentiæ accomodatur cum magnitudine sui orbis.

Secundo quia non est ratio cur perfectio intelligentiæ non sit accomodata sui orbis magnitudini secundum virtutem motiuam cur enim perfectio motiua orbis Lunæ magis excedit magnitudinem orbis Lunæ, quã perfectio Saturni magnitudinem Saturni.

ex perfectione motus diurni.

Resp. secundo alij oriri ex virtute motus diurni, qui potentius cómunicatur orbibus sibi proximioribus, & ideo magis retardat motum superiorum orbium, quam inferiorum, ob maiorem resistentiam ibi factam quam in inferioribus, & hinc fit vt orbes superiores motum diurnum magis participent, quam inferiores.

Sed

Sed hic modus dicendi non placet Sax.q. a6. nam in cælo non est aliqua resistentia, vel impedimentum respectu motuum, quia illa esset ratione contrarietatis, vel inclinationis contrariæ, at in cælo non est contrarietas, nec motus diurnus contrarius motui proprio Planetarum quia fiunt per diuersas vias,

Sed hæc ratio non placet, quia licet in cælo non sit contrarietas, & resistentia ex intrinsecia orbium principijs, tamen esse potest ab extrinsecis, nam impetus impressus orbi Saturni à primo mobili ad motum diurnum, est contrarius impetui impresso ab intelligentia ad motum proprium, quia sunt ad terminos oppositos, & à terminis oppositis, vnde si illi impetus essent æquales, orbis, cui communicarentur nullo modo moueretur, quia quantum vna virtus impelleret ad terminum, tantum alia virtus impelleret ad oppositum, etiam si illi motus fierent super diuersoa axes, & polos.

Reijcitur.

Vnde hæc opinio reijci debet, quia si motus diurnus præstaret hunc effectum, tunc seruaretur proportio velocitatis, & tarditatis in motibus orbium inferiorum iuxta rationem distantiæ in omnibus, quia causa naturalis diffundit suam virtutem circa subiecta æque disposita iuxta proportionem distantiæ intra suam sphæram, at non sic fit in his motibus, quia Sol Venus, & Mercurius æquali tempore complent suas circuitiones sed dici potest primo, impetum primi mobili paulatim languescere, vsque ad Solem, secundum proportionem distantiæ, & magnitudinis orbium, tum persistere cum tanta intensione, vt vix discerni possit diuersitas illius ex effectis, nam licet sit diuersus secundum velocitatem, & tarditatem, quod cæli superiores eodem tempore maius spatium conficiat, quam inferiores, tamen nõ
161 efficit diuersitatem in tempore circuitionis sicut efficit in superioribus, sed contra hãc responsionem obstat motus Lunæ, qui perficit circulationem propriam minore tempore, quam mensis, vnde igitur tanta diuersitas, & improportio temporum in conficiendis circuitionibus.

Opinio Auctoris.

Ego Resp. hinc maxime apparere motus cælorum esse diuersos ex voluntate motorum, & primæ causæ omnes illos dirigentis ad bonum vniuersi, respectu cuius attemperauit singulorum orbium motus periodum initium, & coniunctiones, ac durationem, velocitatem, & similia.

## DIFFICVLT. IV.

*Cur Sol, & Luna paucioribus motibus moueantur quam alij Planetæ.*

Cur Luna, & Sol paucioribus motibus quam alij planetæ

RAtio difficultatis est, nam pluralitas, vel sequitur orbes secundum situm, & tũc cum primum mobile vno motu moueatur, quo alij sunt ab illo distantiores, eo pluribus deberent motibus moueri, vel sequitur dignitatem, & tunc Sol deberet habere vnũ motum, & Luna multo plures, cum sit omnium imperfectissima, & tamen apparet contrarium vnde videtur in cælo maxima inordinatio quoad motus.

Aristotelis responsio.

R. Aristotiles id oriri ex ordine ad vnum finem vltimatum ad quem diuerso modo cooperantur, orbes, nam aliquis optime se habens attingit cum vna vel paucis actionibus, non autem optime se habent cum pluribus, At alter non potens immediate illum attingere, attingit finem inferiorem illi vltimo subordinatum, ad quem attingẽdũ indiget paucis actionib⁹, sed orbis sequẽs indiget pluribus actionibus ad eundem finẽ attingendum. & sic de alijs, sicut apparet in Principe ciuitatis Balliuo, & Burgensibus qui omnes intendunt commune bonum ciuitatis, quem finem Princeps Solum imperando attingit, At Balliui, & alij præpositi indigent pluribus actionibus .s. ministrando iustitiam, præliando, &c. At Burgensis, qui est a Principe remotior non intendit illum finem, sed inferiorem .s. diuitias, Regimen suæ familiæ, &c. quæ sunt subordinata fini intento a Principe, & Balliuo, cum bonum ciuitatis resultet ex bono Regimine familiarum particularium, & idem apparet in Regimine familiæ nã Pater filij, serui omnes intendunt bonum familiæ, ad quod Pater concurrit præcipiendo, filij pluribus, & serui Principales adhuc pluribus, sed coquus, & Pastor non intendunt immediate illum finem, sed ciborum ministerium indigens multa actione, idem dici potest de creatura intellectuali Brutis, & Plantis nam 163
creatura intellectualis tendit ad Dei contemplationẽ, quam intelligẽtiã attingit paucis, ac homo pluribus, Bruta vero attingunt finem inferiorem .s. cognitionem sensitiuam, ad quam nõ indigent tot actionibus quot indiget homo vt intelligat: denique Plantæ cum inferiorem adhuc finem attingant indigent paucioribus.

Idem de corporibus cælestibus ordinatis ad gubernationẽ mundi inferioris.

Hinc Aristotiles putat eodem modo philosophandum de corporibus cælestibus ordinatis ad gubernationem mundi inferioris, nam ad illam diuerso modo cooperantur. Nam orbis stellatus cum Saturno Ioue, & Marte habent concursum super esse, durationem rerum, & bonam eorum habitudinem, ad quod orbis stellatus cooperatur vno motu nã vnus motus circumducit plura astra, quæ magis operantur, quam vnus Planeta per multos motus at hi tres planetæ dicti cooperantur per plures motus ad dictum finem.

Sed Sol, Venus, & Mercurius non intendunt eundem finem immediatum quem supradicta astra, sed alium scilicet mutationes rerum inferiorum, qui finis est imperfectior prędicto, quem finem sol pauca actione attingit, ac Venus, & Mercurius pluribus, Luna denique neque hunc finem intendit

sed

164 sed inferiorem, qui est disponere materiam inferioram ad recipiendas influentias aliarum stellarum, ad quem finem non indiget multis actionibus, ex hia patet ratio cur Sol & Luna indigeant paucioribus motibus, Secundo patet cur non seruetur ordo situs in pluritate motuum, quia pluralitas, vel paucitas motuum non spectatur ex situ vel dignitate orbium, sed ex fine, ad quem eorum motus ordinatur, vt .f. tot habeant motus quot indigent ad finem suum consequendū.

Hinc tertio patet vere à nobis dictum esse, quæ sunt in orbibus cælestibus quo ad motus omnia esse ordinata voluntariè ab auctore naturæ, & exequutionem demandatam intelligentijs.

## DIFFICVLT. IV.

*Qualis proportio horum motuum.*

DE hac dicitur infra.

## RATICVLVS III.

*Quid alij senserint de pluritate motuum orbium cælestium.*

PRimo Not. ab Astrologis, qui post Aristotelem vixerunt, & sequuti sunt Alfonsum Hispaniarum Regem astrorum scientia magis illustri, quam Regni Imperio, præter motum astrorum ab oriente in occasum, & alterum ab occasu in ortum, super polos Zodiaci affirmari in octaua sphæra Thebitio Inuentore reperiri motū trepidationis, .f. accessus, & recessus, nam primo obseruarunt stellas fixas inæqualiter moueri ab occasu ad ortum, nunc velocius nunc tardius, nunc stare, nunc retrocedere ab oriente in occasum, & tamen eandem distantiam habere à centro mundi, vnde dixerunt moueri ab austro in septentrionem, & contra. Hinc dixerunt hunc motum fieri super principia Arietis, & Libræ tanquam super polos nonæ sphæræ, nam principia Arietis, & Libræ octauæ sphæræ describūt circa initia Arietis, & Libræ nonæ circulos quosdam paruos, quorum semidiametri cōtinent gradus nouem, cum tanta sit distantia initiorum illorum signorum octauæ, & nonæ sphæræ, ex quo colligunt nullum pūctum aliud octauæ sphæræ absoluere perfectum circulum, sed quodammodo titubare nunc accedendo ad articum, & recedendo ab antartico, nunc contra, cuius motus periodus complectitur spatium 2000 annorum vt .f. 20. annis fere vnus gradus absoluatur vt Clau. in sphær. c. 1. fol. mihi 57. & 64

Motus trepidationis qd sit.

Hinc oritur inæqualitas motus stellarum fixarum, Hinc variæ opiniones de periodis motus proprij stellarum fixarum.

Secundo motum hunc probant ex maxima Solis declinatione, quæ in diuersis temporibus nunc maior, nunc minor extitit, quæ diuersitas huic motui tribuitur.

Tertio ex quadam obseruatione æquinoctiorū, q̄ aliquando accidisse dicunt prius quam Sol ingrederetur principium Arietis, vel Libræ primi mobilis, & aliquando post ingressum, & idem de Solstitijs prius aliquando, & aliquando posterius, quam Sol extiterit in principio Cancri, vel Capricorni, cum tamen vt fiat æquinoctium necessario Sol esse debet in circulo æquinoctiali, & in Tropicis vt fiat Solstitium. 166

Hinc dicunt hoc motu moueri omnes septem orbes planetarum, vt comitentur assidue Zodiacum octauæ sphæræ.

De quo motu Clauius loc. cit. fol. mihi 65. asserit necessario ponendum esse motum trepidationis, vel quid simile in octaua sphæra, ad saluandas dictas apparentias, sed quomodo id fiat non est certum, nam quod dicunt principia Arietis, & Libræ octauæ sphęrę describere circulos ex vi hui⁹ motus circa principia Arietis, & Libræ nonæ sphæræ, quorum semidiametri contineant 9. gradus, Thebitius asserit, stare non potest, vt
ipse probat ibidem ostendens, neque stare 167
posse modum, quem posuit Alfonsus Rex ad illum motum defendendum, is enim posuit in octaua sphæra tres motus vnum ab ortu super polos mundi spatio 24. horarum alterū ab occasu in ortum super polos Zodiaci 49000. annorum interualli. 3. deniq; trepidationis, vnde putat decem cælos esse concedendos. Differt tamen Alphonsus à Thebitio in magnitudine circelli, quod diameter illius apud Alphonsum contineret gradus, non nouem vt Thebitius, sed 18. illumque motum proprium esse dixit octauæ sphæræ, vt motus ab occasu est prorius nonæ, & ab ortu Decimæ.

Secundo notand. hunc modum Alphonsi fuse confutari à Clauio in c. prim. sphæræ fol. 87. quia licet inde saluetur motus stellarum fixarum ab occasu in ortum ex vi nonæ sphæræ, & illius motus inæqualitas, ac maxima Solis declinatio ab æquatore, & diuersitas magnitudinis anni, tamen pugnat cum alijs obseruationibus. Primo contra identitatem motus stellarum fixarum, nam ex Alphonsinis motibus, sequitur stellas existentes in principio Arietis, & Librę moueri motu perfecte circulari, alias quæ sunt procul ab his principijs motu quasi circulari, quæ vero circa initia Cancri, vel Capricorni, motu quasi recto moueri nunc in ortum, nunc in occasum,

Motus trepidationis à Clauio confutatur.

Secundo sequeretur declinationem Solis existentis in eodem gradu Zodiaci esse sensibiliter nunc maiorem, nunc minorem præsertim prope Arietem; & Libram 8. sphæræ, vbi magis impellitur à motu trepidationis in astrum, & Boream, vnde Meridiana Solis existentia in illis signis, esset maxime varia in eadem regione contra experientiā.

Ter-

Tertio inde etiam sequeretur diuersitas æquinoctiorum, nam contingere possent antequam Sol æquinoctialia puncta primi mobilis possideat per dies fere 21. vel post eorum transitum similiter. Vnde hæc, & simila docet Clauius ex illa opinione sequi.

168 Tertio not. à Clauio probari opinionem Copernici, tribuētis octauæ sphæræ quatuor motus, primum ab oriente, 2. ab occasu qui sunt absolute, & perfecte circulares, & duos alios imperfectos, quorum vno octaua sphæra per spatiū 24. minuta vniua gradus complectens à septentrione in austrum & contra inæqualiter agitatur, spatio fere annorum 332. ex quo motu efficitur vt maxima Solis declinatio nunc fit maior, nunc minor, altero vero per spatium paulo maius prædicto idem per duos gradus cum triente ab ortu in occasum, & ab occasu in ortū mouetur motu etiam inæquali spatio annorum 1716. ex quo motu efficitur tum vt stellarum motus ab occasu in ortum perficiatur annis quasi 25800. tum vt anni magnitudo appareat inæqualis, & quia hi motus non sunt perfecte circulares, putat vocandos potius librationes, quam circumuolutiones, sequitur Clauius, confutatis hypothesibus copernici, amplectens cum Magino hypotheses communes. Hinc put at su

(8. Phera hēt quatuor motus ex Copernico.)

169 pra cælos stellatos debere consti ui tres cęlos mobiles, nam præter primum mobile, quod est vndecimum debent poni duo alij propter duos motus librationis, tum debet poni octaua sphæra & denique septem planetæ, quos motus tam clarè explicat Clauius fol. mihi 70. & seq. vt non sit necessarium referre, nam facile videri potest apud ipsum.

Dices quomodo cæli omnes mouentur ab ortu ad occasum.

Resp. Mirand. lib. 21. de euers. sect. 7. ex Auer. 2. cæl. 71. singulos effectiue moueri à propijs intelligentijs, & non ab intelligentia primi mobilis mediante primo mobili suo motu rapiente inferiores. Primo, nā Aristoteles 12. me. quod primum mouens mouet inferiores, vt amatum, & desideratū sed hæc ratio non negat, quin moueat etiam effectiue, neq; obstat, q eadem ratione superius moueri debeat ab inferiori, vt ait sca lig. exerc. 69. nam tum ex modo, quo applicatur impetus inferioribus apparet oppositum, nam ita temperatur ab intelligentia vt non redumnet in superius, tum quia ex Isid. 3. ethim c.34 sphæræ inferiores nō recipiunt tantum impetum vt faciat retrocedere primum mobile, sed tantum retardant motum illum, nam licet sit velocissimus, tamen esset velocior, & citius compleret circulum, quam spatio 24. horarum si primum mobile non traheret inferiorea orbes.

(Cæli singuli effectiue mouentur à proprijs intelligentijs, & à mouēte primū mobile.)

170 Secūdo, quia si inferiores traherētur, esset cum violentia, sed neque placet, quia non est violentia contra inclinationem intrinsecam mobilis quia cæli inferiores habent indiferentiam ad illos motus, sed est retardatio ex impetu illis accidentaliter impresso contra impetum raptus.

Tertio, quia idem corpus nō potest moueri pluribus motibus eiusdem generis per se, cum igitur inferiores orbes mouea ntur per se motu ab occasu in ortum, alter motus ab ortu ad occasum non potest illi conuenire per se, sed per accidens .i. ratione alterius orbis, cui conuenit per se, nam duo motus præsertim aliqua ratione oppositi conueniunt per se duobus corporibus. 171

Sed hæc ratio non est efficax quia moueri pluribus motibus vere, & realiter repugnat eidem, siue per se, siue per aliud, nam repugnantia non oritur ex causa effectiua, sed ex proprijs rationibus formalibus terminorum, & motuum vt infra seq. & probat oppositum .s. inferiores rapi à primo.

## DVBITATIO. IX.

*Qualis sit hæc motuum cælestium pluralitas vera, & realis, an apparens.*

### ARTICVL. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.* 172

PRimo Not. motus pluralitatem vnam esse intrinsecam, alteram extrinsecam, intrinseca dicitur, quæ oritur ex pluralitate terminorum intrinsecorum, qui sunt vbi seu præsentiæ locales ad spatium fixum, & imaginarium, quare vbi non sunt plures huiusmodi termini non potest esse pluralitas motus, immo nec potest esse motus, nam hic consistit in continua variatione huius termini, & spatij immaginarij, quantumcunq; alia varientur, hac .n. rōne Turris infixa solo non mouetur, etiam si aer, & cætera, quę sunt circa ipsā moueantur, quia Turris ex illa variatione, non mutat spatiū fixum, & hæc pluralitas dicitur vera, & realis.

(Motus pluralitas intrinseca, & extrinseca.)

Extrinseca dicitur, quæ denominantur, & sumitur ex pluralitate eorum, quæ sunt motui, extrinseca. Hęc autem sunt efficiens & termini mobiles, vel apparētes, pro quorum explicatione.

2. Not. sumi hanc diuersam denominationem ab extrinsecis, ex doctrina Auer. apud Sax. S. phys. q. 5. art. 9. nam ex ijs, quæ concurrunt ad motum, quædam sunt motui intrinseca, vt mobile, terminus intrinsecus, & dispositio .s. spatium secundum quod est motus, quędam vero extrinseca, vt tempus, motor, terminus mobilis, & similia, quę nō includuntur in conceptu essentiali motus, vnde motus factus a pluribus motoribus in vno mobili ad diuersa illud impellentibus dicuntur plures, quia factus à pluribus virtutibus, tamen intrinsece est vnus quia est vnius termini acquisitio.

Ee Tertio

**Verus,& apparens.**

Tertio Not, motum alium esse verum,
alium apparentem; verus dicitur quando
vere mobile mutat spatium imaginarium,
apparens vere quando apparet mutare spa-
173 tium licet vere non mutet, vt v.g. cum quis
à portu nauim soluit, illi existenti in naui ap
paret terra moueri, & ab ipso recedere, cũ
tamen vere non recedat, sed ipse cum naui
à terra recedit, vnde fit vt terra, quæ est ter-
minus à quo veri motus, appareat moue-
ri, vel acquirere terminum ad quem,
hoc ipsum contigit in pluribus, qui mouẽ-
tur versus eandem partem, .i. orientem quo-
rum vnus velocius altero mouetur, nam
tardius motus videtur à velocius moto re-
trocedere, & moueri versus contrariam
partem .i. occidentem cum tamen omnes
moueantur versus eandem partem .s. orien-
tem, motus enim ille versus occidentem est
apparens, & non verus, nec habet terminũ
174 ad quem verum, sed apparentem, quia spa-
tium versus orientem continuè acquiritur
licet tardius altero.

**Mobile moueri plurib. motib. quomodo intelligendum.**

Quarto Not. mobile simul moueri pluri-
bus motibus posse intelligi primo de plura-
litate secundum genus, & constat nullam
esse repugnantiam, quia potest mobile alte-
rari, & moueri localiter, &c. 2. de plurali-
tate eiusdem generis, sed secundum diuer-
sitatem specificam, & neque quoad aliquos
repugnat vt patet ex moto ad albedinem, &
dulcedinem in lacte, & similibus, sed quoad
terminos incompossibiles, cuiusmodi sunt
termini oppositi secundũ propriam rõnem,
vt sunt quę continentur sub genere opposi-
torũ, vel oppositi ex finitate subiecti vt sunt
termini intrinseci motus localis, & de hoc
motu intelligitur quæstio, an possit idem
mobile moueri localiter pluribus motibus
veris, an solum apparentibus, seu an plura-
litas motuum cælestium sit vera, an appa-
rens.

**Tripliciter põt intelligi hic moueri.**

Quinto not. ex Petro de Aliaco in sphę-
ra q. 4. tripliciter aliquid moueri pluribus
motibus. primo æque primo hoc autem est
quando corpus secundum se totum, & quã
175 libet sui partem per se, & non ratione alte-
rius mouetur pluribus motibus, vt .s. idem
calefiat, & frigefiat.

Secundo per vnum motum, sed mixtum
ex duobus, non quidem mixtione simili ele-
mentari, sed per denominationes conueniẽ
tes pluribus motibus, vt si musca descendat
per arcum, cuius corda sit semidiameter
mundi nam ille motus est mixtus, ex descẽ-
su, & circulari.

Tertio pluribus motibus non æquè pri-
mo, sed vno per se, altero per accidens, seu
ratione alterius, cui primo conuenit.

Sexto not. quæstionem non esse de plu-
ritate motuum ex mixtione vt patet in exẽ-
plo allato, & confirmatur ex motu existen-
tis in naui mota ab ortu ad occasum, qui ibi
proprio motu moueatur ab austro in septẽ
trionem ibi esset vnus motus mixtus, quia
esset non per lineam simplicem, sed compo
sitam, nam ille motus non procederet recta,
sed cum declinatione ad septentrionem;
Neque esse quæstionem de pluralitate mo- 176
tuum per se primo conuenientium vni cor-
pori, nam omnes fatentur id naturaliter es-
se impossibile, sicut est impossibile idem
corpus occupare duo spatia sibi adæquata,
neque valet obiectio ex subiecto moto plu-
ribus motibus alterationis, nam termini ha-
rum non repugnant simul esse in eodem, vt
repugnant duo termini diuersorum motuũ
localiũ in eodẽ subiecto corporeo, ex eius
finitate, quare difficultas manet de plurali-
tate motuum, quorum vnus per se, alter per
accidens conueniat.

**Sensus quæstionis.**

## ARTICVLVS II.

*Opiniones Auctorum.*

**Primæ opinionis rõnea**

PRima opinio est dicentium inferiores
sphæras moueri pluribus motibus rea-
liter, & veris in partes quasi oppositas .s. in
ortũ, & occidens, super diuersos axes, & 177
polos. quorum vnus conuenit per se primo
vt est motus ab occasu, & alter per accidens
seu ratione alterius corporis communican-
tis illi motum: ita communis opinio astrolo
gorum, vt videre licet in Clauio ex alijs scri-
bentibus in sphæram de Sacrobosco Petrus
Aliac. q. 4. art. 2. Ioannes Baptista Capua-
nus ibi 9. quorum sunt duo motus ex Ptol.
primo Almag. dist. 5. Sax. 2. cæl. q. 54. ex
Arist. Iand. q. 7. ex Auer. Georg. tr.2.d. 3.

**Ex Arist.**

Primo ex Aristotele quia in rerum natu-
ra dantur generationes, & corruptiones,
cum dentur contraria elementa, inter quæ
est mutua actio, ergo oportet in cælo dari
plures motus, nam generatio inferiorum
pendet à motu cælorum, sed ad generatio-
nem, & corruptionem non sufficit vnus
motus, quia diuersitas motuum inferiorum
non potest causari ab vno motu, quia vnum
principium secundum vnum motum non
est aptum causare nisi vnum effectum 2. de
Gen. 56. ergo sunt necessarij plures motus
secundum accessum, & recessum, secundũ
quos causant generationem, & corruptio-
nem, & licet cælestia cum sint perfectiora
non sint ꝓpter inferiora prima intentione,
tñ secundaria intentione sunt, nam motores
motores cælorum mouent primario ad cõ-
seruandam similitudinem cum primo prin-
cipio, quæ similitudo consistit in causalita-
te, & hanc similitudinẽ, & causalitatem non
conseruarent nisi mouerent ad generatio-
nem, & corruptionem.

**Ab experiẽtia.**

Secundo probant astrologi experientia
nam constat orbes planetarum moueri ab
ortu ad occasum super polis mundi, cum
infra 24. horas omnia signa, & planetæ oriã-
tur, & occidant, & patet etiam moueri ab
occasu ad ortum, cum appareat planetas
modo esse sub Ariete, modo sub Tauro,

mo3

modo sub signo Gemini, & sic consequen-
ter per alia signa Zodiaci, at hęc signa non
178 possent planetæ percurrere, nisi mouerentur
tur vel ab occasu ad ortũ, vel per incuitatio
nem, seu retardationem suorum motuum
ab oriente in occidens, non secundum quia
non possent saluari planetarum motus per
signi Zodiaci, quia motus diurnus non du-
cit planetas per viam Zodiaci, sed per viam
fundatem in polis mundi, atque adeo retar-
datio illius motus fieri deberet per candem
viam, ergo d. bet dici primum, sed cum il-
lud non possit saluari per motum fundatũ
super polis mundi, tum ob rationem dictã
tum quia ibi esset aliqua oppositio motuũ
q̃ nãraliter repugnat, ergo debet fieri motus
super polis diuersis, qui sunt poli Zodiaci.

*Ex diuersitate terminorum.*

Conf. Clauius loc. cit. fol. 6. nam plane-
tæ omnes semper variant puncta ortus, &
occasus Horizontis, vt patet in Sole, qui mo
do oritur iuxta æquinoctialem, modo vltra,
modo citra, at hæc diuersitas nõ põt saluari
179 p retardationẽ motus facti super polos mũ-
di per lineam æquinoctialem, quia oriretur
semper in eodem puncto, licet tardius.

*Ex diuersa distantia a poli mixti.*

Conf. 2. quia non semper seruant candẽ
distantiam à polis mundi, nam nunc acce-
dunt ad polum arcticum, nunc ad antarticũ
vt colligitur ex variatione altitudinis meri-
dianæ, nam in tropico Cancri habet maxi-
mam, minimam vero in Tropico Capricor-
ni, vt patet ex vmbra stili, quæ minima
est in Cancro, maxima in Capricorno, &
quia hæc declinatio Solis ab æquatore com
prehendit gradus 23. & semis, & consequẽ
ter totidẽ gradibus poli huius motus distãt
à polis mundi, ideo dixerunt hanc motum
fieri super polos Zodiaci per circulum Zo-
diacum, ex quibus rationibus. s. diuersitate
ortus stellarum, & altitudinis dixerunt or-
bem stellatum similiter moueri ex occasu
ad ortum super polos Zodiaci.

*Varietas inter Doctores primæ opiniones.*

Hi tamen inter se diuisi sunt Nam Ric-
cius, & Orontius apud Clau f. 51. contenti
octonario numero cælorum, dixerunt totũ
illorum aggregatum moueri vno commu-
ni motu. s. ab ortu ad occasum, sicut toti
animali conuenit progressiuus motus, & nõ
huic, vel illi membro, singulos vero moueri
proprio motu ab occasu ad ortum ex vi p-
priæ intelligentiæ assistentis, vt singulis mẽ-
bris animalis, aliquando conuenit motus cõ
trarius motui progressiuo, & licet ex hac o-
180 pinione negetur primum mobile vnico tan-
tum motu permotum, non tamen negatur
primum dignitate, & ordine, quia est su-
pra omnes, sed non placet Clauio quia pro-
bat id esse impossibile exemplo animalis nã
licet animal totum possit progredi ab ortu
ad occasum, & manus, vel aliud membrũ
an occasu ad ortum, tamen repugnat vt si-
mul omnes partes animalis tali motu con-
trario moueantur, at orbes secundum om-
nes partes mouentur vtroque motu. Conf.
quia non posset idem orbis habere plures
motus, quam duos. s. vnum vt est pars ag-
gregati, & alterum sibi proprium, at con-
stat in vno orbe v. g. Lunæ totali esse plu-
res, quia præter illos mouetur ab ortu ad
occasum super polos Zodiaci.

Alij vero tribuunt plures motus ob di-
uersitatem orbium superiorum quibus pri- 181
mo conueniũt illi motus, & communicãtur
inferioribus orbibus, vt ostẽdit Clau. fol. 52.

*2. Opin. negantium motuum realiũ pluralitatẽ.*

Secunda opinio est dicentium hanc plu-
ralitatem motuum non esse veram, & realẽ
respectu spatij fixi, sed apparentem, & re-
spectu spatij mobilis, cui sic mota coexistũt
secundum diuersas illius spatij partes. ita
Alpetragius, Achil. primo de orb. d. 3. ad 10.
Vrtad. disp. 2 de cælo sect. 3. Philop. &
Alex. ex Aristotele 1. meteor sum. 2. c. 4.
vbi Vcomer putat probabilem sequitur
Gattus de comet. p. 2. c. 3. tribuitur Aluer.
Fracast. de homoc sect. 1. c 8. & illam pro-
babiliter defendit Ioan. maior 2. d 14. q. 3.
Et alij de quibus dixi tr. de motu inopus.

Fundamentum quia non potest idem cor
pus mouere duobus motibus nam duo mo-
tus exigant duas vbicationes, cum vbicatio
sit terminus intrinsecus motus, at vnum
corpus non potest habere duas vbicationes,
ergo neq; moueri duobus motibus inter se
distinctis, & veris, nã vel illæ vbicationes sũt
respectu eiusdem spatij. & non, quia sicut in
eodem spatio non possunt esse plura corpo-
ra adæquate, ita neque respectu eiusdem spa
tij potest idem corpus habere diuersas vbi-
cationes, sufficit n. vna ad constituendum
corpus in spatio fixo, sicut vnum accidens
numero, &c. vel sunt respectu diuersi spa-
tij, & multo magis repugnãt, quia repugnat
naturaliter idem corpus occupare adęquate
duo spatia simul, vnde fit non posse moueri
corpus duobus motibus, neque versus ean-
dem partem, neque versus diuersam, siue
fiat super eosdem polos, siue diuersos, nam
diuersitas polorum non tribuit vim corpori
occupandi maius spatium, quam exigat sua
quantitas, ex qua ratione etiam fit non pos-
se moueri duobus motibus siue per se, siue
per accidens ad motum. s. alterius corporis
deferentis vel trahentis, nam impossibilitas
occupandi maius spatium semper manet in
corpore, siue impetus, vel motus illi impri-
matur immediate ab intelligentia, siue me-
diate alio corpore deferente, vel trahente; 182
corpus enim palmare non potest simul oc-
cupare nisi spatium palmare. siue sit in terra
immobili, siue in naui mota, & hanc opi-
nionem videtur reipsa sequi Clauius qui fo.
53. explicans pluralitatem motuum, ait om
nes orbes simpliciter moueri ab ortu ad oc-
casum, & non sic moueri ab occasu in or-
tum, sed moueri secundum quid. i. ad signa
orientalia, quæ sunt mobilia, siue concipiã-
tur in octaua sphæra vbi vere sunt, siue in
primo mobili in quo vere non sunt, sed per
designationem, & correspondentiam ad si-
gna octauæ sphæræ, quæ dicuntur immo-

bilia in 10. sphæra, non quia non mouentur
183 ad motum sui orbis, sed quia eodem modo
se habent ad æquinoctialem, & coluros pri-
mi mobilis, vt .s. principium Arietis sem-
per sit in æquinoctiali circulo, & similiter
principium libræ, & sic de alijs, vnde fit vt
signa Zodiaci inferiorum orbium, & Plane-
tæ moueantur per coexistentiam cum signis
Zodiaci immobilis, nunc coexistente eodē
signo, ac planetæ Arietis nunc Tauro.

Hinc concludit omnia signa, & planetas
simpliciter moueri ab ortu ad occasum, qa
nullum datur instans post aliud in quo non
recedant ab orientali puncto spatij imagina
rij, & accedant ad occasum, sed non sim-
pliciter ab occasu, quia nunquam magis ab
occidente recedit, vel ad oriens accedat. di
cuntur tamen secundum quid moueri quo
damodo ab occidēte in oriens quando, & si
occidentem nunquam deserant, & orienti
appropinquent, accedunt tamen ad signa
orientalia quod etiam docent Conimb. 2.
cæl. c.5. q. 4. art. 2. in fine. Non enim dici
potest secundum quid quia est secundum
vnam partem vt Æthyops dicitur albus

Quidam ex inęquali velocitate.

secundum dentes, nam orbis moueretur se
cundum omnes partes versus ortum.

Hi tamen inter se diuisi sunt nam Alpe-
tragius affirmat omnes cęlos moueri ab ortu
ad occasum, ab vna intelligentia, sed inæ-
quali velocitate ex qua inæqualitate consur
git in aspectibus, & reliquis diuersitas, nam
primum mobile mouetur complendo cir-
culum 24. horis, & alij inferiores orbes nō
complent illam reuolutionem in 24. horis
sed aliquanto minus, ex cuius modica tardi-
tate sequendi primum mobile sequēs orbis
retardatur in 36000 annis per vnam reuolu
tionem, ita quod in illis annis facit paucio-
res reuolutiones vna reuolutione primi mo
bile, deinde Saturnus plus tardat sequi
primū mobile ab ortu in occasū, ea tardi-
tate per quam supra ipsum lucratur primū
mobile vnam reuolutionem in 30. annis, &
vnam supra Iouem in 52. annis, adhuc tar-
diorem, & vnam in vno anno supra Solem,
Venerem, & Mercurium tardiores, & vnā
184 in vno mense supra Lunam omnium tardis-
simam, nam quia tardius sequitur ideo alius
planeta ab eo egressus citius ad terga eius
redit.

Alij ex diuersitate velocitatis, & tarditatis, & diuersis intelligentijs.

At alij fatentur quidem omnes moueri
vno motu .s. ab ortu ad occasum, cum di-
uersitate velocitatis, & tarditatis, sed illum
non fieri ab vna intelligentia, sed singlis p-
pria mouente cum eo temperamento.

185 At alij dicunt inferioribus communicari
motum diurnum cæteris à primo mobili,
tamen illum temperari quoad tarditatem,
& cæleritatem à sigulorum orbium intelli-
gentijs, & quia per eam tarditatem videntur
inferiores orbes moueri ab occasu ad ortum
ideo dicunt illum motum fieri à proprijs
intelligentijs, cum vere ab his non oriatur
nisi retardatio, & attēparatio motus ab or-
tu ad occasum.

ARTICVL. III.

*Opinio Auctoris.*

PRima conclusio idem corpus non potest
moueri naturaliter duobus motibus lo-
caliter oppositis, est auctorum secundæ o-
pinionis. 186

Cur idē corpus nō possit moueri localiter nāliter duobus motibus oppositis.

Primo quia moueri localiter est acquirere
nouum spatium, & illud variare sed non po
test idem corpus simul esse in duobus spa-
tijs sibi adæquatis vt patet ex commensura-
tione corporis cum spatio, ergo neq; potest
moueri duobus motibus, nam multitudo
simultanea motuum exigit multitudinem
terminorum, quia motus specificantur ex
terminis. & licet in eodem subiecto possint
esse in diuersis temporibus diuersi motus
ad eundem numero terminum, non tamen
simul, quia vnus est satis, vt ponatur exiftē-
tiam vnius termini, vt dictum est in secun-
da opinione.

Secundo probatur ex repugnantia con-
naturali motuum localium oppositorum,
nam sicut de ratione vnius motus est reces-
sus à termino à quo, & accessus ad terminū
ad quem, ita de ratione duorum motuum
oppositorum est accessus, & recessus respe-
ctu eorundem terminorum, nam motus op
positi exigunt terminos vtrosque oppositos
at implicat idem corpus non replicatum si-
mul ad eundem terminum accedere, & ab
eodem recedere, quia inde fieret eidem ter-
mino propinquum, & non propinquum,
sed distans.

Aduersariorū instantia

*Resp.* primo id esse verum quando vterq;
motus conuenit subiecto per se, non tamē
quando vnus per se, alter per accidens ratio
ne alterius corporis deferentis, sed contra,
quia dupliciter aliquid dici potest moueri
per accidens primo, per denominationem,
quasi extrinsecum ex motu, qui non fit in
ipso denominatio, sed in aliquo sibi con- 187
iuncto, quomodo homo totus dicitur mo
ueri, quia eius brachium mouetur, & hac
ratione possunt duo motus contrarij ratio-
ne diuersarum partium denominare idem
subiectū vt si quis moueret vnum brachiū
versus ortum, & aliud versus occasum, &
hic modus pluralitatis nō est in casu nostro
quia orbis quilibet moueretur duobus mo-
tibus secundum quaslibet sui partes.

Secundo per denominationem intrinse-
cam ex motibus, qui intrinsece fiunt in su-
biecto, sed vnus communicatur immediatè
ab agente, & alter mediate alio corpore, &
hæc pluralitas implicat naturaliter quia ma
net eadem repugnantiam inter illos motus
in eodem subiecto, siue illi motus commu-
nicentur subiecto ab hoc vel illo agente,
quia incompossibilitas formarum intrinseca
manet semper dum manet eadem natura
formarum oppositarum.

Ex actiuitate, & resistētia.

Secundo probatur ex actiuitate mouen-
tium

tium, nam cum motus contrarij exigant vir
188 tutes motiuas formaliter, vel virtualiter
contrarias, illæ virtutes vel sunt æquales, &
non sequitur motus, quia seinuicem impe-
diunt, nam quantum vna virtus promoue-
ret subiectum versus vnam partem, tantun-
dem impedit altera virtus, vt patet ex duo-
bus seinuicem conantibus trahere in diuer-
sas partes, & ratio à priori, quia actio sequi-
tur ex virtute, & actiuitate maiori supra re-
sistentiam passi, vnde quando actiuitas, &
resistentia sunt æquales non potest sequi a-
ctio, at ibi est hæc æqualitas, quia virtutes
illę sua actiuitate sibi inuicem resistunt, vel
non sunt æquales, & tunc actio sequitur so-
lum ex virtute fortiori, quia illa habet inæ-
qualitatem maiorem supra resistentiam pas-
si neque est eadem ratio inter has virtutes,
quæ est inter calorem, & frigus, quorum li-
cet calor sit maioris virtutis, tamen etiam
patitur per reactionem frigoris, nam in his
resistentia formalis est distincta ab actiuitate
vnde potest esse vt calor habeat maioré a-
ctiuitatem, & minorem vim resistendi, con-
tra vero in frigore, semper tamen resisten-
tia vnius, est minor, quam actiuitas contra-
rij vt dicetur in lib. de Generat. at inter has
virtutes motiuas respectu eiusdem subiecti
resistentia oritur ex actiuitate.

Conf. quia illi motus vel sunt æque velo-
ces, & non sequitur motus, quia nulla ibi
potest esse acquisitio spatij, vel nó sunt ęque
veloces, & non sequitur motus qui consi-
stit in acquisitione noui spatij, nisi versus
partem, versus quam est motus velocior.

Vnus motus ab vtraque virtute.

Dices ibi sunt duæ virtutes actiuæ, ergo
duo motus. Resp. negando conseq. quia est
vna indiuisibilis totalis actio ab vtraque vir-
tute, seu vnus motus temperatus ab vtraq;
virtute, hæc autem attemperatio consistit
quod virtus fortior retardatur à virtute có-
189 traria debiliori, vt acquirat in eodem tem-
pore minus spatium, quam acquireret si nó
adesset ibi virtus contraria retardans.

Dices secundo id est contra experien-
tiam, nam patet hominem existentem in
naui mota versus ortum, moueri versus oc-
casum, tum quia ille homo defatigatur, at
defatigatio non cónenit illi quiescenti; tum
quia apparet mutare coexistentiam cum par
tibus nauis, nam prius erat in prora, & de-
inde post motum est in puppi.

190 Resp. dupliciter aliquid moueri contra
motum, quem habet ab alio primo per ean-
dem lineam directe, & hac ratione debilior
motor non concurrit ad motú, vt est acqui
sitio spatij ad quod ordinatur ex se, sed tan-
tum ad retardationem motus eliciti ab alio
motore versus partem oppositam vt dicitur
in argumento de homine moto in naui con-
tra motum nauis, & licet defatigetur, tamen
defatigatio oritur formaliter non à quiete
sed tum à conatu, quo resistit mouenti in
contrarium, nam ex illo conatu spiritus có-
sumuntur, tum ex modo quo fit illa retar-
datio, nam dum vnus pes insistit naui, alter
eleuatur, in qua eleuatione acquiritur spa-
tium aliquod, non quidem contra motum
nauis, sed præter. s. in altum, sed versus spa-
tium acquisitum per modum nauis, per quē
dum trahitur pes insistens naui, trahitur to-
tum corpus, & per consequens pes eleuatus
à naui, & in aere suspensus, quod spatium
acquiritur non duplici motu. s. transuersa-
lis, & eleuationis, sed vno motu elicito ab
impetu nauis, & virtute animali eleuante,
vnde dicitur motus mixtus, & non simplex,
& duplex extrinsece, & non intrinsece ex
duplici spatio, sed ex duplici virtute.

Motus mobilis contrarij in eodem dupliciter res per eandem lineam.

Vel per diuersam.

2. per diuersá lineam, vt naui mota versus
ortú, homo ibi existens moueatur ab austro
ad septentrioné, tunc ibi est vnus motus, vt
est acquisitio spatij, sed multiplex extrinsece
ex multiplici virtute; a qua elicitur motus
mixtus, nam spatium illud transuersale sem
per mutatur versus orientem ex vi motus
nauis. At instabis, licet spatium sit materia-
liter idem tamen formaliter est diuersum
quia acquiritur per tendentiam factam per
diuersas lineas, & diuerso modo. s. per lineá
rectam, & trasuersalem, sicut motus aeris
ab aqua ad ignem, & à concauo Lunæ ad
ignem tendunt ad idem spatium materiali-
ter, sed formaliter diuersum. Resp. argu-
mentum recte procederet si illæ essent duæ
lineæ fixæ, vna versus ortum, altera versus
septentrionem, sed non ita est, nam ibi per
motum elicitú ab vtraq; virtute designatur
vna linea, quasi curua, q̃ per motú illú mixtú
continue quasi curuatur procedendo ver- 191
sus ortum, & septentrionem, ex quibus pa-
tet, cur fiat defatigatio membrorum, & cur
acquiratur coexistentia ad diuersas partes
nauis per motum nauis, receptum in ho-
mine sua virtute moderante motum, nam
dum pes insistens à naui trahitur alter su-
spensus resistens, non trahitur eadem velo-
citate, qua trahitur pes insistens, & sic repe-
ritur distans à pede insistente, atq; adeo re-
spondent diuersis partibus nauis, & cum
idem deinde accidat pedi eleuato, qui de-
pressus insistit naui, vt alter prius insistens 192
eleuatur, fit vt successiue totum coexistat
diuersis partibus nauis. Ex hac autem coe-
xistentia nó sumitur motus, quia est ad par-
tes mobiles, quibus aliquid immobile potest
vario modo coexistere, vt patet si lapis li-
gatus teneatur in puppi ab homine existen-
te extra nauim, ille lapis coexisteret diuersis
partibus nauis, solum ex motu nauis ipso
lapide immoto, & idem de turri coexistéte
diuersis partibus aeris circa illam moti; &
idē accidere potest si lapis ille trahatur per
funem ab aliquo sedente extra nauim ęqua-
lis virtutis, ac est impetus nauis, ná ex prora
deueniret ad puppim, absq; sui motu re-
spectu spatij imaginarij.

Secunda Conclusio, Orbes cælestes mo-
uētur ab ortu ad occasum per motum rea-
lem, non tamen ab occasu ad ortum.

Cælestea orbes mouentur ab ortu ad occasum per realem motum, non tamen realiter ab occasu ad ortũ

Prima pars prob. experientia, qua quotidie oriri videmus, & occidere solẽ, & alios planetas, & sidera.

Secunda pars patet ex dictis in prima cõclusione, quia per verum motum aquiritur spatium immobile, quod non potest esse duplex in vno corpore, præsertim cum illi motus opponantur.

193 Confirm. quia frustra fit per plures motus, ꝙ fieri potest per vnum motũ existentem in orbibus diuerso modo motis quoad velocitatem, & tarditatem, sed per motum versus Occidens receptum in orbibus diuerso modo possunt saluari omnes apparẽtiæ astrorum. Primo, quod Planetæ inter se, & cum stellis non seruent eandem coniunctionem, nam cum moueantur motibus diuersis secundum velocitatem, & tarditatem, non possunt inter se seruare eandem coniunctionem.

Secundo, quod planetæ, & stellæ non oriantur in eodem puncto, Horizontis in die sequenti in quo ortum habuerant die præcedenti; Nam hoc habent, quia mouentur ab ortu ad occasum non motu perfectè circulari, sed spirali, motus autem factus per spiras est secũdum quid circularis, quia non est ab vno puncto ad idem, sed ad proximum, quæ variatio inter Tropicos dicitur in sphæra fieri super polos Zodiaci, sed non est necesse, cum semper varientur poli, & Axes illius motus, sed intra Tropicos.

Tertio, quod planetæ videntur accedere ad signa Orientalia, at hoc non potest esse nisi moueantur motu contrario ad motum diurnum, quia per diurnum mouentur ad occidentalia signa, at per motum ab occasu moueotur ad signa orientalia .i. quæ posterius oriuntur, & ascendunt supra Horizontem, vt fuse explicat Clauius in cap. 1. fol. 54.

Retrocessio astrorum bene saluatur per tarditatem variam motuum, qui fiunt per spiras.

Sed hæc retrocessio rectè saluatur per tarditatem variam motuum, qui fiunt per spiras, vt patet exemplo trium ordinum equitum collateralium secundum lineas rectas dispositorum, qui ex determinata linea incipiant ab ortu ad occasum moueri velocissime, ita vt qui in primo ordine sunt maxima velocitate, qui in secundo mi-
194 nori; qui vero in tertio tardissime moueantur; tunc enim experientia constat, horum equitum aspicientibus procul, qui tardius mouentur, apparere moueri in partem contrariam, ac qui mouentur velocius, & tamen constat omnes moueri versus eandem partẽ respectu spatij fixi, quare idem omnino accidit in orbibus; nam tardiorea videntur retrocedere, & moueri in contrariam partem per motus spirales, neq; tamen illa retrocessio fieri deberet per eandem lineam, & circa polos mundi, & per lineam æquinoctialem, nam cum dictum sit sydera moueri ab ortu per lineas spiralea non est necessarium stellas, & planetas motu diurno eosdem semper parallellos citra, & vltra æquinoctialem continue describere, nec stellas, & planetas sub æquinoctiali existentes, numquam ab eo declinare, sed semper sub illo existere, neq; quæ sunt citra, vel vltra æquinoctialem numquam minus, vel minus accedere, vel recedere ab illo, atque adeo solẽ &c. proprius ad nostri verticem numq̃ vno tempore magis accedere, quam alio. Hæc enim nulla ratione sequuntur ex motu ab otu ad occasum facto per spiras.

Conf. quia nõ est potentior orbis ad imprimendũ impetũ inferioribus orbibus, q̃ sint intelligentiæ ad illum immediate imprimendum eisdem orbibus, sed ex impetu impresso inferioribus orbibus à superioribus causatur in singulis motus cum tali temperamento, vt oriãtur tales apparentię, ergo ex impetu impresso immediatè ab intelligentijs causari poterit in singulis orbibus motus cum simili temperamento. 195

Tertia Concl. inferiores orbes licet moueantur motu reali ab ortu ad occasum, tamen motu apparenti mouẽtur ab occasu ad ortum. Patet, quia coexistunt varijs signis existentibus in Zodiaco; qui finguntur immobiles; nam sol existens in Ariete post mẽsem coexistere videtur Tauro, & tũ Gemini, &c. Vnde apparet moueri versus ortum, cum illa signa sint Orientalia, neq; ad huius coexistẽtiæ varietatem exigitur verus motus, qui essentialiter consistit in acquisitione spatij immobilis, sed sufficit apparẽs, qui oritur ex motu alterius orbis celerioris, siue alter orbis sit immobilis, siue tardius moueatur, vt dictum est. Hoc autem quod dicimus de sole intelligendum est proportionaliter de alijs Planetis, & stellis.

Planetæ mo tu apparentĩ mouẽtur ab occasu ad ortum.

Dices etiam si saluetur motus ab occasu ad ortum per hanc retardationem, quomodo saluari possunt alij motus .s. Trepidationis, & liberationis?

Resp. ꝙ sicut illi motus ponuntur fieri ab impetu impresso inferioribus à superiori orbe, ita ab impetu immediate impresso ab intelligentia saluari poterit; nam ex illo fieri potest vnus motus cum tali temperameto, vt nunc fingitur ab Astrologis. 196

Quarta Concluſ. hi motus cælorum facti per spiras possunt fieri varijs modis. Primo, vt singulis orbibus sic motis, imprimatur à propria intelligentia impetus, à quo fit motus attemperatus tali temperamento; nam motus, qui potest fieri à varijs virtutibus se inuicem attemperantibus ad talem motum, non est cur non possit fieri ab vna virtute habente talem rationem mouendi, si enim homo habet virtutem mouẽdi lapidem sursum rectà, & lateraliter, vel circulariter, vt illi placet, cur non poterit intelligentia tali, vel tali modo mouere orbem? cum maius dominium habeat circa motum corporalium quam homo. 179

Quot motis fieri potest motus spiralis.

Secundo, vt talis motus attemperatus fiat immediate ab intelligentia sine aliquo impetu impresso, & si fiat his modis non est ne-

necessarium ponere nisi octo orbes .s. stellatum, & alios planetarum.

3. per impetũ impr̃ssũ a superioribus orbibus, ex quibus omnibus causatur vnus motus simul cum virtute intelligentiæ appropiata orbi attemperante virtutes communicatas a superioribus orbibus, vt in vno tali modo causet motum, & in alio orbe aliter pro, vt exigit vniuersi conseruatio: vt .s. per accessum solis, & Planetarum sub Zodiaco ad Boream, & ad Austrum diuersa oriantur anni tempora ad varias rerum generationes accomodata ex Arist. 2. de Gen. t. 56. & hic modus explicandi hunc motũ cælorũ est magis conformis opinioni communi.

Quarto alij putãtes illos motus esse duos dicunt non simul exerceri, sed alterna vicissitudine dum intelligentia mouet cælum versus polos Zodiaci, non mouet ab ortu ad occasum, & quia ille motus lateralis fit in ictu oculi, non apparet orbis cessare à motu diurno, verum hic modus dicendi vt caret idoneo auctore, ita non potest esse probabilis, quare rationabilius est esse vnũ realiter ex diuerso impetu, vel vno gyratiuo sed non perfecte gyratiuo, neque dicas eam alternationem contingere in motu nautæ per nauim, nam aliquando cessat tunc .s. quando post motum firmat pedem vt eleuet alterum, quem leuando suo motu
198 mouetur, Nam in nauta id contingit quia non potest moueri continuo motu progressiuo nisi figat pedem alicubi, at hoc non est necessarium intelligentiæ mouenti.

Dices quomodo possũt dici duo motus.

Motus ab ortu tripliciter esse põt vnus, & apparere multiplex.

Resp. motum ab ortu posse cõsiderari 3. primo vt est tardior altero, & sm̃ hãc rationem, potest dici multiplex apparenter, quia .s. versus occasum est realiter, sed versus ortum est apparenter vt diximus.

Secundo vt est aliquomodo transuersalis
199 quia est acquisitio occasus transuersaliter aliquomodo, & sic potest dici multiplex virtualiter, nam sicut spatium acquisitum est realiter vnum, & muliplex virtualiter quatenus est per lineam compositam, ita, & motus, nam in eo potest distinqui accessus ad ortum, & accessus ad Boream vel austrum.

Tertio, vt est à virtute multiplici formaliter, vel virtualiter, & sic habet multiplicitatem extrinsecam per denominationem à duplici virtute.

## ARTICVL. IV.

### *Soluuntur Argumenta primæ Opinionis.*

Motus pluralitas, vel virtualis.

AD primum Resp. motuum pluralitatẽ esse duplicem primo formaliter vt .s. inter se sint distincti intrinsece ex vi terminorum, & negatur requiri ad generationes
200 & corruptiones rerum, Secundo virtualiter qualem habet vnus motus factus per spatiũ obliquũ, qualis ẽ motus spiralis, & hic sicut sufficit ad accessum, & recessum solis, ita sufficit ad conseruationem vniuersi, nam sicut per illum acquiritur vnum spatium habens habitudinem ad duos terminos à quibus diuersos, ita motus ille realiter vnus habet plures rationes diuersas, scilicet quatenus est tendentia ad spatium occidentale dicitur motus diurnus, vt vero est ad Boreã, & austrum habet rationem motus obliqui, quia fit spiraliter sub Zodiaco

Ad secundũ patet ex dictis illum motum esse apparentem ortum ex diuersitate motuum orbium secũdum celeritatem, & tarditatem. Neque dicatur illum motum non posse fieri per retardationem motus diurni, quia recte id diceretur si fieret ille motus diurnus, per lineam rectam sed non ita fit sed per lineam spiralem, per, quam accedat, & recedit ad solstitia, & signa Borealia, ac australia.

Dices motus diurnus orbium, & proprius retrogradus fit super diuersos polos, et axes, ac per diuersas vias cum vnus procedat ab ortu ad occasum per meridiẽ, & hinc per mediam noctem iterum in ortum, & fit per circulum æquinactialem super polos mundi. Alter vero motus fit, super polos Zodiaci, distantes à polis mundi gradibus 23. & 30. minutis circiter per circulum Zodiaci, ergo non sunt contrarij; nam contrarietas est respectu eorũdẽ terminorum, & per eandem lineam, ergo non repugnant poni in orbibus.

Oppositio lationum dupliciter.

Resp. primo, oppositionem lationum esse 201
duplicem, vnã formalem formaliter, qualis est posita in argumento. Alteram formalem æquiualenter quando .s. termini motuum à quibus, & ad quos, non sunt oppositi per eandem lineam formaliter, sed æquiualenter eo, quod sit in diuersa parte lineæ secundũ eundem situm, & talis est repugnantia motus diurni, & proprij orbium inferiorum, nã terminus à quo motus diurni est in pũcto Oritiẽs, & terminus ad quem est in pũcto Occidentis, at contra accidit in motu proprio, quia terminus à quo est quidem in puncto lineæ occidentalis ad quem terminabatur motus diurnus, & terminus ad quem 202
proprij motus est quidem in puncto diuerso lineæ orientalis, sed secundum eundem situm, ac erat terminus à quo respectu motus diurni; Hinc fit vt per motum diurnum Sol v.g. semper accedat ad lineã occidentalem circuli, & recedat à linea orientali, contra vero per motum proprium semper accedit ad lineam orientalem, & recedat ab occidentali, vnde est simul accessus, & recessus respectu eiusdem lineæ saltem æquiualenter. Hinc patet non esse ferendam sententiam dicentiũ apud Clau. t. 56. per eandẽ viam .s. super polos Zodiaci moueri orbẽ lunarem, qui defert caput, & caudam draconis, ab occasu ad ortum, & ab ortu ad occasum.

Re-

Idem corpus adæquate esse non potest in duobus locis.

Resp. secundo etiam si non habeant perfectam oppositionem, tamen habent incompossibilitatem alterius rationis, quatenus non potest idem corpus esse simul adæquate in duobus locis, at duo motus habere necessario debent distinctos terminos à quibus, & ad quos, cum latio sit translatio corporis de loco ad locum, vnde fit motum illum, esse vnum ex duplici virtute, non simplicem, sed virtualiter mixtum per lineam mixtam, quæ tendit ad Orientem transuersaliter vt infra.

Ad primam conf. patet ex dictis quod Planetæ moueantur per spiras, vnde non fit motus super polos fixos, & Assem, sed ex astrologis finguntur illi motus fieri super polos, & Asses fixos imaginariè, sicut imaginantur esse plures motus, nec est nouum Mathematicis vti lineis imaginarijs, quæ quæ physice nulla ratione esse possunt.

Condictio motus spiralis.

Ad secundam conf. patet ex dictis de ratione motus spiralis, nam semper per illum motum variantur termini, vt v. g. si stella mota ab ortu ad occasum per primam circulationē respondet puncto imaginario A, deinde per secundam respondet puncto B, quia intelligentia impulit orbem secunda die versus Zodiaci polos, quasi in latus, &
203 idem fit singulis diebus donec post tempus constitutum stella remeet ad idem punctū imaginarium A, vt dicitur ab Astrologis de periodis motuum.

Hinc oritur diuersa distantia à polis mūdi imaginarijs, nam dum quasi ad latus mouentur versus polos Zodiaci, variatur distātia à polis mundi, hinc fit circulos descriptos à polo Zodiaci octauæ sphæræ circa polos mundi non esse parallelos circulo descripto à polo mundi, nam aliquibus locis magis declinabit ad Septentrionem, in alijs magis ad Meridiem.

Hinc patet ratio diuersæ altitudinis, nam accedentes maxime ad Zenit capitis nostri dicuntur planetæ habere maximam altitu-
204 dinem, quæ est dum planeta est in Cancro.

Non necessario ponēdæ sunt singulæ intelligētiæ singulis orbis.

Hinc tertio patet non esse necessarium ponere tot orbes, & tot intelligentias quot ponūt recentiores, vnde opinio Arist. magis accedit ad veritaté, ponendo singulas intelligentias mouere suos orbes ab ortu ad occasum, vel retardare motum à superioribus orbibus communicatum, quod si vna intelligentia ad totum illud sufficeret vt putauit Alpetragius, negandus est Aristoteles.

## DVBITATIO X.

*An præcise cælestium motuum mensuræ sint in proportionibus rationalibus constitutæ.*

## ARTICVLVS I.

*Explicantur termini quæstionis.*

PRimo motum circularem esse comparabilem cū alio circulari quoad velocitatē vnde quæritur proportio secundum quam vnus motus cæli comparatur, & dicitur altero velocior; hęc autem primo diuiditur in rationalem, & irrationalem. Rationalis dicitur, quæ immediate denominatur ab aliquo numero, vt proportio dupla, tripla, &c. irrationalis vero, quæ denominatur nō immediate ab aliquo numero, sed immediate ab aliqua proportione, vt proportio, quæ est medietas duplæ proportionis, qualis est proportio diametri ad costam eiusdē.

motus circularis rationalis, & irrationalis.

205

Secundo not. has proportiones differre inter se, nam rationalis reperitur, tam in numeris, quam in magnitudinibus, at irrationalis non est in numeris, sed solum in magnitudinibus, de rationali tractat Arithmetica & Geometria, at de irrationali solum Geometria.

206

Rationalis motus diuiditur in proportionem minoris inæqualitatis, & maioris inæqualitatis, & hęc triplex.

Tertio not. rationalis diuiditur in proportionem minoris inæqualitatis, & maioris inæqualitatis, cuius sunt tres species, & prima dicitur multiplex, qua maius continet minus pluries præcise, vt bis, vel ter, &c. vt nihil supersit; vnde dicitur dupla, tripla, &c.

Secunda dicitur super particularis, quæ dicitur quando maius continet minus semel, & præterea aliqua partem aliquotam numeri minoris, vt est proportio trium ad duo, cuius proportionis sunt infinitæ quasi species, vt sexquialtera, sexquitertia, &c. Dicitur autem pars aliquota, quæ aliquoties sumpta potest reddere totum præcise, nec plus, nec minus, quæ vero aliquoties sumpta non sic reddit totum dicitur non aliquota, vt duo respectu quinque.

Tertio dicitur superpatiens quando .s. maius continet minus semel, & non pluries, & præterea partem non aliquotam minoris, qualis est proportio quinque ad tria, & septem ad quinque, nam si pars non aliquota est composita ex duabus partibus aliquotis minoris, talis proportio vocatur superbipartiens si vero est composita ex tribus aliquotis minoris dicitur super tripartiens, & sic in infinitum de qua re alibi fusius interim videndi DD. in 7. phys.

Duo commensurabiliter mota quomodo coniunguntur, & qualis coniunctio.

Quarto not. si duo mota commensurabiliter, sunt nunc coniuncta, ipsa in eodem puncto coniungentur, .s. elapsis reuolutionibus numeratis à numeris minimis suæ proportionis, & quandocunque alibi coniungentur, eorum coniunctio erit in puncto

di-

distante distantia commensurabili toti ; patet prima pars ; nam si vnus orbis complet suam reuolutionem in annis 30. & alter in 12, inter quos motus est proportio dupla sesquialtera, cuius numeri minimi sunt 5. & 3. & sint coniuncta in puncto A, tunc eo tempore quo orbis tardior explet duas resolutiones, alter velocior explebit quinque, quia supponuntur in illa proportione moueri, ex quo patet cognitis mensuris velocitatum, facile cognoscetur tempus iteratæ coniunctionis in eodem puncto, ex quibus patet secunda pars. Quod si duo incommensurabiliter mota, sunt nunc coniuncta in puncto A, numquam alias in eodem coniungentur, nec in alio distante ab hoc per
207 partem suo toti commensurabilem. Numquam pariter vno eorum existente in pūcto huius cōiunctionis distabunt ambo per partem suo toti circulo cōmensurabilē, nam si rediret aliquādo coniunctio ad idem punctum, hoc esset post aliquot reuolutiones completas, vnde esset proportio velocitatū, qualis est proportio numeri circulationum vnius ad numerum circulationum alterius.

## ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

Habent proportionē rationalem.

Prima opinio est dicentium habere proportionem rationalem, primo ex parte Dei quia omnia condidit sapienter, & in numero, pondere, & mensura, ergo habet
208 proportionem rationalem, quia irrationalis non est huiusmodi.

Secunda ex fine, quia cæli, & motus eorū ordinantur ad alterum mensurationem ergo illis non potest conuenire immensurabilitas.

Tertia ex parte orbium, quia cum sint perfectiora corpora exigunt perfectiorem cōditionē vnde ob id illis tribuitur figura sphærica, sed rationalis est nobilior alijs proportionibus, nam irrationalis est potius disproportio.

Conf. quia pulchritudo motuum consistit in proportione rationali, seu in commensurabilitate, nam ex Perspectiuis, quę visum delectant habent talem proportionem, sic etiam Armonia, quæ auditum delectat, & sic, quæ gustum & odoratum delectant consistunt in hac mixtione proportiali, contra vero quæ sunt composita proportione irrationali offendunt auditum, visum, &c. ex Aristotile, vnde Pythagorici dixerunt animā constare quadam ratione numerali, & armonica.

Quarta ex parte hominum, nam maxime est illis necessaria præscientia coniunctionis Planetarum, & astrorum, vt possint præsciri effectus futuri, ac hæc coniunctio non potest præsciri nisi motus habeant inter se proportionem rationalem, vnde periret tota scientia astrologica ablata tali proportione à motibus cælorum.

Conf. quia ex c. 1. Eccles. Sol, & occidit & ad locum suum reuertitur, at non reuerteretur si motus essent incommensurabiles.

Secundo opinio est dicentium habere proportionem irrationabilem, primo quia perfectio vniuersi consistit in varieta te, ergo in cælo sunt ponenda omnium proportionum genera. Conf. quia quando magnitudines sunt ignoræ probabilius est illas inter se magis esse incommensurabiles, quam commensurabiles sed proportiones motuum in c. non cognoscuntur. Habent irrationalem ex alijs. 209

Conf. 2. quia si omnes motus cælorum essent commensurabiles, non possent inter se sæpe coniungi etiam si æternaliter mouerentur, quia non possent coniungi, nisi in certis punctis, & paucis, at hoc esse falsum patet quia non est, cur vna pars lineæ eclypticæ priuetur coniunctione Solis, & Lunæ magis, quam altera, at posita incommensurabilite motuum talis conuinctio esse potest in qualibet parte illius lineæ.

Conf. tertio ex varietate opinionum circa mensuras motuum, & temporum, ita vt ad hæc vsq; tempora nō potuerit demonstrari anni Solaris, & Lunaris mensura præcisa.

Tertia opinio est dicentium à viatoribus non posse agnosci, qualis sit proportio motuum cælestium, quia per insensibilem partem potest fieri mutatio vnius generis proportionis in aliud .s. rationalis in irrationalis, & mihi placet.

## RATICVLVS III.

*Opinio Auctoris.*

Prima Conclusio non potest à viatorib° certe sciri scientificè mensura adæquata cælestium motuum, quia difficilius cognoscitur mensura quantitatis cælorum, & motuum cælestium velocitatis, quam duorum sensibilium nobis propinquorum, sed horum mensura, & motuum velocitas præcisa non potest certo cognosci, ergo neque cælestium, minor patet quia quælibet pars quantumuis minima variat proportionem, cum species proportionis consistant in indiuisibili, vnde variantur ex quocunque incremento, vel decremento vnius extremi, etiam si aliud non varietur: partium autem multæ sunt, adeo minimæ, vt viator nō possit percipere earum variationum, atq; adeo neq; proportionem numeratam. 210 Scientifice sciri nō pōt à viatoribus mēsura adæquata motuū cælestium.

Confirm. quia experiētia constat partem valde sensibilem fieri insensibilem, propter distantiam, sed distantia cælorum est maior, quam sit distantia inferiorum à nobis, ergo nequit certo sciri præcisa mensura cælorum, & eorum proportiones, & maxime motuum cum dari possit pars temporis adeo parua, vt per amotionem, vel remotionem ab vno die, vel anno, nequeat percipi eius inæqualitas.

Con-

Confir. id Abbategnius authoritate Ptolomei dicentis veritatem ad vnguem comprehendere, non est cuique possibile, quia forte est aliquis motus cæli, qui nondum innotuit hominibus, vel propter eius tarditatem, vel propter vicinitatem ipsius ad aliud, & idem Plin. *cæli*, inquit, *mensura nō venit ad digitos*, quantitatem enim anni solaris, .s. tempus reuolutionis solis à puncto Zodiaci ad idem punctum redeundo, posuerunt antiqui esse 365. dierum cū sex horis, at recentiores dicunt esse pauciores, quam sex horæ, vnde Ptolemæus putat 5. horas, & 55. minuta, & 12. secunda: Abbategnius 47. minuta, & 4. secunda, Alphōsus 49. minuta, & 16. secunda, & alij aliter.

211 Ex irrationabili pportione nō posset prædici aspectus. Secunda Conclus. si motus cælestes essent in proportionibus irrationabilibus constituti; per quoslibet aspectus cogniti, cū suis locis, non possent certo præscirt loca præcisa futurorum aspectuum, quia fierent in locis distantibus ab illis distantia incommēsurabili rotis. & ergo talis mensura non esset designabilis per numeros, vel numerorum fractiones comparatione ad totum circulū, vel totum tempus reuolutionis, quare cum omnes motuum, & temporum calculationes fiant per numeros, & numerorum fractiones partium aliquotarum totius circulationis, non poterit Astrologus vti arte reperiendi præcisas mensuras, & præcisas proportiones motuum, nec tabulari motus cælestes.

213 Tertia Concl. non potest certo cognosci qualis sit proportio motuum cælestiū, quia hæc fundatur in quantitatibus præcise motuum, at hæ, vt patet ex dictis, cognosci certo non possunt, ergo.

Confirmat. ex solutione argumentorum pro vtraq; opinione.

Ex ignorantia pportionum nō tollitur Astrologia. Quarta Conclus. etiam si non possint certo cognosci proportiones præcise motuum, adhuc tamen dari potest scientia astrologica; nam hæc habet duas partes Theoricam, .s. & iudicialem, sed potest vtraq; pars cognosci; nam Theorica non consistit in cognitione mensurarum, & proportionum præcise, sed cum aliqua latitudine, vt patet ex alijs scientijs ponderum, & mensurarum rerum visualium, vt patet ex consonantijs musicis, & similibus; nam illa scientia obiecti habētis aliquam latitudinem satis est ad vsum illarum, ergo idem dicendū de scientia Astrologica.

Hinc probatur de parte iudiciali, quia virtutes prouenientes ex coniunctionibus, & aspectibus non consistunt in indiuisibili,

213 nec exigunt indiuisibilem proportioné cōiunctionis syderum, sed in latitudine intra certos terminos, vt patet ex similibus scientias, vt medicina, quæ non cognoscit mensuram præcise virtutis medicamenti, nec gradus præcise morborum, ergo.

ARTICVL. III.

*Soluuntur Argumenta vtriusque partis.*

AD Argumenta primæ opinionis. Respond. ad primum, proportionem irrationalem non accipi in malam partem, quasi sit sine ratione, & iudicio constitutas nam potest esse ordinata cum maxima sapientia ad certos fines, sed dici irrationalē ob dictam causam art. 1. vnde cum omnia dicuntur condita in numero &c. per oumerum intelligitur proportio rationalis, per mensuram irrationalis, & ideo est maximè rationabile, vt in cælo ponatur vtraq; proportio. 214 Irrationalis non dicitur q sit statuta sine ratione.

Ad 2. Resp. incommensurabilitatem eorum non tollere commensurabilitatem alicuius eorum cum his inferioribus, vt patet ex Diametro, qui est incommensur. bilis cōsta, & tamen commensurabilis alteri.

Ad 3. Resp. proportionem irrationalem non dicere imperfectionem in ijs, quibus conuenit, vnde nec dicit imperfectionem in motibus, nec in proportione ratione habitudinis ad finem.

Ad Confirmat. Resp. etiam vera essent, quæ ibi afferuntur de obiectis sensuum, tamen ad decorem vniuersi exigitur varietas proportionum vt in cælo multitudo stellarum, & in mixtis multitudo qualitatum.

Resp. 2. illa obiecta oriri ex cōmplexione qualitatum intra certam latitudinem quare non exigitur proportio determinata.

Ad 4. Resp. ex dictis sufficere scientiam coniunctionis astrorum, & separationis futuræ intra certum aliquem gradum circuli, vel certum minutum temporis, nec requiri scientiam puncti præcise circuli, vel instantis, quia talis scientia non est possibilis, etiā si motus essent commensurabiles.

Ad Confirm. Resp. etiam si sit incommensurabilitas adhuc Sol reuerteretur ad suum locum, quamuis non fieret præcise in eodē puncto, in quo aliquando facta est coniunctio.

ARTICVL. IV.

*Soluuntur Argumenta secundæ Opinionis.*

AD 1. varietatem perficere vniuersum, sed eam non requiri in omni re, nam sufficit si singula habeant varietatem debitā suæ naturæ, & fini ad quem ordinantur. Varietas nō dicit perfectionem in omni re.

Ad 1. Confir. Resp. id esset verum, quando non esset ratio in oppositum, at rationes primæ opiniones, etiam si sint solutæ adhuc retinent probabilitatem aliquam pro proportione rationali. 215

Ad 2. Confirm. Resp. concedendo coniunctiones non fieri sæpe, neq; inde aliquid imperfectionis prouenit partibus eclypticæ

cæ, quia cæli non sunt facti cum talibus motibus propter bene esse partium ec'ypticæ, sed propter alios fines. Ad 3. Resp. hanc varietatem opinionum ortam sũ ex ignorantia eorum, quæ pertinẽt ad cælos, tum propter distantiam cælorum à nobis, tum propter tarditatem complementi omnium motuum, quos experiri non sufficeret, nec vnius hominis vita nec, mille.

## DVBITATIO XI.

*An ex motibus Calorum causetur sonus.*

De hac Aristot. 2. cæl. 52. vbi Philal. Cons. 30 & seq. Conimbric. c. 9. q. 1. Alb. [illegible] 3. cap. 16. Angest. post. D. fol. 45.

### ARTICVLVS I.

*Opiniones Doctorum, & Authoris.*

Ex motibus cælorum armonia causatur ex Pythagora.

PRima opinio est dicentium ex motibus orbium, & Planetarum causari sonum quendam Armonicum, ita Pythagoras ductus experientia fabri ictibus ferrum ignitũ mollientis, nam aduertit ex ictibus malleorum certa proportione, & interuallis repetitis causari sonum auditui consonantẽ, qua-
216 re multo magis similis, & magis armonicus sonus ex motibus cælorum oritur, quia sũma celeritate, & proportione mouentur, & magnitudine inferiora excedunt, cum in cælo nihil sit tumultuosum, sed omnia certis legibus rata, & æquabili ratione procedant: sequitur Plato, qui vt hanc armoniam explicaret, singulis orbibus serenas attribuit, Cic. de somn. Scip. sub persona minoris Aphricani, & quia armonia constat ex sono acuto, & graui, dixerunt acutum effici à cælo stellato ob summam velocitatem, grauem à Luna ob tarditatem, mediũ sonũ à medijs orbibus, sequitur Philo Iud. lib. de somnijs, vbi cęlum vocat Archetypum musicę instrumẽtum, significat illam D. Ansel. lib. de imag. mundi, & Amb. præf. Com. in Psal. licet 2. Hexamer. neget firmis rationibus probari. Quod si ab ipsis quæratur, cur nõ audiatur à nobis? Resp. primo, nobis audiri, sed cum ob assuetudinem ab ortu numquã interruptus fuerit non percipitur, quia sonus non percipitur, nisi interruptione contrarij .s. silentij, vt accidit incolentibus prope catadupa, vbi nilus ex montibus altissimis ingenti fragore præcipitat Plin. lib. 5. c. 9. & idem ferrarijs euenit, quorum aures frequentibus malleorum ictibus occaluerunt. Vnde non impediuntur à loquendo, sicut alij nõ assueti. Hinc reddunt rationem, cur anima tanto opere musica delectetur? quia rememoratur illius musicæ dulcissimæ, nec ingerit hominibus læsionẽ, q. innatus, vt ethicus nõ percipit calorem febrium, quia ob assuetudinẽ conuersus est in naturam.

Secundo, quia nõ omnia sensibilia omnibũ sensibus congruunt, nam Canes odores lõge remotos, præsentes quos homo non sentit, & contra homo rosarum odore delectatur, qui à canibus percipi non videtur. Quare nõ mirum si caleste sensibile, sensu elementari, & crasso non percipiatur. Vnde Pythagoras vel sonum asseruit motus ex ratione, vel illũ percepit, quod auditum meliorem Dei beneficio habuerit.

Tertio, ex eo, quod in medio, per quod multiplicari debent species soni, non est di- 217
spositio necessaria, ea autem est tremor quidam aeris contigui, quia corpora cęlestia nõ mouent aerem contiguum motu, saltem tremoris.

Quarto, ex Dei prouidentia, nam si armonia illa ad nostras aures perueniret, futurum esset, vt homines cibi, & aliorum necessariorum ad vniuersi conseruationem obliti nihil operis in hac vita molirentur, quod si petas, cur astra videamus, cum eorum visio sit etiã nobis connata, vt auditio illius soni.

Respondent primo, negando astra viderĩ, quia nõ videmus eorũ figurã, magnitudinẽ, & excellentem eorum pulchritudinem, neq; motũ per quem fit sonus, sed illustrationes quasdam solũ percipimus ab illis peruenientes. Secũdo, quia diuersa est ratio, nam visus cum sit immaterialior auditu, non mirum si habet aliquas prærogatiuas.

Fundamentum sumitur ex motu corporũ inferiorum, ex quibus causantur sonus, cum inter se velociter colliduntur, ergo multo magis ex motu cælorum, qui magnitudine, & velocitate motuum longe excedunt inferiora.

Confirm. quia si in inferioribus est musica ad delectationem hominum, cur non erit in calis ad delectationem Deorum, vnde dicẽdum est hanc esse armoniam Deorum, qui & incorporant animas à stellis, per viam lacteam descendentes, & recipiunt easdem ad sibi sedes congruas post cursum iustitiæ a superis Dijs determinatas ex stoicis, quos videtur sequi Isaac lib. de defin.

Confirm. ex Iob 38. concentum cæli quis dormire faciet.

Arist. negat ex orbibus nasci sonũ.

Secunda opinio est negantium, ita Arist. 2. cæli 51. & seq. primo à posteriori, quia à nobis non experitur, nec per auditum, nec per aliam motionem corporis. Nam corpora sonantia inferiora duplici actione agit in corpora, primo, actione reali per commotionem aeris in corpora etiam non audientia sonum, quomodo tonitruus aliquando inducit dolorem capitis, aliquando scindit ligna, & lapidea, eradicat arbores, & corpora valde resistentia, quod si sonus nubis in tonitruo hęc efficit, multo magis id efficere deberet sonus corporũ incomparabiliter maiorũ, & velocius motorum, nam maiores terrores, & maiora damna inferrent inferioribus, nam sensibile vehemẽs destruit sensorium vt lux oculũ Gal. 8. de vsu part. quare cum non appareãt hi effectus, dicendum est non esse talem motum in cælis, qui causet sonum.

Secundo, actione intentionali, quæ est 218
actio productiua specierum, & auditio soni, at constat non audiri, neq; obstat distantia, nã videmus corpora valde parua, valde so-

nare

nare per spatia incomparabiliter maiora, quã sit eorum quantitas, at quantitas distantiæ cęli à nobis est multo minor, quam cælorum quantitas, quia à nobis non distant nisi per semidiametrorum eorum circuli, at circuli
219 quantitas est maior semidiametro sui; Neque obstat assuefactio, nã nõ sentiremus minores sonos, sicut lingua infecta aliquo sapore non percipit minorem saporẽ, nec tactus remissiorem qualitatem quam habet, quia intrinsecus existẽs prohibet extraneum, vt dicitur in lib. de anima; nam, qui aliquando vsu caruerunt auditus, & postea illum recuperant, certè illum audirent, quia non deest illis interruptio per silentium, & idem dici debet de dormiẽtibus, & aurem per aliquod tempus obturantibus, nam illum audire debent vigilantes, & ablato impedimento; neque cum motu, quo causatur sonus, põt deesse dispositio in medio ad recipiendam speciem, nam corpus exiliens in quo est sonus, mouet simili motu aerem sibi proximum; Neque obstat, quod dicitur de qualitate potentiæ, tum quia quidquid continetur infra obiecta sensibilia, debet ab aliquo sensu sentiri, alioqui natura non esset recte instituta, producendo obiectum sine potentia illi proportionata, quia esset frustra, tum quia etiã si non omnis odor ab omni olfactu, nec omnis sapor ab omni gustu sentiatur, ob diuersam dispositionem organi, & diuersam intensionem potentiarum, tamen semper datur aliquis sẽsus in aliquo animali existẽs, quo obiectum illud percipiatur vt argumẽtum propositum probat, licet quod dicitur de olfactu canum falsum sit, quod non sentiant odores florum, cum experientia pateat canes in inuestigãdis feris per earum vestigia maxime perturbari odore florum, qui sunt in eo prato; Neque dici potest illum sonum effugere omnem sensũ &c. exiguitate, cum sit maximus, tum quia multi volunt ex proportione obiecti, & potentiæ, eo ipso quo potentia auditiua est perceptiua vnius soni esse perceptiuam omnium sonorum, vt intellectus est omnium intelligibilium, 3. de an. t. 77.

At Respondent illum sonum esse diuersæ rõnis ab inferioribus, & ideo exigere potentiam alterius rationis, vt audiatur, sed cõtra, tum quia id sine vlla ratione fingitur, tum quia sicut vna potentia visiua percipit lucem inferiorum, & cælestem, ita & potentia auditiua sonum inferiorem, & cælestem, cum lux sit qualitas perfectior sono; tum quia aduersarij dicunt illum fuisse auditum à Pythagora, at nulla potentia potest ferri extra suum obiectum cognoscibile, etiam per potentiã Dei, vt Theologi ostendunt; Vnde Simpl. explicat Pythagoram dici audisse illum so-
220 num, quia nouit proportiones illorum motuum, quæ dicuntur Harmonia.

Quomodo sonus generetur, & qd sit. Secundo probatur opinio ex natura generationis soni, qui exigit quidem duorum corporum motum, sed inter se collidentium & aeris existentis inter illa corpora collisio, & fractio, at inter orbes cælestes nec est aer, qui exilire possit, nec cæli se inuicem collidunt cum eorum superficies sunt omnino planæ, & læues, vide Bas. lib. 1. exam. & hæc opinio mihi placet. Nam dupliciter obiectũ non potest percipi à potentia, vel propter exiguitatem, qua ratione olfactus hominis non percipit odorem derelictum à vestigijs ferarum, quem canes percipiunt, & constat hunc sonum esse magnum, vel propter excellentiam, per quam corrumpit sensum, vt solis lumen non percipitur immediate ab oculo, & tunc deberet ab illo sono corrũpi noster auditus, nec obstat quod docet Simplicius, non corrumpi, quia sonus ille est viuificatiuus, tum quia vt bene D. Tho. etiam lumen solis est viuificatiuum, & tamen corrumpit sensum, tum quia si est obiectum excellens, & non corrumpit auditum, deberet percipi ab auditu.

## ARTIC. II.

*Soluuntur Argumenta primæ opinionis.*

AD primum Resp. orbes cælestes esse quidem magnitudine, & motus velocitate maximos, sed eorum motus non est aptus causare sonum, tum quia cæli non continẽt corpus subtile intra se, quod frangi, & elidi debeat, tum quia motus ipse non est collisiuus vtriusque corporis, sed se tangunt sine percussione, quæ est necessaria ad generationem soni. Neque dicas illos sonos non fieri per fractionem, sed per naturalem contactum sine violentia; vnde fit vt non diffundantur vsque ad nos; Nam huiusmodi generãdi modus fingitur, cum superiora ex inferioribus cognoscere debeamus, vnde etiam ficta est illa armonię assignatio, quam dicunt oriri ex proportione magnitudinum, & motuum, & velocitatum cælorum, ponunt .n. à terra ad Lunam Tonum; à Luna ad Mercurium Semitonum minus; à Mercurio ad Venerem Semitonum maius; à Venere ad Solem Tritmitnnom; à Sole ad Martem sonum; à Marte ad Iouem semitonum minus; à Ioue ad Saturnum semitonium maius; à Saturno ad Stellatum Triemitonium, vnde fit octocordium consonantias musicales cõplectens; Hæc omnia sine vlla ratione, vel experientia finguntur.

221 Percussio est necessaria ad sonum.

Ad 1. Confir. Resp. 1. habitatores cælorũ delectari cognitione intellectuali, & eius obiectis, nõ autem sensitiua cum careant sensibus, quorum obiectum est sonus musicus.

Resp. 2. homines vero post diem Iudicij, quando corpora habebunt sicut loqui poterunt per fractionem aeris interioris contẽti intra pulmones, vel aliud corpus fluidũ, ita etiam sonos consonantes edere per fractionem eiusdem aeris, quare nõ est necessarium destruere naturam generationis sonorum ad inducendam musicam pro dele-

ctatione Beatorum, videndus Ægid. Luſit. 12.t.3.l 4.q.7.per totam, & q. 20. ar.6 & 7. Suar. 3.tom.in 3.p.diſp.47.ſect.6.Conim.2. de ani. c.8.q.9.

Quid ſignificet concentus cæli in ſcripturis

Ad 2. Confirm.Reſp ex D.Hier. ibi vocari concentum cæli nõ ſono Pythagorico, ſed diuina encomia, qua res inanimatæ Deo conſ inere dicũtur, quatenus ſua diſpoſitione, & pulchritudine creaturas rationales
222 allicuunt ad Deum laudandum, iuxta illud Laudate Dominum de cælis, & alibi, Laudate cæli dominum, & quæ dicuntur in Pſ. 148. Hunc autem concentum quis dormire .i. quieſcere, & detinere faciet? .i. nemo, cum nulla vis creata poſſit mutare,& inuertere cælorum ordinẽ,& ſtructuram. Dices quomodo Ariſtot. intelligit Tonitrua ſono ſcindere ligna, ſaxa,&c. cum multiplicetur intentionaliter? Reſp. 1. id eſſe, quia cum ſono erumpit ſpiritus vehemẽs ex nubibus, quẽ obſiſtentia ſcindit.

Secundo, Ariſt. argumentari ad hominẽ, nã Pythagoras tonitruũ dixit eſſe extinctionem ignis in nubibus,vnde effectus inde ortus tribuebat ſolũ ſono, quod ſi Tonitruũ, qui eſt exiguus ſonus diſſipat duriſſima,quid faciet ſonus maximus?

## QVAEST. VII.

*De motu Stellarum*:

1 De hac Ariſt. 2. cæl. à t. 45. vbi Iand.q.13. Sax. q. 18. Georg q.3.Conimb. c.8.q.1. Alb. tr. 3. c. 7. & ſeq. Cremon. de motu cæl. ſect. 2. c.4. Achil. 1. de orb.d.2.*Cæ*ſalp. l. 3. qq. Perip. q. 3. & 4. Clau. in c.1.ſphær. fol.45. & 90. & 91.

### DVBIT. I.

*An moto ſubiecto moueantur omnia, quæ ſunt in ſubiecto.*

Quatuor modis, quibus aliquid poteſt eſſe in ſubiecto.

PRimo not quatuor modis poſſe aliquid eſſe in ſubiecto,primo inheſiue,ſecundo informatiue,tertio continuatiuè,quarto cõtiguatiuè,& hoc dupliciter primo intra corporeitatem ſubiecti, ſecundo in ſuperficie ſubiecti per adhæſionem.

Seccundo not. dupliciter poſſe ſubiectũ
1 moueri primo per motum rectum, ſecundo circulariter, ſiue gyratiue, ſiue per volutationem.

Tertio not. ex Ariſtotele omnem motum ſiue progreſſiuum, ſiue circularem fieri ſuper aliquo immobili, vt conatur oſtendere de motu anima c.1 &.2 quod quomodo verum ſit, erit à nobis alibi examinandum.

Corpore nõ moueri nã, quæ ſunt in corpore.

Prima opinio eſt dicentium corpore moto circulariter non moueri omnia, quæ sũt in illo, quia cum talis motus fieri debent ſuper aliquo quieſcente.ſ.Axe, & polis termi-
2 nantibus Axem,corpore moto, non mouetur Axis,& poli,nam illa vel mouentur motu recto, & non quia conſtat non mutare ſpatium, ſed ſemper in eodem permanere, vel circulari, & neq; quia deſcriberent circulum cuius deberet dari alius Axis, & alij poli,& ſic in infinitum,& idem oſtendit immobilitatem Axis, quæ deſcribit Euclid. l. 11. defin. 15. neque moto toto mouentur termini illius, licet aliæ partes moueantur, ita communis opinio.

Pars affirmatium ſilicet moueri.

Secuuda opinio eſt dicentium moto ſubiecto moueri non ſolum omnes eius partes, quæ non habent flexionem, ſed quidquid eſt in illo informatiuè, inhæſiue, & continuatiuè, quare non eſt opus, vt in eo ſit aliquid immobile. 3

Probat Scalig exer. 70. nam Axis, & poli vel ſunt extra ſubiectum, & non vt patet ex natura ipſarum,& quia præter centrum terræ daretur in vniuerſo aliud immobile, & fixum,vel ſunt aliquid cæli, & tunc vel ſunt partibilia, & non quia ſequeretur partem extenſam non flexibilem eſſe immobilem moto toto continuo, contra definitionẽ cõtinui 5 Metap.1.8. *continuũ*,inquit,*cuius eſt vnus per ſe motus, & non poteſt aliter eſſe*, vel ſunt indiuiſibilia, & ſequitur quidquid eſt illis proximum,eſſe etiam indiuiſibile,& ſimiliter,quæ ſunt his proxima,vnde ſequeretur corpus illud eſſe immobile, vel multa partibilia terminare vnum indiuiſibile. Reſpondent cum Auer. 2. cæl. 14.Axem,& polos Geometrice quidem quieſcere, non vere, & phyſicè,nam vere nulla ſubſtantia reperitur,quæ nõ moueatur. Sed contra,quia hinc ſequitur Axem, & polos eſſe imaginariè, ſicut eſt quies, at verus motus non põt fieri ſuper imaginario quieſcẽte, & phyſicus ſuper quiete mathematica,ſi motus non poteſt eſſe ſine quieſcente, c. 1. de motu anim. Vnde ex hoc videtur probari, neque axem, neq; polos dari in corpore circulari, de quo diſputat Aliac. in ſphær. q.7.

Secundo prob. quia ſi aliquid immobile deberet poni,maximè in motu cælorum,ſed propter horum motum non eſt neceſſarium hæc immobilia ponere, tum ex ratione motus circularis, qui non exigit talia, vt patet ex motu trepidationis, quo totum cælum mouetur, tum ex opinione ponentium vnũ motum in ſingulis factum per ſpiras, nã ibi non poteſt eſſe vnus axis, & poli: cum hæc quotidie varientur, tum ex communi opinione ponentium orbes inferiores moueri ab occaſu ſuper polos Zodiaci, vnde neceſſario ſit, vt moueantur poli, & axes motus diurnij & cum cæli moueantur etiam motu diurno,neceſſarium eſt moueri etiam axem, & polos Zodiaci,vnde ſequitur nihil eſſe in illis immobile.

Confirm. quia ex Ariſtot.cap. 1. de motu anim.illi motus indigent corpore quieſcente,quorũ mobilia,& motores indigent ſubſtinẽte,cui innitãtur, vt imprimatur motus, nam corpus,cui inititur aliud debet quieſce-

re, vt resistat; at hoc non est necessarium in motu cælorum, quia fit non ab agente corporeo, vel p instrumenta corporea, sed ab intelligentia incorporea, quæ non indiget substentante, nec corpore, cui innitatur, vt imprimat motum cum causet per imperium; Neq; est timédum de casu cæli sicut timetur de corporibus grauibus.

4 Confirm. quia sicut in motu elementorũ non requiritur huiusmodi quiescens, multo minus in motu cælorum ob perfectiorem motorem. Neq; obstat Aristot. auctoritas 2. cæli tex. 14 quia loquitur secundum imaginationem mathematicorum, qui cælo eadem tribuunt, quæ grauibus sphæris tribuuntur dum mouentur, & hæc opinio mihi placet, quia vere nihil est corpore moto, q fit immobile, etiam si ponantur lineæ continuatiuæ, vt nos docuimus.

Conf nam corpus vel mouetur recta, & constat omnes eius partes, accidentia, & alia illi per continuationem vnita, vel etiam per contiguationem inclusa in profunditate mo ueri, alias continuum, & alia illi intrinseca discerparentur, & separarentur à continuo, quia essent in diuersis locis; vel motu circulari, & hæc eadem moueri necesse est, quia licet per illum motum corpus non mutat totalem locum tñ omnes eius partes mutãt

5 locum intra idem spatium, ergo si, quæ sũt illis intrinseca non mutarent similiter locũ, separarentur loco à suis subiectis, & partibus, quibus continuantur, & includuntur at ea inter quæ est separatio locorum, non potest esse, nec informatio nec continuatio, nec inclusio, quod si daretur in eo corpore linea, quæ dicitur Axis illa quidem sicut necessario moueretur, ita non est necessaria ad motum circularem. Quæ vero essent contigua secundum superficies possent non moueri moto subiecto, quia possunt manere loco separata.

## DVBITATIO. II.

*An sydera moueantur per se, an ad motum orbium in quibus sunt.*

### ARTICVL. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not syderum alia seruare semper eandem distantiam inter se vt sydera firmamenti: Alia non seruare illam vt sunt Planetæ, sydera primi generis constat moueri eodem modo, quia si diuerso modo non seruarent eandem distantiam. At non sic alia, quia necessario moueri debent di-

6 uersis motibus, quia alioqui non posset causari diuersitatem distãtiæ, & propinquitatis.

Sydera non sunt continua suis orbibus, sed conugua.

Secundo not. in hac quæstione supponi sydera non esse continua cum suis orbibus quia si essent non possent moueri nisi ad motum orbium, sed esse contigua, cum suis orbibus, qui possunt dupliciter poni primo cum soliditate, & hac ratione oportet ponere in orbibus canales quosdã per quos astra mouerentur, nam alioqui non possent moueri nisi frangendo, & lacerando partes orbis.

Secundo ponendo cælum fluidum, per quod Planetæ moueri possunt, vt aues per aerem.

Tertio not. moueri per se accipi 2. primo per seitate naturæ, qua ratione partes motæ ad motum totius dicuntur moueri p se, quia mouentur secundum naturam, cui opponitur moueri per accidens, quod est præter vel contra naturam, secundo per seitate soliditudinis, vt ly per se excludat aliud in quo moueatur, qua ratione totum dicitur moueri per se, partes verò per accidens, quia partes non mouentur motu suo, vt separatę ab alio, est autẽ hoc moueri per se .i. ratione sui, vt moueri per accidens est moueri ratione alterius, vnde patet aliquando totum denominari moueri per accidens, & partem per se, vt v.g. homo dicitur per accidens videre, sper oculum, hic autẽ per se. Aliquando vero contra totum per se mouetur, partes vero per accidens, vt in motu progressiuo animalis, & motu decrsũ grauium, in qua denominatione spectandũ est subiectum, cui primo conuenit motus. Cæsalpinus verò lib. 3. qq. Perip. q. 2. ait. spectandam mutationem centri, nam cum per motum non mutatur centrum vniuersi, & mobilis tunc totum non mouetur per se, cum vero mutatur tunc mouetur per se, & eius partes mouentur per accidens. 7

Moueri per se dupliciter pôt accipi.

Quarto Not. stellas moueri per se solitarie, & nõ ad motum orbis intelligi potest primo quoad motum diurnum, vt s. moueantur non ab orbe deferente, sed diuidendo orbes, vt aues aerem, & pisces aquam secundo per se sol tarie circa centra earum propria motu gyrationis, seu volutationis, vt rota molaris, vel pristini. Dicitur autem motus circumgyrationis conuersio, in qua concipitur Axis super quem fit motus trahẽ à concaua superficie astri ad conuexam, vt circum illum, astrum voluatur retinẽdo eũdem aspectum respectu nostri, vt est motus Trochi, qui motus latine dicitur Turbo: Volutatio autem dicitur in qua axis concipitur mutare situm, vt s. ex vno extremo ducatur in aliud vertendo nobis faciem rei mobilis.

Paulò clarius Alb. c. 8. explicat, appellans circumgyrationem motum Tropicum, qui est conuersiuus secundum circulationem perfectam manente circulo immoto, vt si imaginemur stellam affixam clauo ad circulum, in quo est, & moueri circa clauum illum, vt rota mouetur circa Axem, conuertendo semper vnam eandem superficiem ad concauum cæli, & alteram ad conuexum. 8

Motum autem volutationis appellat Tum ba-

bationis, quę ait fieri dum ad nos conuertit modo vnam modo alteram superficiem, vt si imaginemur stellam affixam clauo ad circulum, non penetrando profunditatem circuli, sed per longitudinem potius, ita vt in illo sicut in Axe voluatur modo vnam, modo alteram superficiem ad nos conuertendo.

## ARTICVLVS II.

*Opiniones Doctorum.*

Sydera per se moueri ex antiquis.

Prima Opinio est dicentium stellas moueri per se hanc docuerunt antiqui apud Aristotilem 2. cæl. t. 43. & seq. sequuntur recentiores, qui ponunt cælos fluidos.

9 Primo, quia omni corpori naturali simplici debetur aliquis motus localis simplex vt ostendit Aristoteles 1. cæl. sed stellæ sunt huiusmodi, ergo debetur illis motus, & quia sunt corpora per se idest separata, & contigua orbibus debetur etiam illis motus per se, nam ex 4. phys. tex. 34. quod per se mouetur est separatum à continente.

Conf. quia sicut orbi debetur motus circa proprium centrum, quia est sphæricus, ita, & stellis cum similiter sint sphęricę debetur motus per se circa proprium centrū. Conf. 2. quia quando Sol fortiter aspicitur apparet rotari circa proprium centrum.

Secundo, quia ille motus per se debetur corpori, qui illi debetur sm propriam naturam, quia conuenit per se primo, vel saltem secundo, sed stellæ mouentur ab Oriéte ad Occidens, & non violenter, quia violentia repugnat cælestibus, ergo naturaliter.

Conf. quia vel stellæ sunt eiusdem speciei cum suis orbibus, & debent participare motum sicut, & orbes, nam hac ratione probat Aristoteles totam terram moueri eodé motu, quo partes, quia sunt eiusdem speciei, vel sunt diuersę speciei, & multo magis debent habere motum per se, quia debent habere motum distinctum ab orbibus saltem secundum maiorem, vel minorem velocitatem.

10 Tertio Luna mouetur motu circa proprium cétrum in epicyclo ergo etiam alia sydera, quia est eadem ratio Ant. prob. quia cum moueatur, ad motum sui epicicli, & fit aliqñ in superiori parte epicicli, & aliquádo in inferiori, opus esset maculas Lunæ apparere euersas nisi Luna moueatur contra motum epicycli circa proprium centrum, alias non posset saluari quomodo moueatur per epicyclum, & nobis semper appareant maculæ.

Quarto omne animatum mouet seipsum per se, idest per sui aliquam partem, quia omne seipsum mouens diuiditur in partem per se motam, & per se mouentem 8. phys. t. 10. sed stellæ sunt animatæ.

11 Conf. orbis non mouetur per se totus quia semper est, in eodem loco totali sed mouetur per accidens ratione partium, quia partes orbes semper mutant locum, quia tangunt diuersas partes corporis continentis, at sydera sunt partes orbes ergo syderibus conuenit motus per se, & orbibus ratione syderum, sicut totus chorus mouetur ratione partium.

Secunda opinio est dicentium stellas non moueri per se perseitate solitudinis, sed per accidens ad motum orbium, quibus infixæ sunt tanquam nodi in tabula ita Aristoteles 2. cęl. t. 51. vbi omnes fere Peripatetici, nã apparet astra nunc oriri, nunc occidere nũc ascendere, nunc descendere; hæc autem translatio, aut fit orbe, & astris quiescentibus, vt dicunt, qui putant terram moueri, & supra demonstratum est terram quiescere, vel fit vtrisq; motis, vel motis astris quiescentibus orbibus, vel 4. motis orbibus quiescentibus stellis, Non 2. vt dictum est, nec 2 tum quia vt ait Alex. alterius motus esset frustra, tum quia opus esset æqualiter moueri secundum velocitatem cum simul redeát in idem punctum iam astrum manens in circulo æquinoctiali, cum circulo æquinoctiali, quam manens in circulo artico, cum circulo artico, qui est minor æquinoctiali, nam illa astra simul cum circulis in idem redeunt vnde astrũ articum ęqualiter mouetur, ac circulus articus, vt æquinoctiale cum circulo æquinoctiali, at hoc cum astrũ sit minus suo orbe æquali velocitate moueretur maius. & minus corpus vt Albert. & cũ circulus æquinoctialis sit maior artico, oportet, vt astrum æquinoctiale tanto velocius moueatur astro artico, qua circulus æquinoctialis est maior Artico. At hoc non est conueniens, nam vel circuli sunt causa talis proportionis, & non quia si fingatur astrum articum transferri in circulum æquinoctialem, transferretur à motu tardissimo ad velocissimum quare ille motus non esset proprius astrorum, sed circulorum, vel natura astrorum est causa talis proportionis vt s. alia velocius, alia tardius moueantur, vnde factum est vt singula singulis circulis sint accomodata, & neque nã vel id habent ex natura ipsorum, & non quia cum maioribus velocior motus debeatur, vt maior globus velocius descendit, quia maiora corpora habent maiorem virtutem, tunc maius astrum non esset in circulo artico, & & minus in æquinoctiali, contra experientiam oculatam, vel casu accidit, & neque quia casualia, nec vbique nec semper, & in omnibus; 2. phys. t. 77. at proportio astrorum ad circulos, est vbique, & in omnibus: Hoc argumentum ex Alb. de æquali, vel inæquali velocitate procedit quoad motum diurnum.

12 Non moueri per se perseitate solitudinis sed per accidẽs

Quot modis motus per se potest esse.

Neque potest dici 3 scilicet moueri astra immotis orbibus, cum æqualiter astra, quæ sunt in æquinoctiali, & in artico restituantur in idem punctum, necessario ibi esset motus velocior in astris circuli æquinoctialis, quam in artico, & tunc astra habebunt motus proportionatos circulis, vt dictum est supra, & non proprijs naturis cum æqualia astra inæ-

qualiter moueantur, immo maius mouetur tardius, quam minus astrum, ergo manet vt orbis moueatur immotis stellis per se.

13 Secundo probat Aristoteles t. 48. vbi ponit astra esse ex eadem substantia cum toto cælo, & astra esse circularia; quibus positis si astra per se mouentur, vel motu circumgirationis, vel volutationis, sed neuter conuenit, ergo maior prob. quia corpori sphærico non conuenit nisi vnus ex illis motibus, minor probatur quoad circumgyrationem, nã videmus ipsa transferri, & non manere in eodem loco, at circumgyratio est motus in eodem loco, neque obstat. quod Sol videatur circumgyrari, nam id apparẽter, non vere esse colligi debet, tum ex eo, quod circũgyratio alijs non conuenit, iudicium autem accipi debet, ex eo quod pluribus conuenit, non ex eo, quod vni, idem autem conuenire omnibus probabilius est, tum ex eo quo circumgyratio non apparet conuenire Soli vbique est, sed orienti, & occidenti, vnde fit id accidere propter nostrum visum, qui longe factus debilitatur, & tremit, tremor autem ille facit talem apparentiam in obiecto, vnde hac ratione stellæ fixæ scintillant, non autem planetæ, quia hi sunt prope nos, de qua ratione infra.

14 Deinde prob. minor quoad motum volutationis patet ex Luna, quæ nobis semper ostendit eandem faciem; nam quæ volutã ur mutando locum mutant aspectum; quod autem Lunæ conuenit omnibus conuenire fas, est cum sint eiusdem naturæ, & figuræ Resp. potest stellas mutare locum per motum progressiuum, quomodo animalia mouentur, cum astra sint animalia quædam, sed contra objcit Aristoteles 1. 50. nam hic motus exigit instrumenta, & figuram proportionatam, at figura circularis non est pportionatã huic motui, sed impeditiua, nec in cælo cernuntur instrumẽta necessaria ad talẽ motum, neq; enim natura tribuit alicui vim motiuam sine instrumentis, quia esset frustra, neque dicendum est naturam curam habuisse animalium, & tam præciosa corpora despexisse. Conf. ex Aristotele cum Alex. nam si stellæ mouentur per se, vel mouentur vt existẽtes in profundo orbis, vel in superficie, vt homo supra pauimentum, si primum, vel per ipsum orbis corpus illud diuidendo, vel per aliud corpus generabile, & corruptibile ibi existens, vel per vacuum, at vacuum nec ibi, nec alibi datur, neque fingi potest ibi aliud corpus, nam posset rarefieri, & condensari; ac corrumpi, ergo mouetur per orbis substantiam secando illam, & ne-

15 que quia, vel manet sic scissum, & tunc stella translata vel manet ibi vacuũ, vel coalescit, & hoc supponit humiditatem in partibus vnde etiam fit ibi posse esse siccitatem, quia contrariorum est eadem materia, neq; enim potest dici moueri, penetrando, quia penetratio est magis impossibilis per naturam: si vero dicatur secundum, cum non ferantur per vacuum, quod nullum est, diuident corpus illud sibi adiacens, quod vel erit corruptibile, vel cæleste, vel vacuum, & reijcitur, 16
vt dictum est supra.

*Planetę per se fixa autẽ per accidẽs.*

Tertia opinio est dicentium stellas firmamẽti moueri per accidens ad motum orbis Planetas vero per se, non quidem motu progressiuo ex vi propriæ formæ, vt mouetur animal, sed ex vi intelligentiæ, quæ mouet Planetas per orbes liquidæ substantiæ, vt varijs apparentijs probant, est eorũ qui dicunt orbem stellatum esse solidum, Planetarum esse liquidos.

Prima pars probatur, tum quia stellæ sẽper inter se seruant eandem distãtiam, quod melius fit si in fixæ orbi moueantur ad motũ orbis.

Confirmat Clauius ex via lactea, quæ est multitudo stellarum minimarum, vel pars cæli densior, & cõtinua; nam nõ posset totus ille candor totum cælum circundans tam regulariter ab ortu ad occasum moueri, nisi motu orbis in quo est.

Confirm. 2. idem ex partibus cæli rarioribus existentibus circa polum antarticum, in quibus, vt referunt Periti, apparet quidã nigror, & perforatio; nam hæ partes mouẽtur vniformiter cum stellis ab ortu ad occasum spatio 24. horarum, at quis dicet illas partes non moueri ad motum orbis, sed per se cum non sint stellæ, sed cæli partes; quis enim eas tam vniformiter impellit.

Secunda pars parebit ex dicendis infra de maculis solis &c. Videtur Platonia, qui putauit planetas moueri motu circumgirationis, quia in extrema parte solaris vmbræ, tremor quidam cernitur, qui non nisi ab aliqua Solis circummotione fieri putandus est, sed ad hoc respondet Aristoteles sect. 15. prob. 17
12. id oriri ex corpusculis, quæ in aere contenta agitatur, & ramanenta dicuntur, & cõspiciuntur in Solis radijs, quæ sine vllo spiritu moueri solent; vnde cum vicissim modo de vmbra in lucem, modo de luce in vmbram moueãtur assidue, terminus quoq; lucis, & vmbræ communis continuo moueri videtur, partim enim veluti vmbram, partim lucem sua ipsa mutatione efficiunt, ex quo vmbra moueri videtur, cum non hæc, sed illa in hunc modum agitari soleant.

## ARTICVL. III.

### *Opinio Auctoris.*

18

*Stellæ, ita mouentur p seitate naturali.*

PRima Conclus. stellæ non mouentur per se perseitate naturali, quia hac perseitate neq; orbis aliquis cælestis, mouetur, vt ostendi 2. phys. tr. 8. q. 15 d. 4. ar. 4.

Secunda Concl. stellę fixæ non mouentur per se, sed ad motum sui orbis, patet ex dictis in tertia opinione.

Confirm. quia tot stellę firmamenti si mouerentur per se, ille motus deberet esse ab intelligentia, ergo vel à diuersa ab ea, quæ mo-

mouet orbẽ, vel ab eadem; nõ primum, quia frustra additur alia, dum sufficit vna, quæ mouendo orbem moueat etiam stellas, quæ sunt in illo; si secundum, cum ille motus fiat per cognitionem, & voluntatem, deberent ab vna intelligentia singulæ stellæ cognosci, & cum attentione moueri, vt fiat regulariter, & vniformiter, at hac cura liberarentur, si fiat motus illorum ad motum orbis, quæ ratio habet vim etiam si dicant orbem esse immotum, quod si singulis tribuantur, singulæ intelligentiæ esset multiplicare entia sine necessitate, contra naturæ institutum.

*Stellæ fixæ non mouentur p se, sed ad motum sui orbis.*

Confirm. 2. quia nulla necessitas vrget ad ponendum hunc motum contra communẽ opinionem Philosophorum, & Astrologorum.

Dices primo, obstat Augustini auctoritas 2. de Gen. ad litt. c. 10. vbi proponens hanc quæstionem, videtur inclinare in partem contrariam.

*Augustini mens.*

Resp. Augustinũ potius probare nostram conclusionem, nam negat firmamentum dici ex eo, quod stet, vt aduersarij dicebant, sed quia est solidum, vt terminus superiorum, & inferiorum aquarum: tum probat stellas polares moueri eadem velocitate, qua circulus polaris partis, vnde significat moueri ad motum illius circuli.

Dices secundo, stella polaris ex hipparco apud Ptolom. lib. 1. Geo. c. 7. distabat à polo gradibus 12. & num. 24. At nunc distat tribus gradibus, & semis circiter, at hoc non
19 potuit fieri sine motu proprio stellæ.

*Mutatio polaris stellæ.*

Confir. quia ex Astrologis stellæ fixæ sub eadem intercapedine à centro mundi, modo ad Austrum, modo ad Septentrionem declinant.

Confirmat. ex scintillatione illarum, quæ videtur esse motus quidam.

Resp. diuersitatem illam stellæ polaris nõ ortum habuisse à motu proprio stellæ, sed à motu orbis in quo est, qui mouetur super polos Zodiaci per Zodiacum, siue sit vnus motus factus per spiras, siue per attemperationem motus diurni iuxta varias opiniones.

Ad 1. Confirmat. Resp. id oriri ex motu trepidationis, quẽ participant ex motu orbis, in quo sunt.

20 Ad 2. infra ostẽdemus vnde oriatur scintillatio.

Tertia Concl. probabile est stellas errantes moueri per se immotis orbibus in quibus sunt, hæc conclusio ex duplici capite probabilitatem habere potest, primo ex opinione dicentium orbes illos esse ex materia fluida, cuius probabilitatem recentiores summo conatu ostendere nituntur. secundo ex opinione antiquorum dicentium orbes cælestes esse diuisos per quosdam canales, per quos Planetæ incedunt, & ne detur vacuum, dicũt illos esse plenos materia fluida, quæ mouetur ad occupandum vacuum relictum à stella dum mouetur, nã partes circonstantes confluunt ad illud spatiũ, vt aer confluit ad spatium relictum à corporibus motis per illum. Vnde etiam sit non esse necessarium rarefieri, & condensari illud corpus fluidum, quia semper occupat tantundẽ spatij, quod si necesse sit ad saluandum motum astrorum ponere illud rarefactibile, & condensabile, non necessario sequeretur esse generabile, & corruptibile, sicut neque cælum, quia habet partes raras, & densas ex Arist. sit, vt sit corruptibile, nam illa raritas, & densitas non oritur ex primis qualitatib⁹ sed ex qualitatibus, quæ non sunt corruptiuæ substantiæ, neque ad hunc motum sunt necessaria instrumenta corporea, per quę eli 21
ciatur, quia non fit ab anima informate corpus mobile, sed intelligentia assistente, quæ inprimit talem motum cum talis temperamento, ex quibus rationes Arist. apparet esse solutas. Neque obstat contiguatio planetarum cum orbe, cum ex aduersarijs plures ponantur in orbe contigui orbes.

*Stellas erraticas moueri per se immotis orbibus probabile.*

Confir. quia posito ipsorum motu, tollitur tanta diuersitas corporum in singulis orbibus .s. eccentricorum, & epyciclorum.

Confir. 2. quia planetæ sunt corpora per se existentia, & distinctæ speciei ab orbibus, nam sunt separati ab illis, & habẽt diuersos effectus, ergo non mouentur vt nodi, quia nodi sunt partes continuæ tabulæ, sed mouentur, vt corpora per se existentia per orbes, vt per medium plenum, vt animalia mouentur per aerem, & sicut animalia non dicuntur partes aeris, sed sunt viuentia in ae- 22
re, ita planetæ non sunt partes orbis, sed existentes in orbibus. & sicut animalia sunt perfectiora aere, ita & planetę orbibus. Vnde sic formari potest argumentum corpus separatum, & spetie distinctum à continente est aptum moueri per se per continens medium etiam si medium nõ moueatur, sed tales sunt planetæ respectu orbium; ergo sũt corpora apta moueri per se, ergo de facto sic mouentur, quia sic motis vitantur multiplicationes entium, & difficultates ortę ex varietate motuũ, neq; illis obstat figura sphærica, quia etiam si hæc non conferat ad motum quasi progressiuum, de qua re alibi, tamen maxime confert ad recipiendum lumen, & influendum per plures partes in inferiora.

*Planetę sũt corpora per se existenti & distincti speciei ab orbibus.*

Quarta Conclus. probabilius est moueri ad motus orbium, patet ex dictis in secunda opinione. & confirmatur, quia non est recedendum à communi Astrologorum, & Philosophorum opinione sine conuincenti ratione, sed nulla ratio conuincit planetas moueri per se, cum omnes rationes soluantur præsertim, quę ducitur ex separatione pla- 23
netarum ab orbibus, nam adhuc sunt inclusi in orbibus, & affixi epyciclis, in quo peculiari motu mouentur circa proprium cẽtrum, vt dicitur in Theoricis planetarum, & quod dicitur de fluxibilitate orbis, ex alibi

*Probabilius est stellas errantes moueri ad motum orbium.*

dictis patet Astrologos in illis apparētijs falli; quod si vera esset illa opinio, etiam vera esse opinio de motu per se planetarum.

Dices, Planetæ habent motum proprium distinctum à motu orbium, tum quia planetæ nunc magis, nunc minus distant à terra, at hoc non potest fieri per motum circularem orbis, sed opus est vt proprio motu nunc sublimiorem, nunc inferiorē locū obtineāt, vnde Astrologi eccentricos posuerūt; Tum quia si solum mouerentur motu suorum orbium, cum hi orbes ab occasu ad ortū conuertantur, sequeretur planetam, qui hac nocte directo respondet stellæ fixę A, sequenti nocte debere eandem versus oriētem antecedere; quod est contra experientiam.

Vnde redditur probabile planetas moueri per se.

Resp. ex his redditur probabilis secunda conclusio; nam hæc facile soluuntur, ex motu vno per se planetarum per orbem, sed quia id aliter solui potest, ideo sit.

24 Quinta Conclus. planetæ præter motum, quem habent ex orbe, habent propriū motum, patet ex dictis apparentijs, quas soluere nititur Fracastorius, sed reclamat Clau. in c. 4. sphæræ fol. 589. verum hic motus etiā fit in orbe, cui planeta est infixus, & non dicitur proprius, & per se perseitate solitudinis, sed perseitate appropriationis.

## ARTICVL. IV.

*Soluuntur Argumenta primæ Opinionis.*

Peripatetici cōcedūt per se perseitate naturæ, non autem perseitate solitudinis.

Ad 1. Resp. 1. inde probari motum per se perseitate naturæ, quem concedunt Peripatetici, non autem motum per se perseitate solitudinis, quem negant.

Resp. 2. cum stella sit pars orbis, debetur illi motus, sed non diuersus ab eo, qui conuenit orbi, cuius est pars, & licet stella esset corpus totale diuisū ab orbe, adhuc illi sufficeret deferri à continente, nam licet non haberet motū per se passiue, hab ret tamen actiue influendo in inferiora aliter, ac orbis.

Resp. 3. neq; probari motum per se perseitate naturæ, vt dicitur in prima conclusione, quia negauimus cælum exigere motum

25 circularem ad sui perfectionem, sed esse indifferens ad motum, & quietem; nam licet omni corpori debeatur motus quando est extra proprium locum, non tamen quando est in loco proprio, & quia cæli non possunt ex vi naturæ esse extra propria loca, & propriū situm; & ideo natura non dedit virtutem aliquam ad illum motum; vt supra fusius ostendi.

Qui putant oēs orbes eiusdem spe. cici.

Ad 1. Confirm. Resp. non esse necessarium omne corpus sphæricum habere motum corporum in quibus continentur; nam cum sint pars, vel quasi pars alterius moueatur circa centrum totius.

Resp. 2. etiam posito motu per se planetæ nō moueretur circa proprium centrum, sed circa centrum mundi, vt patet.

Ad 2. Confirm. Resp. infra cum de scintillatione.

Ad 2. Confirm. Resp. moueri quidem ad ortu ad occasum, sed sine inclinatione intrinseca, & violentia; sed præter naturaliter, neq; obstat figura circularis, quia hæc data est primario propter continentiam, licet cōcomitanter iuuet ad motum circularem.

Ad 1. Confirm. Resp. 1. quosdam cum Auer. 2. cæli 49. & 59. opinari, omnes orbes esse eiusdem speciei ex Arist. tum quia probat ex luna, stellas cæteras non moueri per se, quia s. sunt indiuidua eiusdem speciei prædicabilis, tum quia si different specie componerētur ex genere, & differentia, atq; adeo essent corruptibilia, hanc autem conuenientiam in spetie negant esse vniuocam, sed analogicam, qualis est inter membra vnius animalis, quæ sunt eiusdem speciei, sed per prius, & posterius; nā vna pars est nobilior altera, secūdum dispositionem, vt cor est prius cæteris. Neq; dicatur Aristotelem male probare, ex eo, quod vnus orbis sit sphæricus, esse similiter cæteros, nisi esset conuenientia vniuoca, vt patet ex oculo, qui est sphæricus, nō sic cætera membra, quia non conueniunt in spetie vniuoca. Nō inquā id dicatur; Nā dispositiones sunt duplicis generis, quædam separabiliter conuenientes, & harum non est necessarium, vt si vna conuenit vni indiuiduo, conueniat alijs, vt v. g. si oculus habet perspicacitatem, similiter & pes. Quædam inseparabilter par- 26 tibus eiusdem totius, & harū si vna vni indiuiduo conuenit, similiter & cæteris, at figura est dispositio inseparabilis, & ideo argumentum Arist. recte procedit.

Hi facile respondent, stellas non habere motum distinctum ab orbibus, quia non habeat diuersam naturam ab illis, nam natura est principium motus, hic autē motus primo conuenit orbi, quam stellæ, quia orbis continet stellam, non contra, & stella est minor orbe, at naturalius est cōtentum moueri ad motum continentis, quam cōtra, & minus mouere ad motum maioris, quam contra.

Stellæ non habent motū distinctū ab orbibus.

At vero, qui stellas esse diuersæ rationis ab orbibus, dicunt posse habere aliqua cōmunia; nam habent eandem figuram, & locum, quare non mirum si habent eundem motum, præsertim cum motus conueniat orbi ratione stellæ, quam disert; nam differentia specifica etiam in animalibus nō sumitur à motu progressiuo, qui potest esse communis pluribus, vt capræ, & oui; boui, & equo, sed ex alijs operationibus in inferiora; nam stella agit in hæc inferiora, non sic partes reliquæ orbis, nam si orbis ageret, vt sol, non fieret variatio æstatis, & hiemis, noctium, & dierum ex præsentia, vel absentia solis; nam totus orbis efficeret, quod efficit sol; Neq; dicant illum diuersum modum agendi oriri ex differentia eorum non essentiali, sed accidentali, qualis est inter 27

Stellas esse diuersæ rōnis ab orbibus.

par-

partem cæli cócauam, & partem cōuexā inferiorem, & superiorem. Nam accidentalis dispositio connaturalis diuersa indicat diuersitatem essentialem, vnde cum sol exigat densitatem ex natura sua, quam non exigit orbis, recte colligitur diuersitas essentialis.

Confir. quia licet idem motus conueniat vtrisq; tamen primario subiectiue conuenit orbi, sed finaliter primario conuenit stellæ, quia orbis mouetur ad deferendam stellam, at diuersus hic conueniendi modus ostendit diuersitatem eorum, quibus conuenit, sicut medium, & finis differant. At inquies lumen eiusdem speciei potest esse cum densitate, vnde fit actiuum, & sensibile, vt patet in lumine solis, & stellarum, & potest esse cum raritate, vt in aere, & orbibus, in quibus nō est sensibile. Resp. lumen requirere in subiecto perspicuitatem, tamquam propriam dispositionem, non autem raritatem, vel dēsitatem. at formæ substantiales illas qualitates exigūt, vt proprias dispositiones, & ideo
28 specifica distinctio colligitur ex diuersitate illarum.

Ad 2. Conf. quidquid sit de motu stellarum circa proprium centrum, de qua res in Theoricis Planetarum, certè hic non quæritur de illo motu, sed de motu, qui fit ab ortu ad occasum, vel occasu ad ortū an fiat à stellis immotis orbibus, quasi illæ incedant per orbem ex impetu vel motu illis impresso immediate ab intelligentia.

Ad 4 Arg. Resp. non esse difficultatem de parte mouente, quam cōstat esse intelligentiam, sed de parte mota, quæ primo recipit motum an sit orbis vel stella.

Ad Conf. Resp. non esse controuersiam de illa ratione perseitatis, quæ primo conueniat toti ratione mutationis centri, quia hic motus non conuenit toti orbi, & ideo dicitur moueri rōne partium, sed de perseitate subiecti motus circularis, per quem subiectum non mutat centrum, an illud sit orbis immediate, an stella, quæ per orbem progrediendo circulum describat.

## ARTICVL. IV.

*Soluuntur Argumenta secundæ Opinionis.*

HÆc argumenta probant communem opinionem, quam probabiliorem existimauimus, quia tamen existimo opinionem aliam esse probabilem ideo sunt breuiter soluenda.

Ad primū Resp. stellas polares, & æquinoctiales non moueri equali, velocitate, quia in eodem tempore conficiunt inequale spatium, vt recte dicitur in argumento, cuius inæqualitatis ratio est diuersitas circulorum octauæ sphæræ, cuius stellas dicimus non moueri per se, sed ad motum orbium. At vero in planetis est alia ratio, quia inæqualitas oritur ex diuersa virtute communicata ab intelligentia iuxta exigentiam vniuersi vnde velocitas motus non sequitur magnitudinem mobilis, sed virtutis actiuę mouentis, quæ potest imprimi minor in maiori sydere, & maior in minori iuxta exigentia vniuersi. 29

*Stellæ polares ac æquinoctiales nō mouētur æquali velocitate.*

Ad Secundum Resp. siue astra sint eiusdē substantiæ cum orbibus siue diuersæ potest fieri vt; astrum habeat motum, & non orbis quia motus astri est necessarius ad conseruationem vniuersi, & non motus orbis, non.n. hic motus est ab intrinseco actiue, sed tantū passiue naturaliter.

Quare dum quęritur qualis sit hic motus an circungirationis, an volutationis. Resp. neutrum hunc motum ab ortu esse, sed incessionis per impressionem virtutis vel motus immediate ab intelligentia. an autē planetis cōueniat alius motus pertinet ad sciētiam de Theorica Planetarum, de qua te dixi in concl. 3.

*Motus ab ortu est incessionis.*

Ad Confir. Resp. moueri per profundū orbium fluidorum, ex quo motu nullum sequitur absurdum, siue via ponatur tamquam canalis quidam plenus corpore fluido, siue ponatur totus orbis fluidus.

## DVBITATIO III.

*An stellis conueniat motus scintillationis.*

## ARTICVL. I.

*Opiniones Doctorum.*

DOctrina est Arist. 2. cæli t. 48. stellas fixas scintillare, non autem planetas, sunt enim prope nos. 30

*Quid senserit Arist. de scintillatione stellarum*

Quæ doctrina difficultatem in dicto habet, nam constat Solem & Mercurium scintillare. quæ sunt planetæ, tum in ratione dicti, nam quæ sunt prope nos, vt Mercurius, scintillant, & quæ remotius, vt Saturnus, nō scintillat, similiter Sol Oriens, & Occidens, & multi etiam hunc motum tribuunt Veneri.

Resp. ad primam difficultatem Simpl. apud Conimb. l. 2. c. 8. q. 1. ar. 1. Planetas nō scintillare, vt plurimum, & scintillatione nō satis apparenti, vt Venus, cum tamen omnes stellæ fixæ scintillent euidenti scintillatione; & Arist. de Sole oriente, & occidente fatetur, sed nihil asserit de sole existente in meridie, at ratio debilitatis visus maior est in Sole meridiano, vnde fallitur Cremoninus cap. 4.

Ad alteram difficultatem Resp. communiter ibi non esse aliquem motum ex parte stellarum, præter motum circularem, sed esse motum apparētem ex parte nostræ potentię visiuæ, cui apparet lumen stellarum tremere, sed in ratione non conueniunt.

*Causa scintillationis ste llarū ex parte visus.*

Alij illam tremoris apparētiā tribuūt rapidissimæ stellarum celeritati, vnde fit vt ra-

*Ex celeritate motus.*

dij

dij inde cadant fracti, & tremuli.

Sed non placet Conimbricensibus, quia eadem ratione planetæ etiam scintillarent cum celerrime moueantur ab ortu ad occasum cum stellis fixis.

Ex distantia 31 Alij tribuunt eum Aristotele propinquitati, & distantiæ stellarum, nam cum oculorum radij ad obiectum emicantes in itinere languescant ex Platonis doctrina, quo obiectum est remotius, eo magis languescunt, & quia stellæ fixæ sunt à nostro visu remotissimæ, ideo habent debilitatem illam, per quā apparet obiectum tremere, & licet secundū Aristotelem non fiat visio per extramissionem, tamen eadem ratio est de speciebus missis ab obiectis in potentiam, nam ob distantiam sunt adeo debiles, vt non valeant sensitiuam potentiam mouere, & iuuare, ex quo fit vt potentia visiua maxime laboret in elicienda visione, & hic apparet obiectum tremere, & astrum per scintillationem moueri, sicut nauigantibus prope littus videtur terra moueri, dum ipsi mouentur, quem errorem intellectus corrigit per rationem, vt hic Conimb.

Ex vaporib. interpositis. Secundo, alij id tribuunt vaporibus interpositis per quos visus dispergitur, vnde obiectum moueri videtur, vt probant ex stellis, quæ in oriente scintillant magis, quam dum medium cælū obtinēt, ex eo quod in oriente fit maior copia vaporum ob noctis frigiditatem prope Horizontem, quam dum in meridie; Hęc aūt copia vaporū iuxta horizōtē maior est sub crepusculū matutinū aduentante sole, & nondum radios supra Horizontem exerente, vnde totus ille aer circa ortum apparet tenebrosus, quia .f. solis ꝓximitas vberiorem vaporum copiam excitat, quæ eam caliginem inducit. Vnde nocte iter facientes hinc colligūt solem appropinquare. 32

Confir. ex doctrina Arist. sect. 15. prob. 12. vbi reddens rationem, cur in extrema parte vmbræ solaris appareat quidā tremor, ait id non esse ex aliquo peculiari motu girationis solis, vt falso Plato, sed ex ramentis quibusdam, quæ apparent in radijs solaribus, quæ continuo mouentur.

## ARTIC. II.

### *Opinio Auctoris.*

Quæ stellæ scintillent. Prima Concl. ex Planetis Sol, & Mercurius scintillant euidenter, ex fixis autem omnes, probatur experientia, quam astrologi, & philosophi testātur. vt Alb. D.Th. Græci omnes, & Latini, neque nostrum est hanc veritatem examinare, sed supponere ex Astrologis, & nostrum est causam inquirere.

33 Causa ꝓxima scintillationis apparentis tłexv Secunda Conclusio causa huius scintillationis proxima non est ex motu obiecti, quia ijdem astrologi ex multa animaduersione notarunt, non esse talem motum in stellis, tprobat Aristoteles lo. cit.

Tertia Conclusio causa huius apparentiæ sumenda est tum ex parte medij, tum ex parte potentiæ: prima pars patet ex dictis de tremore vmbræ solaris, tum ex dictis de Sole oriente, & occidente, qui videtur scintillare, seu moueri Tropice ob vapores intermedios, vel diuersam densitatem aeris, & ignis propter quos radij visuales, seu specierum refranguntur, & videntur diffundi, & tremere, iu experentia, quia obiecta videntur, quale est medium, vnde obiecta visa per medium viride apparent viridia. medio, tū ex potentia visiua,

Secunda pars probatur nam cum species obiecti recipiantur in potentiæ sensorio, in quo sunt spiritus mobiles, recipiuntur vt mobiles, at species sic receptæ faciunt apparere obiectum moueri, vt patet ex soluentibus à portu, quibus ob id apparet terram moueri, & ex tremore manus imbecillis ex Paralysi facto, & sic de alijs potentijs.

Maior prob. quia quid quid recipitur per modum recipientis recipitur, at in sensorio spiritibus visorij sunt mobiles, ex duplici ratione primo ob debilitatem specierum ortā ex distantia obiecti, nam tunc potentia propter conatum videndi spiritus visiui ad sensorium concurrunt, qui suo discursu tremūt, & mouentur, species autē ibi receptæ similiter tremunt.

Secundo ob excellentiam obiecti, vt est lumen Solis existentis in meridie, nam nimia lux Solis immissa oculo resoluit humidum oculi, & vt ait Alb. *Currente humido in oculum tremit fluxu humidi forma in oculo recepta, quod si diu perseuerat aspicere corrupto humido chrystallino excecatur oculus, nam multa lux radiorum diuaricatorum in polito, & splendido humore oculi excitat calorem liquefacientem humidum chrystallinum, & aqueum, quo liquefacto perditur visus oculi.* 34

Ex quo fit, vt visus laboret in eliciendo visionem, siue ille labor oriatur ex resolutione, siue ex inordinatione motus, consistis autem is tremor ex eo, quod visus, & spiritus visorij non possunt sistere in assimilatione obiecti sicut manus imbecillis non potest consistenter sustinere pondus.

Hęc causa corruptionis humidi, solet etiā poni quando potentia adhibet nimium conatum vt videat, nam dum diu perseuerat ex concursu spirituum calidorum calefaciendo oculi humidum illud resoluūt, ex quo oritur læsio visus.

Dices neutra ex his causis est in scintillatione Saturni, ergo non sunt causæ adæquatæ. Respōdetur ex eadem causa, ex qua oritur scintillatio Solis propter proximitatem cum Sole, At Conimb. c.8.q.1.a.1. referunt iu peculiarem proprietatem illius, sed non explicat, qualis, & quæ sit, ego puto posse consistere in modo iaculandi lumen eius conditionis, quod sit offensiuum potentiæ, ex quo scintillatio refertur in potentiam.

Tertia Conclusio scintillatio Solis appa-ret

Cur solis scintillatio sit diuersa ab aliorum

ret ad modum circumgyrationis, non sic autem scintillatio aliorum, ita communiter astrologi, & alij cum Simplicio, prima ratio ex Alexand. id oriri ex fulgore Solis, sed nō explicat modum.

Secundo Simplic. nam Sol in Oriente videtur prope terram quiescentem, at Solis motus comparatus cum quiescente terra magis discernitur, & quia in Sole sunt duo motus vterque cognoscitur, sed cum confusione, & inde est tremor circumgyrationis, sed non placet alijs, quia hæc ratio sumitur ex ratione obiecti, non potentiæ, nec reddit rationem scintillationis dum est in meridie.

Tertio ex Six. Solem scintillando apparet rotari, & moueri circa centrum proprium propter spiritus missos ad oculum pro confortanda eius virtute, qui moueantur, & vertuntur circa Axem visus, qui motus cum adueniat apparet Sol rotari.

Sed non placet, quia cur potius talis rotatio apparet in Sole, & non in alijs, quæ similiter scintillant.

Quarto sumitur ex diuersitate figuræ, quia Solis figura discernitur dum scintillat & ideo scintillatione apparet rotari, at aliorum figura non discernitur, & ideo non apparet rotari.

36 Contra hanc rationem plura Cæsalpinus lib. 3 Perip. qq. q. 3. dum Solis vertiginem negat esse apparentem, & habere causam in nostro aspectu, sed in ipso Sole, vt colligitur ex tremore illius vmbræ, sed contrariū ostensum est supra.

## DVBITATIO. IV.

*An omnes stellæ epicyclis ferantur?*

Cæsalpinus omnes stellæ ferri epicyclis.

37 Affirmat Cæsalpinus lib. 3. qq. perip. q. 3. quia sex planetæ s. Saturnius, Iuppiter, Mars, Venus, Mercurius, & Luna, feruntur epicyclis, ex Astrologis, & similiter Sol licet minori epicyclo, vt patet ex difformi luminis deambulatione, quæ nunc incitatior, nunc tardior est, sed ob paruitatem epycicli est minima inæqualitas, ob quam ab astrologis Solis epicyclus non consideratur, quia non facit sensibilem differentiam, ergo etiā cætera astra feruntur epicyclis, conf. ex stellis pleiadū quarū situs ppe est cornua Tauri qua adeo agitantur vt Tripudiare eas antiquitas finxerit, verum contrarium alij astrologi, quorum est veritatem horum motuum inuestigare, vt videre licet apud Clauium.

At cōtrariū Astrologi.

## DVBIT. V.

*An Planetæ circulis, an sphæris moueantur.*

De hac Cæsalp. lib. 3. qq Perip. q. 4. vbi ostendit ferri circulis, sed aliter Arist. vt patet ex dictis, sed cōsulendi sunt Astrologi, præsertim Clauius in sphæram, vbi fol. 620. ponit Theoricas omnium motuū, & orbium cælestium, & fol. 21. ostēdit moueri ad motum orbium.

## DVBIT. VI.

*De domibus Planetarum.*

Singulis horis diei præesse singulos Planetas ex Ægyptijs.

Primo Not. Astronomos singulis horis diei præficere singulos planetas, vnde antiqui Ægyptij apud Dionem lib. 36. in Pompeio ex Xiphilino, dies denominarunt à Planetis, qui prima hora illius otei dominantur, & hinc fit, vt cum dies contineat 24. horas, si prima hora in die sabbati dominatur Saturnus, à quo ille dies denominatur, sequenti die oportet, vt dominetur, 38 prima hora planeta ordine retrogrado sequens duobus intermissis s. Sol, nam dies dominicus dicitur dies Solis: Hinc si prima hora dominatur Saturnus, secunda hora dominatur Iuppiter, tertia Mars, quarta Sol, 5. Venus, sexta Mercurius, septimo Luna tum octaua iterum Saturnus, & sic consequenter vsque ad finem 24. horarum, & quod dictum est de die sabbati, idem proportionaliter dicendum de die Dominicæ horis, quarū primæ dominatur Sol, secunda Mercurius, & sic consequenter. Dicet cur non denominantur dies in modo tē secundū ordinem planetarum, sed semper in ordinē retrogadum duobus intermissis Resp. quia hoc ordine præsunt horis diei, nam prima horæ diei Luna post Luna, & sic deinceps.

Ordo constitutus ab astrologis inter Planetas retinendus,

Secundo Not. ordinem constitutum ab astrologis inter planetas esse retinendum, vt s. prope nos sit Luna, tum Venus, tum Mercurius deinde Sol, tum Mars, Iuppiter, & denique Saturnus, vt ostendit Clau. in c. 1. 39 sphæra f. 181. vnde explodenda opinio Metrodori, & Cratis, qui Solem, & Lunam ponebant in supremo loco similiter opinio Democriti, qui Mercurium supra Solem esse dixit, & sic etiam opinio Alpetragij, qui Venerem altiorem Sole putauit, Denique Platonis, & Aristotelis, qui Solem, & Lunam infimo loco collocarunt, Hinc etiam valeat opinio Aristarchi, Samij, & Copernici, qui Solem constituunt in centro mundi immobilem, & circa illum ponunt orbem Mercurij, tum Veneris, tum orbem magnum continentem terram, ac elementa, & Lunæ, & circa hanc orbem Martis, tum Iouis, deinde Saturni, postremo orbem stellarum fixarum.

Domus planetarum in Zodiaco æquinoctiales & solstitiales.

Tertio Not. singulos planetas habere suas domus, quæ sunt signa Zodiaci, quorum quædam sunt æquinoctialia, vt Aries, & libræ, quod Sole existente in illis æquales sūt dies, & noctes, quædam solstitialia, vt Cancer, & Capricornus, quod Sol sub illis stare videtur, & in eodem puncto Orientis oriri ob paruitatem differentiæ loci, in quo oritur, quæ quatuor signa dicuntur cardinalis

nalia, quia per illa distinguuntur quatuor anni tempora .s. Ver, Æstas, Autumnus, & Hiemns, & ob hanc mutationem illa signa dicuntur mobilia sicut signa vicina illis dicunt fixa, quia Sole existente in illis, tempora vidétur eodem modo se habere, sicut Gemini, Virgo, Sagittarius, Pisces dicuntur communia, quia tunc tempora participare videntur stabilitatem, & vicissitudinem. Dicitur autem domus planetæ, in qua maximam virtutem habet, nam cum planetæ moueantur sub Zodiaco variant singulis mensibus signa Zodiaci; Quæ sunt 12. pro mensibus anni: nomina autem eorum sunt sequentia

Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍
Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus,
♎ ♏ ♐ ♑
Aquarius, Pisces.
♒ ♓

Nam quilibet planeta præter Solem, & Lunam habet duplicem domum in Zodiaco, vt Leo est domus Solis, quia Sol decurrens per ipsum maximum æstum producit in terris, vnde Leo dicitur signum igneum. domus Lunæ est Cancer, quia cum Cancer sit signum Aqueum, Luna dum est in illo maxime humectat inferiora; At signum Virginis, & Gemini; sunt domus Mercurij. Domus vero Veneris sunt Libra, & Taurus, sicut Martis sunt Scorpius, & Aries, & Iouis. Sagittarius, & Pisces, & denique Capricornus, & Aquarius sunt domus Saturni ex quibus domibus primo loco posita est principalis, quia in ea planeta plus virtutis habet quam in altera, contra vero signum, quod per diametrum opponitur domui alicuius planetæ dicitur detrimentum illius, & illud quod opponitur domui principali dicetur maius detrimentum.

Quæ dicantur exaltationes planetarum.

40 Quarto not. ex his 12. signis Zodiaci, quædam dici exaltationes planetarum, vt Aries est signum exaltationis Solis, quia Sole ingrediéte illud signum incipiunt augeri dies supra noctes, & calor Solis augeri in inferioribus. At Libræ est casus Solis, nam cum Sol ingreditur Libram incipiunt noctes augeri, & dies minui, & calor Solis paulatim minui, semper .n. signum oppositum signo exaltationis planetæ dicitur casus planetæ, & contra. Vnde cum Taurus sit exaltatio Lunæ, Scorpius erit eiusdem casus; Hinc Cãcer est exaltatio Iouis, & Capricornus eius casus, signum Virginis est exaltatio Mercurij, & Piscis casus; Libræ signũ est exaltatio Saturni, & Aries eiusdem casus, Deinde Capricornus est exaltatio Martis, & Cancer casus; Denique Veneris exaltatio est Piscis, & Virgo casus.

Planetæ quidam fælices, quidam infælices.

41 Quinto not. Planttarum quidam dicuntur fælices vt Iuppiter, & Venus. Sol, & Luna, quidam infælices, vt Saturnus, & Mars; quidam indifferentes, vt Mercurius, nam fælicitate gaudet dum coniungitur Planetæ fælici, contra vero si infelici.

Cur ex eclypsib. mali effectus.

Sexto not. contingere aliquando eclypsim Solis, vel Lunæ, ex quo oriuntur in inferioribus mali effectus, nam conturbatis causis, necesse est conturbari effectus, vnde cũ Sol sit origo virtutis vitalis, sicut Luna est origo naturalis Saturnus retentiuæ, Venus appetitiuæ, Mars irascitiuæ, Iuppiter augmentatiuę & Saturnus cogitatiuæ, fit v. deficiente lumine Solis, vel Lunæ virtutes vitales, vel naturales deficiant.

Vnde cognoscitur, qui aspectus beneficie, qui malefici.

Septimo not. ad cognoscendos aspectus 12. signorum Zodiaci, qui sint benefici, qui malefici, oportet supponere Zodiacum posse diuidi in sex partes, vt singulæ contineant duo signa, in quatuor, vt singulæ partes cõtineant tria, & in tres, vt singulæ contineant quatuor signa, ex hoc fit, vt cõfigurationes, & aspectus signorum fiat oppositi, quando vnum est principium lineæ diametralis, & alterum finis, vt v. g. Primum signum Zodiaci est Aries, à quo linea ducta ad Libram est diametralis, atque adeò aspectus illorum erit oppositus, & similis est aspectus cuiuslibet signi ad septimum; At quando linea ducitur ad alia signa fiunt aspectus, & configurationes variæ, vt Aries intuetur Geminos sexangulari aspectu, Cancrum quadrangulari, Leonem triangulari, & idem dicendũ de reliquis, nam à quocunque inchoetur signo ab ipso ad tertium est aspectus sexangularis, ad quartum quadrangularis, ad quintum triangularis, ex quibus malefici sunt oppositi eo quod radij inter se colliduntur, & 42
inimicitias excitant, & quadrangulares, quia licet radij áduersis frontibus non ita se percutiant, vt quando sunt oppositi, tamen ex rectis angulis progressi dum neuter alteri cædere videtur cõtentiones, & rixas excitant, & ideo irradiationes illorum minaces sunt, & maleficæ. At vero aspectus sexangulares, & triangulares benefici sunt, quia non se conspiciunt aspectibus totius corporis, & aduersis irradiationibus, & ideo benignas irradiationes præbent. Hæc fere ex fabulis Astrologorum contra quas infra.

Signa, quæ Recta, quæ obliqua.

Octauo Not. horum signorum alia dicuntur recta, vt Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius. Reliqua vero sex dicuntur obliqua, ea dici recta, quæ oriuntur cum parte circuli æquinoctialis maiori, & habent ascensiones suas simul iunctas maiores ascensionibus, aliorum sex signorum, & respectu horarum plusquã triginta gradus habere noscuntur, itaut tota appareant supra Horizõtem in suo ortu plusquam duas horas consumunt. At obliqua dicuntur cũ quorum ortu supra Horizõtem minor pars æquinoctialis oritur, & habent ascensiones simul iunctas minores prædictis sex signis, 42
vnde ea celeritate oriuntur, vt liceat singulę habeant 30. gradus, nunquam tamen eos omnes retinere videntur respectu horarum, quas consumunt in ortu cum minori spatio,

quam

quam duabus horis appareant supra Horizontem, vt Capricornus, Aquarius, Piscis, Aries, Taurus, Gemini. Hinc etiam hæc 12. signa diuiduntur in præcipientia, quia sunt Cæteris præstantiora cum diterum incrementa efficiant, & plures habeant ascensiones, vt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, & in obœdientia, quia sũt minoris virtutis vt libra, & cætera vsq; ad piscem.

Ex signi excitari ventus. Nono not. ex his signis excitari quatuor ventos Cardinales. Nam subsolanus orientalis cum sit calidus, & siccus est à signis similis qualitatis eminenter, vt Aries, Leo, Sagitarius, qui igni dominantur, cuius dominus est Sol in die, & Iuppiter in nocte.

Fauonius est occidentalis, & cum sit frigidus, & humidus excitatur à Cancro, Scorpione, & Piscibus frigidis, & humidis signis; quæ triplicitas signorum dicitur fœminina, sicut præcedens masculina, & dominatur aquæ, cui Venus in die, & Mars in nocte præsidet.

Auster cum sit humidus, & calidus est à Geminis, Libra, & Aquario, quæ triplicitas dicitur masculina præsidens aeri, cuius dominus est Saturnus in die, & Mercurius in nocte. Denique Boreas ob frigiditatem, & siccitatem est à Tauro, Virgine, & Capricorno, fœmineis signis, quæ terræ dominantur cui præsidet Venus in die, & Luna in nocte cęteri vero collaterales excitantur ab aliquo prædictorum, de quibus Aristoteles 3. met. & Alb. ibi.

Quodlibet signũ diuidisur in 30. gradus, & quilibet gradus in tres decurias qui bus singulis præest vnus planeta. Decimo not. cum quolibet signum diuidatur in 30. gradus, singuli diuiduntur in tres decurias, quarum singulis præsidet vnus planeta, vt v. g. Arietis primæ decuriæ graduum præest Mars secundũ antiquos, secundæ præest Sol, Tertiæ Venus, & similiter primæ decuriæ Tauri præest Mercurius, secundæ Luna, tertiæ Saturnus, & eodem modo in alijs per ordinem tum in signis, tum in
44 Planetis progrediendo:

Vndecimo Not. posse planetas omnes, & singulos aliena lætari decuria, sed tunc virtutem imitantur illius Planetæ cuius decuriæ est propria, vt v. g. si Sol in prima Arietis decuria, quæ est propria Martis, collocetur, quibus in natiuitate dominatur, tribuet naturam, quæ tum belli, tum armorum amorem pariet, quæ sunt Marti conuenientia. At si in natiuitate hominis Sol fuerit inuentus in secunda decuria ipsius propria, naturam tribuet claritatem, titulorum, & honorum, efficietque gloriæ cupidos, & ambitiosos; quare similiter de alijs phylosophãdum est. Hæc ex Astrologis præsertim Ptolomæo, quæ an vera sint non est nostrum examinare, sed eorum, qui astrologiam profitentur; satis .n. nobis fuit aliorum dicta referre siue vera sint, siue falsa. Cum sint à astrologiæ peritissimis reprobata.

## DVBIT. VII.

*Ex qua materia Sydera sint producta.*

PRima opinio negat fuisse producta ex aliqua materia, sed creata ex nihilo; quæ opinio si intelligatur iuxta opinionem Auerois negantis cælum esse compositum ex aliqua materia, reiecta est ex dictis, si uero non negat simpliciter materiam, sed præexistentem, vt significat D. Thom. 1. p. q. 70 art. 1. disputatur in hac quæstione, & nobis placet vt infra. — Fuisse creata est probabilius. 45

Secunda est dicentium fuisse producta ex materia præexistenti, quam alij dicunt fuisse elementarem. vt Molina disp. 15.

Alij vero cum D. Thom. loc. cit. fuisse cælesti m, quam sequitur Tannerus disp. 6. q. 2. dub. 2. quæ opinio vera est secundum opinantes sydera non distingui specie à suis orbibus, quia recte saluaretur calorum, & syderum incorruptibilitas. At vero secundum opinionem, quam sequuti sumus, ea distingui specie, id dici non potest, quia non potest saluari incorruptibilitas, quare opinio prima videtur probabilior, nam fuerunt producta ex materia diuersæ rationis à materia orbium, an autem ea præexstiterit, an non, alterius est speculationis. — Materia syderum non est elementaria.

Dices sydera fuerunt producta 4. die ergo præfuit eius materia. Resp. eo die non fuisse producta secundum substantiam, sed secundum perfectionem accidentalem, vt D. Thom. ibi ad 1. Val. q. 3. p. 4. quia cum sit incorruptibilia nõ debuit primum creari, materia sub alia forma, & tum ea corrupta produci sub alia quidquid dicat Molin. in loc. cit. — 4. die fuisse accidentaliter perfecto

Dices secundo quæ fuerit forma illa accidentalis. Resp. fuisse primo lucem, quæ illis immobiliter fuit tributa, præsertim Soli, à quo forte alij mutuantur, & à qua sua nomina desumpserunt; 2. motuum difformitatem ad distinguenda anni tempora 3. ex D. Thom. ibi ad 2. diuersam efficientiam in inferiorum ottam ex diuersa luminis participatione 4. Vielmus apud Perer. diuersã condensationem, qua diuersæ lucis capacitas, & radiatio nititur, sed ab alijs hoc reijcitur, quod talis condensatio facta fuerit secundo die, quo factum est firmamentum vt recte Perer. — Explicatur eorum perfectio accidentalis.

Dices tertio quomodo sydera fuerint 4. die posita in firmamento. Resp. D. Thom. ad 3. quia in eo producta, & quasi inserta, vnde ab ipso, & cum ipso firmamento circumagerentur; de qua re supra cum iam opinio ponens epicyclos, & eccentricos præualeat: Dicuntur autem Sol à Luna luminaria, quia nobis maiora apparent, vel ex Chrysost. hom. 6. in Gen. propter maiorem præ cæteris efficaciam, & vt Moyses populum ab idolatria reuocaret, finem illorum narrat esse hominum vtilitatem ex D. Tho. 46
q. 70. ar. 2.

Vt

Verum hæc omnia ad nostra principia sunt accomodanda, nam non vacat omnia examinare.



# TRACTATIO SEXTA.

## De influxibus Cælorum.

### QVÆST. I.

*An cæli influant in hæc inferiora.*

3 ### ARTICVL. I.

*Opinio Auctoris.*

1 PRima Conclusio affirm. est omnium Peripateticorum, & Theologorum, vt D. Thom. 1. p. q. 115. vbi Bagnes, qui 1. p. q. 66. art. 3. idem docet de empyreo.

Et 3. contra Gent. c. 81. vbi Ferr. sequuntur Cap. 2. d. 18. q. 2. Gab. q. vnic. d. vlt. Arg. d. 14. art. 2. vbi maior q. 6. & seq. Dur. dist. 15 q. 2. vbi D. Thom. Carthusianus, Gugl. Paris de vniuers. p. 1. vbi de erroribus astrologorum.

Ex philosophia Sonc. 12. met. q. 13. Iauel. q. 13. Heru. q. 5. de mat. cæl. Conimb. 2. cæl. c. 3. q. 5. & 3. Alb. tr. de 4. coæuis q. de tertio coæuo art. 18. Achil 4. de orb. d. vlt. Piccol. de cæl. c. 38. Vitad. disp. 2. sect. 6. Timon 1. meteor. q. 1.

Primo ex Platone in theætetio, quem sequitur Philo de opif. mund & lib. de migrat. Abrahæ.

Cæli motus vita quædã est.

Conf. ex Aristotele 2. phys. t. 26. vbi Sol & homo generant hominem, vnde 8. phys. t. 1. motum cæli ait esse vitam quandam, 2. cæl. 20. & 21. vbi motus cælorum ait esse necessarios propter generationem, vbi omnes DD. Georg. d. 3. ait agere per motum, lumen, & influentias Venetus in sum. c. 14. Philal. conf. 44, Niph. q. 6. Achil. 4. de orb. d. vlt. idem Aristoteles 2. de gener. anim. c. 3. & 4. de Gen. anim c. 7. & 10. & 4. de part. c. 5. 12. met. t. 33. 34. vbi DD. fuse 2. de Gen. t. 15 vbi ostendit perpetuitatem generationis ex perpetuitate motus cælestis, & s. 56. vbi ostendit diuersitatem ex modo diuersi adducendi generatiuum. vbi Buccaf. Sax. vlt. Ven. t. 55. Tandem 1. meteor. c. 1. & 2. vbi Niph. Vicom. Georg q. 1. Tim. q. 1. Buccaf ibi f. 22. Venet. in summ. c. 1. & 2. Zab. opus de calor cæl.

Conf. ex Astrol. Ptol. 2. Almag. c. 12. & de Iud. c. vbi Commentatores

Confirm. tertio ex Patribus. D. Dionys. c. 4. diu. nom. Aug. 13. de Trin. c. 4. Basil. hom. 6 exam. vnde D. Th. loc. cit. negantes aliquem effectum produci in inferioribus à cælo repugnant sensui, & dictis Sanctorum, Hinc Riccard. apud Carthus. 2. d. 15. q. 1. refert dictum Rabbi Moysis, non esse aliquam plantam inferius, quæ non habeat stellam in cælo, quæ percutit eam, & dicit ei, Cresce,

Plures experientiæ probantes influxum cæli ad inferiora.

Secundo prob. euidenti experientia, nam ex motu Solis fit quadruplex status mundi vt patet ex æquinoctio Verno, & Autumnali, Solstitio æstiuali, & Hiemali, in quibus apparet maxima variatio caloris, & frigoris generationis, & corruptionis in inferioribus 3

Conf. primo nam ex congressu, & aspectu aliquorum astrorum oriri videmus sterilitatem, & vbertatem frugum, tranquillitatem, & procellas in mari, vt nautæ testantur: Morborum augmentum, & sanitatem asserit Gal 3. de dieb. criticis, vbi præcipit ad curandos morbos spectari debere à medicis congressionem astrorũ præsertim Lunæ.

Conf. secundo ex effectibus Lunæ, quæ licet sit minor quãtitate alijs 4. de Gen. anim. cult. c. vlt. tñ propter proximitatem habet maximos effectus, primo ex incremento Lunæ augentur humida in animalibus, & ex decremento decrescunt ex Aristotele 4. de partib. c. 5. Plin. lib 2. c. 41. & 99.

Secundo ex eadem oritur fluxus; & refluxus maris Aristoteles, & Plin. lo. cit.

Tertia conchilia, & conchæ cum Luna augentur, & minuuntur Plin. ibidem.

Quarto formica nono die ab eius coitu, quem sibi aduersum nouit, è latebris non egreditur, interlunio semper quiescit, & plenilunio etiam noctibus opus nititur perficere Plin. ibidem.

Quinto in perside gignitur lapis selenites ex candido translucens melleo fulgore imaginem Lunæ continens candorem internum auget, & minuit in singulos crescentis, minuentisq; dies Lunæ, Aug. 21. de ciuit. c. 5. vbi Viues citat Plin. lib. vlt. & refert Agric. 15. de nat. foss.

Sexto dies criticos morborum Lunæ tribuunt astrologi apud Fracast. de dieb. crit. & Gal. lib. de dieb. decret. & lib de crisi.

Conf. tertio ex influxibus alijs cælorum, conciliator diff. 104. 105. 106. fuse ostendit menses, quibus fœtus in vtero gestatur, supponi influxibus planetarum, vt 1. Saturno, 2. Ioui. 3. Marti, 4. Soli, 5. Veneri, 6 Mercurio, 7. Lunæ, octauus Saturno, nono Ioui, & hinc dicunt octimestrem partum esse letalẽ non sic septimestrem, nam Saturnus sydus noxium est sua frigiditate vires partus deijciens.

Secundo ex coniunctione planetarum in Pisce oriri diluuium, in Aquario pestem in orbe vniuerso, ijsdem Planetis tribuunt amorem nouarum sectarum, sed falluntur.

Tertio Planetarum influxibus supponũtur

tur generationes metallorum, nam Soli subest aurum, Lunæ argentum, Marti ferrum, & chalybs. Saturno plumbum: Ioui stamnũ, & electrum. Mercurio argentum viuum; Veneri æs, de quibus astrologi, & aliqua Scotus 2.d.14. circa finem.

Quarto humani corporis humores ex Planetis augẽtur, vt flaua bilis à Marte, melancolia à Saturno. *Pituita* ex Luna. Sanguis à Sole, & Ioue.

Quinto idem dominium partibus corporis humani planetis tribuitur, vt Sol supra cor, Mars supra fel: Iuppiter in cor: Mercurius in os, & linguam; Saturnus in caput & similiter in ætates, nam infantiæ Luna, pueritiæ Mercurius, adolescentiæ Venus, iuuentuti Sol, virili Mars: Senili Iuppiter, Decrepitæ Saturnus.

Sexto ex dominio supra elementa, nam Sa-
4 turnus terræ dominatur, nam cum terra sit
frigida, & sicca, conseruatur à planeta frigido, & sicco virtualiter, Luna dominatur aquæ ob virtutem humectandi. Mercurius aeri, & igni Mars ob consimiles qualitates. Hinc fit vt dominante Saturno super materiam generationis hominis, generetur homo naturæ frigidæ, & siccæ, atque adeo melancolicæ. & similiter philosophandum de dominio Martis ex quo sunt homines colerici At ex dominio Mercurij supra aerem facile receptiuum omnium impressionum oritur mala, vel bona dispositio iuxta Planetã, cui coniungitur, quia cum bonis est bonus, & cum malis malus, quod si contingat illum in ascendente orientalem, & velocẽ esse, qui nascitur sub tali ascendente, erit eloquens, & in omnibus artibus liberalibus proficiet. Sic etiam ex dominio Lunæ aquæ dominantis, oritur homo complexionis flegmaticæ, vt complexio sanguinea tribuitur aeri, & Mercurio, & igni complexio colerica ob Martem illi præsidentem. Hinc Saturno frigus, æstus Martis complexio temperata ex calido Ioui, temperatæ ex frigido Veneri.

Conf. 3. ex effectis aliorum syderum, nã de magnetis virtute, qua ferrum trahit ex vna parte, & alia reijcit, patet expriẽtia, quã refert Agricol. de foss. 1.lib. sed illud mirabilius, quod magnes ad modum sphæræ tornatus circa axem ferreum positus continue voluetur super duos polos, sicut voluitur cælum, quia cum in eo reperiantur virtutes correspondentes partibus cæli voluitur, vt cælum, vt partes lapidis respondeant partibus cæli conformibus, quod non esset nisi partes cæli influerent in partes lapidis consimiles virtutes.

5 Secundo, hæmatites, qui reperitur in
Saxonia, & Hiercinia Sylua, sanguinis fluxũ sistit, quæ virtus cum non possit esse ex primis qualitatibus elementaribus, erit ab influxibus cælorum.

Tertio Polus Articus habet vim trahendi magnetem de quod lib. 26 c. 16. lib. 20. c.7. Alb.tr.3.meteor.c.16.Solin. 56. concil. diff. 51. Scalig. exer: 102. Aetius lib. 2.c.25.

Quarto Sol helitropij, & Scorpiuri flores ad se ab ortu ad occasum vertit *Plinius* lib.22.c.15.

Quinto Chrysocolla ferrum trahit, & aurum Plin. lib. 3. cap. 5. vt à Theomede ferrum abijcitur, & hæc, & similia magis admiranda sunt ab influxibus cælorum. Vnde D. Thom. 2.d. 19. q 1. tribuit cælis Peculiares virtutes, quibus singulæ species inferiores conseruẽtur, sicut Platonici apud D.Tho. 1.p.q.110 art. 1 illis tribuunt peculiares intelligentias, quæ curam habeãt illarum spetierum:

Tertio prob. Arg. 2.dub. 14. q. 1. & D. Thom 1. p.q. 115. art. 3.ex Doctrina Aristotelis 1.meteor.c.2. nam inferiora indigẽt perpetua conseruatione ob ipsorum mutabilitatem, & corruptibilitatem, at hæc conseruatio non potest esse nisi à cælorum influxu, ergo indigent inferiora cælorum influxu Min. prob. tum, quia cæli sunt inter omnia corpora perpetua, & incorruptibilia.

Ex doctrina Arist.

Tum, quia cum omnis multitudo ab vnitate procedat, quod diuersis motibus mouetur, debet reduci ad id, quod est immobile pluribus motibus, cuiusmodi est cælum quia, solum localiter mouetur, & circulariter, qui motus est similis quieti, videndus Aristotiles 2. de Gener.

Tum, quia sicut omnis motus reuocatur ad primum mouens immobile 8. phys. ita omnis alteratio ad primum alterans inalterabile, cuiusmodi est cælum p. cæl. 22. 100.

Confir. nam habens virtutem super ho- 6
minis generationem, habebit etiam super generationem specierum ignobiliorum, at sol, & homo generant hominem 2. phys.26. ergo.

Confir.2.ex Soncin. nam ex elemẽtorum mixtione generantur specifica mixta, at illa non possunt esse effectiue ab elementis principaliter quia sunt ignobiliora mixtis ergo à cælo vt causa nobiliori.

## ARTICVL. II.

*Soluuntur Argumenta aduers.*

Contrarium docent alij nam agens & patiens debent conuenire in materia 2. de Gener. t. 51. nam omne agens
agit, vt in materiam inducat sui simile, at 7
non sic cælum, & inferiora.

Confir. quia si hæc inferiora fierent à cęlis in illis nihil esset inordinatum, sed omnia ordinata, quia effectus eo modo fiunt, quomodo causa in illos influit, at cæli ordinate mouentur, & influũt, at in inferioribus multa sunt inordinata ex Aristotiles 1. meteor c. 1.

Conf quia cum cæli necessario agunt, & & lege certa ex Boet. 10. de conf. Metr. 6. nihil esset in inferioribus contingens, sed omnia essent necessario.

Confir. 3. Damas. 2. fid. c. 6. vbi negat cælos esse causam ortus, & interitus.

Confir. 3. omne agens agit, vt inducat sui similitudinem ex Dion. c. 1. de Diuin. nom. & Arist. 1. de Gen. 51. sed cælum non est generabile ergo non potest simile produci ab alio.

Agens ꝙ agēdo repati tur coicat in materia cū passo. Resp. agens, quod agendo repatitur communicat in materia cum passo 1. de Gen. t. 45. at cælum non repatitur ab inferioribus vt patet, cætera autem agentia, quæ non repatiuntur non communicant in materia, aliter substantiæ immateriales non possent agere circa materialia.

Ad 1. Conf. negatur sequela maioris, quia inordinatio oriri potest ex alijs causis siuè materiali, siuè effectiua, quæ ad eundem effectum concurrunt, nam ex his potest impediri cælorum influxus, & hinc patet.

Ad 2. Conf. quia contingentia in inferioribus oriri potest, non solum ex prædictis impedimētis, sed multo magis ex libero arbitrio, tum denique quia multi effectus inferiores non pendent à cęlorum influxibus, vt infra de quo D. Thom. 2. d. 15. q. 1. ar. 2. ad 3. videndus scotus 2. d. 14. q. 3. Heru. q. 9. de mater. cæl. Sone. 12. met. loc. cit.

Ad 3. Conf. Resp. à Damas. negari cælum esse primam causam, vt aliqui falso tribuentes illi diuinam perfectionem, vt D. Thom. loc. cit. art. 2.

8 Agens vniuocum, & æquiuocum. Ad 4. Resp. duplex esse agens vnum vniuocum, & hoc inducit sui similitudinem specificam, cuiusmodi non est cælum, alterū æquiuocum, quod inducit sui similitudinem secundum virtutem, seu Analogicam; & huiusmodi est cælum, alioqui neq; Deus posset aliquid producere per creationem, quia non potest creare alium Deum.

Resp. 2. cælos esse agentia vniuoca quoad accidentia quędam, nam producit lumen eiusdem speciei, cum eo, quod est in ipso.

Secundo obijc. virtus actiua fundatur in substantia formali, nam fundatur super actu, sed cęlum recedit ab actu, nam est maximum omnium corporum, ideo maxime recedit ab actu, nam accessio ad materiam facit recedere ab actu ita Martinez.

9 Confir. agens, & patiens debent esse simul ex 7. phys. at cælum non est simul passo, nā effectus sunt vel supra terram, & ab illa cæli sunt distantes, vel infra viscera terræ, & ab illa partē cæli non solum sunt distantes sm̄ situm, sed etiam sunt virtutem quia cū agant per motum; & lumen, neutrum, potest pertingere ad viscera terrę propter eius immobilitatem, & opacitatem præsertim cum orbes medij nō sint capaces effectuum, qui sunt in inferioribus.

Confir. Martinez effectus resoluitur in suam causam, at inferiora non in cælos, sed in elementa resoluuntur.

Quomodo cælū sit maximum corporum, fit maxime actiuum. Resp. cælum esse quidem maximum corpus, sed cum ea corporeitate habere maximam virtutem, nam vel est simplex forma corporalis integra, vel constans ex perfectissima forma, super quam fundatur maxima actiuitas, neque materialitas actualis pugnat cū actu, sed potētialis, & 13 materia inferiorum constituatur per potentiam, tamen ibi materia accipitur specialiter, pro potentia passiua substantiali, at materialitas vt dicitur de forma sumitur ab entitate capaci extensionis quantitatiuæ, quæ est indifferens ad actum, & potentiam, hęc aut materialitas cōtracta ad actualē quo maior, eo habet maiorem virtutem 8. phys. t. 81.

Quomodo agēs, & passum simul sint. Ad 1. Conf. Resp. quomodo agens & patiens debeant esse simul dicetur alibi, nam satis est simultas sphæræ, nam agens dicitur simul cum passo existente infra sphæram actiuitatis agentis, cuiusmodi sunt inferiora respectu cælorum vnde fit vt motus cęli iuuet ad agendum, quia applicat virtutem actiuam scilicet influentias, & lumen, quod 10 licet per se non pertingat ad viscera terræ ob eius opacitatem, tamen per suos effectus scilicet calorem, & exhalationes eo peruenit vt infra. Neq; desunt cælo instrumenta seu virtutes actiue, quæ sunt motus, lumen, & virtutes innominatæ, quæ communi nomine dicuntur influentiæ vt recte Georgius & alij, & licet actio agentis habentis si unus vt loquitur D. Thom. prius recipiatur in medio ꝙ in termino, non tñ eodē modo, sed prout dispositio, & capacitas subiecti exigit vt Auer. 6. phys. ostendit de Pisce obstupefaciēte manum, & non rete licet vtrunq; alteretur à pisce sicut etiam orbes medij alterantur à superioribus.

Ad 2. Conf. Resp. inferiora resolui in elementa vt in causam elementarem, s. materialem, ac cęli sunt causæ efficientes.

## ARTICVL. III.

*Explicatur cælos concurrere per verum influxum, & non tamq; determinanter influxum.*

Secunda Conclus. concurrunt ad generationem inferiorum non determinado agentia particularia, sed influendo in entitatem affectuum cum causis particularibus; probatur nam hæc determinatio tripliciter potest intelligi primo per limitationem virtutis intrinsecæ agentium particularium indifferētis ad plures effectus, vt species determinat potentiam ad talem actum. Secundo determinando extrinsece virtutem indifferentem per voluntatem, quomodo Deus dicitur determinare ad productionem huius potius, quam alterius indiuidui. Tertio quatenus dat agentibus formas determinatas ad agendum; Sed nullus horum modorum sufficit ad saluandum influxū cælorum ad inferiorum generationē, ergo agunt per verum influxum. minor prob. de primo tum, quia cælorum virtus est magis indifferēs, quod particularium causarum ergo potius

11 Cæli ad effectus inferiores concurrant immediate cū causis particularibus non has determinando

tius determinatur à particularibus quam determinet illas, vt homo determinat influxum Solis ad generationem hominis, Tum quia causæ particulares non indigent alio superaddito suis potentijs, vt determinentur ad affectus specificos, sed Solum materia sic, vel sic disposita. Tum quia cælum nihil comunicat illis intrinsecum, per, quod determinentur ad effectus, quia non apparet, quid illud sit, & in quo prædicamento.

12 Neq; pōt dici secundum, quia cæli carerēt intellectu, & voluntate, quæ sunt necessariæ ad illud genus determinationis, tum quia illa determinatio fit per imperiū, quod Solum conuenit respectu insensibilium, tum quia determinatio extrinseca per alias causas fit simul concurrēdo ad effectum, cum causa, quæ determinatur, eo quod talis, vt producat talem effectum exigit concursum cōcomitatem alterius, quomodo qualitates primæ generant aurum cum influxu cælorum.

Neq; potest dici tertium tum, quia iam concedetur cælorum influxus, quo producuntur formæ agentium, inferiorum, quare cum nō sit maior ratio vnius, quam alterius idem dicetur de alijs formis. Tum, quia concursus ad formam determinatam,
13 vel tollit concursum ad omnes alios effectus ex illa prouenientes, & inde tolleretur nexus, & ordo inter partea inferiorem vniuersi, & superiores contra Aristoteles 12. met. t. vltimo, vel tollit concursum ad aliquos effectus, ex eo q causa paticularis sine concursu cæli potest producere aliquem effectum, & id infra disputabitur, an concursus cælorum sit necessarius ad concursum omnem, omnium causarum. Nunc autem supponatur non esse necessarium, sed id non est contra nostram conclusionem, quia Solū dicimus concurrere ad generationem inferiorum indefinite.

Ex Hērico cæli determinant causas particulares.

Contrarium tribuitur Henr. quol. 14.q. 1. dicenti, virtutem cælorum influere determinandn causas secundas quoad effectus tribuendo illis virtutem cælestem, vt producat aliquos effectus, vt probat ex virtute, quam habet à calor ad productionē animalium, quia ex se non potest, nisi à cælo influatur virtus determinans illum ad equum formicam, &c. & hoc modo, inquit intelligitur dictum Arist. Sol, & homo generant hominem: sed licet verum esset cælum communicare feminibus hanc virtutem, tamen negare non potest quin influat etiam immediate in aliquos effectus, vt v.g. in mixta quæ fiunt immediate ex cōmixtione elemētorum sine causa effectiua secūda principali, nam illa non possunt esse immediate nisi à cælorum influxibus vt alibi dixi.

14 Quomodo nus effect. ōt termina e depēdem.

Dices duæ causæ eiusdem generis non possunt terminara dependentiam eandem, sed dependentia effectus terminatur à causa secunda ergo non potest terminari à causa cælesti in eodem genere.

Confir. quia virtus particularis agentis est adæquata effectui, ergo non est necessariua aliua concursus Resp. dependentiam vnius generis posse terminari ad duo agētia eiusdem generis eiusdem ordinis quando sunt partialia: quando vero totalia non possunt nisi sint diuersi ordinis, vt est cælum, & inferiora.

tiam duarū causarū eiusdem generis

Ad Confir. Resp. aliquando causæ inferiores non indigent concursu cælorum, vt cū calor producit calorem, vel ignis ignem, concomitanter concurrunt cæli aliquando, sed tunc habent sationem causa partialis, Aliquando vero non adest virtus adæquata effectui, vt dictum est in productione mixtorum, & tunc concurrit cælum simul cum qualitatibua inferiorib. vt causa vniuersalis & supplens defectus particularis causæ.

## QVAEST. II.

*An hic influxus cælorum sit necessarius quoad omnes actiones, & effectus inferiorum.*

RESp. negatiue de, qua re infra.

Dubitari tñ hic posset an motus sit necessarius orbibus vt influāt in inferiora, sed de hoc infra cum de motu vbi ostendemus motum nō esse necessarium ad simpli- 15
citer, & absolute influendum, quia cęli quiescentes adhuc influerent, sed esse necessariū ad ordinate influendum vt infra.

## QVAEST. III.

*An hic influxus conueniat omnibus orbibus.*

### ARTICVLVS I.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opin. est dicentium Solum astra influere in inferiora, orbes vero, in quibus sunt, Solum ordinari ad deferenda astra, & stellas, vt vario modo applicentur ad diuersas partes terrę. Fundamentum, quia orbes haberent eundem virtutem ac ipsorum astra cum sint eiusdem speciei, ergo frustra mouerentur, quia secundum omnes partes essent psęciso modo applicati ad materiam, quæ est in inferioribus, quod si dicāt non moueri ad applicandas suas partes, sed astra, tunc contra, quia astra sunt eiusdem virtutis, ac partes orbis, ergo non est cur ipsa applicētur ad diuersas partes, quibus correspondent partes orbis iā applicatæ. Hinc sequitur orbes, qui carent astris nullo modo concurrere nisi ad deferendos orbes inferiores stellatos.

Astra influere nō orbes.

Secunda opinio est dicentium orbes omnes mobiles influere non Solum ratione astrorum, quę habent, sed etiam ratione partium orbium, nam etiam ipsæ sunt actiuæ,

Orbes etiā influere qui sūt mobiles 16

vnde orbes carentes astris, etiam influunt. At vero cęlum immobile non influeret ium, quia caret motu, qui est instrumentum, quo cæli influunt. Tum quia ob maximam distantiã eius actiuitas non pertingit ad inferiora. Tum tertio, quia cælum illud est factum ob gloriam Beatorum, qui sunt extra statũ viatorum, ergo etiam illud est extra statum horum inferiorum corporum, quæ sunt ordinata ad viatorum generationem, & cõseruationem est D. Thom. 2. d. 2. q. 2. art. 3. & Alens. 2. p. q. 47. m. 1. Vrtad. disp. 2. de cęl. sect. 6. putat probilem Bonau. d. 2. p. 2. a. 1.

Oẽs tã mobiles, quam immobiles influere.

Tertia opinio est dicentium omnes cælos influere in inferiora, tam mobiles, quam immobiles, tã stellatos, quam stellis carẽtes tam per stellas quam per reliquas partes est communis, & in sperie de empyreo docet Alb. de 4. coæu. q 4. art. 14 D. Thom. quodl. 6. art. 19. & 1. p. q. 66. art. 3. vbi Caiet. & Bag. Mairon, 2. d. 14. Dur. d. 2. q. 2. Riccar. q. 3. circa 3. princl. Ægid q. 2. art. 4. Arg. q. 2. art. 1. mol. de operib. sex. dier. disp. 3. art. 4. Ferr.
17 2. conrr. Gent. c. 65. Clauins in sphær. c 1. Fland. 8 met. 91 arr. 9. Conimb. 2. cæl. c. 3. q. 2. maior d. 14. q. 1. Concl. 6. Suar. l. 1. de operib. sex. dier. c. 5. à n. 9.

## ARTICVL. II.
*Opinio Auctoris.*

Oẽs stellæ agũt influẽdo in inferiora.

PRima Conclus. stellæ omnes agunt in inferiora, patet ex dictis d. prima, nam diuersæ coniunctiones stellarum efficiũt diuersos effectus vt ostẽdi supra ex astrologorum experientia confirmatur ex Alb. 2. de Gen. tr. 3. c. 5. periodum facit non solum accessus solis, & recessus, quia aliter in hieme nullum animal nasceretur, sed potius quodlibet moreretur, nec alicuius vita vltra annum extendi deberet, sed periodum facit relatio signi supra orizontem ascendentis ad omnia alia signa circuli cum suis stellis, & Planetis, in hora conceptus, vel natiuitatis rei inferioris, quæ causatur à circulo cęlesti. Hinc fit, vt quorumdam mensura sit annus, alterius, & alterius plus vel minus secundũ effectus signorum, & fortitudines stellarum quæ sunt sitę in signis, Hinc 2. fit vt tempus generationis si æquale tempori corruptionis ex Aristotele, quia à primo signo ascendẽtium nascitur res, computatur profectus rei vsq; ad 7. eiusdem circuli, & à hoc 7. vsq; ad primũ computatur defectus, & ideo 7. signum dicitur domus mortis, & ascẽdens vitæ, nõ ab hoc ad statũ dicitur profectus à statu ad declinationẽ, & vsq; ad mortẽ dicitur periodus mortis, & quia à primo signo v. g. ariete, tantum est, quantũ à 7. ad 1. per aliam partem circuli mensurãdo, ideo ęqualis est periodus perfectus, & corruptionis, vnde si periodus profectus erit annorum 35. periodus defectus erit etiam 35. atq; adeo
18 periodus totius vitæ erit 70. annorum, nisi per accidens impediatur.

Partes orbis diuersę à stellis ẽt influũt

Secunda Concl. etiam partes orbis diuersæ à stellis agunt in inferiora primo aliqui proban., quia sunt eiusdem speciei cũ stellis, at quæ sunt eiusdem speciei habent easdem virtutes: verum hæc ratio claudicat in maiore cum multi illam negent vt suse Sax. 2. cæl. q. 19. tum claudicat in conseq. nam etiam si habeant easdem virtutes, tamen actio potest ab vno prouenire, & non ab alio ob defectum alicuius conditionis requisitę ad agendum, sic. n. videmus ignem inferiorem lucere. & non ignem superiorẽ, etiam si sint eiusdem speciei.

Secundo, alij probar experientia, nam cum stellæ distent ab inferioribus non possunt immediate in inferiora agere nisi influendo in orbes medios, ergo orbes medij trãsmittunt actionem stellarum in inferiora per virtutem communicatam orbibus, sed hæc ratio non est ad rem, quia hoc non est agere orbes per virtutem propriam distinctam à virtutibus stellarum, sed per virtutes stellarum receptas in illis vt in medio. 19

Tertio, probarur ex diuersitate formarum nam cuilibet formæ substãtiali debetur aliqua operatio, vt alibi, at partes orbis habent distinctam formam à stellis, ergo habent diuersas operationes.

Tã cęli mobiles, quam empyreum immobile;

Tertia Conclus. hæc influentia conuenit non solum cælis mobilibus sed etiam empyreo immobili, patet ex dictis tr. 4 q. 4. d 5 vbi suse probaui, & solui argumenta aduersariorum.

Conf. alij, quia vnum quodq; corpus cõseruatur ab alio sibi superiore, tamq̃ à loco naturali ergo empyreum conseruat cælos mobiles, eorumq; virtutes roborat sed hæc ratio non placet, nam ex Dur. loc. cit. n. 7. maior intellecta de conseruatione propriè per influxum falsa est, vt patet tum ex igne, qui est locus aeris, & nihil influit in aerem, nam influeret exiccando, vel magis calefaciendo, at vtrũq; destrueret aerem, tum quia non est ratio huius indigentiæ conseruationis; nam vel corpus est incorruptibile, & nõ indiget nisi cõseruatione diuina, vel corruptibile, & indiget Deo conseruante per se, iuxta exigentiam causarum naturalium; si vero intelligatur de conseruatione per accidens .i. impediendo, & remouendo corrumpens, vera quidem est, sed non fit per aliquem influxum positiuum in rem conseruatam.

Secundo, alij confirmant ex vnitate vniuersi, quæ consistit in vnitate ordinis 12. met. tex. 52. at ordo attenditur secundum influentiam superiorum in inferiora, vt patet ex Reib. & exercitus vnitate, & ex Aug. 3 de Trin. c. 4. sed neque valet, tum quia potest vnitas ordinis esse sine influentia vnius partis in aliam, vt patet ex vnitate domus, imaginis, &c. nam sufficit vnitas suis partiũ iuxta exigentiam naturarum, vnde empyreũ erit pars vniuersi, vt tectum eius tum ex statu corporum post diem iudicij, quando cessabit 20

fabit omnis influentia, tum quia dicere pos-sent illud corpus, vt pertinet ad statum su-periorem, ita non pertinere ad vnitatem mũ di inferioris, cum sit habitatio beatorum.

Tertio ex vi actiua debita cuilibet substã tiæ naturali 2.cæl.t.17. 5. eth.7.9.met.t.9s. cum igitur empyreum constet ex forma perfectissima, non debet carere sua vi actiua & ne sit frustra debet exire in actum circa aliquod subiectum. Conf. Bagn. nam cum ipsum patiatur à corpore glorioso, si non ageret esset pure passiuum, atq; adeo ignobilius alijs.

21 Quarta Conclusio hæc cæli empyrei influentia in inferiora non probatur, solum à priori ex virtute actiua debita formæ, sed etiam à posteriori ex eff. ctis, est contra Suar. lo.cit.nu.16.& 17. dicentem probari à priori, sed non à posteriori.

*Influentia cæli Empyrei ad inferiora probatur tum a priori tum è posteriori.*

Probãt primo aliqui ex influxu per lumẽ speciale necessarium ad vnionem animæ rationalis cum corpore, nam sicut ad vnionẽ sensitiuæ requiritur specialis influxua cæli chrystallini, & ad vnionem vegetatiuæ influentia cæli stellati, ita ad vnionem rationa lis influentia empyrei, sed non placet, tum quia ad vniones huiusmodi non requiritur medium subiectiuum, sed tantum dispositiuum, & organizatio, at hæc dispositio sufficienter fit per mixtionem elementorum cum communi influẽtia cælorum, tum quia hæc luminum multiplicatio, nec experientia, nec ratione vlla probatur. Hinc Aristoteles Sol, & homo generant hominem.

Secundo alij probant ex influentia in corpora Beatorum, sed hæc ignotior est, quam empyrei existentia, quod autem Beati delectentur cæli empyrei visione etiam corporea concedunt Theologi; sed pro illa satis est actio intentionalis specierum, & præterea nec illa est nobis nota nisi ex dictis SS. immediate, vel mediate.

Tertio alij probant ex diuersis effectis terræ sub eodem paralello cælorum mobilium, nam videmus in diuersis partibus illius terræ non solum oriri semper diuersos eff. ctus specie, sed etiam eiusdem speciei diuersa indiuidua habentia inclinationes omninò diuersas, quas inclinationes homines nati in illa regione semper habent, at hoc non potest oriri ex influxu cælorum mobilium, quia hic influxus est eiusdem perfectionis, & rationis circa totam illam regionem, ergo erit ex partibus diuersis cæli immobilis, quæ semper eodem modo influunt in partes diuersas illius regionis.

Sed hæc ratio non placet Suar. primo, q̃a repugnat homogeneitati illius corporis, cum hæc diuersa influentia non potest oriri nisi ex diuersis proprietatibus partium, atq; adeo ex formis diuersarum partium exigentibus diuersas dispositiones, quare Ricc. asserens art. 3.q.1 illud esse homogeneum, non consequenter q. 3. asserit diuersas habere influentias. Sed hoc facile soluitur ne-

*...de nã ori ... hæc in... entia.*

22

gando homogeneitatem veram illius corporis, vt rectè Lesius, quia sicut ad perfectionem, & delectationẽ visus pertinet diuersitas in his inferioribus, ita, & in cælo empyreo, & qui dicunt esse homogeneum explicari possunt de quadam homogeneitate apparenti, qualis cernitur in hominis corio, licet homo vere habeat partes ætherogeneas.

Secundo obijcit dicens illam diuersitatẽ non oriri ex diuersis partibus empyrei, sed ex diuersa dispositione partium terræ, & diuersis causis particularibus, tum ex diuersis aspectibus Solis, & aliorum planetarum respectu diuersarum partium secundum diuersam distantiam, vel propinquitatem ad ad orientem, & alias partes orbis, vel secũdum aspectum rectum, vel obliquuum Solis, & aliorum planetarum, & diuersas coniunctiones cum alijs stellis. At quia dispositio terræ semper est eadem in vna regione, ideo in illa semper sunt effectus ijdem, vel habentes easdem dispositiones.

Resp. primo etiam si diuersa dispositio terræ posset sufficere ad effectus magis, vel minus perfectos, vt quod inter amnes Acheloum, & Nestum leones procreentur longe præstantiores, quam in Syria, vel Africa ex Plin. lib.8.c.16.& in Hungaria Europæ sub latitudine 47. graduum equi velocissimi gignantur, quam in alijs partibus eiusdem latitudinis, tamen non sufficit hoc ad saluandum cur in vna regione oriantur aliquæ species, nam licet partes terræ sint vario modo dispositæ, tamen cum illa dispositio sit secundum easdem qualitates vario modo combinatas facile reperiri posset in alijs regionibus, etiam si non secundum eandem indiuisibilem combinationem, ergo in omnibus regionibus saltem sub eodem paralelo posset gigni ijdem speciei effectus contra experiẽtiam, nam simiæ quasi innumeræ procreantur in Mauritania, & non in alia regione eiusdem latitudinis, similiter arbores, & fructus, & alij effectus, qui in vna regione producuntur, & non in alia, etiam si transferantur cum eadem terra intra aliquod vas. 23

*Dispositio varia partiũ cæli mobiliũ cũ diuersita te aspectus est causa effectuum magis, vel minus perfectorum.*

Secundo quia etiam si diuersitas perfectionis eorundem speciei effectuum oriri possit ex varijs dispositionibus partium terræ eiusdem climatis, tamen hæc varia dispositio oritur etiam à cælis habentibus varios aspectus, sed non potest esse varietas aspectuũ cælorum mobilium, quia idem terræ tractus & clima semper respicitur eodem modo à cælis mobilibus successiue, quia aspectus illorum transit per omnes illius climatis partes, ergo vniformiter ab illis disponitur, atq; adeo illa varia dispositio debet referri in partes cæli immobiles, quæ respiciunt semper easdem partes eodem aspectu, & diuersa diuerso aspectu.

Dices hinc sequitur posse deueniri naturaliter in cognitionem cæli empyrei. Resp. Bagn. negando conseq. quia nec scimus na-

 tu-

turaliter omnes effectus, neq; eorum, quos scimus, cognoscimus propinquas, & adæquatas causas.

Ego Resp. primo concedi posse ex illis effectis deueniri in cognitionem cæli alicui' immobilis, sed non, quod sit sedes Beatorũ, & habens tantam pulchritudinem, quanta illi à Theologis tribuitur.

24 Resp. secundo aliud est aliquid naturaliter cognosci præciso lumine supernaturali, aliud posita alicuius rei reuelatione, naturali lumine multa ex illo inferri, vnde licet visis huiusmodi diuersis effectis præcisa cognitione supernaturali non potuisset cognosci oriri à cælo empyreo, quia non potuisset aduerti ex illo oriri, sed aliam causam inquisiuisset, tamen posita cognitione illius cæli facile potuit aduerti oriri ex illo, ita enim quantitatem distingui à substantia realiter ex Sacramento Eucharistiæ cognouimus.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur Argumenta aduers.*

25 AD Argumenta primæ opinionis patet ex dictis, non moueri frustra, quia satis est, quod moueantur ad applicanda astra ad diuersas partes terræ, quæ astra habent diuersas virtutes à partibus orbis, & ab alijs astris,

Ad argumenta secundæ opinionis ad primũ Resp. cælos agere non solum per motũ, sed etiam per lumẽ, & alias virtutes, vt infra: At instant licet habeant cæli alias virtutes, tñ non possunt agere nisi sint moti 8. phys. t. 35. vnde dixit Rabbi Moyses apud Fland. cælum esse in vniuerso, vt cor in animali, quo ad horã quiescẽte, omnia desinerẽt esse, neq; dicas satis esse moueri motu alterationis, & nõ requiritur moueri localiter, tũ quia si cæli alterarentur essent corruptibiles 1. cæl. c. 40. tum quia cum motus localis sit omnium primus 8. phys. 55. eo ablato, cæteri auferuntur nam remoto priori remouentur etiã posteriora. Resp. D. Thom. loc. cit. quod sicut Angeli assistẽtes influunt in medios, & vltimos, qui mittuntur, licet ipsi non mittantur ita cælum empyreum in alios licet ipsum non moueatur, nam ex Bag. ibi distingui potest secundum D. Thom. q. 5 de pot. art. 8. duplex motus, vnus conueniens corpori ratione sui: alter conueniens ratione corporis superioris, vt patet ex motu diurno, & proprio cælorum mobilium, quare empyreo non potest conuenire mouere nisi ipsũ moueatur ex natura propria ac ex participatione naturæ superioris s. substãtiarum separatarum, vt .s. principia secundorum finibus primorũ cõiungantur ex Dion. c. 7. de diu. nom. vnde ait corpus non mouet nisi motum, intelligi de motu proprio corporis, non tamen quando mouet ex participatione alterius naturæ ego Resp. non esse necessarium vt agat moueri localiter, nam vt

Motus localis non est

vnitas præcedit multitudinem ita vniformitas quietis præcedit difformitatem motus quare vt datur corpus, influens per motum, ita debet dari influens per quietem, quod est prius altero: vnde Arist. propositio vario modo explicatur à Themist. 1. de an. c. 17. Zim. Theor. 94. Cap. 2. d. 14. q. 1. Caiet 1. p. q. 3. art. 1. Ferr. 2. contr. Gent. c. 10 Coinmb. 8. phys. c. 4. q. 1. art. 4. ad. 3.

necessarius ad astrorum influxus.

Primo Caiet. putat intelligi de motu actu vel potentia, nam constat de actuali motione intellectam esse falsam cum magnes moueat immotus, & nix immota frigefaciat, & coloratũ imoueret visum, quę tamen omnia moueri possunt sicut alia, quæ sunt eiusdem speciei cum ipsis, & actu mouentur. 26

Secundo alij intelligunt de mouente, motu locali actuali nam ex D. Thom. 1. contr. Gen. c. 20 mouens, & motum debent esse simul, at constat vnum non posse vnum localiter mouere aliud nisi ipsum moueatur, nam alioqui si vnum tantum moueretur desinerent esse simul, neq; magnes mouet localiter immediate, sed alterat ferrum producendo qualitatem motiuam, quæ immediate mouet ferrum, ex Auer. 7 phys. com. 10.

Resp. 3. Cap. intelligi de corpore, quod debet mouere motu transmutationis materiæ ad formam substantialem actu vel potentia proxima, quare non mirum si magnes trahit immotum, quia non transmutat substantialiter ferrum, vnde empyreum agit ex participatione substantię superioris, cuius est illuminatio, quæ non exigit motum, non tamen actione transmutatiua substantialiter, & addit magnetem moueri tum localiter dum approximatur, tum per alterationem ex vi cælorum, à quibus, recipit virtutem alterandi alia.

Magnetis tractio. 27

Sed mihi non placet, nam Aristotiles videtur loqui de motu locali. secundo, quia cęlum empyreum ex dictis transmutat inferiora substantialiter.

Quarto Arg. 2. d. 14 q. 1. a. 2. intelligit per motum dependentiã in agendo, nam est solum conditio primi principij mouere non motum idest independenter ab alijs, cum nullum supponat principium prius, & sit principium aliorum, siue quo ad esse simpliciter, vt in Deo, siue, quod esse mensuratum vt in alijs, nam albedo est prima color, & mensura alios, quare cessante albedine non cessarent alij colores secundum existentiam simpliciter, sed secundum quid idest quantum ad esse mensuratum.

Resp. 5. Ferr. loc. cit. propositionẽ intelligi de omni genere actionis, aliquid siue de nouo producentis, siue de nouo conseruantis, positis his conditionibus. prima. quod corpus de nouo agens non aliter se habeat nunc, quam prius quoad virtutem actiuam 2. quod neq; ex parte passi sit facta mutatio. Nam si calefactiuum calefacit passum nunc quod prius non calefaciebat, id esse non potest nisi vel sit aucta virtus actiua, vel

dispo-

dispositio passi, vel, quia inter se nunc sunt proxima, cum prius essent remota, cum igitur ponatur noua actio, & supponatur non esse factam mutationem in virtute actiua, & passiua, necessario erit facta in propinquitate, hæc autem fieri non potest naturaliter sine motu locali ergo nullum agens potest de nouo edere aliquam actionem nisi moueatur localiter, At cælum empyreum non indiget motu, tum quia eius actio non est noua sed à sui ortu per actionem coæuam sibi agit in orbē sibi proximum, & reliquos, tum quia etiam si esset actu noua satis esset motus localis quo passum moueatur, & influentia illius cæli approximetur, nam hoc sufficit, vt agens, & passum sint simul.

Sesto ego Resp. Aristotelis propositionē intelligi de mouente localiter immediate,
28 quia hoc corpus non mouet localiter nisi motum localiter, ita Auer. 8. phys. Com. 3. Zim. Theor. 94. nam inde Aristoteles probat primum motorem non esse corporeum nam si esset corporeus non esse immobilis, quia corpus non mouet nisi moueatur. Neq; obstat motus ferri ad magnetem, quia hic nō mouet immediate localiter, sed mediante virtute motiua à se producta vt Sol mouet vapores ipsos leuigando, sic etiam medicamenta expellunt vel trahunt humores, & membra alimenta, nam producunt virtutem aliquam motiuam in rebus motis.

Corpus non mouet, nisi moueatur.

29 Licet si proprie loqui velimus inter hæc non sit attractio, sed alteratio, nam attractio proprie est cum trahens mouetur cum re attracta, vt patet ex motibus voluntarijs, & aliquibus naturalibus, ob quod in membris sunt musculi, & nerui quædam fila, quibus trahuntur membra, vt patet ex anatomia Brachij, Neque motus, quibus mouentur trahens, & tractum debent esse necessario eiusdem speciei, nam satis est conuenire in genere motus localis, neq; est necessarium, vt motus sint æque veloces, quia trahens mouetur velocius secundū aliquos vnde mouens alia motu alterationis, non necessario debet localiter moueri nisi sit illi necessaria applicatio ad passum, vt dicebat Ferr.

Ad 5. Conf. Resp. maximam distantiam suppleri à maxima actiuitate illius corporis quod est immensæ magnitudinis, & perfectionis.

Cæli empyrei duplex finis intrinsecus, & extrinsecus.

Ad 2. cælum empyreum esse quidem à Deo productum vt sit sedes Beatorum tamquā propter finem extrinsecum, qui dicitur operantis, non tamen propter finem operis, qui est intrinsecus rei, nam finis primarius rei non est finis operantis, sed is ad quē ex natura sua est ordinatus, quælibet. n. entitas primario ordinatur ad suam operationem 3. de anim. 45. & ideo ex natura sua habet connexionem cum alijs rebus ad fines naturales ordinatis, licet ab agente sit primario ordinatum ad finē supernaturalē.

Resp. 2. Arg. loc. cit. ad 4. quæ ordinantur ad diuersos status habentes subordinationem debere esse connexa, cum igitur status viatorum sit subordinatus statui Beatorum meritu hæc inferiora ordinata ad statū viatorum debent esse connexa cum empyreo ordinato ad statum Beatorum. & hinc fit vt debeat influere empyreum in hæc inferiora pertinentia ad statum viæ.

Dices quid influat cælum in hæc inferiora.

Resp. Fland. influere perpetuitatem, & inuariabilitatē rebus secundum esse earum substantiale, sicut enim motus diurnus est causa perpetuitatis motus in inferioribus, & motus obliquus diuersitatis generationis, & corruptionis, ita cælum quiescens stabilitatis rerum, nam omnis effectus habere debet causam per se at causa immutabilitatis non potest esse causa mota, ergo erit quiescens cuiusmodi est cælum empyreum.

Cælum quid influat in inferiora.

Sed non placet Conimb. nam non apparet, quæ sit hæc stabilitas rerum secundum esse substantiale, quæ non conueniat rebus ab intrinseco vel à Deo conseruante.

Resp. 2. Conimb. effectus illus esse occultos,
sed non placet, quia tum ex illis non 29
posset probari existentia empyrei.

Ego Resp. effectus, qui fiunt in aliqua regiune, qui non fiunt in alia eiusdem latitudinis, & climatis, vt diximus

Dices secundo. An ad illos effectus concurrat Empyreum præcise, an vero constellatio omnium orbium, quatenus habent oēs simul coniuncti talem aspectum, respectu talis partis terræ.

Resp. Suar. n. 57. cælum Empyreum in-
fluere in inferiora coadiuuando, & cooperā- 30
do cum alijs astris, & orbibus, nec habere specialem effectum distinctum ab illis, qui sunt ab alijs cælis, quorum influentia fit efficacior, vel temperatior ex influxu Empyrei. Sed non placet, quia hac ratione non saluatur influxus Empyrei determinatus circa diuersas partes terræ.

Ego Resp. concurrere quidē ad effectus cum alijs orbibus, sed effectus aliqui peculiares tribuuntur Empyreo, quatenus illi effectus non possent esse sine concursu illius sicut in cognitione vitalitas est à potentia, & talis obiecti representatio est à specie: vel si alicui id non placet dici potest ad dispositionem illorum effectuum concurrere omnes orbes secundum qualitates illis proportionatas, at vero ad spetialem qualitatem completiuam dispositionis vltimę, & ad substantiā formæ concurrere solum Empyreum, quia in eius virtute continetur talis effectus.

Omnes orbes cum empyreo ad effectus inferioris concurrunt.

Dices tertio, si cælum concurrit per partes quiescentes, in singulis regionibus de-
berent esse particulares aliqui effectus, sicut 31
ibi est particularis influentia empyrei.

Resp. primo concedendo nam semper in singulis sunt aliqua, quæ vel simpliciter, vel non cum tanta perfectione, reperiuntur in alijs.

Resp.

Resp. 2. negando conseq. quia empyreum habet partes aliquas homogeneas, quæ æqualiter influunt in varias partes terræ, vnde ibi non sunt dissimiles effectus.

## QVAEST. IV.

*Per quæ instrumenta cæli influant in hæc inferiora.*

1 Resp. communiter esse tria. primum est lumen, 2. motus 3. influentia, quæ cũ careant speciali numine, retinent nomen generis.

## QVAEST. V.

*De lumine Cælorum.*

Lumen tripliciter con siderari pot.

DE lumine triplex potest esse considera ratio, vna de eius natura, causis, & speciebus, altera de eius visibilitate, tertia de eius actiuitate, hic tertium expediemus cũ pertineat ad cognoscendum cælorum influxum cætera pertinet ad libros de anima vbi DD. & Bagn. 1. p. q. 67. Conimb. 2. cæl. c. 7. q. 2. & seq. Sax. q. 20. Achil. 4. de orb. d. 2. Incertus auctor post Iand. q. 14. de sub orb. Piccol. tr. de cæl c 28 Argent. Scotus & alij 2. d. 13. fuse ibi D. Thom. Ægid. q. 1. & p. 2. Examer. c. 8. & seq. & 2. de anima t. 67. d. 1. 2. & 3. q. 1. Bonau. & alij.

### DVBITATIO I.

*An stellæ habeant aliquod lumen ex se, an vero totum recipiant à Sole.*

### ARTIC. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

Naturâ formæ acciden talis.

PRimo Not. hic supponi lucem non esse formam substantialem alicuius corporis sed accidentalem; vt patet quia aduenit cor pori iam constituto in sua specie, neq; enim, quod vni est accidens physicum, potest esse alteri substantia, quia inhærere, & subsistere non possunt eisdem conuenire, nam licet aliqui supradicti Doctores dicant lucẽ esse aliquibus substantialem, tamen patet ibi accipi lucem fundamentaliter .s. pro essentia, ex qua lux fluit, at nos accipimus formaliter pro ipsa forma, quæ dicitur lux, quæ comparata ad suum subiectum reddit illud formaliter lucidum, at respectu aliorum, quibus se communicat effectiue, reddit subiectum formaliter actiuum. Legẽdus Aristotiles 2. de anim 69. vbi Doctores Scotus 2. d. 13. q. 1. & seq. vbi Mairon. Arg. & Dur. q. 1. D. Tho. 1. p. q. 67. artic. 2. vbi Bagnes. & alij.

Secundo Not. ex Tol. 2. de anim. q. 28. hanc qualitatem varia sortiri nomina, nam 2 dicitur lux, vt est in corpore, à cuius essentia fluit, secundo lumen vt est in subiecto, respectu alicuius extrinseci agentis, tertio radius, & est splendor, qui à corpore lucido procedere apparet, vt optime Phil. 2. cæl. cõ. 44. Hic autem radius diuiditur in rectum, reflexum, & fractum, seu refractum, qui est cum transit per subiecta habentia diuersitatem secundum densitatem, & raritatem, vt alibi fusius; quarto dicitur splendor, qui per reflexionem radiorũ ad corpus tersũ, & politum consurgit. Hinc falluntur, qui dixerunt esse corpus, quia cum per omnia diffundatur, omnia penetraret, præcipue perspicua.

Secundo, falluntur, qui cum Proclo dixerunt esse ignem, quia non posset manere 3 intra glaciem, & aquam, nam extingueretur. Confirm. quia cum effluat à sole, esset iam solis substantia exhausta; neq; necessarium est omnes qualitates habere contrariũ, neq; omnes inhærere subiecto permanenter sine conseruante; neq; proprie radij refranguntur, vel reflectuntur, sed translatitie, vt alibi.

Tertio, quæ habent in se lucem radicatã permanenter, dici actu lucida, quæ autem sunt in se receptiua luminis à corpore lucido; dici Diaphana, vt aqua, & aer, at neutrũ habent opaca: quæ autem tersa, & polita, & radiorum reflexiua, dici splendida, vt æs, & argentum, &c.

### ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium, supremum cælum esse omnino lucidum secundum se, & omnem eius partem, in quo sunt quędam foramina alia maiora, alia minora, per quæ videntur partes aliquæ illius cæli lucidi, & illa pars, quæ videtur per foramen maius dicitur Sol, & quæ videntur per minora 4 dicuntur alia astra, & secundum quod illa foramina mouentur vna cum cælo, in quo sunt, oriuntur, & occidũt, & hinc illas partes lucidas nunc videmus in oriente, nunc in occidente, quare hæc opinio negat stellas esse partes densiores orbium, ita quidam Antiqui.

Secunda opinio est dicentium cælum esse immobile, sed illi assistere intelligentias, quę mouentur per cælum, nunc voluntarie vni parti assistentes, nunc alteri, quæ partes ex illarum assistentia luminosa fiũt, & apparent vt stellæ, ita quidam Platonizantes.

Tertia opinio est dicentium stellas esse quidem partes densiores orbis, sed omnes 5 habere lumen ex se, & non mendicatum à Sole, præter Lunam, quæ totum habet à Sole ita Macrob. & Auic. apud Sax. 2. cæli q. 20. qui putat posse problematice defendi, se

ſequitur Mirand. lib. 3. contr. aſtrol. c. 11. & Philal. 2. cæl. poſt context. 53. & 54. in quæſt. tribuuntur Antiphonæ apud Plut. 2. de plac. c. 28.

Prima pars prob. primo Scalig. exerc. 62. cælos alios eſſe tranſlucidos, vt orbes alios opacos, & ex his alios lucidos, alios nõ vt Luna, lucidorum alios ſua contentos luce vt ſydera, alios etiam alijs dantes, vt Sol. Auer. 2 cæl 49. & tribuitur Alb. lo cit. tribuit D. Thom. de ſpirit. creat art. 8. ad 12, vbi ait in diuerſis aſtris eſſe diuerſæ rationis Georg 2. cæl. q. pen. d. vlt. plures alios citat Mendoça lib. 4 Virid. prob. 40. quia ſicut Luna, quia recipit lumen à Sole per acceſſũ & receſſum illius à Sole nunc creſcit, nunc decreſcit, ita deberet conſimile incrementũ, & decrementum videri in alijs, at hoc non apparet.

Conſ quia ſi Venus, & Mercurius ſub Sole exiſtentes non haberent ex ſe lumen, ſed à Sole eſſent ex ſe tenebroſi, tunc per interpoſitionem Veneris, vel Mercurij inter noſtrum viſum, & Solem, deberet Sol eclypſari, vt per interpoſitionem Lunæ, quod tñ non fit.

Conſ. ſecundo, quia ſicut Luna patitur eclypſim, ita etiam alia ſydera per interpoſitionem terræ inter Solem, & alia ſydera, at nunquam videmus Saturnum, Iouem, Martem, & cætera ſydera eclypſari.

Conſ. tertio, nam quæ ſunt ſupra Solem non poſſunt illuminari à Sole, quia inferiora non influunt in ſuperiora, ſed potius contra eo quod corpora quo ſuperiora, eo nobiliora, ergo ſi Sol habet lumen ex ſe, multo magis ſuperiores ſtellæ id habent.

Conſ. quarto quia ſequeretur lumina aliorum aſtrorum calefacere, & exiccare ſicut lumen Solis, cum lumen aſtrorum non ſit aliud à lumine Solis.

Conſ quinto, quia lumina eiuſdem rationis debent eſſe eiuſdem apparentiæ, at non ſic apparent, nam lumen Martis eſt ſimile lumini ignis: Saturni eſt pallidum .i. ſimile albedini tendenti ad plumbeitatem, & ſic alia habent diuerſas apparentias.

Conſ. ſexto ex Alb. nam corpus purum, & diaphanum, vt appareat lucidum non indiget niſi vt condenſetur, ſicut apparet in quibuſdã lapidibus ꝑtioſis, ſed totus orbis eſt purus, & clarus, ergo non indiget alio, vt luceat, niſi vt ſpiſſetur, quales ſunt ſtellæ omnes,

Secunda pars prob. nam Luna ab Ariſtotele comparatur terræ, quæ eſt tenebroſa. Conſ. Scalig. quia in nouilunio pars ad nos verſa, quia non illuminetur à Sole, videtur omnino tenebroſa, neq; dicas habere quidem lumen, ſed à nobis non diſcerni ob præſentiam maioris luminis, nam eadem ratione dum Luna incipit eclypſari non deberet videri lumen in parte eclypſata ob præſentiam maioris luminis in parte illuminata.

Conſ. ſecundo fruſtra eſſet lumen intrinſecum cum illud habeat à Sole, & maius.

Conſ. tertio, quia vel ſunt hæc lumina eiuſdem ſpeciei, & tunc duo accidentia ſolum numero differentia eſſent in eodem ſubiecto, vel diuerſæ, & non apparet vnde ſit cum ex vi cauſæ effectiuæ diuerſæ oriri poſſint effectus eiuſdem ſpeciei.

Hi tamen inter ſe diuiſi ſunt in explicando medio, quo Luna recipiat lumen à Sole: Nam quidam negant recipi in profunditate Lunæ, ſed reflecti à ſuperficie ad inferiora vnde videtur lucere .ſ. per lumen Solis, ſicut videtur lumen, quod reflectitur à ſpeculo, cum Luna ſit perfecte leuis carens omni aſperitate magis, quam quodlibet ſpeculum.

At alij putant recipi in profunditate, nam 7
cum Luna ſit corpus perſpicuum, & tranſparens, vel totum, vel ſaltem circa partes proximas ſuperficiei, in eius profunditate recipitur, licet forte propter magnitudinem illius lumen Solis non poſſit totum illum penetrare, ita vt æquè intenſum appareat lumen lunare in parte verſa à Sole, ſicut in parte verſa ad Solem, vnde fit lumen Lunæ quod videmus non eſſe ſolum lumen Solis reflexum ſupra corpus Lunæ, ſed illud quod eſt inhibitum, & incorporatum Lunæ.

Alij vero dicunt Lunam non eſſe actu lucidam, & de ſe aptam mouere diaphanum ſed eſſe in potentia propinqua per ſuàm naturalem diſpoſitionem ad luciditatem, quæ potentia reducitur ad actum luciditatis per lumen Solis cadens recta ſuper illam, ſicut colores non ſunt in actu ſufficienti ex ſe ad mouendum viſum, ſed fiunt actu ſufficienti per lumen cadens ſuper illos.

Quarta opinio eſt dicentium omnia aſtra præter lumen proprium recipere lumen a Sole, ſiue ſint Sole ſuperiora, ſiue inferiora eſt Ariſtotelis 2. cæl. & lib. de prop. elem, apud Saxoniam, & Alb. Magnum 2. cæl. tr. 3. c. 6 Conimb. c. 7. q. 4. Sax. & Piccol. loc. cit. auctor incertus poſt land. Vrtad. diſp 2. de
cæl. prop. ſect. 5. Plin. l. 2. nat. hiſt. c. 6. Sol 8
lumen ſuum cæteris quoque ſyderibus ſænarat ex Homèro, Angeſtus d 6. fol. mihi 40. Card. 3. de ſubtilit. Achil. lib. 1, de orb. d. 2 & fuſius lib. 4. d. 2. vbi addi Venerem, & Mercurium non hubere principale lucem à Sole, & ſic proportionaliter dicendũ de alijs ſtellis, vide Mendozam lib. 4. Virid. prob. 40. qui putat hanc opinionem conuenientiorem, ſed contrariam magis conſonã mathematicis legibus ex Clauio in c. 1. ſphæræ his rationibus, quod proprium lumen in tenebris appareret in eclypſi, & nouilunio, vel dum eſt corniculata, & ibidem probl. 41. diſputat Mendoza, an recte numeretur inter duo luminaria magna. 9

Hi inter ſe diuiſi ſunt, nam alij volunt nullum cælum, vel ſtellam, ex ſe eſſe luminoſam, ſed totam habere à Sole, quia in omni genere eſt deuenire ad vnum, quod ſit metrum, & menſuram omnium illius generis, quare idem dicendum in genere luminoſorum

rum, quod detur primum, cuiusmodi est Sol, & hinc Aristoteles dixit Sol, & homo generant hominem, & nihil dixit de alijs stellis, siue quia quidquid habent acceptū referre debent à Sole, siue quia modicum illud est ita astronomi, & tribuitur Cleomedi, & Antiphonti apud Conimb.

Alij vero putant stellas habere præter lumen à Sole receptum, aliquid luminis ex se, orbes vero solum habere lumen à Sole.

At alij putant iam orbes quam stellas habere aliquid luminis ex se, licet lumen maius recipiant à Sole ita communis Conimb. incertus auctor post Iand. Vrtad. loc. cit. nu. 43. neque obstat, quod ante productionem lucis, & luminarium essent tenebræ super faciem abyssi, nam erat perexiguum, & in materia rara non lucebat, nam secundum omnes empyreum tunc erat productum, & tamen erat lucidissimum ex D. Thom. 1. p. q. 66 art. 3. & tamen tenebras non dissiciebat propter eius raritatem, sicut aer illuminatus non terminat visionem propter eius raritatem, vt aliqui dicunt apud Vrtadum de qua re nos alibi, & sequitur Angelus ex Durand. qui dicit empyreum dici lucidum non quia radiosum, nam à nobis conspiceretur, sed quia in sui compositione est lux admixta, sed sine tanta partium densitate, quæ est necessaria vt terminet visum.

At alij deniq; putant orbes, & stellas omnes habere lumen radicaliter ex se: lumen vero formaliter, vt habet rationem formæ partim habent ex se, partim à Sole, & idem dicitur de lumine, vt habet rationem formæ actiuæ, sed cum hoc discrimine quod lumē conueniens astris ab intrinseco est valde exi-
10 guum, quod vero ab extrinseco Sole est multo maius, vnde fit, vt astra sint visibilia, & actiua sensibiliter.

## ARTICVL. III.

### Opinio Authoris.

11 Prima Conclusio astra habent aliquid luminis ex se.

*Astra lumen habeat ex se independenter à Sole.*

Primò patet ex Luna, quæ videtur totum à Sole lumen recipere, & tamen habet aliquid luminis ex se, vt patet in ipsius eclypsi, cum tunc rubeat, qui rubor non posset esse nisi aliquid luminis in se conseruaret, ergo idem dicendum de alijs astris.

Resp. Scalig. exerc. 62. negat rubere. dū est in sua vmbra ex vi luminis intrinseci, nam Lunæ pars à Sole auersa, vt nouilunio non videtur rubens, cum tamen sit in vmbra sua, immo etiam sui, nam ipsa sibi eam facit vmbram, & tamen deberet rubere si haberet lūmen intrinsecum, quare in nocte si propriū lumen haberet aliquid pone lucis ostēderet sed illum ruborem habere dum est in vmbra terræ, quia est in Mucrone pyramidis à primis Solis radijs pauxillum distans, & in secundis sita, quæ enim sunt in primis illustriora videntur, quæ vero in secundis sub illustria, & hoc accidit Lunæ.

Sed contra, quia ille rubor apparet dum Luna est non solum in mucrone, sed etiam in Basi pyramidis, quod autem non appareat dum non est tota eclypsata, sed corniculata, vel alia ratione partim illustrata, id oritur ex vicino lumine partium, a quo aliquanto plus illustratur, vt iam color talis non appareat cum rubor color accedat ad nigrum, in quo est minimum lucis, vel dicendum cum Conimb. art. 3. ad secundum ideo in nouilunio, vel dum est corniculata secundum partem, secundū quam est auersa à Sole, & nos respicit nō apparet rubra quia interdiu pars illuminata à Sole, esto aliquid luminis ex se habeat, nimio splendore obscuratur, sicut aliæ stellæ, & nocte partes non illuminatæ superantur, & obteguntur illuminatarum fulgore, qua ratione eadem Luna cum nimis splendet, vicinas stellas occulit.

*Lunæ rubor quid sit.*

Conf. quia aliquando pars non illuminata apparet pallida.

Secundo probat Scalig. exer. 64 quia sydera non mutant figuram, vt mutat Luna, ergo ex se lucent, sed hæc ratio non probatur alijs, quod Venus, & Mercurius mutent vt apparet ex vsu Tubi optici, tum quia id oritur, nam semper eodem modo illustrantur à Sole, cum vmbra terræ non pertingat ad sydera superiora.

Tertio probant, quia astra habent diuersos effectus in inferioribus, ergo non agunt per lumen Solis tantum, quia hic cum sit in omnibus eiusdem rationis, deberet habere in omnibus effectus eiusdem rationis, ergo dicendum est præter illud habere propriū lumen, quod admixtum cum alio determinet illud ad tales, vel tales effectus. Sed Respondere potest effectus diuersos oriri non ex lumine, sed alijs virtutibus stellarum, vel si non datur alia virtus actiua præter lumen, dicendum est oriri ex lumine diuerso modo recepto in astris diuersis.

Quarto quia stellæ apparent luminosæ, ergo illis cōuenit lumen ab intrinseco, quia accidens, quod subiecto semper conuenit est illi connaturale, & per se, atque adeo cōuenit ab intrinseco, nam si non conuenit per se, conueniret per accidens, quod autem per accidens conuenit non semper conuenit. At inquies inde sequeretur totum lumen habere ab intrinseco, quia totum lumē habent semper, & inuariabiliter; Resp. id non concedi de omnibus stellis vt infra, ex quibus ducitur argumentum ad reliquas, quibus lumen totum conuenit inuariabiliter. 12

Quinto alij Sol est lucidus, ergo etiam aliæ stellæ, quia omnes sunt eiusdem naturæ, sed si intelligant de natura specifica, falsum est, nam deberet conuenire lux in eodem gradu intensionis alijs, vt conuenit Soli alioqui esset in statu innaturali, quare intelligen-

ligenda eſt de identitate naturæ genericæ, quare ſicut inferioribus primæ qualitates abſolute omnibus conueniunt, ſed ratione ſpecificarum naturarum conueniunt ſecundum diuerſos gradus intenſionis, ita cæleſtibus omnibus eſt lux commune accidens, ſed ſingulis appropriatur ſecundum diuerſos gradus.

Sexto prob. nobiliori corpori debetur nobilior qualitas inter corporeas, ſed ſtellæ ſunt nobiliora corpora, ergo debetur nobilior proprietas, cuiuſmodi eſt lux inter qualitates corporeas, maior patet ex proportione inter eſſentiam, & proprietatem requiſi-

13 ta. Confir. quia videmus lumen conuenire igni, & aliquibus mixtis vt noctilucis, & putrida ligna videmus noctu lucere ergo.

Conf. ex ratione Alb. nam corpus purum diaphenum eſt ſecundum ſe lucidum, nam vt luceat, & illuſtret alia non indiget niſi, vt ſpiſſetur, vt patet ex aliquibus lapidibus pręrioſis, ergo ſtellæ cum ſint partes ſpiſſiores orbis habet ex ſe lucem.

Etiam orbes aliquod luminis habent.

2. Conf. orbes habent in ſe aliquid luminis licet ob raritatem non luceant vt ſtellæ probant aliqui, nam ſi aſtra illud habent, ēt orbes illud habere debent quia ex 2. cæl 4r. ſunt eiuſdem naturæ, ibi enim probat ex figura ſpærica, & motu proprio vnius, omnes eſſe tales, quæ ratio ſupponit eſſe eiuſdem naturæ ſpecificæ; ſed hæc ratio ſupponit falſum, quare ſi quam vim habet debet fundari in identitate generica, ob quam habere debent aliquam proprietatem omnibus communem, cuiuſmodi non eſt niſi lux, vt dictum eſt ſupra ratione quinta.

Secundo probatur ex 6. ratione ſuperioris concluſionis, nam habet vim etiam in orbibus ob eorum nobilitatem.

Dices non illuminant alia ergo non habent in ſe lumen. Reſp. negando conſeq. nā conſtat orbes habere in ſe lumen ſaltem à ſole illis communicatum, quare per illud illuminarēt ſi haberēt alia requiſita cuiuſmodi eſt denſitas, quæ eſt neceſſaria, vt lumino-

Lumen actiuum in ſtellis, non in orbibus.

ſum communicet alijs lumen. Hinc doctores aſſerunt lumen cõmunicans, ſeu actiuum proxime non eſſe in orbibus, ſed in ſtellis præcipue in ſole, nam corpus diaphanum, vt luceat debet condenſanri 2. de anima 72. vnde aqua in glaciem congelata lucet.

14 Dices ſi orbes haberent lumen viderentur. Reſp. negando conſeq. quia vt lucidum immutet viſum debet eſſe condenſatũ, vnde aer illuminatus non lucet propter raritatem ſicut etiam ſtellæ in die etiam ſi ſint lucidæ non videntur ob aliud impedimentum .ſ. quod medium eſt immutatum à ſpetie maioris luminis, vt Scalig. loc. cit. & nos alibi.

Reſp. ſecundo eſſe problema an orbes videantur. Reſp. aliqui videri nam conſtat exiſtente aeria ſerenitate percipi per viſum aliquid aliud ab aſtris,

Conf. quia influunt in inferiora, ac hic influxus eſt vi luminis.

At alij dicunt non videri, nam ex perſpectiuis nihil poteſt videri, niſi per mediũ rarius, & magis diaphanum obiecto viſo, ſed aer eſt denſior orbibus, ergo, Conf. quia ſtellæ in die nõ videntur, ergo multo minus orbes ſed vtriuſq; opinioni argumēta ſoluuntur, vnde ad argumenta affirmantium Reſp. non percipi cælum, ſed aerem intermedium 15

Cælum non percipitur, ſed immediate aer illuminatos ab extrinſeco.

illuminatum à Sole, & alijs aſtris, quem propter diſtantiam iudicamus continuari aſtris vel ſecundum alios obiectum viſum eſſe media regionem aeris denſam ob frigiditatē Ad Conſ. Reſp. radios illos diffuſos non eſſe ſufficientes cauſare viſionem, ſicut nec radij ſtellarum præſente lumine ſolis, ſiue id oriatur ex medio, ſiue ex potentia, quæ affecta ſpetie maioris obiecti non percipit minus de quo lib. de anima.

Sed ad argumenta negantiũ videri Reſp. concedendo cælos eſſe denſiores aere, & igne intermedio vt patet ex galaxia præſertim cum multi tribuant igni ſummam raritatem poſſibilem.

Ad Conſ. Reſp. videri quidem cum non impediatur diffundere ſpeties, ſed non diſcerni ob maius obiectum viſum, vnde ab exiſtente in puteo diſcernuntur ſtellæ, quia eius oculus non immutatur Solis lumine.

Dices hinc tollitur debita ſubordinatio plurium ad vnum principium cæteris nobilius, à quo cætera habeant eſſe participatum ab illo primo in illo genere, nam cum Sol ſit fons luminis, non omnia participarent lumen à ſole, atq; adeo non omnia luminoſa reuocarentur ad vnum, quod eſt primum in illo genere Conf. quia ſol dicitur quaſi ſolus lucens, Conf. 2. quia ſtellæ ſecundum, diſtantiam, quam habent ad Solem accipiũt diuerſitatem ſuorum motuum, ſicut eſt ſtatio retrogradatio, & directio ergo etiam ab ipſo recipiunt lumen.

Conf. 3. quia vt in mundo minori cor dat omnibus membris influentiam vitæ ita in mundo maiori ſol tanq̃ cor debet in omnia influere lumen, quod eſt vitale quid.

Reſp. primum in vnoq; genere eſſe cauſam aliorum non effectiuam, ſed menſuratiuam, & hac ratione omnia vnius generis reuocantur ad vnum primum in illo genere vt patet ex coloribus, quorum nobilior eſt albedo, & tamen hæc non eſt cauſa effectiua aliorum colorum ſed menſuratiua.

Ad Confir. dicitur ſolus lucens, quia eſt fons principalis luminis, comparatione eius omnia lucida ſunt quaſi tenebroſa, vt creaturæ dicuntur non entia reſpectu Dei. 16

A primo mobili omnes orbes motũ participare

Ad 2. Reſp. id eſſe, quia motus maxime apparet in ſole præſertim diurnus, quē omnes orbes participant à primo mobili, ſed menſura illorum, motunm eſt a motu ſolis vnde potius oppoſitum probari poſſet. R. 2. ſicut motum diurnum habent ab vno ita lumen maximum à ſole, & ſicut in orbibus eſt etiam motus proprius ita, & in aſtris lumen proprium.

Ad

Ad 3. seruari quodamodo proportionem quia omnia illuminantur à sole tamqꝫ à corde, licet sit dissimilitudo sm̃ quid, quia astra præter lumen extrinsecum habent intrinsecum, & ratio discriminis, quia in homine est maior vnitas, quam in mundo magno, in quo est vnitas per accidens.

Tertia Concl. Luna illuminatur à sole, patet ex ipsius eclypsi, quando inter ponitur
17 terra, inter ipsam, & solem, ergo lumen eius pendet à Sole, nam si non penderet, & totũ haberet ex se, ex illa terræ interpositione, non impediretur eius illuminatio, neque dici potest rationabiliter cum terra est in tali situ Lunam ad nos vertere partem obscuratam, cum variatio luminis Lunæ sit singulis mensibus, & tamen eclypsis non ita, sed solum quando terra impedit aspectum Solis.

Luna lumen accipit à Sole, pter proprium quod ex se habet.

Secundo alij probant ex eo, quod Luna pro vario ad cęlum aspectu varie illustratur, diuersas induens figuras crescens semper, vel decrescens, nunc curuata in cornua, nunc æqua proportione diuisa, nunc orbe pleno, nam cum primum congressum habet cum Sole corniculata apparet, tum ad septimum vsque diem crescens medio orbe secta videtur, deinde paulatim in orbem circinatur. denique die 14. cum ex diametro soli est opposita plena euadit recepto lumine ex omni parte, hinc deinde senescens paulatim decrescit, vsque ad nouilunium, quare cum pateat Lunam vario modo illuminari prout varie secundum suas partes aspicitur à Sole fatendum est lunam à sole lumen recipere; quod optimè explicauit Apuleius de Deo Socratis apud Conimb.

Resp. aduersarij vnam Lunæ medietatem esse ab intrinseco luminosam, aliam verò obscuram, & cum ipsa moueatur motu proprio distincto à motu orbis, quo successiuè vertit ad nos partem lucidã, & post oppositionem successiue illam abscondit quousqꝫ ad nos vertat partem non lucidam, fit, vt hac ratione appareat crescens, & decrescens, & secundum varias figuras, sed hæc imaginatio non habet vim contra primam rationem, & probabilius est non soluere secundam rationem, quia licet aliqua ratione saluet varietatem, tamen non assignat rationem cur illam varietatẽ habent, cum habet variam oppositionem, & aspectum ad solem; ergo signum est oriri à varia solis illuminatione.

Dices quomodo luna recipiat lumen à sole. Resp. recipere illud per incorporationem, vsqꝫ ad tertiam eius partem ex Achil. vt patet tum ex maculis, quæ oriuntur ex difformitate partium secũdum varietatem, nam lumen in illis partibus aliter, & aliter
81 immutatur, vt infra; tum quia si non per incorporationem, esset per reflexionem, vnde quando luna esset ad latus nostri aspectus, non appareret illuminata, nisi parua pars lunæ, scilicet pars à qua angulus incidentiæ, & angulus reflexionis ad nostrum

Lunæ maculæ apparentes.

aspectum essent æquales, tum quia si esset solum corpus reflectens non posset illuminare nisi tantam partem terræ, quanta est in se, vt patet ex reflexione speculorum, & tamen apparet totam terram illuminari, quę est maior quam lunæ; ergo dicendum est recipi in profunditate, & inde diffundi lumen & licet aliqui hoc vltimum soluant concedendo illum modum illuminationis à corpore reflectente plano, non tamen quando est orbiculare, quia tunc radij reflectuntur, & transmittuntur tamquam à centro ad circumferẽtiã, atqꝫ adeo põt illuminare corpus maius, quã sit reflectens, tamen non potest plusquam partes circulares illuminatæ exigant diffundi lumen, at non est probabile tanta diffusio, verum hæc vltima ratio non conuincit, quia non constat quanta sit diffusio luminis; Videndus Achill. 4. de orb. d. 2. vbi fuse ex Auer. 2. cæl. 49. & Alb.

Quarta Concl. omnia astra præter lumen proprium, recipiunt lumen a sole, est Alb. 2. cæl. tt. 3 c. 6. ex Arist. Niph. t. 49. q. 1. Tatar. t. 46. Ioannes de Magist. q. 4. Angest. & aliorum, de quibus in 4. opinione. 19

Primo ex lunæ illuminatione, ergo idem de alijs, quia non est ratio, cur non omnia recipiant ab vno fonte, sicut patet ex partibus corporis quarum motus principium est cor, vnde sicut cor est in medio, vt omnibus partibus spiritus ministret, ita natura Solem inter planetas constituit, vt omnibus lumen ministret.

Astra omnia à Sole lumẽ recipiũt pter proprium intrinsecum.

Cunfirm. nam ex Astrologis lumen planetarum sole superiorum augeri, dum sol est in auge, eo quod sint propinquiores ad solem, atque minui dum est in opposito augis. Contra vero Veneris, & Mercurij lumẽ, vnde experientia constat, quando Venus super orizontem manens, & ob distantiam à sole nondum à sole obfuscatur, tam magnum lumen contrahi à Venere, vt obiecto sibi opaco, vmbram faciat. Imo ex obseruationibus Tychonis apparere per Tubum opticum Venerem, & Mercurium instar lunæ orbiculares, & plenos, & eorum cornua contrahi, vt de Venere testatur, etiam Tamnerus 1. p. disp 6. q. 3. d. 3. n. 5. vnde falluntur antiqui, id negantes, eo q̃ illi planetæ sint omni ex parte transparentes, atqꝫ adeo in toto corpore illius incorporetur lumẽ ex omni parte, qua respiciunt solem. Hinc deducitur idẽ dicendum de cæteris stellis superioribus, in quibus non apparet variatio illuminationis, quia earum partes, quæ nos respiciunt, semper illuminantur omnes.

Confirm. ex D. Dion. cap. 4 de diu. nom. vbi ait, à sole illuminari omnia corpora tam superiora, quam inferiora. 20

Astra etiam non apparẽtia illuminari.

*Dices* ex astronimis in planetis ad solem appropinquantibus lumen minui, & recedentibua augeri, at contrarium accideret si lumen à sole reciperent.

Resp. lumen esse posse maius, dupliciter. Primo, secundum se, & gradus intensionis,

& sic

& sic est maius, quo planetæ sunt soli proquinquiores, Secundo in ordine ad visum, & sic apparet maius per recessum à sole, nã diutius potest, & melius videri.

Secundo probatur à priori. Nam agens operatur circa subiectum sibi proportionatũ, sed sol est agens necessarium, quoad productionem luminis, & tam orbes, quam sydera sunt subiecta proportionata ad recipiẽdum lumen, cum sint corpora diaphana, & intra sphæram actiuitatis solaris; ergo.

21 Quinta Concl. lumen in astris non recipitur æqualiter à sole. Primo, potest probari ex parte solis, nam sicut diuerso modo secundum propinquitatem, & distantiem, vel rectitudinem aspectus est, ita sequitur varia illuminatio.

*Lumẽ receptũ ab astris inæquale.*

Secundo, ex parte stellarum, quæ sunt vario modo dispositæ ad lumen recipiendum, vt patet ex partibus lunæ difformibus, ergo multo magis sunt astra inter se difformia cũ sit distinctæ speciei, & idem patet ex diuersitate colorum, quæ in astris apparent; nam Saturnus apparet plumbeus, Iuppiter stanneus, Mars calibeus, Sol aureus, Venus cuprea, Mercurius subalbus, qualis est color argenti viui, & Luna argentea; Si enim colores non sunt veri, sed habet lumina recepta in subiectis diuerso modo dispositis, secundum varietatem, & densitatẽ ergo. Neque nobis obstat Aristoteles dum t. 49. 59. probat omnes stellas esse figuræ sphæricæ ex lunæ figura sphærica, nam inde non licet inferre omnes stellas esse eiusdem speciei, vel habere omnia accidentia similia. Sed solum perfectionem, quæ est in inferiori, tribuendam esse superiori, cum igitur figura sphærica dicat perfectionem, & conuenit lunæ, dicendum est etiam conuenire superioribus astris.

Ex his primo patet falsam esse opinionẽ dicentium dari aliquod cęlum totum lucidum coopertum alio cælo perforato, per cuius foramina cælum superius transparens, habet nomina varia planetarum, & stellarũ. Nam ex illa opinione non posset afferri ratio augmenti, & decrementi luminis lunæ, nec saluari distantiæ inæqualitas planetarum inter se, nec diuersitas apparitionis colorũ planetarum, & aliarum stellarum, quarum colores ad colores planetarum reducuntur.

22 Secundo patet esse magis irrationabilem opinionem dicentium cælum esse immobile, & stellarum lumen mobile, oriri ex discursu intelligentię illuminantes diuersas partes cæli; Nam sine ratione fingitur intelligentias habere vim illuminandi corporaliter cælum, vel intentionaliter oculum corporeum; deinde à stellis sunt alij effectus in inferioribus, qui exiguunt diuersas virtutes à lumine. 3. ex his reicienda opinio dicentiũ stellas esse ignis, qui ingreditur per foramina firmamenti illud, quæ voluuntur circulariter vt Bass. 2. cæl. inc. 4. contra quem fuse alibi.

*Lumen non oritur vllo mõ a diuersa intelligẽtia illuminante.*

## ARTICVL. IV.

*Soluuntur Argumenta aduers.*

23 AD Argumenta tertiæ sententiæ Resp. prima, & secunda opinio nullum habent fundamentum. Ad primum resp. ex dictis patere lumina in omnibus, & augeri, & minui.

Resp. 2. ex Sax. & alij negando parẽ esse rationem planetarum cæterorum, & lunæ, nam Venus & Mercurius sunt tantæ transparentiæ, & perspicuitatis, vt lumen solis incorporetur, & imbibatur in eis, secundum omnes eorum partes, quod non potest dici de luna, quæ non est ita trasparens; cæteræ autem stellæ semper eodem modo illuminantur à sole secundum partem versus nos versam, & si quæ est diuersitas propter distantiam, & paruitatem mutationis, non aduertitur.

Ad primam Confirm. solem non eclypsari per interpositionem Veneris, & Mercurij, quia sunt transparentes, cuiusmodi non est luna eclypsans solem.

*Sol nõ eclypsatur ab alijs astris preterquam à Luna.*

Ad 2. Resp. non eclypsari per interpositionem terræ, quia vmbra terræ non pertingit vsque ad illa sydera, præsertim quæ sunt supra solem, & licet ex Campano, vmbra terræ pertingat vsque ad Mercurium, tamen Mercurius nũquam tantum recedit à Sole, vt inter ipsum, & Solem terra interponatur diametraliter, & si quæ est mutatio luminis ea parua, est & propter distantiam discerni nequeat.

Ad tertium, superiores orbes esse quidem nobiliores quoad situm, vnde forte intelligentiæ appropriatæ illis sunt nobiliores intelligentia appropriata soli, quia debẽt mouere maius corpus, & velocius, tamen sol est nobilior quoad influxum luminis, sicut cor hominis ratione animæ totius corporis habet influentiam in partes superiores, vt in cerebrum, quod habet situm superiorem, corde, nec est absurdum nobilius pendere secundum quid ab ignobiliore, vt substantia ab accidentibus.

Resp. 2. alij soli tamquam nobiliori datũ esse situm in medio planetarũ, vt in omnes partes suam virtutem exerceat, de qua re dixi supra.

Ad 4. Resp. primo, diuersos effectus luminum à diuersis astris oriri ex natura astrorum in quibus incorporatur lumen, vt patet ex calore, qui in igne destruit animal, & in animali gignit carnem animalis.

Resp. 2. illos diuersos effectus non oriri omnes à lumine, sed ex alijs virtutibus astrorum.

Ad 5. Resp. infra, an lumina illa sint eiusdem rationis. Nunc satis sit, quod etiam si sint eiusdem rationis efficiunt varias appa- 24
rentias, colorum ex parte subiectorum, in quibus recipiuntur.

Hh Ad

Ad 6. Resp. lumen intrinsecum roborari à lumino extrinseco, nec est inconueniens, accidens conueniens, ab intrinseco posse intendi ab extrinseco, vt patet ex calore animalis, cū hoc tamen discrimine, quod caloris intensio nocet animali. non sic luminis intensio contrariatur astris.

Lumē intrinsecum roboretur ab extrinseco.

Dices cum Mercurius, & Venus sint infra solem non eclypsant, vt ipsum eclypsat luna. Resp. Scal. exer. 72. Visum aliquando Mercurium in pectore solis, quare videtur eclypsasse illam partem solis.

Resp. 2. solem non eclypsari à Venere, & Mercurio, nam sol est multo maior, quam Venus, & Mercorius, an inquies etiam est
25 maior à luna, & tam ab illa eclypsatur. Resp. esse diuersam rationem; nam luna est nobis proximior quam Venus, & Mercurius, vnde impedire potest radios à sole emissos ad nostrum visum, non sic autem Venus, & Mercurius; nam quo impedimentum est proximius oculis, & ab obiecto distantius eo magis impedit obiecti visionem. At instabis saltem deberet sæpe contingere ab illis aliquā partem impediri, ne videatur; R. non contingere frequenter, quia non mouentur motu adeo velociori, quo luna, & ideo non potest frequentius contingere ea conuenctio ipsius cum sole, vt accidit lunæ. vide Conimb. loc. cit. art. 2. ad 1.

*Soluuntur Argumenta pro secunda parte tertiæ opinionis.*

Respondeo comparationem lunæ cum terra consistere primario, in situ, nam vt terra est infimum elementum, ita luna infimus planeta; secundario, vero in qualitate opacitatis, nam vt terra est omnium opacissima, ita luna est minus diaphana, quam alij planetæ, vnde habet in se tam varias partes, vt macula appareat, & lumen non recipiat secundum totam profunditatem, sicut recipiunt alij planetæ.

Ad 1. Confirmat. Resp. in Nouilunio pars ad nos conuersa videtur quidem tenebrosa, & non habere lumen, quod apparet in luna eclypsata, quia si accidit interdiu pars non illuminata à sole, etiam si habeat aliquid luminis ex se, nimio solis splendore obscuratur, vt reliquæ stellæ; si vero nocte accidat, partes illæ superantur, & obteguntur à fulgore partium illuminatarum sibi proximarum, neq; dū incipit luna eclypsari, videtur in parte, quæ incipit eclypsari, lumen intrinsecū, vt distinctū à lumine extrinseco, q; recipit illa pars à parte illuminata sibi proxima.

Ad 2. Resp. non esse frustratum, quia est
26 perfectio, consequens essentiam, & extrinsecus aduenit ex necessitate agētium, sicut aeri aduenit calor. Tum quia extrinsecum roborat nunc magis, nunc minus, intrinsecū, iuxta diuersitatem aspectus, & exigentiam vniuersi, quæ attemperatio non esset si totū lumen esset ab intrinseco, quia semper eodē modo flueret ab intrinseco, & si totum esset ab extrinseco, non maneret in stella lumen, quando impeditur respicere solem; atque adeo non haberet concursum illum, quo vniuersum indiget.

Ad 3. seq. dubitatione explicabitur. Dices, an luna fuit creata plena. 27

Resp. ex D. Thom. 1. q. q. 70. art. 2. cum Bed. lib. de ratione temporum, fuisse creatam in Plenilunio, quod sic habet statū perfectissimum, vt arbores cum fructibus, & animalia cum membris.

Luna creata fuit in plenilunio, alii in nouilunio.

At alijs placet fuisse creatam in nouilunio, quia cū suo cursu menses definiat, probabile est à prima luna .i. nouilunio, cæpisse mensium exordia, quia 15. dies ei fuisset primus, at nō sic si in Plenilunio, nec est absurdū nō habuisse hanc perfectionem, quia satis fuit habere perfectionem debitā ab intrinseco, & alias, habituram suo tempore, nec dicitur luna luminare maius mole, sed luminis efficientia, vel secundom apparentiam molis, respectu nostri, ex D. Thom. ibi.

Vide August. 2. de Gen. ad litt. c. 15. Iust. Mart. q. 60. ad orthodoxos. Vide Mendoz. in Viridario lib. 4. prob. 39. Suar. l. 2. de operib. sex dier. cap. 9.

## DVBITATIO II.

*An lumina stellarum sint eisdem speciei.*

HÆc quæstio pertinet ad libros de anima, vbi tractatur de natura luminis, 28
ideo hic breuiter expedietur. interim vide possunt Æg d. 2. p. Hex. c. 6. 8. & 9. 2. de anima com. 76. d. 1. 2. & 3. D. Tho. 1. p. q. 67 art. 2 & 3. Alens. 2. p. q. 46 art. 4. Bonau. 2. d. 13. vbi Ricc. q. 4. Arg. q. 1. ar. 3.

Prima opinio est dicentium, lumina, quæ sunt propria stellarum, quæ .s. sunt ab intrinseco esse diuersæ speciei, non sic autem, quæ ab extrinseco sole recipiuntur. Prob. 1. quia aliquarum stellarum lumina scintillāt, aliquorum, vero nō ergo illa inter differunt, quia habent diuersos effectus.

Conf. quia lumen aliquarū stellarū est purissimum, vt nihil obscuritatis habeat, vt Iouis lumen, aliarū non sic, vt est lumen Martis, & stellæ existentis in oculo Tauri, quæ dicitur Alderabā, & aliarū, quod est rubeū. Aliarum vero ad pallorem, vt lumen Veneris, & aliarum, sed aliarum ad obscuritatem, vt Saturni, & in alijs declinat ad ruborem, vt patet ex multis stellis rubeis, & denique in Galaxia lumen est album, hæc Alb. 2. cæl. tr. 3. c. 6.

Confirm. 2. quia habent diuersos effectus, nam aliud calorem, aliud frigiditatem, aliud siccitatem, aliud humidum, & aliu alium effectum producit, ergo, sequitur illam maior 2. d. 14. q. 10. c. 1.

Secunda opinio est dicentiū non differre specie. Primo, quia si lumen inferiorum non differt specie à superiori; ergo multo minus su-

superiora inter se, quia habent causas multo differentes, nam lumen inferiorum consequitur commixtionem qualitatum primarum, quia nullum elementum purum luces, & flamma lucet, quia est ignis in dispositione innaturali, atque adeo lux inferiorum est qualitas secunda. At lumen superius consequitur naturam simplicem. Antec. probatur, quia si qua esset ratio distinctionis, ea esset, quia sunt à causis diuersis, at hæc ratio non sufficit, quia calor ab igne, & Sole sunt eiusdem speciei, & frigiditas ab aqua & à terra est eiusdem speciei.

Lumē intrinsecum intēditur ab extrinseco.

29 Conf. secundo, quia lumen intrinsecum intenditur ab extrinseco, ergo sunt eiusdem speciei, nam intensio non fit, nisi per gradus qualitatis vnius speciei.

Conf. tertio quia omnes effectus diuersi possunt saluari per lumen diuersum secundum maiorem, & minorem intensionem, ergo propter illos non est ponenda differentia specifica, & hæc opinio videtur probabilior vnde Resp. ad arg. primæ opinionis.

Ad 1. Resp. diuersitatem causarum non inducere necessario distinctionem specificã, vt dictum est, quia sufficis diuersitas intensionis, vt sint proprietates diuersarum essentiarum, preter quam quod multi putant lumen nullius essentiæ esse proprietatem.

Ad 1. Conf. Resp. totam illam diuersitatẽ referri in distantiam diuersam luminosorum vt supra; vidẽdus. Scalig. exer. 63, Alb. tr. 3. c. 8. Phil. conf. 49.

Ad secundam conf. Resp. diuersitatem
30 calorum referri in subiectorum dispositiones varias, secundum quas lumen diuerso modo receptum apparet diuersorum colorum, vt in iride: pennis columbæ, & similibus. vt Alb. loc. cis. & nos in lib. de anima vnde patet illos non esse veros colores, vt infra: Scalig. exer. 73. probat oculum non existimare.

Ad tertium resp. de effectis variis dicetur infra, nam constat à lumine per se non produci frigiditatem, sed illam oriri ab alijs proprietatibus.

Videndus Arg. 2. d. 13. q. 1. art. 1. vbi art. 3. disputat, an lumen in medio sit, intentionaliter, an realiter. Conimb. c. 7. q. 3.

## DVBITATIO. III.

*De maculis Lunæ, & eius causis.*

De his Pluthar. apusc. de facie lunę, Scalig. exer. 62, Card. 3. de subtilit. Alb. tr. 3. c. 8. Sax. 2. cæl. q. 22. Conimb. c. 7. q. 4. art. 3. Georg. Philal. conf. 49. Cremon. in Apol. de facie lunæ, maior 2. d. 14. q. 10. Cælius Rodig. lib. 1. lect. antiq. c. 14. & lib. 11. c. 4.

### ARTIC. I.

*Explicantur termini quæstionis*

PRimo not ex partibus lunæ tenebrosis, &
illuminatis resultare figuram quandam 31
in luna, quæ faciem hominis repræsentare videatur, quod clarius constat visa per Tubum opticum, nam quando est corniculata & potissimum in quadratum intersectionibus secundum lineam, quæ lucidum segmentum ab opaco diuidit, apparet admodũ aspera, & inæqualis, ex quo recentiores mathematici ausi sunt affirmare corpus lunæ reipsa esse inæquale, & asperum, varijsque lacunibus, vallibus, & montibus, & collibus vndique refertum, imo nonnulli ex illis excitare conati sunt dementiã Zenophanis apud Cic. lib. 4. accad. qq. in luna esse habitationes, eamque esse terram multarum vrbium & montium, sicut est terra inferior.

Lunę vultus quasi facies hominis a partibus tenebrosis, & illuminatis resultat.

Secundo not. hanc partium lunæ diuersitatem à Pluthar. fuisse dictam faciem lunæ: ab alijs explicatam fuisse nomine macularũ vt Philal 2. cæl. conf. 49. Sax. q. 22. Scalig. exer. 62. Conimb. c. 7. q. 4. art. 3. nam cum partes lunę non appareant æqualiter luminosæ, sed aliæ secundũ se obscuriores, aliæ clariores, fit vt partes obscuriores maculæ sint appellatæ, quæ apparent in medio lunæ plenæ, vel corniculatæ, vnde philosophi conati 32
sunt inquirere causam harum macularũ, cuius difficultatis solutio difficilior redditur ex doctrina Alb. qui ait figuram maculæ esse similem figuræ leonis habentis caudam versus orientem, & dorsum admodum arboris transuersaliter sitæ, cui lateraliter inhærere videtur imago hominis habẽtis pedes versus posteriora leonis, vt videre melius licet post plenilunium.

Maculosa facies.

Tertio not. hinc omitti opinionem Pythagoræ dicentis lunam non esse stellam, sed terram diuersam ab hac, quia non lucet, vt alia astra, eclypsas Solem, vt terra ex empedocle, nec magis illuminatur, quam terra
inferior, sicut etiam omittitur opinio dicen- 33
tium illam esse mixturam ex igne, & aere, quare sicut in nostro aere tranquillo apparere solet nigrior quidam oborto humore, sic in Luna dum aer illius nigrescis apparet luna cum illis maculis, & figura, vt refert Plut. loc. cit. & suse ipse confutat, & ratio sumitur tum ex cælorum incorruptibilitate, tum ex simplicitate, excludente mixtionem, presertim cum solidum non habeant fundamentum, nam medium, quod assumunt est in secunda figura ex puris affirmatiuis cum tã Luna, quam terra eclypset Solem.

Pythagore opinio de luna.

Quarto not. densitatem, & raritatem distingui ab opacitate, & diaphaneitate, nam multa videmus densa, & diaphana, vt glacies & chrystallus, & contra rara, & opaca: diaphana enim sunt, quæ lumen in se recipiunt, contra vero opaca, asserit tamen Auer. c. 2.

Densitas, & raritas corporis ab opacitate, & diaphanitate.

de substantia orbis densitatem, & raritatem esse fere causas diaphaneitatis, & opacitatis, vnde fit lucem recipi in perspicuo, siue denso, siue raro, cum hoc tamen discrimine, nam cum subiectum est rarum lucet, vt perspicuum, vbi densum lucet, vt lucem effundens, perspicuum enim actu Aristoteles vocat, quod est actu lucidum, siue luce aliena, siue propria, per quam potest lucere, licet actu non luceat, nisi acquirat densitatem, ex quo colligunt Peripatetici stellas esse partes densiores orbis, quia sunt ex materia apta ex se lucere, & lucent ob densitatem, quam habent; Hinc Luna sicut est omnium infima, ita est ex materia magis impura, & ideo non mirum si ex condensatione fiat minus lucens, & ex varietate minima condensationis variatur eius lux, nam primo fit lucens, vt carbo; secundo ex luce mutuata lucere potest, vt flamma, quę lucescentia vario modo mutatur pro variatione densitatis.

Luna illuminatur magis per coniunctionem cum sole, quam per oppositionem.

Quinto not. lunam plus illuminari à Sole in coniunctione, quam in oppositione, quia tum est vicinior Soli; Hinc sequitur maiorem partem lunæ illuminari in hieme, quam æstate, quia tunc est illi Sol vicinior cum sit in opposito augis, vnde etiam fit maiorem esse vmbram terræ in æstate, quam in hieme, quia minus de terra tunc illuminatur, & hinc sequitur eclypses lunæ maiores esse in æstate, quam hieme, hinc tamen non fit, vt à nobis in coniunctione videatur, tum quia
34 licet semper vna medietas illuminetur, tamē quando est in coniunctione tunc pars superior lunæ illuminatur, & inferior obscuratur tum quia tunc combusta à radijs solaribus, non apparet, sicut in die non apparent aliæ stellæ ob eandem causam, sed hæc ratio non concludit, nam experientientia constat lunam videri præsente Sole.

## ARTICVL. II.

*Oponiones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium in luna nullam esse varietatem, nisi apparentem ex nostra potentia visiua, quæ per reflexionem videt in illa montes, &c. sicut in speculo videtur facies illi opposita, ita antiqui apud Plut. loc. cit. Hi tamen inter se diuisi sunt,
35 nam aliqui id tribuunt imbecillitati nostri aspectus, qui fulgori lunæ ex imbecillitate cædit, & tremit, sed reijcitur à Plutarcho, quia id magis debere accidere in Sole, cuius lumen est multo maius. Conf. quia oculi hebetes non discernunt in luna varietatem, sed oculi acriores, ergo non oritur ex oculi imbecillitate. Conf. 2. quia partes vmbrosæ, & lucidæ apparent interruptæ, & mutuo interfusæ, at si id esset ex splendore, non ita, sed in perpetua, & confusa vmbra, vt Plutarchus prosequitur, & Cremon c. 2. vbi explicat quomodo dicatur facies hominis videri cum non sit, exemplo soni, qui cum sit similis voci articulatæ concipitur per imaginationem, vt vox articulata.

Secundo alij putant ibi obiectum visum esse representatiue, nam luna plena ob sui æquabilitatem, & splendorem habet rationem perfectissimi speculi; vnde repræsat inferiora, non in luce vbi sunt, sed in ipsa luna vbi fit reflexio specierum, vt patet ex reflexione, quæ ex speculis, & in iride, in qua sol repræsentatur; hoc autem quod repræsentatur Clearchus dicebat esse Oceanum, alij vero esse vniuersam terram cum suis orbibus, & vallibus, contra quos plura Plutarchus, nam oceanus est quid continuum, at facies illa est diuisa.

Tertio alij oriri ex corpore intericcto inter lunam, & solem, per quod impeditur luminis receptio, vel ex corpore interposito inter lunam, & nostrum aspectum, vnde videtur in luna illa diuersitas, vt obiectum visum per medium viride apparet viride, sed non placet, quia luna apud omnes nationes, & omni tempore apparet cum ijsdem maculis, & eodem modo, at aspectus Solis ad lunam, & nostræ potentiæ ad lunam semper variatur ex diuersis locis, tum quia medium non est semper eodem modo dispositum cū vapor aliquando sit maior, aliquando minor accedit, quod cum luna moueatur non retinet semper eandem lineam respectu vaporis, & nostri aspectus, quare imago repræsentata deberet apparere in alio, & alio loco tùm luna est lucida, & mare, ac terra tenebrosa cuius fit refractio, at à lucidis refractio visus negatur à perspectiuis.

Secunda opinio est dicentium eam diuersitatem in Luna oriri ex ijsdem causis, ex quibus oritur in inferioribus diuersitas montium lacunarum, & collium, nam vt terra habet partes vario modo dispositas, quarum vna impedit alterius illuminationem ob illius opacitatem, ita in luna sunt huiusmodi partes, ita recentiores mathematici ad quā 36 reuocari potest opinio Pythagoricorum dicentium in luna esse profunditates, & rupturas continentes aquam, & aerem caliginosam, in quas Sol suo lumine non penetrat. Ad hac eandem reuocari potest opinio *Plinij* lib. 9. c. 2. dicentis maculas lunæ oriri ex maculis, & sordibus terræ, quas ad se trahit ex elementari regione; Ad eandem reuocatur opinio dicentium apud Scalig. exer. 62. oriri ex parte terrea, quam ibi Deus collocauit, & multo magis hanc docuere Pythagorici dicentes esse terram, non similitudinarie, vt Aristoteles, sed vere.

Tertia opinio est dicentium illam apparētiam esse quidē in luna intrinsece ex diuersitate partium, & ex illis apparere montes, & valles, non quod ibi vere sint, sed apparent ex diuerso modo recipiendi lumen 37
in illis partibus, ob diuersitatem densitatis,

& ra-

& raritatis, vnde apparent maculæ, & colles, & antra simili fere modo, quo accidit in picta tabula ex diuersis coloribus iuxta se positis, nam quæ magis illuminantur promi nere quasi montes videntur, quæ verò minus nigredine quadam, & quasi antra apparent, cum tamen superficies lunæ sit læuis & secundum omnes partes æqualis, & aliquas habeat partes prominentiores, & aliquas depressiones, ita Aristoteles, & omnes peripatetici.

Inter quos est discrimen, nam aliqui putant partes obscuras, & maculatas esse partes densiores, nam licet densitas iuuet ad luminis reflexionem, non tamen facit vt obiectum appareat, nisi sit coloratum, vel recipiat intrinsece lumen, at partes illæ cælinec sunt coloratæ, nec recipiunt in se lumen, quare apparent, vt tenebrosæ. Confirmant distinguentes duplicem modum recipiendi lumen, vnus est per reflexionem, alterum per penetrationem, at luna non recipit per reflexionem, sed per penetrationem. vt sic illuminat, illuminet terram ad omnem partem mittendo radios, at illuminatum per reflexionem non sic illuminat, quia reflexio fit ad angulos æquales terminatos, vnde si luna sic illuminaretur, non extenderetur eius lumen ad totum terræ hemisphærium, quod terra sit maior luna ex regula perspectiuorū, ac constat à luna terram illuminari, tribuitur Auer. 2. cæl. 49. sequitur Thien. & Philal. quod argumentum soluit Scalig. dicens eam rationem habere locum, quando corpus reflectens est planum, secus quando circulare, cuiusmodi est luna, vt ipse demonstrat.

38 At alij putant partes densiores esse lucidiores, & rariores esse obscuriores, nam pars densa cum sit perspicua recipit in se lumen, vt etiam illud luceat, & communicet alijs, at pars rara etiamsi in se recipiat lumē non tamen lucet alijs, & ideo apparet tanquam obscura, vt patet ex aere, qui non videretur nisi esset terminatum aliquo opaco, ita Card. lib. 3. de subtilit. Georg. Tatar. tr.

39 vlt quæst. de hac re, Iau. tr. 2. c. 5. & recentiores omnes, & tribuitur Auer. apud Cremon. c. 1. & Matronem 2. d. 14. q. 10. ad 3. quem sequitur.

## ARTICVL. III.

*Opinio Auctoris.*

Lunæ corpus est æqualis absq; partibus prominentibus, & depressis secūdum superficiem.

Prima Concl. lunæ corpus est secundum superficiē æqualis & læuis sine partibus prominentibus, & depressis, quales sūt partes terræ montanæ, & imæ, nam inter illas partes spatium cōtentum, vel esset vacuum, & repugnat naturæ, vel plenum corpore, &

40 hoc vel est æque dispositum situaliter cum alijs partibus, & non erit inæqualitas secundum superficiem, quia per illud corpus partes adæquerentur, etiā si essent diuersæ speciei vt vitrum, & christallus, vel non æque dispositum, sed prominentet in diuersis corporis lunaris partibus, & sequitur vacuum inter illa corpora prominētia, quare dicendū est esse in partibus superficiei æqualitatē.

Resp. potest corpus intermedium non esse solidum, sed liquidum vt est aer replens valles, & adæquans montes, vnde partes lunæ secundum se sunt inæquales secundum superficiem, & æquales secundum corpus replens, & quia corpus medium non apparet, ideo in luna, sicut in terra apparent mōtes, & lacunæ ac valles, sed contra quia ideo ponitur hoc corpus liquidum intermedū vt possit saluari apparentia montium, & vallium in luna sed hæc apparentia saluaretur ex partibus lunę eodē modo transperētibus sicut sūt partes aeris, & illi corporis liquidi quod ponunt, ergo frustra, & sine causa multiplicatur tale corpus, minor probatur, nam corpus perspicuū eodem gradu perspicuitatis, ac figurę siue sit liquidum siue solidum non potest lunarem faciem in aliam mutare cum eodem modo visionem non terminet vt patet in vitro, cui si non adderetur Plumbum in parte posteriori visionem non terminaret, sed transmitteret. Ex quibus patet ex hac apparentia montium, vallium &c. nō esse ponendam in lunæ partibus inæqualitatem, quia sufficit diuersitas partium lunæ 41 secūdum densitatem, & raritatem, ac diuersitas graduum perspicuitatis, & opacitatis.

Dices si corpus lunæ esset æquale secundum superficiem, & læue, vt est speculum, tunc repræsentaret nobis solem ex vi reflexionis, vt repræsentat speculum nobis solē illi oppositum contra sensatam experientiā. Resp. aliqui nō esse adeo tersum, vt est speculum, & ideo non habet vim reflectendi species solis, sed non placet, quia id non esset sine aliqua imperfectione lunę. Resp. 2. alij non repræsentari nobis solem, cum ex distantia, quæ est inter lunam, & solem, & lunam, & nostrum aspectum, non enim specierum reflexio fit ad omnem distātiam, vt experientia patet ex imbecillitate speterium insufficientium ad visionē, vt probat Franciscus Aquilonius l. 5. opticæ prop. 56. & hinc etiam oritur, vt a nobis videri nequeāt, quæ sunt lunæ proxima per reflexionem, quod si oculus noster vicinus esset lunæ, adhuc sol per reflexionem non videretur sub quantitate, secūdum quam nunc videtur, sed vix sub quantitate parua alicuius astri.

Lunę partes inęquales secundū densitatem & raritatē, & gradus perspicuitatis.

2. Concl. corpus lunæ habet partes inæquales secundum densitatem, & raritatē, & perspicuitatis gradus. Nam lumen non eodem modo apparet recipi in omnibus lunæ partibus, at hoc non potest oriri ex parte efficientis, quia est ęquale, & ęque approximatum ergo erit ex parte subiecti.

Dices luna est corpus simplex, & magis, quo aqua, & aer, ergo habet partes similes. Conf. primo, quia partes aliarum stellarum sunt similes in raritate, & densitate ergo etiā

partes lunæ. Conf. quia sequeretur numquam solem posse eclypsari, quia transmitteret radios per partes rariores, & transperentes.

*Resp.* esse quidem simplex substantialiter magis, quam elementa, quæ possunt esse partes mixtorum, at accidentaliter composita magis ob perfectiorem formam, quæ indiget ætherogeneitatem accidētaliter in partibus.

42 Ad primum primo *Resp.* negando antecedens, quia non est certum cum in sole per Tubum opticum appareant maculę, vt fuse ostendit Christophorus Scheiner in Rosa Vrsina.

*Resp.* 2. etiam si id concedatur de alijs astris, est negandum de luna, quia sunt corpora diuersę rationis, & ideo ex natura propria ipsorum petunt diuersa accidentia.

Ad 2. *Resp.* corpus lunare habere secundum profunditatem partes diuersæ rationis secundum perspicuitatem, & opacitatem, quia licet partes extrinsecę sint perspicuę, tamen medię possunt esse opacitate aliqua respersæ, at instant ergo videretur lucidę nam earum visio non posset impediri à vaporibus anterioribus, etiam licet in eclypsi solis non sint illuminatæ ex parte nostri tamē sunt illuminatæ quando luna est plena, sed responderi posset tunc non pertingere ad nostrum oculum ob distantiam.

*Resp.* 2. etiā si omnes partes essent æqualis perspicuitatis secundum profunditatem tamen ob magnitudinem corporis lunaris non potest radius solaris transire ex vna ad aliam partem, sicut visus noster non potest profundum aquæ marinæ aspicere.

43 Tertia Concl. obiectum, quod dicit maculą, facies, &c. est intrinsece in luna, & non extrinsece per repræsentationem apparentē nam non est extrinsece, ergo intrinsece. Antecedens prob. nam tripliciter potest poni esse ibi extrinsece, primo ex debilitate visum, secūdo ex repræsentatione obiecti, tertio ex vi medij, sed ex his modis non potest saluari hæc apparentia, vt de primo patet ex dictis, tum quia lumen solis est intensius, & magis improportinatum nostræ potētię, & tamen ibi nō apparet huiusmodi macula, tum quia ex debilitate visus lucidum nō pôt apparere obscurum, sed dum potentia p lucem obruitur, nihil videbitur actu distinctum, tum ea debilitas sanari potest remedio specilli proportionati offensioni, quæ fit à lumine, vt fit in visione solaris eclypsis, tunc enim appareret in luna, at contrarium experientia constat, tum visus acutiores minus eam maculam viderent, quia minus læduntur, & tamen vident maculas distinctius scilicet, vt faciem puellæ.

Lunæ maculosa facies intrinsece, nō extrinsece, per repre sentationem tantum apparentem.

At dices, qui videt maculas vt faciē puellæ non videt distinctius, sed confusius, quia ibi non est facies hæc.. *Resp.* visum videre partes tali modo dispositas, vt verè sunt, at imaginatio est, quæ concipiat illas partes sic compositas, componere faciem, ob similitudinem, quomodo accidit in sonis nubium, qui vt soni abauditu percipiuntur, sed nos dicimus ex vi imaginationis audisse vocem vt accidit romano illi, qui protestatus, est se audisse vocem dicētem, *Gallos Romam venire*, nostra enim imaginatio est, quæ articulationem facit iuxta soni similitudinem, vel iuxta desiderium audientis, vt dicitur de muliere, quæ audiens sonitum campanæ, dicebat sibi dictum, vt nuberet, nam id ipsa optabat, quare non mirum si oculus acutior videns maculas illas luminibus varie interceptas, aspicit distinctius, quam oculi hebetes, sed imaginatio format puellæ faciem, & Alberti imaginationi apparebat leo, arbor, homo.

Ob lumen diuersimode interceptū.

44 Secundus modus per repræsentationem, non potest saluare huiusmodi apparentiam.

Primo quia si species solis, quæ sunt fortiores reflexæ à luna ad nostrum oculum, non sunt sufficientes ad solis visionem multo minus erunt species terræ, montium &c. quæ sunt debiliores.

Secundo quia etiam si luna sit corpus tersum, non tamen est aptum reflectere species ob eius fulgorem, nam species obiecti offuscantur à speciebus luminis. 45

Tertio quia speculum motum repræsentat obiectum in alio, & alio loco speculi, at per motum lunæ maculæ non apparent in alio, & alio loco, deniq; patet ex dictis contra primam opinionem.

Tertius modus per interpositionem medij non potest habere locum, nam vapor nō semper est idem, secundo neque semper eodem modo se habent nam aliquando maior aliquando est minor, at maculæ semper sunt eædem, & in eodem loco.

Dices vt iris dicitur videri ex refractione visus ad solem, sic mare, & terra in luna conspiciūtur visu ad ipsā repercusso. *Resp.* 1. in refractione iridis videtur lumen solis, nō aūt solis figura, at hic videretur figura maris, & terræ. 2. est diuersa ratio nam in iride est nubes rorida, sol oppositus nubi, & oculus vbi sol est lucidus, Nubes obscura secundum se, vnde refrangit lumen solis, at hic luna est lucida, & oceanus, ac terra obscura vnde nō recte ex vno infertur simile in alio.

Tertio Iris non videtur ab oculo posito in quocumq; situ quia semper variatur aspectus, inter nubem, vt oculum, nec iris causatur à sole existente in quolibet situ, quia variatur aspectus, at macula videtur in eodē loco lunæ semper aboculo existente inquacumq; regione.

Quarta conclusio lunæ maculæ sunt illi intrinsecæ ex causa intrinseca partium diuersarum secundum raritatem, & densitatem, & varios gradus perspicuitatis. Nam cum affectio illa non sit extrinseca, sed intrinseca lunæ, debet habere causam in illa, siue effectiuam, siue subiectiuam, at non potest esse effectiua, quia apparet ex præsentia Solis, à quo illuminatur, cum accidat præcipuè dū 46

luna

luna est plena, ergo habet illam ex parte subiecti, at ex hac parte non potest esse nisi huiusmodi qualitates .s. raritas, densitas, & perspicuitas, nam hæ sunt qualitates, quæ disponunt subiectum ad recipiendum lumé vario modo, & alteri communicandum.

Densitas in luna facit luminosas partes, raritas obscuriores.

Quinta conclusio partes luminosæ lunares sunt ex densitate; obscuriores vero ex raritate. Nam lumen receptum in corpore denso in alia transfunditur, & producitur, at in raro receptum, nec se alijs subiectis cómunicat, nec lucet oculis, vt patet experientia in igne, quia in sua sphæra nec lucet, nec videtur ob raritatem, sed in flamma lucet, & videtur ob densitatem, & idem patet ex stellis, quæ ob densitatem lucent, & orbibus, qui ob raritatem non lucent.

Dices constat octauam sphæram esse multis stellis præditam, quæ ratione quantitatis, & qualitatis sunt diuersæ, sed si hæc
47 varietas esset ex raro, & denso non esset in illis virtutú diuersitas, sed identitas, & æqualitas secundum speciem, & solum different secundum plus, & minus, quod patet esse falsum, minor prob. nam virtutes sequuntur formam cum virtus actiua sit ex forma, at raritas, & densitas sequuntur materiam, at differentia sumpta ex parte materiæ non potest dare diuersitatem virtutum, vnde ignis in palea, & ferro calefacit, licet magis in ferro.

Cæli oés vt causa vniuersalis diuersas habent virtutes, sed cófusæ ad inuicem.

Resp. aliqui 1. negádo in cælis esse diuersitaté virtutú, quia cęli oés sunt causa vniuersalis, in quorum singulis omnia continentur, sed confuse, nam ideo dicitur vniuersalis, quia est indeterminata, vt dicitur de prima causa, cui respondet cælú, vt primú efficiés indifferens actiue ad omnia, etiam opposita,
48 vnde non potest dici, quod vna stella efficiat frigiditatem, & alia calorem, nam omnia sunt in potentia totius cæli, quod nihil particulare producit, nisi simul cum efficientibus particularibus, & cum illis obijciuntur diuersę virtutes constellationum respondét oriri non ex diuersis virtutibus secundum se, sed habent diuersos effectus ex varietate triplicis conditionis .s. propinquitatis, soliditatis, & velocitatis.

Sed infra constabit hos toto cælo errare, vt dicemus de influentijs.

Formarum diuersitas à densitate densitatis, & raritatis.

Secundo Resp. diuersitatem densitatis, & raritatis arguere diuersitatem formarum, secundum aliquos gradus, vt supra ostendimus, nam qualibet forma, vt determinat sibi certos gradus aliarum qualitatú, ita etiá raritatis, & densitatis, quod aliqua forma conseruatur in materia rarissima, & densissima id est secundum statum innaturalem, qui non potest conuenire cælestibus. At inquies hinc sequitur partes lunæ cum differant secundum densitatem, & raritatem differre essentialiter. Resp. primo concedendo totum vnde dici debet corpus lunæ esse substantialiter ætherogeneum.

Resp. secundo dici posset formam lunæ non determinare sibi gradum densitatis in indiuisibili, sed intra quandam latitudinem graduum intensionis, cum quibus esse pôt cónaturaliter, & ideo est eadé forma in parte lunæ densa, & rara, sed prior responsio magis placet ob maximam distantiam inter raritatem, & densitatem partium lunæ.

Dices secundo si pars maculosa est pars rara, vel conditio raritatis vniformiter penetrat totam lunæ profunditatem, & patet 49
esse falsú, quia sequeretur in eclypsi Solis lumen illius totam illam raritatem penetrans ad nos peruenire, vt patet ex raritate aeris per quem sol ad nos traslucet, an experientia ostendit Solem occultari qualibet parte lunæ, vel non vniformiter totam penetrat, sed vt in eodem corpore est varietas gracilis & pinguis, ita in profunditate lunę est diffor mitas rari, & densi, & sequitur densitatem occurrentem impedire penetrationem radiorum, atque adeo reflecti ad nos sicut reflectitur à vitro, quod plumbo delinitum.

Lunæ pars superior nó est maculosa

Resp. primo raritatem non penetrare totam lunam, vnde pars lunæ superior non est maculis aspersa, at ad instantiam dicitur lumen non reflecti ab illa parte densa ad terrá quia lumen non recipitur in luna per radios 50
reflexos, sed absortos per penetrationem.

Sed quia cum penetratione radiorum per vnam partem lunæ; dici potest ex parte illa densa, in qua non recipitur per penetrationem, reflecti potest radius, ideo.

Resp. secundo tantam esse luminis penetrationem in partibus profundis lunæ, vt reflexio inde facta non possit ad nos peruenire, sicut reflexio Solis à terra non excedit primam regionem aeris, præsertim cum illæ partes licet sint rarę comparatione aliarum partium, non tamen habent maximam raritatem, sed aliqua ex parte caliginosam, vnde fit, vt radius non possit illam partem illustrare, vt simpliciter luceat, vel saltem, vt ea pars comparatione aliarum non appareat obscura, nam illa pars non est ita rara, vt sit perspicua, nec ita densa, vt absorbendo radium, sibi appropriet, & alijs tanquam suum in alios diffundat, nec mirum, quia materia illius cæli est magis impura, quam aliorum, Conf. quia in visione obiectorum multum interest, quam procul, vel prope sint obiecta visa, vnde res alio modo videntur in speculo propinquo, ac in remoto, & lumen reflexú à speculo remotiori minus afficit, quá à propinquo, vt experientia constat, quare non mirum si luna visa per reflexionem ab obstaculo remotissimo appareat comparationem aliarum partium obscura.

Resp. tertio raritatem penetrare totam 51
profunditatem lunæ, nec tamen in eclypsi Solis ad nos transmittere lumen ob magnitudinem, & impuritatem raritatis lunaris, vt dictum est supra.

Dices tertio quid sit hæc luminis penetratio, & radius absortus.

Resp. receptionem formæ esse posse 2. primo cum alteratione interna recipientis, & sic

& sic recipiuntur primæ qualitates, quæ di-
citur receptio per modum materiæ. Secũdo
sine alteratione materiali, qualis est receptio
52 specierum, & sic recipitur lumen in perspi-
cuo, forma autem recepta vel indiget causa
efficiente, vt conseruetur, vel non indiget,
vt recipiuntur qualitates materiales, sicut
primo modo recipiuntur formæ materiales
& intentionales, & sic recipitur lumen, &
quia lumen recipitur, vt possit communica-
ri alijs ideo dicitur radius absorberi in subie-
cto, sed non placet, quia omne lumen recep-
tum à lucido indiget conseruante, & recep-
tum in profunditate densa lucet, sed in pro-
funditate rara non lucet.

Ego dico radium absortum distingui à
reflexo, nam sicut reflexio fit à superficie
corporis reflectentis absq; eo quod penetret
profunditatem, vt patet in impedimento om
nino opaco, vel quo penetret circa superfi-
ciei profunditatem, vt accidit in speculo vbi
plumbum facit reflexionem luminis, licet
factam in crystallo, ita ille radius dicitur
reflexus, at quando lumen recipitur in pro-
funditate siue rara, siue densa dicitur radius
absortus, cum hoc tamen discrimine quod
dum recipitur in profunditate densa lucet,
dum in rara, non lucet.

Dices quarto, an ex lumine lunæ proprio,
& aduentitio fiat vnum lumen. Resp. fieri
vnum per intensionem, sed non fieri vnum
per identitatem, vt patet ex gradibus alia-
rum qualitatum.

Resp. secundo fieri vnum quoad lucescẽ-
tiam, nam cum luna luceat vt carbo, dein-
53 de lumen aduenιens augens illum, non qui
dem per mixtionem, vt putat Cremoninus,
sed per intensionem, auget etiam eius luce-
scentiam.

## D V B I T. I V.

*An lumen receptum in cælo producat colores in cælo.*

## A R T I C V L V S. I.

*Explicantur termini.*

54 PRimo not. ex Veneto in sum. meteor. c.
22. & de anim. c. 12. colorum quidam
est verus, quidam apparens, verus dicitur ab
Aristotile de sens. & sensil. extremitas per-
spicui in corpore terminato, non quidem, quod
terminis claudatur, quia sic omne lucidum,
& diaphanum est terminatum sed, quia ter-
minat visum impediendo visionem obiecti,
quod est post illum vt est lapis, argẽtum, &c.
& hic oritur ex mixtione primarum quali-
tatum: apparens vero est qualitas per se im-
mutatiua visus sub ratione visus, sic lux, &
lumen dicuntur colores, secundo de anim.
t. 69. de quo de sens. & sen. ait Aristoteles
omnia corpora participare colorem, & hæc

Color verus & apparens

qualitas quando apparet ex mixtione specie-
rum visibilium, vel continet mixtionẽ lucis
cũ opaco, & apparet vt verus color; & distin
cte à lumine, & luce, quomodo Aristoteles
3. meteor iridem dicit esse tricolorem ex
triplici reflexione radiorũ luminis, & lucis.

Secundo not. hanc apparentiam colorum
causari varijs modis, nam primo fit miscen-
do colorem colori vt faciunt pictores mi-
scendo album nigro, vt fiant varij colores
medij 2. per iuxta positionem paruarum
partium diuersis coloris coloratarum, vt pa-
tet ex texturis filorum, ex quibus fit pan-
nus vnius coloris diuersi à coloribus filorũ
diuersis.

Tertio fit color apparens ex concursu ra-
diorum solarium incidentium per res colo-
ratas diuersis coloribus, vt ex radij solares
incidunt per fenestram diuersorum coloris
videntur colorati diuersis coloribus in pa-
riete vbi reflectuntur.

Color apparens ex quorũ concursu

Quarto fit ex mixtione lucis cum opaco
terrestri, vel aquoso, quia dũ radius solis trã
sit per exalationẽ calidam, & siccã terrestrẽ 55
facit colorem puniceum, & si fiat per nubẽ
aquosam variatur color secundum diuersi-
tatem lucis cum opaco, nam ex mixtione
fortis lucis cum multo opaco generatur ru-
bedo, sed cum tenui generatur albedo, sed
quando est mixtio debilis lucis cum multo
opaco generatur nigredo, sed si fit cum pau-
co opaco, & debili generantur medij colo-
res, de qua re plura col. Redig. l. 9. lect. an-
tiq. c. 31. Piccol. de celo c. 30.

## A R T I C V L. II.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium in cælo esse
veros colores tribuitur Platonicis, qui 56
soli aureum colorem tribuunt, cælo cæ-
ruleũ, & Telluri viridem, sequi videntur a-
strologi, qui Saturnum Plumbeum, Iouem
stanneum, Martem calibeum, Venerem cu-
pream, Mercurium argenteum, quod viuum
dicitur, lunam deniq; argenteam faciunt, &
totum cælum cæruleum, fundamentum su-
mitur ex apparentia, nam visus non decipi-
tur circa proprium sensibile 2. de anim. t.
63. & 141. sed in cælo, & astria apparent vi-
sui colores ergo ibi sunt colores.

Secunda opinio est dicentium ibi non es-
sa veros colores, quia non est mixtio prima-
rum qualitatem, ex quibus fiunt veri colo-
res, sed esse solum apparentes qualis est co-
lor in aqua apparens, vel iride, & collo colũ-
bæ, & similibus, in quibus est mixtio lucis
cum opaco secundum variam proportionẽ
ita communis opinio quam fuse explicat, &
defendit philal. cos. 27. primi de cælo.

Tertia opinio est dicentium in cælo esse
quidem veros colores, sed non per modum
formæ fixæ, sed fluentis, quia diuersa est ra-
tio in iride, & similibus, ac in cælo, nam co-
lores

In cælo sunt veri colores non per modum formæ pmanẽtis sed fluentis.

lores iridis, & ſimilium non apparent eodẽ modo omnibus exiſtentibus in diuerſis ſitibus, nam aliquibus nulli apparent, alijs vero apparent, etiam ſi ſimul aſpiciant idem obiectum ergo ſignum eſt colores iridis, & ſimilium non eſſe veros, at in cælis ſemper apparent iſdem colores vndecumq; aſpiciantur, ergo ſignum eſt ibi eſſe veros colores nam ſicut in iride oriuntur ex diuerſo aſpectu ad oculum, atq; adeo pendent ex lumine proportionato cum hoc vel illo oculo, & non ex cauſa omnino intrinſeca obiecto, ita colores cęleſtes nõ pendent ex hac proportione cum aſpectibus oculorum, ſed ex cauſa intrinſeca cælis, vnde ad fundamentũ
57 aduerſariorum Reſp. veros colores per modum formæ fixæ eſſe ex mixtione elementorum, ſed per modum formæ fluentis eſſe ex mixtione lucis cum opaco independenter à proportione ad noſtrum aſpectum, videtur eſſe Contareni lib. 5. de elem. vbi ait colores per accidens oriri ex primis qualitatibus per ſe autem ex à mixtione luminis et perſpicuo terminato, ſed quid ſentiendũ nobis ſit dicemus in lib. de anim. Nunc ſupponatur opinio communis.

ARTICVL. III.

*Soluuntur Argumenta primæ opinionis 1.*

58 Senſus non errat circa propriũ ſenſibile in cõi, ſed in particulari.

PRimo ſenſum non errare circa ſenſibile proprium in communi, quia non poteſt ferri extra obiectum proprium, ſed errare circa ſenſibile proprium in particulari, ſenſibile autem proprium viſus non eſt color verus, ſed qualitas communis ad verum, & apparentem, quia apparent eſt lux, quę continetur ſub adæquato obiecto viſus, vt ſuo loco dicetur.

Reſp. 2 Contar. l. 5. de elem. colorẽ eſſe ex admixtione luminis cum diaphano, id eſt corpore receptiuo luminis habente opacitatẽ in extremo ſui corporis, vnde exigit corpus imperfecte diaphanum ſcilicet aliquomodo opacũ, vt inde extremum habeat in quo viſus figi poſſit, & hic color appatet, vnde Auemp. putat colorem nõ diſtingui ſpecie à lumine, quia color eſt extremum lucidi, ſed illum refellit ibi ex Auer. quia licet ſit à lumine, non tamen eſt lumen: Vnde ipſe diſtinguit colorem verum ab apparenti ex ratione termini, nam, quę perſpicua terminũ in ſe non habent non ſunt vere colorata, ſed quia hæc habent terminum, habere videntur vel ex noſtro viſu, quia impedit' vltra extendi nõ põt, vel ob debilitatẽ non extenditur ideo ibi apparet color aliquis pro qualitate diaphani illuminati, vel terminum habere videtur ex alia cauſa, & ſimiliter ibi apparet color, quod ſi diaphanum illuminatum ſit natura ſua terminatum, erit coloratum colore ſecundum exiſtentiam, verum de huius opinione dicendum alibi.

Reſp. 3. Scalig. exer. 61. n. 3. & 66. nu. 1. quod licet corpus illuminatum rarum per ſe non terminet viſionem, tamen quãdo habet magnam profunditatem videri poteſt nam magnitudo illa profunditatis æquiualet denſitati, vnde ſicut perſpicuum denſum videtur, ita rarum illuminatum, valde profundum, quia tam multę partes ſecundum extenſionem mittunt ſui ſpeciem: Hoc autẽ corpus mittit ſpeciem coloris cærulei, cum 59
tamen talis ſecundum ſe non ſit; quod etiam apparet in aqua valde profunda, nam lumẽ receptum in tali perſpicuo aliquomodo offuſcatur ob illius magnitudinem corporis, vel ob noſtri aſpectus debilitatem, vt vult Contarenus.

Hinc etiam patet cur appareant in aſtris varij colores, quia ſcilicet in illis lumen vario modo recipitur, tam ex parte illuminantis, quam ex parte ſubiecti illuminati.

DVBIT. V.

*An lumen ſit coloris productiuum, & quomodo.*

De hac Alb. 1. meteor. tr. 1. c. 2. vbi. Timon. q. 6. Georg. q. 1. d. 2 Alb. 2. cæl. tr. 3. c. 1. & 2. vbi Sax. q. 3. Tand. q. 10.
Conimb. c. 7. q. 5. Geor. q. 3. d. 1. Ta- 60
tar. 2. cæl. tr. vlt. Not. 3. Piccol. de cælo c. 28. Zabar. opuſ. de calor cæl. c. 10. Angeſt. de prop. form. major 2. d. 14. q. 6. vbi cap. q. 1. Dorbel. q. 1. & alij.

PRima opinio eſt negantium lumen eſſe cauſam caloris prima, quia lumen eſt poſterius calore vt patet in igne ergo non eſt cauſa caloris, quia cauſa non eſt poſterior effectu, & prima qualitas non cauſatur ab alia, ſed potius cauſat alias.

Conſ. primo, quia ſi lumen eſt cauſa caloris, oppoſitum luminis produceret frigiditatem, at hoc eſſe non poteſt nam lumen non habet contrarium niſi priuationem, quę non poteſt eſſe cauſa rei poſitiuæ, qualis eſt frigiditas.

Conſ. ſecundo, quia ſi lumen eſſet tale, ſequeretur corpora lucidiora eſſe magis calefactiua, cũ tamen conſtat Iouem, Venerem, & lunam eſſe lucidiora ſyrio ſydere, & non magis calefactiua ex Plin. l. 9. c. 25.

Conſ. tertio, quia habens virtutem calefaciendi habet etiam exiccandi, nam exſiccatio eſt effectus ſecundarius caloris, qui rarefaciendo partes facit eas euaporare, at luna in plenilunio, cum ſit magis luminoſa eſt productiua humiditatis, & hinc laborantes diſtillationibus eo tempore magis afficiuntur.

Conſ. quarto, quia conſtat multa aſtra producere frigiditatem, vt Saturnus, & cum ſicut luminoſa producerent circa idem ſubiectum ſimul calorem, & frigiditatem.

Conſ. quinto quia lumẽ in medio eſt for-

ma

ma intentionalis, at hæc non habet effectum realem.

Conf. sexto quia si lumen id haberet ex se vbicumq; positum calefaceret, at patet multa luminosa non calefacere, vt gemmas, putrida quercus, piscium squamę cicindulæ & animalium oculi.

Conf. setimo quia Aristotiles dixit calorem produci per motum 1. cæl. 42. vnde, quia sol est maior, & spissior alijs stellis producit maiorem calorem, quia fortius commouet corpus sibi immediatum.

Deniq; probatur, quia vel producit per luminis radios directos, & non quia tunc
61 secũda regio esset calidor prima cum sit cælo propinquior, & montes essent calidores vallibus contra experientiam, vel per radios reflexos, & neq; tum; quia si secundum se non est causa caloris, nec multiplicatum per reflexionem, cum omnes alij radij sint debiliores radio incidenti.

Tribuitur Auer. 11. met. apud Alb. 1. meteo. tr. 1. c. 12. vbi ait motum orbis inducere calorem in corpus sibi immediatum, & hoc in aliud, & sic consequenter vsq; ad nos, at sol inducit maiorem calorem, quia maior est, & spissior alijs stellis, & ideo fortius commouet corpus sibi immediatũ.

Secunda opinio est dicentium lumen nec esse præcisè sumptum productiuum caloris
62 nec frigiditatis, quia est instrumentum causæ vniuersalis, quæ nullum habet determinatum effectum, sed cum calore producit calorem, cum frigidis frigiditatem, nam causa vniuersalis determinatur à causis particularibus, videtur Cremonini, qui putat cælum in hæc inferiora non agere vt causam particularem, sed vniuersalem.

Tertia opinio est dicentium lumen per se producere calorem, ita Alb. loc. cit. cum alijs initio citatis primo ex Aristotile 1. cæl. 42. vbi ait aerem incalescere maxime ab orbe solis, nam eo approximante, & oriente, & super nos existente generatur calor.

Secundo probat Alb. experientia, qua videmus ex reflexione radiorum conuenientium in locum vnum generari calorem, vt apparet in speculis comburentibus, ex euclide in sua perspectiua. Conf. Tatar. ex maiore calore in vallibus, quam montibus, quia in vallibus propter reflexionem radiorum fit maior congregatio radiorum.

Tertio probat Iand. quia ideo dies sunt calidiores noctibus, & loca illuminata vmbrosis, quia in nocte abest lumen solare, & sic ab vmbrosis.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui putant radios solares transeuntes per sphęram ignis incorporare sibi calorem, quem ad nos deferunt, sed hęc opinio supponit radios solares esse corpus, quod moueatur de loco ad locum, quod patet esse falsum cum duo corpora non possint esse in eodem spatio.

Conf. quia sicut transeuntes per ignem concipiunt calorem, ita transeuntes per mediam regionem aeris conciperent frigiditatē atque extingueretur calor præconceptus.

Doctorũ diuersitas circa actiuitatem luminis

Alij 2. putat calorem produci à lumine per accidens, quia est instrumentum cælorum vnde agit in virtute alterius, sed non placet Iand, quia productio per accidens distincta à per se est triplex, vel casuale, vel remouens prohibens, vel cõiunctum cum causæ per se, at lumen nullo horum modorum 63
est causa, non primo, quia ea productio est frequens, nõ 2. quia nihil est quod prohibet lumen à calefactibili, tum deberet assignari causa per se, quę agit, remoto impedimento, non tertio, quia non assignatur alia causa cuj lumen sit coniunctum, luminis productiua, neq; agere in virtute principalis agentis per 64
accidens, quia immediate agit, & non per aliud, vt principale agit per instrumentum.

Tertio Philaltæus, quia primo distinguit lumen primarium à secundario, primum dicitur, quod incidit in subiectum directe à corpore luminoso, Alterum, quod resilit, & repercutitur à luminoso dum illi objicitur corpus solidũ, sicut fit vox, q̄ dicitur echo, qui licet semper fiat, non tamen semper auditur, ita lumen semper reflectitur obiecto corpore licet diuerso modo, nã aliter obiecta aqua vel aere, & aliter obiecto corpore læui opaco, quod vmbram facit, & terminat luminis productionem extensiuam.

Secundo asserit in inferioribus maiorem calorem oriri ex propinquitate maiori, vel minori corporis luminosi, & hinc Antipodes & australes sentiunt maiorem calorem, quia cum in eorum solstitio Sol sit in Capricorno, est ipsis vicinior, & hinc etiam fit vt ventus Australis sit calidior, sed hæc ratio habet difficultatem, tum quia deberet sentiri maior calor dum Sol est in æquinoctio, quam dum est in abside, tum quia mõ es quia Soli viciniores sũt deberent esse calidiores, ideo, secũdo ait augeri ex maiore reflexione, quæ est ex accessu Solis ad verticem nostri capitis, & polum Horizontis, vt patet in æstate, sed hæc ratio videtur claudicare, nam mense quintili, & sextili maior est color, quam dum Sol est proximor vertit, & in caliculæ ortu augetur calor, & tamen ab est à terra.

Tertio asserit augeri ex maiori mora propinquitatis ad verticem, & Sol lustrans signum cancri plus æstuat.

Quarto ex longiori mora Solis supra Horizontem, quare dies sunt calidiores noctibus, & Dies mensis sextilis, & quintilis sunt ob hãc causam ardentiores, præsertim adhibita siccitate terræ

Sed vtraq; hæc ratio refelli potest ex eo, nam incolentes partes mundi quarum vertex respicit polos mundi per sex continuos dies habent Solem & diem sine fine vlla interpositione noctis, & tamen rigent.

Conf. quia qui habent polum magis eleuatum

uatum diutius illuminantur, quia diutius Sol moratur ſupra eorum Horizõtem, vnde habent dies longiores, & tamen eorum regio non redditur calidior.

Quarto idem Philal. ob dictas difficultates putat cauſam maioris caloris, vel minoris, non eſſe ſpectandam ex vna cauſa, ſed ex prædictis quatuor cauſis, vt vbi intercedunt plures, & potentiores cauſæ ibi eſt maior calor, vbi vero pauciores, & infirmiores ibi eſſe minorem.

65 Quinto alij putant lumen directe productum non producere calorem, ſed reflexum, dũ radij reflexi cõincidunt cũ incidentibus nam radiorum quatuor ſunt genera, vnum tangentium ſolum ſubiectum, quod pertrãſeunt ſine vlla fractione, & reflexione, Alterum reſilientium oblique magis, vel minus tertio reſilientium ſeu reflexorum ad perpendiculum, quarto reflexorum ad vnum punctum in quo vniuntur omnes radij, vt ſit in ſpeculis concauis, ex his igitur ſolum radij reſilientes colorem efficiunt, & ſi oblique reſiliũt remiſſum calorum plus, vel minus efficiunt, ſed multo maiorem quando perpendiculariter reflectuntur, maximam vere quando ad idem punctum inciderent repercuſſi. Hinc Euclides ait opus de ſpecul. concau. ex concauis ſpeculis ad Solem vel ignem poſitis ignem accendi, ex gibboſis vero, & planis non item; quod in concauis radij ad idem punctum confluunt, & reſiliunt, pars ſũt vbi radij vniuntur dicitur cẽtrum & Galen. 3. de temp. refert in Miſia Aſiæ Orbe vrbem conflagraſſe ex radio Solis incidente in reſinam, qua porta illius domus erat illita.

Sexto, alij cum Zabarella dicunt lumen eodem modo producere calorem, quo illũ producit motus. ſ. extenuando, & rarefaciẽdo ſubiectum, nam extenuationem neceſſario conſequitur calor, & ſicut non quilibet motus, ſed velox aerem calefacit ita neque
66 quodlibet lumen, ſed magnum, & vehemens aeris attritionem facit; Hinc lumen candele non producit calorem, nec aſtrorum, imo nec Solis, & ſi magnum niſi duplicetur, nam ſi aliquem aliter producit, eſt fere inſenſibilis, ideo requiritur reflexio, nam radij deſcendentes, & aſcendentes ſe inuicem colliduntur, & inde extenuatur aer. Hinc ſit calorem etiam produci à radijs rectis licet modicum, ſi enim radij ſimplices non haberent virtutem producendi calorem, neq; duplicati poſſent tam magnum calorem producere, & licet media regio aeris recipiat lumẽ rectum, atque adeo modicum calorem, tamẽ manet frigida, quia modicus ille calor ſtatim à tanta frigiditate extinguitur, quod ſi petas quomodo lumẽ extenuet aerem: reſpondent id eſſe ex natura luminis, nam cur cauſa producat immediatum affectum, non poteſt reddi alia cauſa ſicut apud aduerſarios, non poteſt reddi cauſa cur producat calorem.

## ARTICVL. II.

*Opinio Auctoris.*

Prima Concluſio lumen producit calorẽ primo ex dictis in tertia opinione, nam ex illa cauſa producitur effectus, qua poſita præciſo omni alio producitur effectus, & qua ablata, poſito alio non ponitur effectus, ſed in illis caſibus poſito lumine præciſis alio ponitur calor, & præciſo lumine, poſitis alijs non ponitur, ergo calor eſt à lumine. Conf. ex Ariſtotele 4. de part. c. 5. & 4. de Gener. anim. c. 2. vbi dicitur, quod ſicut ſol per circuitum annuum facit æſtatem, & hiemem. ita luna per menſem, non quidem accedendo, vel recedendo à nobis, ſed ex augmento, vel decremento luminis in parte qua nos reſpicit, de quo D. Th. 1. d. 15. q. 1. ad 5 & d. 37. q. 1. ar. 1. ad 2. & 2. d. 13. q. 3. vnde cũ luna eſt plena noctes ſunt calidiores. Hinc oritur cur animalia exanguia, & frigidioris naturæ, vt oſtrea conchylia, & echini pleniora ſũt in plenilunio, ſiue quia minus læduntur à frigore, ſiue quia ope caloris lunaris plus cibi conquunt. 67 Lumen eſt productiuum caloris.

Conf. quia ſicut inferiora ſubordinantur ſuperioribus ita effectus inferiorum debent reduci in ſuperiora, vt primam cauſam, cũ ergo in inferioribus ſint quatuor qualitates elementares debent reduci in ſuperiora tanquam in cauſas, quare ſicut frigiditas reducitur ad Saturnum, & humiditas in lunam, & ſiccitas in Martem, ita calor debet reduci in Solem, & hoc, quia Sol eſt fons luminis, nam ſicut ſol eſt perfectior alijs, ita perfectior qualitas elementaris debet reuocari in perfectiorem planetam, & quia ſubſtantia non agit in extrinſecum ſubiectum immediate, ſed mediante qualitate ideo calor debet reduci in lumen tanquam in perfectiorem qualitatem.

Ex quibus patet, cur Sol plus alijs ſtellis calefaciat affert 4. rationes Alb. in meteor. prima, quia eſt primum lucidum, ſecunda, quia ſecundum Moyſem eſt calidus, & ſiccus ſcilicet virtualiter, & mouendo ſphærã ignis cum emiſſione ſui luminis, facit particulas ignis deſcendere, nam elementa aliũ motum, & motorem habent ſecundum ſe, alium vt congregantur ad locum mixtionis. tertia propter maiorem quantitatem, & ſpiſſitudinem ſubſtantiæ, non quidem ſpiſſitudine vniuoca, ſed æquiuoca cum elementari, quia ibi non cauſetur ab aliqua qualitate elementari, ſed nobilitate continuatis ſubſtantiæ, quarta, quia eius lumen eſt intenſius, clarius, & purius luminibus aliorum aſtrorum, & ideo dicimur Sol, quaſi Solus lucens. 68

Dices ſi ſol calefacit hæc inferiora, vel id efficit immediatè, & non quia inter regionẽ elementarem, & Solem ſunt multi orbes intermedij, vel mediate, & neque quia tunc calefaceret orbes intermedios, nam corpus remotum ſua actione non attingit extremũ 69

niſi

Lumen non producit calorem subiectum extenuando.

tum localem corporum inter se collisorum, & sic non fit à lumine cum non sit corpus, secundo per rarefactionem, & hæc oritur à calore, non autem est causa caloris, ergo ex vi luminis prius produci debet calor, quam extenuetur subiectum.

Conf. quia cum lumini possit tribui immediate, & calor, & extenuatio, nulla experientia docet non esse rationem cur prius illi conueniat extenuatio, & deinde calefactio & non prius, & immediatius conueniat calefactio, quam extenuatio, imo hoc est rationabilius cum in alijs extenuatio consequatur calefactionem.

Extenuatio dispositio ad calorem.

Secundo probatur, quia hæc opinio ponit produci effectum sine causa, nam ponit extenuationem esse dispositionem ad calorem, cum illam consequatur, at vbi ponitur disponens causa, debet poni causa effectus, ad quem est ordinata dispositio, at huius effectus nō potest esse ipsa dispositio, quia extenuatio non est effectiua caloris, neque est ipsum lumen extenuans, ergo nulla datur causa huius effectus.

At inquies hac ratione fit calor per motum. Resp. negando simpliciter sic fieri, vt infra constabit.

Hinc non placet opinio Alb. tr. 3. c. 3. qui ostendit modum, quo lumen causat calorem non ex motu quo ipsum mouetur, sed quo mouet, non quidem fricando, & concutiēdo partem ad partem, sed vt forma prima

75 motoris vniuersaliter corporis, nam lumen cæli, vt sic mouet ad omnem formam, sed ad hanc, vel illam mouet, vt est sub hac, vel illa figura ob comunicationem cum alijs stellis & cum virtute speciali formatiua huius, vel illius speciei; vnde Aristoteles lib. de anim. ponit in semine calorem elementarem, cæleste, & virtutē formatiuā. Hinc negat lumē essentialiter producere calorem, sed corpus calidum, cuiusmodi non est lumen, sed operari ipsum per effectum proprium, qui est dissoluere illuminata passibilia, qui effectus cum sit motus habet ex sua proprietate producere calorem non inquam placet, quia nō apparet quomodo lumen habeat vim dissoluendi immediatam.

Quarta conclusio non est quærendus modus, quo lumen producit calorem, sed cur aliquando producitur maior, aliqñ minor.

76 Prima pars probatur, quia quando effectus conuenit alicui ex natura ipsius non est quærenda causa, & modus, vt patet, quia non est quærenda ratio, & modus, quo grauitas est causa descensus, & leuitas ascensus, quia hi effectus conueniunt illis ex natura illarū, sed calefactio conuenit lumini, vt causæ æquiuocæ, sicut calori, vt causæ vniuocæ ex natura ipsorum, ergo non est quærāda tō & modus, sicut n. ridiculum esset quærere cur calor calefaciat, ita cur lumen? simile qd dixit Arist. de tentantibus demonstrare naturam. Conf. 2. quia si calefactio non conueniret lumine ex natura sua, neq; posset reflexum producere, quia per reflexionem nōn acquirit diuersam virtutem, sed eandem multiplicatam, vt infra.

Secunda pars patet, nā videmus in aliquo subiecto vbi debet esse maius lumen, esse minorem calorem, & contra vbi debet esse minus lumē esse minorem calorem, vt patet ex secunda regione aeris, quæ vicinior Soli, quā inferior regio, & tamen ibi est minor calor, quare debet ratio huius diuersitatis reddi, ea autem sumitur ex reflexione, nam vbi reflexio est maior, ibi est plus luminis, vnde cum in inferiori regione sit plus luminis erit ibi plus caloris.

Sed contra quia licet reflexi radij sint maiores in parte inferiori, quam in media regione, tamen radij directi debent esse intensiores in secunda regione, ergo ibi debet esse lumen intensius, ant. prob. tū quia virtus productiua directe est potentior, quā reflexiua si præcise sumantur, vt patet ex motu locali, tū recto, & reflexo, quia sicut agēs nō pōt agere in remotū quin agat in proximū, & mediū subiectum, ita non pōt producere intensiorem effectum primarium in subiectū remotū, quam in propinquum, quia quoad gradum illum excedētem ageret sine medio. 77

Tum tertio ex Arist. 1. met. sum. 1. c. 4. vbi *cum autem fertur primū elementum circulo, .i. cælum, & corpora, quæ in ipso sunt, id q; propinquum est semper inferioris mundi, & corporis motu disgregatum accenditur, & facit caliditatem.*

Resp. qñ aliquid experientia constat non debet negari, ꝑpter aliquas rōnes, q̄ nō possunt solui à nobis, vt notauit Arist. 8. phys. cōtra Zenonem negantem motum localem, q; conf. ex Triremium incensione facta ab Archimede constitutis e regione classis cōcauis speculis à quibus repercussi radij in Triremes, eas incendit, vt refert Gal. 3. de temp. q. 2. & de Proclo narratur à Zonora in vita Anastasij Imperatoris in obsidione Cōstātinopolitana suspendisse specula ænea ex quorū à quibus repercussi radij solares ignē accenderunt, & in classem immiserunt instar fulminis eamq; combussera, at cōstat ibi fuisse accensum ignem in loco remotiori à speculis, absq; eo quod accenderetur in medio quia radij in ea parte vniebantur. 78

Quare Resp. et si radius directus precise sūptus esset intēsior radio reflexo precise sumpto, tñ vterq; vnitus est maior, vnde cū radij reflexi non perueniant ad secundā regionē, nō mirū si ibi est remissius lumē, quam in infima regione, vbi est vnio radij directi, & reflexi, neq; intensio maior radij directi existentis in media regione, quā sit intensio directi existentis in infima adæquare potest maioritatem intensionis ortam in regione inferiori ex reflexione, vnde excluditur comparatio motus localis directi, & reflexi, quia in hoc non est vnio motuum cum sint in diuersis tēporibus, & inter contrarij ad contrarios terminos tum quia virtus reflexiua localis est

Radius directus intēsior est reflexo.

 ad

ad motum innaturalem, & repugnantem
mobili, vnde fit cum maiori resistentia su-
biecti, quæ non sunt in hac reflexione lumi-
nis, sed virtus illuminatiua, quæ esset exten-
79 denda, producit intensius circa subiectum
minus extensum ob impedimentum.

Ad secundum Resp. id exigere decisionẽ
quæstionis de modo, quo agens, & patiens
esse debeant simul, de qua in libris de genera
tione. Nunc satis sit propositionem de maio
ri effectu in subiecto propinquo quam in re-
moto ab agente, intelligi quoad actionem di
rectam, nõ quoad reflexam ob vnionem ra-
diorum, quæ est in reflexa actione, & hinc
patet ad 3. primo loqui de actione directa 2.
loqui de calore producto, ex vi motus, qui
maior est in corpore proximiori primo mo
bili nisi sit aliquod impedimentum, & inde
causatur maior calor, quia est maior attritio.

Ex his patet falsam esse secundam opinio
nem, nam lumen non est indeterminatum
ad productionem caloris, & determinatur
ab agente particulari calido, cum appareat
80 producere calorem circa subiectum aptum,
siue associatum coagenti calido, siue frigido
vt patet ex eo quo cæteris paribus aerem
esse calidiorem die, quam nocte, & noctes es
se calidiores dum luna est plena, quam in
nouilunio, quod non esset nisi lumen esset
determinatum ad productionem caloris, nã
alioqui cum illis temporibus regnent frigi-
dæ causæ, producerent frigus.

Secundo patet nulla astra esse frigefacti-
ua per suum lumen, quia eadem causa non
est per vnum instrumentum causa immedia
ta contrariorum, vnde in illis est ponenda
alia virtus per quam frigefaciant distincta à
lumine, & motu.

Tertio patet virtutem per se productiuã
siccitatis distingui ab alijs virtutibus, quia ha
bent effectus per se specie distinctos.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primum Resp. calorem productum à
81 lumine esse causam ignis, sed illud nõ
esse effectum ab illo igne, sed à Sole, vel alijs
causis, aliud vero lumen, quod consequitur
ignem, non producere eundem ignem], sed
illum supponere, & calor, ac similes dicun-
tur primæ qualitates non simpliciter, sed in-
ter proprias elementorum, quæ sunt prima
corpora inter corruptibilia.

Ad conf. Resp. effectus contrarios priua-
tiue esse ex causis similiter oppositis, nam vt
calor est ex præsentia Solis, ita priuatio calo
ris producendi ex absentia Solis, at effectus
contrarij positiue non semper esse à causis
contrarijs, siue quia aliquando fiunt ex eadẽ
causa ob diuersam dispositionem materiæ,
vt cõgregare homogenea, & disgregare ethe
rogenea ex eodẽ calore, siue quia aliquando
causa nõ habet cõtrarium positiue, vt lumẽ.

Corpora lucidiora magis sunt calefactiua cæteris paribus

Ad 2. conf. Resp. lucidiora esse magis ca-
lefactiua cæteris paribus, at quãdo est impe-
dimentum, vt accidit astris, quæ referuntur
in argumento nõ sequitur maior calefactio,
quia etiam si ratione luminis essent magis ca
lefactiua tamen exercitium impeditur ex vir
tute maxima frigefactiua, quę inest illis astris
vel ex virtute frigefactiua aliorum astrorum
cum quibus coniunguntur.

Ad 3. Resp. primo negando virtutem ca-
lefactiuam omnia exiccare, nam lutum exic-
cat, & ceram liquefacit vnde luna tum suo
calore dum est plena, tum ex coniunctione 82
cum alijs astris potest mouere humores capi
tis, & inde distillationes causare, & alios ef-
fectus producere pendentes ex motu humi-
ditatis, & quia causa operatur iuxta dispo-
sitionem subiectorum ideo humiditatem in
aliquibus mouet, in aliquibus etiã consumit
in aliquibus nec mouet, nec consumit, qua-
re actiuitas caloris pro qualitate subiectorũ
varie modificatur.

Resp. 2. lunam dominari humidis, non ra-
tione luminis, & caloris, sed ratione virtutis
humefactiuę, quæ per se primo ordinatur
ad humiditatem producendam.

At inquies si luna habet virtutem hume-
factiuam distinctam ab illuminatiua, & cale-
factiua, sequitur in nouilunio habere eosdẽ
effectus pendentes ab humiditate, quia illa
virtus manet in nouilunio, sicut in plenilunio
cõtra experientiam, in cõchilijs, & similib⁹.

Resp. negando consequentiã, quia in ple-
nilunio sunt plures causæ, quæ concurrunt 83
ad humores augendos, vt calor, virtus nutri
tiua conchiliorum, & similia. Negari tamen
nõ põt quin in nouilunio oriãtur à luna alij,
& alij effectus iuxta dispositionem subiecto
rum, nam excitantur vehementiores venti,
& maris tempestates, vnde Gal. l. 3. de dieb.
decretorijs post narratos varios status lunæ
ex aspectibus varijs Solis subdit, *igitur fru-
ctus auget, incrassatq; animantia implet, me
struorum statutum tempus conseruat mulie
ribus, comitialiumq; circuitus gignit quate-
nus Solis plus, vel minus participat: omnia
siquidẽ, q̃ facere nata est vbi falcis figurã re
presentat, languida fiũt, at inualescit cũ ple-
na fuerit; quapropter, & fruges interea ada-
uget, & maturat celerissime; ferarum occisa
corpora in Tabem visu suo resoluit, somnoq;
sopitis sub eius lumine pallorem, & capitis
grauitatem conciliat; caterum, vt luna solis
auxilio in omnibus indiget, ita sol nihil, vel
maxime alterius cuiusdam astri, vel ipsius
lunæ opem desiderat*, & infra asserit vehemẽ
tes esse mutationes dum luna cũ sole coit.

Ad 4. Resp. cõcedẽdo aliq; astra habere vĩ 84
refrigerãdi p se, & p lumen calefaciẽdi, vnde
põt simul virtute vtraq; pducere vtrãq; quali
tatẽ, sed in actu secũdo exercitiũ vtriusq; cir
ca idẽ subiectũ nõ põt esse, nã virtus fortior
exibit in actu attemperata ex altera virtute,
ex qua attemperatione fit non produci ef-
fectum ita intensum à fortiori virtute, sicut
pro-

Per se aliqua astra vim habeat refrigandi, & calefaciẽdi.

produceretur si non attemperaretur ab al-
85 tera.

Ad 5. R. primo negando lumen in medio esse intentionaliter cum ibi sit vere secundum suam essentiam, & non secundum sui speciem.

Resp. 2. ex aliorum sensu, esse quidem ibi intētionaliter, sed posse habere effectua reales, quomodo dicunt per species visibiles vehementiores offendi organum visus, vt patet ex speciebus receptis per specillum vehementius.

Lumen astrorum impediri potest a productione caloris.

Ad 6. lumen omne haberet vim producēdi calorē, sed sicut aliæ causę possunt impediri à suorum effectuum productione ita, & lumen, Hoc autem impēdimentum aliquando est intrinsecum subiecto .s. ex paruitate virtutis, qua non potest vinci resistentia subiecti; aliquando est extrinsecum, vt quia adest agens fortius contrarium, & similia.

Resp. 2. quodlibet lumen producere aliquid caloris, sed ab exiguitatem virtutis, vt in ijs, quæ ponuntur in argumento, est calor adeo paruus, vt sit insensibilis. Hinc dictū est calorem maiorem produci à lumine reflexo.

Explicatur Arist. mens circa productionem caloris.

Ad 7. Resp. ibi Aristotilem t. 41. probare stellas, & orbes non esse de natura ignis, vt dicebant antiqui ex eo, quod lumen, & calorem producerent, nam calor non semper prouenit ex causa formaliter, & essentialiter calida, cum aliquando proueniat ex motu, aliquādo ex reflexione luminis ad locum vnum, vt in specula comburentibus,
86 quæ non sunt essentialiter calida neq; ex lumine colligi potest stellas esse ignea cum multa, quæ non sunt ignea, luceant, vt quercus putrefacta, & ignis aliquando non lucet vbi est purior vt in regione iuxta Æthiopiā nec mirum, quia sicut quædam generantur à simili in specie, ita aliqua à simili in genere, & æquiuoce. Deinde cum accidentia per se non generentur, non est necessarium generari à simili, nam videmus nigredinem aliquando à calido, aliquando à frigido generari, lumen autem est accidens. Hinc prosequitur ostendere quomodo motus inducit calorem, & t. 42. ostendit cur in regione inferiori sit æstus, quia .s. ibi concurrit duplex causa .s. lumen, & calor, quare non ait lumē atterere aerē, sed corpus luminosum, quod lumine, & motu calefacit.

Lumen directum, & reflexum eiusdem speciei, non eiusdē actiuitatis.

Ad octauum Resp. Angestus lumen rectum & reflexum licet sit eiusdem speciei, tamen cum non eodē modo applicetur, producit calorem dum est reflexum, & non dū
87 est directum, vnde negat solam intensionem luminis ad hunc effectum prodesse, cum detur lumen intensius reflexo, nec sit productiuum caloris.

Resp. secundo alij cum Alb. tr. 3. c. 3. lumen producere calorem per vicinitatem, & per reflexionem radiorum, primo modo fit 3. primo ex breuitate diametri, secundo ex oppositione ad zenit capitum ad diametrū, vel lineam à diametro parum inclinatam, tertio ex arctitudine sphærę, in qua Sol, vel alia stella luminosa mouetur: Breuitatem diametri appellat minorem partem diametri eccentrici deferentis astrum calefaciens, nam ibi operatur maiorem calorem, quam in locis, quæ supponuntur augi eiusdem astri: oppositio autem ad Zenit causat maiorem calorem, quia reflectitur radius in seipsum, eo quod ad pares angulos semper fit reflexio & diametri linea est breuior inter ea, quæ protrahuntur ab eodem puncto ad idem, & quæ sunt iuxta diametrum, tanto sunt maioris caloris operatiua, quanto ad acutiorem angulum reflectuntur, hinc regio eorum, super quorum Zenit sol transit, est calidissima, & reliquæ, quo minus declinant, eo calidiores, quia acutiore angulo reflectuntur, dicitur autem arctitudo sphæræ locus, quo sol parum per multum tempus ob circuli structuram recedit, vt in circulo signorum in fine Sagittarij, & initio Capricorni, & similiter in fine Geminorum, & initio Cancri in quibus propter recuruationem circuli signorum, sol quasi per 24. gradus videtur stare in eodem loco, & tamen gradus 12. in fine Geminorum, non multum distant à gradibus 12. initio Cancri in fine centri, & sol ascendens per gradus existentes in fine Geminorum, & descendens per gradus existētes initio Cancri reflectitur contra punctū æstiualem solstitij, & ideo quasi moratur in eodem loco, vnde radij confortantur in loco supposito illis gradibus, nam calor relictus à sole per vnum diem confortatur per calorem alterius diei; per tres dies, in quibus sol moratur in prædictis gradibus, hinc terra Æthiopiæ, quæ centro supponitur, est feruentior loco, qui est sub æquinoctiali. Hoc autem multo magis apparet in vltimis
gradibus sagittarij, & primis Capricorni, 88
nam ibi concurrunt omnea tres causæ caloris .i. Diametri breuitas. Diametralis altitudo solis super Zenit, & arctitudo circuli signorum.

Oppositio astrorum ad Zenit causat maiorum calorum.

Dices an totus orbis sit hoc modo causa caloris, an solum stellæ illius.

Non totus orbis micat vnde non totus productio calorē.

Resp. Alb. negatiue, quia etiam si orbis sit naturæ lucidæ ex Auic. non tamen totus micat, & ideo non emittit lumen, atq; adeo nec est causa caloris. At inter stellas solum sol emittit radios fortes, vnde est præcipua causa caloris. primo propter ipsius magnitudinem, secundo propter ipsius spissitudinem & ideo fortius fricat, tertio propter lumen ipsius intensius, & magis calcatum, & densum, quarto propter subtilitatem substantiæ eius, & maiorem puritatem, vnde eius lumen est penetrabilius, & magis dissoluens subiecta, in quæ cadit.

Quinto quia ex natura sui luminis habet vt moueat ignem, vt stellæ fixæ suo motu habent mouere terram, & luna aquam, & alij quinq; orbes, aerem; eo modo quo magnes mouet ferrum.

Sexto propter vicinitatem ipsius, nam Mercurius, & Venus sunt semper soli proximi, & mouentur cum sole, vel recipiunt lumen à sole, vt luna, & ideo non mouent nisi virtute Solis.

89 Dices secundo quomodo ex reflexione causetur calor. Resp. Alb. lo. cit. causare, quia ex vi reflexionis multi radij diriguntur ad vnum punctum, nam propter multiplicationem, vt patet in vitro rotundo pleno aqua frigida, cui si opponatur fortissimum illuminat, illuminatur locus post ipsum, vbi fit reflexio radiorum, in quo si ponatur pannus siccus accenditur, & comburitur, nisi sit ventus impediens fixionem radiorum, & permanentiam in eodem corporis puncto, vel nisi radius sit nimis obliquus incidens in corpus reflectens radiū, vt patet in Hieme.

Ex reflexione radiorū ad idem punctum causatur calor in astris.



## QVAESTIO VI.

*An motus localis sit instrumētum cælorum ad producendos effectus inferiores.*

## DVBITATIO I.

*Quot modis motus hic sit necessarius ad effectus inferiores producendos.*

## ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Not. primo posse cōcurrere quatuor modis, primo elicitiue, quasi mot' sit principiū effectiuū actionis, quæ terminatur ad effectus inferiores. Secundo dispositiuè, quasi disponat, materiā in quam introducendus est calor, qui producitur, dum corpora mouentur. Tertio applicatiue, quatenus per motum formaliter applicantur causæ, vt fiant effectus, qua ratione motus approximationis ignis ad stuppam dicitur causa ignitionis stupp. Quarto formaliter, vt ipse motus sit formaliter ipsa productio effectus, scilicet caloris &c.

Motus localis 4. modis potest concurrere ad effectus inferiores.

2 Not. secundo duo esse certa in hac dubitatione, primo motum localem cælorum, non esse formaliter ipsam productionem effectuum, ratio quia motus localis formaliter terminatur ad vbi, quod distinguitur à calore, & alijs qualitatibus ergo etiam motus formaliter distinguitur à motibus, qui terminantur ad calorem, & alias qualitates nam formalis ratio motuum sumitur à terminis, ad quos sunt.

Motus localis cælorum non est formaliter ipsa productio. Ratio.

3 Alterum, quod certum est, motum applicatiue cōcurrere ad effectus omnes celorum nam cælorum virtutes formaliter applicantur per motum, quo deferuntur, nunc ad has, nunc ad illas partes.

Motus applicatiue concurrit ad omnes effectus celorū. Ratio.

Hinc per motum Solis variantur quatuor anni tempora, & similia: Sed hic modus cōcurrendi non est determinatus ad vnum effectum, sed est indifferens ad omnes, iuxta virtutes diuersas, quæ applicantur, nam si virtus, quæ per motum applicatur, est frigefactiua, motus frigefacit, si calefactiua, vel exiccatiua, similiter, & motus, quia motus ad effectus non concurrit, vt causa per se, sed vt causa per accidens, & sæpe non applicat causam effectiuam, sed passiuam. Neque de hoc modo concurrendi potest esse difficultas, sed de modo concurrendi effectiue, elicitiue, vel dispositiue.

4 Dices omne lineæ ducta à centro ad circumferentiam, sunt æquales, atque adeo omnes cæli partes sunt æquæ distantes à partibus terræ, nā hæc se habet respectu circumferentiæ cælestis, vt centrum, ergo cęli partes nō indigent motu, vt applicentur terræ partibus, cum semper sint ab ea æqualiter distantes.

Resp. primo ab Arist. primo meteor sum, p. c. vlt. per motū spargi ignē per aerē, q fertur violentia deorsum, quod aliqui putant fieri spissato igne, sed Alex putat id oriri ex coniunctione Saturni, & Martis in signo vbi Mars præest, quæ suo motu vigendo pellit partes ignis ad inferiora. & pōt esse adeo vehemens, vt ipsum pellat vsque ad terram, vnde faciat magnam conflagrationem, sed de hac re alibi.

Resp. secundo maiorem esse veram de centro vero, quod est indiuisibile, nō autem de centro metaphorico, qualis est terra diuisibilis, quæ dicitur se habere, vt centrum respectu cælorum, tum quia circa illam, immobiliter existentem, mouetur cælum tam quam circa centrum, tum quia comparatione magnitudinis cæli solaris videtur habere rationem puncti ob sui paruitatem, non quod vere sit punctū. Hinc fit vt stellæ indigeant applicari varijs partibus terræ, non solum ob distincta hemisphæria, ad quæ applicandæ sunt per motum, sed etiam respectu vnius, & eiusdem hemesphærij, nam sol nobis propinquior est existentibus in medio terræ, dum est supra zenit capitis nostri, quā dum est in oriente, & propinquior dum est in opposito augis, quam dum est in auge, & similiter variatur distantia, dum est in signis aquilonaribus, ac dū est in australibus. Quare difficultas est an motus ita sit necessarius, vt eo cessante cessent etiam influxus cælorū, tum de modo, quo concurrit ad productionem caloris elicitiue, ne an effectiue. Prima hic disputabitur.

Quomodo terra dicatur esse centrum respectu cæli.

ARTICVLVS. II.

*Opiniones Doctorum.*

5 Motus est necessarius, vt virtus, vel conditio ad hoc, vt cæli agant.

PRima opinio est dicentium motum ita esse necessarium cælis ad influendum, vt cælis quiescentibus nullus sequeretur influxus, tribuitur Auerroi, & Auerroistis. Hi tamen inter se dissentiunt; nam alij volunt motum esse virtutem cælorum agendi, vel totalem, vel saltem partialem ita Bagn. 2. de gen. c. 10. q. 1. concl. 4. ex D. Thom. & Thomistis, & infra Capreol. 2. d. 14. q. 1. & 4. d. 44. q. 4. Alij vero negant esse virtutem agendi, sed esse conditionem sine qua cæli non possunt influere, & exercere suam virtutem actiuam, non quidem vt est solum ratio approximandi, sed etiam, vt exigita secundum se à virtute cælorum ad operandum, vt motus est necessarius in instrumentis artis ad operandum opus artificiosum.

Fundamentum ex Aristotele 8 phys. t. 54 vbi ait cælorum motum esse primum, ad quem omnes alij reuocantur, sed primum in vnoquoque genere est causa cæterorum ex 2. met. ergo motus cæli est causa cæterorum. At esse causam plus dicit, quam esse conditionem. Conf. ex 2. cæl. t. 42. vbi dicit. *Calor autem ab ipsis, & lumen generatur, & calo attrito aere ab illorum latione, nam natura aptus est motus ignire linguas, lapides, & ferrum*, ergo motus, vt est virtus, qua aer atteritur; ita est virtus cælo agendo.

Confirm. secundo quia videmus per corpus motum per aerem frigidum, generari calorē, at ibi non potest esse alia virtus actiua nisi motus, ergo motus est virtus productiua caloris, ergo etiam respectu cæli est virtus actiua.

Conf. tertio, quia virtus actiua cælorum est instrumentum intelligentiarum mouentium; At virtus actiua instrumentalis est ipse motus, vel saltem est conditio, vt virtus actiua instrumentalis exeat in actum, ergo motus est cælis virtus actiua, vel saltem conditio sine qua non potest virtus cælorum exire in actum.

6 Non esse necessariū ad simpliciter agendū, sed ordinatè.

Secunda opinio est negantium motum esse necessarium cælo ad agendum simpliciter & absolute; siue vt virtutem totalem, aut partialem agendi, siue, vt conditionem sine qua non, quia si cæli quiescerent, adhuc absolute agerent inter se, & in inferiora, sed solum requiri motū, tum vt conditionem approximantem virtutes cælorum ad varias mundi partes, tum ad ordinatè agendum in hæc inferiora, ita communis Conimb. 2. cæl. c. 3. q. 4. Ruuius q. 3. Murcia, disp. 3. q. 2. ex Dur. 2. d. 1 q. 3. Sonc. 12. met. q. 13. Valles. de sacr. philosoph. c. 31. & l. 4. controu. c. 3. Tolet. 2. de gen. q. 11. vbi Aref. concl. 1. & alij communiter, & mihi placet. Vnde fit.

ARTICVL. III.

*Opinio Auctoris.*

PRima concl. motus est necessarius ad virtutes actiuas cælorum, vt agant ratione approximationis ad subiectum, patet, quia inter virtutem actiuam, & passiuam est necessaria propinquitas, cum actio non fiat in distans; At hoc est proprium motus localis siue ea approximatio fiat per motum agentis, siue passi, hinc patet motum esse necessarium cælis ad ordinatè agendum, nam cū hæc ordinata actio consistat in generationibus rerum ordinatis, & hoc pendeat à successiua applicatione causarum, ideo motus est necessarius ad agendum ordinatè. 7 Motus est necessarius ad agendum, vt approximās agens, & passum.

Secunda conclusio motus cælorum non est illis necessarius ad exercendas virtutes actiuas, quas cæli habent, vt est illuminatio &c neque vt virtus actiua, neque vt conditio sine qua non. Motus non est necessarius, nec vt virtus, nec vt conditio sine qua nō.

Prima pars probat. nam motus non potest habere maiorem virtutem, quam eius terminus cum sit imperfectior termino ob imperfectam existentiam ipsius vt 3. phys. sed terminus motus localis est ipsum vbi in tali, vel in tali spatio, ex quo per accidens oritur præsentia ad aliud corpus ibi per accidens existens, ergo non potest habere maiorem virtutem, quam vbi, sed hoc non est actiuum, cum eius effectus formalis sit tantum constituere corpus in tali spatio, nec pertineat ad genus qualitatis, ad quod spectant virtutes actiuæ, vt enim extensio quātitatiua non est actiua, ita neque localis, nec apparet quomodo effectus luminis, & aliarum qualitatum cælestium, contineantur in vbicatione.

Confirmatur, quia motus est actus secundus virtutis actiuæ, vel passiuæ, vel mobilis sed actus secundus, non est actus primus, cuiusmodi est virtus actiua; Vnde alteratio non est actiua, licet sit ad qualitatem actiuā tanquam ad terminum, ergo quæ ratio de omni motu habet vim.

Secunda pars probatur, quia conditio requisita intrinsecè ad agendum, oritur, vel ex parte virtutis actiuæ, vel passiuæ, vel actionis, sed non apparet oriri hanc necessitatem ex parte virtutis actiuæ, & passiuæ, nam vbi hæc sunt approximata, sequitur actio, si nullum adsit impedimentum, neque oritur ex parte actionis, quia hæc præter virtutem actiuam sufficientem, & passiuam dispositā non exigit aliud, sed motus nec complet virtutem actiuam, vel passiuam, vt dictum est, nec disponit subiectum, cum ibi per se non ponat nisi vbicationem, quæ non apparet qd conferat ad actionem.

Secundo probatur vtraque pars, quia motus localis non est necessarius ad actionem, cum virtus actiua, & passiua, dum sunt in quiete, possint inter se agere, & pati, vt patet, tum ex cælo empyreo, quod agit in Fundamentum vtriusq; partis.

motum, tum experientia, nam luminoso, & diaphano quiescentibus sequitur maior actio, quam illis motis, quia radij solares, magis eamdem partem afficiunt, ergo motus potius impedit, quam adiuuet actionem, tũ ex actionibus à cælo ortis tempore Iosue, & quæ orietur post diem Iudicij, quando motus cælorum cessabit.

Conf. quia illuminatio est instantanea, & motus in tempore, vnde à sole prius fuit illuminatio, quam motus, nam cum primum extitit illuminauit subiectum præsẽs, & immediate post fuit motus; ergo motus non est conditio sine qua non, vel virtus actiua illuminationis, cum hæc extiterit ante motum.

## ARTICVL. IV.

*Soluuntur argumenta aduersariorum.*

9 Quomodo motus cæli sit primus.

AD argumenta Resp. motum cælorum esse primum inter motus locales, non quidem prioritate causalitatis, cum non sit actiuus, sed potius sit actio quædã, sed prioritate perfectionis, quia alijs perfectior, vel prioritate vniuersalitatis, quia conuenit pluribus subiectis, nam quæ sunt capacia aliorũ motuum, sunt etiam capacia motus localis; at capacia motus localis non sunt capacia aliorum, vt cæli, qui non alterantur, nec augentur, at quæ sunt prima secundum perfectionem, vel vniuersalitatem, non sunt causa aliorum, sed quæ sunt prima secundum causalitatem, siue in genere causæ efficientis, vt veritas principiorum est causa veritatis conclusionum, siue in genere causæ finalis, vt Deus, qui est vltimus finis est primum mouens, vt alibi est explicatum.

Primum in genere quomodo causa aliorum.

Ad Primam confirm. Resp. ibi peti quomodo calor producatur à lumine, & motu, de qua re fuse infra, & idem Resp. ad secundam.

Cæli non sunt instrumenta intelligentiarum

Ad tertiam conf. Resp. negando cælos esse instrumenta intelligentiarum, nam cæli habent proprias virtutes, quæ vel sunt proportionatæ secundum perfectionem suis effectis, vel sunt perfectiores illis, & secundũ has virtutes, non sunt non sunt instrumenta, sed principalia agentia, vel sunt imperfectiores effectis, & respectu horum non possunt esse principalis, vt dum producunt animalia, sed instrumenta, non quidem intelligentiarum, quæ nullam habent virtutem generandi, sed Dei supplentis defectum causæ principalis ex nostra sentẽtia, vel particularium agentium ex opinione Thomistarum.

10 Etiam si concederetur cælos esse instrumẽta nõ essent instrumenta eleuata, sed assũpta.

Resp. secundo etiam si concederetur cælos esse instrumenta intelligentiarum, adhuc tamen non id haberent ex vi motus ab ipsis impressi orbibus, tum quia motus ille non habet aliam vim, quam applicandi orbes ad varias regiones, sicut motus inferiorũ applicant inferiora agentia ad varia subiecta non, quia motus addat virtutem aliquam actiuam, vel illum, quoad influxum requirat, sed quia approximat actiuum, & passiuum, & hac ratione Potest dici instrumentum eo modo, quo applicans ignem ad segetes dicitur illas comburere per ignem, vt instrumẽtum ab eo assumptum adhunc effectum; tũ quia ex vi motus non eleuatur ad effectum, quem non potest producere ex propria virtute. Vnde etiam si intelligentia non assisteret cælo, & ipsũ quiesceret, vel moueretur cælum ab alia causa, adhuc produceret eosdem effectus. Quare intelligentia per accidens se habet ad huiusmodi effectus. Ex quibus patet duo esse genera instrumentorũ vnum assumptum ad effectum aliquem, & hac ratione agẽs principaliter ab aliquo applicatum ad effectum, potest dici instrumentum ipsius, vt dictum est de igne comburẽte segetes. & sub hoc genere sunt, quæ assumuntur ab Alchimistis, & sic orbes possunt dici instrumenta; Alterum eleuatum quod præcisa actione principalis eleuantis, non potest attingere effectus; & huiusmodi est accidens ad producendam substantiam in naturalibus. & in artificialibus sunt penè omnia, Nam scalpellum non posset vi sua incidere lignum, vel simpliciter, vel tali modo, nisi moueretur, vel impelleretur ab artifice. & sub hoc genere non sunt cæli.

## DVBITATIO II.

*An motus per se producat calorem potius, quam frigiditatem.*

De hoc Aristoteles 2. cæl. 42. & 1. Meteor. sum. p. c. vlt. vbi Timon. q. 6. Georg. tr. 1. cap. 6. d. 1. Nyph. ibi Alb. tr. p. c. 11. & 2. cæl. tr. 3. c. 2. & seq. Conimb. c, 7. q. 6. Iand. q. 2. & 12. Martinez. t. 42. Zab. lib. de calore cæli per vndecim capita. Maior. 2. d. 14. quæst. 6. Scaliger. exerc. 16. Basson. de mater. & mixto lib. 2. intent. 4. art. 4. 1

## ARTICVLVS. I.

*Explicantur termini, sensus quæstionis.*

PRimo not. apud omnes constare, nõ omnem motum calorem producere, nam nec auctio nec diminutio calefacit, nec generatio, nec cæteræ alterationes, præter calefactionem, & ipsam ignis generationem, vel similis corporis, quare difficultas manet de motu locali. 2

Non omnis motus producit calorẽ

Secundo not. motum localem secundum se non habere aliam virtutem, quam terminatam ad vbi; Est enim secundum seipsum actualis tendentia ad vbi locale, ex quo falso, aliqui existimarunt, non magis quærendam esse causam cur motus calefaciat, ac cur calor; Nam non est ita per se notum, quod motus calefaciat, vt quod calor calefaciat, 3

Quærenda est causa cur motus producit calorẽ

nam

nam, quod calor calefaciat, est motum ex terminis, at cognita definitione motus, & calefactionis, non statim patet, quod motus calefaciat.

Conf. quia ex Auerr. motus localis, & terminus eius, sunt eiusdem speciei, & differunt secundum magis, & minus perfectum at quæ sunt eiusdem speciei habent eamdē operationem: Vnde si motus localis, vt sic calefaceret, etiā ipsum vbi calefaceret Neque dici pót motū, vt est in potentia ad vbi calefacere: Nam multo magis calefaciet, vt est in actu perfecto, quia nihil agit quatenus est in potentia, sed vt est in actu.

Conf. secundo, quia si, vt sic calefaceret, positus in quocumque subiecto calefaceret, quod est contra experientiam, quia multa, quæ mouentur frigescunt. Hæc Aluerniatas; Quare videndum est an motus localis calefaciat, vel frigefaciat; tum vnde id habeat, & quomodo id præstet.

## ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum, & Auctoris.*

4 Prima opinio Motus est indifferēs ad calorem, & frigiditatem.

PRima opinio est dicentium motum localem secundum se esse indifferentem ad producendum calorem, vel frigiditatem, sed ad alterum eorum determinatur ex corporibus, in quibus existit.

Prima pars prob. primo, quia motus localis secundum se est ens in potentia, ergo non potest esse productiuus alicuius, nam productio est ab ente in actu, sicut recipere est ab ente in potentia; Nam generatio est actus perfecti, secundo de anima t. 34.

Conf. quia motus secundum se est fluxus formæ, at fluxus est de genere passionis, quæ non est actiua.

Conf. secundo, quia, vel esset causa effectiua, vel dispositiua, non primum, quia nec vbi, ad quod terminatur est virtus actiua; Nā pertineret ad genus qualitatis; Nec secundū nam omnis dispositio ad formam consequētem est determinata ad talem formā, at motus nō est determinatus ad calorē, vel frigus, quia nunc ad illū sequitur calor, nūc frigus.

5 Probatur in differentiā illam determinari subiecto.

Secunda pas probatur, quia illa causa est indifferens ad plures effectus, ad quam nūc sequitur vnus effectus, nunc alius, vt patet ex terminis, sed talis est motus, nam ad illum, nunc sequitur calor, vt infra, nunc frigus, vt patet, tum ex aere, quia motus flabello refrigerat, tum ex aere attracto refrigerante æstum cordis. Tum tertio ex aqua feruenti quæ sursum, & deorsum agitata frigescit. Tum quarto ex aqua, quæ per hiemem è scatebris erumpens, tepida, deinde mota effluens frigescit. Tum quinto ex aquis fluuialibus, quæ frigidiores sunt immotis in stagno & hæ facilius calefiunt, quam motæ. Tum sexto ex refrigeratione vini intra niuem, nā vas vino plenū, quo citius mouetur, eo magis frigescit. Tum septimo ex candela, quæ dū ventilatur extinguitur; ergo motus causat frigiditatem, & quies conseruat calorem.

Conf. primo quia si motus esset causa determinata caloris, sequeretur primo corpus quo frigidus est, eo magis calefacere, nam eo grauius, atque adeò velocius descendit, at vbi maior motus, ibi maior effectus. 6

Secundo sequeretur quietem esse causam frigiditatis, quia causæ contrariæ habent cōtrarios effectus 5. pol. c. 8. At hoc est contra experientiam, qua cōstat calorem animalis, quiete foueri, vt in colubris, & alijs huius generis animalibus, quæ cum tempore bruno, eorum calor paulatim extinguatur ad eum conseruandum in latibulis immota, & quasi emortua delitescunt.

Tertio sequeretur ad solem exposita citius incalescere, dum mouerentur, cū tamen contrarium accidat.

Quarto sequeretur, quod cum ex speculo ignis accenditur, magis accendi deberet, dum moueretur, cum tamen immotum magis ignem accendat.

7 Secunda opinio produci calorem ex motu habente certas cōditiones nō tamen frigiditatem.

Secunda opinio est dicentium ex motu habente certas conditiones, produci calorē, non tamen frigiditatē, est communis, & mihi placet.

Prima pars probatur ex Aristotele, tum 2. cæl. 42. tum ex primo meteor. sum. 1. c. vlt. & sect. 5. Problem. quæst. 13. & idem Plat. in Theæteto. Secundo probatur experientia sagittæ, cuius mucro sit plumbeus, nam ex arcu intensius proiecta liquefit calore mucro; hoc autem fieri nequiret, nisi aer circumstans ex tali motu incalesceret, idem ostendit duorum lapidum, calybis, &c. sese collidētiū experientia, ex quibus ignis oritur ex Arist. 3. de hist. anim. c. 7. idem ostendit exarsio ex farinaria mola, ignitio axium curruum, scintillatio ex equorum Soleis, fulgur ex nube constricta, dum finditur. tertio alij probant ratione, quia vt est propriū calidi moueri, sic & mouere, & calefacere, sed in hac falsum est antec. Nam etiam elementa frigida mouentur, & cæli, qui nec calidi sunt, nec frigidi, & mala est consequentia, nam potius sequitur oppositum, quod scilicet non efficiat calorem, cum passum nō sit actiuum.

Vnde alij secundo probant, quia primum in vnoquoque genere est causa aliorum. 4. met. 7. sed motus localis est primus motuum, vt dicitur 8. phys. t. 55. sed ex hac ratione sequitur non esse magis causam caloris, quam frigoris, nam frigefactio est posterior motu locali cælorum, deinde illa primitas conuenit motui cælesti, quæ est respectu omnium, ergo nō magis calefaceret, quā humectaret, &c. contra experiētia: Vnde huius rei rō nō potest afferri magis conueniens, quam experientia, de cuius actionis modo infra.

8 Probatur nō produci frigiditatem ex motu.

Hinc probatur secunda pars, primo ex principio Auer. quod cæli eatenus dicuntur frigefacere, quatenus minorem calorem inducunt: Nam cum omnes cæli sit luminosi, & sint

& ſint agentia naturalia, erunt determinati ad vnum, nam in hoc diſtinguitur naturale agens à voluntario, quod hoc ſit indifferens ad oppoſita. Sed hæc ratio non placet, nam poſſet produci frigiditas per aliam virtutẽ aſtrorum, ſed habet aliquam vim quoad motum, qui ſe haberet, vt agens naturale reſpectu frigiditatis.

Secundo alij probant, quia ſi motus produceret frigiditatem, vel id haberet prout eſt velox, & hoc non, quia velocitas confert potius ad caloris productionem; Vnde non poteſt conferre ad oppoſitum, vel vt eſt tardus; neque hoc dici poteſt, quia tarditas motus eſt quædam negatio, & imperfectio, quæ non poteſt conferre ad poſitiuam productionem effectus poſitiui, qualis eſt frigiditas, ſed non placet; Nam tarditas eſt quidem imperfectio, ſed poſitiua, ſicut frigiditas comparata calori.

9 Tertio probant alij, quia ſi motus id præſtaret maxime motus cælorum, ſed ex hoc non poteſt, nam cum omnis actio fiat per contactum, deberet hæc qualitas produci in medio ſcilicet igne, atque adeo ignis deberet magis infrigidari, quam inferiora. Quod ſi dicatur ſatis eſſe, quod alteretur ad aliquã qualitatem, tunc obſtat, nam hæc non eſt qualitas ſecunda, nam huius eſt incapax elementum ignis neq; eſt qualitas prima, nam non eſt calor, nec ſiccitas, quia has habet ex ſe, & non ab extrinſeco, & etiam ſi illas haberet a cælis, vt conſeruantibus non tamen poſſent eſſe principium frigefactionis, quia oppoſitum non poteſt eſſe per ſe principium actiuum oppoſiti; nec ſiccitas eſt tale principium, quia frigiditas eſt perfectio illa, & ſicut eſt ſimul cum ſiccitate in terra, ita cum humiditate in aqua. Neq; illa qualitas prima eſt frigiditas, & humiditas, quia hæc repugnant cum ſummo calore, & ſiccitate ignis.

Sed hęc ratio plus probat, quam ſit neceſſarium, nam inde ſequitur à cæleſtibus non oriri frigiditatem contra ea, quæ infra dicẽtur, vbi oſtendetur quomodo producatur frigiditas per contactum à cælis.

10 Ego probo, quia motus non cauſat frigiditatem, vt virtus actiua; Nam id non habet ratione fluxus, nec ratione termini, quod eſt vbi, nec cauſat illam diſpoſitiuè, quia effectus, quem inducit motus in ſubiecto eſt cõtrarius diſpoſitioni, quæ concomitatur frigiditatem, nam diſpoſitio inducta à motu, & eſt attenuatio, & raritas, diſpoſitio verò concomitas frigiditatem, eſt condenſatio. Et hæc opinio mihi placet; ſolum ſupereſt explicandum, quæ ſint conditiones requiſitæ ad motum, vt inde reſultet calor.

Tertia opinio cui Auctor adhęret vt veriſimiliori.

Motus non cauſat frigiditatem, vt virtus actiua.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur Argumenta primæ opinionis.*

11 AD primum primæ partis R. in directe probari motum ſecundum ſe non eſſe formalitee virtutem productiuam alicuius effectus, ſed non probat, quod non poſſit eſſe ratione ſui termini, vt patet ex Alteratione, quæ licet ratione fluxus non ſit virtus actiua, eſt tamen ratione ſui termini, ſcilicet caloris, & ſimilis qualitatis; Nam dum durat fluxus eſt in potentia ad vlteriorem terminum, at non ſic dum exiſtit terminus, vnde patet ad primam. Confirmationem.

Motus põt eſſe virtus productiua alicuius effectus ratione ſui termini.

Deinde motus dicitur actus entis in potẽtia, ideſt mobilis, vnde potius ſecundum ſe eſt quidam actus, quare ſi latio non eſt acti- 59
ua, oriri debet ex ſuo capite, vt infra.

Ad ſecundum Confir. Reſp. recte inde probari non eſſe virtutem actiuam elicitiuã caloris, quia terminus eius non eſt actiuus; At non ſequitur non præſtare diſpoſitionem aliquam, nam corpus motum atterit, & rarefacit corpus aliud, vt experientia conſtat, nam impellendo aliud ſibi reſiſtens oritur attritio vt infra.

Ad primum ſecundæ partis Reſp. motum diſponere determinate ad calorem, & nullo modo per ſe ad frigiditatem, quod ſi aliquando cõſequi videtur ad motum ideſt per accidens, vt patebit ex ſolutione ſingularum experientiarum.

Motus diſponit determinate ad calorem, & nullo modo per ſe ad frigiditatem.

Ad prim. ex Scaliger. exer. 21. num. 2. aer motus flabello refrigerat, quatenus expellit aerem corpori contiguum iam calidum, & inde conſequitur aer minus calidus, ſicut et patet ex refrigeratione, quam ventus inducit, cum enim ſenſus ſit calidior aere de nouo ſuccedente, ſentit frigus ex lib. de anim. nec tamen manus leuiter mota in alium locum ibi aerem non ſenſit frigidum, quia aerem ſibi hærentem ſecum trahit, neque nouum ſine illo medio inuenit, cui occurrat quod vltimum ridet Baſſonus l. 2. de mixto inten. 4 art. 5. nam æſtiuo tempore aer à ſolis calore ardens nec minus calidus eſt quam noſtrum corpus; nec noſtrum corpus illud poteſt calefacere, nã alioqui quomodo poſſet, & lapides; & ferrum ignire, & quomodo motus flabello refrigerat cum motus igniat ferrum.

Sed non vidit quomodo lapides, & ferrũ per aerem mota ignefiant, nam ſi, quæ infra de hac re dicemus, aduertiſſet non facile riſiſſet aerẽ refrigerare noſtra corpora, & ferrum igniri motum per aerem, & idem patet de aere attracto refrigerante cor, nam ſuccedit in locum aeris expirati. Hinc fit vt corpus motum ſentiat Balnei aquam calidiorẽ, quam initio, quia ſcilicet initio calefacit noſtrum corpus aliquantulum, ſed tamen repaſſione refrigeratur, cum ſit calidior noſtro corpore, quod ſi corpus moueatur, vel aqua ſentitur magis calida, quam præcedens, quia ſuccedit noua aqua calidior, quam erat præcedens refrigerata, vt notat Alex. lib. 1. Problem. 9. 10. & 11. vnde ridẽdus Baſſonus loc. cit. qui aerem motum flabello refrigerare dixit, quia cõdenſatũ, per motum partes igneas cooperiendo impedit ne agant in cor-

corpus. At cur non vidit partes igneas densatas fortius agere, quam dispersas, valeant, qui ardore contradicēdo veritatē nō vidēt.

12 Ad tertiū Resp. aquam illa sic motam refrigerari, tum quia partes calidiores melius, & citius exhalant, tum quia magis disperguntur, & disponuntur, vt à partibus aeris frigefiant.

Ad quartum Resp. aquam illam initio esse calidiorem, quia exit calefacta ab exhalationibus existentibus intra viscera terræ, sed post exitum partes calidiores, euaporare, & per loca frigida fluētes magis exponi partes vt à continenti aere infrigidentur.

Ad Quintum. aqua stantem esse calidiorem fluente, non ratione quietis, sed ratione radiorum Solis, qui recepti in eadem parte plus illam calefaciunt; Nam diutius permanent in eadem parte aquæ quam in parte aquæ fluentis: At cæteris paribus aqua fluens est calidior stante, vnde aqua stans citius cōgelatur, quam fluens,

Ad sextum patet id oriri quia per motum partes vini mouentur, ideo applicantur partibus nouis, quod si esset immotum, tūc partes extimæ vini fierent frigidiores, & intimę retinerent calorem. Et hic aqua fluens per lapides frigidos, fit frigidior, quam si staret,

Ad septimum dicetur fuse cum de natura ignis, nunc satis est, quod sicut flamma vētilatione extinguitur, sic carbo accēditur cuius diuersitatis ratio est, quod flamma elōgata a lychno, deficiente pabulo deficit, carbo vero ventilatione spoliatur cinere, quo operitur ignis, & apertis poris partes subtiliores in superficie exhalantes inflammantur. Vide Alb. 2. cæl tr. 3. c. primo in fine.

Ad primū Cons. negatur sequi illa absurda Nā primū nō sequitur tū, quia negatur aliqd esse tāto grauius quāto frigidius quaty, quāto denotat frigiditatē esse causam præcisam grauitatis, at non ita est; Sicut neq; grauitas est causa totalis motus velocioris, tum, quia argumentum de primo ad vltimum, non habet locum in causis per accidēs hæc Georg. A landunus R. ex maiori motu grauis corporis non sequi calorem, quia motus est violocior in fine, vbi propter frigiditatem terræ aeris, vel aquæ circumstantis impeditur productio caloris, vt patet ex alijs causis naturalibus, quæ similiter impediuntur. Vide Alb. 1. Meteor. tr. 1. c. 11.

14 Neq; sequitur secundum absurdum, quia quies non opponitur motui contrarie, & positiuè, de quibus loquitur Aristoteles, sed priuatiue: At priuatio non potest esse causa effectus positiui, neq; ex eo, quod per quietem calor foueatur in animalibus fit, quietem causare per se calorem; Nam id oritur per accidēs ex quiete, dū declinatur alius, & alius occursus corporis frigidioris ex Sect. 8. Problem. q. 12. & vitatur dissipatio spirituum, qui ex motu ab internis trahuntur ad exteriora, & inde euanescentes relinquunt corpus calore destitutum.

Quies non opponitur motui, contrarie & positiue, sed priuatiue.

Ad tertium absurdum Resp immota magis incalescere ex vi radiorum solarium, qui magis calefaciunt partes immotas, quā motas quod ibi radij diutius insistant.

Ad quartum Resp. ex radijs reflexis ad speculum immotum magis accendi ignem quam si moueatur, quia calor ex illis radijs non accenditur in instanti, sed in tempore, vnde debent permanere, & morari in eadem parte, at non possunt sic morari, dum speculum mouetur, ex quibus constat à quiete nō produci calorem per se, sed per accidens, quatenus tollit impedimentum. 14

Quies non producit calorem per se sed per accidens quatenus tollit impedimentum.

Dices vnde oritur, vt aer difflatus oris angusti motu, sit frigidus, & deducto ore sit calidus.

Resp. quod ore angusto mouetur aer qui faciem circumstat, at diducto exsuflamus aerem, qui intra pulmonem erat iam calefactus Vide, quæ dicam tr. vlt. quæst. de aere.

Dices secundo, non apparet, quæ nam sit causa productiua caloris per motum, quia motus ipse nō potest habere talem vim, nec ratione fluxus, nec ratione sui termini, neq; ea virtus conuenire potest corporibus motis nam sæpe sunt frigida; vt patet ex igne qui producitur ex attritu calybis ad silicem. 16

Resp. esse maximam difficultatem in hac controuersia quare, vt illa explicetur, quærendus est modus, quo ex motu fit calor.

## DVBITATIO. III.

*Quomodo ex motu producatur calor, & quæ conditiones in mobilibus exigantur.*

## ARTIC. I.

*Opinio Doctorum.*

Prima opinio est dicentium aerem naturaliter calidum vniri, & fortiter comprimi à corporibus motis per ipsum. Vnde calor aeris sic unitus, & compressus intenditur, & calefiunt per ipsum mota. Et hinc mota per aquam non sic calefiunt, quia aqua non est naturaliter calida, ita Aluernia. ta apud Georg. 1

Prima opinio.

Sed hæc opinio non placet alijs primo, quia videtur contra Aristotilem 1. Meteor. qui dixit calorem fieri à motu non propter compressionem, sed disgregationem, dum ait *maxime fit dum motus solidi disgregat illum* idest aerem, secundo ex aeris accensione ex attritu calybis, & silicis in hyeme, quando aer est maxime frigidus, ergo non oritur ex calore aeris vnito, & compresso. Vnde Georgius putat calorem oriri ex corporum confricatione, & ab partium se tangentium velocem, & violentam distractionem, nisi sit impedimentum, quale est, quādo aliquando confricantur in aqua frigida vt patet in ferro molendini, quod propter confricationem calefit, & quo maior, vel minor 2

Reijcitur ab alijs hæc opinio.

nor est confricatio, eo maior, & minor calor gignitur; tribuit ur Saxoniæ apud Nyphum qui illam reijcit, vt diminutam, eo quod motus animalis generat calorem, & tamen eius partes, nec colliduntur, nec conteruntur,
3 nec confricantur.

Secunda opinio.

Secunda opinio est dicentium exigi quidem in corporibus motis duritiem, sed non sufficere, nisi illa corpora habeant diuersas inclinationes, quare motus est calefactiuus, vt actus corporis habentis diuersas inclinationes; nam calor oritur ex eo, quod vna alteri aduersetur, vt patet ex motibus animalium, sed non placet Nypho, quia sic nullum corpus posset calefieri, nisi animal, contra experientiam, qua plumbum liquefit motum per aerem.

Hæc opinio reijcitur à Nypho.

Tertia opinio. Duplex modus explicandi.

Tertia opinio est dicentium motum localem esse quidem calefactiuum, sed non per se, sed per accidens, & hoc dupliciter. Primo quatenus est actus alicuius corporis formaliter, vel virtualiter calidi, vt est motus cæli, & hanc sequitur Dur. in 2. cæl. d. 5 q 3. Secundo quatenus est congregatiuus, & vnitiuus partiũ mobilis, quod ex parte est actu calidum, & sic motus violentus calefacit aerem, vt plumbea sagitta sua celeritate coadunet partes aeris calidi, ex qua vnione virtus vnita fortius calefacit, quia est reddita ex debili fortior, ita Aluernata ex Aristotele, & Simplicio apud Nyphum, & hinc corpus motum per aquam, non calefit, siue quia est frigida, siue quia etiam si sit formaliter calida non tamen id est naturaliter. At motus vt calefaciat debet fieri per medium naturaliter calidum saltem remisse. Hanc sequitur, & explicat Nyphus dicens motum non esse calefactiuum specificatiue, vt specificat rõnẽ generis q̃a non quocunq; calefacit, sed vt specificat rõnẽ adunatiuã, quatenus adunat partes corporis debiliter calidi; vel ratione collisiuæ motus ferri, & lapidis, vel vt est agens per calorem, vt motus animalis, qui eget calore cum sit in animali, & ideo motu calefit, deinde docet nec adunationem, nec collisionem, nec motum animalis esse per se calefactiuam, nam non in omnibus posita calefaciunt, sed hanc vim habent, vt sunt in corporibus virtualiter calidis actiue, & passiue, vt ferrum est virtualiter calidum actiuè & lapis passiue, quia est in potentia proxima vt calefiat, & sagitta coadunans aerẽ proxime calefactibilem, est virtualiter calida, & motus animalis calefacit per calorem spirituum sibi immissorum per motum. Hinc sit motum localem non esse per se calefactiuũ, sed per accidens, vt silicet est in talibus corporibus, & in hunc sensum conatur trahere opinionẽ Alb. & Sax. cuius quæstiones circumferuntur sub nomine Timonis Iudæi.

4 Tertia opinio obnoxia est pluribus difficultatibus.

Sed in hac opinione multa sunt, quæ difficultatem habent, vt quod ferrum sit virtualiter calidum, & similiter sagitta. Secundo quod sagitta calefaciat aerem & non contra cum potius virtus actiua sit aeri tribuenda.

Tertio quia non explicat, quid præstet collisio vt fiat calor, & quomodo.

Quarto quia non explicat qualia debeant esse corpora dura, ne an mollia, & similia.

Causa per accidens triplex.

Quinto obijcit Iand. nam causa per accidens est triplex, vna casualis, secunda remouens prohibens, tertia coniuncta causæ per se, at motus non est primo modo, quia hæc est rarò, at calor ex motu frequenter. Et q̃a de hac causa non tractatur in scientia, vt tractatur de hac causalitate. Neque est secundo modo, quia deberet dari alia causa propinqua caloris, vt datur luminis, quod causatur per accidens ab aperiente fenestram. Neque tertio modo, quia non assignantur causa per se, cui sit coniunctus motus.

Quarta opinio.

Quarta opinio est dicentium motum causare calorem, quatenus est ratio dissoluendi partes, & rarefaciendi illas, nam corpus motum supra aliud disgregat partes eius. Hinc sequitur calor, vt formam suam dispositionem, & ex calore emicat ignis confricatis præcipue duris ita Alb. 2. cæl. tr. 3. c. 1. & 2. & 1. meteor. tr. 1. c. 11. Timon. seu Saxonia 1. meteor. q. 7. eõcl. 8. Zimar Th. or. 45. Thom. de Garb. l. 2. sum. tr. 2 q 6. Conimb. 2. cæl. c. 7. q. 6. art. 2. qui pro hac citant Aphrodis. lib. 1. problem. p. 6. q. 59. Sonc. 12. met. q. 12. Vega l. 2. de differentijs sub. D. Th. 2. cæl. t. 42. & 1. meteor. c. 3. dum explicat verba Arist. ab ijs, quæ vi feruntur aerem incalescere, quia eius partes distrahũtur, scilicet rariores euadunt.

Hoc autem dupliciter putat fieri Alb primo quod confricando rarefiunt, & distrahunt partes mobilis, & eius in quo, & super quod est motus, & sic alterando materiam educit calorem, qui erat in illis potentia. secundo specialiter motus voluntarius, seu progressiuus excitat calorem, quia ad mẽbra motu diriguntur spiritus, & sanguis, vel illud, quod est loco sanguinis, cum quo venit calor, & multiplicatur, neque obstat quod motus, & calor non sint eiusdem speciei, quia hæc productio est æquiuoca, & per accidens, & non per se, reducitur tamen ad generationem per se ex parte materiæ disgregatæ per motum, non tamen ad efficiens, & secundum formam nõ potest per se reduci, cum sit per accidens.

5 Fundamentum est quia ad raritatem maiorem aerea necessario sequitur, siue vt effectus, siue vt concomitans calor igneus, quia non datur corpus aere rarius, nisi ignis, ergo cum illa est coniunctus calor igneus, sicut. n. natura instituit, vt ad dispositionẽ sequatur forma substantialis, ita ad dispositionem caloris ignei effecit, vt sequatur talis calor. Hoc probari non potest, nisi experientia, nã quia semper ad talem complexionem qualitatis sequitur talis forma substantialis, dicimus talem complexionem esse dispositionẽ talis formæ, ita quia videmus ad talẽ partis atrenuationem, & rarefactionem, semper sequi calorem, dicimus illam esse dispositionem caloris.

6 Hi tamen inter se diuisi sunt, primo in causa effectiua caloris, nam aliqui putant illam esse ipsam attenuationem, seu raritatem quod alijs non placet, quia raritas est effectus caloris, vt patet in calore eleuante vapores attenuando aquæ partes, ergo nõ potest raritas esse causa caloris, quia sic duo essent inter se inuicem causæ in eodem genere causæ.

Aliqui existimant causam effectiuam caloris esse ipsam attenuationem seu raritatem.

Confirmant, quia qualitas prima est causa secundæ qualitatis, non tamen secunda est causa prima.

Confir. 2. nam calidum, & frigidum sunt inter se contraria, & habent contrarios effectus, at vt frigidum est causa dẽsitatis, non contra, ita calor raritatis, non contra vnde fit vt in simplicibus raritas, & calor se mutuo consequantur, vt causas, & effectus reciprocabiles, nõ tamen quod raritas sit causa caloris, sed effectua, ex his.

7 Alij putant raritatem esse quidem effectum caloris, sed dispositiuam ad calorem Nam materia præparatur per raritatem ad calorem recipiendum, sicut præparatur per calorem ad formam substantialem elementi, cuiua tamen non est causa, sed potius dispositio & effectus formæ; Quod si ab his petas, quæ igitur est causa effectiua caloris? Respondent esse illas conditiones, quæ sunt adiunctæ motui facientes attenuationem, vt soliditas mobilis, & velocitas motus, & similia, ita Zabar. loc. cit. c. 3.

Alij putans raritatem esse quidem effectum caloris, sed tamen dispositiuum ad calorem.

Sed hic modus dicẽdi non caret difficultate, nam soliditas, & velocitas, & similes cõditiones, non sunt immediate actiuæ respectu alicuius qualitatis; nam soliditas, vel pertinet ad quantitatem, quæ non est actiua, vel est qualitas ordinata ad continendum fluxũ partium, & non ad agendum sicut, neq; durities illi proportionalis, & si motus non est actiuus, multo minus eius velocitas, quæ est modus quidam, & quasi intensio motus.

8 Tertio alij oriri à corporibus interse collisis; Sed neq; placet, quia corpora illa sæpe non sunt, nec formaliter, nec virtualiter calida, at effectus non potest esse ab eo, quod non habet virtutem vniuocam, vel æquiuocam producendi.

Improbatur aliorum sententia dicentium calorẽ oriri ex corporibus se se collidentibus.

Quarto Alij dicunt posita tali dispositione materiæ ad calorem produci calorem à causa prima supplente defectum causæ secundæ; Nam quando adest agens productiuum caloris, tunc illud producit; Quando verò abest, tunc causa prima supplet, vt dicitur de productione animæ rationalis 5. alij oriri à calore cælesti diffuso per aerem ita Auer. apud Scalig. exerc. 16. n. 26. Garb. l. 2. Sum. tr. 6. q. 6. impugnata opinione Alb. asserit ex motu generari raritatem, & calorem, at modus est quia mixta omnia habent partes difformes; Nam aliquæ sunt aqueæ plus, quam igneæ, aliæ contra, etiam si talis difformitas non sit sensui manifesta. Vnde per confricationem, & rarefactionem partes igneæ, & aereæ subtiliores extrahun-
tur à centro ad circumferentiam, & sepa- 9
rantur à partibus terrestribus, & grassioribus frigidis, cum quibus erant per mixtæ, illæ autem partes igneæ, & aereæ multiplicatæ versus circumferentiam, & simul vnitæ calefaciunt subiectum aptum, & tanto magis, quanto confricatio, & percussio fuit maior, & dispositio confricatorum maior in suis partibus; Quare non mirum si illæ partes habeant vim calefaciendi, cum sint calidę vel actualiter, seu formaliter, vel virtualiter quæ tamen prius non poterant calefacere impeditæ à mixtione frigidorum, vt calx madefacta per aquam, calorem producit, etiam si non sit formaliter calida, nec prius calorẽ produxerit, licet diuerso modo calor ab vtroq; proueniat; Et ex hac partium extractione, oritur, vt corpus frequentẽ confricatione, cito consumatur, nec ex raritate fit calor, sed exit causa caloris ab internis, ex quibus patet Bassonem opinionem de causa caloris in corpore motõ hausisse à garbio, sed illum non citat.

10 Secundo differunt in conditionibus requisitis in corporibus motis, vt sequatur calor; Nam aliqui volunt vtraque corpora debere esse dura, vt inter se collisa sequatur attenuatio, & calor.

Conditiones ab aliquibus Auctoribus exigitæ in corporibus, vt calor producatur.

Sed negatur communiter, nam in cælo nõ est durities, cum hæc sit secunda qualitas consequens complexionem primarum; Nec potest illa exigi io vtroque corpore, vt patet ex motu sagittæ per aerem, qui non est durus nec solidus, & tñ à tali motu causatur calor, cum tamen ignis, & aeris partes, quę mouentur non sint nec duræ, nec solidæ, & malus Nauis in tempestate propter velocitatẽ motus confricatiui aerem accenditur.

Alij vero exigunt saltẽ in vno corpore soliditatem, alioqui non posset sequi partium distractio, & attenuatio.

Tertio Alij exigunt calorem saltem remissum formaliter in medio, per quod sit motus, vt est aer nam medium habet calorem sopitum, sed per motum vniuntur partes, quibus vnitis fortificatur calor; Nam virtus vnita est seipsa fortior dispersa ex l. de causis & primo Meteor.

Quarto alij exigunt soliditatem in vno 11
corpore. Secundo motum velociorem, quã exigit natura mobilis. Tertio corpus attenuetur magis, quam eius natura exigat ita Alb. & Nyph. loc. cit. qui loco rarefactionis ponit confricationem partium citius, quam sint confricabiles ex Alex. & hinc infert aquas fluuiales non calefieri ex motu, quia velocitas cursus non est maior, quam exigat eius virtus motiua, quod si in illa poneretur velocitas motus cælestis, tunc calefieret ex motu, quia talis celeritas non est ei debita.

At vero Iandunus putat sufficere velocitatem aliquam magnam sufficientem ad cõfricandas partes, vt patet ex motu sagittæ ab arcu emissæ, & in rota molẽdini, & similibus.

Deinde

igneis contentis intra corpus percussum, & extractis ex percussione, quæ non sic extrahuntur à calore, sed de hac re infra.

Ego Respondeo magis rarefieri ex percussione, quam ex illa calefactione, quia ex percussione maiori violentia partes inter se distrahuntur, vnde separatæ à toto minus sunt aptæ conseruare formam totius, at vnitæ cum alijs, etiam si calefiant, magis retinēt formam antiquam.

Dices tertio, cum Nypho ignis, & aeris partes ex motu cæli nō franguntur, nec colliduntur cum maneant semper in eadem cōtinuitate, & tamen ex motu cæli produci-
15 tur calor. Confirm. si aer magis rarefieret, quam exigeret eius natura corrūperetur in ignem, & ignis in nihil, quod est contra experientiam, nam illa elementa permaneot. Confirm. 2. quia si motus oon calefacit, nisi prius rarefaciat, sequitur raritatem esse primam qualitatem, quia prior esset motus ad raritatem, quam ad calorem, & cum ille motus non sit auctio, vt patet, nec motus localis, quia est eius effectus, erit alteratio.

Resp. negando ex motu tali partes ignis, & aeria non collidi, & frangi. Nam vt Arist. notat per illum motum aliquæ partes ignis propelluntur ad inferiora, nec tamen dissoluitur continuitas totius corporis, quia succedunt similes, & propter earum similitudinem, nō apparet discontinuatio talis partis, à tali, & propter distantiam.

Ad 1. Confirm. Resp. 1. non esse necessarium, vt sit maior rarefactio, quā exigat eius
16 natura, vt dixi supra contra Alb.

Resp. 2. etiam si esset talis rarefactio, non tamē sequitur corruptio, nam potest forma conseruari in tali statu naturali secundum aliquam qualitatem, vt patet ex aqua superueniente calure; De igne vero, an per motū calefiat, infra dicetur, conseruari, non augeri.

Ad tertiam, primitas qualitatum spectatur inter sensibiles, & actiuas elementares, quia comparantur respectu qualitatum secundarum, quæ sunt in mixto; nam simpliciter priores essent qualitates cælestes, à
17 quibus manant elementares; Vnde raritas nec est prima, nec secunda qualitas, quia nō est propria elementaris, cum conueniat etiā cælis; dicitur tamen ab aliquibus qualitas secunda, non secundum se, sed quatenus aliquando producitur à calore.

Difficultas est, an motus cōcurrat vt causa effectiua productionis caloris.

Septima Concl. calor non potest esse ex
18 motu per rarefactionem sine alia causa effectiua, est contra Auerr. 2. cæli 42. dicentem calorem consequi ad rarefactionem sine alia causa; Nam quando sunt duæ perfectiones naturales alicuius corporis, & corpus fuerit in primo actu, aptum est transire ad secundum sine alio extrinseco, sed generans ipsū in prima perfectione, generat etiam in secūda, nisi aliud impediat, vt dicunt, motū consequi grauitatem; Cum igitur motus sit, vt perfectio naturalis calidorum ideo transcūt ad calorem, tamquā perfectionem secundā. Sed conclusionē contra Auerr. probat Garbius, nam cum motus non sit alia res, secundum Nominales à rebus motis, si hęc non sunt calefactiua, neq; poterit motus; Et secundum reales, licet sit alia res, tamen non est actiua cum pertineat ad respectum quēdam; ergo necessaria est alia perfectio, quæ sit priocipium motus, neq; motus probatur esse perfectio calidorum ex eo, quod ignis extinguitur, si nō moueatur, nā id oritur, qa per motū expelluntur fumi suffocātes ignē.

Alij secundo probant; Nam calor, vel fit immediate ex motu, vt causa effectiua, & nō vt recte Garbius, vel mediante rarefactione, & neqi, tū quia raritas non est qualitas actiua, nam vel solum dicit distantiam partium rei, vel dicit modum quemdam quantitatis explicatiuum illius; Vnde non ordinatur ad extrinsecum, sed ad subiectum, in quo est, & est potius dispositio passiua, quam actiua red dens subiectum facile passiuum, & difficile resistitiuum. Confir. nam sine vlla ratione fingitur calorem consequi raritatē pręcisa alia causa; nam si spectetur natura vtriusq; qualitatis, potius raritas consequi debet ad calorem, cum sit qualitas secunda. Hinc potius motus rarefacit, quia calefacit, quā contra, & licet dici possit raritatem posse sequi nō solum ex calore, sed etiam ex motu immediate, tamen non apparet quomodo calor causetur à raritate.

Confir. 2. quia constat experientia, cū ferrum, & lapis, ad inuicem cōfricantur, & percutiuntur, inde partem lapidis conuerti in ignem, & tamen non habet tantam raritatē quantam habet aer, cum pars illa lapidis ob grauitatem descendat per aerem.

Resp. Conymb. a. 2. ibi igniri aerem interceptum inter ferrum, & lapidem, nam is primo rarescit, & calorem concipit, nam corpora solida, nec tam citò, nec tā facile possūt rarefieri, & ex aere calefacto liquescit plūbum, & adiacentia calefiunt, idq; probat, ꝙ ignis ex lapidum angulis decutiatur, quia ibi aer interceptus est minor, & ideo facilius attenuatur, & ignescit.

Sed cōtra, oā videmus partē ignitā descēdere, at aer magis rarefactus, non solū nō descenderet, sed potius ascēderet. Sed facile soluitur, ꝙ tā ascendere, q̄ descendere scintillā videamus, quare ille motus oritur ex impetu impresso ab atterente versus fomitē, vt cera sorum nuclei eo mouentur, quò expressione truduntur; Quare melius alij objiciūt, ꝙ videamus ex tali attritione lapidē minui, nec apparet alia pars inde decisa, nisi quę ē ignea quare existimo aliquādo igniri aerē, vt patet ex glande tormētaria, qua ignescit ēt si nihil diminuatur, aliqñ vero partē silicis, aliqñ vtrāq; sed quidquid sit, constat ad raritatem oon consequi calorem præcisa alia causa.

Dices, si qoid impediret quominus mo- 20
tus possit esse causa effectiua caloris, pręcisa


alia

alia causa, maxime esset, quia motus est ens successiuus, cui repugnat productio entis permanentis, sed hoc non obstat, quia sonus est ens successiuum, & tñ producit sui notitiam permanentem. Confir. quia non impeditur huiusmodi productio ex eo, quod nullum agens producit in se qualitatem violētā suæ formę, atq; adeo lapis frigidus, non potest in se producere calorem; nam id non repugnat quia videmus, inquit, Maior, Lotrices prope Sequanam in hyeme circūuoluere brachia, & manus circa humeros, vt calefiant.

Vbi fluens non hēt vim actiuā, neq; secundū se, neq; secūdū fluxum.

Resp. maxime obstare, quia motus localis non ponit nisi vbi fluens, quod nō habet vim actiuam, siue secundum se, siue sm fluxum, neq; .n. fluxus partium formæ potest habere aliam vim actiuam ab ipsa forma fluente, quia non addit nisi prioritatem, & posterioritatem existentiarum partium formæ. Neq; instantia allata habet vim, cum sonus sit qualitas permanens sensibilis, vt alibi ostendi, & licet motus sit etiam sensibils, tū sentitur rõne corporis cui cōuenit, nam est sensibile commune, vt alibi.

Ad Confir. Resp. instantiam illā non habere vim, quia lotrices ideo manus, & brachia sic circumuoluunt, quia attrahuntur spiritus calidi, per quos calefiunt.

## ARTICVLVS IV.

*Explicatur vera causa effectiua caloris resultantis ex corporibus motis.*

21 Causa effectiua caloris dū corpora mouētur non est vna.

Octaua Concl. causa effectiua caloris dū corpora mouentur non est vna; Nā alia causa est dum fi calor ex motu animalis, ac dum fit in rebus cæteris; Nam ibi fit calor ex accessu spirituum, & sanguinis, hic autē non est talium accessus, & concursus ad partes exteriores, ibi excitatur calor depulsione, & excretione humidarum partium ex motu, at hic non est talis expulsio. Secundo, quia neq; in rebus inanimatis est eadem causa, nā aliquādo illa causa est intrinseca rebus motis, vt quando corpora virtualiter calida fiūt ex motu formaliter calida, vt sunt fere omnia, quorum forma exigit calorem, aliquando est extrinseca, vt quādo quę calefiūt exigūt frigiditatem, vel sunt indifferētia ad excessum frigiditatis, vel caloris. Hęc aūt causa extrinseca aliquando est causa secunda, vt cum aer ignitur ab igne circūstante, aliquādo est prima supplens defectum causę secundæ, vt infra explicabitur. Hinc Aluerniata putat hac rōne inferiora calefieri ex motu cælorū, qui sunt virtualiter calidi; nam cælum calefacit omne corpus capax caloris motū à cælo per motum, quo cælum mouetur, vt refert, & probat Nyphus.

22 Quoties nō pōt assignari causa secūda efficiēs

Nona Concl. quoties non potest assignari causa secunda efficiēs caloris ratione motus, tunc ille calor fit à causa prima, patet quia idest commune omnibus effectibus naturæ, vt deficiente causa particulari, suppleat eius defectum causa prima; Ita .n. posita dispositione ad formam rationalem fit anima à Deo, vt prima causa, sic etiam cū abest causa substantialis, producitur substātia à prima causa, vt diximus in Physicis, ergo non mirum si idem dicimus de caloris causa.

caloris, rō motus, tunc ille calor à causa prima.

23 Probabile calorem ex motu aliquādo fieri ex cōdēsatione partium calidarum.

10. Concl. probabile est calorem ex motu aliquando fieri ex condensatione partiū calidarum; Nam sicut apparet in fulguratione tonitrui, in qua exhalationis partes vnitæ per circūsistentiā nubis erumpūt in ignem; ergo idem contingere pōt ex vnione partiū calidarum facta per motum, partes impellendo ad alias resistentes vnienem, & cōdensantēt Nō .n. est rō, cur frigiditas nubis vnire possit partes exhalationis, & non motus, & impulsus partium inter se inuicē; Neq; his obstat Arist. qui significat motum habere vim rarefaciendi, tū quia verba Arist. ab alijs aliter explicantur, vt fortasse infra, tū quia ēt si asserat ex motu partes rarefieri, nō tñ negat, quin aliquando condensentur, præsertim cū experientia appareat vel ex manus constrictione aliqua inter se vniri. Hoc forte cōtingit cum aer interceptus inter calibem, & silicem in ignem conuertitur, quia particulæ illæ aeris densatę incalescūt, & mutua actione igniuntur; & hoc modo dixit Aluerniata plumbum liquefieri, quia mouens aerem concitat partes, tā anteriores, quam posteriores aeris, ex quo motu coadunantur partes posteriores ad replendum vacuum, & anteriores partes, ex resistētia totius corporis anterioris, quia scindi debet ex motu, quia Nyphus ibi concedit de motu violento.

11. Concl. Probabile est calorem fieri ex rarefactione subiecti ab extrinseco agente, patet, quia aliquādo subiectum, quod calefit est frigidum formaliter, vt cum particula silicis ignitur, ergo tunc calor non pōt produci à subiecto carente virtute calefactiua, ergo debet fieri ab aere calefacto extrinseco, vel certe à prima causa cum deest alia. 24

Soluitur quedam dubiū.

Dices, cur prima causa operetur circa illud subiectū potius calorem, quā aliā qualitatē. Resp. quia ibi est subiectum dispositū per rarefactionem ad calorem potius, quam aliam qualitatem, & idem dicendum in similibus casibus.

12. Concl. opinio Garbij nō vsquequaq; probatur, quia non soluat vniuersaliter productionem caloris, cum aliquando etiā ipsa clementa inflāmentur ex motu, & collisione partium inter se, 1. Meteor. c. 3. Secundo, quia cum formæ elementorum non sint formaliter in mixto, partes non possunt ex illo extrahi ignitæ, ergo debet assignari causa igniens illas: Nam nō possunt ignire seipsas, cum ibi non sit calor sufficiens ad ignem, sed contemperatus ad formā mixti, alioqui non fuisset corrupta forma ignis, & tactu tantus calor sentiretur.

Conf. quia licet in viuentibus partes interiores sint calidiores externis, non tñ in alijs omnibus; tum quia potius deberent esse calidio- 25

lidiores partes exteriores, & circumferentiales, quæ respectu interiorum, obtinent locum superiorem; tum quia si lapis ille diuidatur in duas partes, non apparent partes internæ calidiores externis.

Tertio non apparet quomodo fiat illa reductio, non enim fit per diffluxum particularum à corporibus exilientium, vt putauit Democritus fieri actionem; nam id impugnat Arist. primo de gen. à t 37. & nos ibi, nam calefactio licet supponat principium efficiens, non tamen formam, qua subiectum fit formaliter calidum ex vi actionis: At si calefactio esset illa extractio particularum, supponeret formam, quæ formaliter calefaceret subiectum. Neq; fit ex apparentia formarum, quæ in re latitabant, vt contra Empedoclem, & Anaxagoram disputat Aristoteles 1. Phys. à t. 32. eo quod intra finitam substantiam, infinita, & contraria inessent & res non fierent de nouo, sed præexistentes segregarentur ab alijs, & denominarentur ab eo, quod superabundat; nam idem videtur docere Garb ius, quod in omnibus mixtis in sint oĩa, q̃ ex illis fiunt. Neq; ex motu locali partes internæ expelluntur ad externas, sed potiꝰ ex attritu calybis, partes externæ cõprimuntur, vt patet ex ferro calido malleato.

26 13. concl. opinio Garbij potest probabiliter defendi, nam dici potest non habere locum in omnibus, sed solum cum generatur calor ex motu mixtorum, licet etiam si id dicatur de elementis, cum sint impura, non fit absurdum; nam in mixto non continentur formaliter elementa, sed virtualiter, atq; adeo habent partes diuersæ rationis, licet diuersitas non sit sensibilis, ea autem diuersitas non cõsistit in diuersitate formarum substantialium, sed accidentalium, præsertim secundum tenuitatem; Nam pars igneæ materiæ contenta in mixto est tenuior, quam pars materiæ aereæ, & terreæ, & sic de alijs, & licet qualibet pars mixti sit mixta ratione formæ substantialis, & accidentalis, quia in singulis est mixtio quatuor qualitatum, tamẽ semper vna earum participat plus de dispositione igneæ, ex qua sumpta est, quam alia quę cum sit calida, & eius calor ex ictu excitetur, fit calidior, & ignitur; Neque tamen actio fiet ex defluxu particularum, quia particulæ illæ sunt causa caloris, neque necesse est in corpore finito contineri infinita, sed finita elementa, quæ secundum qualitates remissas, vt non sint contrariæ, ita neque est absurdum contineri in eadem substantia. Hinc putat idem dicendum, dum ignis elicitur ex conflictu ossium leonis inter se Arist. vt 3. de hist. anim. c.7. Hinc redditur causa, cur ex quibusdam lapidibus æquè, ac etiam minus duris, sæpe ignis citius elicia tur, quam ex alijs, quia in illis est minor, vel maior cognatio cum igne. Vnde etiam fit, vt cum eadem cognatio sit etiam in aliquibus lignis, ex illorum percussione eliciatur ignis, de quibus Plin. lib. 16. hist. nat. cap. 40. & Corymb. art. 2. asserunt nihil hedera præstantius, quæ teratur, & lauro, quæ terat. Alij tñ huius causã asserunt esse, q in his maior quædam habilitas sit ad atterẽdũ aerem.

Opinio Garbij põi probabiliter defendi.

14. Conclusio materia, quæ frequentius ignem concipit ex hoc attritu, est aer inter ceptus inter duo corpora se collidẽtia, quia ille, tam ratione raritatis, quam caloris est magis dispositus ad concipiendum ignem, quam lapis, & similia, quæ difficilius rarefiũt & incalescunt, & ideo aer accenditur non solum dum intercipitur inter corpora dura sed etiam dum aer aeri allidirur, & forte ex calore aeris plumbum sagittæ liquescit.

Materia, quę frequentius ignem cõcipit est aer interceptus inter duo corpora se collidentia.

Ex quibus facile soluuntur aduersariorũ argumẽta, & variæ experientiæ, quæ afferũtur. 27

## D V B I T. IV.

*Quomodo ex motu cæli causetur calor in inferioribus.*

RESP. Arist. 1. meteor. c. 4. primo docet omnia astra suis motibus calefacere inferiora, quia secum trahunt sphæram ignis, & superiorem partem aeris, ex quo motu partes aeris, & ignis disgregantur, colliduntur, & distrahuntur, quo sic distractæ inflammantur, quod 2. cæl. t. 42. ex liquatione plumbea sagittæ constat. 1

Secundo hoc 2. cæl t. 42. præcipuè tribuit motui orbis, cui Sol est infixus At 1. meteor. videtur tribuere tantum motui orbis solaris nam habet tres conditiones requisitas ad generandum calorem. Primo est proximior, quam superiora astra, etiam si hæc moueantur velocissime. Secundo quia mouetur velocissime, vnde luna licet sit vicinior aeri, tamen propter motum tardiorem, non est causa caloris. Tertio est corpus solidum, neque obstat cælum Veneris, & Mercurij, nam ex Aristotele cælum Solis ponitur immediate post lunam, & supra Solem orbis Mercurij, & supra hunc Veneris, tum Martis, Iouis, & Saturni. Quarto non negant alijs astris productionem aliquam caloris, quia suo rapido motu trahunt, & detrudunt aliquam partẽ ignis deorsum, qui ex regressu calefacit aerẽ, vnde reijcit opinionem dicentium cælos esse igneos.

Sed contra Aristotelis doctrinam multa obijciuntur. Primum quæ pertinent ad raptum aeris, Nam primo orbes cælestes non tangunt aerem cum mediet ignis, ergo non possunt trahere, quia omnis tractus, & actio naturalis fit per contactum ex 7. phys. & 2. de gen. neque dicetur trahere mediate per ignem, quia cum ignis sit fluidus, potius frangitur, & dissipatur, quam trahit aliud corpus sub se existens. Quæ ratio præcipuè habet vim, quoad orbem Solis, inter quem & aerem mediat præter ignem orbis lunæ ex Arist. & ex astronomis & Venus, & Mercuriꝰ 2

Omnis tractus, & actio naturalis fit per cõtactũ.

Conf. quia vnum corpus non trahit alterum, nisi sint inter se colligata, vel clauo, & simi-

ſimili vinculo, vel mutuis aſperitatibus, vel vnum alteri inſiſtat: At nihil horum eſt inter hæc corpora, quia maxime polita, & ſua virtute ſe ſiſtunt in proprijs locis.

Conf. ſecundo nam hic raptus dicitur fieri ex eo, quod orbis lunæ trahit ignem, & ignis aerem ob eorum contiguitatem; ergo non ſolum trahi debet prima aeris regio, ſed etiam ſecunda, quia totus aer eſt vnum corpus continuum.

Conf. 3. quia non eſt ratio cur finis motus cæleſtis ſit vbi incipit ſecunda regio aeris.

Conf. quarto quia motus ille non poſſet eſſe perpetuus, cum ſit ab extrinſeco.

Conf. quinto nam primo meteor. c. 4. proponit inquirere cauſam caloris, quæ fit à ſuperioribus his, quæ ſunt circa terram locis. Neque dicatur fieri à radijs ſolaribus, quia de his nihil aſſerit; ſed ſolum de motu dicens
3 *Et propter hanc igitur cauſam pertingit ad hunc locum caliditas.*

Reſp. ſufficere contactum mediatum, vt patet in trahente catena, qui per vnũ circulũ, conſequenter trahit alios, cur autem Solis orbi id tribuatur, dicetur infra; Neque obſtat fluxibilitas ignis, nam cum ille motus ſit rapidiſſimus, trahere poteſt, non ſolum ignis ſphæram, ſed etiam pertingit ad ſupremam regionem aeris; nam vehemens ille impetus non impeditur ex aliqua diſſipatione, & fractione ignis, quin perueniat ad aliud corpus intra ipſum contentum, vt experientia patet ex ſimili motu corporum circularium, haberet autem vim argumentum, ſi tractio eſſet per motum rectum.

4 Ad primum Conf. Reſp. id verum in ijs, quæ mouentur per alia per motum rectum & vnum eſt extra totam ſphæram alterius; at hæc corpora ſunt inter ſe colligata per cõtinentiam ſphæræ vnius intra aliã, quæ colligatio ſufficit, vt vnum rapiat aliud, & licet ex hoc raptu aliqua ratione motus cælorum retardetur, non tamen eſt contra perfectionem illorum, quia intelligentia aſſiſtens imprimit tantum impetum, quantum requirunt orbes continentes, & contenti, vt moueantur, præſertim cum talis retardatio ſit ex neceſſitate naturæ, & expediat perfectioni vniuerſi, neque inde aliqua perfectio minuatur in orbibus cæleſtibus. Ad ſecundam conf. Reſp. cur non totum aerem etiam trahit ſi ſit continuus. Primo, quia impetus non tantus eſt, vt ſufficiat, & extendatur ad illam partem, quare ibi aer fragitur. Secundo quia impeditur à ſummitatibus montiũ & ideo Ariſt. dixit illum motum peruenire vſque ad ſummitates montium; nam conſtat ſecundam regionem aeris, non moueri per illum motum; nam nubes non continuè mouentur ab ortu ad occaſum.

Hinc patet ad tertiam conſ. nam huius non eſt quærenda alia ratio, quam intenſionis impetus, quæ ſumi debet ab experientia eorum, quæ videmus in ſecunda regione aeris, quorum motus non oſtendit illam partẽ circumagi ab ortu ad occaſum.

Ad 4. Reſp. Plato eſſe naturalẽ, ſed cõtra qa repugnat vni corpori ſimplici eſſe natu- 5
ralem duplicem rationem motus, & cum ex illo motu aer in ignem conuertatur neceſſario erit illi innaturalis, nam natura non tribuit rei motum ſui deſtructiuum.

At alij ſecundo dicunt cum Alb. partim eſſe naturalem, partim violentum, nam putant illum motum non eſſe raptum, ſed factum ab influentia, vt à magnete ferrum mouetur, ſed hæc ratio non eſt Peripatetica, nã Ariſtoteles ſignificat eſſe ex vi motus ſuperiorum orbium.

Reſp. tertio Nyph. eſſe quidem naturalem non ab intrinſeco, & primario, ſed ab intelligentia, & ſecundario, quæ eſt præſentialiter primario in firmamento, & ſecundario, & virtualiter in his elementis.

Sed contra; nam prima intelligentia exiſtens ſecundum Ariſtotelem in primo mobili, eſt in alijs orbibus, vt amatum in amante ergo non poteſt eſſe vt ſic in his elementis, quæ non habent principium illa ſic mouens.

Deinde nunquam Ariſtoteles poſuit primam intelligentiam eſſe extra firmamentum & cum elementa non ſint animata, non poteſt eſſe in illis, vt amatum in amante.

Reſp. quarto alij conuenire ab extrinſeco, ſed neutraliter, at huic non repugnat eſſe perpetuum, cum adeſt cauſa perpetuitatis.

Dices quomodo conueniat planetis? 6

Reſp. primo conuenire illis cum maiori quadam naturalitate, quam elementis, tum quia conuenit à prima intelligentia, cui omnes aliæ motrices inferiorum orbium ſubordinãtur, tum quia natura eo motu indiget ad vniuerſi conſeruationem; tum quia non poteſt poni aliqua imperfectio, ſicut ponitur in elementis, quibus hic motus conuenit per accidens, & præter intentionem, licet ex neceſſitate naturæ, at orbibus inferioribus conuenit per ſe ex intentione naturæ. Reſp. ſecundo Auerr. 2. cæl. 42. non eſſe violentum, quia eſt à prima intelligentia, cui appetunt inferiora aſſimilari, quare ſicut res amata nõ eſt violẽter in amãte, ita hic motus nõ participatur ab alijs orbib' violenter.

Reſp. tertio alij hunc motum eſſe naturalẽ ſingulis, quia eſt à proprijs intelligentijs, & non ex vi raptus, nam ſi inferiores intelligentiæ intendunt aſſimulari primo motori, mouere debent ab ortu ad occaſum; & non contra ab occaſu ad ortum, quia ex hoc potius diſſimilantur.

Ad quintum Reſp. ommitti productionẽ caloris factã à radijs, tum quia id eſt manifeſtum, tum quia eſt cauſa particularis in inferiore tantum regione aeris; at productio, quæ fit à motu eſt vniuerſalis, tam quoad ignem, quam quoad totum aerem. At inquies inferior pars aeris non attingitur à motu. Reſp. inferiorem regionem calefieri à motu, *quia ambiens ignis per aerẽ ſpargitur motu frequenter, & fertur violentia deorſum*

Quo-

Quomodo autem pertranseat secundam re-
gionem aeris alibi ostendetur. Objicies huic
Aristotilis doctrinæ; Nam non bene Aristo-
tiles probat productionem caloris in inferio
7 ribus conuenire tantum orbi solis, quia
non mouet elementa, nisi mediāte motu or-
bis lunaris, quia hic est immediatus elemen-
tis, & ideo ille rapere potest elementa.

Confirmatur quia nullum agens naturale
potest agere in extremum, nisi agat in mediū
sed orbis solis non potest calefacere mediū
quia non calefacit orbem lunæ incapacem
caloris, nec ignem, cui non potest fieri addi-
tio caloris, ergo.

Neq; dicas cum Alexandro posse effectū
produci ab Agente distante, absq; eo, quod
producatur in medio, vt torpedo obstupe-
facit manum piscatoris, & non rete; Nam
huic obstat Arist. doctrina, vt notat Philip.
1. meteor c. 4. & Auerr. 2. cæl. 42. Nam
falsum est, quod supponit de torpedine; nam
imprimit certam affectionem similem illi,
quem imprimit manui, sed non habet simi-
lem effectum secundarium ex ratione subie-
cti, nam manus, cum sit sensitiua, potest ob-
stupefieri, nō tamen rete, siue illa affectio sit
refrigeratio vehemens, siue, quid aliud, vel si
dicatur rete obstufieri, sed non aduertit,
quia non habet sensum, sicut arbor in hyeme
8 frigefit, licet non aduertat ex defectu sensus.

Respon. secundo Alexander satis esse, vt
sol suo motu calefaciat, quod orbi lunæ in
medio imprimat motum, per quem produ-
cit in inferioribus calorem.

Sed contra; Nam vel loquitur de motū
proprio, & hic non imprimitur nisi ab in-
telligentia propria; nam est velocior motu
solis, vel de motu diurno, & hic imprimitur
à primo motore, à quo totus globus cæle-
stis tamquam vnum animal mouetur; ergo
calefieret mundus inferior a primo mobili,
& nō ab orbe solis, cum Aristoteles velit ca-
lorem produci à stella solis, & non ab alijs
Imo neque nominat orbem solis; Nam sol
est corpus solidum per attritionem calefa-
ciens, at non apparet, quem motum solaris
stella imprimat orbi lunæ:

Impugnantur respōsio Alexandri.

Confir. nam tunc sufficit diuersam quali-
tatem diffundi per medium diuersam ab ea,
qua producitur in extrema parte, quando
qualitas diffusa est principium qualitatis ex-
tremæ, vt lumen productam a sole, est prin-
cipium caloris, alioquin manerēt integra
difficultas, quomodo producatur effectus in
subiecto remoto, & non in medio; At mo-
tus efficit calorem per rarefactionem, & at-
tritionem, ergo oportet solem producere in
orbe lunę attenuationē, vel motū quo infe-
riora rarefiant, & atterantur, sed 1. repugnat
orbi lunæ, 2. repugnat Arist. qui negat motū
lunę ob eius tarditatem habere vim atteren-
di; ergo sol non potest producere calorem
per motum communicatum orbi lunæ, ne-
que per motum proprium, quia non atterit
inferiora per motum proprium cum ab illis
distet, neque fingi potest alia qualitas com-
municata lunæ à sole, quæ sit productiua ca-
loris; nam quod simplicius primo cæli t. 21.
tribuit Alexandro, quod communicet calo-
rem, non reperitur in Alexandro, nec est
verisimile cum sit contra doctrinam Aristo-
telis; Hinc Philop. disputans contra Alex.
concludit Aristotelem nō posse defendi, nec
veram causam caloris attigisse, sed illam es-
se naturam cęlorum igneam, præcipue solis,
Sed huius opinio ex dictis refutata est, qua-
re alia solutio quærenda est.

Respon. 3. Auerr. 2. cæl. 42. effectum 9
productum à causa materiali, nō tribui so-
lum parti tangenti passum, sed toti corpo-
ri; Nam virtus à qua est effectus est tota,
quæ est diffusa per totum subiectum, vt pa-
tet, quia maior actio est à corpore maiori,
eo quod in illo est maior virtus ex 8. *Phys.*
& minor actio à minori corpore; Quare cū
tota sphæra cælorum sit veluti vnum ani-
mal magnum, cui conuenit motus diurnus,
& singulis tamquam membris, motus pro-
prius inest ab occasu ad ortum, quare ignis,
& aer non mouetur à solo lunæ orbe, sed à
tota congerie orbium, quod etiam docet
Auerr. in epit. Metaph. tr. 4. c. 13. vbi o-
stendit in singulis esse partialem virtutem
motricem Inferioris mundi maiorem, vel
minorem pro illarum partium diuersitate
secundum magnitudinem, vel densitatem;
Et quia stella est pars orbis densior, ideo in
illa est maior virtus, & inter illas maximam
habet sol. Vnde quando Aristoteles illam
virtutem mouendi tribuit soli, non intelli-
git solitariè, sed vt parti principali totius
globi cælestis. Hinc non est necessarium, vt
sol prius agat in orbem lunæ, quam in infe-
riora, quia non agit, vt quid separatum ab
alijs, sed vt pars totius alijs coniuncta, tribu-
ens suam partialem licet magnam alijs. Ne-
que obstat, quod sol secundum se, & præ-
cisus ab alijs non tangit, quia satis est, vt to-
tum cathegorematice sumptum, tangat cor-
pus atterendum, vt significat Aristoteles 1.
meteor c. 2. Nec mirum, quia idem contin-
git in actione totius continui, quod tangit
passum, vt totum cathegorematice sumptū
absq; eo q pars remota producat aliquod in
partem proximam passo, quia satis est, vt
suam virtutem communicando integret to-
tum.

Responsio Auerrois.

Sed hæc Auerrois opinio etiam si esset 10
vera de, quo infra; Non est tamen ad mentem
Aristotelis. *Primo* quia Aristoteles non tri-
buit soli virtutem mouendi, & atterendi in
feriorem orbem, tamquam parti præcipuæ
totius, sed præcisæ, vt agenti ab alijs distin-
cto, excludendo alios orbes tam inferiores,
quam superiores, tum quia accepisset mo-
tum diurnum, vt vnum in toto, & non, vt
multiplicatum in singulis, & distinctū, quia
vt sic mouet, & atterit inferiora, at non ita
accipere patet, quia ait lunæ motum obtar-
ditatem non sufficere, cæterorum supra so-

Responsio Auerrois non est ad mentē Aristotelis.

lem ob distantiam, solis verò habere, & velocitatem, & propinquitatem sufficientem, & hoc habet sol, vt est agens præcisum ab alijs.

Confir. quia Aristoteles negat velocitatē motus lunæ sufficere. At Auerroes dicens motum totius tangere inferiora per orbem lunæ, asserit ignem, & aerem atteri ex velocitatem motus lunaris, nam ab hac prouenit velocitas ignis, & aeris, quæ in illis producit calorem, vel conseruat.

Confir. secundo quia Auerr. non tribuit præcipuam virtutem soli ob eius propinquitatem, vel velocitatem, sed ob densitatem, quia per hanc habet maximam virtutem, quam toti contribuit. At non sic Aristoteles, vt dixi, nam sol eamdem operam præstaret, in quocumque orbe totius aggregati collocatus, quia vbicumq; esset, eamdem virtutem toti contribueret, legendus Aristoteles loc. cit. *Sufficiens est hoc facere solis latio tantum.* Vbi patet excludi alios orbes.

11 Confir. 4. quia Veneris orbem, quem ipse quarto loco cōstituit, ait esse ineptum ad atterēda inferiora ob distantiā, solem autem esse aptum, quem secundo loco posuit. At constat ex Astronomorum obseruationibus, Venerem esse sub sole, & solem esse in quarto loco, ergo secundum ipsius principia sol non est aptus, & Venus est aptior.

Denique sine vlla ratione negat velocitatem motus lunæ sufficere ad atterendum, cum velocius moueatur, quam sagitta iacu lata per aerem. Hinc Zab. loc. cit. c. 7. negat Aristotelis opinionem posse defendi.

12 Altera opinio ostendit calorem causari, quidem à motu cæli, sed alia ratione, dicens calorem producì, vel conseruari in igne, & agere ex eo quod ex motu lunæ attingentis illa elementa, circumuoluatur, & ex illa circumuolutione atteruntur. Vnde tota cælorum collectio attingit attritionem, & rarefactionem elementorum per motum lunæ; Nam huic conueniunt omnes conditiones necessariæ ad hanc attritionem. Nam primo orbis lunæ est solidus, & minime cedens, alioqui, si cederet non attereret, sed pateretur. Secundo est properem atterendam etiā Aristotelis confessione, cum velit totum globum cælorum attingere inferiora elemēta per orbem lunæ. Tertio habet velocitatē sufficientem ad atterendum; nam licet ille orbis tardius moueatur, quam superiores orbes, tamen eius est tanta velocitas, quæ superat velocitatem omnis motus inferiorum per quos producitur calor, vt est motus, quo ferrum silicem percutit, & quo sagitta ab arcu emittitur; Nam luna conficit suo motu spatio viginti quatuor horarum totū circulum, si enim imaginemur equum succursu conficere spatio 24. horarum totam superficiem terræ, certe illa motus velocitas excederet omnis inferioris velocitatem; At motus lunę est eo velocior, velocitate motus equini confictā, quo circulus orbis lunæ est maior circulo superficiali terræ.

*Opinio quorundam existimantium calorem produci, & conseruari in igne ex motu lunæ.*

Confir. quia motus orbis lunaris est violentior, quatenus est partis totius, quia est ab impetu totius globi, quam si esset ab illo secundum se, & separatim ab alijs. Hinc immerito Aristoteles supposuit velocitatē motus orbis lunaris non sufficere sine vlla probatione. Quare melius 2. cæl. 42. illam attritionem tribuit toti aggregato, licet præcipue orbi solis ibi, *Et hæc maximè, qua sol extat infixus, qua propter approximante ipso, & oriente, & super nos existente generatur calor.* Hæc Zabar. loc. cit. ex Auerr. 2. cæl. 42.

13 Hæc opinio mihi placet, nam motus, vt dixi dupliciter confert ad calorem. Primo approximando causam caloris, vt patet ex accessu, & recessu solis. Secūdo per attritionem quæ causæ aliquando confunduntur apud Aristotelem, nunc vnam explicādo, nūc aliam, & quia productio, caloris secundum vtramque rationem maxime pendet à sole, ideo tribuitur tantum soli, non simpliciter & solitarie, sed vt causæ præcipuę.

*Motus dupliciter confert ad calorem.*

Dices si calor elemētaris generatur à motu orbis, & inde ignis, sequitur sub polis nō esse elemētam ignis, quia ibi motus, vel nullus est, vel est tardissimus, quare ibi, vel non erit ignis, sed frigidum corpus contra mundi constitutionē, vel ibi produci calorem, & ignem vbi motus est tardissimus, contra suppositiones dictas, quod maxime habet vim contra opinionem tribuentem huiusmodi motui solis, qui non fertur, nisi per Zonam torridam intra Tropicos, & remotissime à polis, vnde fit vt solum calefaciat partem ignis, & aeris sibi subiectam Resp. Zab c. 9. concedēdo ibi non generari calorē, & ignē, sed potius extingui, & conuerti in frigidum corpus, sed negat sequi ibi non esse ignem; Nam cum virtute solari, & astrorum eleuētur vapores, & exhalationes, quæ in ignem vertuntur ille succedit in locum ignis corrupti in corpus frigidum descendens deorsum, nam ille locus non potest manere vacuus, & cum hæc productio, & corruptio sit continua, erit etiam continua successio, & vicissitudo ignis geniti in locum corrupti quod necessarium esse probatur, quia alioqui omnia elementa essent conuersa in ignem, nā cum continuo ex terra, & aqua, & aere vi caloris extrahantur vapores, & exhalationes, & cum partibus aeris calefactę cōuertantur in ignem, si hic nunquā existens in sua sphæra corrumperetur iam ita excederet omnia elementa, vt omnia essent ignis; Quare ad conseruandum in elementis æquilibrium, necesse est ignem sub polis, & circa illos frigiditate grauescere, & corrumpi in elementum frigidum, quod cum supremum locum nequeat occupare, descendere necesse est, & in eius locum aliam partem ignis succedere, vnde Arist. 1. meteor. c. 4. loquens de locis superiorum elementorum. *Et si continue perseuerant hoc quidem aere plenum exi-*

*existens, hoc autem igni, & semper aliud & aliud fit vnumquodque ipsorum.*

14 Prior Zab. responsio quoad continuam successionem approbatur. reijcitur tamen quoad posteriorem eiusdem responsionis partem.

Sed hæc responsio mihi probatur quoad illam continuam successionem ignis in locú corrupti, sed non probatur, quod corrumpatur ex frigiditate producta ex absentia motus velocioris, quia effectus positiuus, qualis est frigiditas, exigit causam positiuam; Quare dico ibi per se causari frigiditatem, ex influxu stellarum frigidarum ibi dominantium, & ex negatione motus per accidens, quatenus remouet impedimentum producendæ frigiditatis, quale est corpus calefactiuum. Neque probatur id quod asserit de calore elementari, quod producatur solum ab astris, quia producitur non solum à causis inferioribus, sed à proprijs formis elementorum, vt suo loco ostendemus.

5 Soluitur quoddam dubium.

Dices quomodo ignis calefieri potest à motu cum sit rarissimus, & calidissimus.

Resp. dum habet illas qualitates in summo, non recipere aliquem gradum illarum, sed conseruari quominus corrumpatur à cõtrarijs influxibus, & hac ratione locus conseruet locata.



## QVAESTIO VII.

*An in Cælo præter lumen, & motum sint admittendæ virtutes, & qualitates occultæ per quas influit.*

De hac quæstione Doctores 2.cæl.t.42.Philal. 1. cæl. 22. conf. 27. Coimb. cap. 3. q. 3 Zerb. 1. met. q 14.§.propter primũ Achill.4.de orb. d.13.circa finem Maior. 3 d.14.q.7. Auctor de sex incõuenientibus q.4 Plotinus lib. An stellæ aliquid influãt c.13. Ruuius 2.cæl. tr.2. q.2.

### ARTIC. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo not. ex Piccol. de cæl.c.40. cum ex principio aliquo tanquam fonte virtus alia in aliam effunditur id quod effunditur vocari influxum, & actio quę dicitur ex parte agentis influxus, vt fons dicatur influere in flumina; hic autem influxus cæli perspicuè fit per motum, & lumen, si vero non apparet sensui, dicitur virtus occulta, & cõmuni nomine influxus, seu influẽtia dicitur.

Secundo not. quatuor modis posse concipi primo, vt fiat ab incorporeo in corporeum, & dicitur afflatus internus, contactus & inspiratio ad quam pertinet species quatuor diuini furoris ab Academicis celebratę secundo ex corporeo in corporeum, & nõ potest dari, quia agens debet esse præstantius passo, vnde cum corpus lædit animam non dicitur influxus, sed contagium. Tertio ex corporeo in corporeum, & dicitur influxus luminis, & motus. Quarto ab incorporeo in corporeum, & dicitur influxus de quo quærimus an detur, vbi nomine incorporei intelligatur aliquid secundum se insensibile, etiam si sit virtus extensa. Vnde quæritur, an detur talis influxus, vt distinguitur à lumine, & motu.

Tertio Not. hunc influxum dici etiam proprietatem occultam ob eius insensibilitatem, quæ ibidem distinguitur à lumine, & motu. Secundo quia in sua actione non potest impediri ab opaco, vel denso, vel opposito motu. At lumen, & motus impediri possunt, & definiri solet, quod sit qualitas insensibilis ex stellis, & cælis in mortalem orbem latenter effusa, per quam corpora apta ad illam recipiendam facultate aliqua afficiũtur, sed hæc definitio conuenit solum virtutibus occultis, quæ conueniunt inferioribus: At quæstio instituitur de virtutibus occultis etiam in cælo existentibus. Vnde dicitur qualitas insensibilis, ex quo effectus proueniunt, quorum non potest reddi ratio ex causis per sensum notis.

### ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

4 Negant aliq cælos influere p virtutes occultas.

PRima opinio est negantium dari aliam virtutem in cælis, per quam agunt in inferiora distinctè à lumine, & motu. Iand 2. cæl. q.12. Auer. com.42. Zim. propos.49. Achill. 4 de orb.d.vltim. Nyphus 2.cæl.q. 5. in tex 42 2 de Gen.t.20 & 21. 1.metheor. tex. 34. q. 4. Citatur ex antiquioribus D. Tho.de spiritualibus creaturis art.8.ad 12.& 2.d.15.q.1.art.2 & 1.1.q.67art.3. vbi Caiet. & q.70 art.1.ad 2.qui dicunt, alios effectus habere lunæ radium, alium radium Solis, & ita in alijs astris iuxta naturam singulorum astrorum, quod Caiet. ait oriri ex eo, quod imbibitus in diuersis astris, cõtrahit variam virtutem, & Nyphus quia est instrumentum diuersorum astrorum, quare sicut calor, vt est instrumentum diuersarum formarũ substantialium producit diuersas formas, ita lumen, & motus, ex quibus inferunt frustra dari alias influentias præter lumen, & motũ: & hoc idem de lumine docet Alb.2. cæl.tr. 3.c.5. circa finem, vbi soluens, cur omnes stellæ cum illuminentur à Sole lumen tamẽ stellarũ habeat diuersos effectus, Resp. quia non recipitur extrinsecus solum; sed etiam intrinsecus, ideo accipit naturam corporũ quibus incorporatur, simile quid apparet in calore, & spiritu complexionali cuiuslibet membri hominis, qui dicitur mundus minor, nam accipit à corde virtutem vitæ, animalem à cerebro, vbi vigent sensus, & est origo motus; ab epate autem virtutem efficiendi operationes naturales, & à testiculis virtutem generatiuam, & formatiuam Idẽ

Luminis varia virtus ex subiectis.

tri-

tribuitur Titelmanō 7. suæ phil. c. 23. fusè Buccafer. 1. meteor. c. 1. d. 4. Mirand. lib. 3. contra Astrologos c. 4. & 5. & 6. qui tria docet; primo cælum agere tantum per lumen, & motum; secundo ex lumine Solis oriri calorem quemdam viuificum, qui pōt dici filius lucis; tertio causalitatem posse dupliciter considerari, primo in ordine ad id, quod per se primo, & immediate producitur, & sic lumen non producit, nisi calorem, & per recessum, frigus; secundo in ordine ad effectum secundarium, & quem producit cum alijs causis, & ita potest omnia producere, quia calor viuificus cæli omnia alia continet virtualiter; sed in hac opinione illud certe non potest admitti, quod calores accipiant distinctiorem specificam ex subiectis, quia constat non sic distingui tum quia vnus intendit alium, tum quia calor quicūq; calefactione quacūq; destruit frigiditatem, vt optime Zabarella opusc. de calore cæli cap. vlt. Georg. Agric. lib. 4. & 5. de causis subterraneorum Med. lib. 2. suę paranesis c. 1. Syren. lib. de fato. Piccol. tract. de cæl. c. 39. qui diuersos effectus tribuit lumini prout est instrumentum variarum stellarum, à quibus lumen accipit variam vim.

*Mirandulani opinio.*

*Reijcitur Miranda.*

*Primum fundamentū ex virtute lucis*

5 Primum fundamentum, quia omnia salua ri per lucē ergo non sunt multiplicandæ aliæ virtutes, quia frustra, ant. prob. primo ex perfectione luminis, nam vt cælum continet in sui virtute omnia elementa, ita lumen cōtinet omnes qualitates elementares, ratione sui, vt vnitas continet oēs numeros, & Deus omnes essentias, vnde qualitas qualitatū dici potest, siue vt est in diuersis astris, vt dictū est de calore naturali.

Conf. primo quia illa virtus occulta esset nobilior luce, nam quando res habet plures potentias, semper specifica vincit genericas nobilitate, vt intellectua sensum; cum ergo tum lux sit passio quædam generica omnibus conueniens, si esset alia qualitas consequens proximū gradum specificum, ea esset nobilior luce, quia esset specifica contra omnium sententiam.

Confir. 2. quia quo agētia sunt nobiliora, eo paucioribus indigent instrumentis nam quæ in inferioribus sūt dispersa in superioribus sunt coniuncta, sed cæli sunt nobiliores elementis; ergo cum hæc pluribus virtutib' producant qualitates has, cælum per vnam producet omnes præsertim cum cælum sit simplicissimum, & eminentissimum corporum debet vti instrumento simplici.

Conf. 3. quia lumen non solum ob sui per. perfectionem potest continere plures effectus, sed etiam addita aliqua illis varietate nam primo, vt per sui præsentiam causat calorem, ita per absentiam frigiditatem.

Secundo secundum variam distantiam, & propinquitatem, vnde luna magis videtur agere, quam stellæ firmamenti.

Tertio ex rōne intēsionis lucis, quarto ex maiori velocitate, & minori motus velocitate. Quinto ex vario situ, & positione corporis lucidi ex qua oritur varia repercussio radiorum recta, vel obliqua.

Sexto ratione varia densitate, & raritate, medij, & aliorum, quæ impediunt, vel minuunt, vel augent actionem.

Septimo ex diuersa coniunctione cū diuersis qualitatibus, vt siccitate, vel humiditate, & alijs agentibus similibus, vel dissimilibus.

Octauo ex varia dispositione passi, siue quoad receptionem primariæ, vel secundariæ actionis.

6 Secundum fundamentum ex genere hui' virtutis, vel hæc influentia est accidens, non substātia, & nō qa nō est immediate actiua, vel accidens, & neq; qa, vel est perpetuū, vel caducū, non caducū, quia non est à quo corrumpatur; non perpetuum; quia non experimur semper easdem influentias; cum ergo non constet de genere harum influentiarum non possunt intelligi, quid sint.

*2. Fundamentum ex genere virtutis occultæ.*

Conf. secundo quia si ponuntur esse occultæ, cur igitur asseruntur, nam si dicant cognosci ex effectis, dici potest eos, saluari per lumen, & motum, & ex varia contemperatione luminis diuersorum astrorum ad diis agentium particularium actionibus.

Tertium fundamentum ex effectis, nam nullum habere possūt, quia vel essent ad producendum calorem, & frustra, quia sufficit lumen, vel ad alias qualitates, & neque quia tunc idem cælum seipsum impediret in agēdo, nam qualitates productæ sunt inter se contrariæ.

*3. ex effectis*

Conf quia si virtus hæc daretur maxime ad producendam frigiditatem, sed cælum non producit illam, tum quia Soli conuenit solum productio caloris, & non frigiditatis ergo neque alijs stellis cōueniet productio frigiditatis, quia cū stellæ omnes sunt eiusdem speciei, erunt præditæ eadem virtute, sicut Aristoteles hinc infert omnes stellas esse sphæricas, quia talis est Sol, & Luna, tum quia ex 2. cæl t. 74. cælum est in vniuerso, vt cor in animali, à quo sūt omnes virtutes, sed à corde non frigus, sed calor solum vitalis effunditur in alia membra ergo à cęlo calor & non frigus oritur, & quidem iure, nam à causa principali oriri debet qualitas, quæ maxime est principalis, qualis est inter elementares calor.

Quarto sumitur ex perfectione causæ vniuersalis, ad quam pertinet agere per vnum instrumentū, quæ ab inferioribus causis fiūt per plura, nam quæ sunt dispersa in inferioribus, sunt vnita in superioribus.

7 Conf. ex cōditione causæ vniuersalis, quia causa vniuersalis non potest agere per se sine causa particulari, & e contra propter essentialem subordinationem, ergo cælum non potest aliquem effectū ex se producere, nisi concurrente causa particulari, ergo diuersitas effectus referri debet in causas particulares, neque dicas, posse à cælo aliquos effectus produci immediate; non tamen omnes

*Ex causæ vniuersalis indifferētia.*

quia

quia non eſt ratio cur hos, & non illos, poſſit per ſe, & immediate, vt ſolet argumentari Ariſtoteles 8.phyſ.15.contra Antiquos. Conſ. quia Ariſtoteles non agnouit huiuſmodi virtutes, nam 2.cæli 42.& 1.meteor.c.4. agens de actione cęlorũ in hæc inferiora nõ meminit, niſi luminis, & motus, hinc primo meteororum dixit, *neceſſe eſſe mũdum inferiorẽ continuum eſſe ſuperioribus lationibus vt inde omnis eius virtus gubernetur*, hinc motus cælorum 8.phyſ. initio dixit eſſe vitã mortalium, & 8.phyſ.59.ex motu cæli oriri varietatẽ mortalium, quod etiam aſſeruit 2. cæl. 20. 2. de Gen. 56. 12. met. 34.

*5. fundamẽtum ex modo agendi.*

Quintum fundamentum oritur ex modo agendi, nam cum nullum agens naturale aget in diſtans, niſi agendo in mediũ, non poterit hæc virtus producere qualitates elemẽtares in inferioribus niſi agendo in medio at oon poteſt illas producere in medio, quia cæli intermedij non ſunt capaces illarum, ergo deberent diffundere aliam qualitatem, quæ nulla apparet, ſicut apparet lumen diffuſum
8 à Sole à quo producitur calor.

*Singulis aſtris diuerſæ virtutes, quę variantur ex aſpectibus.*

Secunda opioio eſt Aſſyriorum. Ægiptiorum, Arabum, & multorum aſtronomorũ apud Piccol. c.40.qui tribuunt ſingulis planetis, & ſtellis, eorumq; aſpectibus influxum diſtinctum à lumine, & motu. Ex qua opinione prodiere artis diuinatoriæ multæ deceptiones, quoad hominum ſortes, & conditiones, & etiam priuantes illum libertate.

Contra quos, Picus fuſe lib. cootra aſtro-
9 nomos.

*Quid Academici.*

Tertia opinio Academicorum, quia effectus varios non tribuunt virtutibus occultis, ſed ſeriei idearum mentis, rationum animæ,
87 & ſeminum naturæ, quibus tanquam neruis præditis inſigni facultate, cuncta perficiuntur, vt fuſe Plotinus loc. cit. & ibi Ficinus. Sed hęc opinio, cum ſupponat ſtellas præditas anima, & ſeriem illam, ſeu catenam idearum, ſeminum, & rationis, à Peripateticis iamdiũ reiectam, merito reijcitur à nobis.

10

*Dari virtutes occultas per quas cęli influunt.*

Quarta opinio eſt dicentium, cælum non ſolum agere in hæc inferiora per lumen, & & motum, ſed etiam per influẽtias, ſeu alias qualitates. Eſt omnium aſtronomorum; & præterea D. Thom. 2.cæl. lect.30. circa finem vbi ait; ſingulis aſtris, præter lumen, tributas eſſe alias virtutes, & quodlib.6.art.19. ſequitur Iauell. 12.met.q.13. Georg. 2.cæl.q. 3. du. 1. & 1. meteor q. 1. du.2. Timon 1. meteor. q. 2. & 2. qui ait, tripliciter diſtingui influentiam a lumine; primo nam licet conueniant, quod ſint qualitates diffuſæ per vniuerſum, tamen differunt primo, quia lumen eſt qualitas ſenſibilis; influentia non itẽ ſed eſt vt virtus magoetis, ſecũdo, quia lumẽ totaliter impeditur per corpus opacum; influentia vero non totaliter impeditur, ſed tranſit per corpora denſa, & opaca. Tertio quia lumen cauſatur tantum à ſtellis, ſed influentia etiam ab alijs partibus cæli, eadem tribuitur Albert. 2. cæl tract. 3. c.4. & 5.& 1. met. tr. 1. c. 12. ſed ibi potius dicit produci diuerſos effectus à lumine, prout eſt inſtrumentum diuerſorum aſtrorũ Eſt Simpl. 1.cæl. 12. & 29. & Veneti ſum. de Gen. c. 14. vbi ait eſſe qualitatem inſenſibilem, quæ penetrat vſque ad profunditatem terræ, & ſum.meteor.4.c.1.concl. 3. & 4. vbi probat primo, quia luna influit in aquã, vt patet ex fluxu, & refluxu, Saturnus in terra quoad ſta-
bilitatẽ, & ſic quoad alia elementa, quæ in- 11
digent concurſu frigefactiuo, humefactiuo, &c.

*Quibus influentiæ diſtinguitur à lumine.*

*Singuli planete ſupra ſingulas ſpecies metallorum.*

Confirm. primo ex Domino planetarũ ſuper metalla, vt Iuppiter ſupra plumbum, luna ſupra argentum ſolidum, Mercurius ſupra argẽtum viuum, Sol ſupra aurum Mars ſupra ferrum; Saturnus ſupra ſtamnum.

*Fructiferæ plantandæ in nouilunio vt non fructifera in plenilunio.*

Confirm. ſecundo ex dominio ſuper vegetabilia, nam arbores. & vites ſatæ in plenilunio non fructificant, quia tunc augetur nimis humiditas, quæ non poteſt regulari à calore plantæ, quare id, quod deberet conuerti io fructus, conuertitur in frondes, vnde arbores fructiferæ debent plãtari in nouilunio, & non fructiferæ, vt ſalices, &c. in plenilunio.

*Cur octauo menſe natus moritur, non ſic ſeptimo.*

Confirm. tertio ex ſenſitiuis; nam medici dies criticos aſſignant ſecũdum motũ lunę, nã cum luna peruenerit ad ſignum oppoſitũ ſigno inceptionis morbi, tũc apparet qualis morbus futurus ſit, & puer natus 8. menſe citò moritur, non ſic natus ſeptimo: cuius ratio eſt; quia primus menſis nati tribuitur Saturno, ſecundus Ioui, & ſic vſque ad ſeptimum, qui tribuitur Lunæ; & quia Luna eſt bonus Planeta ex ſe, niſi alijs malis coniungatur, ideo ſæpius vincit: Deinde octauo moritur, quia tribuitur iterum Saturno, qui eſt frigidus, frigiditas autem eſt contraria vitæ. Eamdem ſequitur Tatar. 2.cæl.1r. vlt. q.2. ait, quodlibet aſtrum habeat lumẽ à Sole not.30. Marſ. 1. de gen. q.1.c.6.cuius fundamentum eſt; quia aliàs cælum non eſſet cauſa per ſe frigiditatis horum inferiorum, quare non tota virtus, per quam influit eſt lumen, conſequentia patet, nam ſi cauſaret frigiditatem maxime per lumen, at non per hoc, quia aptum potius eſt calefacere, & frigiditatem remittere. ergo debet dari aliud principium.

Cnnfirm. quia terra conſeruatur in loco
naturali à cælo, & non niſi per virtutem di- 12
ſtinctam à lumine, qua influitur à cælo; vnde terra nocte eſt frigidior.

Confirm. ſecundo ex motu ignis, qui effici non põt, niſi per aliquã virtutẽ occultam. Deinde concl.7.ait lumen eſſe prius naturaliter his influentijs, quia lumen fortificat actionem influentiæ, et probat quia radij lunares ſi attingerent aliquod membrũ directe fieret paraliticum, quod nõ eſſet, ſi obliquè etiamſi membrum ſit coopertum, & c.8.addit influentias eſſe minus aptas, vt reflectantur, quam lumen, quia intrant profundas radices terræ. Saxon. 2.cæl.q.12. 2.de gen. q. vlt.

q. vlt. Ban. c. 10. q. 1. qui ostendit esse D. Thom. & alij ibi Argent. 2 d. 14. q. 5. ar. 4. vbi Gab. q. vnic. Sot. 4. d. 48. q. 2. art. 2. & tribuit Riccardo, & alijs. Conciliator diff. 10. Ægid. quodl. 4. q. 12. Alb. d. 15. q. 1. Ricc. q. 14. art. 3. q. 5. Maior. q. 5. Ferr. 3 contra Gent. c. 84. Salas. 12. q. 9. art. 5. tr. 5. disp. 2. sect. 1. vbi id probat ex Sole, qui maxime videtur agere per lumen, & tñ etiam agit per influentias, vt patet ex heliotropio, qđ ad se semper conuertit, ex floribus, qui ortu suo explicátur, & occasu contrahuntur, qui Hispanica dicuntur Marabilla, & alij qui astra occasu Solis aperiuntur, & sunt cærulei, & ortu occultantur, & albescunt, qui dicuntur flores noctis, & quod de heliotropio dicitur respectu Solis, idem scribitur de helinotropio respectu lunæ: lege Stobeũ Ser. 98. de morbis Plin. lib. 36. de natur. hist. Aug. 5. de ciuit. Dei c. 6. & apud D. Tho. opusc. 27. de fort. c. 4. opusc. 26. de virtutib. Hi enim omnes, & alij effectus non possunt referri in solum lumen, & calorem, sed alias causas habere debent. Vnde ech us Dom. 2. post Epiph. hom 3 profecto non sine sũmo consilio optimus ille tam stupendæ machinæ conditor, tot cælos, suumque cuiq; planetæ orbem, & capacissimum illum stellis fixis omnibus communem fabricatus est; &c. vnde variæ, innumeræ mutationes &c. & infra *profiteor quoq; me inficias non ire, Deũ plurimas, & varias virtutes, admirandasq; operationes stellarũ simul concreasse, illisq; infundisse*, &c. huic veritati nec Aug. nec scripturam contradicere, & infra *cum itaque ex illis iam assignatis rationibus influentiæ tam stellarum, quam cæli motus operationes naturales multas habeant hic in terris, in rebus maxime corporalibus, non male fit vtique si quando quis ex Astrologiæ peritia, vel iudicio rationabili, vel longa experientia aliquid futurum in communi saltem prædicere possit. &c.* vt quod aer salubris, vel insalubris sequetur, vnde morbi defectus frugum, pecudũ mortes, & similia.

## ARTIC. II.
### *Opinio Auctoris.*

Prima concl. non possunt saluari omnes effectus inferiores per luminis actiuitatem.

Fundamentum sumitur ex confutatione modorum, quibus secundum aduersarios negantes influentias produci per lumen ceteræ qualitates dicuntur.

13 Primus confutatur Picus 3. contr. astrol. cap. 4. vbi ponit calorem cælestem producere omnes quatuor qualitates: sed nõ recte quia calor ille est eiusdem speciei cum nostro, cum vnus alterum intendat; sed elementaris frigori aduersatur; ergo etiam cælestis; contrarium autem per se non producit contrarium.

Lumẽ de se non põt producere oẽs qualitates.

Secundus modus est dicentium, lucem producere omnes quatuor qualitates, vt est instrumentum huius, vel illius syderis. Sed contra quia multa fiunt, non interuentu lucis, vt productio metallorum in visceribus terræ, quo non peruenit lumen; neque motus, neque dici potest eò peruenire calorem productum à luce in terram; nam hic calor non peruenit ad tantam distantiam præsertim resistente densitate, opacitate, & frigiditate terræ.

Neq; illa põt vt est instrumentum diuersorum syderum.

Confirm. quia ferrum magnete illitum trahitur à partibus vicinis polis; quod non oriri ex lumine patet; quia ea attractio fit, etiam in densa caligine aeris, dum nulla fit luminis propagatio.

Confirm. secundo ex fluxu maris, quem fieri virtute lunæ omnes putant; fit autem sæpe cum non existit in nostro hemispherio, sed infra Confirm. 3. quia experimur lunam tũc maxime effectiuè cõcurrere, qñ est cõiũcta cũ Sole, quando minimum habet lucis.

Tertius modus dicentium cum Auer 2. cæl. 40 Mirand. lib. 23. de sign. cert. sect. 2. Zimar. theor. 45. à cælo tantum calorem per se effici, cæteras vero qualitates fieri per accidens. Sed contra tum quia causa vniuersalis debet per se efficere eas omnes primarias qualitates: tũ quia elementa, & primæ qualitates non recte dicerentur continere in virtute primi elementi.

Neq; per accidens.

Confirm. ex opinione Astrologorum, qui tribuunt Saturno frigefaciendi, & exiccandi vim, Ioui efficiendi tẽperiẽ, Marti ardorem, Soli calorem, Lunæ humiditatem, Veneri, & Mercurio moderatum calorem.

Secunda concl. cælum præter actionẽ, q̃ habet per motũ, & lumen in hæc inferiora, agit etiam per influentias, seu virtutes occultas. Patet primo auctoritate Aristotelis 2. cæl. tex. 8. & seq. vbi ait, in cælo esse differentias positionum distinctas facultate. 14

Dantur influentiæ, seu virtutes occultæ.

Secundo quia omnes admittunt in his inferioribus diuersos effectus oriri à cælo; imo & contrarios: sed hi effectus non possunt fieri à solo lumine; ergo minor probatur tũ ex dictis in prima concl. tum quia cum lumẽ in omnibus astris sit aiusdem speciei, vt alibi ostendemus, non potest per se habere cõtrarios effectus, vt scilicet producat calorẽ, & frigiditatem; causa. n. naturalis in quocũq; subiecto ipsa fit semper producit eosdem effectus, si materia circa quam fit eadem & eodem modo disposita; imo experientia cõstat effectum per se, neque variari ex varia dispositione materiæ; calor enim semper producit calorem: Sol semper calefacit, licet aliquando secundario ex calefactione sequatur rarefactio, & efficiat molle, aliquando durũ

Confirm. primo, quia hac ratione Arist. 4. de part. c. 5. ait *noctes in plenilunio esse tepidiores*, quia viget lumen; ergo etiam lumen lunæ causat calorem.

Confirm. 2. quia quando forma actiua manet eadem, non variatur eius actio ex subiecto, in quo est, quia subiectum se habet per

acci-

accidens ad actionem, & tantum vt conditio. qua ſubſtineiur forma actiua; non enim ratio agendi eſt ſubiectum, ſed lumen ex ſe non eſt productiuum, niſi caloris, & non frigiditatia, humiditatis, &c. ergo in nullo ſubiecto exiſtens poterit producere. minor probatur, tum quia ſi lumen poſſet ex ſe illa multo magis lumen Solis omnia illa poterit præſtare contra experientiam, tum quia nulla qualitas eſt ex ſe productiua contrariorũ vel indifferens ad producenda duo contraria per ſe in eadẽ materia eodem modo diſpoſita, aliuq. poſita materia capaci vtriuſq; effectus, vel forma actiua in ea vtrunque effectum produceret, vel neutrum; vnde Ariſt. 9. met.t. 3. dixit id eſſe proprium facultatum rationalium, vt ſint indifferentes ad contraria. & quia ſcientia quædam ratio eſt, ideo dixit eandem eſſe contrariorum, ſed diuerſimode. & idem ex 8.Phyſ.8. colli-
15 gitur. Conf. vltimo quia videmus in inferioribus, quæcunque habent lumen, producere calorem, & quæ calorem conſequuntur. Neque confugi poteſt ad minorem, & minorem remiſſionem luminis; quia hæc tantum efficeret minorem, vel minorem calorem. Vnde magis conſequenter ad hoc argumentum. Reſp. Auer. & alij, negando à cælo produci per ſe frigiditatem, & alias qualitates per lumen præter calorem. Sed Reſp. fuit ſupra impugnata; nam aſtrologi obſeruarunt, cum alicui corpori dominatur Saturnus, eſſe malenchonicum inclinatum ad malitiam, ad iracundiam, ad fraudes, alienum à Venereis, in quem dominatur Iuppiter, eſſe ſanguineum, fidum, magnanimum, lætum minimè doloſum, deditũ luxuriæ, at cui Mars eſſe colericum iracundum, audacem, & fallacem, cui autem Sol eſſe magnanimum, ſuperbum, iudicij tenacem; & diuinatorem, cui Venus eſſe mulieroſum affabilem, diligẽtem cibos delicatos, & dulces, & Mercurius ingenioſum; Et ſi cum Mercurio coniungitur Saturnus, & Mars, ingenium erit cum verſutia. & calliditate ad nocendum; ſi cum Ioue, ingenium erit vtile ad bonum accommodatum, & ad veritatem defendendam: cum vero dominatur Luna illũ eſſe flegmaticum, timidum, obliuioſum. cupidum fabularum, & rerum nouarum, non vagum, & licet aliquando ob alias cauſas poſſint hi effectus oriri, vt ex patris, & matris imaginatione in conceptione, & complexione qualitatum, quæ à patribus ſolet filijs communicari, tamen vix poteſt accidere, vt ſemper concurrant illæ eædem cauſæ, dum regnant ijdem planetæ. Vnde ſic.

Quæ oriuntur a Saturno.

Quæ à Ioue

Quæ à Marte.

Quæ à Sole.

Quæ à Venere.

Quæ à Mercurio ſecundum ſe, vel cum alija planetia.

Quæ ſint à Luna.

Argumentantur: quando plura videntur concurrere ad effectum, illa concurrunt vere, quibus poſitis ſequitur effectus, etiamſi alia deſint, ſed ſemper regnante Saturno ſiũt ijdem effectus, etiam variatis alijs, ergo illi effectus ab influxu Saturni, nõ aliunde proueniunt, & idem dici poteſt de alijs planetis

Confirm. quia æſtiuo tempore videmus fieri nimboſa; at hoc non niſi quia dominatur ſtellæ nimboſæ, vt hieme fit ſerenitas ex dominio ſtellarum ſerenitatem, & calorem inducentium.

Confirm. ſecũdo ex prædictionibus aſtrologorum, quia prædicunt complexiones, & temperies temporum anni, quæ non videtur poſſe oriri ab vno lumine Solis, quod vniformiter, & regulariter mouetur; vnde experimur ex diuerſis aſpectibus planetarum oriri diuerſos effectus.

Tertio probatur ex alijs effectis, quos experimur in natura; nam videmus magnetem trahere ferrum ex ea parte, qua reſpicit polum articum; ex alia vero non ita, quod non videtur poſſe oriri, niſi ex virtute quadam communicata magneti à parte cæli artica, & huic ſimilia colligit Fracaſtorius lib. de ſimpl. Secundo fluxus, & refluxus maris, non alia ratione dicemus, poſſe ſaluari, nam fit hic effectus quando luna eſt in puncto anguli terræ, ita vt lumen lunæ non attingat mare in illo puncto. Tertio creſcente Luna creſcunt medulla cerebri, & omnia humida, & conchilia, & decreſcente decreſcunt, & pro varia mutatione lunæ ægroti vario modo ſe habent; vnde Medici magnam habent rationem lunę, ſimiliter apud Marſil. dicunt medici, ſi aliquis ſæpius dormiret, aliqua eius parte nuda excipiente radios lunæ, fieret illa pars paralitica, quod non eſſet, ſi in vmbra dormiret vbi tamen eſſet maius frigus; ergo debet dari aliqua cauſa illius frigiditatis, vnde oritur paraliſis. Hinc vel ruſtici ſciunt ſerendum in nouilunio, tum etiam cædenda ligna.

Varij effectus naturæ ex virtutibus occultis

Confirm. ex inferioribus in quibus ſunt multæ virtutes occultæ, vt patet ex gemmis, lapidibus, herbis &c. ergo ſimiliter in cælis debent admitti ſimiles virtutes occultæ, vt ait Ficinus in Plotin. loc. cit. vt Pæonia ſuſpenſa collo morbis caducis opitulatur, polypodium atram bilem educit, corallus timorem pellit, laurus pellit fulmen, echinus nauim ſiſtit; qui effectus, cum ad cauſas elemẽtares referri non poſſint, ad cælum referantur neceſſe eſt; id patet ex magnete moto, vt diximus ex Timone, nam cælum, cum ſit præſtantius, debet habere præſtantiores facultates latentes.

Herbarum & lapidum variæ virtutes.

Reſpondet Piccolom. c. 45. illos effectus oriri ex temperamento qualitatum primarũ, vt eſt inſtrumentum huius, vel illius formæ nam vt calor, tanquam inſtrumentum ignis producit ignem, ita temperamentum magnetis trahit ferrum.

Piccolom. oriri ex temperamento qualitatum.

Sed contra, quia alibi oſtendimus huiuſmodi modum agẽdi non poſſe reperiri ſine communicatione alicuius virtutis occultæ, non ex temperamento qualitatum, quod ſi dicant ex temperamento oriri aliam virtutem diſtinctam ſpetie à ſingulis qualitatibus contemperatis, tunc obſtat qui ſicut hęc præciſe vt ex vi ſtellarum eſt, non eſt perfectior illis, ita non poteſt habere actionem

Reijcitur Piccolomini

per-

perfectiorem, quam habeant singulæ secundum se, vel vt sunt vnitæ cum alijs, calor vt tria vnitus cũ frigore, vt quinq; non potest habere per se alium effectum quod producere qualitates similes in esse rarefacto.

17 *Probatur ex ratione substantiæ.*

Septimo probatur: omni substantiæ debetur aliqu operatio ex vi formæ; sed partes cæli rariores, si non dantur influentiæ, nullam haberẽt actionem ex vi propriæ formæ quia non agent per lumen, cum ipsæ non illuminentur; ergo debent in illis admitti virtutes occultæ, & influentiæ, & licet influentiæ magis vigeant in astris, tamen adhuc sũt in cæteris cęlorum partibus. Hinc Argentina 2. d. 2. q. 2. art. 3. probat cælum empyreum influere in hæc inferiora, cum enim lumen sit accidens commune omnibus corporibus perspicuis, debet dari passio singulis speciebus propria, hæc non potest esse nisi virtus, quam dicimus occultam, nam sensibilis non alia apparet.

Conf. quia videmus effectus fieri in visceribus terræ, quo non potest lumen peruenire, vt aurum, & metalla, cæteraque fossilia; ergo debet dari alia qualitas penetrãs etiam corpora opaca, naturaliter .n. in profundo aquæ generantur pisces; in media regione aeris frigidissima lapides, & animalia aliqua.

*Resp. Aduersariorum ad hæc omnia argumenta.*

Confir. 2. quia experimur post longam caliditatem aeris statim causari frigiditatem similiter in eodem paralello vno anno fieri hiemẽ rigidam frigidam, in alio mitem. Ad hæc omnia solet responderi primo, Solem valde calefacere partem superiorem terræ, & per contactum proximũ caloris continui supra terram existentem communicari calorem in viscera terræ, quæ actio etiam per antiperistasim augetur, vnde metalla fiũt.

Secundo Resp. solet aliquando calorem cælestem suppleri per elementarem igneum contentum intra viscera terræ, sed ad generata in media regione calor positiuè concurrit attrahendo vapores, sed ad frigida generata concurrit priuatiue.

Hinc aiunt frigiditatem in secunda regione oriri ex ventis, vel exhalatione frigida erumpente ex terra. Tertio resp. quod declinatione Solis elementa frigida præualent.

18 *Proponuntur varia problemata.*

Ad id de varietate hiemis Resp. oriri ex varijs causis secundis, & dispositionibus materiæ, Hinc soluuntur multa problemata. Primum cur mare Persicum sub Virgine, & Sagittario est violentum, à piscibus vero ad geminos est tranquillum. Secundum cur lepra in auctumno, lentigo in hieme vigeat, & tot diuersi morbi, pro varietate temporum vigeant. Tertium cur sole existente in caniculа canes latrant. Quartum cur conchylia crescunt sub plenilunio.

*Soluitur.*

Ad primum responderi potest oriri ex dispositione materiæ, & situ Solis, qui illis tẽporibus solent habere fere eandem habitudinem; non autem ex constellationibus, quæ solent esse dissimillimæ: vnde Picus lib. 3. c. 13. numerat dies periculosos nauigandi, qui sunt Martij primus 7. 12. 19. & 25. in Aprili 6. 12. 15. 17. 19. & 20. In Februario, 6. 12. &c. qui dies non possunt reduci ad constellationes, quæ solent his temporibus esse valde diuersæ, & simili modo responderi potest ad id de diebus criticis, vnde recte Fracastorius reducit illos ad occultam dispositionem, & conditionem humorum causantiũ morbos auctos, q̃ solẽt moueri p̃ dies impares, sed leuiores, & diuturniores per pares, quod certe oriri non potest ex influentijs, vt recte Picus c. 16. vnde patet ad secũdum problema, quia illis temporibus humores causantes illos morbos mouentur, & augentur ex propria conditione illorum.

Ad tertium oriri, quia Sol existens in canicula commouet valde, & exiccat flauam bilem: sed qua ratione tunc exiccat non explicant dici potest exiccare segregãdo partes humidiores.

Ad quartum Resp. Aristoteles 4. de partibus c. 5. & Alb. 3. de animal. tr. 2. c. 6. huiusmodi animalia vehementer pati in æstate, & hieme, quia neque excellentem calorem neque frigiditatem pati possunt, ideo in autunno, & vere inpinguatur, & similiter in plenilunio, quia tunc noctes sunt tepidiores vnde animalia illa habent calorem temperatum.

Ad diuinationes Astrologorum eos, sæpe falli ait Picus l. 1. & 2. q̃ vel diuinãt ex signis exterioribus phisonomiæ, vel ex commercio cum dæmone, & similibus causis, vt infra.

Hæc autem quamuis dicantur acute, non tum vim rationum omnino destruunt, vt facile ingeniosus vrgere potest ex dictis, neq; enim omnia, quæ dicta sunt seruari possunt per influxum luminis, & qualitatum elemẽtarium, cum aliqui effectus excedant virtutem illarum, vt dictum est, & ad aliquem locum non possint pertingere, vnde soluenda sunt argumenta aduersariorum.

## ARTICVL. IV.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

A D primum sunt varij modi respondendi. Primus est dicentium, hanc esse vnam qualitatem simplicem, quæ virtualiter contineat omnes qualitates inferiorum, eo quod quæ inferioribus reperiuntur dispersa in superioribus debent esse vnita; nam vt natura cæli est simplicissima superans perfectionem inferiorum saltem inanimatorum ita & debetur qualitas continens omnes alias qualitates, & illa ex se est indifferens ad omnes qualitates; sed determinatur à particularibus causis: Neque est absurdum contraria contineri in alio virtualiter; sed mihi non placet; quia si hoc admittatur, non est ratio, cur non dicatur, lumen ipsum ea omnia præstare cum causis secundis. 19 *Qualitas occulta continet virtualiter omnes qualitates elementares*

Resp.

Eadem virtutes in diuersis astris.

Resp. secundo alij, influentias non esse tam multas, quot sunt astra, sed esse aliquas determinatas, quæ reperiuntur in pluribus astris specie non distinctis: vnde omnia astra cæli habent easdem influentias. Sed ego nõ video, quid nos cogat in tantas angustias;

Tot esse, quot specie astra, nec frustra.

Resp. tertio tot esse influẽtias, quot astra quæ specie distinguuntur ab orbibus; imo etiam aliæ ponendæ sunt in ipsis orbibus; & fortasse etiam diuersæ in diuersis partibus orbium præsertim empyrei, quod ob summam nobilitatem debet superare in virtute agendi omnia alia corpora, vt recte Argent. loc. cit. Neq; frustra tot virtutes tũ quia cogimur ex operationũ diuersitate ad illas ponendas, vt dictũ est supra, tum quia ornatus vniuersi exigit illam diuersitatem, neque est tanta perfectio luminis, vt contineat eminenter virtualiter tot qualitates elementares, & licet has cõtineret, non tamen alias à quibus oriuntur alij effectus quos ostendimus non posse produci ex primis qualitatibus.

Dices repugnare corpori simplici tam multas virtutes. Confirm. quia agens vniuersale, simplex habere debet vnum modum agẽdi simplicem; sed secundum omnes agit per lumen. Resp. corpori simplici repugnat pluralitas qualitatum, quæ causant mixtum, non autem, quæ producunt varios effectus: imo hæc pluralitas debetur corpori simplicissimo, quando cum simplicitate habet nobilitatem, & perfectionem, vt patet in omnibus præsertim Deo, &c. & præterea neqivni multæ tribuuntur; quia tantũ eas tribuimus diuersis corporibus spetie distinctis, ex quo patet illas nõ esse nobiliores luce quia non est vna potens in tot effectus, sed plures pro vt sunt proportionata suis effectis, vnde patet ad fund. Aduers.

Cælum causa vniuersalis in causãdo.

Ad conf. respond. cælũ dici causã vniuersalẽ, nõ quasi nullũ effectum habeat particularẽ, sed quia concurrit ad omnes fere effectus, qui hic fiunt: vnde dicitur vniuersalis non in prædicãdo, sed in causando. Hinc patet ad 1. conf. fundamenti, cur s. virtus occulta non sit nobilior luce.

Quo corpus nobilius eo habet plures virtutes & instrumẽta.

Ad 2. cõf. nobiliori corpori deberi plures virtutes, ex homine, qui habet plures potẽtias, quã vegetantia, &c. nã in hoc consistit perfectio vt cũ simplicitate essentiæ habeat plures virtutes, quas essentia virtualiter cõtinet, neq; nobilius agens eget paucioribus instrumentis, qñ opera sunt improportionata paucioribus instrumẽtis; nã vnũ instrumẽtũ est aptum ad vnum genus operationis.

Ad 3. conf. ẽt posita illa diuersitate non posse saluari omnes effectus, nã frigiditas nõ põt causari ex absentia Solis, vt principio elicitiuo, quia hoc debet esse positiua perfectio vt influat ablata Solis præsẽtia, vnde impeditur frigefactio, deinde hoc ẽt est falsũ cũ sæpe frigiditas pducatur præsẽte Sole, & hoc impedimentum tollitur ex distantia Solis.

Influentia est sub genere qualitatis intentionalis.

Ad 2. fund. resp. hanc influentiã esse accidens quoddam intentionale, sicut est qualitas magnetis, qua trahit ferrum, & incorruptibile ex se; ratiõne tñ subiecti corrũpi põt; neq; habet contrariũ formaliter, sed virtualiter rõne effectuum, quos secundario producit. Ex quo fit, vt in eadẽ parte recipi possint diuersæ influẽtiæ, licet effectus secundarius sequatur ex influentia vehemẽtiori: & hinc est vt non sẽper experiamur vigere easdẽ influentias, quarum effectus sæpe impediũtur ab agentibus inferioribus, & etiam ex diuersa dispositione materiæ.

Ad 2. cõf. resp. hũc esse modũ agendi, vt nõ pducãt effectũ secũdariũ eũdẽ vbicũq. ex io capacitate subiecti sicut lumẽ in cęlo causat calorẽ neqivis motiua magnetis recepta in alio subiecto, q̃ in ferro causat motum. Hinc patet, has influentias recipi in cælis medijs, quia non sunt corruptiuę ex Argentina loc. citato deinde iuxta eos, qui non requirunt mediũ ad actionẽ, sed fieri in distans non est necessariũ intermedios cælos alterari, quod confirmari põt ex eo quod in igne non producatur frigiditas. Resp. aliqui, non produci frigiditatẽ in igne, quia ad producẽdã frigiditatẽ requiritur tanta densitas, vt conditio sine qua nõ. Sed id gratis dicitur, quare puto agere quidẽ in igne, sed debiliter ab alias causas, quæ conseruãt calorem. s motũ, & lumẽ, & formã ignis; in terra vero, & aqua, quia recipitur in materia densiori, agit fortius.

Cur dicantur virtutes occultæ.

Ad 2. cõf. dici occultas, quia in se ipsis nõ sunt sensibiles, sed eas cognoscimus ex effectis; Et iam patet ex dictis, non posse saluari omnia, &c. nã lumẽ productũ à sole in omnibus astris est eiusdem speciei; quare ex illo non possunt oriri tã multi effectus; illud aũt q̃ est in singulis astris, si eiusdẽ speciei procedit idẽ argumẽtũ; si diuersæ iã virtualiter admittit influẽtias, & cũ maiori difficultate, vt patet ex generatione vsq; ad viscera terrę.

Ad 3. resp. esse ad producẽdas qualitates omnes etiã contrarias, neq; sufficit lumen, vt patet in visceribus terræ, quo non pertingit; neq; est absurdũ vnam esse alteri impedimẽto; sicut etiam patet in inferioribus ex quo oriuntur monstra; imo eadem stella potest producere contraria successiue, vel in diuersis subiectis, vnum per propriam qualitatem, alteram per lumẽ receptũ, licet pręter Solẽ, & lunam, alia astra lumina parum, aut nihil producãt, neque .n. natura tribuit illas virtutes per se ad seinuicem impediẽdum, sed ad producẽdos proprios effectus, ex quo aliqñ per accidens sequitur seinuicem impedire, nunquam tamen producit in eodem subiecto diuersos effectus contrarios; quia licet astra haberẽt virtutes has, tamẽ subiectũ nõ potest simul illos recipere, quare aget s'm eam virtutẽ, qua magis superat resistentiam passi, vt fuse Ferr. 3 contr. gent. c. 48.

Virtutes cõtrariæ per se non eadẽ sed diuersis astris conueniunt.

Resp. 2. cõtrariæ virtutes esse in diuersis. ad Cõf. frigiditatẽ esse ab alijs, vt à Saturno, etc. quorũ virtutes sũt à forma specifica, & nõ à generica, vt à figura, vnde Arist. ex figura vni infert aliorũ. Ad 2. p. dici de Sole 2. ẽt si dicat de orbibus cõparat generalẽ influxũ, nã vt cor in oĩa mẽbra ita cæli qualitates, & formas inferioribus, at vniuersalis supponit virtutes particulares, vt nõ est solum lumen.

Ad quartum Resp. cælum esse superius loco non dignitate inferioribus vt alibi. R. 2. licet sit superius et simpliciter elementis, non tamen agit omnes effectus elementorū & qualitates per pauciores virtutes cum sint improportionata illis effectis, vt infra.

Ad Confirm. alibi à nobis ostenderetur, quid possit, & quid non possit cælum se solo; nam simpliciter falsum est, nihil posse, vt patet; quia producit lumen, & calorem; quare qualitates primas non potest negari posse producere se solo, de viuentibus autem, quæ requirunt semen, certum est non posse, vt infra fuse dicemus, quia illa requirunt determinata instrumenta, & principia per quę producantur. Resp. secundo etiam dici causam vniuersalem, quia producunt illas qualitates, quæ sunt necessariæ, vt effectus in inferioribus producantur, vt infra.

Quæ cæli ꝑ ducant se so lis.

Cur cælum dicitur causa vniuersalis.

Ad Confirm. Resp. Aristotelem meminisse actionis per lumen, & motum, non tamen negasse alias; sed vere nihil mihi est certum

Quid Aristoteles sẽserit de virtutibus occultis

Primo dici potest eum cognouisse, quod autem posuerit differẽtias positionis io cælo secundum diuersas facultates, non quæ essent in cælo, sed in animalibus, ex quibus ipse motus est ad ponendas illas in cælo in ordine scilicet ad homines, nam sol oriri videtur ex parte nostra dextera. At vero alij probabiliter dicere possunt Aristotelem meminisse luminis, & motus, quia sensibiliora; virtutum autem occultarum, licet illas agnouerit, non meminit expresse, nam de illis agere pertinebat ad astrologos, quibus ipse dum præcipit esse credendum, merito recipit virtutes occultas ab astrologis agnitas.

Ad quintum ex modo agendi Respond. hinc maxime probari nostram conclusioné nam cum à cælis producatur frigiditas, & hæc non producatur à lumine, vt dictum est nec possit à cælis frigiditas immediate produci in inferioribus cum ab his sit distans, necessario debet diffundere aliam qualitaté, qua immediate produeatur frigiditas, hæc aũt virtus, quæ per medium diffunditur non est sensibilis, ergo insensibilis, quam vocamus occultam.

Dices hæc opinio fauet Astrologis iudiciarijs; quia ex his influentijs videntur, posse prædicere, quæ sunt euentura. Resp. primo non magis hanc illis fauere, quam sententiam aduersariorum; quia licet differamus in virtute actiua, & modo agendi, tamen non discrepamus in effectis, eadem enim illi, ac nos dicimus oriri à cælo. Dico secundo neutram vere illis fauere; quia illi non solū contendunt scire inclinationes naturales, & & complexiones, quæ à nobis non pendent sed etiam quę à libero arbitrio pendent, ad quæ astra non concurrunt, vt infra. Dico tertio non posse cognoscere futura contingentia ex horoscopo, idest ex horæ inspectione, & parte Zodiaci, quæ supra nostrum hemisphęrium versatur dum homo nascitur vt Aug. 5. de ciuit. à cap. 1. vbi ponit illud argumentum geminorum, qui tempore pa-rum distanti oriuntur, habent tamen diuersos exitus, vt de Iacob, & Esau, nam quod aliquando diuinent id est, vel quia sępe oriūtur ex causis necessarijs, quæ à nobis non possunt impediri, vel quia rarò impediuntur; vnde probabiliter, ea possunt prædicere, vel auxilio demonis, vel casu, vt ait Picus nam sæpius fallũtur, vel ex signis exterioribus. Neque hinc assero, demones cognoscere certo futura contingentia; sed quo niam cognoscũt inclinationes, & sæpe quid statuerit homo efficere, per aliqua signa exteriora; & sæpe etiam ipsi adhibent suas vires, vt sequatur effectus aliquis, licet non sit certus de victoria; & sæpe ex voluntate Dei cognoscunt aliqua contingentia, quæ permittit reuelari astrologis, vt 3. Reg. c. vlt. cum Deus voluerit punire Achab: contra hos etiam est Reg. 9. in indice librorum prohibitorum Xistus V. in bulla anno 1586. nonis Ianuarij, & nos infra plura, iterum contra astrologos videatur Bagn. 1. p. q. 115. art. 4. Salas 1.2. q. 9. art. 5. tr. 5. disp. 2. Philalt. 2. cæl. 68. Gab. 2. d. 14. q. vnic. in fine vbi Maior. q. 7. Gerson in Trilogio astrologiæ Conimb. 2. cæl. in t. 98. 99. Mirandulanus lib. 12. contra astrologos, Colūbella contra Astrologos Franc. Picus nepos Bernardi lib. 5. contra astrologos Michael Medina lib. 2. Paranesis. Mirandul. epis. de euersi lib. 22. 23. 24. Perer. lib. 3. de magia.

Error astrologorum iudiciariorum

Ex Aug. contra astrologos.

Dæmones non certe cognoscunt futura contingentia.

## QVAEST. VIII.

*Quænam pendent à cælo.*

Hic dubitari potest de motibus, qualitatibus, ac corporibus simplicibus, vel mixtis, animatis, & inanimatis, hominis voluntate, & cæteris, quæ in hoc mundo inferiori reperiuntur; nam vti cælo secundum situm supponuntur, ita videndum est, an supponantur quoad eorum substantiā, & actiones; cum iuxta Arist. 1. Meteor. c. 2. *mundus hic ex necessitate quodãmodo continuus superioribus lationibus, vt omnis ipsius virtus, inde gubernetur, vnde enim motus principium omnibus inest, illam causam putandum primam.*

### DVBITATIO I.

*An res inferiores pendeant in conseruari à cælo.*

De hac dubitatione Heru. q. 6. de mat. cæli Fons. 7. Met. c. 7. q. 3. sect. 9.

## ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo notandum ex Bannes 1. p. q. 104. art. 2. conseruationem hic accipi in genere causæ efficientis; nam de causę materialis, & formalis constat, non conseruari à cælo, quod non est neque materia, neque forma rerum inferiorum.

Conseruatio directa, & indirecta.

Secundo not. ex D. Thom. 1. p. q. 104. art. 1. & 2. conseruationem accipi primo indirectè, & per accidens; & consistit in remotione corrumpentis, seu impedienda actione corrumpentis, vt dicitur vnum elementum conseruari in loco suo, & caro à Sole: Secundo directè, & per se, quod est habere influxum in rem conseruatam, quo cessante res desineret esse, vt dicitur lumen in aere conseruari à lumine Solis, de qua cõseruatione dicitur non distingui intrinsecè à productione rei, nisi ratione connotati. Hæc autem dupliciter potest contingere ex Heru. q. 5. de mat. cæl. primo immediatè & hac ratione constat apud omnes, totale esse rei non posse conseruari, nisi à Deo, à quo solo tam materia, quam forma rei pendere potest. Secundo mediate, vt quando aliquid habet causalitatem in aliud, à quo aliud pendet; vt v. g si materia pendet in sua existentia à forma, ab illo, à quo conseruatur forma, dicitur etiam conseruari materia, sed mediatè; & hoc modo disputari posset, an esse rerum pendeat in conseruari à cælo; non quod conseruet esse absolutè, idest omne esse, sed tantum esse determinatum .s. formarum corruptibilium, & in hoc sensu intelligitur quæstio.

Conseruatio directa, mediata, & immediata.

Tertio Not. Res inferiores, vt possunt considerari 2. primo secundum esse indiuiduale. 2. secundum esse specificum, ita quæstio intelligi potest de duplici conseruatione prima circa indiuidua, 2. circa speciem quæ conseruatur in vno indiuiduo, vel pluribus sibi succedentibus.

Inferiora conseruari possunt secũdum indiuidua, & secũdum speciē.

## ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum,*

2 PRima opinio est dicentium, res inferiores conseruari à cælo indirectè, & directe, seu per se, & per accidens; quatenus conseruat qualitates dispositiuas, & formas substantiales rerum. Est Heru. q. 5. de mat. cæl. inclinat D. Thom. 1. p. q. 104. art. 1. & 2. vbi Caiet. & Ban. qui solum ponit cõseruationem formarum substantialium ratione dispositionum, quæ conseruantur à cælo per lineam directam; vel reflexam agente. Videtur Argent. 2. d. 14. q. 1. art. 4. vbi ait viuentia morerentur sine influxu cæli; videtur Achill. 4. de orb. dub. vlt.

Inferiora cõseruari directe, & indirecte a cælis.

Fundamentum huius est; nam ex triplici capite potest actio agentis impediri circa effectum; primo quando res supponitur producta; tunc enim agens non potest habere actionem illam, quæ sit productiua; sed hoc non impedit actionem conseruatiuam, vt patet in Deo; imo hoc est de ratione actionis conseruatiuæ, vt supponat rem conseruatam prius esse productam; neque enim est de ratione cæli, vt semper moueat ad formam nõ habitam, etiamsi agat per motum, vt patet in eo, qui imprimit figuram in aqua per motum, quam non conseruat per motum.

Tripliciter potest impediri actio cõseruatiua.

Secundo potest impediri actio conseruatiua effectus pendentis in fieri ab aliqua causa quia in subiecto supponitur aliqua conditio qua subiectum disponitur ad retinendam impressionem factam ab agente absque alio influxu agentis, vt figura impressa in cera à sigillo, remanet in ea ob duritiem; non tamen in aqua; & neque ex hoc capite impeditur actio conseruatiua cæli, quia cælum non præsupponit in materia aliam formam substantialem, vel accidentalem, per quam in materia detineatur effectus, & hæc ex se sola non potest detinere; ergo requiritur actio cæli conseruantis formam in materia.

Tertio potest esse impedimentum actionis conseruatiuæ ab alio; ex eo, quod vtrunque, scilicet tam res producta, quam res producens, respiciunt tertium aliud à quo immediate pendeant, vt ignis genitus non conseruatur ab igne generante; quia vterque pēdet à virtute cæli immediatè, nam si ignis genitus non posset recipere influxum à cælo, nisi per ignem generantem, tunc penderet etiam in esse ab igne generante, vt sic lumen productum à luna, ab ea conseruetur, licet luna pendeat in suo lumine à Sole; quia scilicet lumen productum in inferioribus à luna, non pendet à Sole, nisi mediante influxu lunæ, & hoc neq; est, quia effectus cæteri non sunt apti recipere influentiam ab aliquo agente supra cælum, ita immediatè sicut cælum; tum propter ordinem vniuersi, vt corpora corruptibilia in fieri, & esse reducãtur in idem mediantibus corporibus incorruptibilibus; tum quia à qualitatibus primis pēdent formæ substantiales in conseruari; quę tamen non videntur, inquit Herueus, pendere immediatè à Deo, quoad fieri, & esse; tum quia graue conseruatur deorsum à grauitate sine alio influxu alicuius agentis; ergo multo magis Deus conseruabit inferiora mediante influxu cælorum.

Secundo probat D. Thom. art 1. quando effectus non est natus recipere impressionē agentis secundum eamdem rationem, qua est in agente, tunc effectus non solum in fieri, sed etiam in esse pendet ab agente; quia tale agens est causa formæ non solum, vt est in hac materia, sed secundum rationem talis formæ, quare forma secundum suam ratio-

Qñ subiectum non est aptũ recipere formã secundũ rōnē qua est in agēte, indiget conseruatione illius.

 tio-

tionem pendet à tali agente, vnde non potest esse sine actione talis agentis, sicut fieri effectus pendentis in fieri non potest esse sine actione sui agentis. vt patet inductione; nam ideo aqua calefacta retinet calorem receptum ab igne, etiam absente igne, non autem lumen absente Sole, quia aqua non est apta recipere lumen secundum eam rationem, quæ est in Sole, scilicet vt recipiant formam Solis, quæ est principium, & radix luminis.

3 Secunda opinio est dicentium, cælum conseruare quidem aliquas qualitates, vt lumen, & forte influentias, de quibus nihil est certum; non tamen qualitates primas, & secundas, & formas rerum substantiales, nisi per accidens, quatenus sua actione prohibet actionem corruptiuam aliorum. Videtur Molin. 1. p. quæst. 2. art. 3. §. secunda pars minoris, vbi ait, ipsum Solem, qui est omnium astrorum potentissimum astrum, non solum sine alijs astris non potest producere segetes, sed neque sine pluuia, & influxu aliarum causarum.

Cælum directe, & per se non conseruat inferiora, sed aliqñ indirecte, & per accidens

Fundamentum esse potest à posteriori, quia probabilis opinio Anselmi relata à Suario 3. p. to. 2. disp. 58. sect. penult., mixta post diem Iudicij remansura ob ornatum huiusmodi, vel certe constat remansura elementa; at post diem iudicij cessabit actio cæli influens in hæc inferiora, vt ibidem ostendit Suarius cum communi opinione Theologorum, & Deut. 4. ergo huiusmodi entia non pendent in conseruari à cælo.

Secundo probatur; nam cælum ex communi sententia, non agit immediate in hæc inferiora, cum distet per multa corpora intermedia; ergo non potest conseruare inferiora; quia non potest esse actio in distans secundum ipsos, nisi sit circa medium; sed in medio non sunt illi effectus, qui conseruantur in distanti loco; ergo. Neque dicas cõseruari per qualitates a se productas, quæ qualitates sunt diffusæ per totum; Quia qualitates non sunt conseruatiuæ formarum, nisi vt dispositiones illarum; sed non apparet, qua ratione hæ qualitates disponant ad formas, cum recipiantur in omnibus corporibus.

Confirmatur quia aliquæ cæli partes sunt distantes per aliquod tempus, ergo non possunt conseruare effectus, qui dicuntur pendere ab illis. antecedens patet in nocte, quãdo sol est sub nostro hemisphærio. Respondent conseruare per lineam reflexam. Sed contra, tum quia videmus lumen quod maxime diffunditur aliquando non reflecti quoad nos, vt quando interponuntur nubes, vel etiam corpus aliud opacum; ergo neq. actio aliarum virtutum poterit reflecti tum quia si hæc indigerent conseruatione cæli, tunc eodem modo cælum influeret, dum illos effectus conseruat, & quando primum producit; at patet non eodem modo influere, siue quia videmus impediri actionem cæli, qua deberent effectus conseruari, siue quia videmus actionem reflexam non sufficere ad generationem; nam si esset semper nox, non producerẽtur multi effectus, qui nunc producuntur sole existente supra terram.

Confirmatur, quia res non pendent in fieri à cælo; ergo neque in esse: antecedens probatur; nam res omnes fuerunt à Deo creatæ; ignis igitur tunc creatus, non fuit factus à cælo, sed à solo Deo, ergo non est, cur in esse pendeat, nisi a solo Deo; ergo poterit ille ignis generare alium ignem sine concursu cæli; & hic alium vsque ad nos; sed hæc ratio non multum vrget, quia habet instantiam ex lumine à Deo primum producto, tum conseruato à Sole. 4

Confirmatur secundo quia materia prima non potest pendere in esse à cælo, sicut nec in fieri; forma vero vnitur materiæ per suas intrinsecas dispositiones; ergo solum Dei concursus & dispositiones sufficiunt, vt conseruent formam; quare superfluus est concursus cæli.

Confirmatur quarto quia huiusmodi intrinseca dependentia reperitur in rebus, quæ sunt imperfectiores ijs, à quibus pendent, at multa ex his inferioribus sunt perfectiora cælis, vt animalia, & homo, imo forte vegetatiua, ex ea ratione, quod gradus animæ est in superiore ordine, quam formæ cæteræ non vitales.

Quæ directe conseruantur sunt imperfectiora conseruã te.

Demum probatur, quia si effectus indigeret influxu cæli cõseruatiuo directè; tunc eo impedito, statim corrumperentur effectus, vt patet in lumine: at constat non ita esse; nam aurum vel aliud mixtum si ponatur in loco, quo non pertingeret actio cæli, siue ob defectum virtutis, siue ob impedimentum interpositum, non corrumperetur

Conf. quia corruptio inferiorũ nõ pot fieri, nisi præcedat aliqua variatio in dispositionibus: at si ponatur in instanti annihilari cælum, non fieret aliqua variatio in dispositionibus, siue tunc, siue post, quia nulla ponitur causa efficiens talis variationis, nisi ponatur omnia annichilari etiam materiam primam. Dices cur dicitur vna res conseruari magis in vno loco, quam alio ob influxus cælestes. Resp. id esse ob remotionem contrariorum, & communicationem qualitatũ, quæ conueniunt formæ, quibus forma conseruatur in materia.

Inferiorum corruptionẽ præcedit alteratio dispositionem ex experientia.

## ARTICVL. III.

*Opinio Auctoris.*

5 Prima Concl. vniuersum secundum suam integram speciẽrũ conseruatur à cælo patet ex Arist. 1. met. c. 2. vt dictum est, & 2 de Gen. t. 59. fuse probat perpetuitatem generationis, & corruptionis oriri ex diuersis motibus cælorũ. Cõf. qa cũ oĩa iferiora sint corruptibilia, nõ possũt eorũ species cõserua

Vniuersi cõseruatio quoad species penuet à cælis.

ri sine

sine generatione aliorum indiuiduorum, at multorum generatio pendet vel à solo cæli influxu, vel simul cum influxu causarum inferiorum, vt infra.

Indiuidua substantialia non conseruãtur directè à cælis

Secunda conclusio indiuidua substantialia non indigent directa conseruatione à cælo patet, quia omnia talia vel animata, vel inanimata, sed vtraque conseruantur conseruatis eorum formis in materia, hæ autem conseruãtur per qualitates disponentes materiam, at huiusmodi qualitates non indigent per se conseruatione cælesti, nam qualitates sensibiles omnes, præter lumen, conseruantur absente causa effectiua illarum, & licet species obiectorum sensibilium indigeant conseruari à suis obiectis, tamen illa nec sunt qualitates sensibiles, nec ordinatæ à natura ad durandum, nisi durante actu, vt suo loco ostendemus. Conf. quia cum talia indiuidua constent materia, & forma, & materia non indigeat conseruatione huiusmodi, cum illi sufficiat conseruatio per influxum Dei, sub cuius potentia est, idem videtur dicendũ de forma, nã ad corruptibiles sufficit cõcursus materię dispositionis,& effectiuus Dei,ergo frustra ponitur concursus cælorum. Conf. secundo quia conseruationem per se creaturarum Deo quidem tribuimus, vt suo loco, nam conseruando vnã non impeditur à productione, & conseruatione omnium aliorum effectuum, at hoc non potest conuenire creaturis, ob finitam virtutem illarum, nam non posset alios effectus producere, dum aliqua conseruat, nec obstat exemplũ luminis, nam cum hoc producatur in instanti in totam sphæram Solis, ita in illa conseruatur sine necessitate produendi nouum lumen, nisi de nouo alteri materia applicetur, & mutetur sphæra, deinde totus orbis continetur intra sphæram Solis, & per lumen producit alios effectus luminis proportionatos, quod cum sit finitum, non potest quodlibet proportionari simul omnibus effectis, qui ab illo successiue produci possunt; accedit, quod cum lumen careat cõtrario, facilius producitur, quam effectus, respectu quorum est resistentia, deniq; hanc probant multæ rationes allatæ per secunda opinione.

Sed conseruantur indirectè.

Tertia conclusio indiuidua substantialia possunt conseruari indirectè à cælis, nam licet quoad materiam nequeant conseruari cum illa sit solum obiectum creationis, tamẽ quoad formas siue secundum existentiam, siue vnionem cum materia, dependentã dispositionibus materiæ, sed huiusmodi dispositiones conseruantur à cælis, siue remouendo, & impediendo actiones contrario-
51 rum, siue producendo, & restaurando qualitates dispositiuas deperditas, ergo conseruantur indirectè. Conf. nam experientia cõstat animata adolescere, & conseruari in aliqua regione, & non in alia ob influxum cælorum, & aliqua corrumpi in hieme, & in æstate generari, & contra, & idem in vere & autumno, & his temporibus non variantur, nisi influxus cælorum, ex quorum diuerso motu oriuntur diuersa anni tempora.

Quarta conclusio quod dictum est de formis substantialibus idem dicendum de accidentalibus, nam hæ cum corrumpantur à contrarijs, earum corruptio impediri potest à cælis, vt patet experientia, nam hieme frigida magis conseruantur, quam calida, contra vero in æstate, sed de hac materia melius infra cum agemus de necessitate conseruationis entis creati vnde oriatur.

## ARTIC. VI.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

6 Vnde oritur necessitas conseruationis.

AD fund. Heru. Resp. id oriri ex natura effectus, qui non indigent conseruatione agentium corporalium, vt diximus in 2. phy. aliquæ enim qualitates conseruantur in materia sine alia actione postquam productæ sunt à quocunque producantur, vt calor; aliæ vero nequaquam, vt lumen.

Quando res pẽdet in fieri, & esse ab agente ex D. Thom.

Ad fund. D. Tho. multa pro eo adduci à Caietano; Primo enim putat, propositionem illam (*quod effectus, qui non est aptus recipere impressionem agentis secundum eamdem rationem, quæ est in agente, pendere in fieri, & in esse ab agente:*) fundari in alia, quod talis forma pendeat à tali agente per se, primo secundum naturam specificã talia formæ; atqueadeo vbicunque retinet suam rationem specificam pendere; à forma autem pendet esse rerum: quam propositionem, vt probet, distinguit effectus, alios causari secundum fieri, sed non secundum esse directè, alios secundum vtrunque directè & ait (directè) quia constat omnem effectũ qui pendet in fieri ab agente, pendere etiam saltem indirectè, & concomitanter quoad esse, cum fieri, non sit aliud, quam acquirere esse; Dicitur autem pendere directè is effectus, cuius forma per se efficitur, indirectè vero, cuius forma non per se respicitur vbi ly (per se) non accipitur, vt distinguitur contra per accidens contingenter, sed contra per aliud, ita vt formæ per se primo cõueniat pendere à tali agente, & econtra, vnde forma, quæ per se primo exigit pendentiam à tali agente, est ab eo secundum fieri & secundum esse: Hoc aũt probat D. Tho. exemplo, domus, cuius forma est compositio, seu ordo: quæ figura, seu compositio, cum non fiat directè à domificatore, sed à rebus naturalibus .s. lapidibus, calce, &c. ideo ab his pendet in esse, à domificatore vero solum in fieri. At Caietanus id probat; quia dependentia, quæ conuenit per se primo formæ, non conuenit ei ratione sui fieri præcise, quia hoc, vt distinguitur contra esse, non est intrinsecum formæ, nec illi necessario coniunctum, ergo ratione sui esse; ergo omnis forma per se primo pendens ab aliquo, est effectus illius in esse eius, idem enim

Quid sit pendere directè, & indirectè

Cur domus non pendẽt in fieri ab agente.

Cur formæ per se primo pendens ab agente conseruatur ex Caiet.

enim iudicium est de forma, & de essentiam si formæ non conuenit per se primo dependentia ad talem causam, sed per aliud dependeret; tunc si fingatur illud aliud separari, effectus penderet secundum esse à tali agente, & non secundum formam, quod implicat; nam esse sequitur formam.

Effectus, qui pendent per se primo secundum formã qui sint?

Secundo notat, vt sciatur quinam effectus pendeant per se primo secundum formam, & qui non, Agentium alios esse eiusdẽ rationis cum effectis, alios vero non; agentia prima, quæ dici solent vniuoca, non possunt esse causę per se primo formarum; quia causa per se alicuius, est causa illius vbicunque est, atque adeo essent causæ sui, at æquiuoca possunt. Hinc fit, vt causę vniuocæ sint causæ in fieri tantum; æquiuocas vero etiam ipsius esse, nam cum causæ vniuocæ causent effectum, & non secundum formã ergo aliud causant, quod esse nequit, nisi coniunctio formæ, & materiæ, quę est fieri effectus; at causæ æquiuocæ, cum non repugnet esse per se primo causam formæ, nec repugnabit esse causam ipsius esse, quod ostendit ex differentia caloris recepti in aqua, & luminis in aere.

8 Reijcitur Caiet. speculatio.

Sed hæc Caietani speculatio, & si acuta, non tamen satis firma est; nam primo peccat ea ratio, quia non sumit rationem ex natura effectuum, sed agentium; cum potius diuersitas sumi debeat ex natura diuersa effectuum, vt dix mus in physicis; si enim effectus cum tanta perfectione recipitur ab agẽte, vt nulla indigeat actione agentis ad sui conseruationem, siue producatur ab agente æquiuoco, siue ab vniuoco, cõstat hinc non oriri necessitatẽ conseruationis. Neq; dicas, quod statim, ac oritur ab agente æquiuoco, est necessitas cõseruationis, vt patet in multis; nam species soni producuntur à sono, vt agente æquiuoco, & tamen non conseruantur ab illo, cum sæpe præterierit, conseruãtur tamen ab alijs speciebus producentibus per actionem vniuocam secundas species; & licet in hoc casu admittatur, quod certè nõ est certum, species illas habere vim conseruandi, quatenus sunt instrumenta obiectorum; tamen quid dicent in phantasmatibus, & speciebus intelligibilibus, & habitibus, quæ omnia producuntur ab agente æquiuoco, neque enim nisi ab æquiuoco produci possunt; sic etiam colores &c. & multa sunt, quæ producuntur ab agente vniuoco, & cõseruatione indigent, vt patet de lumine; quod producitur ab alio lumine; constat enim illa esse eiusdem rationis; licet non eiusdem gradus; & licet dicantur esse distinctæ rationis, & speciei, adhuc conuenient in ratione qualitatis; quare non deberet conseruari, cum non dependeat à tali agente secundũ omnem rationem sui.

9 Explicatur quid sit formam recipi

Secundo, in illa ratione peccatur, quia non satis explicat, quid sit formam recipi in effectu secundum eamdem, vel diuersam rationem; si enim intelligatur de identitate secundum gradum intensionis; tunc calor receptus in aqua, indigeret cõseruatione, quia non potest recipi secundum eosdem gradus secundum quos est in igne. Neq; dicas calorem esse qualitatem, quæ apta est recipi in materia alia præter ignem, secundum omnes gradus; tum quia secundum eos gradus, secundum quos est proprietas ignis, vel acris, non potest recipi in alio subiecto, & materia existente sub alia forma, sed tantum in materia vt stat sub forma ignis, &c. quia ẽt ratione lumen ignis aptum est recipi in materia aquæ, quatenus stat sub forma ignis; tũ quia si lumen secundum omnes gradus, secundum quos est in sole, reciperetur in luna, adhuc conseruaretur à sole; tum quia quę recipiatur secundum omnem intensionem formæ; non oritur ex eo, quod producitur ab agente æquiuoco, vel vniuoco, sed aliunde .i. ex natura, tum formæ communicabilis, tum subiecti receptiui, tum agentis potentis communicare, siue sit æquiuocum, siue vniuocum; Vel intelligitur de identitate specifica ipsius formæ, & constat lumen solis non distingui specie à lumine lunæ, &c. & tamen conseruatur; & frigiditas distinguitur specie à densitate, & tamen sæpe manet densitas sine frigiditate in ferro ardenti, & forma muli distinguitur specie à forma equi, & asini, & tamen non conseruatur, quod etiam patet in omnibus, quæ producuntur ex cõmixtione animalium distinctarum specierum. — *in effectu secundũ eandem, vel diuersam rationem.*

Vel tertio, intelligitur de identitate subiectiua, quam habent ratione identitatis subiecti; & tunc constat calorem non esse eiusdem rationis in aqua, & igne, quia non est cum eadem forma specifica.

Vel quarto, de identitate quoad omnes gradus essentiales à primo ad vltimum, & tunc sequeretur, nec lumen conseruari debere à sole, quippe quod sit eiusdem generis .s. qualitatis; & cælum non deberet conseruare inferiora, cum sint eiusdem generis .s. sub corpore, & substantia.

10 Explicatur Arist. de termino per se primo actionis.

Tertio, in ea ratione peccatur, quia non satis videtur explicare, *quid sit pendere formam per se primo ab agente æquiuoco, & vniuoco*; cum enim Aristoteles dicit ex calido v. g. non produci calidum per se primo, sed secundario, non intelligit, quod gradus caloris non producatur à calido tamquam efficiente, & produci per se primo à lumino so, quod hoc illum gradum producat, quia calor per se primo intendit multiplicationẽ suæ speciei: sed intelligitur, non produci à calido tanquam à termino, à quo, quia quãdo ratio alia præexistit in materia illa non per se primo producitur, nec est terminus à quo, per se primo rei, quæ producitur, quia natura non intendit producere illud, quod est subiecto, sed id, quod non est; frustra .n. fieret actio, si producendo calorem, corrumperet calorem; & hæc causa est, cur vniuocum non possit producere in subiecto haben:

bente eamdem formam, sed illam producit in subiecto, in quo non est forma producenda, vt 1. phys. tex. 76. Aristoteles dixit, *nihil fieri ex eo, quod est per se, sed secundum accidens; vt animal ex animali, & si quodam animal ex quodã animali*, vt canis ex æquo fit per se, sed ex animali per accidens, idest quia non quatenus est animal, quia iam animal erat, at si animal debet fieri per se, debet fieri ex non animali, non tamen negat, quin ratio animalis in existens in cane per se producatur ab efficiente. Neque obstat, quod inde deducit Caietanus, quod posset calidum producere seipsum, quia posset producere vbicumq; reperitur talis forma; nam primo impugnatur, non valere illam consequentiam ex actione agentis æquiuoci; cum enim ipsi ponant, calidum per se primo produci à sole, non sequitur quodlibet calidum posse produci à sole, vbicumq; est; non .n. poterit producere calorem iam productum ab igne; imò fortasse neq; calorẽ producibilem ab igne, vel motu, etiamsi adhuc non sit productus, si vera est sententia dicentium, formas indiuiduari in ordine ad agens. Deinde secundum Thomistas constat, in actionibus agentium naturalium intendi per se primò conseruationem speciei, & per se secundariò indiuiduorum; tum quia primitas prædicati conueniens formę ex principijs intrinsecis, infert illud prædicatum cõuenire vbicumq; est, at primitas prædicati conueniens ex intentione agentis, non id infert, quia potest esse illi omnino accidẽtarium, & extrinsecum, vt patet, si quis per se primo ordinet scientias ad diuitias, non sequitur scientias vbicumque sunt, ordinari ad diuitias. At in casu nostro est huiusmodi primitas .s. in intentione agentis naturalis, quod intẽdit assimilare sibi subiectum, producẽdo formam.

Primitas ex intrinsecus & ex intẽtione agentis.

Deniq; dependentia ab agente, quæ per se primo conuenit formæ, non debet sumi ab hoc, vel illo inadæquato agente, sed adæquato; vnde fit, nulli formæ conuenire dependentiam per se primo in ordine ad agens naturale præcise, quia potest illa res produci à Deo, atq; actualiter potest non pendere ab agente naturali; & ideo non est mirum, si calidum A. potest producere calidum B; non tamen seipsum, quia non habet vim omnis calefactiui.

Dependentia ab agente per se primo sumitur in ordine ad agens adæquato.

11 Quarto, ea ratio peccat in consequentia; non enim sequitur, forma per se primo pendet à tali agente, ergo ab illo conseruatur; quia illa forma potest habere dependentiam à tali agente per se primo, quatenus fit, & deinde non habere illam. Vidit hanc respõsionem Caietanus, & ea ratione reijcit, quia cum fieri rei non sit essentiale rei, nec semper conueniat rei, & prædicatum per se primo conueniens sit essentiale, vel semper saltem conueniat rei; non potest dependentia secundum fieri conuenire per se primo formæ.

Dependentia sm̃ fieri nõ potest esse per se primo.

Sed contra, quia, licet productio actualis non sit de essentia termini producti secundum se; tamen potest illi conuenire prædicatum per se primo, ratione productionis, vt niui, licet non conueniat per se primo disgregare visum; tamen vt albæ, potest per se primo id ei conuenire; quare similiter dependentia actualis, licet non conueniat per se primo formæ secundum se, tamen potest ei conuenire, prout stat sub conceptu factibilis, & primo incipientis existere; non enim potest concipi tunc primo, nisi intelligatur actualiter pendere à sua causa. Hinc patet, non recte colligi, actualiter pendere ab agẽte, conuenit formæ per se primo, ergo conuenit ei semper quando existit, quia non cõuenit formæ secundum se, sed vt stat sub illo accidentali prædicato .s. sub fieri.

12 Demum peccat ea ratio, quia inde sequeretur, omnia debere conseruari à suis causis etiam vniuocis, quia vt effectus conseruetur à causa, vel requiritur, vt in nullo gradu conueniant; & sic lumen non deberet conseruari à lumine, cum sint qualitates; vel sufficit si discrepent in aliquo; & tunc calor productus à calore, conseruaretur ab eo, quia habent hæcceitates distinctas: vel requiritur vt discrepent in gradu specifico; & tunc mulus conseruaretur à equo, & asino, & præterea id gratis dicitur; non enim est maior ratio de gradu specifico, quam generico, cũ tam genericus, quam specificus sint essentiales rebus; & saltem sequeretur hæcceitatem debere conseruari ab alia hæcceitate.

Dices ex 12. Met. 38. cælum, & naturam pendere à cælo; at natura non pendet à Deo nisi per influxum cælorum; ergo.

Confirm. ex 1. cæli 100. à substantijs separatis communicari esse, & viuere; at non nisi per influxum cælorum. ergo.

Resp. alibi à nobis explicabitur id dictũ Aristotelis; nunc satis sit, non loqui de dependentia, quam inferiora habent à Deo per influxum cælorum, sed pe ea, quam secundum ipsum habet natura emanans ab æterno à Deo. Deinde etiam si intelligatur de dependentia naturę per influxum cælorum; Respondeo, intelligi de influxu respectu generationis rerum, & conseruationis extrinsecæ, quatenus remouent actiones corruptiuas: vnde patet ad confirmationem.

13 Ex dictis patet solutio illius q̃stionis. An cessante motu cæli, cessarent oĩa inferiora, quoad eorum substantiam; nam cum inferiora non conseruentur à cælis, multo minus indigent motu cælorum, vt conseruentur, cum motus nec sit ratio formalis actionis, qua cælum agit, nec virtus agendi, vt supra ostensum est.

Hinc sequitur, quod mixta non statim cessarent cessante motu cælorum, quia cum non pendeant in conseruari à cælis, multo minus pendere possint à motu cælorum, qui secundum se non est actiuus, nec est ratio requisita, vt cæli influant simpliciter in inferiora.

Conf.

Conf. nam nullum compositum substantiale potest desinere esse nisi, vel per corruptionem, vel per annihilationem, at ibi non esset corruptio, quia hæc non potest esse, nisi aliud compositum generetur, alias posset remanere materia nuda ex virtute agẽtis naturalis; neque ibi esset annihilatio, quia hæc non potest esse, nisi ab agente conseruante, quod desinendo conseruare, annihilatte, neque dicas ibi fore annihilationem ex eo, quod deest aliqua conditio necessaria ad cõseruationem, nam cum ibi non cessent statim dispositiones debitæ, non apparet quid desit ad conseruationem, nam vt diximus qualitates primæ per quas disponitur materia ad formas, non indigent cælorum influxu vt directe conseruentur.

Conf. ex cælo quiescente tempore Iosue quo nullum mixtum defecisse legitur, nam licet quies fuerit supernaturalis, tamen inde debebat sequi mixtorum desitio, nisi aliud miraculum conseruationis positũ suisset, quod ex scriptura nõ colligitur; quare difficultas manet de inferioribus quoad eorum generationes, an pendeant ex influxu cælorum; de qua re dub. seq.

## DVBIT. II.

*An actiones agentium inferiorum pendeant à motu, & influxu cælorum.*

De hac Heru. de mater. cælorum q.7.& 8. Scholast. 4. d.42. vbi Aureol. q. vnic. vel d.1. vbi Capr. q.vnic. Peripatetici 2.cæl. c.3. vbi Conimb. q. 4. Ruu. q. 4. Murc. disp. 2. q. 2. Vrtad. disp. 2. sect. 2. diff. 3.

### ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Varia genera effectuũ narrantur

PRimo Not. effectuum qui sunt in inferioribus, alios pendere à cælorum influxibus, non solum dispositiue, sed etiam elicitiue, cuiusmodi sunt metalla, quorum formę cum non sint actiuæ, eorum causam actiuam referendam necessario esse in cælum, quia licet agentia naturalia possint ad illorũ formas aliquo modo disponere, tamẽ completa dispositio pendet à cælo, sicut & productio formarum substantialium, non enim illæ fieri possunt à qualitatibus primis, vel eorum mixtione virtute propria, vt omnes concedunt. Neque virtute formarum substantialium, tum quia metalla non sunt generatiua sui ipsorum, tum quia in physicis est opinio illa confutata; neque virtute alterius agentis, quia nullum apparet, ergo solum virtute cælorum, per quam accidentia eleuata concurrunt ad illorum generationem. Alios vero effectus esse, qui à cælo non possunt produci sine concursu causæ particularis; formaliter, vel virtualiter, vt animatas ad quas cæli cõcurrunt quidem dispositiue at dubium est, an simul cum causa particulari concurrat et elicitiue, vt significat Aristoteles dum dixit, Sol, & homo generant hominem .i. vnionem animæ cum materia. Verum alij negant, vt suo loco videbimus.

Alios esse ad quos solum patet concurrere, vt patet ex igne producto ex radijs solaribus, & etiam simul cum agente particulari vt ex igne producto partialiter à lumine, & igne.

Alios esse, qui necessario exigunt influxum cælorum, & causarum particularium, qualis est dispositio requisita ad formas viuẽtium, constat enim experientia ex semine sato in terra non oriri fructum, nec germen, nisi adsit virtus cælestis excitans virtutem seminalem, & illam adiuuans ad disponendam materiam, quia virtus seminis non est sufficiens ad superandam resistentiam materiæ, & ideo indiget alia causa adiuuante ad disponendam illam, licet enim semen posset aliquo modo alterare materiam, præciso omni influxu cælesti, non tamen potest producere dispositionem ad perfectionem sine cælorũ influxu, quod probant argumenta aduersariorum; ideo enim terra scinditur, vt melius recipiat influxus cælorum, & melius misceatur cũ aqua, & ignea exhalatione, vt ait Cõtar. lib.2. de elem. circa finem, dum loquitur de terra, & in hunc sensũ explicandus est Philop. 2 phys. t.31. dum dixit, *animalia non essent, nisi sol esset.*

2. Not. ex triplici capite oriri posse dependentiam inferiorum, quoad actiones à cælorum influxibus, primo ex parte effectus, qui exigit, præter influxum causarum inferiorum, etiam influxum cælorum, vt dictum est de productione Planetarum, & animaliũ. Secundo, ex parte actionis ipsius, qualis est dependentia actionis à Deo, vt causa prima, quæ dependentia oritur ex imperfectione entis creati. Tertio, ex insufficientia virtutis actiuæ, qua ratione virtus instrumentalis est insufficiens ad actionem sine concursu virtutis principalis eleuantis virtutẽ instrumentalem ad actionem. 2 Dependentia oriri potest ex parte effectus, vel actiuis, vel virtutis.

3. Not. hanc quæstionem intelligi posse, tum de omni actione inferiorum, tum de actione generatiua substãtiarum simplicium, vel mixtarum, nam causæ inferiores, cum respectu cælorum dicantur causæ secundæ, & particulares, videtur hæc dependentia esse quoad omnem actionem, sicut est dependẽtia à Deo, vt causa prima, & vniuersali, & quia in cælo cõsiderari potest virtus actiua, & motus, potest quæstio intelligi de dependentia à virtute actiua cælorum, & ab eorũ motu, nam licet virtus actiua cælorum non pendeat à motu quoad earum actionẽ simpliciter, tamen virtus inferiorum potest dependere quoad actiones, & ab influxu cælorum, & ab eorum motu. Vnde in actionibus inferiorum potest cõsiderari duplex de- 3 Quæstio intelligi põt quoad actiones accidentales, & substantiales.

pen-

pendentia à motu cælorum vna mediata, quatenus influxus cælorum pendet à motu, & actiones inferiorum ab influxu, & hanc dependentiam simpliciter exclusimus, sed illam posuimus, quoad ordinationem actionum; altera immediata, vt .f. actiones inferiorum pendeant immediate à motu cælorum, & in hoc sensu disputatur.

4. Not. dupliciter posse hanc dependentiam intelligi à motu cælorũ. Primo quoad generationem simpliciter corporum simplicium, & mixtorum. Secundo, quoad ordinatam generationem, necessariam ad cõseruationem vniuersi vel quoad nouitatem generationum, quæ oritur ex noua applicatione agentis, & passi, quæ fit per motum, vel quoad alteritatem generationũ, & corruptionum, quę alteritas oritur ex vario accessu, & recessu causarum, quomodo ex diuerso accessu, & recessu solis causatur diuersitas dierum, & noctium, & diuersitas motus solis super polos Zodiaci causat generationes, & corruptiones; nam idem manens, idẽ semper est aptum facere idem, vnde ad ponendam diuersitatem effectuum, debet poni aliqua diuersitas in causa, quæ diuersitas fit per motum, ex Dur. 2. d. 15. q. 3. & explicat Arist. 2. de Gener. Quare difficultas non est de generationum nouitate, & alteritate, & ordinata serie ad cõseruationem vniuersi, sed de actionibus, & generationibus simpliciter.

5 Corpus habet actionẽ vt corpus, & vt tale corpus quatenus partecipat de natura superiori

5. Not. ex D. Thom. q. 5. de potentia a. 8. pro intelligentia ipsius opinionis, corpus habere duplicem actionem, vnam secundum proprietatem corporis, & hanc non habet nisi motum. Alteram secundum rationem, qua attingit ad ordinem substantiarum separatarum, & participat aliquid de modo ipsius, sicut naturæ inferiores solent aliquid participare de natura superiori, vt quædam animalia participare videntur de prudentia hominum; & hæc actio, quæ non est ad immutationem materiæ, sed ad quãdam diffusionem similitudinis sui per species intentionales, vt sol illuminat aerem, & obiectum mutat species, & hanc actionem habere potest corpus, etiam si non moueatur, quia est ad similitudinem actionis spiritualis, quæ fit à substantijs immotis; nam fit à corporibus, vt participant superiorem naturam. Dices si non esset illuminatio obiecti, & medij à radijs solaribus, cessaret multiplicatio superiorum, ergo hæc pendet à cælis, R. D. Tho. q. 5. de potentia art. 8. concedendo, sed cessante motu cæli, non cessaret illuminatio à sole, & per consequẽs nec multiplicatio specierum irrationalium. Sed ego Resp. quod etiam cessante illuminatione solari, non cessarent species aliorum sensuum. imo neque species visibiles, quia posset illuminatio fieri à candela, vt patet ex ijs, quæ nocte videntur.

6. Not. hanc quæstionem intelligi præciso ordine præternaturali; quamuis erit post diẽ iudicij, quando cessabit cælorum motus, corruptis, secundum probabiliorem opinionẽ, mixtis, ex Suar. 3. p. tom. 2. disp. 58. sect. 3. præter hominem, quando etiam cessabit actio mutua elementorum, & influxus orbium, quare quæritur quid naturaliter fieret in his inferioribus, si cæli quiescerent à motu locali, vel cæli non solum quiescerent, sed annihilarentur.

## ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio est affirmatiua. Ita omnes qui dicunt (si cælum consisteret nullã futuram actionem) videtur D. Tho. 1. 2. q. 105. art. 1. vbi concursum cæli ad actiones corporeas comparat concursui Diuino ad omnes actiones. Fundamentum est, quia cælum est causa vniuersalis, & prima, at causæ minus vniuersales, & causæ secundæ non agunt, deficiente operatione causæ vniuersalis, & primę, vt dicitur lib. de caus. propos. 10. & 20. *quod quando causa prima retrahit actionem suam à causato, oportet etiam quo causa secunda retrahat actionem suam ab eodem*, quod ex D. Thom. intelligitur in omnibus causis per se ordinatis, non autem in per accidens ordinatis; quia intentio primæ causæ per se mouet vsque ad vltimum effectum per omnes causas medias; vt v. g. ars fabri mouet manum, hæc malleum, qui ferrum cudit, ad quod fertur intentio artis; at quando est ordo per accidens, tunc intentio causæ non extenditur, nisi ad proximum effectum; vt quod candela quia accendat cãdelam, id per se intendit; quod autem deinde ex illa, alia accendatur, est prçter intẽtionem eius, & ideo dicitur per accidens produci à primo vltimus effectus. 6 Prima causa per se mouet à primo cum vltimũ effectum.

Confirm. 1. quia cum omne agens agit, vt est actu, vel in actu, oportet ordinem accipere causarum agentium, secundum ordinem earum in actualitate; At inferiora minus habent de actualitate, quam corpora cælestia, cum in inferioribus tota potentialitas non sit completa per actum propter eorum materiam, quæ habens vnam formam est in potẽtia ad aliam, quod non est in cælis: & substantiæ separatæ, cum non sint composita ex materia, & forma, sunt formæ subsistentes, & ideo perfectiores in actualitate quam cæli; deficiunt tamen ab actualitate Dei, qui est suum esse; Hinc fit elementa agere in virtute cælorum, & hi in virtute intelligentiarum, & ideo cessante actione intelligentiarũ cessat actio cælorum, & hac cessante cessat actio elementaris, ita D. Thom. q. 5. de potentia art. 8.

Confirm. 2. ex 8. phys. t. 1. vt motus cælorum dicitur sicut vita natura existentibus omnibus, vnde Rabi Moyses dixit cælum in vniuerso esse, vt cor in animali, cuius motus si ad horam quiesceret, corporis vita finiretur

retur, nā ex Aureolo homo est aliquod habens virtutem diffusam per totum .i. animā à qua sunt omnes perfectiones hominis, saltem exigitiue, hæc autem dat motum vni principio .i. cordi, per quod influit in alias partes, ita hæc tota machina mundialis est aliquod totū, in quo est virtus tribuens singulis suas perfectiones vt terre immobilitatem &c. inter has partes principalis est cælū, in quo intelligentia imprimit motum, & alias perfectiones, & cælum deinde influit in alias partes, ergo sicut cessante motu cordis cessat omnis influxus in alias partes, ita cessante motu cæli cæteri influxus.

Confirmat. 3. auctoritate Aristoteles, qui vbique ait, horum inferiorum generationem pendere à motu cæli, quatenus adducit generatiuum; & experientia ipsa fauet, nam accedente, vel recedente sole, produci, vel corrumpi res, & copiam rerum, corporis valetudinem maximè pendere ex temporum varietate, quæ fit ab influxibus cælorum: ergo actio agentium inferiorum pendet ab influxibus cælorū; alioqui si inferiora possent producere suos effectus sine illorum influxu, eadem copia esset v. g. frumenti ex eadem quantitate seminis, & qualitate terræ, quomodocumq; & qualitercumq; cæli influant.

Primum in vnoquoq; genere est causa aliorū illius generis

Confirm. 4. ex D. Thom. 3. contra Gent. cap. 81. primum in vnoquoq; genere prioritate temporis, naturæ, & perfectionis est causa posteriorum, eiusdem generis, quia omnis multitudo ab vnitate procedit, vt docet p. p. q. 115. art. 3. sed motus cæli est primus respectu aliorum, tum tempore, quia perpetuus ex 8. phys. 57. tum natura, quia sine ipso non potest esse aliquis aliorum motuum, nam augmentatio non fit sine præuia alteratione, per qua elementum dissimile fiat simile, nec alteratio esse potest sine loci mutatione, per quam alteratum, & alterās fiant propinquiora, quam prius, & quia est magis simplex, & vnus cū careat distinctione principij, medij, & finis, denique est primus perfectione, quia motus localis non variat rem secundum aliquid intrinsecum, sed extrinsecum, quia cōuenit rei iam perfectę, & quia reflectitur ad principium. Hinc inferunt cessante motu cælorum desituras omnes actiones inferiorum.

Hi tamen inter se diuisi sunt. Nam aliqui putant hanc dependentiam esse quoad om- 7 nes actiones, siue physicas, & materiales, siue intentionales, & quasi spirituales, hanc docere debent omnes dicentes omnia inferiora pendere quod substantiam, & existentiam à cælorum influxibus, vt Auer. c. 4. de substātia orbis, & 8 phys. comm. 47. contra quos dictum est supra; nam talis dependentia non potest poni in inferioribus à celesti corpore, cū multa sint illis nobiliora, vt suo loco, nec corruptio inferiorum potest fieri sine præuia alteratione quoad dispositiones; at si cæli desinerent in instanti, non posset fieri talis variatio dispositionum. Vnde fallitur Achil. 4. de orb. d. vlt. putans remansuram solam materiam primam, quia huic non debetur conseruatio dum est sine forma, Vide dicta supra.

Discrimē inter DD. huius opinionis.

Alij vero concedunt quidem inferiora nō pendere quoad eorum existentiam à cælis, vt cessante eorum influxu, illa desinerent, vt dicitur de dependentia à Deo conseruante, neque pendere quoad actiones quasi spirituales, sed solum quoad actiones, & mutationes materiales, vt sunt alteratio, generatio, &c. Hinc inferunt quiescente cælo omnia mansura in eodem statu, in quo reperirentur sine vlla rerum generatione, & corruptione, imo lapis existens in aere, tunc non descenderet. Sed differunt etiam in assignāda ratione huius necessitatis; nam alij putant oriri ex parte virtutis actiuæ inferiorum, quæ est subordinata cælis. Alij ex parte actionis, quod inferiora non agāt nisi actu mota, alij neque ex parte actionis, vel virtutis actiuæ, quasi non possit exire in actum sibi proportionatum, sed ex parte effectus, qui indiget concursu causæ particularis, & vniuersalis, sicut pondus decem librarum non potest ferri à virtute, vt duo, quæ posset in pōdus vt duo sine alterius auxilio, sed potest ferri à virtute vt decē; quia pondus illud exigit tātā virtutē, vt sintinter se proportionata, qui modus dicendi, non multum recedit ab opinione negante necessitatē quoad actiones. ita D. Th. q. 5. de pot. ar. 8. sequitur Cap. 2. d. 14. q. vnic. vbi refert multa loca D Tho. Ferr. 2. contra Gen. c. 20. ex D. Thom. in pluribus locis, Caiet. 12. q 109. art. 1. Iauel. 12. Metaph. q. 13. Heru. tr. de mat. cæl. q. 7 & seq. Bag. 1. de Gen. q. 1. & 2. de Gen. c. 20. q. 1. citatur Simpl. 2. cæl. com. v. vbi Martinez, Auerr. destr. destr. disp. 1. Iand. 1. cæl. q. 1. citatur ex recentioribus Picus 3. cōtra Astrol. cap 9. & 29. Cælius lib. 1. antiq. c. 20. Sotus 4. d. 48. q. 2. art. 2. insinuat Tol. 2. phys. q. 7. & 8.

Secunda opinio est negantium tantā esse dependentiam horum inferiorū ab influxu, & motu cælorū, vt eo cessante cessent actiones inferiorum, sed adhuc operarētur actiones sibi conuenientes; imo omnia duratura donec præualeat actio contrariorum corrūpensium, quia actiones inferiorum, licet pēdeant ab influxu, & motu cælorum, quoad ordinatam, successiuam rerum generationē, & corruptionem, nō tamen simpliciter, quia motus cælorum, & eorum influxus nec est necessarius ad huiusmodi actiones, vt virtus, & principium earum, neq; vt cōditio sine qua non. Est Alex. apud Simpl. loc. cit. Dur. 2. d. 15. q. 3. Scotus 4. d. 48 & 2. d. 14. q. 3. ad 3. vbi Argent. art. 2. Heru. quodl. 11. q. 15. Sax. 2. cæl q. 12. qui addit fore perpetuas generationes, Murcia disput. 2. q. 2. ex Sonc. 12. Met. q. 3. seu potius q. 13. vbi loquitur de actionibus exigentibus motum, quam non exigentibus. Tatar. 1. met. c. 1. citatur Tol. 2. de Gen. q. 14. & à Soto tribuitur Riccardo Ruu. 2. cæl. c. 3. q. 4. ex Suar. disp. 2. met. sect.

8 Non esse dependentiam inferiorum quoad actiones a cælis.

sect. 1. n. 13. Conimb. q. 4. eamq; Sonc. tribuit D. Tho. & significat illam 2. cæli lect. 4. qui tamen secundum aliquos in summa mutauit sententiam.

Fundamentum Sonc. est, quia motus nō est ratio agendi cum non sit forma absoluta, sed respectiua, cui non magis conuenit esse principium, quam terminum actionis, nam eius terminus est vbi, quod est respectiuum. Neque est conditio sine qua non, quia si cælum non moueretur, adhuc illuminaret inferiora, atq; adeo calefaceret, quia lux secūdum se est virtus actiua caloris, ex D. Tho. 2. d. 14. q. 1. art. 2. ad 5. at quod conuenit alicui secundum se non potest ab eo naturaliter auferri, sed hoc fundamentum, quā vim habeat patet ex dictis.

9 Discrimē inter DD. huius opinionis.

Hi tamen inter se diuisi sunt. Nam aliqui volunt ab inferioribus posse produci qualitates, non tamen formas substantiales, quia inferiora habent virtutem generatiuam, præsertim viuentium non ex se, sed ab intelligētia, à qua cæli mouentur, nam virtus communicatur cælo, vt virtus est in instrumēto non quidem fixe, & permanenter, sed in fieri per modum formæ intentionalis, vnde sicut instrumentum non habet virtutem nisi dum actu mouetur ab agente, ita neq; cælum habet virtutem generatiuam substantiæ nisi dū actu mouetur, ita Sonc. ex D. Thom. 2. contra Gent. c. 20.

At alij tribuunt cælo immoto, & inferioribus virtutem nō solum formarum accidētalium, sed etiam substantialium siue elemētorum, siue mixtorum, siue animatorum, siue inanimatorum, siue sensitiuarum, siue vnionis substantialis animæ rationalis cum corpore.

At alij tribuūt virtutem generatiuam formarum substantialium elementorum, & mixtorum carentium vita, non tamen sensitiuarum, & hominis. Vnde probant vniuersaliter agentia inferiora non pendere ab influxu cælorum, quoad eorum actiones, siue accidentales, siue substantiales.

Alij tamen cum Aureolo putant cessante motu cælorum, non cessaturas actiones inferiorum in instanti, & per aliquod tempus, sed quoad consummationem; nam ex quo alterans staret semper vniformiter circa idem passum necessario eius actio terminaretur, vt v.g. si ignis semper vniformiter ageret circa idem fieret ignis, & finiretur actio.

Probatur primo experientia; videmus .n. ignem calefacere, etiam cum cæli influxus maximè frigidi sunt, vt in hyeme; ergo actio calefactiua non potest pendere à cæli influxibus, quia tunc contrarij sunt: neq; est, q; fingatur tunc, simul cum influxibus frigidis, esse etiam influxus calidos; Nam cessante actione ignis, non experimur illos influxus calidos; sed vndique rigor, & gelu apparet, eadem enim facilitate, qua ipsi hos influxus, tunc, nulla cogente ratione; & experientia, ponunt, negare quis potest; neque Philosophum decet, propositionem, quæ ex terminis non est euidens, effutire sine motiuo aliquo. deinde etiam si concedatur esse aliquos influxus calidos, cum prædominentur frigidi, impediunt actum secundum illorum, vel saltem ita minuūt, vt remissiorem effectum habeant, quam inferiores causæ, & remissius non potest adiuuare ad effectum intensiorē, quia nulla causa potest agere supra suam virtutem.

Probatur secundo, quia huiusmodi depēdentia solum ponitur in actionibus creaturarum respectu Dei; & id magis fide, quam ratione demonstratur; quare non est, cur respectu cælorum ponatur sine ratione; cum enim res non pendeat in esse à celo, vt dubitatione prima dixi; ergo neque in operari; consequentia probatur, tum quia hæc duo se mutuo consequuntur, tum quia dependētia à Deo ponitur, ex eo, quod omne ens creatum est participatio, & quasi vmbra diuinæ entitatis, quæ ratio nō militat in cælo.

Confirmatur, quia ignis habet ex se sufficientem virtutem disponendi materiam, & introducendi formam sibi similem; ergo cū concursu primæ causæ producere poterit calorem; neque dicas ex hac ratione sequi, non debere requiri concursum primæ causæ, si ignis habet vim in se sufficientem respectu caloris; nā dependentia à prima causa ponitur respectu cuiusque entis, quia est ipsum ens per essentiam, & alia sunt entia per participationem illius, quæ non habent locum in cælo; vnde posito igne, & aqua approximatis cum concursu, quem nunc præbet Deus, non affertur ratio, cur non sequatur actio, nisi velis fingere aliam dependentiam ab alia causa sine ratione, qua libertate Philosophi posita, dicam etiam pēdere omnem actionem ab influxu aquæ, &c.

Dices debere poni hunc ordinem in vniuerso, vt inferiora à superioribus pendeant, Sed contra, quia absurdum est ponere depēdentias aliquas in rebus, quæ non oriantur ex intrinseca natura rerum; vel quæ nō colligatur ex effectis; at huiusmodi dependētia ex nullo horum capitum colligitur. Neq; satis apparet, cur cæli dicantur agentia superiora, nisi vel ratione loci, vel ratione perfectionis: at neutrum horum tribuit hanc dependentiam: Nō primum, vt patet ex aqua, quæ nō pendet in operari ab igne, licet ignis sit in loco superiore, neque ab homine, licet homo sit perfectior. 10

Quomodo cæli dicātur superiora corpora,

Dices cælum est causa vniuersalis. Resp. dici causam vniuersalem, non quia influat in actiones aliorum agētium particularium, sed quia eius actio extēditur ad plures effectus, quam causa particularis, secundo ad vniuersale bonum ordinatur, 3. quia iuuat aliquo modo alia agentia in actionibus suis, cum multi effectus exigant concursum cælorum, vt patet ex generatione plantarum, & similium. Deniq; addit Her. q. 7. ad 9. cessante motu vniuersali per prædicationem, cessare om-

Quomodo cæli dicūtur causa vniuersalis.

omnes motus, quia destructo genere destruuntur omnia inferiora, sed motus cæli non habet hanc vniuersalitatem, & similiter cessante motu superiorum, qui est vniuersalis causalitate, cessarent omnes motus; vt pendent ab illo, at motus cæli non est causa vniuersalis motuum inferiorum, quocumq; modo acceptorum, sed quantum ad diuersitatē, quam nunc habet.

11 *An cælum sit causa particularis.* Dices tertio, ergo cælum debet dici causa particularis. Resp. dupliciter dici causā particularem; primo ex limitatione effectus vt quæ determinatur ad particularem effectum, & ita cælum non est causa particularis; quia repugnat huiusmodi determinatio cum vniuersalitate eius actionis ad varios effectus inferiores. Secundo ex proximo, & præciso concursu ad effectus, quia est causa proxima fine concursu alterius causæ ad producendum aliquem effectum, & ita dicitur causa particularis, vt patet ex illuminatione, & calefactione generatione auri, &c. & huiusmodi particularitas non repugnat cum vniuersalitate cæli; repugnat tamen cum vniuersalitate, ex illimitatione effectuum, quam particularitatem negamus conuenire cælo.

*Quomodo Sol, & homo generant hominem.* Dices quarto Arist. 2. phys. tex. 26. dicit Sol, & homo generant hominem, & non vt causa particularis, ergo vt vniuersalis, non tamen quatenus recipit plures effectus; ergo vt influit in actionem hominis generatiuam. Resp. id, quod sol efficit circa generationem hominis, efficere tum quatenus causa particularis proxima, tum quia suo calore est causa coadiuuans calorem vitalem seminis, & hinc dicitur causa vniuersalis, quia adiuuās ad actiones omnium feminum. Hoc autem non ponit dependentiam intrinsecam actionis à concursu cæli, sed extrinsecam, vt patet, nam ex arte agricolarum videmus gigni fructus in media hieme, eo quod supplent influxum caloris cæli, per calorem productum ab alijs rebus calidis, vt est stercus columbarum, fimus, & similia iuxta illud Virg. 1. georg. *nec saturare fimo pudeat*, &c. & Alchimistæ calorem igneum attuntur contemperare, vt adæquet cælestis caloris influentiam in aurum, & metalla.

Hinc soluitur alia quæstio, an motus localis animalis pendeat à cælo. Resp. n. negatiue, sicut neque motus elementorum. Patet quia eodem modo mouentur, quocunque modo sit cælum dispositum, modo maneat virtus motiua illorū æquè disposita, & ablatis impedimentis.

## ARTICVL. II.

### *Opinio Auctoris.*

PRima concl. cælorum influxus in hæc inferiora non pendent simpliciter à motu cælorum, sed secundum quid, id est, quo ad vicissitudines generationum, & corruptionum ordinatam prima pars à nobis supra probata est ex actione cæli empyrei, & ex defectu virtutis in motu, nec eam vim habet ab intelligentia, quia hæc non habet vim circa externa corpora alterandi, sed tantum impellendi, vnde fallitur Cap. fingens intelligentias influere circa corpora qualitates per modum non habitus, sed passionis intentionalis existentis magis in fieri, quam in facto esse, nam, quæ docet de magnete trahente ferrum immoto alibi confutabuntur.

Secunda pars probata est experientia nam motus cælestium corporum est necessarius ad temperandos, & dispartiendos cælorum influxus in inferiora, vt sit vicissitudo generationem, & corruptionum ex accessu, & recessu Solis, vnde contemperantur actiones frigidorum, & calidorum. Hinc cessante motu cælorum non esset hæc vicissitudo ordinata rerum generationis, & corruptionis, quam singulis annis videmus, quia cessaret ea contemperatio astrorum in inferioribus necessaria ad huiusmodi effectus.

Hinc patet cælorum influxus pendere à motu quoad approximationem ad varias partes mundi inferioris, quia per motum deferuntur generatiuum, & corruptiuum ad varias partes, quod explicat optime Herud. de mater. cæli q. 7. §. 3. modo potest, & ratione huius approximationis inferiora dicūtur pendere à motu cælorum, & hunc esse primum etiam causalitate secundum cursum naturæ nunc existentem, non autem secundum illum, qui esse potest, & hinc omnes motus naturales secūdum cursum nunc existentem reduci in motum cælestem, non autem omnis qui potest esse secundum quemcunque cursum, & licet cessaret applicatio, quæ est secundum hunc cursum, non tamen omnis applicatio secundum alium cursum, & vniuersaliter omnia, quæ dependentia inferiorum à motu cælorum docet Arist. debent intelligi de dependētia quoad hanc approximationem, & cursum naturę, nunc existentem.

Secunda cōclusio cessante motu cælorum inferiorum actio simpliciter non cessaret Dur. Arg. Heru. Aur. Scotus, Henricus, & alij, patet ex dictis in secunda opinione, & confirmatur. 13 *Cessante motu cęli non cessaret omnes actiones inferiorum.*

Primo ex ijs, quæ habemus ex scriptura, & Sanctis, nam tempore Iosue stante Sole, hic non solum illuminauit mundum, sed etiam inferiores homines bellum gesserunt, idque sine miraculo cum Iosue solum orauerit, vt Sol staret ad illuminandum, vt. s. ipse posset prosequi victoriam, neque enim orauit pro illuminatione, neque pro persecutione hostium quare miraculum illud omninò ab aduersarijs fingitur, præsertim cum stante Sole etiam hostes pugnabant contra Iosue: cū quibus improbabiliter dicitur Deum concurrisse miraculose contra Iosue, idem etiā probatur ex concursu cæli empyrei, & actionibus

bus, quę fient post diē iudicij, cū cęli stabunt nam ex illis orietur lux, & quæ in inferioribus erunt, suas actiones pro exigentia status perficient. Hinc Aug. lib. 11. conf. c. 23. dixit cælo stante adhuc rota figuli volueretur, & D. Th. opusc. 9. art. 8 quod artifex posset mouere manum, & homo linguam.

Conf. quia supra ostendimus. motū nō esse necessariū, vt cæli influant, ergo multo minus erit necessarius cælorū motus ad actiones inferiorum, in quibus motus non recipitur, sicut recipitur in orbibus cælestibus.

Conf. 2. ex articulo Pariēsi, quo damnatur contraria opinio, & licet decretū illius Academiæ non transeat sequanā, nō tamen idcirco non est magnifaciendum ob insignem doctrinam illius Academiæ illius ætatis.

Motū cæli nō esse necessarium ad actiones inferiorum, vt virtutē actiuam.

Secundo prob. à priori nā motus cælorū non est necessarius ad actiones inferiorum, nec mediate, nec immedsate, primum patet tum quia infra ostendemus influxus cælorū non esse necessarium ad omnes actiones, etiā materiales inferiorum, tum quia etiam si hic esset ad illas actiones necessarius, tū motus localis, non est necessarius ad influendū, nisi per accidens, quatenus applicat virtutes influentes ad diuersas partes, vt dixi.

Secundū probatur, quia non est necessarius, vt ratio & virtus, agēdi totalis, vel partialis, tum quia motus localis non constituit subiectum in actu nisi per formam, quam inducit, at forma inducta est vbi, & situs, quę non sunt actiua, cum consequantur quantitatem, vt alibi ostendi, & patet à posteriori, nam cum motus sit diffusus per totos orbes cælestes æque distantes à terra semper produceret eosdem effectus, siue Sol, & planetę sint infra, siue supra hemisphærium nostrū quia semper orbis secundum totam circumferentiam habet in se motum, atq; adeo eandem virtutem actiuam, vt recte Heru. lo. cit. notat, & deniq; id patet quia motus localis inferiorum corporum nullam illis addit virtutem, sed tantum virtutem habitam approximat, tum quia etiam si motus esset actiuus adhuc non posset esse ratio agendi quoad actiones inferiorum causarum, quia cum orbes sint distantes à terra, non potest eorum motus immediatè concurrere ad actiones inferiorum, vt ratio agendi, quia ratio agendi debet esse proxima materiæ, circa quam fit actio, at motus orbium est distans non inlū secundum se, sed etiam secundum motum communicatum medio, cum non trascendat superiorem partem aeris ex astrologorum sententia.

Tum quia etiam si motus orbium pertingeret vsq; ad inferiora, adhuc non pōt esse rō agendi, quia in inferioribus sunt virtutes ꝓportionatæ, & adæquatæ aliquibus effectis vt ignis in ordine ad calefactionē, &c.

15 Nec esse necessariū, vt condictionē.

Neque motus ille potest esse conditio requisita, nam non est condictio, vt approximans, sed quia licet motus ille approximet astra, non tamen inferiora inter se cum ad illa motus orbiū non pertingat, at impossibile est duo approximari, nisi saltem motus sit in altero illorum, tum quia experientia cōstat hæc inferiora ab alijs causis inter se approximari, neque est conditio, vt remouens impedimentum ex eadem ratione distantiæ, & alijs causis id præstantibus, & ex ijsdem rationibus probatur non esse conditionē vel dispositionē materiæ ad recipiendā actionē.

Resp. motum secūdum se nullam habere virtutē agendi cum sit ens imperfectissimū, sed agere in virtute intelligētiæ, cuius est instrumentū, nā sic eleuatur ad agendū simpliciter, imo ad perfectiores actiones, quā haberet ex se. Sed contra, quia intelligentia mouēs non ponit aliam perfectionem in cælo, quam motum, sed motus non potest eleuari ad perfectiores actiones sine virtute, & cōcursu eleuante, vt diximus de omni instrumento, quia agens imperfectum non potest esse principiū perfectioris actionis nisi adiuuetur à superiori agente per actualem influxū, vel habitualē virtutē, at neutrū præstat intelligētia, quia non habet virtutē supra corporalia, nisi motiuā, & nō alteratiuā, vel aliā similē. Neque dicas motus, licet non pertingat ad inferiora secundū se, tamen pertingit per suos effectus. s. per calorē, nā præterquā q; difficultas est de hac ꝓductione caloris ex vi motus, vt diximus, nō pōt calor exigi ad ōnē actionē inferiorū; vt ad frigefaciēdū; etc.

Deniq; hanc concl. probat D. Chrys. hom. 6 in Gen. ex ijs, quæ facta sunt tribus primis diebus ante solem, *vt nulli posthac dicere liceat sine Solis cooperatione non maturescere fructus &c.*

3. Concl. inferiorum causarum actiones aliquæ pendent ab influxibus cælorū, aliquę vero non pendent; prima pars patebit ex dicendis, vbi ostendemus generationem aliquorum viuentium non posse produci à causis inferioribus sine cælorum influxibus, ob quam causam motum illum Aristoteles appellauit vitalem, & 2. phys. t. 26. Sol, & homo generare dicantur hominem, quia scilicet calor cælestis viuificus est necessarius, vt simul cum semine producant viuens, ex quo patet potiori ratione idem dicendum de ijs, quæ oriuntur ex putri, & aliorum, vt sunt metalla, quæ nō habent in inferioribus sufficientem causam, cui huiusmodi effectus tribui possunt, nā ob id cælo vt causæ tribuuntur, vt infra. 16

16 Actiones aliquæ pēdent aliquæ non pendent.

2. pars prob. ex ijs effectis, qui habent sufficientem causam in inferiotibus, vt dum ignis stuppæ applicatus præciso omni cælorum influxu, illam combureret nam non apparet cur necessarius sit cæli influxus, cū nō egeat virtutis augmento, ad illū effectū, & ratio à priori est, quia sicut inferiora non subordinantur cælorum inflxibus, quoad entitatis conseruationem, ita neque quoad actiones, nam non minor est imperfectio pendere essentialiter quoad agēdū, quā quoad substantiā, & entitatem, nec ex parte

cæli esset minor perfectio subordinare sibi oẽs actiones inferiorum, quã eorum substãtiam, vnde vnio animæ rõnalis cum corpore cælestibus influxibus supponitur, & tamen operationes propriæ illius non supponũtur. Confir. quia huiusmodi necessitas non põt oriri ex parte virtutis, & effectus cum adæquentur in perfectione, neq; ex parte actionis, quia hæc ponitur positis sufficienti materia, & agente, cum concursu causæ primæ, neq; afferre possunt rõnem, cur agens illud non sit sufficiens, nã virtus motiua hominis, v. g. ita nunc est sufficiens ad mouenda mẽbra, ac erit post diem iudicij, at tunc mouebit membra ad loquendum, progrediendũ, &c. ergo.

17 Quomodo cessabunt actiones inferiorum cessante motu cæli.

4. Concl. cessantibus influxibus cælorũ, non statim cessarent inferiorũ actiones, sed cessante motu, cessarent actiones paulatim.

Prima pars, quia illæ actiones, quæ nõ pẽdent ab influxibus, non est cur debeant cessare, quia conseruarentur earũ principia, nã non possent destrui ex cælorum influxibus, cum non sint, nec ex alijs causis nisi sint potentiores, vt in hoc statu rerum sit.

2. pars optime prob. ab Heru. & alijs, quia si sol staret paulatim oĩa exigẽtia frigiditatẽ deficerẽt, imo oĩa mixta, ac viuẽtia nimio calore interirent, & vbi frigida dominarentur oĩa calida, vel calorem exigentia deficerent nam corrupto temperamento exigito à formis corrumpuntur formæ, & quia actiones fiunt inter dissimilia, neq; esset actio elementorũ, quia oĩa in vno hemisphærio essẽt calida, & sicca, & in alio frigida, & humida, atq; adeo oĩa essent assimilata, inter quæ poterat esse actio.

Ex quibus patet cur motus cælestis dicatur horũ inferiorum vita, quia iuuat ad temperandos cælestes influxus iuxta exigentiam singularum naturarum.

2. patet cur mundus inferior dicatur regi & gubernari à cælorum lationibus. s. quia partiuntur cælestes influxus, vt exigit huius mundi conseruatio.

## ARTICVLVS IV.

*Soluuntur argumenta primæ Opinionis.*

18 Causæ vniuersalis quotuplex.

AD 1. Resp. causam vniuersalem, & primã vario modo accipi. Primo dici vniuersalẽ simpliciter, cuius cõcursus est necessarius ad oẽs effectus inferiorum, & huiusmodi nõ est cælum, sed solus Deus. 2. vniuersalem sm̃ quid. i. quia cõcurrit ad plures effectus, cũ causis concurrentibus ad determinatos effectus, non tñ ad oẽs, & huiusmodi est cælum, cuius concursus est necessarius ad certos effectus cũ causis inferioribus, vt ad generationẽ animalium, & similiũ, vt infra, vnde cessante motu, & influxu cessarent illi effectus, non tñ alij. Ex his causam primam adhuc dici dupliciter. Primo simpliciter, & conuenit solum Deo. 2. sm̃ quid, & cõuenire põt non solum cælis, sed ẽt inferioribus, qñ habent subordinationẽ inter se quoad aliquos effectus, cælum aũt non est causa prima respectu omnium effectuum, sed determinatorum, vt v. g. est causa prima caloris, quia causat calorẽ mediante lumine à se ꝑductos inter has aũt acceptiones nõ solũ ẽ discrimẽ quoad vniuersalitatẽ effectuũ, sed ẽt quoad modũ concurrendi, nã cõncursus causæ vniuersalis, & primæ simpliciter est ita necessarius ad actiones singulorum, vt implicet poni concursum causarũ particulariũ, & secũdarum sine concursu causæ vniuersalis, & primæ; at vero concursus causæ vniuersalis & primæ secundũ quid, cum causis determinatis ad effectus non est ita necessarius, qn suppleri possit per alium concursum, vnde aũt oriatur hæc necessitas, dicetur cum de concursu vniuersali, & generali, vbi ostendemus non oriri solũ ex parte effectus, vel virtutis, sed ex ipsa ratione actionis, quæ vt habet rationem entis, ita exigit concursum primi entis, non sic aũt concursu cælorum, & similium. Hinc patet quid dicendum sit de subordinatione causarum inferiorum respectu cælorum, simpliciter negatur subordinari essentialiter, quia sic nulla ratione posset poni actio à causa inferiori sine concursu cælorum, nam ex Arist. 2. met. t. 6. *si primum non est, omnino nulla causa est* sed inferiora subordinantur cælis, vel accidentaliter, quatenus eorum actio pẽdet à concursu alicuius causæ ꝑductæ à cælis, etiam si cæli oõ essent, vel proprie non est subordinatio nisi secundũ situm sed indigent inferiores causæ concursu cælorum, vt causæ partiales ob insufficientiam virtutis, nam subordinatio est inter virtutes, quarum singulæ sunt sufficiẽtes in suo ordine, & hinc causæ partiales cũ habent inter se subordinationem, vt alibi fuse.

Causa prima duplex.

Ad 1. conf. resp. ꝑpositiones illius discursus nullam habere connexionem cum consequenti, nã ẽt si cõcedatur cælos esse magis actuales, quã inferiora, non sequitur inferiora pendere à cælis, sed ad summum cælos esse magis actiuos, quam inferiora, sicut inter animalia homo ob maiorem perfectionẽ formę est magis in actu, quam cætera corporea non tamen sequitur cætera pendere ab influxu hominis, & rõ quia actio sequitur quidẽ actum tñ sibi proportionatum, & sicut vnus actus nõ est subordinatus alteri, ita neq; vna actio est subordinata actioni alterius. 19

Deinde falsũ est cælos esse magis in actu, quam inferiora, quia licet materia inferiorũ habeat potentiam magis indeterminatã, tamen perfectio actualitatis attenditur ex forma, at forma aliquæ inferiorum sunt perfectiores formis cęlorum.

Ad

Ad 2.Conf. resp.dici vitã, quia vt dixi per motum contẽperãtur influxus causarũ, ꝑut exigit conseruatio vniuersi, pter q alius ẽ sensus,vt infra. Hinc similitudo cordis nõ est in omnibus vera, quia l. similia sint,q sicut ex motu cordis conseruatur vita,ita ex motu cælorũ conseruatur vniuersum, tñ est maxima diuersitas in modo conseruandi, & mõ depẽdentiæ;nã cessante motu cordis statim cessaret vita animalis, at non statim cessarẽt species vniuersi cessante motu cælorum, sed tẽporis progressu,vt dictum est,2.quia à motu cordis pendet motus cęterorum mẽbrorũ stricta dependentia ex Arist. at nõ sic operationes aliquorum inferiorum à cælo, sed solum tamquam à concausa partiali.

Ad 3.resp.inde ꝓbari primã,3.& 4.cãlitatẽ, nam perpetua vicissitudo generationũ, & corruptionum, vnde cõseruatur vniuersum pendet à motibus cælorum, vt dixi.

20 Ad 4. resp. Dur. primũ in vnoquoq; genere sm̃ causalitatem, esse causã aliorum, nõ aũt primũ sm̃ duratione,ordinẽ,vel perfectionẽ vnde albedo non est causa aliorũ colorũ. At contra,inquit Capr.ad 1. contra 2. quia hæc glosa est derisibilis,nã idẽ est,ac si diceret, prima causa est causa, quo nihil magis ridiculũ nec instãtia ex albedine, nã formale cõstitutiuum albedinis, quæ est lux,est causa cæterorum colorum. Resp.2.Arg. primũ in vnoquoq; genere esse causã,non quoad esse simpliciter,sed quoad esse mensuratũ, sicut igitur cessante albedine, quæ est mensura colorum,nõ cessarent alij colores,quoad esse simpliciter, sed solũ quoad esse mensuratũ, ita in proposito &c.Sed cõtra, qꝫ Arist.2. met. t. 4. loqtur de causa quoad esse simpliciter, & affert exẽplũ ignis,qui est causa calidorũ.

*Primum in vnoquoq; genere quomodo dicatur causa cæterorum.*

Ego resp.1. Arist.non afferere illã ꝓpositionẽ,vt alij falso putant,sed potius aliam.s. illud,q est causa,vt alia sint talia,est maxime tale,vt alibi dixit, ꝓpter q vnumquodq; tale,& illud magis; primo nã ꝓbat ignem esse calidissimum, quia cæteris hic est causa caliditatis; 2.quia ait, *Quare verissimũ est esse, q posterioribus ut vera sint causa est.* Hinc inferr principia verissima esse, vnde patet non ex primitate,vel perfectione probare cãlitatẽ.Sed contra ex cãlitate ꝓbare primitatem, & perfectionem causæ;hoc aũt est adeo certum.vt nullã habeat instantiam,sed quia alij oẽs ex illo textu colligunt propositionẽ, q primum sit causa aliorum. Resp.2.explicanda esse iuxta opinionem Dur. nam cum nõ

*Propositio illa non est Aristotelis.*

21 possit intelligi de primitate ordinis, tẽporis, & dignitatis,vt patet exẽplo Seraphinorũ, q in genere substãriç sũt perfectiores,& tñ nõ sunt cã aliarũ substãtiarũ, ideo explicãda est de primitate sm̃ cãlitatẽ sicut neq; ridicula est illa propositio qd quid à cã causæ est cã eius, & qua probaretur oẽm iurisdictionẽ deriuari à Rege in quo primo inest,quia explicatur veritas,quod in ordine plurium causarum, illa quæ est inter illas prima. est causa cæterarum cãlitatum,non quidem immediate,sed mediate. Sed quia explicatio Argẽtinę quoad rõnem mẽsurandi est magis vniuersalis,ideo non est reicienda; nam cætera dicuntur magis,vel minus calida, vt magis, & minus accedunt ad calorem igneum,præsertim cũ exẽplum ignis explicatum de cãlitate effectiua,sit falsum, nam non est causa effectiua aliorum omnium calidorum, cum multa sint calida ex vi luminis, & motus,vt alibi. Quod aũt Capr. docet de luce, nec est ad mentẽ Arist. nec verum; nã lux distinguitur specie ab albedine,imo in genere immediato colorum,cum non sit proprie color,& magis falsum est, lucẽ esse formalem rõnem colorum;nã licet coloribus sit necessaria lux non tñ est causa formalis; nã alioqui colores indigeret cõseruãte,sicut exigit lumẽ. Resp. 3.motum cæli esse quidem priorẽ duratione cæteris;at neq; est prior dignitate, & perfectione cæteris simpliciter, sed sm̃ quid, nam alteratio,vel generatio est perfectior, cũ habeat perfectiorẽ terminum, à quo specificatur motus,dicitur aũt perfectior sm̃ quid,qa inter locales est perfectior, cũ sit circularis, sed hæc perfectio non dat actiuitatẽ, vt patet,neq; q Capr. Resp.ad 2.docet,vllam vim habet; nã petit principium afferens motum localem esse causam generationis, & alterationis,nisi forte per accidens .i. vt approximãs. Et ex imperfectione subiecti colligitur perfectior maior motus; nã affert maiorem perfectionem plus indigenti,& omni perfectione spoliato, vnde cum subiectum motus localis sit perfectissimum, minorẽ motus localis adducit perfectionẽ,neq; motus localis est finis alterationis,& generationis, sed potius contra,cum motus cęlorũ ordinetur ad rerum ordinatam generationem,& cum idẽ sit terminus actionis, & effectus, non est cur Capr. dicat perfectionem actionis non ex termino, sed ex effectu mensurari. 22

Resp. 4.ẽt si primũ in genere esset cã aliorum, non sequitur motum cæli esse causam omnium motuum, sed tantum localiũ,quia cæteri non sunt eiusdem generis cum motu locali, cum hic pertineat ad vbi,& alteratio ad qualitatem, & auctio ad quantitatem, & sic de alijs. Resp. Capr. esse diuersorum genera prædicamentalium quoad materialia id est,terminos,non tamen genus sic accipitur, sed vr significat aliquid proportionale, quomodo omnia vera dicuntur vnius generis, nã motus quoad formale est genus qddam proportionale ad omnes motus.

*Motus cæli est primus inter locales.*

Sed contra, quia sic accepto genere propositio est omnino falsa,nam pes est quid ꝓportionale ad pedes hominis animaliũ,mõtis & scãni, & tamẽ primũ in genere pedali sm̃ perfectionẽ non est cã cætarorũ,& idẽ dicitur de primo in genere ꝓportionali ad os se piũ,& spirã ex Arist. quare huiusmodi ꝓpositio nullã põt habere veritatẽ in hoc sensu.

Dices oẽs motus reducuntur ad cælestem ex 8. Phys.initio,vsq; ad t.45.vt in cãm perpetuitatis illorũ, ergo ex ablato remouẽtur

omnes. Resp. Her. ad 3. omnes motus naturales secundum cursum, qui nunc est, reduci in motum cælestem, nam per illum causæ applicantur ad illos edendos, non tamen ad illum reducitur omnis motus, qui esse potest secundum quæcumq; cursum, quæ vt intelligantur, sequenti declaratione id est explicandum.

## DVBITATIO III.

*Omnis transmutatio naturalis inferiorum reuocetur in causam cælestem.*

### ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 *Motus naturales, & liberi.* Primo motus alios esse naturales, qui .f. sunt à causa naturali, & naturaliter agēte, vt ignis stuppæ, alios esse liberos, qui .f. sunt à potentia libera, siue sint eliciti, siue imperatiui, vel applicatiue, & qua agens liberum potest esse vel spirituale vt Angelus, vel corporeum vt homo, non est disputatio de operationibus Angelorum, sed de ijs, quæ sunt à corporeis agentibus.

*Reductio directa, & indirecta.* Secundo Not. hanc reductionem posse intelligi dupliciter. Primo directe, & esse posse in illis, quæ directe subijciuntur influxibus cælorum, vt sunt actiones agentium naturalium, naturaliter agentium.

Secundo indirecte, & esse potest dubitatio respectu illorum, quæ illis influxibus indirecte subijciuntur, vt dicūt de actionibus liberis siue intrinsece, siue extrinsece, vt infra.

2 *Causa particularis, & vniuersalis.* Tertio Not. causam aliam esse particularem de qua dixi alibi, aliam vniuersalem, quæ diuiditur in vniuersalem simpliciter, & est ad omnes effectus, & actiones inferiorum agentium, & vniuersalem secundum quid, & est ad aliquos effectus causarū particularium, vel quoad aliquem modum effectuum particularium causarum, vt est v. g. perpetuitas, ordo, & similia.

*Subordinatio essentialis, & accidentalis.* Quarto Not. subordinationē vnius causæ ad aliam posse esse essentialem, & accidentalem; essentialis est, quæ oritur ab intrinseca indigentia rei subordinatæ respectu agentis, cui subordinatur, & talis est subordinatio causarum creatarum respectu Dei, & primæ, & vniuersalis causæ, vnde fit vt nō possit talis indigētia suppleri per aliud agēs, quia determinate respicit tale agens. Accidentalem appello, quæ non oritur ab intrinseca indigentia respectu talis agentis, determinanti, sed est respectu alicuius agentis vage, vnde fit vt suppleri possit per varia agētia, & talis est subordinatio inferiorum respectum cælorum, nam influxus, qui est à cælis non solum potest suppleri à Deo, sed etiā ab alijs causis habentibus similes virtutes actiuas, & quia hæc subordinatio accidentalis potest esse, tum quoad substantiam effectus, tū quoad modū aliquem, ideo alia est subordinatio accidentalis quoad substantiā, alia quoad modum.

### ARTICVLVS II.

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio negat transmutationē omnem inferiorū reuocari in cælos, vt causā. 3 *Negatur, & pbatur trāsmutationes inferiorū reuocari ad cælos vt causā.*

Primo, ex parte actionis, quæ non potest vna esse à duobus agentibus, quia multiplicatur ex agentibus, ad quę refertur, at si esset talis reductio, eadē actio esse à duobus, quia esset ab agente inferiore, & cælo. Resp. concedi esse ab vno immediate, & ab alio mediate. Sed cōtra, quia causa prima immediatius attingit effectum, quā secunda, quia hęc agit in virtute primæ, at cælum concurrit cū inferioribus, vt causa prima in genere corporum, & cū constet causam secundā concurrere immediate, sequitur eandem actionem esse immediate à duobus agentibus. At replicant concedendo agere immediate quoad virtutē, sed nō quoad situ, quia hæc immediatio conuenit solum inferioribus. Sed cōtra instatur, quia ordo causarum ad effectus attenditur sm̄ causalitatem, at hęc attenditur ex ordine sm̄ virtutē, non sm̄ situm quantitatis, quia hic nihil facit ad hoc, vt causa dicatur immediate, vel mediate agere, nam sm̄ illum ordinem attenditur mediatio, sm̄ quē causa secunda dicitur media inter causam primam, & effectum, at non pōt esse hic ordo sm̄ situm, quia cum inter Deum, qui est causa prima, & rem non possit esse medium sm̄ quantitatis situm, Deus nō ageret aliquid mediante causa secunda contra sensum omnium. ergo ordo sm̄ situm non attenditur, quia nō facit ad mediationem, vel immediationem causæ, & effectus.

2. Prob. ex parte causæ; nā vbi adest causa sufficiens ad effectum, nō debet poni alia cā, quia natura vt non deficit in necessarijs, ita refugit superflua, sed respectu alicuius effectus datur cā inferior sufficiens, vt ignis producens ignem; ergo non est ponenda alia .i. cælum; Minor pb. quia vt sequatur effectus non requiritur aliud, nisi aliquid in actu habēs perfectionē virtualiter cōtinēte effectū, & aliquid quod sit in potētia, at hic sunt hęc omnia. Resp. cōcedendo ignem habere perfectionem adæquatā effectui, at eius formā, cum sit in materia, non posse agere sine cælo. Sed contra, tum quia vt ignis habet formā in materia, ita & cælum, ergo si cælum pōt, ita & ignis; tū quia 7. Met. t. 28. simile fit à simili, vnde concludit non dari ideā separatā, sed formā existentē in materia cōcurrere ad effectum; tum 3. quia vnicuiq; conuenit agere, vt est in actu, at talia sūt inferiora per formam. Resp. 2. nō esse necessitatē ex insufficientia virtutis, sed ex defectu finis, nā cū oēs agens agat pter finē, & inanimata non cognoscant finē; ergo debet inferiorū actio reduci ad cælū; nā licet cælū sm̄ suā substātiā non cognoscat finē, tñ vt est motū ab intelligentia dirigitur ad finē, atq; adeo inferiora cælis supposita, diriguntur in finem ab intelligentia non errante. 4

Tertio

Tertio prob. ex parte materiæ; nam dispositio materiæ fit per transmutationem, sed dispositio non est à cælo, quia impediēs effectum non est à causa productiua effectus sed talis est dispositio materiæ, quæ quādoq; impedit effectum virtutis cælestis.

5 Quarto ex parte cæli, quia vel agit per formam corpoream, & non, nam cum inferiora habeant etiam formam corpoream, nō est cur reducantur ad cælum, vel per incorpoream, & neque, quia cum cælum sit corpus, virtus cæli non potest esse forma incorporea, præsertim subsistens, vt alibi.

Confirmatur, quia tale per essentiam non reducitur ad tale per participationem, sed potius contra, at inferiora mouentur secūdum essentiam, non sic cælum, ergo transmutatio inferiorum non reducitur ad cælū.

Confir. 2. tale per se non reducitur ad tale per accidens, sed potius contra, sed motus per se conuenit inferioribus, non cælo, quia cum hoc, secundum vltimam sphærā, non sit in loco per se, non potest localiter per se moueri.

Confirmat. 3. omne agens est simul cum passo, in quod agit, sed cælum nō est simul cū inferioribus, cum ab illis distet; ergo non potest agere in inferiora, siue per se solitarie, vt in generatione animalium ex putri, siue cum alio, vt quæ generantur ex semine. Neque dicas sufficere esse simul per medium receptiuum virtutis, quia cum orbes inferiores non sint capaces qualitatum alteratiuarum, non possunt esse medium aptum coniungendi cælum cum his inferioribus. At respondent esse capaces luminis, quod diffusum per medium, vsq; ad inferiora, in his producit qualitates alteratiuas.

Sed contra, tum quia lumen habet in medio esse intentionale, at habens hoc esse, non potest esse causa realis transmutationis, tum lumen producere quidem poterit calorem, at non alias qualitates.

Confirmat. 4 quia cælum est minus actiuum, quam inferiora; ergo inferiora non possunt reduci in cælum, vt causam, quia maius non reducitur ad minus. Antecedens prob. nam quo aliquid magis recedit à similitudine primi agentis, eo est minus actiuum. sed cælum magis recedit cum sit cōpositum, & corporeum, & corporum maximum.

Confirm 5 omne agens per suam actionē primario intendit sui similitudinem; ergo cælum agens in inferiora produceret formā cælestem, neque dicas determinari ab inferioribus ad formas inferiores, nam in omni actione intenditur effectus principalis agentis, cuiusmodi esset cælum respectu agentiū inferiorum.

Confir. 6. quod est causa per se corruptionis, non est causa per se generationis, at cælum est huiusmodi, nam causat per motum, qui ex 4 phys. tex. 127. est per se causa corruptionis.

Quinto, ex parte effectus; nam effectus inferiores habent difformitatem, ergo non possunt reduci in cælum habens vniformitatem, quia idem vt sic causat idem, & non difforme. 6

Confirm. in diuersis regionibus oriuntur diuersi effectus, ergo non sunt à cælo, quia cum hoc contineat omnem regionem, debet continere omnes effectus, qui sunt in illis, debet habere generalem influxum ad omnem regionem.

Confirm. 2. nam homo est inter effectus inferiores præstantissimus, sed homo non supponitur actionibus cæli, neq; quoad animam, vt patet, neq; quoad corpus, nam vt motor cælorum non influit in potentias animæ rationalis, ita neq; cælum in corpus.

Respondent, motorem orbium non ita se habere ad motorem corporis humani, vt cælum ad corpus humanum, nam motor corporis humani magis excedit suum mobile, quam intelligentia cælum; Sed contra, quia intellectus, & voluntas, quibus mouetur corpus humanum, sunt accidentia, quæ sunt imperfectiora, quam quælibet substantia, at intelligentia est substantia, ergo est magis perfecta quam suus orbis mobilis, quam sit intellectus &c. respectu humani corporis, & tamē intelligentia nihil influit in potētias rationales, ergo neq; cælum in corpus.

Confir. 3. quia si cælum haberet vniuersalem influentiam in inferiora deberet magis agere, quam inferiora, cum causa superior magis agat, quam inferior; ergo produceret animam rationalem; nam cum inferiora producant dispositiones, cælum deberet producere formam substantialem, quæ est anima rationalis, quod est absurdum.

Confirm. 4. quia effectus nobilioris agentis non debet reduci in causam ignobiliorē, sed effectus, qui sunt ab anima sunt à causa nobiliori, cum animata sint nobiliora cælis, ergo idem dicendum de alijs. Respondent cælum agere vt instrumentū nobilioris causæ, .s. intelligentiæ. Sed contra, causa applicans virtutem actiuam non est principalis causa effectiua, sed intelligentia est causa applicans per motum virtutes actiuas celestes, ergo intelligentia non est principalis causa, nec cælum eius instrumentum.

7 Secunda opinio est dicentium omnē motum, & mutationem naturalem inferiorum reduci in motum cælestem. Primo ex Arist. 8. Phys. initio ad t. 52.

Omnem reuocari ad cælum vt causam.

Secundo, probatur ex perpetuitate generationis, & compositionis; nam generatio, & corruptio perpetua inferiorum debet reduci in causam difformem, perpetuam, & naturalem, vt patet ex proportione requisita inter causam, & effectum, sed hæc causa nō est nisi cælum; ergo.

Minor probatur, nam effectus perpetuus debet habere causam perpetuam, at hæc nō potest esse perpetua, nisi vel per successionē infinitorum generabilium, & corruptibiliū,

ergo per vnam perpetuo existentem, cuiusmodi est solum cælorum existentia, non primum, quia vel pendet ex infinitis generationibus &c. & non quia nullus effectus potest per se pendere ab infinitis causis, quia infinita non possunt per se intendere vnum effectum, cuiusmodi est perpetuitas generationi, quia vel pendet ex finitis, & neq; qa finitæ generationes tandē finiuntur, ergo nō potest esse causa perpetuitatis, nisi adsit vna causa perpetua. At hæc non est agens liberum, tū quia generationes, & corruptiones inferiorū videntur prouenire secundum quandam necessitatem naturæ, tum illa causa esset Deus, vel Angelus, non Deus, quia licet possit, tamen nō gubernat, & vult agere omnia immediate, sed multa per causas secundas, inferiore per superiora regendo; Neq; est Angelus, quia materia non obedit immediate Angelo in ordine ad formam, nisi ad vbi, ergo oportet ponere agens naturale, hoc autem debet esse difforme, nam vniforme vniformiter se habens, etiam si possit plura disparata, non tamen contraria, vt est generatio, & corruptio, quare debent reduci in cælum, quod est perpetuum, & habet difformitatem secundum varios motus, & varias virtutes partiū; Respondent in hac ratione supponi perpetuitatem, quæ nulla est, neq; à parte ante, neq; à parte post. Sed contra, quia licet post diem iudicij cessabunt generationes, &c. in si cursus spectetur, vt nunc est, ex natura esse posset perpetuus, atq; adeo debet in natura dari causa illius perpetuitatis.

8 Tertio, ex qualitatibus deseruientibus mutationibus naturalibus, q̄ sunt quatuor primæ qualitates, sed omnes hæ qualitates reducuntur in cælum, vt causam, ergo. maior prob. nam ex his pendet generatio, & corruptio inferiorum, cum sint dispositiones, & ex ijsdem pendet omnis alia mutatio, nam omnis vel est ad formam, & est necessaria aliqua ex his, vel ad locum, & cum hic consequatur formam acquisitam, ex ijsdem qualitatibus pendebit, ex quibus pendet acquisitio formæ.

Minor probat. ex situ, nam per diuersas virtutes stellarum, & diuersum accessum, & recessum illarum causari experimur in inferioribus calorem frigus humorem, & siccitates, neq; dicas id verum de aliquibus, sed non de omnibus, quæ habent causam in inferioribus; nam secundum cursum naturæ calor v. g. non fit nisi ab aliquo formaliter calido, vel virtualiter, sed formaliter calidū non potest esse per se causa caloris, secundū totam suam speciem, quia esset causa sui, ergo oportet productionem caloris per se reduci in causam æquiuocam, cuiusmodi est cælum per suum lumen, & idem dicitur de alijs qualitatibus, ita Heru. q. 5. de materia cæli Iauel. 12. met. q. 13.

Aliquas reuocari, aliquas non. Tertia opinio est dicentium, sicut nō omnes actiones inferiorum pendent à motibus, vel influxibus cælorum, ita neq; est necessarium omnia inferiora reduci ad cælos, vt ad sui causam, sed sicut aliqui effectus inferiores pendent solum à cælis, vt sunt causæ particulares, vt illuminatio elemētorum, & calefactio, & similia, quæ ad præsentiam solis remoto omni alio agēte fiūt, & inter hos effectus; Iand. loc. cit. ponit Galaxiam, & quæ generantur ex putri, cum ibi non sit semen, nec alia causa particularis, ex Aucr. 7. met. comm. 13. Et alij effectus pendent à solis inferioribus, nō concurrente cælo, vt dicemus infra, & alij à causis inferioribus, & cælo, vt causa, quæ gerit vicem vniuersalis, ita aliqui effectus reuocantur in cælum, vt causam particularem, aliqui vt causam vniuersalem, aliqui neutro modo reuocantur, ita Conimb. Ruu. Murtia, & alij, quos infra referremus & mihi placet cui' probatio pendet ex infra dicendis de effectibus, & influxibus cælorū.

## ARTICVL. III.

*Opinio Auctoris.*

9 Prima Conclus. non omnes effectus inferiorum causarum reuocantur in cælum, vt causam vniuersalem, patet ex dictis, non solum, quia respectu aliquorum est causa particularis, sed etiā quia respectu aliquorum nullam habet influentiam quoad eorū effectuum substantiam, vt infra. Non omnes reuocantur.

Secunda Conclus. aliqui effectus reuocātur, quoad eorum substantiam in cælum, vt causam vniuersalem, patet quia multi sunt effectus, qui fiunt à causis inferioribus concurrente cælo, vt viuentia, quæ generantur ex semine, cuius virtus non exit in actum, nisi adcuita ab influxu cælorum. Aliquos reuocari quo ad substātiā.

10 Tertia Concl. omnes effectus inferiorum causarum pendent ab influxibus cælorū quo ad aliquem modum, nam si cæli non attēperarent suos influxus per diuersos motus, corrueret status vniuersi, qui nunc est, primo enim periret perpetuitas generationum, & corruptionum; secundo, earum vicissitudo statis temporibus; tertio, moderatus ordo agendi causarum inferiorum, vt non semper calida superent frigida, nec frigida emineant calidis, & hanc probant argumenta secundæ opinionis. Oēs reuocatur quoad aliquem modum.

Quarta Concl. cælum habet rationē causæ vniuersalis respectu effectuum corporalium, non vt causa prima: sed vt causa secūda adiuuans partialiter inferiores causas. Quomodo cælū sit causa vniuersalis.

Prima pars probatur contra Iauell. 12. met. q. 13. quia depēdētia actionis à Deo est ex propria ratione intrinseca, qua omne ens sicut est participatio diuini esse, ita non potest existere sine virtute diuina; At depēdentia causarum inferiorum à cælis est extrinseca, & concomitans ex indigentia effectus exigentis in causa tantam virtutem actiuam, vt dicitur de effectu indigente duplici causa partiali, qui singulis est inadæquatus. Ex quibus patet secunda pars, quare falso Iauell. dixit, quod sicut omnia entia suppo-

ponunt ens primum .i. Deum, quo non influente omnia caderent in non ens, ita omnea motus, & actiones inferiorum supponūt primum motum cæli, quo remoto remouētur omnes, sicut remota causalitate primæ causæ remouentur omnes, fallitur, inquam, quia maximum est inter illa discrimen, vt dictum est.

Confirm. ex Scriptura, in qua narratur lucem factam esse primo die, & diuisisse diē à nocte, idq; certe per motum, deinde tertio die terram germinasse, & fecisse fructū, &c. & tamen tunc nullus erat vel motus orbiū, vel astra, quia hæc facta sunt die quarto, ergo actionęs inferiorum non pēndent secundum se, & intrinsece à motu, & influxibus cælorum, vt recte notat August. neque illæ actiones fuerunt miraculosę, nam Deus condidit res iuxta exigentiam naturę singularum, de qua infra susius.

11 Dices Aristoteles 8. phys. t. 1. dixit motū primum esse vitam .i. fontem, & principiū vniuersale in natura existentibus.

Confirm. primo quia, inter agentia inferiora, & cælos est ordo, & connexio essentialis; qualem habent causæ secundę respectu primæ.

Resp. mirum esse viros alioqui doctos, vti illo textu ad hoc probandum cum nulla ratione faciat ad rem; primo, nam ibi non agitur de motu cæli, sed motu in communi indefinite, vt Simpl. Themist. Psell. Auicen. Alpharabius, Auempace, D. Thom. & alij, & probat Thienensis ibi.

Resp. 2. etiam ibi esset sermo de motu cęli, adhuc non est ad rem, quia ibi quærit, an motus sit æternus, quod significat illis verbis, *Sed semper erat, & semper erit hoc immortale, & sine quiete, in ijs, quæ existunt,* .i. in omnibus partibus mundi, .i. naturalibus, vt est pars elementaris, & cælestis, in quibus est æternus, in elementis quidem per successionem, vel per continuationem, & vt explicet, quomodo esset existentia æterna in ijs, quæ sunt, vtitur exemplo vitæ, dicens, motum existere in naturalibus, vt vita in rebus viuis, nam sicut vita, quæ est actus secundus, animæ quæ est actus primus viuētis ita motus, qui est actus secundus naturę definitæ per principium motus, sed sicut vita inseparabiliter, & sempiterne existens, est in rebus viuis, ita motus in rebus naturalibus; ex hoc autem non probatur motum cęli esse vitam respectu inferiorum, sed potius probatur contrarium; nam motum ait esse vt vitam quādam, per quas particulas diminuitur ratio vitę, vt metaphorice accipiatur, & neq; motus comparatur vitæ in ordine ad aliena subiecta, sed in ordine ad subiectum, in quo est; ita communiter Auerroistę, quos sequitur Bald. ibi. Resp. 3. Ceila dici vitā, quia vt ex motu cognoscitur animal viuere, & ex carentia motus, esse mortuum, ita ex motu cognoscimus ens naturale, & ex impotentia motus non esse tale ens.

Ad Confirm resp. negando esse talem cōnexionem, & subordinationem essentialem inter illa, sed solum accidentalem; qualis est inter causas partiales quoad substantiam effectuum aliquorum, vel quoad modum, vt explicatum est Art. 1. Not. 4. & addo subordinationem quoad motum localem esse inter ipsos orbes, nam omnes trahuntur à motu primi mobili, quo motu cessante, cessaret motus diurnus aliorum orbium, vt Aristoteles 8. phys. t. 35. vbi Auer. & 2. de cælo docet.

Negatur essentialis connexio, & subordinatio inferiorum ad cælum.

Quinta Concl. cælorum influxus non est nec ad aliquas actiones inferiorum, vt determinans virtutes inferiorū, sed ad aliquas vt cōprincipium actiuum est contra Henr. quodl. 14. q. 1. apud Iauel. & tribuit Auer. 7. met. concl. 31. probatur ex dictis nam licet quoad aliquas actiones, quarum habent inferiora principia sufficientia cælum non necessario concurrat effectiuè, vt ad actiones primarias qualitatum elementarium, tamen quoad alias actiones, quarum non datur principium sufficiens in inferioribus, necessario, cum nequeat assignari alia causa, debet cælum elicitiue concurrere, vt patet ex Auer. loc. cit. vbi contra Auic. ostendit, & quæ generantur sine semine, non ab intelligentia, sed à cælo produci, vt agente particulari, & ea quæ generantur ex semine putat produci tum à calore existente in semine, & virtute formatiua assistente, at hæc non est determinatiua, & regitiua solum, sed etiam effectiua generationis. Hæc autem virtus præter diuinam non potest esse alia, quam cælestis, iuxta illud Aristot. Sol, & homo generant hominem. 12

Non est necessarius vt determinās, neque vt influens.

Conf. ex argumento ipsius Henrici, qui distinguit duo genera agentium, vnum determinatum ad suos effectus, vt calor ad calefaciendum, alterum indeterminatum, vt mixtum, quod ex se non est determinatum, sed per suas qualitates actiuas, & passiuas, sed qualitates, cum sint communes omnibus mixtis non sunt ex se determinatę in aliquo, nam possunt, & aliter disponere, ergo indiget determinatione cæli, vt generent determinatum mixtum, & hæc determinatio non potest esse à cælo, nisi coagēdo, quia non determinat actionem passiue, vt patet ergo actiuè, dico hoc argumentum simpliciter non conuincere, quia posset dici cælum esse indeterminatum imo magis, quam qualitates; deinde etiamsi qualitates secundum se sint indeterminatæ, tamen vt certo modo combinantur sunt determinatę & secundū hanc combinantionē cōcurrūt ad hoc mixtum, & secundum alium ad aliud mixtum; tamen ad hominem est cōuincens, sed de vi huius apparebit infra.

A R-

## ARTICVL. IV.

*Soluuntur argumenta Aduersariorum.*

12 Quomodo vna actio sit à pluribus agentibus.

AD argumenta primæ opinionis non est cur respondeamus cum nobis faueant, quatenus tamen possunt obstare, & vt explicetur doctrina exigita ab illis. Respondemus vnde.

Resp. Heru. posse vnam actionem esse ab vno mediate, & ab alteru immediatè precipuequando in effectu est duplex ratio, vt in his inferioribus est perpetuitas, & variatio ad replicam, Resp. causam primam immediatius attingere effectum per suam causalitatem, quam causa secunda per suam, at secūda immediatius quatenus virtus prima causat, & eius influxus prius recipitur in cā secunda, quam in effectu causæ secundæ, & licet ordo immediationis inter agentia vniuersaliter non attendatur secundum quantitatis situm, sed secundum causalitatem, qualis ordo est hic vt dictum est, tamen inter corporalia agentia attenditur etiam secundum situm, nam cum eorum virtutes actiuæ, & passiuæ, sunt in subiecto quanto ordinari pussunt etiam secundum situm.
Sed hæc doctrina indiget examine, cum immediatio agentis possit esse secundum virtutem, & secundum suppositum, de qua renos alibi plura diximus, ideo Ego resp. posse eandem numero actionem esse à duobus agentibus partialibus, vel à duobus totalibus subordinatis, quia sunt diuersi ordinis vnde licet actio specificetur ab agente, tamen sicut in alijs relationibus specificatiuū adæquatum, ita hic est attenditur agens adæquatum, cuiusmodi sunt duo partialia eiusdem ordinis, vel duo totalia diuersi ordinis.

13 Non est necessarius cō cursus cæli ad effectus, qui sufficiēter sunt in virtute causarum inferiorum.

Ad 2. resp. recte probari causas inferiores non indigere influxu cælorum ad effectus, ad quos habent virtutem sufficientem, nisi quoad aliquem modum, vt dixi, sed indigere quoad affectus ad quos habent insufficiētem virtutem, tum quoad substantiam, quā quoad modum; neque obstat quod illa virtus sit sufficiens in genere causæ particularis sed hæc semper indiget concursu causæ vniuersalis, nam huius vniuersalis concursus, necessitas est respectu causæ simpliciter vniuersalis, cuiusmodi est prima causa, Deus non autem respectu causæ vniuersalis secūdum quid cuiusmodi est cælum respectu aliquorum, vt dictum est, neque est necessariū, vt detur inter agentia corporea vnum potēs producere omnes species inferiores, quia hoc pertinet ad perfectionem Dei, qui est auctor totius naturæ, & excedit perfectionem agentis corporei, & deinde etiam si daretur tale agens non tamen necessario debet concurrere cum quolibet efficiente, non producente totam speciem, sed indiuidua aliqua illius speciei, nam inde per accidens produceretur, & conseruarentur species, neque hinc fit posse idē producere seipsum quia producendo vnum indiuiduum, non producit totam speciem adæquate secundū suam potentialitatem, quare actio illius agētis esset necessaria quando non adest causa particularis sufficiens ad effectum.

Quomodo fit propter finem.

Ad aliam probationem sumptam ex fine Resp. etiam si agentia naturalia non cognoscant finem, tamē operantur propter finem ex pondere naturæ sicut graue descendit ad centrum, etiam si non cognoscat centrum Conf. nam sicut aduersarij dicunt cælum agere vt instrumentum agentis per cognitionem scilicet intelligentiarum, ita dicendum est virtutes naturales agere vt instrumenta Auctoris naturæ, qui tales virtutes rebus tribuit, & idem dicitur de operationibus animalium, quæ licet cognoscant rem, quæ est finis, non tamē formalem rationem finis, habitudinem eorum, quæ sunt ad finem.

14 Ad 3. resp. aliquam dispositionem materiæ esse à cælo, sed per se non impedire effectum cælestis influxus, à quo est talis dispositio, sed aliquando impedire effectum influxus alterius orbis, quia vt in inferioribus ita in orbibus cælestibus sunt diuersæ virtutes.

Ad 4. resp Heru. agere per formam corpoream dū regulat inferiora, non vt est corpus sed vt talis, per quam influit, & deducitur per motum ad varias partes.

Ad 1. conf. resp Heru. tale per participationem reduci ad tale per essentiam in genere efficientis, quando est tale per essentiam quæ dicit perfectionem simpliciter vt iustū per participationem ad iustum per essentiā at non ita quando tale per essentiam est cū imperfectione, vt iniustum, & moueri, nam quod est iniustum per participationem, vel motum per participationem, non est necessarium reduci ad iniustum, & motum per essentiam, vt in causam efficientem, nam imperfectum per essentiam est magis imperfectum, quam imperfectum per participationem.

Ego resp. quando pertinent ad eādem ordinationem tale per participationem reduci ad tale per essentiam, vnde quod est mobile secundum essentiam, est etiam mobile secūdum accidentia, & subiectum dicitur iniustum per participationem ex iniustitia, quæ est talis per essentiam.

Ad secundum resp. Her. eodem modo scilicet propositionem habere locum in ijs, quæ dicunt perfectionem, non autem in ijs, quæ dicūt imperfectionem sicut est moueri.

Resp. 2. negando minorem, quia motus localis per se cælo conuenit, quia licet non conueniat esse in loco prime; & per se, sed secundario, & per accidens .s. ratione partium, tamen conuenit motus per se, vt secundum diuersas partes influat in inferiora.

Resp. tertio hinc probari ad motū cælorum non reuocari omnes motus inferiores secundum eorum substantiam, quod nos

cun-

concedimus, sed non probari non reuocari secundum aliquem modum cum perpetuitas, & vicissitudo generationum per se perdeat à motu cælorum, qui per se ordinatur ab auctore naturæ ad hunc effectum, neque .n. motus localis per se, requirit loca scilicet superficiem corporis ambientis, sed spatium imaginarium, de qua re fusius tract. de motu locali.

15 Ad 3. Resp. cælum agere per suas qualitates, vt per lumen, & influentias diffusas per medium, à quibus oriuntur in inferioribus qualitates elementares, & mixtorum, & falso lumen dicitur habere esse intentionale in medio, & etiā si haberet, non sequitur nullū esse reale habere per quod possit producere ea, quæ habent realitatē perfectam si non virtute propria, saltem vt est instrumentum cælorum, ita Heru. ad 28. vbi ait alias qualitates produci per alias influentias, & agens corporale, debet quidem tangere contactu quantitatiuo passum, in quod immediate agit, at id in quo agit mediate satis est tangere contactu virtuali per virtutes diffusas per medium.

*Quomodo cæli agent in distans.*

16 Ad 4. Resp. agere magis accipi potest dupliciter, primo intensiue secundum gradus eiusdem qualitatis, vel secundum perfectionē essentialem. Secundo extensiue, vnde licet aliqua causa inferior, quia nobilior, vel magis approximata possit agere magis intensiue, quam cælum, non tamen extensiue, quia ad plura se extendit actio cæli, quam inferiorum agentium. Ad prob. Resp. recessum à primo agente posse intelligi dupliciter. Primo quoad similitudinem formalem, quæ attenditur secundum prædicata, quę formaliter cōueniūt extremis, & sic corporalia magis recedunt à similitudine Dei, quam spiritualia, vt patet, quia magis composita. Secūdo, quoad similitudinem virtualem, quæ attenditur secundum virtualem continentiā, & hæc potest esse maior in corporeis, quam spiritualibus, nam corporea possunt producere & substantiam, & varias qualitates, quæ non possunt spirituales substantiæ, vnde negatur esse magis actiuum, quod similius formaliter sed quod est similius virtualiter.

*Magis agere intensiue, & extensiue*

17 Resp. secundo negando cælum magis recedere à primo ente, quam cætera corpora nam cælum ob carentiā potentiæ substantialis est magis actuale, quam inferiora composita ex materia habente potentiam ad plures formas, quare ex hac parte potest esse actiuius, & quia in maiore corpore est maior virtus; cælum quia omnium maximum, habebit maximam virtutem, quia tamen multi putant deficere in perfectione, comparatū animatis, ideo eius actio non est perfectior substantialiter, vt infra, Hinc ex Her. minima actiuitas non conuenit corpori, vt recedit à primo per compositionem, sed vt recedit per potentialitem, quia ratio agendi est ab actu 3. phys. 17. & 9. met. 20. Vnde similiter ratio impeditiua actionis, & productiua passionis, est à potentia, cui opponitur actus, non compositio, nam huic opponitur simplicitas, simpliciora autem non sunt secundum se magis actiua, alioqui materia essent magis actiua, quam compositum ex Heru. ad 27.

Ad quintam resp. Her. maiorem esse veram de agente, quod agit per formam virtualem, nam introductio formæ, quæ continetur virtualiter in principali agente, intenditur principaliter, sed non necessario est vera de agente quoad formam, per quam est formaliter tale, quia non intenditur semper consimile in specie, nisi sit quoad speciē agens etiam virtuale. Hinc ex actione cælorum non intenditur forma cælestis, quia hæc nō cōtinetur virtualiter, sed forma inferiorum, quia hæc continetur virtualiter. 18

Resp. 2. maiorem esse veram, quando forma principalis agentis est generalis, aliter non est vera; sed non satis intelligo, quid significet per formam generalem, cum appareat agens vniuocum assimilare sibi passum in forma specifica.

Ad sextam conf. resp. primo motum dici causam corruptionis, non quidem subiecti in quo est, sed quoad suas partes, quæ sunt in subiecto, nam subiectum amittit esse his vel ibi dum mouetur, quare motus cæli in his inferioribus non erit magis causa corruptionis, quam generationis. 19

*Quomodo motus dicitur causa magis corruptionis, quam generationis.*

Resp. secundo motum non dici causam per se corruptionis, sed esse magis corruptionis, quam generationis, non secundum quamcunque sui rationem, sed vt est recessus à termino, nam vt est accessus ad terminum, qui principaliter intenditur, potius est causa generationis. At inquies cum per se sit causa per se vtriusque, & magis intenditur accessus, cur motus dicatur magis causa corruptionis. Resp. quia recessus semper est à forma determinata existente in subiecto, non sic autem accessus, quia subiectū non potest habere nisi vnam formam in actu vt v.g. albedinem, at in potentia potest habere plures, nā motus ab albedine pōt termi nari ad nigredinem, rubedinem, viriditatem, &c.

Ad 5. arg. Resp. difformitatem inferiorū posse causari à cælo, dupliciter. Primo, ratione diuersarum virtutum, quas habet in diuersis partibus, & stellis. Secundo, ratione diuersi motus, per quos eædem virtutes applicantur, nō solum diuersis partibus, sed eidem diuerso modo, videndus Heru. q. 7. de materia celi, dum disputat quomodo difforme reuocetur ad vniforme. 20

*Difformitas sic à cælo.*

Ad 1. Confirm Resp. licet totum cælum circumdet totam terram, & regionem elementorum, tamen circundat eam per suas partes, habentes diuersas virtutes respicientes diuersa loca, & ideo producit diuersos effectus in diuersis partibus, vnde influxus cæli extenditur ad omnem regionem, sed nō singuli influxus ad singulas regiones.

Ad

Ad 2. Resp. 1. negando consequentia, nā ex eo, quod cælum non influit in præstantissimam speciem, non sequitur non influere in species inferiores, quia qui potest in maius, potest in minus, non tamen contra.

Resp. 2. negando cælum non influere in hominem cum, ex Aristotele, sol, & homo generent hominem: Neq; ex eo, quod motus cæli non influat in animam, sequitur cælum non influere in corpus, neq; motor cæli ita se habet ad cęlū mobile, vt anima, quæ est motor corporis, nam ille non informat, vt anima informat suū corpus, & ratio, quia corpus supponitur motibus, & influxibus cælorum, anima vero cum sit spiritualis per se, & directè non supponitur. An autem indirectè dicetur infra. vide Heru. ad 19.

21 Ad 3. Confirm. Resp. concedendo cælum magis agere intensiue, & extensiue, quam semen in generatione hominis, non tamen sequitur producere animam rationalem, quia illa maioritas agendi est quoad ipsasmet dispositiones tam magis cooperando, tam circa plura, subiecta, quam semen, non tamen circa plures formas diuersi generis, vnde agit illuminando, alterando alimentum, & similia, quæ non facit semen.

Ad 4. Confirm. Resp. Heru. ad 10. licet cælum non sit nobilius animatis, est tamen instrumentum agentis per communicationem, & ideo effectus, qui reducitur in cælū, vt instrumentum talis agentis, reducitur in tale agens. Respon. 2. licet animata sint nobiliora secundum gradum specificum, tñ secundum gradum genericum corruptibilitatis sunt ignobiliora cælis, qui sunt incorruptibiles, at propter hanc gradū inferiora reducuntur ad superiora.

*Soluuntur argumenta secundæ opinionis.*

22 Ad argumētum ductum ex Aristotele dicimus ibi loqui de motu fine in cōmuni, siue primi mobilis, & probat æternitatem illius, at non probat ibi, omnes motus inferiores reuocari secundum substantiam ad motum cælorum, vt diximus, & patebit ex solutione secundi argumenti.

Ad 2. Resp. rectè probari perpetuitatem, & vicissitudinem generationum, & corruptionum secundum statum, quem nūc habet vniuersum pendere à cælo, at hoc non est omnem actionem inferiorum reuocari secundum substantiam in cælum, vt causam, sed ad summum, reuocari secundum modum .f. ordinatum, & perpetuum, cum conseruatione per vicissitudines generationum, & corruptionum; hæc autem perpetuitas est à cælo, q; mouetur ordinatè motibus necessarijs ad cōseruationem vniuersi.

Ad 3. Resp. concedi primas qualitates ꝑduci posse à cælo, at non semper, nam cum hæ sint maximè necessariæ ad continuam generationem, & corruptionem rerum, plures causas instituit illarum productiuas.

## DVBITATIO IV.

*An cælorum actio extendatur ad omnes quatuor qualitates elementorum.*

NEmo negat, quod producantur à cælo omnes qualitates elementares; sed quia possunt produci directè, seu per se, & indirectè, seu per accidens discrimen est de modo producendi.

## ARTICVLVS I.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est negantium à cælo directè, & per se produci primas qualitates præter calorem, sed produci indirectè & per accidens, ita Auer. destr. destr. disp. 2. ad 12. d. & 2. cæli tex. 40. Achil. 4. de orb. d. vlt. Iand. & communiter Auerroistæ, Zimar. theor. 45. Miiand. lib. 13. de euers. sign. cert. sect. 2. fundamentum, quia cum elementa sint ex se frigida, & humida, non est necessarium aliud agens, sed sufficit vt Sol, & astra absint ab illis, nam ex Solis absentia præcise, illæ qualitates resultabunt, & erunt in vniuerso, vt experientia constat, nam cum incipit nox, incipit aer frigescere ex sola absentia solis, ex qua ratione patet omnia fieri à sole diuerso modo applicato. Confirmatur quia instrumentū primum, quo cœlum agit, debet producere qualitatem primam precipuam purgantem corpora inferiora, & attenuando, & leuitando, & assimilando ipsis cœlis, cuiusmodi est calor, cæteras vero qualitates vt minus præcipuas, & quæ non ingrediantur opus naturæ vt calor, producit secundario, & per consequentiam remotam, vel per causas proximas particulares. 1 Cæteras qualitates pter calorē produci per accidens.

Confirmatur 2. ex Arist. 25. sect. probl. 26. vbi putat absurdum putare stellas esse frigidas, nam vt cor in membra influit solum calorem, ita cælum, quod est in mundo, vt cor, in inferiora calorem solum influit.

Confirmatur tertio, nam cælum nullum instrumentum habet, per quod in inferiora influat, nisi lumen, & motum vt patet; hæc sunt dispersa per omnes orbes, & astra, cū omnia luceant, sed hæc non sunt apta producere, nisi calorem, nam si aliquod lumen infrigidaret, maximè esset lumen lunæ, at hoc patet calorem producere, vt patet tum ex fluxu, & refluxu maris, cū hoc insequatur lunam, nam per sex horas cum lunæ lumen crescit, augetur maris aqua, dum ex vi caloris producti rarescit, deinde decrescente influxu lunæ decrescit calor, & dominante frigiditate aqua condensatur, & decrescit aqua, minoremque locum occupat, tum ex conchilijs, quæ plena manente luna intumescunt, & decrescente minuitur fructus inferior, hoc autem est ex augumento lumi-

nis calefacientis & rarefacientis, contra verò dum lumen decrescit. Tum tertio quia dum luna est plena noctes sũt calidiores ex Arist.

2 Produci oẽs quatuor qualitates a cælo.

Secundò probatur quia omne simile producitur à simili, at lumen non habet similitudinem cum cæteris qualitatibus præter calorem. Confirmatur quia alioqui deberent admitti influentię contra scholam peripateticorum. Confirmatur secundo quia omne agens agit per medium, sed inter inferiora, & cælum mediat ignis, ergo frigiditas prius deberet introduci in igne, quã in inferioribus, at ibi non potest esse frigiditas, cum ignis sit excexus caloris, qui non potest stare cum frigiditatis, vel vno gradu.

Diuersus modus explicãdi opinionẽ.

Hi tamen diuisi sunt in explicanda accidentalitate huius productionis, nam aliqui volunt accipi ly *per accidens* pro contingẽsi, quod distinguitur contra necessarium, sed facile confutantur, quia huiusmodi productio est ex necessitate naturæ secundum ipsos.

Secundo alij dicunt accipi pro accidentalitate causali, qua distinguitur contra intentum per se; & neque placet, quia huiusmodi qualitates sunt ex intentione naturæ cum sint maxime necessarię ad mixtorum generationem.

Tertio alij vt Auer. & comunis apud Aueroist. putant accipi per accidens accidentalitate influxus, nam cælum non influit per se in illis eliciendo, sed remouendo obstaculum, vt nauta dicitur per suam absentiam causa naufragij.

Secunda opinio est dicentium secundas qualitates per se, & directe attingi per actiones cælorum: ita Albert. 2. d. 15. q. 1. & 2. cæli tr. 3. c. 5. 1. p. de quatuor coæuis q. 4. art. 23. D. Thom. 2. cæl. 42. ibidem Niph. q. 5. & 6. & 2. de gener. 20; Venetus sum. de cęlo c. 25. Tatar. 2. de cælo in t. 96. q. 1. ar. 3. Maior 2. d. 14. q. 5. Ricc. d. 14. ar. 3 q. 5. ad 5. Ferr. 2. contra gentes c. 84. Pompon. de immortalitate animæ, Damascius apud Philop. 1. m. t. 1. 4. & eandem tribuit Alex. Iauel. 12. met. q. 13. art. 2. concl. 2. Martinez. 2. cæli tex. 42. Saxon. q. 12. Conimb. c. 3. q. 4. Murcia disp. 2. q. 1. Ruuius q. 2. Bonau. 2. d. 14. q. penult. Abulens. 3. Reg. cap. 17. q. 9. & hanc omnes tenent, qui fatentur influentias, vt Astrologi omnes, vt Ptolomæus in quadripartito, Albumasar in in introductorio.

Saturnus frigiditatẽ producit.

Probat. 1. nam experientia docet, vt testatur Nyphus quãdo dominatur Saturnus effici frigidum annum, siue dominetur per annum integrum, siue per mensem, & obseruatum est in ortu diei factam esse caliditatem, & in meridie frigiditatem, hæc autẽ difformitas non potest esse à motu, & lumine Solis, nec ab alijs stellis, si omnes calefacerent, igitur erit, quia in ortu dominatur Mars, in meridie Saturnus. Confirm. quia cæteris paribus, quoad cæli præsentiam, & dispositionem respectu inferiorum experimur nunc inferiora esse calidiora, nunc frigidiora, nunc humidiora, vnde sole sub cane existente inferiora sunt calidiora, & sob cancro sunt frigidiora, ergo signum, frigiditatem non esse a sole per lumen. Vnde Ptolomęus Saturno frigiditatem, & siccitatem tribuit, Marti ardorem, soli calorem, Ioui temperiem, Lunæ humorem Mercurio, & Veneri temperatum calorẽ, apud Conimb.

Probatur secundo ex D. Thom. nam alioqui cæteræ qualitates essent per accidens in vniuerso; quia non essent per se intentæ à causa vniuersali .s. à cælo, cæli enim sunt veluti semina omnium corporum, & causæ vniuersales omnium, quæ spectant ad constitutionem vniuersi,

Confirmatur, quia formæ elementorum per se fiunt à cælo, vt conseruari possit vniuersum in debita constitutione, ex suis partibus, vt suo loco, ergo etiam & qualitates nam dans formam, dat etiam consequentia ad formam.

Confirmatur secũdo quia ipsemet Auer. 12. met. 18. fatetur omnes qualitates contineri in primo motore virtualiter, & in materia prima potentialiter, sed primus motor non efficit illas, nisi mediante actione cæli vt ipse fatetur 8. phys. is, & Arist. 2. de generat ait omnes formas contineri in terminis .s. cælis, quibus terminantur rea naturales.

Tertio probatur quia vniuersum hoc ex corporibus constans elementaribus debet regi ab influxu cæli, sed non posset regi, nisi cælum sua actione produceret omnes qualitates debitas elementis, cum omnia sint de perfectione vniuersi, nam aqua v.g. non regeretur, nisi cælum producoret frigiditatem & humiditatem, nisi quando non producit calorem, quia hoc tantum esset non impedi- ipsius aquæ existentiam, non tamen cooperari ad existentiam illius, at cum cælum sit quasi vniuersalis causa, debet per se adiuuare ad omnium præsertim elementorum generationes. 4

Confirmatur, quia si à cælo esset solum calor, non possent diuersa astra se impedire quoad actiones; sed potius se adiuuarent at hoc est contra Auerr. loc. cit. Et patet, quia cõtemperatio actionum à diuersis astris est necessaria ad conseruationem vniuersi, non solum propter productionem elementorum, sed etiam mixtorum præsertim viuentium, quæ exigunt dispositiones cortẽperatas. Neque dicas eam contemperationẽ posse prouenire à virtute luminis producentis simul frigiditatem, & calorem, nam cum aucta, vel diminuta intensiue luminis augeatur etiam vis productiua qualitatum, nõ esset contemperatio, sed potius impedimentũ, vt nequiret exire in auctum sm̃ actionẽ duarum qualitatum contrariarum circa subiectum idem capax vtriusque, quia sicut subiectum non potest moueri duobus motibus contrarijs, ita neq; simul acquirere duas

qua-

& mineralia,& tñ eo non perting r vis illuminatiua ob opacitatē terræ,ergo debet poni alia virtus dispositiua ad illa mixta. Neq; dicas,q̧ licet eo nō pertingat lumē, tñ pertingit calor cælestis. Nā contra est, tū quia hæc habent determinatā sphærā, vnde non pōt multū diffundi,tū quia nō est adeo intensus resistente ei terræ frigiditate,& opacitate, tū quia hic cū sit eiusdem speciei cū igneo,vt ꝓbatum est,non pōt cæteras qualitates necessarias ad mixtionē producere. Conf.3.quia non est rō cur in igne ponatur virtus distincta illuminatiua, calefactiua, & exiccatiua,& non in cęlo,sed hoc facile soluitur,tum ex perfectione calorū, tū ex eo, q̧ cælum non calefaceret per lumē,sed per aliam virtutē.At instāt, quia licet cælum sm̄ substantiā sit perfectiua igne, tñ lumen cęli non est sm̄ essentiā perfectius lumine ignis, neq; est absurdū à cælo produci calorē non solum per lumen,sed ēt per aliā virtutē,vel si non ponitur alia virtus,est quia sufficit soli lumen, ob eius magnitudinē ad calefaciēdum inferiora. Conf.4.quia si lumen,vt receptū in diuersis astris est productiuum diuersarum qualitatū, ēt receptū in speculo, vel in aere erit productiuum diuersarū qualitatum, quia non est rō cum à tali subiecto recipiat virtutē ꝓducendi, & nō ab alio,at constat in his receptum semper producere calorem, ergo.

8 2.prob.à priori,quia lux sm̄ se non habet virtutē ꝓducendi frigiditatē,& cęteras qualitates,ergo neq;vt ē ab hoc,vel ab illo astro. Añs prob. quia si illā haberet vbicūq; ponitur ꝓduceret illos effectus,si aliūde nō impeditur, nā idē, vt idē sēper est aptū facere idē,& q̄a virtus actiua,vel est essētia qualitatis,vel inseparabilis ab illa, vnde inductione patet talē qualitatē vbicūq; est sēper facere idē,vt calor calefacit vbi est,&c.at cōstat nō essi idē, nō posita eadē dispositione subiecti,à luce solia ꝓduci calorē, & circa idē à Saturno frigiditatē, ergo hæc frigiditas non est à luce producibilis, quia fuisset ꝓducta à luce quacūq; positis ijsdē circūstantijs, tū quia si lux,vt est in sole non hēt hanc virtutem vbi est connaturaliter, non id habet ex natura sua, quia ibi est sm̄ totam suā perfectionem. patet, nam lux in astris dupliciter considerari pōt 1.subiectiue, 2. effectiue, at neutro mō acquirit in se aliquā virtutē, nā q̧ accidens fit in tali, vel à tali subiecto non mutatur essentialiter,cū id per accidens illi conueniat, ergo manet secundum essentiam eiusdem perfectionis, neque mutatur accidentaliter additione alicuius qualitatis,quę sit frigefactiua, tū quia non apparet quomō qualitas qualitati insit, tū quia esset multiplicare ētia sine necessitate,nā satis est, vt in astro sit vis frigefactiua,à qua fit immediate actio in inferiora,nec opus est illam cōicare lumini,& inde manare actionē, tū nō apparet quid sit hęc virtus cōicata lumini,an frigiditas fuliter, an virtualiter, an distincta ea natura rei à lumine, an idētificata, quæ maxime vera sunt in accidente extraneo, vt est lumen in astris. Hæc .n. oīa examinata reddunt improbabilem opinionem illam, vt patebit ex solutionibus argumentorum.

Tribuitur lumini virtus frigiditatis,& reliquarū qualitates.

## ART. III. *Soluuntur arg. primæ opin.*

Ad 1 resp.1.inde sequi,nec debere ꝓducere calorē,nā dantur ēt elementa calida quare non est cur calor producatur à cælo. Resp.2.cælo tribui virtutē productiuā omniū qualitatū, quia ordinatū ad cōseruationem vniuersi per continuam rerum generationem, nam hanc conseruationē nō posset assequi,nisi haberet virtutē ꝓductiuā oīum qualitatū primarū,vt sic contēperentur oīa, hinc patet nō sufficere absentiā solis,qa per hanc cælū per se nō attingit productionem frigiditatis, sed p accidēs,cōtra institutionē naturę ordinātes cælū ad cōseruationē vniuersi, vt dictū est. Neq; absentia pōt esse cā attingens effectū, sed tm̄ remouet impedimentum,ex quo fit,vt sole recedente aer sit frigidior,q̄a vapores aquę existētes in aere reducūt se ad suam frigiditatē, & quia astra frigefactiua minus impediūtur à sua actione. 9

Ad 1.Conf.R. aliqui à lumine solis ꝓduci calorē,q̧ est inter primas nobilior sed vt est in alijs astris qualitates ignobiliores, quia in illis ignobiliori mō ē,q̄ sit in sole.Ego resp. cōcedi primatiā qualitatē tribui soli, at cæteras nō soli,sed alijs astris per se tribui, cū sint à natura intentæ.Neq; obstat huic nāræ intētioni,q̧ frigus nō ingrediatur opus nāę nā ibi loquitur de opere talis naturę, cuius instrumentū sunt spiritus calidissimi. Ad 2. negat esse frigidaa fāliter,sed quomodo sūt calidę.Ad 3.resp.cōcedi lumē esse nobilissimā qualitatē, & ideo esse productiuā nobilissimę qualitatis elementaris,non tñ inde fit cælū non habere qualitates ignobiliores ad producēdas alias qualitates primas ignobiliores,& l. motus,& lumen sit diffusū p oīa inferiora corpora, non tñ fit in illis non esse alias qualitates,vnde lumen nō ꝓducere nisi calorem, facile concedimus, lumini etiam lunari, vt 2. concl.

Ad 3. arg. simile produci à simili,vel formaliter, vel virtualiter, alioqui neque calor posset produci à lumine. Ad 1.Conf.posset negari conseq. iuxta sententia Albert. sed à nobis conceditur, vt diximus.

Simile produci à simili,vel formaliter,vel virtualiter.

Ad 2. Conf. Resp.1. agere quidē per medium,sed non est necessarium eundē effectū secundarium esse in medio, qui producitur in subiecto remoto,vt patet ex productione ipsius caloris, qui non ꝓducitur in orbibus intermedijs,nā sufficit primariū effectū, qui est qualitas virtualis. diffundere per mediū, ex qua deinde oritur frigiditas, quare nō est necessariū frigefieri ob resistentiā subiecti,& causas conseruantes ibi calorē, neq; est necesse agens agere eodem genere actionis in propinquū,& remotum subiectum,vt alibi,

vnde alij dicunt mẽſe Februarij maiores cõcipi ventos ex occulta virtute planetæ, mouẽte aerẽ, & ventũ, qui non eſt aliud, quam aer commotus Reſp. 2. ẽt ſi aliquid ſrigoris concipiat ignis, non tamẽ ſtatim deſtruitur, quia poteſt conſeruari in ſtatu innaturali, vt patet ex alijs elementis.

## ARTICVLVS IV.

*Soluuntur Argumenta ſecundæ opinionis, quoad actiuitatem luminis.*

10 AD 1. Reſp. ex dictia, lumen non habere illam virtutẽ, nam ſi lumen haberet vim infrigidandi quo eſſet maius, eo magis infrigidaret, quare nũquã à ſole poſſet produci calor intenſus, quia sẽper vis calefactiua impediretur à productione aũmi caloria à virtute frigefactiua, per q̃ contẽperaretur actio calefactiua, nã non eſſet rõ cum circa ſubiectum capax vtriuſq; qualitatis, lumen exiret in actũ calefaciendi, & non in actum frigefaciendi. Ad 1. prob. Reſp. negando diuerſaa illas actiones prodire à ſpiritibus, ſed à potẽtijs vitalibus excitatis per calorẽ ſpirituũ, & diſpoſitis organis neceſſarijs ad illas operationes, quare ſpiritus exiſtentes iu illis partibus nullã conrrahunt virtutẽ elicitiuã, ſed ſolũ contẽperantur, vt diſponat organa operationũ. Ad 2. prob. Reſp. concedendo lumen eſſe perfectiſſimã qualitatẽ, ſed ad eiua perfectionẽ ſufficere, vt poſſit ꝓducere perfectiſſimam qualitatẽ inter primas, & habere alios effectus, non tñ idcirco eſt neceſſaria vis productiua omnium quatuor qualitatũ.

Qua rõne lunę lumen ſit cauſa paraliſis.

Ad 1. Cõſ. Reſp. illum effectum non prodire à radio luminoſo, ſed à virtute lunę frigefactiua, & humectatiua, per quam agit in mẽbra dormientis; eſt .n. hic morbus frigidua ex Galeno lib. 4. de cauſis pulſuũ, & ſola magnitudine à torpore differens, ex Gal. l. 1. de ſimp. cauſis. Nã ꝙ non ſequatur hic effectus feneſtris clauſis, non eſt, quia impeditur radius luminis, ſed quia impeditur radius virtutis frigefactiuæ, neq; placet, ꝙ docet Anceſtus, influentiã fortiua agere ſimul cũ lumine, quia non apparet quomodo lumen fortificet illã influentiã, cũ tñ cõſtet ex ꝓductione caloris per vim luminis, impediri. At inquit lumen licet per ſe ſit calefactiuũ, tamẽ per accidens põt efficere effectũ contrariũ, vnde cũ influentia ſit magia multiplicabilis iuncta cũ lumine, q̃ ſine lumine, ideo per accidens fortificat vim influentiæ cũ eo tranſmiſſæ cuiuſcũq; virtutis fuerit. At non video quomodo influẽtia ſit magis multiplicabilia cũ lumine, nã cũ nobis cõſtet lumẽ per opacitatẽ terræ non pertingere ad viſcera terræ, & influentias eo pertingere, non video quomodo ex vi luminis influẽtia ſit multiplicabilis, non .n. põt aut ſpærã illius augere, vel intenſiorẽ virtutem reddere.

Anceſti opinio.

Quid author ſentiat de hac re.

Quare pro hac ſententia ego dicerẽ lumen adiuuare influẽtiã diſponẽdo ſubiectũ, nã rarefaciendo per ſuum calorẽ ſubiectũ reddit illud magia receptiuũ frigefactionis, vnde cũ influentia per ſuã actionem plus penetret in membris dormẽtis ſub radijs lunæ reddit illa paralytica.

Ad 2. Conf Reſp. negãdo, maiorẽ eſſe vniuerſaliter verã, nã experientia coſtat perfectiora animalia habere plurea põtiaa, & organa, quibus ſuas operationes ꝑficiũt, neq; vnquã Ariſt. dixit per lumẽ ꝓducit frigiditatẽ, ſed calorẽ, vnde Ariſt. ſtat ꝓ hac sẽtia. 11

Dices, cælum continet virtualiter omnia elemẽta, ergo qualitas primaria cælorũ oẽs quatuor qualitates. Reſp. cælos ſingulos cõtinere quidẽ eminenter oĩa elementa, nõ tñ virtualiter, ſed ad ſummũ diuerſos cęlos, ſeu aſtra continere diuerſa elementa, & ideo nõ omniũ generatio debet tribui vni, ſed pluribus proportionaliter, vel omnibus tribuuntur, non diuiſim acceptis, ſed coniunctim, prout ab illis elementa produci poſſunt.

Dices 2. ſicut vnius Aſtri formæ tribuũtur diuerſæ proprietates, & virtutes, cur vni lumini nõ poſſunt tribui diuerſi effectus & ſicut vni formæ cæli tribuitur ꝓductio diuerſarũ formarum ſubſtantialium ob illius perfectionem, cur non vni virtuti tribuitur productio diuerſarum diſpoſitionũ ad illas formas ſubſtãtiales; nam ſic forma, & virtus magis erunt proportionata.

Reſp. ad 1. petitionem, idcirco vni virtuti non tribui plures effectus, quia natura ideo inſtruxit formaa ſubſtantiales pluribus virtutibus, vt per illas ederet diuerſas actiones, alioqui debuiſſet dare vnã virtutẽ; ſicut eſt vna forma, quare ſicut vnus Rex hẽt diuerſos miniſtros, ꝓ diuerſis operationibus, ita forma ſubſtantialis diuerſas virtutes, quare hinc potiua apparet non poſſe ex vi luminis produci oẽs qualitates quia natura non tribuiſſet vni cælo tot virtutes, ſed vnam contra experientiam.

Ad 2. petit. reſp. 1. poſſe ex vno aſtro eſſe diuerſas virtutes, ſed non contrarias, ſed à diuerſis aſtris poſſe ẽt eſſe contrarias, atq; adeo contrarios effectus, nullã habentes inter ſe ſubordinationem, vel affinitatẽ, cuiuſmodi ſunt effectus, qui ſunt ab vno aſtro, vt à ſole, eſt lumen, & per lumẽ eſt calor, & ex hoc rarefactio, & exiccatio, hinc eſt diſpoſitio materiæ ad diuarſas formas, ad quarũ ꝓductionem adiuuare ſolet etiam materia, quæ magis eſt ex ſe diſpoſita ad vnam, quã aliam formam. Reſp. 2. effectus diuerſos nõ ſemper fieri ab eodẽ aſtro ſm ſe, ſed vt concurrit eum alijs, qui concurſus dicitur aſpectus Aſtrorum, & quia hæc coniunctio variatur, ideo ex eodẽ aſtro diuerſo modo cõiuncto eũ alijs ſiunt diuerſi effectus, nũc vno aſtro dominante, nunc alio in eadem coniunctione, at hinc potius prob. in diuerſis aſtris eſſe diuerſas virtutes.

Hinc patet nõ eſſe neceſſariũ, vt oẽs qualisates reuocentur ad vnã cauſã cæleſtẽ, ſed ſingulaa reuocari ad ſingulas, vt calor ad ſolem, & frigus ad Saturnum, & his ſimilia, vt Alb. 1. meteor. tr. 3. & vlt. optime probat.

D V.

## DVBITATIO V.

*An cælum habeant actionem super formas substantiales rerum carentium anima.*

1 Celi influūt in elementa.

PRima Concl. Habet actionem super elementa, tam quoad alterationem, quam quoad generationem, est Scot. 2. d. 14. q. 5. & Gabr. q. vn. d. 3. nam accedente sole, & alijs stellis calidis ad Zenit alicuius regionis, augentur elementa calida, & frigida minuuntur; contra vero, cum sol recedit, & accedunt frigida sydera: Quorum etiam alteratio patet ijsdem temporibus ad sensum, vt patet ex quatuor anni temporibus, in quibus inuariatis inferioribus causis, variatis cælorum aspectibus, variantur elementorum generationes, & corruptiones.

Dices 1. hinc sequitur sphæram aquæ fieri aliquando minorem, aliquādo maiorem; vnde etiam videtur sequi vacuum, quando ex decem pugillis aeris fit vnus terræ, vel sequitur penetratio, quādo ex vno terræ fiunt decem aeris. Resp. semper totales species elementorum seruare eamdem quantitatē, quia dum in vna regione cōuertitur multū aquæ in aerem, in opposita diametraliter conuergitur aer in aquam; quia dum in nostra regione fit alteratio ad calorem, in opposita fit ad frigiditatem, quia quantum astra accedunt ad nostrum Zenit, tantum recedunt ab opposito; vnde tollitur vacuum, & penetratio dimensionum.

Dices 2. cōstat experiētia, vt refert Ioseph à Costa lib. 2 de natura noui orbis c. 4. & 5. extra Tropicos imbres, & frigora fieri, cū sol recedit; æstum vero cum siccitate, cū accedit; at intra Tropicos nūc maximi fiunt imbres, cum est æstus; hic aūt est, cum sol maximè accedit ad Zenit, siccitatem vero fieri, cum æstus est minor, quod est, cum sol recedit; ergo eodem tempore fiunt in duabus terræ partibus siccitates, vel humiditates; quare tunc abundabit aqua, vel ignis, vel terra.

2 Causæ cur imbres in æstate intra tropicos, & siccitas in hyeme.

Resp. Ioseph c. 7. huius rei rationē reddit, quod vis maxima solis ex maximo Oceano, quod zonā torridā vndiq; alluit, magnā vaporum copiā extrahit, eamq; citissimè liquefactam; (non .n. pōt in aerē resoluere ob multitudinē ipsorum) vertit in pluuiā; nā oriri ex magna vi solis pluuias probat, tum quia imbres fiunt, cū sol directissime incubit, tū quia in America mane pene toto nihil imbrium, sed in ipso meridie, cum solis radij potentissimi sunt, imbres plerūq; cadere; tū quia ibi post lunæ incrementa summa, pluere maximè solet: Neq; est dissimile ijs, quæ videmus in artificijs, nā plurimus ignis ex herbis medicinę aptis, plurimum humoris sursum effert, & in aquā vertit; & idē cum vi agenti viui aurum purificatur; nā si ignis sit debilis, nihil pene exudat, si validus plurimum eliquatur, ac in fumum quēdā conuertitur, qui deinde redit in pristinum argenti viui liquorē. Ex hoc licet intelligere eadē de causa fieri, vel nō fieri pluuias extra, & intra tropicos .s. ob resolutionem, vel cōpactionem vaporum eleuatorū; nā extra Tropicos, cū sol abest extrahit quidē vapores, qui cū ob caloris imbecillitatē, & præsentiæ breuitatē resolui nō possint, remanentes in aere, frigore concreti, ac densati vertuntur in pluuias; at sole appropinquante eleuati vapores ob vim caloris, & longā pręsentiā, resoluuntur in aerē. At intra tropicos solis absentia tātus calor excitatur, quātus ex præsentia extra tropicos; vnde eleuatos vapores absumit, atq; adeo eadē rōne accidit siccitas; at cū sol directissimè incumbit fiunt repente imbres, quod tanta vaporū, ex oceani īmensitate illi regioni circūfusa extrahitur, vt nec vēto dissipari, nec eo calore subitò resolui possit; vnde facilè vēto ipso coalescit, vertiturq; in pluuiā, vt accedit cū suillæ carnes torrentur, quæ ex exiguo igne stillant, & ex maximo; et ex moderato eleuātur absq; eo, quod quicquā humoris defluat: similiter in cereis lucernis, nā si flāma maxima sit, ceram prorsus liquefacit, quod excitatū liquorem absumere nequit; at si attēperetur pro rōne materiæ, nihil defluit, quod quantū liquatur ardore, tantumdem absumi potest. His

3 Dur intra tropicos nō minuitur aer, & augetur aqua ex totimbribus

positis. Resp. ad arg. inde non minui, nec augeri sphæram aquæ, vel aeris, quia non fit ea pluuia ex aere, qui cōuertitur in aquam, sed ex vaporibus extractis ex ipsa aqua, qui vapores sunt ipsamet aqua rarefacta, quare sēper manet aqua secundum totalem quantitatem. Dubium magis videtur, quando sol recedit ab æquinoctiali, tunc enim fit siccitas, & potest vapor ex aqua eccitatus verti in aerem intra zonam Torridam, & extra tropicos versus partem eamdem; similiter augetur sphęra aeris.

Resp. Cum sol recedit, tunc intra Torridam accedit ad aliam partem, vbi tunc fiunt pluuiæ; vnde compensatur aeris generatio, quæ fit in parte opposita; & licet pluuia illa non fiat ex aere, sed ipsamet aqua maris, tamen semper ob frigiditatem, quæ inducitur à pluuia, & ventis, aliquid aeris conuertitur, vt fiat compensatio; vel ea compensatio fit ex generatione facta extra torridam, præsertim circa polos; semper .n. natura prouidet in necessarijs ad perfectionem vniuersi, omnia optimè disponendo. Demum fieri aliquā variationem in totali sphæra elementorum, non puto absurdum, cum videamus ipsa non esse in suo naturali statu, vnde rariora aliquando, aliquando densiora fiunt maioris, vel minoris ambitus.

Dices 3. quomodo cælum pōt attingere formas substātiales elementorū cū sit ab illis remota. Resp. hāc difficultatē esse quoad oēs formas substantiales, siue elementorum, siue mixtorū, perfectorum, siue imperfectorum, & viuentium, ideo infra est fusius examinanda.

4 Habet actionẽ super mixta imperfecta.

Secunda Conclus. cælum habet actionem super mixta imperfecta. Probatur experiẽtia; nam materia impressionum .s. vapor, & exhalatio non eleuantur ad locum generationis ipsurum, nisi per calorem incorporatum ipsis, vel virtute alicuius stellæ, vt apparet in cometis, quæ non solum mouentur ab Occidente in Orientem, sed etiam ab Aquilone in Austrum, & contra, sequendo determinatum motum alicuius astri, à quo generatur, vt aliqui putant; vnde Gabriel notat, omnem diuersitatem in huiusmodi impressionibus oportere reducere ad cælum, & stellas: Neq; hinc sequitur, posse Astrologos infallibiliter de eis iudicare, eoquod cognoscant connexionem astrorum propter motuum vniformitatem necessariam, & determinatam; tum quia nesciunt perfectè virtutes stellarum cognitarum concurrentium ad talem effectum; quia qualitas cæli in omnibus suis combinationibus motuum, retrogradationum, aspectuum errantium, vel fixarum stellarum; & aliarum circumstantiarũ, plus ignoratur ab hominibus, quam sciatur. Tum 2. quia nesciunt multa, quæ sunt in cælo, & quas virtutes habent aliæ partes cęlirariores. Tum 3. quia nesciunt causas omnes naturales, quibus impediri potest effectus cælorum. Tum 4. quia etiam ea, quæ cognoscunt de cælo, non sunt certa; quia cum eædem coniunctiones plurium astrorũ non fuerint sæpius repetitæ, non potuerunt habere certam experientiam de illorum virtutibus. Quod si aliquando vera prædicunt, id est casu, vt colligitur ex eo quod sæpius falluntur; atqueadeo incerta sunt, quæ prædicunt; vel arte dæmonis, vt ait Gerson in opusc. Trilogio astrolog. Angeli tñ, quia omnium naturalium habent perfectam notitiã quoad qualitatem, quantitatem virtutum, & impedimenta, quæ oriuntur ex alijs stellis, & ventis, possunt de illis perfectè iudicare.

5 Cælum hẽt actionẽ super mixta perfecta.

Tertia Concl. cælum habet actionẽ super mixta perfecta inanimata. Patet, quia aliquorum .s. metallorum non põt afferri alia causa, vt inquit Scotus, quam cæli constellatio, quæ alicui regioni, & non alteri dominatur; non .n. terra, quæ est eiusdem rõnis, vt ait Gabr. potest esse causa effectiua huius diuersitatis, imo cum sint perfectiora elemẽtis omnibus, non possunt ab vllo elementorum sigillatim, vel coniunctis fieri. Neque dicas generari semper à sibi similibus, vt videntur dicere Alchimistæ, qui profitentur ex elementis elicere animam, quæ est veluti semen metallorum generatiuum; nam præterquã quod huiusmodi anima videtur figmentum quoddam ab omnibus decantatum, à nemine ipsorum experimento adhuc comprobatum, etiam nobis non obstat, quia experientia docemur, generari de nouo huiusmodi metalla, etiamsi à venis ipsorum omnino auferetur; tunc .n. cum nullum ibi remanserit metallum, à suo simili generari non poterit.

Confir. vtraq; pars conclusionis, quia cõgruit perfectioni talium corporum, vt cum generare nequeant substantiam sibi similẽ, saltem producant imperfectiores; non enim est maioris perfectionis forma ignis, quam cæli; at vbi nulla est actio substantifica, non potest esse maior perfectio, verum hæc ratio habet instantiam ex natura Angelica, quę nullam substantiam gignit, imo nec qualitatem in externum subiectum corporeum; & licet possit afferri discrimen ex ratione corporeę, & incorporeę differentiæ, quæ inter se non habent connexionem, qualem habet corporea cum aliis corporibus, tamen non omnino satisfacit cum ratio ducatur ex natura perfectionis.

Confirm. 2. quia rectè possumus argumẽtari à virtute alteratiua ad generatiuam substantiæ, quando forma est educibilis; quia alteratio ordinatur ad generationem. sed cęlum potest alterare materiam horum; ergo poterit formas, quæ continentur intra latitudinem perfectionis cælorum.

Dices: Qua virtute cælum producit has formas substantiales. Respondent communiter, per qualitates, quas pducit, quia alias non posset agere in distans, nisi agat in medium: sed quoniam, ex nostra opinione, non possũt accidẽtia se solis attingere intrinsecè productionem substantiæ, ideo dico, cælum per accidentia disponere substantiam, at in materiam sic dispositam introduci formas substantiales immediatè per suam formam substantialem; neq; agens, & patiens dicuntur esse simul contactu quantitatiuo, sed virtuali, idest quod passum sit intra sphæram actiuitatis, sed hæc habet difficultatem quomodo possit immediate produci forma ab agente distante, non producta eadem forma in medio. quare hæc difficultas determinãda est in libris de Generatione. Interim vero potest triplex modus assignari. Primus est dicentium actingi ab accidentibus in virtute substantiæ, quem modum confutauimus in physicis, Secundus est dicentium produci quidem ab accidentibus in virtute substantiæ, sed cum actuali concursu substantiæ, quæ intra sphæram suæ actiuitatis simultaneæ potest producere effectum in subiectum distans dispositum ad talem formã, non producendo tandem formam in medium indispositum, quia sufficit agens, & passum esse simul, non secundum situm, & contactu quantitatiuo immediato, sed mediato, modo sit intra sphæram, quia habent contactum virtualem, vnde non est necessariũ, agens agere eodem genere actionis circa medium, quo agit circa subiectũ distans. Tertius est dicentium produci ab accidentibus supplente auctore naturæ defectum causæ particularis, vt supplet in productione animæ rationalis ne subiectum dispositum careat debita forma, nam paria sunt, non esse in natura agens ad formam producendam, & non esse in tali casu ob distantiam. 6

6 Per quã virtutem cæli producant formas mixtorum.

Dices

Quomodo pōt cælum efficere diuersa.

Dices secũdo, qua ratione cælum per suã formam substantialem potest efficere diuersa. Resp. 1. quia est causa æquiuoca, & vniuersalis, vnde potest habere eadem forma diuersas virtutes accidẽtales. Resp. 2. orbes, & astra differte inter se, & ideo vt habent diuersas virtutes, ita possunt in diuersos effectus, vt Sol in aurum, Luna in argẽtum, &c. Resp. 3. res diuersas fieri à diuersis simul, & diuerso modo applicatis. Resp. 4. etiam possunt fieri ab vna forma astri, quæ potest habere diuersas virtutes ad alterandã materiam, in hanc vero materiam alteratam eo modo, forma substantialis simplex cæli producit diuersas formas substantiales mixtorum, quas virtualiter continet.

## DVBITATIO VI.

### *An cælum possit producere animata siue perfecta, siue imperfecta.*

DE hac Conimbr. 2. cæli c.3. q. 6. Scot. & Gabr. loc. cit. Sonci. 12 met.q.12. D. Thom. p. p. q. 45. ar.8. Fland.7.met.q. 13, ar. 3, optime Fonſ. c.7.q.2.

1 Viuentiũ q̄dã perfecta, & quæ sic dicantur.

1 Primo Not. ex 5. de histor. animal. cap 1. Viuentium, quædam gigni ex semine, & hæc dicuntur perfecta. Quædam ex putri, & hæc dicuntur imperfecta: Vnde perfectio, & imperfectio horum non sumitur ex gradu essentiali, sed modo generationis; nam apes, quæ fiunt ex putri nobiliores sunt secundum gradum essentiæ, quam multæ plãtæ, quæ non nisi ex semine generari possunt: In quo Not. ex D. Thom. apud Flandriam, ea animalia posse produci à cælo, quæ sunt proxima plantis in perfectione; quare videtur supponere, omnes plantas posse produci sine semine; Diuiduntur enim viuentia in ea, quæ vegetant solum, & quæ etiam sentiunt, & ea, quæ intelligunt, atq; ex ijs, quæ habent cognitionem, Arist. 2. de gen. animal. cap. 1. putat esse perfectiora, quæ sunt calidiora, & humidiora, & minus terrea constat substantia; Vnde Alex. 1. de anim. c. 52. dixit animalis essentiam versari maxime in calido, & humido, & Petrus de Alia. de longitudine, & breuitate vitæ lect. 3. calidum in humido conseruatur; calidius autem temperamentum in ijs, quæ eiusdem sunt speciei ex excrementorum maiore deiectione, putat Philoponus 4. de gener. anim. c. 5. cognoscẽdum esse, at Alber. ex rubedine, & nigredine; vnde etiam sunt magis saporosa, quam alba, cum in eis calor meliorem efficiat digestionem, vt Alb. r. lib. 19. de animal. c. 8. & sanguinea ex toto genere sunt calidiora non sanguineis, vt D. Thom. 2. de an. lex. 89. & maiorem participationem partis terrestris putat Auer. 2. de part. c. 9. ex maiori mole corporis .s. in eadem specie; quæ moles est maxime ex ossium longitudine, Ex Alber. 16 de animal. tract. 2. c. 56. calidam vero cõplexionem, & siccã Albert. 7. de anim. tr. 1. c. 5. cognoscit ex pilorum breuitate, & crispitudine, quæ, ait, ob id talia grauiter hyemẽ ferunt, quia poros habent, per quos maximè intrat frigus, de signis complexionis videndus Auic. can. 1. fen 15. Doct. 3. c. 2. vbi Forl. & alij, Galenus l. 2. Techno. vbi Forl. Argentarius, & alij.

2 Vnde sumẽda differẽtia animalium.

Secundo Not. ex 5. de histor. animal. c. 1. differentiam sumi debere vel per vitas, vel per actiones, vel per mores, vel per partes. 2 Ex his variæ sumuntur differentiæ; nam alia sunt terrestria, alia aquatilia; & horum alia non nisi in fluido viuere possunt, vitamq; ex humore petentes, quem etiam per vices accipiunt, & reddunt. Alia in fluido victum habent, sed aerem recipiunt, & extra aquas pariunt; ex quibus alia sunt gressilia, vt lutris latax cocodrillus; alia volucria, vt anatræ, & mergi; alia in fluido degentes, & victum quærentes, nec humorem, nec aerem recipiunt, vt ostrea ex Arist. 1. de histor. animal. c. 1. Ex terrestribus vero, alia respirãt. quæ .s. habent pulmonem; alia non, vt apes, & vespes, vt Arist. ibid. vbi fuse prosequitur diuisionem animalium, & addit terrestrium nullo statu immutabili viuunt.

3 Perfecta animalia ex semine generantur, & qd sit semen.

Tertio Notand. generationem animalium perfectorum fieri à semine; est autem semen 3 vt notat Antonius Andreas 2. met. q. 11. corpus imperfectum productum à generante, cuius forma non est intenta à natura per se, sed propter alterum, vt ex ipso generetur aliquid simile generanti; est enim in natura duplex processus, vnus ascẽsiuus, & generatiuus, vt v. g. procedendo à forma seminis vsque ad formam sanguinis, embiones, &c. qui dicitur processus ab imperfecto ad perfectum: alter est descẽsiuus, & resolutiuus, ab animali v. g. in cadauer, elementa, & materiam &c. & ideo dicitur, seminis formam non intendi per se, quia à natura semen fit, non vt effectiuè, secundum Scotistas, attingat formam animalis; sed dispositionem ad formam substantialem, tum quia in instanti generationis non est, cum corrumpatur, & conuertatur in id, quod generatur; quæ tamen ratio non satis probat, vt alibi diximus: tum quia imperfectum non potest attingere productionem perfecti, neq; potest agere in virtute perfecti; quia vel non est, vel saltẽ non est præsens, at nihil agit in virtute eius, quod non est; & quæ accidentaliter sunt ordinata, non oportet, vt simul agant, Antonius Andreas 2. met. q. 4. at decidens & semen accidentaliter sunt subordinata; ergo non simul; ergo non in virtute alterius, semẽ agit solitarie. Ponitur igitur semen, tum vt sit materia secundum partem corpulentam, tum vt aliqua ratione alteret non quidẽ sufficienter; quia virtus vniformis in materia vniformi, non potest difformem effectum, cuiusmodi sunt membra animalium, efficiẽter producere; sed illam difformitatem organorum, putant Scotistæ, oriri ex influentia cælorum, simul cum semine, vt concausa, sed de hac re in libris de anima.

## ARTICVLVS II.

*Opiniones Doctorum.*

Animalia produci à cælo tum perfecta, tũ imperfecta.

4 PRima opinio est dicentium omn aanmalia produci posse à cælo, non solum imperfecta, & quæ ex putri nascuntur, sed etiam perfecta, quæ ex lege ordinaria exigũt semen, tribuitur antiquis, qui ogygem, & inachum dicunt fuisse ab influxibus cælorum productos, vt refert Inst. Mart. in sua paręnesi, Eus. 7. de pręp. c. 7. Philo Iudęus de mũdi incorrupt. Diod, lib 1. & 2. Plato in Menedemo, & tribuitur Auic. 15. de anim. & Alb. ex vitulo illo decidente ex aere, in quo fuit genitus ex Auicenna, & probat Alb. 8. phys. tr. 2. c. 10. ex eo quod videmus vitulos genitos cum capite humano, at ibi neque fuit matrix, nec semen humanum in specie, sed aliquid proportionale, ergo eadem virtus proportionalis potest esse à cælo, nec mirum quia Auic. putabat agentia inferiora non attingere substantiam, sed tantum disponere materiam, & intelligentium formas attingere.

5 Secunda opinio est dicentium animalium imperfectorũ productionem esse à cęlo nõ autem perfectorum. Ita Alens. 7. met. t. 23. vbi Iandunus q. 14. Flandr. & Soncin. loco citato Auer. 12. met. 13. & 18. D. Thom. q. 6. de potentia art 4. 1. p. q 45. art. 8. ad 9. & q. 70. art. 3. ad 3. q. 91. art. 2. ad 2. Bonau. 2. d 8. q. 1. nu. 10. Capreol. d. 9. q. vnica, & d. 14. ad argumentum Durand. contra 2. concl. Durand. d. 15. 2. p. q. 1. Ferr. 1. contra gentes c. 20. Gabriel super canon. lect. 41. Mars. 1. q 1. art. 2. ex quibus alij dicunt cęlum virtute sua, vt Gabriel, quod putent cęlum esse nobilius aliquibus viuentibus, sic etiam pretiosa metalla sunt perfectiora vermiculis, alij virtute intelligentię vt D. Tho. alij virtute Dei, vt Durand. Conimb. Ruu. c. 3. q. 2. Cap. 4. d. 1. q. 4. art. 3. ad primum, Scoti contra 3.

Experientia cõstare multa animalia produci ex putri sine semine.

Fundamentũ sumi potest ab experientia, quia multa animalia videmus produci ex putri materia sine vllo semine, vel causa particulari ex Arist 6. d. hist. c. 16. Plin. lib. 10 c. 68. ergo producuntur à cælo, quia nulla apparet alia causa influens in illos effectus. Confirmatur quia huiusmodi animalia plura gignuntur, cum Sol magis accedit ad signum Arietis, & aliorum, quod signum est, à calore cælesti produci cum eo tempore calor cęlestis sit magis aptus ad generandum.

Tertia opinio est dicentium à cęlo dispo-
6 ni quidem materiam ad productionem animalium imperfectorum, non tamen formas substantiales eorum attingi à cælo cum sint perfectiores natura cęlesti ita Themistius, Alpharab. Auicen apud Conimb. lib 2. c. 3. q. 6. art. 2. quod si petas causam particularẽ illorum effectuum. Resp. Auic. esse substantiã quandã separatã, quæ dicitur Colcodea.

Alij vero dicunt esse Deum, vt authorem naturę, qui supplet defectum causę naturalis, ita Scot. Anton. Andr. & alij Scotist.

Alij vero asserunt plantas, & si sunt viuentia posse produci à cęlo, quia cælum licet ex ratione generis sit ignobilius viuente, tamen ex vi differentiæ potest adeo excellere differentiam viuentis, vt non viuens sit simpliciter perfectius viuente, vt vnio Hypostatica ratione suę differentię est simpliciter nobilior qualibet substantia creata, cum tamen substantia ex genere suo sit simpliciter nobilior vnione, quis enim dicet Rapam esse nobiliorem cęlo, & ratio est, quia genus vitæ, quod oritur ex imperfectione non põt esse simpliciter perfectius viuente, quod ex sua perfectione excludit imperfectionem viuentis, sed hoc est in hoc casu, nam vitalitas in plantis oritur ex imperfectione corruptibilitatis, nam ideo est actus nutritionis, vt restauretur deperditum, contra vero cælum ex vi suę differentiæ excludit hanc imperfectionem ob sui incorruptibilitatem; neque hinc sit cælum esse perfectius animalibus, quia in his non est solum vita vegetatiua, sed cognoscitiua, ad quam perfectionem non attingit cęlum, ita quidam antiquiores, à quibus accepit Vrtad. disp. 9. phys. sect. 4. & disp. 2. de cęl. sect. 6. neque hinc sit cælum concurrere ad omnes plantas, vt causam particularem, quia quoad aliqua adest causa inferior, vt semen, &c. ex quibus deducit animalia, nec perfecta, nec imperfecta attingi substantialiter à cælo, quia sicut dicunt habere semen proportionale congenita ex putri, ita dicit potest habere semen ad perfecta præsertim ouiparorum, quę sæpe oriuntur absente vtroque parente.

## ARTIC. III.

*Opinio Auctoris de animalibus perfectis.*

PRima concl. animalia perfecta non possunt gigni à cęlo vt causa principali, sed egent proprio, & peculiari progenitore. Ita D. Thom. 1. p. q. 45. ar. 8. ad 3. & q 91. ar. 2. & ibi Caiet. & 3. contr. gent. c. 69. vbi Fer. Scot. 2. d. 8 q. 1. vbi Bonau. nu. 20 Gabr. q. 1. ar. 3. Occh. q. 23. Iand. 7. met. q. 14. vbi Alens. in tex. 23. Soncin. q 21 Flandr. q. 13. art. 3. & 4. Antonius Andr. q. 8. 7

Fundamentum est apud Conimbr. quia perfecta hæc viuẽria plura exigunt ad suam productionem scilicet seminalem virtutem ac determinatum modum agendi; & animalia præterea requirunt matricem, in qua recipiatur semen: Hæc autem requiri probat experientia, quia nunquam vidimus, equum, vel leonem sine semine genitum ex putri.

Ego vero probo, quia omnia hæc requirunt primo organizationem, quæ requirit virtutem seminalem; deinde formæ viuentium sunt perfectiores cælis, vt aliàs ostendi.

Cons.

Confir. ex 7. met. tex. 23. & 29. vbi ait, *vt eorum quæ fiunt per artem, aliqua possunt fieri à casu, alia non vt domus ; ita eorum, quæ fiunt à natura, aliqua possunt esse à casu, aliqua non:* Vnde Arist. 2. de anim. tex. 41. reprehendit Empedoclem, quod diceret augmentum viuentium esse à virtute elementorum ignea ; sed ait principaliter prouenire ab anima, & à calore, vt instrumento quasi dicat vbi non est anima, non potest esse generatio viuentis. Denique patet experientia, quia nũquã vidimus perfectũ animal genitum ex putri, at si in natura esset hæc virtus, vtique aliquando, imo sæpe id fieret, cum non desit secundum eos materia, & agens disponens, & producens, de qua re vide Angelum lib. 1. de causis proprietat. 15. d. 3. vbi fuse de hac, & nos in libris de anima

8 Dices 1. Hanc opinionem didicerunt ab Ægyptijs dicentibus, mures nasci circa ripas Nili, ex humore, & æstu solis ergo, sed facile negatur consequentia, vt infra patebit, nam quod dicitur de Ogyge, & Inacho, fabula omnino est.

Dices Secundo, nam apud Lactan. lib. 2. c. 12. hominum generationes tribuunt certis coniunctionibus astrorum, ex quibus terram de nouo genitam semen genitale habētem folliculos quosdã ex se quasi vteros effarmasse, & ex his naturæ nixu disruptis, animalia prodijsse. Sed hos reijcit optimè Lactan. cuius deliramenti opinionem dicuntur suscepisse Auicen. 15. de animal. & tract. 9. meth. c. 4 & 1. sofficient. c. 10. & recentiores quidam Philosophi, qui dixerunt eam constitutionem cæli posse incidere, quæ homines, non aliter, ac ranas è terra progignat, vt refert Albert. sed de hac opinione fuse in libris de anima, vbi ostendemus instrumenta, necessaria naturę ad horum animalium productionem.

Dices tertio, cum Auicenna, vt apud Soncin. & Albert. quod mater non est necessaria, ad generationem horum animalium, sed tantum ad bene esse; vt enim fructus in vno loco conuenientius, quam in alio nascuntur, cum tamen vbiq; simpliciter nasci possint; ita omnia animalia genita in matrice, posšũt etiam extra gigni, sed non ita perfectè. Et quod magis mirum est, id persuasum fuisse Albert. ex illo vitulo, qui aliquando decidit è nubibus. Sed facile reijcitur à D. Hieron. epist. 17. ad Damas. & Apol. ad Pamachium, nam id repugnat decretis fidei ; quibus docemur, animam rationalem à solo Deo esse; sed concedunt de anima, sed saltē (inquiũt) potest materia disponi ex virtute cæli, atque adeo tunc diceretur homo generari à cælo. Sed hoc reijcitur ; nam numquam natura dat vim ad effectum sine alijs necessarijs ad conseruationem, & perfectionem illius effectus; ideo enim matri dat lac, & sollecitudinem, vt puer nutriatur donec aliena non indigeat opera: si cælum haberet hanc virtutē, tunc non essent alia necessaria ad vitam, vt patet, nam non solum homo indiget maxima parentum cura, & sollicitudine, vt natus conseruetur, sed etiam alia animalia tam terrestria, quam volatilia, quæ statim interirent sine cura parentum eos alentium, atque adeo natura defecisset in necessarijs, neque vitulus ille fuit in aere genitus, sed vel vento aliunde delatus, vel arte dæmonis, & in illum locum decidit.

Dices quarto, quia eiusdem agentis est disponere materiam, & introducere formã, vt ait Auer. 7. met com 31. & ostendit Zim. theor. 114. & id probat ; tum quia alioqui ex materia, & forma non fieret vnum ens per se, quia esset duo entia in actu ; consequentia autem probatur, quia actio disponentis materiam terminatur ad aliquod ens in actu ; & similiter actio generantis formã; ergo si aliud est disponens, & aliud est generans, tunc subiectum dispositum, & forma, essent duo entia in actu. Confirm. 1. quia agens non pendet à subiecto, nisi vt inducat formam, quæ est finis agentis; unde 7 met. 23 & 26. id, quod fit, ait, esse compositum ex materia, & forma ; sed cælum disponit materiam ad formas animalium perfectorum; ergo. minor probatur, quia dispositio materiæ horum debita, consistit in certa qualitatum temperie; at hæc perfici potest à virtute cæli sine semine, vt patet in productione mixtorum inanimatorum ; non enim dispositio illorum fit ex alijs qualitatibus, ac ex his: Neque dicas requiri æterogeneitatem partium; quia hæc similiter esse potest à cælo, vt fatetur esse æterogeneitatem materiæ imperfectorum animalium. Confir. 2. quia refertur, Iulium Camillum aliquando ita calorem igneum in fornace attemperasse, vt dispositiones hominis penè produxerit; quare Angelus mouens cælum, cum perfectius cognoscat hominis, & aliorum complexionem, ac gradus qualitatum, & virtutes stellarum, poterit ita attemperare virtutes cælestes, vt disponant ad formas animalium perfectorum. 9

Conf. 3. quicquid potest causa inferior, potest superior, & vniuersalior in subordinatis; sed cæli sunt causæ vniuersaliores, quã generantia vniuoca ; ergo quicquid potest agens vniuocum mediāte semine, potest cælum sine eo.

Confirm. 4. quia semen est imperfectius, quam cælum, ergo si semen potest agere, poterit & cælum.

Confirm. 5. quia generationes naturales assimilantur artificialibus, sed omnia facta ab arte possunt fieri sine arte, vt sanitas, & etiam domus potest fieri à carente arte, & sic syllogysmus, &c.

Conf. 6. ex animalibus, quæ reperiuntur in insulis, quo nec natando, nec ab alijs delata fuisse patet quia illæ insulæ fuerunt omnibus incognitæ.

Conf. 7. ex generatione Phænicis ex proprijs cineribus, vt Amb. 5. Hexam. cap. 23.

Clem.

Clem. 5. const. Apost. cap. 6. Cirill. catech. 18 Ruff in symb. qui ex illius similitudine probant resurrectionem mortuorum.

Confir. 8. ex monstris cum videamus ex Brutis oriri animal cum capite humano, at ibi nec est semen, nec matrix proportionata ad illius formationem, ergo hæc non sūt necessaria.

Respondent Conimbr. negando minorē; quia dispositio animalium perfectorum non consistit in sola permixtione, & temperie qualitatum primarum; sed etiam in virtute seminali, & formatrice: Quod si perfecta sit, qualis est, quæ congruit perfectis animalibus, desiderat operationem etiam perfecti animalis, neq; à cælo, vt propria, & integra causa effici potest.

10 Resp. 2. Scot. 7. met. q 11. negando maiorem, & ad primam probationem Resp. negando esse duo entia in actu perfecto, sed imperfecto; sicut ex eo, quia materia est à Deo, & forma ab agente naturali, non fit, esse duo entia in actu, sed tota materia est in potentia ad formam. Deinde materia vt stat sub dispositionibus est in actu accidentali, vt sub forma substantiali in actu substantiali; ex quibus duobus actibus non fit vnum per se, neque est absurdum vnum effectum esse à duobus agentibus subordinatis, cuiusmodi est disponens, & generans.

Ad primam confirm. Resp. finem immediatum agentia esse inducere formam identificatam cum actione; vltimatū autem esse formam substantialem, ad quam disponit, sed ille finis non debet semper induci ab ipso disponente; sicut alius artifex disponit ligna in nemore, alius inducit formam nauis, 2. Phys. 24. 1. Ethic. c. a. & sæpè ars disponit materiam, & natura inducit formam substātialem, quia forma inducta ab arte, non potest esse nisi accidentalis, 2. Phys. 13. vt ait Auer. tract. de Teriaca, lux disponit mediū, & color inducit speciem.

Ego vero Resp. illam propositionem non esse omnino necessariam, veram tamen aliquando, vt natura tribuerit virtutem agenti potenti disponere, vt etiam generet, si conditio formæ, vt in rationali, vel alia circumstātia non obsint, vt quia absentia, vel quia imperfecta; quia tunc Deus vt auctor naturæ supplet defectum causæ particularis.

Ad secundam Confir. Resp. esse figmentum, nec à viris auctoritate præstantibus refertur.

Ad tertiam id verum de causa simpliciter prima, vt est Deus, in actionibus tamen non vitalibus; non sic autem in alijs, quarum vniuersalitas consistit, quod habeant actionem illimitatiorem, quod pluribus deseruiat, nō quod possint efficere formaliter opera aliarum causarum.

Ad quartam etiamsi semen sit imperfectius, tamen potest habere virtutem aliquā, quam non habet cælum, licet cælum deinde habeat alias perfectiones, tamen quod est perfectius simpliciter alio, in omnibus excedit aliud. Deinde infra constabit, quid possit semen, quid cælum, neque enim negamus cælum habere vim alterandi, & disponendi.

Ad quintam negatur minor, non enim domus perfectè fieri potest sine arte &c. Deinde neque est simile, quia natura habet perfectiorem virtutem, quam ars, quare non mirum si potest attingere aliquando ex concursu variarum causarum per accidens effectum aliquem, qui producatur ab arte.

Ad 6. primo ex Lusitanorum nauigatione constat maximas insulas repertas, in quibus nullum animal perfectum, etiam ex minus perfectis vt sunt capræ, cuniculi, &c. inuentum est, cùm tamen ibi sit maxima copia humoris, & Solis, ac astrorum influxus ad generandum ex putri. Resp. 2. non posse à nobis sine temeraritate affirmari eo non potuisse peruenire talia animalia, siue natando quādo non multum distant à continente, siue ab alijs delata, quorum nos nec historiam, nec traditionem habemus, quomodo enim sciri potest ex tam multis hominibus, qui præcesserunt in tanto annorum spatio, neminem eo peruenisse. Resp. 3. de multis, quæ dicuntur insulæ, vt America non constat esse insulas, quia nondum vniuersa eius regionis circumferentia cognita est. 11

Ad 7. primo historiæ de phænicis vnitate non est certa, vt patet ex Plin. lib. 10. c. 2. vbi etiam putat falsum, ex Arabia in Ægyptum aduolasse P. Licinio, & M. Cornelio consulibus, præsertim cum non desint, qui plures aliquando visos scribant.

Resp. secundo nec minus dubiam esse historiam de modo quo generetur postquam vixit 660. annis, nam aliqui dicunt in senio seipsam vellicādo interimere, & ex sanguine putrefacto vermem gigni, ex quo demortuo alius similis oriatur, vel vt alij veterā in saniē deducto aliū oriri, ex quo phænix: Alij deferunt construere sibi nidum ex cassiæ, thurisq; surculis, & ibi emori, ex cuius ossibus, & medullia nasci vermiculum, & inde fieri pullū, qui iustia funeri prioris redditus nidum deferat, panchaiā prope Solis vrbem, & in ara ibi deponere ex Plin. Ego totam hanc historiam dubiam existimo, præcipe quod Arist. animaliū naturæ curiosissimus, ope Alex. totius Orienti Imperatore adiutus nihil de eo scripserit.

Neq; obstat auctoritas Patrum ex hac renouatione probantium resurrectionem, nā vtuntur exemplo ab Ethnicis concesso ad persuadendum illis resurrectionem non esse impossibilem. 12

Ad 8. Resp. Alb. 2. phys. tr. 3. c. 3. oriri ex impressione cælesti, nam *ex malitia continentis se in cælestem effectum, & terminantis, fiunt impressiones diuersarum formarum, quæ competunt diuersis speciebus animalium, sicut Porca parienter porcellos, quorum capita sunt humana, & sicut de vaccis, quas ponit empedocles, & huiusmodi,*

*di, & infra sed potius fuit à constellatione ad illam formam sperma mouente extra suam qualitatem, sicut dicit* Ptolomæus in quadripartito, *q in quadā parte arietis, luminaribus, & quibusdā planetis alijs concurrentibus, non potest fieri generatio humana*, vnde hæc contingunt corrupto aliquo principio, vnde actio naturæ nō potuit peruenire ad finem, & terminum, & licet hoc sæpius contingat in animalibus propter mollitudinem seminis,& pluralitatem principiorum exigitorum, tamen contingere etiam possunt in plantis.

Ego resp. primo aliquando hæc oriri ex commixtione seminum, quod in animalibus similium, & vicinarum specierum concedit etiam Alb. dum ex equa, & asino mulus; & ex asina, & equo Burdo, sic ex cane, lupo,& vulpe; At ego existimo etiam posse fieri ex seminum dissimilium animalium cōmixtione c ōtr. Alb. nā nō est cur nequeat agere circa diuersas partes materiæ, vt de semine, & constellatione Alb. debet concedere, vel circa eandem virtute vnius seminis domināte, vel etiam si vtraq; sint æqualis virtutis, nam inde oritur formatio diuersi corporis formati ab eo, quod formaretur à singulis nec mirum, quia videmus ex commixtione primarum qualitatum seinuicem refrangentium diuersa mixta, cur igitur non est dicēdum virtutes illas seminales seinuicem refrangere, non corrumpere, vt non sequatur actio, vt de semine, & constellatione haben te virtutem seminalem concedit Alb.

Resp. 2. constellationem adiuuare quidē ad formationem corporis, sed non posse se sola illa perficere, vnde diuersa ratio est formationis perfecti animalis facti à constellatione cum semine extraneo, ac sine vllo semine, nam dum est semen est ibi virtus formatiua aliquarum partium, quæ sunt in diuersis animalibus similia, qualis est concauitas cerebri, oculorum formatio, & organorum externorum, sed ex defectu aliquo, vel in ipso principio, vel influentiæ cæli non potest perfici formatio totius organi, vt exigit tale animal, & sit organum secundum aliquid conueniens alteri animali, sed hæc fusi' in lib. de anima.

Secunda concl. formæ animalium imperfectorum, idest, quæ ex putri nascuntur, nō
13 fiunt intrinsece à cælo vt causa principali. Ita Thom. stius apud Conimb. D. Thom.& Alij Auicen. in sua met. tract. 9. cap. 4. & 1. suff c. 10. & Alpharab. produci ab agente separato à materia, eamdem sequitur Scotus cum suis locis supra citatis.

Fundamentum est, quia nullum agens imperfectius potest producere perfectius: sed cælum est imperfectius quolibet viuente; ergo.

Resp. Gabriel negando maiorem; nam videmus materiam esse causam compositi, & eo imperfectiorem 7. met. 7. sic pars quantitatiua est imperfectior toto, & causa totius, vt notat Zim. theor 11 & finis rei genitæ, cū sit operatio quædam, est imperfectior ipsa re cum tamen sit causa, vt notat Zim. Theor. 69. vbi explicat eam propositionem, an causa sit nobilior causato.

Sed contra quia omne agens principale, vel est vniuocum, vel æquiuocum; sat neutrū est imperfectius effectu: non primum; quia cum sint causa, & effectus eiusdem speciei non est inter ea prius, & posterius secundū perfectionem 3. met. com. 11. Neque secundum; quia causa æquiuoca semper est nobilior, & ratio est, quia causa debet continere in se effectum, vel secundum rationem specificam effectus, & tūm habetur æqualis perfectio, vel sm virtualē cōtinētiā perfectionis, quæ est in effectu, & tūc causa habet illā perfectionē, & aliquid aliud, cum. n. effectus perfectionem suam accipiat à causa non potest fieri quin causa eō ineat illā perfectionē quia nemo dat, quod non habet, quod verū existimo precipue in causa efficiēte, totali, & ad æquata, & similiter in alijs causis respectu effectus, qui præcisè fit ab illis; vnde finis, quia causat appetibilitatem, est magis appetibilis, quam alia, quæ causat; sic materia respectu effectus, quem ipsa causat immediatè est nobilior, &c. sed de hac in 2. phys. vbi Conimb. c. 7. q. 5. Confir. quia perfectio illa qua effectus vincit agens, vel habet à se; & non; quia esset Deus; vel ab agente; & neque quia nihil tribuit id, quod non habet, vide Fons. 3. met. c. 2. q. 6. sect. 2. & quæ nos diximus in physica tr. 14. q 6.

Respondent 2. alij, negando minorem, nam inquiunt cęlum esse perfectius animalibus genitibus ex putri. contra quam supra plura diximus; nam ex August. 11. de Trin. cap. 16. omne viuens esse nobilius quolibet non viuente, & de vera Relig. cap. 29. 11. de Ciuit. c. 16. vnde lib. de animabus c. 4 Muscā docet soli esse præferendam, sequitur D. Thom. p. p. q. 3. art. 1. ad 2. vbi Caiet. & Bagnes, Capr. 2. dist. 10. q. 2. Riccard. d. 14. q. 4. vbi Argent-Bassolus q. 2. Ockham. q. 23. fuse Conimb. & Ruu. cap. 1. q. 2 contra Mars. Zumel, Perrerium, & alios, de quare nos alibi, nam falsum est carēs vita ob sui incorruptibilitatem esse nobilius simpliciter viuente, vt patet ex incorruptibilitate materiæ primæ respectu compositorum, & formarum, nisi forte nobilitate secūdum quid; Nam nobilitas simpliciter debet spectari ex natura ipsa, & operatione debita naturæ potius, quam ex perpetuitate.

Respondent 3. alij, vt D. Thom. & sequaces, videntes causam principalem non posse esse imperfectiorem effectu, dicunt cælum esse causam instrumentariam respectu viuentium, principalem autem dicunt esse intelligentias motrices; quare cælum in virtute intelligentiæ motricis gignit animata.

## ARTICVLVS IV.

*Opinio Auctoris de causalitate instrumentali calorum.*

14 TErtia Conclusio, cælum non producit animalia, vt instrumentum intelligentiæ motricis. Probatur, quia intelligentia nō communicat cælo, nisi motum localem; at per motum localem non recipit aliquā virtutem ad agendum, neq; adiutoriū aliquod, vel specialem concursum, quo eleuetur, sed tantū virtus agentis applicatur, vt qui ignē admonet stuppæ, non imprimit virtutem aliquam igni, sed habitam applicat, vt dicemus de cæli s ēt one per motum localem. Neque dicas imprimi simul cum motu intentionalem quamdam virtutem, qua efficit varios effectus; sicut omnia agentia principalia similem virtutem communicant suis instrumentis, vt hæc supra propriam facultatem agere possint: Tū quia communis est Theologorum sententia, nullam substantiam separatam, præter Deum, posse inducere in ducere in materiam formam aliquam accidentalem, vel substantialem, sed tantum applicare actiua passiuis, vt August. 12. de Ciuit. cap. 23. & seq. 3. de Trin. cap. 3. Alens. 2. p. q 43. m. 2. D. Thom. 3. cont. gent. c. 103. Bonau. 2. d. 7. q. 2. Sybil. in specul. pereg. qq. Decad. 2. cap. 4. & ratio est, quia vel pducerent huiusmodi formas, vt agentia naturalia, vel vt artifici alia: non primum, quia agentia naturalia sunt determinata à natura ad certas actiones, & peculiares effectus; at Angeli non magis ad hanc, quam illam formam sunt determinati; neque secundo modo, quia ars supponit naturam, atque adeo supponit formam physicam, quam Angeli conarentur inducere in materiam: & quæ magi arte dæmonum efficiunt, ea vel ex applicatione causarum physicarum, quæ quoad motum obediunt Angelis, fiunt; vel secūdum apparentiam sunt & fictitia; vel aliunde breui illo tempore comportata, vt ait Aug. 12. de Ciuit. cap. 11. 24 & 3 de Trinit. c. 7. & 8. & 9 de Genes ad lit. c. 18. Tum quia virtus illa intentionalis fictitia putatur à Scoto 4 d. 1. q. 5. Durand. q. 4. Conimbr. 2. Phys. c. 2. q. 18. art. 3. nam virtus intentionalis vel significat speciem, vel actum representatiuū obiecti, & hæc nihil confert ad producendos effectus vel est qualitas spiritualis, & nō apparet quomodo recipiatur in subiecto materiali, vt sunt cæli, nec quomodo fit effectiua animalium cum nō excedat perfectionem accidentis, quæ multo magis habent vim si ponatur qualitas illa materialis, quia non potest se sola eleuare ad formam substantialem

Respondent alij, vt Durand. & sequuntur Conimbr. 2. cæli cap. 3. q. 6. ar. 2. cælum, vt semen Dei posse producere viuentia; ait ait .n. fuisse à principio conspersum virtute quasi seminaria produtrice viuentium; & sicut generatio aliorum solet tribui ei, à quo decisum est semen; ita productio huiusmodi viuentium tribuenda est Deo, tanquam Auctori naturæ, quod talem virtutem attribuit cælo; neq; dicitur propriè semen, sed quasi semen, quia non habet conditiones omnes seminis, vt scilicet quod non sit decisum à re, quæ generat, sed tantum habet illam, quod scilicet habet virtutem in se transfusam à genitore; & recta ratione id factum est, nam cum cælum sit primum alterans, & ex partibus elementarijs nobilissima oportuit, vt sicut elementa inferiora sunt materia omnium inferiorum, ita cælum haberet actionē circa omnes effectus, & ad nō viuentes, tanquam causa principalis, ad vi- 15
uentes vt causa instrumentalis.

Quarta conclusio cælum non producit animalia vt instrumentum Dei sine alia peculiari cooperatione authoris naturæ, quia licet hæc opinio sit omnium probabilissima, non tamen vera; Tum quia, vt alibi ostendemus, neque semen si est imperfectius, attingit effectiuè formam viuentis; tum quia vel illa virtus est qualitas distincta à proprietatibus, quæ emanant à cælo, vel non; sed primum, dici non potest, quia cælum non fuisset productum cum perfectionibus naturalibus; sed cum ijs, quæ sunt supra naturam ipsius, cum tamen ex communi Sanct. Patr. Deus produxerit res juxta exigentiam cuiusque naturæ; Neque solueret difficultatē, quia illamet virtus esset accidens, quod nō attingit intrinsecè substantiam, vt supponimus; ergo dici debet secundū scilicet, quod illa virtus non est distincta à substantia, & proprietatibus cæli; sed neque hoc dici pōt quia vel Deus præbet illi specialem concursum, præter communem concursum debitum naturæ, vt medio illo eleuet cælum ad producendos effectus perfectiores; & non; quia hic concursus non ponitur, nisi respectu actionum, quæ sunt in ordine gratiæ, & supernaturalium donorum: vel non præbet, nisi concursum debitum naturæ: & tunc cælum non poterit producere viuentia, quia non pōt producere se nobilius, vt neq; ignis. &c. Quia ille concursus non excedit perfectionem propriarū actionum, quibus se sic Deus in concurrendo attemperat. Neque dicas, sufficere vt cælum sit constitutum tanquam semen Dei, quia id voce tantum dicitur, explicari tamen debet, qua ratione sit semen Dei; si enim non habet aliam virtutem, vel cōcursum, quam exigat eius natura, non poterit producere; tunc enim efficeret, vt principale agens, sicut in alijs actionibus, quia vtraque efficit ex virtute proportionata suæ naturæ.

Conf. quia non est maior ratio, cur cælum dicatur semen Dei, & non terra, cui dictum est, geminet terra herbam virentem; nam tunc accepit virtutem ad efficienda omnia vegetabilia.

Quin-

Quinta Conclusio formæ substantiales animalium non producuntur ab intelligentia, vt causa particulari principali, & immediata, est communis theologorum negantium ab intelligentia produci posse aliquam formam substantialem, vel accidentalem in corpus præter motum vt D. Thom. 1. p. q. 65. art. 3. q. 110. art. 3. q. 6. de pot. art. 3. & 3. contr. Gent. c. 69. & 163. sequitur Alens. pars 2. q. 20. m. 2. Boo. 2. d. 7. q. 2. Suar lib. 4. de Ang. cap. 25. 26. & disp. met. 35. sect. 6.

Fundam. D. Thom. quia omne agens per suam actionem intendit assimilare sibi effectum; sed intelligentia non potest sibi assimilare effectus inferiores, ergo non potest aliquem effectum inferiorem producere: mi nor prob. nam effectus, qui fit propriè est compositum 7. met. 26 27. & 32. in quo est materia, & forma, ergo agens, vel debet habere formaliter perfectionem compositi, vt ignis in productione ignis, vel virtualiter. At intelligentia non continet formaliter, vt patet, nec virtualiter, nam materia non est producibilis, nisi per creationem, ita nō potest cōtinere virtualiter nisi à Deo creante, & licet inferiora nequeant producere materiam, & tamen producūt formas, id est quia sunt composita formaliter ex materia, & forma, & ideo inducunt formam in materiam, qualem hab... ipsa.

Sed contra hanc D. Thom. rationem insurgit Dur. 2. d. 7 q. 4 quia similitudo per se requisita inter agens, & effectū, non est quoad materiam, sed quoad formam, quia forma attingitur per actionem, non materia, quæ supponitur, sed contra, nam licet similitudo sit secundum formam, tamen vt possit attingi hæc forma requiritur assimilatio, vel in modo essendi formaliter, vel virtualiter, at neutra est in Angelis, quia nec habent materiam formaliter, nec virtualiter, cū enim omnis perfectio existens in effectu sit ab agente, debet illa perfectio contineri formaliter, vel virtualiter in agēte, deinde Dur. dum alterius rationē impugnat suam afferre debuit meliorem, at ratio ipsius minorem habet vim. dum ait cum in vniuerso sit virtus sufficiens ad educendas formas quatenus est necessarium ad gubernationem, & conseruationem vniuersi, non est cur Angelis data sit virtus ad easdem formas educendas, quæ ratio claudicat primo in antecedente nam non semper causæ inferiores sunt sufficienter applicatæ, etiam si habeant sufficientem vim remotam, 2. claudicat in consequentia nam non est nouū respectu alicuius effectus specifici dari in natura plures causas, & per plures modos effici.

Dici tamen posset pro Dur. quando datur particularis causa sufficiens in vno ordine, non esse necessarium dari causam aliam particularem respectu eiusdem effectus in alio ordine, cuiusmodi est ordo rerum materialium, & immaterialium.

Dices Deus non habet compositionem, & tamen producit compositum, ergo non est necessaria similitudo in modo essendi, sed contra inquit D. Thom. nam agens vel debet conuenire cum effectu in modo essendi vel continere virtualiter totum effectum. Deus autem continet totum effectum virtualiter, vt patet, & ratio quia Deum nō agit per potentiam limitatam ad hunc, vel illum modum agendi, sed per illuminatam ad omnem modum agendi possibilem perfectionis rationis, quam omnia agentia creata; & ad omnem effectum, vnde continet virtualiter, non solum omnem substantiam effectuum, sed omnem modum possibilem.

Dices secundo Angelica natura est capax huius virtutis, ergo illam habent, conseq: prob. nam licet Deus non produxerit omnes species possibiles sub genere, tamen ijs, quas produxit, probabile est communicasse virtutes, & perfectiones possibiles, quarum sunt capaces. Antec. prob. nam huiusmodi virtus est perfectionis finitæ, & infra gradū perfectionis angelicæ, cum sit communicata agentibus materialibus, ergo illius natura Angelica est capax, quia non potest oriri incapacitas, ex infinitate, vt oritur incapacitas ex virtute creatiua, neque ex superioritate ordinis, & gradus, cum hæc perfectio sit finita, & inferioris gradus. 18

Resp. negando antecedens. quia licet repugnantia non oriatur ex infinitate, tamen pōt oriri ex alijs capitibus, vt ex modo essendi, nam modus essendi simplex non potest fundare perfectionem productiuam compositi, nisi cōtineat virtualiter perfectiones vtriusq partis compositi, alioqui simplicitas diceret minorem perfectionem, quam compositio, neque consequentia rectè deducitur ex virtute actiua, quæ est in cælis, quia hi cum sint materiales habent modum essendi proportionalem cæteris materialibus, & Angeli licet habeant pefectiorem modum essendi, non tamen proportionatam rebus materialibus, Neque cælum in productione viuentium rectè dicitur instrumentum intelligētiarum, vt dixi, & fuse Suar. disp 35. met. sect. 6. & disp. 18. sect. 2. nu 36. & seq. vide Vasq. 1. p. disp. 217. c. 3.

Hinc patet animalia producta à Dæmone ad instantiam magorum ægyptiorum non fuisse ab ipsis immediate producta, sed per causas naturales applicatas ipsorum ministerio, præter quam quo multa fuerunt phātastica, vel vera, sed aliūde translata, neque his obstat quod artefacta, vt ædificia pontes, & similia fiant opera dæmonum, nam hæc fiunt sine alteratione, sed solum per motum localem, per quem partes applicantur, & aptantur per subtractionem, & additionem & quia Angelus habet ideam totius operis tam quoad materiam, quam formam, ideo effectus assimilantur agenti quoad totum esse.

Dices quod potest virtus inferior, potest su-

etiam possint inclinare voluntatem; quia hæc mouetur ab appetitu sensitiuo, non quidem quod necessitetur; nam videmus hominem vincere maximas tentationes, non solum vi gratiæ, sed etiam liberi arbitrij, loquor Gabr. vt auarus amore pecuniæ vincit maximas tentationes in cibo, potu, & venereis &c. imo exponit se periculis corporis contra naturalem inclinationem; sed quoniam homines plerunque sequuntur appetitum, ideo astrologi si syderum influxus perfecte cognoscerent, possent pronunciare de huiusmodi effectis; hæc alij, sed de hoc dubio sequenti dicendum, quid sciendum sit.

21 Septima conclusio Probabile est huiusmodi animalia produci à solo Deo, vt auctore naturæ; quia ex dictis in physicis patet multos opinari accidentia nullo modo attingere productionem substantiæ, & iuxta hanc opinionem procedit conclusio, sed quia contraria opinio est magis communia, ideo sit.

Octaua conclusio cælum; vt instrumentum Dei auctoris naturæ simul cum concursu Dei eleuantis accidentia cælestia attingit productionem animalium imperfectorũ Primo quia constat cælo tribui productionem non solum animalium imperfectorum sed etiam perfectorum, vt patet 2. phys. t. 26. at non attingit illa virtute propria, vt dictum est, neque vt instrumentum intelligentiæ. Ergo vt instrumentum alterius causæ illud eleuantis ad talem productionem. At non apparet aliud, nisi Deus, vt auctor naturæ, cuius est supplere defectum causæ particularis principalis effectuum, quando huiusmodi causa deest. Ergo &c. Dices eadem ratione eleméta vt instrumenta Dei erunt causæ animalium imperfectorum, quia etiam ipsa concurrunt per suas qualitates ad disponendum subiectum. Respondeo hinc potius confirmari conclusionem, nam ex communi, accidentia elementaria contemperata in semine attingunt instrumentaliter formam viuentium, ergo etiam accidentia cælestia, quæ sunt magis vitalia, idest proportionata ad vitam, attingunt eamdem formam instrumentaliter concurrente simul causa principali inferiori; vel Deo vt auctore naturæ supplente defectum causæ particularis; nam, licet calor elementaris, & Solaris sint eiusdem speciei; tamen solaris indiuidualiter est perfectior in ordine ad rerum generationes, & similiter dicitur de calore naturali, qui est indiuidualiter perfectior elementari, vt est instrumentum potentiæ vegetatiuæ, nutritiuæ vel generatiuæ ex sententia aliquorum, & licet calor cæli non sit ita contemperatus ad huiusmodi effectus, vt est naturalis, & vitalis: tamen illum fouet, & cum eo concurrit ad effectus.

Secundo probatur ex parte effectus, nam hæc animalia sunt in eo genere imperfectissima, exigentia minimam organizationem, & dispositiones quasi homogeneas in materia. Ergo huiusmodi dispositiones possunt attingi à virtute cælesti, nam si attingit dispositiones perfectiores animalium perfectorum semen adiuuando, multo magis attingere poterit imperfectiores horum animalium. Vnde D. Thom. 1. par. quæst. 71. art. vnic. ad primum dixit in ijs, quæ ex putri generantur loco seminis habentis virtutem formatiuam, est virtus cælestis. Ergo huiusmodi accidentia possunt instrumentaliter attingere formas, ad quas disponunt consequentia probatur, nam virtus disponens materiam, vel attingit formam educibilem, vel vnionem formæ subsistentis, nam forma consequitur necessario positis dispositionibus sufficientibus in materia, nam, cum dispositiones ordinentur à natura ad formas substantiales, ab eadem habere debent virtutem actiuam ad illas, tum quia natura omnem rationem actiuitatis administrat per accidentia, tum quia natura nõ deficit in necessarijs, quare cum positis dispositionibus necessarió sequatur forma, & non sit, spectato ordine rerum naturalium, aliud agens proximum, natura virtutem actiuam dispositionibus tribuit, tum quia in hoc differunt dispositiones qualitatum actiuarum ab alijs dispositionibus non actiuis, vt est quantitas, raritas, &c. nam illæ non sunt puræ dispositiones ex parte materiæ, vt est quantitas, &c. sed etiam virtutes ex parte agentis: siue principales respectu effectuum contentorum intra suã perfectionem, siue instrumentales respectu effectuum nobiliorum. Ex quibus patet idem dicendum de plantis, & herbis; quæ sine semine, ex terra producuntur.

Dices ex Fonseca loco citato sect. 3. & cap. 7. quæst. 1. sect. 2. cur potius cælum dicitur ad hæc influere, vt instrumentum Dei, quam formæ substantialis, ad quam accidentia cælestia disponunt. Respondeo id dici duplici causa. Primo, quia cæli non acceperunt virtutem ab inferioribus ad producendas formas substantiales, ergo non possunt dici inferiorum instrumenta, nam instrumentum refertur ad causam principalem, vel vt assumitur ad secum cooperandum ad effectus productionem. Secundo quia virtus instrumentalis non potest attingere effectum intentum à principali agente sine cooperatione agentis, per quem eleuatur ad attingendum effectum. Dices secundo quomodo Deus concurrit ad hos effectus, vel vt causa vniuersalis: & exigitur causa particularis, & cum hæc non sit aliud quam cælum, erit causa particularis, quæ virtute sua, & non virtute agentis vniuersalis agit, vt patet ex alijs, vel agit vt causa particularis, & non, tum quia esset perpetuum miraculum, cum agat sine ca-

usa naturali, tum quia si imperfecta exigerent Dei concursum, vt causæ particulares multo magis perfecta animalia, quæ exigunt perfectiorem concursum, atque adeo causã perfectiorem, hac enim ratione anima rationalis à solo Deo producitur. Confirmatur, quia hæc virtus productiua animalium vel est naturalis cælo: & sic agit virtute sua vel est supernaturalis: & non, quia tunc ageret miraculose, vt aqua gratiam. Conf. secundo causa æquiuoca est perfectior causa suorum effectuum, quam vniuoca suorum tum, quia continet illos secundum perfectiorem virtutem, tum quia sæpe non solum est causa in fieri, sed etiam in conseruari, cum tamen nulla vniuoca sit conseruans, sed causa vniuoca est principalis suorum effectuum ergo multo magis æquiuoca. At cælum est causa æquiuoca horum animalium, cum sit diuersæ speciei. Resp. Deum concurrere tam vt vniuersalem, quam vt particularem non quidem modo extraordinario, & indebito naturæ, quia sic miraculosè ageret, sed ordinario, qui pertinet ad Deum vt auctorem naturæ, supplere defectum causæ secunda naturalis, vt patet ex productione animæ rationalis, & motu elementorum grauium sursum ad replendum vacuum. Neque est eadem ratio de perfectis animalibus quia cum hæc ex semine fiant, produeuntur principaliter ab eo, à quo est decisum semen sed de hac re dii alibi. Ad primam confir-
23 mationem resp. huiusmodi vim esse naturalem cælo: & tamen non sequitur esse principale; agens, vt patet ex virtute seminis, q; est instrumẽtale agens, nam sicut datur agẽs naturale principale: ita, & instrumentum naturale.

Ad secundam confirmationẽ resp. causas æquiuocas principales esse magis causas, quam vniuocas principales: non tamen causas vniuocas instrumentales esse magis causas, quam vniuocas principales, sed si seruetur proportio inter modos causandi, semper quiuoca est perfectior in ratione principalis, vel instrumentalis.

Dices tertio cum genita ex putri sint eiusdem speciei cum genitis ex semine, vtraque exigunt agentia æqualis perfectionis, Resp. aliqui negando esse eiusdem speciei, vt Auer 8. phys. com. 49. & 5. de gen. c. 1. D. Thom. in 1. d. 10. q. vnic. ar. 5. Ægid. 2. Exam. c. 28, Iand. 2. cæl. q. 55 Flandr. q. 13. ar. 2. primo quia effectus determinatus non solum habet determinatam causam, sed etiam determinatum modum generationis; quia natura superuacanea reijcit.

Confirmatur, quia vt idem numero effectus non potest naturaliter produci ab agẽte numero diuerso: ita neque vnus specie à diuersis specie agentibus.

Confirmatur tertio quia habent diuersas operationes ex 5. de hist. anim. c. 1. & 1. de Gener. an. c. 5. quod genita carent potentia generandi sibi similia. Sed hæc opinio non probatur alijs, vt D. Thom. 7. met lect 6. Scot. Rtcc. 2. d. 17. q. 2. Ocham. q. 23. & Augustino 3. de Trin. c. 4. & 10. & Theoph. lib. 5. de plantis cap. 1. ex Aristotele 7. met tex. 23. *quadam*, inquit, *ex illis eadem, & ex semine, & absque semine*, & sect. 15. probl. 64. vbi *animantium alia non solum coitu, sed etiam sponte natura procreantur*.

Confirmatur quia identitas specifica colligitur ex identitate operationum 2. cæl 17. & accidentium, maxime ex figura, sed hæc animalia habent easdem operationes non solum quoad victum, motus, & similes, sed etiam quoad generationem; cum mures, ranæ, pisces, serpentes, & similia ex putri genita grauida sæpe reperiantur ex Fons. & idẽ patet ex similitudine colorum, membrorũ distinctione, & compositione, & figura, vt patet.

Confirmatur ex similibus, nam stirpes ex semine, & sponte natæ sunt eiusdem speciei calor attritu, & ab igne, & à luce similiter, ergo ex quibus respondent ad primam duplicem esse exigentiam causæ determinatæ, prima quoad exercitium, & hæc determinatio non solum debet esse quoad speciem sed etiam indiuidualiter; quia actio non potest exire à causa vage sumpta. secunda quo ad naturam; sic debet dari determinatio, quia non quodlibet fit à quolibet, sed hæc determinatio est infra latitudinem cuiusdã perfectionis sub qua sunt plures causæ speciei, & plures modi generationis. Neque illa pluralitas est superuacanea, cum sit vtilis nam propter multam eorum necessitatem opus fuit, vt natura institueret plures causas, & modos generandi.

Ad primam confirmationem respondeo esse diuersam rationem, quia identitas numerica est omnino determinata, at specifica non sic, cum sub se contineat plura indiuidua, quorum vnum potest esse ab vna causa, & aliud ab alia.

Respondeo secundo etiam indiuidua posse secundum se esse à pluribus ex Scoto, sed à Deo vt auctore naturæ determinari, vt hoc sit ab hoc, &c.

Ad secundum respondeo materiam proximam, aliam esse permanentem, & hæc est eadem, vt probat argumentum. Aliam transeuntem, at hæc potest esse diuersa, quia cum hæc dispositio cesset, dum introducitur forma, non est mirum, si sit diuersa, vnde nutritur homo, ex pane, carne, fructibus, &c. quę sunt diuersæ rationis.

Ad tertium patet ex dictis, nam licet aliqua sint, quæ non nisi ex putri oriuntur, tamen de his non est quæstio, sed de ijs, quę ex semine, & putri. Vnde secundum hanc opinionem. Resp. agens dupliciter considerari. Primo materialiter, idest secundum totam perfectionem, quam habet: & negatur consequentia, nam non esset necessaria hæc æqualitas perfectionis in agentibus, vt patet ex calore, & lumine, quæ sunt causa calorũ

eius-

eiusdem speciei. Secundo formaliter idest secundum perfectionem exigitam, & necessariam ad productionem effectus: & conceditur, nam debent agentia esse eiusdem perfectionis, non quidem vniuocè, sed proportionaliter, & hæc perfectio reperitur in huiusmodi causis ex Aristotele dicente, cælestes qualitates proportionaliter respondere seminali virtuti Angelus lib. 2. de causis propriet. 33. d. 1. in fine, docet, aliqua esse eiusdem speciei, aliqua diuersæ, quæ cognoscēda sunt ex accidentibus.

## DVBITATIO VII.

*An & qua ratione cælum influat in actus humanos.*

De hac quæstione Alens. 2. p. q. 52. mem. 2. art. 2. D. Thom. 1. p. q. 115. art. 4. vbi Bann. & 1. 2. q. 9. vbi Medina Martinez. & alij DD. 2. d. 14. vbi Dur. Capr. Dorbella Argentina, & Bonau. p. 2. art. 3. q. 3. Scotus q. 3. Palud. d. 13. q. 13. Maior. q. 8. & alij d. 15. q. 1. Baccon. q. 1. Carthus. q. 1. Heru. de materia cæl. q. 9. Iand. s. cæl. q. 8. & alij 2. cæl. c. 3. vbi Conimb. q. 8. Runius q. 5. Aliac. tract. de lege, & sectis fusè, & Salas 1. 2. q. 9. art. 3. disp. 1. & seq. vbi citat innumeros.

### ARTICVL. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Quid sit actus humanus.

Primo not. ex communi actum humanum aliquando dici eum cuius homo est dominus ex D. Thom. q. 5. de verit. art. 10. secundo omnẽ actũ, qui conuenit homini vt sic, vnde omnis actus voluntatis, vel intellectus siue liber, siue necessarius dicitur humanus large: In hæc quæstione accipitur secundo modo scilicet large.

Quæ genera operationum sint ab homine.

Secundo not. operationes hominis alias esse à potentijs affixis organo; Alias vero esse à potentijs non affixis organo, iam vero ex dictis constat quæstionem non esse de operationibus, quæ sunt ab anima, vt est forma naturalis, quia vt sic non distinguitur ab alijs formis, quæ non sunt animæ; de operationibus, quæ sunt ab anima vt sic, quatenus eleuatur supra omne corporeum.

Tertio not. cælum posse agere dupliciter intelligi, primo causaliter, secundo occasionaliter; & vterque modus potest contingere dupliciter; primo directè, & per se, vt quã do aliquid agit in aliud sine medio alio subiecto, secundo indirectè, & per accidens, .i. mediante alio subiecto, quod dicitur occasionaliter mouere aliud. Hoc autem dupliciter contingit; primo necessitando siue secundum exercitium, siue secundum specificationem; secundo inclinando tantum. Differunt autem modus agendi occasionaliter, & per causalitatem; nam causalitas dicit impressionem alicuius factam ab agente in effectum, siue per se, siue per accidens, at occasionaliter non dicit impressionem alicuius sed tantum propositionem Ita Caiet. 1. p. q. 115. art. 4. Sed vt intelligatur causalitas hæc directa quid sit.

Notand. quarto ex Fer. 2. contr. gent. c. 84. quod causa per se alicuius effectus dicitur, quæ propria virtute, & actione attingit effectum secundum se ipsum, & non ratione alterius adiuncti: causa vero per accidens quæ attingit effectum non secundum se, sed ratione alterius, cui effectus adiungitur, sicut fodiens est causa per se sepulchri, & per accidens inuentionis Thesauri. Hinc facile patet, quid sit causalitas directa; nam tunc aliquid dicitur directè agere in aliud, quando eius actio, & influxus ad ipsum, tanquã ad passũ pertingit aliquid in illo causãdo, at indirectè dicitur agere, quando eius actio non pertingit ad ipsum, causando aliquid in eo, sed pertingit ad aliud, ex quo in passo aliquid resultat. Primo modo ignis dicitur agere in aquam. Secundo agere in homines inter quos orta est rixa in accipiendo aquam calidam, vnde directam actionem inferimus ex causalitate per se eius, quod fit in passo; nam non potest causa esse per se alicuius rei productæ in alio, nisi efficiens in passum directe agat; sed ex directa actione in passum non infertur cãlitas per se, quia agẽs per accidẽs põt directe agere in pasũ, quatenus sua actione attingit aliquid, licet non primo, sed per aliud, sed agere indirecte infertur ex actione per accidens eius, quod est in passo. 2 Quæ dicitur causa per se quæ per accidens.

Quinto not. vt intelligatur occasionalitas ex Ferr. 3. contr. gent. cap. 85. occasionem secundum D. Tho. dupliciter accipi; primo pro causa insufficienti, & imperfecta, sed per se; Secundo pro causa per accidens qua aliquid quidem operatur, sed ad illum effectũ cuius dicitur occasio, non attingit, sed attingit aliud, cui aliquo modo coniungitur effectus per accidens, vt producens domum dicausa discordiæ nascentis ex ipsa domó. Quid, & quotuplex est occasio.

6. not. ex Gugl. Paris. lib. de fide, & legibus, fuisse aliquos ita insipienter addictos ad cæli influẽtias, vt ẽt diuersitatem sectarũ, & legum stellis attribuerint sicut alias hominũ diuersitates, & conditiones. Hinc legis Hebræorũ Saturno, & eius orbi ortũ attribuerunt, & ideo illa gens sabbatũ Saturni diem colũt. Hinc illa gẽs sẽper fuit, & est infortunijs exposita, & vexata; qa Saturnus infortuniorũ est prĩceps. hinc in illa gẽte multi prophetæ, qa Saturn' est dux ꝓphetię, & reuelationũ, & ex dominio Saturni ẽ gẽs auersa, pertinax, & dura: Saracenorũ legẽ à Veneris influẽ

tia ducunt, vnde diem Veneris solemnè habet; quod eo die lex fuerit promulgata, & inde illa gens venereis est maxime dedita. Legem autem Christianorum, in qua solum est veritas, Soli tribuunt aliqui, vnde diem Dominicum, in quo sol dominatur, colunt, & Præsidens huic legi idest Papa residet in vrbe solari, quæ est Roma per figuram Leonis, quia in cælo domicilium Solis est, & ipsa ciuitas fundata fuit in ascensu Leonis, .s. ortu. At alij illã tribuunt Mercurio, qui respectum habet ad Deitatem, ad oracula Prophetarum, ad credulitatem, ad orationem, præcipuè si ei Iuppiter coniungatur, & quia Mercurius motus habet multiplices, & ad cognoscendum difficiliores, & mirabiliores cæteris ex Ptol. Albategnio, & Alphagrano, ideo significat legem, quæ habet difficiles articulos, & occultas veritates, qualis est lex Christianorum, & quia Mercurius est significator scripturæ, & scientiæ profundæ, ac facunditatis; ideo hæc ex maxima facundia defenditur ex scripturis, & scientijs, vnde stabit semper in suo robore, & quia vltima lex Antechristi erit à Luna, quæ est causa corruptionis, & inconstantiæ; ideo per hanc maxime perturbabitur lex Christianorum. sed in hac doctrina plura sunt errata, quam verba, contra quã multa Paris. plurima Camaracensis tr. de leg. & sectis contra superstitiosos, & nos infra.

## ARTICVLVS II.
*Opiniones Doctorum.*

4 PRima opinio est dicentium, cælum agere in actus humanos siue liberos, siue necessarios, non solum indirectè, sed etiam directè. Ita quidam Astrologi apud Aliacens. Camar. Episc. tract. suo de leg. & Gulielm. Pariens. tract. de fid. & leg. ex qua doctrina inferunt absurda, quæ retulimus notabili 6.

Opinio dicentium directe agere in actus humanos.

Fundamẽtum esse potest, nam si non posset influere in actus humanos, maximè esset, quia potentiæ ex quibus eliciuntur, sunt spirituales; at cæli possunt influere in potẽtias spirituales, ergo; minor probatur primo quia influunt in Dæmones; vt patet, tum quia hi secundum Lunæ incrementa solent lunaticos inuadere, tum ipsi à maleficis certo syderum aspectu euocati, citius accorrunt, quod non est, nisi quia sydera aliquid illis imprimunt.

Tum tertio, quia constat Dæmones allici & arceri quibusdam hærbis, lapidibus, vt ait Aug. 10. de ciu. c. 21. vnde Psellus lib. de dæmonibus ait, nihil ferè nasci sub luna, quod non valeat ad alliciendos aliquos dęmones, Ioseph lib. 8. antiquitatum narrat, fuisse à Salamone compositam artem continentem reconditas herbarum proprietates, quarum vi à corporibus expellerentur. De qua re plura Sysibilla in speculo Decade 3. c. 8. per totum, & videtur probari. 1. Reg. c. 6. vbi psallente Dauid cessabat dæmon vexare Saulem; & sic Musica guidonis dicitur, quod sunt quidam Dæmones, qui melodiam substinere non possunt, & Ioseph de bello Iudaico refert, quod in exercitu Titi obsidentis Hyerusalem, erat quidam, qui per lapidem anuli expellebat dæmones à corporib⁹ & Tob. 6 dicitur quod ex fumo iecoris cuiusdam piscis expellitur dæmon.

Dæmones allici hærbis, & reijci.

Cur psallente Dauid saulus quiescebat.

Tum secundo probatur minor, quia astra influunt intellectum, qui est abstractior ex D. Tho. 1. p. q. 82 art. 3. ergo & in alias potentias. Antecedẽs probatur quia quod vnus sit acutioris ingenij, quam alius, oritur, quod sit sub astris magis proprijs cõceptus; vnde Ptolomæus ait in centiloquio, cum Mercurius in alicuius natiuitate fuerit in aliqua domorum Saturni, & ipse fortior in suo esse dat bonitatem intelligentiæ. & Ficin. lib. 3. de vita cælitus comparanda c. 6. ait, Iouem ad philosophiam, & veritatem inueniendã, ac Religionem conferre, vnde Plato, à Ioue, inquit, philosophos nasci, & Homer. ex antiquorum opinione, *talis, inquit, est mens hominibus, qualem in dies adducit pater hominum, atque Deorum*: Et ex diuersitate influxuum colligũt alij diuersitatẽ ingeniorũ in regionibus, dũ cõstat natos in vna regione esse ingeniosos & alios natos in alia stupidos. 5

Vnde penetratio ingenij.

Confirm. quia videmus homines alicuius regionis efferatis esse moribus, alios verò miti ingenio, vt in Africa Garamantes omnium hominum commercia fugiunt; & Lybiæ gentes victum ferarum more expetunt, & Ichthyophagi ferarum more vitam ducũt, nullum turpis, vel honesti sensum habentes, & qui extra sinum arabicum degunt, nunquã bibunt, & natura ab omni animi passione remoti, & tantæ patientiæ esse dicuntur, vt si quis educto ense eos percusserit, non diffugiant; nec misericordiæ, vel iræ signum ostendentes, & alia, quæ narrantur à Ioanne Bœmo de moribus diuersarum gentium.

Secundo probat D. Thom. quia omnes motus varij, & difformes debent reduci in causam vnam vniformem qualis est motus cæli ex 8. phys. t. 76.

Sed voluntatis motus sunt varij, & difformes ergo reducuntur in motum cæli, vt causam. Conf. quia ex Aug. 3. de Trin. c. 4. to. 3. corpora inferiora mouentur per corpora superiora, sed hoc non posset si voluntas nõ mouetur à cælo, vt causa, quia in corpore humano sunt multi motus à voluntate.

Confirm. 2. ex prædictionibus astrologorum de humanis actibusq; futuris à voluntate pendentibus, at hoc non posset fieri si humani actus non subiacerent influxibus cælorũ.

Secunda Opinio est dicentium cælum habere causalitatem in hæc inferiora per se, & directe in corpora, indirecte vero, & per aliud in potentias affixas organo, quarum actiones impediuntur, impedito organo, vt patet in visu, at in potẽtias organo nõ affixas agere nõ causaliter, sed occasionaliter in intellectũ qdẽ necessitãdo, in volũta. ẽ vero inclinando 6

nando

mando, quia vtriq; potentiæ est occasio operandi, quatenus concurrit ad propositionem obiecti. Ita D.Th. 1.p.q. 115. art. 4. vbi Bag. & Caiet. 1.2.q.9.art. 5. vbi Med. & 3. contra gen. c.84. vbi Ferr. alij in 2. d. 14. vbi Scot. & Gabr. Ægid. Argent. q. vn.art. 4. Maior. q.q. Salas 1.7 q. 9. art. 5. S. Tamn. to. 2. disp. 2. per totam, qui multos alios citat.

Fundamentum primum sumitur ex Authoritate Sanctorum, præcipuè Damasc. 2. de fide c. 7. negat corpora cælestia esse causam nostrorum actuum. Nos inquit *dicimus signis fieri ex ipsis imbris, & siccitatis, frigiditatis, & caliditatis, & humiditatis, & horum taliũ, nostrorũ autem actuum, nequaquã nos enim liberi arbitrij à conditore facti nostrorũ domini existimus actuum, si.n. ex astrorũ allatione cuncta facimus, ex necessitate, ea operamur, quæ facimus; at quũ quod ex necessitate fit, neq; virtus, neq; vitiũ possidemus, neq; laudibus, &c.* & infra: *Sed neq; gubernabit, neq; suarũ ipsius creaturarũ prouidentiã geret Deus, si secundũ necessitatẽ ducantur omnia, sed & in nobis ratiocinandi potestas vana erit, nam si nullius actionis domini sumus, vanè consultamus; rationalis autẽ potestas consilij gratia nobis indulta est, unde & omne rationale liberæ potestatis, & arbitrij est.*

2. alij probant ratione nã mouens potentiam influendo aliquam formam in illam debet esse nobilius potẽtia sic mota, at cæli nõ sunt nobiliores, cum sint substantiæ corporeæ ergo. Maior prob. quia omne agens, vel est principale, & debet in se continere perfectionem, quam tribuit, scilicet spiritualitatem, vel est instrumentale, & debet illam continere ratione adiuncti eleuantis, quod est principale agens concurrens simul cum instrumentali, & hinc phantasma ex Arist. non potest imprimere speciem in intellectũ, nisi eleuetur per actionem intellectus agentis. Hæc autem perfectio non requirit in obiecto mouente potentiam obiectiue, nam experientia docet vilissima entia cognosci à perfectissima potentia.

### ARTICVLVS IV.

*Ostenditur cælum non agere directè in potentias animæ rationalis.*

7 PRima concl. cælum non potest directè agere in potentias animæ rationalis. Primo ex auctoritate Sanctorum, & Ecclesiæ, nam primo Concilium Bracarense primum cap. 9. *si quis* inquit, *animas, & corpora humana fatalibus stellis credit astringi, anathema sit*, & c. 10. *si quis sydera, quæ mathematici obseruant, per singula animæ, & corporis membra dissipata credit, &c.* Tum decreta Pontificum relata à Gratiano 26. q. 2. & seq. & nouissimè contra Astrologos extat Bulla Sixti quinti, & Vrbani octaui & regul. 9. Indicis, tum ex Patribus quos refert ibid. Gratian. præsertim August. 12. super Genes. ad litt. vt refert Maior. 2. d. 14. q. 8. & fuse in 4. d. 44. q. 4. vbi probat, corpus non posse agere in spiritum, & alij, qui opinionem Origini tributam de influxu cælorum in animam, confutant apud Per. in Gen. disp. cont. Astrol. c. 4 Martin. de Rio lib. 4. disq. mag. c. 3. q. 1. Sixtus Senensis lib. 5. Bibliot. anot. 15. & 81. lib. 6. anot. 10.

Secundo probat D. Tho. 3. contr. gent. c. 81. multis rationibus quas ibi approbat, & defendit Ferr. Ego probo duabus rationibus Primo ex ratione effectus, nam omne agens deducens subiectum de potentia in actum, debet esse in actu: vel formali; quando est agens vniuocũ; vel virtuali; quando est æquiuocum, quia causa debet continere perfectionem effectus. Sed cælum non potest esse in actu formali, vel virtuali respectu effectus, producti in huiusmodi potentijs, ergo &c. Minor probatur, nam effectus, qui producũtur in his potentijs, debent esse spirituales, nam corporea non possunt recipi in subiecto spirituali; cum non possint tribuere illi effectũ corporeum; cum cõnaturaliter exigat in subiecto quantitatem, cuius est incapax spiritualis entitas; cum sit incapax effectus formalis quantitatis. At corporeum non potest continere formaliter, vel virtualiter perfectionẽ spiritus, cũ sit imperfectius & per differentias incõpossibiles differant.

Secunda sumitur ex ratione subiecti spiritualis, nam inter actiuum principale, & passiuum immediatum, inter quæ est actio directe, requiritur determinata proportio ex 1. phys. t. 43. nam sicut non quodlibet fit ex quolibet, ita neque quodlibet est aptum agere in quodlibet. Sed inter actiuum corporeum, quale est cælum, & passiuum spirituale non est hæc proportio, ergo inter illa non potest esse actio directe. Minor ab aliquibus assumitur sine probatione, tanquam nota lumine naturæ; at non apparet talis cuidentia. ideo secundo alii probant, quia inter agens, & passum debet esse contactus, at hic est inter quanta. Sed mihi non placet, tum quia inde sequeretur nec intelligentiam posse mouere cælum; quia non potest habere contactum corporeum, & ratio est, quia contactus exigitus inter hæc non est quantitatiuus, sed virtualis, qui solum exigit vt passum sit intra sphærã potentiæ actiuæ. Quod si quis contenderet exigi quantitatiuum, dicere debet, quando actiuum est corporeum tunc non posse agere, nisi in passum, cum quo habet contactum corporeum: secus, quando actiuum est spirituale, quia tunc satis est virtualis, & ratio, quia corporeum exigit contactum sibi proportionatum, quæ licet probabiliter dici possint; non tamen omnino placent, nam posset retorqueri argumentum ex parte passi, quod scilicet exigat contactum sibi proportionatum.

Tertio probari potest, nam subiectum incapax effectus agentis corporei non potest habere proportionem cum agẽte corporeo,

vt patet ex terminis, sed subiectum spirituale est incapax effectus talis agentis, quia cum sit corporeus, (non enim potest agere vltra suam speciem) non potest recipi in subiecto spirituali, neque obstat vbi extensum recep tum in Angelo, quia illud vbi est spirituale subiectiue; & corporeum terminatiue, sed qua ratione sit spirituale, & habeat partes successiue, dicetur infra, cum de motu locali. Neque obstat, quod anima rationalis informet corpus; quia spirituale, quod est formaliter indiuisibile, & virtualiter diuisibile potest per suam virtualem diuisibilitatem dare esse formaliter diuersis partibus subiecti. At non sic forma diuisibilis dare posset effectum subiecto indiuisibili, quia eidem entitati daret esse suum diuersum, & extensum vnde illæ partes formæ essent in subiecto, quasi punctualiter. Hoc autem videtur repugnare formæ habenti diuersas partes extensas, quia modus connaturalis talis formæ est habere partes, quarum vna sit extra aliam, & in diuersis subiecti partibus, quæ ratio, cum ab alijs non fuerit excogitata, dixerunt posse connaturaliter formam extensam informare subiectum indiuisibile.

8 Quarto probant alij, quia actiuum non solum est præstantius effectu, sed etiam passiuo, sed cælum non est præstantius subiecto spirituali: cum sit corporeum. Maior probatur, nam phantasma non potest agere in intellectum sine concursu intellectus agentis, quia non est præstantius intellectu possibili, nec ignis in animam damnatorum nisi eleuetur à Deo; nec Sacramenta gratiam & virtutem sine Dei concursu, quare phantasma, vel agit instrumentaliter, vel non concurrit effectiue, sed materialiter, ex D. Tho. 1. p. q. 84. art. 6. præbendo materiam intellectui agenti, vt inde determinetur ad talem, vel talem speciem. Alij tamen dicunt non concurrere effectiue, sed obiectiue, idest terminando, sed primum placet, vt suo loco. Illud tamen aduertendum est, proportionem passiui, & actiui attendi respectu principalis agentis, non respectu instrumentalis, nam licet in genere instrumenti detur connaturale habens aliquam proportionem: tamen datur etiam obedientiale, quod non habet aliam proportionem, quam exigitam à supremo Principe Deo agente. Dices cælo tribuitur vis mouendi obiectiue, & non effectiue: cum obiectiua sit effectiua, vel saltem non imperfectior illa: cum potentia, & intellectus ab obiecto pendeant, quoad specificationem. Confirmatur quia si imperfectio obstat, tunc voluntas non posset mouere intellectum quoad exercitium, quia est imperfectior ex D. Tho. 1. p. q. 83. art. 3. Respondeo, cælum non mouere intellectum directe, nec effectiue, nec obiectiuè, sed indirectè ex parte obiecti, vt infra, nam cum obiectum formale voluntatis sit bonum propositum illi ab intellectu, & hoc bonum sit subiectiuè in rebus corporeis; ideo cælum influens in corporea, dicitur indirectè ex parte obiecti mouere voluntatem, tum etiam ex parte appetitus sensitiui, vt infra explicabitur, neque actus ex obiecto formaliter, & intrinsecè specificatur, sed ex ordine ad obiectum, quia ordo est differentia specificans actum, quem obiectum terminat, at terminare actum nō exigit magnam perfectionem, cum cōueniat omni enti, etiam imperfectissimo: & ideo non exigit eam perfectionem, & immaterialitatem, quam habet actus, & potentia. Deinde specificatio potentiæ est à primario, nō à secundario obiecto.

Ad confirmationem respondeo, voluntatem, & intellectum, licet differant quoad proprias rationes: tamen sunt in eodem ordine immaterialitatis, quare non mirum, sic voluntas, quæ respicit omnem rationem boni cuiuscunque potentiæ, mouet intellectū quoad exercitium, & omnes alias potentias ad agendum propter finem à voluntate intentum.

Hinc primo patet cælum non agere directe in intellectum, quia potentia spiritualis, & confirmatur, quia hic mouetur ab obiecto actū intelligibili, at cælum non est actu intelligibile. Maior patet, quia subiectū non reducitur de potentia ad actum, nisi ab agente in actu. Minor probatur, quia intelligibile in actu abstrahit à loco, tempore, & determinatis circumstantijs, quia sic distinguitur ab obiecto sensibili, at corporeum non est tale in actu, sed in potentia, & sit actuale ex vi intellectus agentis, spiritualia. n. sunt secundum se intelligibilia, quæ ratio habet vim in doctrina D. Tho. vt alibi explicabitur. Sed in illa apparet æquiuocatio nā potentia intellectiua non reducitur ab obiecto ad actum intelligibilitatis, sed intellectiui proximi, vel ad actum intelligendi, at obiectum nō debet continere in se hanc vim intelligendi, sed passiuam intelligibilitatem, quam habet remote ens corporeum secundum se, & proxime per speciem intelligibilem, ergo male deducitur ex eo quod obiectum non sit intelligibile in actu, non posse reducere potentiam ad esse actu intellectiuam. Resp. recte D. Thom. argumentari, quia licet potentia sit in potētia ad vim proximam intelligendi: tamen non reducitur ad hunc statum, nisi ab obiecto, nam intellectio, vt ait Augustinus, paritur ab intellectu & obiecto, quatenus hæc complet principium intelligendi per sui speciem. hoc autē non potest præstare, nisi sit proxime, & actu intelligibile, hunc vero proximam, & actualem intelligibilitatem habet à specie impressa intellectui.

Confirmatur secundo ex ijs, quæ à Philosophis sunt dicta, nam ex Arist. 2. de anim. t. 150. & 4. met. Democritus Empedocles, & alij dixerunt, sensum, & intellectum esse idē hoc autem dixerunt, qui putabant intellectum esse virtutem corpoream, quæ sequitur transmutationem corpoream, & ideo dixerunt

rur&

rent, quod, cum transmutatio inferiorum corporum sequatur transmutationem corporum superiorum, intellectione sequi motus corporum celestium iuxta illud Homeri *Talis est mens terrestrium hominum, qualē in dies inducit pater hominumq; deorumq;* vt refert Arist. loc. cit. i. Iuppiter, vt explicat Augustinus 4. de ciu. c. 11. Hinc Stoici intellectionem causari ab imaginibus corporum impressis menti nostræ, vt imprimuntur in speculo, & litteræ paginis, sine aliqua cooperatione potentiæ, vt Boet. 5. de consol refert Hinc Stoici fatalem necessitatem in hominum actiones induxerunt, quæ omnia falsa ostendit Boetius ex vi componendi, & discurrendi circa supremā, & infima vniuersalia, & singularia, immaterialia, & simplicia quæ omnia ostendunt in intellectu esse vim altiorem, quam sit vis recipiendi imagines corporum, nam sensus recipiens imagines non præstant illa opera. Hinc Philosophi causam scientiæ dixerunt esse principium immateriale, vt Plato ideas, & Aristoteles intellectum agentem, & Iob 2. Deum. Hinc patet, q vt est falsum intellectum esse idem cum sensu, vt ostendit Arist. loc. cit. ita falsum cælum directe agere in nostrum intellectum.

Tertio sequitur cælum neque agere directe in liberum arbitriū patet ex dictis, quia est pars animæ intellectiuæ ex 3. de anima 42. atque adeo spiritualis, & ideo non subdita directe agenti corporeo, vt patet ex dictis Confirmatur nam voluntas immediatè mouetur ab apprehensione intellectiua, vt patet, quia obiectum eius est bonum cognitū 3. animæ 35. vnde defectus electionis oritur ex defectu iudicij circa particulare eligibile 3. eth. c. 5. ergo non potest directe moueri à cælo. Conseq. probatur quia cælum non est causa mediante intellectione, vt patet ex dictis, nec immediatè, quia non potest habere duplicem causam immediatam.

Sed hæc ratio non videtur habere vim, nam effectus potest habere duplicem causā immediatā tā in diuerso genere ex D. Tho. vt q. 9. art. 3. ad 3. intellectus autem mouet in genere causæ finalis, vel formalis, quod specificationem, & cælum in genere causæ efficientis, & quoad exercitium, quam in eodem genere, vt duæ causæ partiales.

Confirmatur sicut ex eo quod intellectus est causa mediata electionis, non excluditur quin etiam Deus sit causa mediate, ita neque debet excludi actio cæli mediata Resp. Fer. concedendo directe non excludi immediationem, nisi in genere causæ finalis sed consequenter excluditur immediatio in alio genere, nam electio immediate sequitur ad intellectionem, & sit eiusdem ordinis, ac intellectio, vt patet ex appetitu sensitiuo, & cognitione ad quam immediate sequitur, at actus qui pertinent ad eundem ordinem, eo dem modo se habent ad extrinsecum efficiens vt possint, vel nequeant causari, & ideo quod est causa vnius, potest esse causa alterius, & quod non est causa vnius, nec possit esse alterius; sed cæli non sunt causa intellectionis, ergo neque electionis, sed hæc ratio Ferrar. etiam si esset optima non tamē est ad mentē D. Th. quare puto D. Th. supponere liberū arbitriū determinari ab obiecto, hoc aūt pponitur ab intellectu ideo, q nō est cā intellectionis proponentis obiectū non potest esse causa electionis, & actus voluntatis, quod si velint determinari ex parte potentiæ tunc non seipsum, sed ab alio determinaretur, atque adeo tolleretur libertas, quæ supponitur in esse in libero arbitrio.

11 Confirmat Damasc. lib. 2. de fid. c. 7. quia si humanæ actiones vi cælesti administrarentur non essent liberæ, sed naturales, sed hoc est falsum, nam natura differt ab agente libero vt patet tum ex 2. phys. tex. 49. tum ex diuerso modo operandi, quia natura semper eodem modo operatur, & tendit in finē per determinata media, vt animalia, & naturali instinctu, & inanimata ex virtute in illis existente, vt auis operando nidū, & lapis dū deorsum mouetur, tum quia naturalia, vt plurimum recte fiunt, quia natura non deficit, nisi in paucioribus, tum quia naturalia agunt sine consilio. At non sic agens liberum quia non solum diuersi homines, sed etiam idem homo ad vnum finem diuerso modo, & per diuersa media tendunt tam in moralibus, q in artificialibus, tum electiones hominū nō sūt, vt plurimū rectę, sed sæpe aberrant, & non sine consilio operantur, sed cum consilio, & iudicio, non enim natura dedit frustra vim iudicandi, & consiliandi nisi ea esset homini necessaria, & vtilis vtraque siue circa operabilia ab homine, siue circa admittendas, vel repellendas intrinsecas passiones, at hæc vis non posset habere vsum, si operationes non essent in nostra potestate. Consequentia probatur, quia corpora cælestia sunt agentia naturaliter, at quæ ordine naturali subduntur actioni agentis naturalis, non libere, sed naturaliter mouentur, nam ex impressione actionis determinatur ad operationem, vt patet inductione eorum, quæ cælorum actionibus subduntur, nam subordinatum minoris virtutis non potest impedire actionem agentis maioris virtutis, cui subordinatur. Dices ex eo quod cælum imprimat qualitatem in voluntate nō sequitur inde necessitari, quin posset subdi libero vsui ipsius voluntatis, vt patet ex donis gratiæ, & habitibus voluntatis, nam quicquid recipitur per modum recipientis recipitur.

Resp. hanc rationem non habere vim ex impressione qualitatis, non de hac agit D. Thom. ibi t. 87. sed ex impressione actus per immediatum concursum ad actum, neque est eadem ratio de concursu primæ causæ, nam cum hæc libere concurrat accomodat suum concursum ad concursum causæ secundæ. At vero cælum cum sit agens naturale

rale semper influit in subiecta sibi subordinata; atq; adeo determinaret ad actum. At instari potest hæc vera esse de concursu in subiectum, quod passiue tantum se habet, non autem de subiecto actiuo ad actum, nã primum potest fieri à cælo etiam repugnante subiecto, vt patet ex similibus actionibus, at secundum non potest fieri solum à cælo non concurrente subiecto, quia cælum est principium insufficiens illius actus. Sed contra, quia licet sit insufficiens, tñ ex subordinatione causæ inferioris ad cælum, non solũ cooperatur ad actum, sed etiam determinat subiectum ad actũ; sed ego non video quomodo possit fieri hæc determinatio potentiæ actiuæ ex vi influxus cælestis, nisi imprimat aliquid præuiũ ad actionem, quo principium determinetur ad agendum. ideo respondent secundo alij à cælo imprimi qualitatem quandam voluntati. qua trahitur ad operandum, sicut potentiæ motiuæ animalis virtus impressa facit, vt animal concurrat ad motum, præsertim cum cęlum sit animatum, vt dixit Auic. & Albumasar apud D. Thom. 3. contra gentes cap. 78. sed contra hanc opin. multa D. Thom. ibi, tum quia et si esset animatum adhuc non posset agere in voluntate, quia ageret mediante motu cælestis corporis, tanquam instrumento ad effectus, at effectus qui fit per instrumentum debet esse ꝓportionatus instrumento connali.

Respondent sicut & ageti licet motus secundum se non sit proportionatus, tamẽ vt instrumentum animæ cælestis est proportionatus; sicut Sacramenta, licet secundum se non sint proportionata gratiæ, tamen vt instrumentum Dei sunt proportionata, ex D. Tho. 4. d. 4. q. 1. ar. 1. Sed contra, q̃a ratio non procedit ex eo, quod instrumentum nõ possit aliquem effectum producere vt instrumentum, quod non posset propria virtute; sed ex eo, quod non potest inducere formam in passum, quã propria actione attingere non possit, nam instrumentum connaturale nõ potest attingere effectum principalis agentis, nisi habeat aliquam ꝓpriã actionem circa subiectum, quia in hoc distinguitur instrumentum Dei ab instrumento naturæ, quod natura supponit aliquam virtutem in instrumento sicut etiam est ars, nam aliqui non esset ratio, cur potius vno, quam alio instrumento vtatur. Non sic autẽ instrumenta Dei, quia cum hoc sit non solũ instrumentum effectiuum, sed etiam significatiuum satis illi est habere proportionem ad significandum: sed quia hæc doctrina non ab omnibus admittitur, vt patet ex phantasmate, quod vt instrumentũ intellectus agentis agit in animam, ideo illa in hac quæstione non vtimur.

Tertio probo, nam illa qualitas determinaret voluntatem ad operandum, quia esset virtus naturalis, & naturaliter haberet effectum; at liberum arbitrium, nec de facto sic determinatur à cælo, quia non tollitur libertas per influxus cælestes, nec posset ab vlla creatura sic determinari ex parte potentiæ, vt ostendit D. Thom. 1. 2. q. 9. & 10. & nos alibi. Verum hæc ratio indiget examine, de quo alibi.

Quarto probat Argent. quia nullum purè passiuum est liberum; sed voluntas quoad influxum cæli in ipsam directe, se haberet pure passiuè, ergo non esset libera. Maior prob. quia pati, & non pati non est in potestate subiecti pure passiui; nam dum virtus agentis habet maiorem virtute necesse est, ipsum pati. Minor prob. quia virtus directe agẽs, vel ex vi sua ꝓduceret actũ, & hic nõ esset ille liber, vel produceret principiũ determinans, & trahens ad actum, & necessitaret, vel produceret principium non determinans illam ad actum, & hoc est contra ipsorum opinionem, qui volunt ita determinari voluntatem ab influxu cælorum, vt fatali necessitate feratur, nec possit illi obsistere. Deinde voluntas cum sit principium operatiuum non est capax qualitatis, nisi in ordine ad operationem, at ad hanc dupliciter potest qualitas ordinari, primo inclinãdo ad vnam partem impediendo determinationem ad oppositum; secundo relinquendo potentiam ad oppositum, cęlum aũt neutro modo potest directe determinare, vt probatũ est, & si per impossibile posset, determinaret primo modo ex auctoritate Patrum, & ratio est, quia cum non sit agens liberum non potest attemperare suũ influxum, iuxta exigentiam libertatis, sed ageret in quantũ potest, vnde cum eius virtus sit maxima traderet influxum maxime determinantem, & summum, quem potest, & hæc dicta sunt ꝓ defensione consequentiæ quã Damascenus ponit. 12

## ARTICVLVS VI.

### *Opinio Auctoris de actione cæli indirecta.*

Secunda concl. cęli agunt indirectè causaliter in potentias organo affixas. Patet quia producũt aliquid directè in organum, in quo operatur potentia; hinc apparet ictericus videre omnia eodem colore infecta ob colorem existẽtẽ in organo, & læso organo læditur operatio potentiæ organicę ex Foruil. 2. techni. q. 4. 55. 56. 57. & fuse Gal. ibi c. 12. vbi Arg. ex Gal. 1. de loc. affect. ait, memoriem lædi ab intẽperie frigida, atque humore, & à labore, & vigilia. At ipse putat senes esse obliuiosos, non tam ob siccitatẽ, vel frigiditatem, vel humiditatem cerebri, quam ob defectum caloris natiui influentis, nam vt ob id concoctio, motus, & aliæ corporis, & animæ actiones, sic & memoria male exercetur, sed hanc actionem præcipuè iuuat structura ipsius cerebri, nam qui posteriorem capitis eminentiam habet insignẽ, ac cauitatem occipitis satis amplã, memoria valent. 13

Agit indirecte in potẽtias organicas.

valent. Conf. Ioannes minor q.8. cap. 3. ex Aristotele dicente primo meteor. mundum inferiorem continuum esse superioribus, vt totà virtus inde gubernetur, at corpus, & sensus sunt de hoc mundo, vnde frænetici in aliquo aspectu peius se habeant.

Agit indirecte non causaliter, sed occasionaliter.

Tertia Concl. cælum agit indirectè occasionaliter in intellectum, & voluntatem iuxta conditionem, & naturam potentiæ, est D. Thom. Caiet. Bann. & aliorum loc. cit. probatur nam tripliciter potest esse occasio operationum humanarum, primo agendo in exteriora corpora, vnde aere frigescente, homo mouetur ad eligendum accessum ad ignem. Secundo producendo in nostra corpora aliquam dispositionem corporalem, quæ est occasio alicuius electionis; vt cum ægrotamus, eligimus accipere medicinam.

Tertio cum ex actione cæli in nostra corpora insurgunt passiones, vel saltem efficimur proni ad passiones, vt cholerici dicuntur proni ad iram; vnde calefacto cordis sanguine à cælo, appetitus irritatur ad iram; ex qua passione deinde mouetur voluntas; nam 3. ethic. cap. 4. *vt quisque affectus est, talis ei finis videtur*, & horum ratio est, ex D. Thom. p.1. quia tam intellectus, quam voluntas aliquo modo aliquid accipiunt à potentijs inferioribus, quæ alligantur organis, nam intellectus operatio compleri non pôt sine operatione imaginationis, & cogitatiuæ 2. de an. t. 74. & hinc ex bona, & mala dispositione illius perfectior, vel imperfectior, est operatio intellectus 2. de anim. 94. vt D. Thom. 3. contr. Gent. c. 84. quæ diuersitas dispositionis oriri potest à cælis ex Aug. 5. de ciuit. c 6. & 7. & Damasc. 2 de fide, & ratio huius connexionis est non solum ex ratione obiecti, sed etiam ex Argent. ex vnione in vna essentia, quia potentiæ animæ sunt radicaliter coniunctæ in anima, tanquam in stipite vno duæ rotæ 3. de anim 48. nec mirum, quod cælum id potest, quia etiam res aliæ .s. cibi potus, &c. possunt sic agere in liberum arbitriũ de qua re multa Ferr Hinc possent multa dici de inclinationibus voluntatis, & de operationibus intellectus, sed non est huius loci; vnde fit, vt Amenies aliquando futura prædicant de ijs, quæ ex influxibus cælorum proueniunt, quatenus mouentur ad iudicandum ex aliqua impressione facta à cælo in eorum vires interiores, vt ait Ferr.

14 Quarta concl. diuerso modo mouetur in directè, occasionaliter intellectus, & liberum arbitrium. Probatur à D.Tho. 1. p. q. 115. art 4. nam vnumquodque mouetur, vt aptum est moueri, Hinc intellectus necessario accipit ab inferioribus viribus species, & hinc turbata imaginatione, vel memoratiua ex necessitate turbatur actio intellectus, sed hæc necessitas non intelligitur quoad exercitium, sed quoad specificationem, non quoad omnia se tenentia ex parte specificationis, sed vt ait Caietanus, quoad pertinentia ad rectitudinem actus, quia non rectè intelligimus ex eo, quia volumus, sed quia concurrentia ad intellectionem sunt recte disposita secundum naturam .s. phantasma, & intellectus agens, &c. at vero rectitudo actus voluntatis est liberam, nam ideo recte volumus, quia volumus sic .s. iustè, &c. & propterea actus intellectus necessario sequitur dispositionem sensuum vipote variantium obiectum suum, ad quod habet naturalem non liberam habitudinem, at actus voluntatis nõ necessario sequitur dispositionem partis sẽsitiuæ; nam vt bene Ferr. constat experientia hominem illis per rationem resistere, vel obædire posse, quia licet plurimi sequantur naturales impetus, & passiones; tamen sapiẽtes dominantur astris; vnde Ptolomæus in centiloquio dicit, non posse astrologos per stellas ferre iudicium in speciali, sed in vniuersali de actibus humanis.

## ARTICVL. III

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

15 Ex his patet ad argũmenta Ad primum Resp. optimam esse illam rationem ad improbat. Resp. negando cælos agere in dæmunes. Ad primam probationem Resp. duas ob causas, homines vexari à dæmonibus secundum stellarum aspectus, primo vt res à Deo creatas, tanquam maleficij participes dedecorent ex Hier. in c. 4. Matt. iansen. c. 25. & 68. concordiæ. Secundo quia cum ipsi non possint imprimere qualitatem in corpora, nisi applicando actiua passiuis, observant ad id temporum opportunitates, & dispositionem corporum, quæ dispositio variatur ex influxibus syderum, & dum luna crescit augetur humiditas cerebri, in quo perficiuntur animales operationes, vnde eo tempore dęmones areptitiorum phantasiam perturbant.

Cur dæmones vexant homines in certo syderum aspectu

Ad secundam probationem, euocatos sub certis constellationibus accurrere, vel quia sciunt tunc paratiorem esse materiam ad effectus, quorum causa euocantur; vel vt homines hoc artificio superstitione imbuant, & inducant ad astra tanquam numina quædam colenda ex D Thom. 1. p. q. 115. art. 5. ad 3. ad 3. allici herbis, &c. tanquam si gnis diuini honoris illi exibiti, ad quæ ex inito cum maleficis fędere accurrunt. Et quod dicitur. Psello, & de arte Salomonis falsum est, vt ait Aug. 25. de ciuit. cap. 6. Ricard. quodl 3. q.8. Lyran. 1. Reg. c. 16. Sybilla decad. 3, cap. 8. Sed pro totius huius materiæ explicatione.

16 Dico 1. dęmon non pot cogi per aliquam artem ab hominibus inuentam, vt intrent in phialas, anulos, statuas, &c. quia quilibet homo est inferior dæmone; ergo non potest ex propria vi compellere eum; neque ex alijs rebus; quia si non potest compellere: cum neque

neque ex alijs rebus; quia si non potest compellere alium hominem, verbis, herbis, characteribus, lapidibus, &c. vt intret in determinatum locum, ibique præstat, multo minus poterit dæmonem, quia homo est magis subditus rebus corporalibus, quam dæmon qui est substantia ex omni parte spiritualis, neq; obstat, quod homo habeat vim separãdi animam spiritualem à corpore mortem inferẽdo, quia est diuersa ratio, nam anima vt sit in corpore exigit certas dispositiones, quæ destrui possunt virtute naturali, at Dæmon cum vniatur vt motor non illas requirit.

Neque huiusmodi ars potuit hominibus communicari à dæmonibus; tum quia hæc sensibilia non possunt ex se habere hanc virtutem in dæmones; tum etiam si haberent; dæmones superbissimi nunquam docuissent hominem artem, qua possent in seruitutem hominis redigi, & duci pro libero hominũ arbitrio, quod si aliquando videntur compelli, id fit virtute Dei, & Angelorum bonorum, vel à dæmonibus superioribus respectu inferiorum, de qua re Petrus Tyreus de dæmon. p. 3. c. 36. n. 8. & 9. vel fingunt se compelli, tamen sponte veniunt, vt ex Aug. credentes illis occultius finaliter perdant: vnde si quando fuit aliqua ars compellendi dæmones exorcismus, seu applicationæ aliarum rerum, solum erat ministerialis respectu Dei, & bonorum Angelorum, ex secreto, vel claro pacto cum Deo, vt ex exhibitis his cæremonijs ab exorcista dæmones compellantur, præsertim ex auctoritate ecclesiæ illi à Deo communicata, quare ars illa Hermetis non erat ars, sed pactum cum dæmonibus diuini honoris cupidissimis, vt inde crederetur esse dij potentes prodesse, & obesse; quare pollicebantur ingredi statuã, & inde dare responsum, quando erat consecrata talibus verbis, suffimigationibus, &c. vt ait Aug. 21. de ciu. c. 6. Hinc Eusub. coactus fuit octo libros conscribere aduersus Philostratum Apollonii Tyanæi præconẽ, & de his magis loquitur Leo Africanus qui per circulos aliquos, & characteres in fronte dæmoniaci ductos dæmones expellebant, & de his Vlp. tit. de varijs. & extr. cogn. & de his Greg. 1. dial. c. 9.

Dices in Christiana Religione videtur esse hæc potestas, vt patet ex officio exorcistæ. Resp. Sibilla, credere aliquem exorcismum habere talem efficaciam, est superstitiosum, quia neq; etiam in primitiua Ecclesia reperitur aliquis determinatus exorcismus expellendi dæmones ab obsessis, nisi in libris apocriphis; vnde Matth. cap. 17 *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, nisi oratione, &c.* quæ doctrina si intelligatur de vi naturali exorcismorum concedi potest, si autem de vi supernaturali à Deo concessa suis ministris, falsa, & hæretica est, quare

17 Dico secundo, sẽper in Ecclesia Dei fuit potestas expellendi dæmones à corporibus obsessis; nam primo hæc potestas fuit in Ecclesia Israelitica, vt refert Ioseph l. 8. antiq. c. 3. quam Deus Salamoni præstitit, etiã potestate instituendi modum orandi ad eijciendos dæmones; Secundo per innocationem nominis Tetragammaton, ex Epiph. aduersus Ebionæos, & videtur probari ex Euangelio, vt Tyreus loc. cit. p. 3 c. 34. secundo fuisse collatam Apostolis, constat ex Euangelio; & apud Ecclesiam talem esse potestatem, pluribus ostendit Tyræus cap 33. 35. 36. vbi c. 38. de conditionibus exorcistarum.

Ex his patet optime Henr. de Gandauo in quodl. dixit, vim, quam habent sacramenta, & sacramentalia ad expellendos dæmones non esse naturalem, sed supernaturaliter inditam, quia virtus diuina potest immediate, vel mediate per Angelos, vt Tob. 8 & alias res agere in dæmones, nam virtuti diuinæ omnia sint subiecta; vnde extabat gaudium discipulorum Christi Luc. 10.

Ex his secundo patet ratio, cur melodia, 1. Reg. 16. temperabat vexationem à dæmone factam; non enim id erat, quia melodia aliquod ageret in dæmones, illos expellendo &c. sed quia efficiebat subiectum minus dispositum ad recipiendam vexationem, & quia ex musica temperabatur dolor causatus à dæmone, nam tunc dæmon cum sit finitæ virtutis vexabat remissius ob resistentiam contrariæ passionis; & idem potest dici de herbis, quæ possunt variè disponere, & inducendo tristitiam, & lætitiam per motionem sanguinis, & spirituum, & melancholicæ affectionis libarationem, & quia maligni spiritus eã dispositionem maxime expetunt in corporibus, ideo ea sublata, per accidens ablegabantur, vel ne ita molesti essent, impediebantur, vt fuse Tyræus de dæmonacis c. 48. probat.

Tertio patet, qua ratione fumus iecoris piscis expulit dæmonem; non enim id fecit secundum se, sed tum ratione meritorum orationis Tobiæ per fumum significatæ, tũ virtute Angeli Raphaelis; vt optime Turr. de pœnit. d. 1 c. voluissent, §. deniq; & significatur Tob. 8. *Protulit*, inquit, *Tobias de cassidili suo partem iecoris, posuitq; eã super carbones viuos, tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Ægypti*, quare non ex vi fumi, sed ex vi Angeli dum excitatus fuit fumus. Secundo dici posset ex virtute fumi fuisse expulsum, nõ quidem naturali, sed supernaturali vi, vt sic subijciendo dæmones corporeis magis eos cruciaret, vt dicitur de concreatione rerum corporearũ, quæ adhibitæ illos magis crucient. 18

Quarto patet, quam falsa sit opinio Peripateticorum, dicentium ea, quę fiunt per artem magicam fieri naturaliter virtute cælestium corporum influentium; vnde Porphirius apud Aug. 10. de Ciuit. c. 11. dixit fabricari ab hominibus in terris potestates idoneas varijs effectibus syderum, exequentis

tis cuiusmodi sunt, quę fiunt sub talibus cõstellationibus, vnde tales, vel tales habeãt virtutes, vt notat D. Thom. p.p. q. 115. ar. 5. ex Aug. 10. de Ciuit. c. 11. constat dare multos effectus, qui non nisi opera dæmonũ, & nõ ex influxu cælorũ fieri possũt, vt quod arreptitij loquantur lingua ipsis omnino ignota, & quod recitent versus, & auctoritates, quas nunquam sciuerunt; quod faueant statutas loqui, & moueri, & similia, quæ non potest referri in cælos.

Ad 2. prob. minoris Resp. negando influxum directum in intellectum; nam ad diuersitatem ingeniorum licet concurrant cęli, tamen id est indirecte, quia concurrunt ad dispositionem sensuum internorum, vt Soncin. 8. met. q. 26. Arg. q. 2. d. 32. q. 1. Dur. q. 3 Sybil. decad. 1. c. 9. q. 2. vbi etiã docet, non posse inclinationem ad vnam magis, quam ad aliam scientiam oriri, ex influxibus cælororum directe secundum Albert. & Henr. sed oriri ex quinque causis prima ex passionibus ad quas ex complexione naturali homo est dispositus, vt inclinatus ad auaritiam, inclinatur etiam ad scientias lucratiuas, &c. Secunda ex complexione naturali, qua homo fit magis proportionatus, & conformis obiectis vnius, quam alterius scientiæ; vnde ex consideratione illorum accipit maiorem delectationem. tertia ex conditionibus scientiarum, & hominum, vt si in homine excellit imaginatiua, inclinantur ad scientias mathematicas, quæ requirunt imaginatiuam. Si discursiua, ad metaphysicam: si iudicatiua, ad moralia: si memoratiua, ad historias, & linguarum cognitionem. Quarta ex dispositione radice inferioris, vt filij pictorum plerunque aptiores sunt ad pingendum, ex dispositione contracta ex parentibus. Quinta ex frequẽti meditatione talium; nam cum casu in talem artem incidit, & ei primum placuit, semper deinde manet affectus circa illam, præcipuè si videt se excellere in illa, vt ait Fracastorius, Albertus, & Henricus. Sexta ex educatione parentum, vt in Cina, nam filij exercent artem patrum, vnde fit non oriri ex aliqua virtute impressa à cælis in natiuitate; neque varietas complexionum semper à cælo expetenda est, sed ex supradictis causis. Ex his sequitur, cuis melius iudicat de ingenijs

Inclinationem ad vnã magis, quã ad aliã sciẽtiam non ex influxibus cælorum, sed ex varijs causis.

20 Medicus, an Astrologus; Resp. enim Sybilla q. 5. expertum medium; certius iudicare, quia iudicat ex causa proxima, & propinqua scilicet radice inferiori, scilicet qualitatum primarum complexione, & ex causis secundis, scilicet mollitie carnium non orta ex humiditate, & flegmate, sed ex humido subtili, & spumoso aereo bene temperato cum calido, subtilitate vnguium, figura capitis ad modum nauis, nigredine capillorum, oculorum, & candore cutis ex Alb. quia hæc arguunt calidam complexionem, nam ex Garb. 8. tec. n. 1. calida, & sicca si non abundent, sunt perfecta sensibus; nam à caliditate fluit velocitas apprehendendi, à siccitate firmitas retinendi; hinc propterea dicitur, quod generaliter mollities carnium, subtilitas vnguium, tenuitas capillorum, paruitas dentium, & oris, significant mansuetudinem, & bonam mentem: contra vero vngues acuti, fortes, & magni dentes, & scissio oris notat ferocitatem, & prauum intellectum. At astrologus iudicat de his ex causis remotis, ex quibus haberi potest aliqua cognitio, sed non ita certa, vt ex causis inferioribus.

Medicus, an Astrologus iudicas de ingenij qualitate.

Confirmatur Resp. Sybilla dec. 1. cap. 9. 21
q. 2. à cælis pendere mores hominum, non quidem sufficienter, & necessario, sed inclinatiue, & contingenter, quia varia dispositio corporum multum facit ad varietatem effectuum; quia anima vt plurimum sequitur complexionem corporalem, vt coletici plerunque sunt iracundi, flegmatici pigri, sanguinei benigni; malencolici inuidi, sed id contingenter, ac inclinatiue, & apud Sybillam vide multa de hac materia ex opinione astrologorum, medicorum, philosophorum naturalium, & moralium.

Hinc soluuntur rationes Pici contra astrologos, quod si cælum inquit inclinaret ad flagitium, tunc id esset referendum in Deũ vt cæli auctorem. Sed Resp. Ferr. 3. contr. gent. c. 85. cęlum non dicitur inclinare ad flagititium, directe voluntatem in illud inclinando, nam vt optimè D. Thom. 1. 2. q. 24. art. 1. passiones, ad quas directe inclinat appetitus sensualis, non sunt moraliter malę secundum se considerate, sed indifferentes; qua ratione à cęlis pendent, nam vt sic sunt communes bestijs, & hominibus; sed in ijs inuenitur bonum, & malum morale, prout subiacent imperio voluntatis bene, vel male vtentis illis, vnde passionibus nec laudamur, neque vituperamur, quod si passiones considerentur, quatenus non regulãtur per rationem, tunc dicuntur occasiones flagitiorum, sicuti etiam frigus est causa eligendi ignem; vnde fit cælum non inclinare voluntatem ad malum, sed ad aliquid indifferens, Deinde cælum nec inclinat directe scilicet aliquid in illam agendo, sed tantum indirecte, & occcasionaliter excitando passiones, nam passiones magis ab auctore naturæ pendeant, quam à cælo, & tamen Deus non inclinat ad mala.

Ex quibus patet, non esse absurdum referre illam inclinationem in Deum vt primam causam; quia quatenus refertur in Deum, sumitur secundum se; qua ratione non est mala, sed fit mala ex ipsa hominis voluntate non regulata ratione, quæ sumit occasionẽ ab illa passione, vt etiam solet ab alijs creaturis, quæ bonę sunt secundum se, licet quatenus assumuntur ab homine sua ratione dicantur malæ; vnde non fit cælum esse auctorem alicuius mali, sed rei bonæ secundũ se in genere naturæ, quę propter defectum rationis regulantis fit occasio peccati, at ille defectus non est à cęlo. Ex

22 Quomodo Deus non inclinat ad malum.

Ex his demum patet motum corporum cælestium non esse causam nostrarum electionum ex virtute intelligentiarum animæ mouentis, vt contra Auicennam ostendit D. Thom. 3. contr. gent. c. 87. & nos supra ostendimus tum ex forma, quam cælum inducit in cælum scilicet motum, qui non habet illam vim, tum ex natura intelligentiarū, q̄ non habēt vim alterandi aliena subiecta, vt suo loco ostendemus, & D. Thom. 1. p. q 115. art. 4. ad 1. intelligentias agere in intellectum humanum immediate illuminando, sed voluntatem immutare non possunt.

Ad 2. arg Resp. D. Thom. multiformitatem actuum, qui sunt ab intellectu, & voluntate humana reduci ad principium vniforme, scilicet ad intellectum, & voluntatem diuinam, sicut motus corporales in motum vniformem cælorum, quæ responsio vera est de reductione in Deum, vt auctorem naturæ, & causam primam, ac vniuersalem omnium actuum humanorū, nō tn̄ vt causam particularem, nam inter humanos actus multi sunt cum peccato, qui non possunt esse à Deo, vt causa particulari; Quare causa vniformis actuum humanorū sunt intellectus vnus, & vna voluntas, quorū sunt diuersi act⁹ ex obiectis, & alijs causis, vt suo loco, verum de hoc principio an omnes effectus difformes debeant reuocari ad vnum principium vniforme, & quomodo alibi disputatur 1. p. q. 115. art. 3.

Ad 1. confirm. Resp. primo D. Aug. loqui de corporibus, at nos loquimur de actibus potentiarum spiritualium.

Cur vera sit prædictio Astrologorū contra mores. Ad 2. conf. resp. de prædictionibus plura infra, nunc autem satis sit responsio D. Thom. id oriri ex eo, quod pauci homines dominantur suis passionibus, sed potius plurimi eas sequuntur, at passiones quæ sunt motus sensitiui appetitus, sunt ex cooperatione cælorum, & hinc astrologi de his vt plurimum vera prædicere possunt, non quidem in particulari, sed in communi, nam sapiēs inquit Ptolomæus dominabitur astris idest suis passionibus ad quas ab astris habēt dispositiones inclinantes.

## DVBITATIO VIII.

*An aliquis effectus naturalis respectu cæli casu accidat.*

De hac Conimbr. 2. cæli cap. 3. quæst. 5. D. Thom. 1. par. quæst. 115. art. 6. vbi Caietanus, & Bannes, & 3. contr. gent. 86. & 99. vbi Ferrer. Heru. 1. de materia cæli quæst. 9. Maior. 2. d. 14. quæst. 8. vbi Arg. Ægid. & alij.

### ARTIC. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

Primo notandum ex Conimbr. effectum à casu posse spectare, vel materialiter scilicet quoad ipsius entitatem, vel formaliter scilicet quoad esse ex accidente, ac secundum priorem rationem quilibet effectus habet causam vt patet; at vero secundum posteriorem nequaquam, cum non sit ens, vt 6. met. tex. 5. & 6. probat Aristoteles. Hæc igitur est quæstio, num effectus, qui respectu causarum elementarium sunt ex accidēte, sint per se intenti à cælo, an vero aliqui eius causalitatem subterfugiant, & casu cōtingant. Nam de effectibus, qui sunt ab vnō astro impediente vim alterius, etiam si sit casualis respectu astri impediti, nō est casualis respectu astri influentis, & potentioris, atque adeo neque erit ille effectus casualis respectu cæli. 1 Casualis effectus dupliciter materialiter, & formaliter.

Secundo hoc effectum casualem dici per accidens dupliciter: accidentalitate intentionis, quia scilicet oritur præter intentionem causæ agentis à casu, secundo accidentalitate excludente necessitatem, quæstio intelligi potest in vtroque sensu, sed præcipuè disputatur à doctoribus in secundo sensu.

2 Contingens distinguitur & opponitur necessario, & est vel sēper vel determinato tēpore. Tertio notandum eatenus dici aliquid cōtingens, quatenus non est necessarium; necessarium vero dici aliquid, quatenus impossibile est aliter se habere: & aliquid aliter se habere dupliciter contingit; primo, quod secundum aliquod tempus habet esse & secundum aliud non habet esse, sed quod habet horum habet esse necessario in suo tempore; vt ecclypsis non habet esse in hoc tempore, sed tali tempore, & tam esse, quam non esse, est necessarium: vnde eclypsis Lunæ aliter se habet, quando est, aliter quando non est; & per consequens potest aliter se habere, non possibilitate contingentiæ, sed consequente ad necessitatem quia necesse est eclypsim lunæ aliter se habere; & aliter diuersis temporibus; & dicitur possibilitas secundum quid. Secundo Dicitur aliquid aliter se habere, non quia aliter, & aliter se habet diuersis temporibus sed quia absolutè potest esse, & non esse, vt Sortem currere, vel non currere, respectu eiusdem temporis, scilicet cras, nam indifferenter æque se habet ad vtrunque, & dicitur possibilitas absoluta, seu simpliciter; q̄ indeterminatio est ex determinatione earum causarum; vnde effectus quanto plus cadunt sub prædictam indeterminationem causarū tanto magis participant contingentiam. Iā vero, cum dubitatur, An respectu cæli sit aliquid contingens, & possibile, intelligitur secundo modo, non primo.

Quarto notandum alios effectus produci à cælo sine vllo concursu alterius causæ, neque naturaliter impedibili; alios vero produci à cæ-

à cælo scilicet cum concursu alterius; vel saltem per actionem impedibilem, hoc autē impedimentum potest oriri vel ab inferioribus; vel à causa supernaturali.

### ARTIC. II.
*Opiniones Doctorum.*

Nihil casu accidere respectu cæli.

3 PRima opinio est dicentium, nihil respectu cæli casu euenire. est Auic. 10. met. c. 1. Ocham. quodl. 1. q. 17. & videtur D. Thom. 1. p. q. 19. art. 6. quia nullus effectus naturalis est, qui effugiat concursum cæli, atqueadeo licet ab vna, vel altera constellatione per se non intendatur, eo quod vnum astrum ob impedimentum alterius astri sibi obiectum possit frustrari effectu quem intendebat, vt aquarius ab effundendis imbribus in segetes ab alio fortiori astro inducente siccitatem, & ariditatem segetibus impeditur, tamen quicunq; effectus extiterit ad aliā virtutē cæli reducitur, vt v. g. licet accedēs ad plateā causa negotiationis, si ibi carceri mancipetur casu accidat illi, tñ nō est carceratio casualis respectu Prętoris.

Secundo quia cæli influxus imponunt necessitatem rebus ita ut non possint effectus à cælo dependentes impediri; ergo omnes effectus sunt per se intēti à cælo: Antecedēs probatur ab Henr. 24. argumentis, quorum summa est; causa necessaria, & sufficiens effectuum à se immediate productorum, & mediante influxu suo necessario mouet alias causas illi subiectas: Dices impediri à materia inferiorum, quæ licet subijciatur cælo tanquā potentiori quoad oēs partes sui, non tñ quoad omnes dispositiones, cum possit illas ab alio agente recipere, sed contra quia forma siue accidentalis, siue substantialis in inferioribus pendet à cælo, neq; ab agente inferiori sine cęlo, quia omnis actio inferiorū præsupponit actionem cæli.

Confirmatur quia impedimentum, vel potest impediri, vel non; si primum; ergo erit per aliud impedimentū, & tunc de hoc quæritur, an possit impediri, & sic in infinitū, si secundum; ergo saltē in omnibus, quæ impediuntur impedimentū erit necessariū.

4 Confirmatur secundo, quia id, quod necessario sequitur ad aliquid necessarium vt sic, est necessarium; sed effectum corporis cælestis impediri aliunde, necessario sequitur ad aliud necessarium, nam hoc oritur ex eo, quod vnum corpus cæleste habens contrariam virtutem alteri corpori cælesti, applicatur vtrunque eidem effectui; sed huiusmodi applicatio fit necessario determinatis temporibus, cum illa applicatio fiat ratione motus, qui habet ordinem necessarium respectu cuiusque stellæ super determinatū locū, & determinato tempore.

Secunda opinio est dicentium, respectu cæli esse multa à casu, non solum ex ijs, quæ pendent à libero arbitrio, sed etiam quæ pēdent à causis corporalibus; nam ex his etiam sunt multa contingentia ex 6. met tex. 4. & seq. Ita D. Thom. 3. contr. gent. cap. 88. 89. Vbi Ferr. 1. p. q. 115. vbi Bann. & Caiet. & 2. 2. q. 95. at. 5. & q. 10. de mal. ar. 3. ad 17. Heru q. 9. de mat cæli, Maior. q. 8. Conimb. lo. cit.

### ARTICVL. III.
*Opinio Auctoris.*

Effectus à solo cęlo pēdētes sūt necessarij necessitate physica.

PRima conclusio effectus, qui sunt à solo cælo per actionem non impedibilem naturaliter, sunt necessarij physicam necessitate, vt est noctis, ac diei vicissitudo. Patet quia pendent à motu cæli regulari, ac stabili lege facto; & idem dicitur de effectis, qui fiunt à solo cælo sub vno astro intenti; ab alio vero impeditis quia licet illi effectus dicantur casu respectu partis impeditæ; tamē respectu totius cæli per se intenti dicuntur, cum fiant ab aliqua cæli parte, vt probat argumentum primum primæ sententiæ; & licet Heru. contendat, hanc necessitatem nō imponi à cælo, sed ab alio .s. mouente cælum; quia id imponit necessitatem suo effectui, vt apertio fenestræ præsente sole, non imponit necessitatem illuminationis; ita posito corpore cæli non sequeretur talis concursus, nisi posito alio concurrente .s. aliquo intendēte sic mouere, vt semper ex illo motu sic concurrant corpora cælestia, nam ad cælum, & virtutes eius non necessario sequitur motus cæli; vnde quod sequitur ex motu cæli, non sequitur necessario ex virtute cæli directe & secundum se, sed ex virtute alterius mouentis cælum; & licet hoc dicatur optimè; tamen adhuc effectus non habet contingentiam, sed necessitatem ab illo mouente cælū necessario, neq; cælū hic separamus a motore], sed consideramus effectus vt sunt à cælo moto à tali motore. Dices quę spectant ad huiusmodi effectus. R. sub his cōtineri non solū ortus, & occasus sydērū, sed eorū coniunctiones, & aspectus. quia hæc pēdent ex motibus cęlorum. Dices cur dixi necessitate physica R. id dici primo quia nulla causa naturalis dari pōt, quæ impedire possit tales effectus. 2. quia in ordine ad potētiā Dei nō habēt necessitatē, sed purā cōtingētiā, nā cōstat à Deo posse impediri vt patet tēpore Iosue: quo Sol stetit, & Regis Ezechiæ quo retrocessit.

9 2. Concl. Cælū non imprimit necessitatē alijs effectis factis à causis corporalibus inferioribus. Probat D. Thom. quia à causa remota, etiāsi necessaria, non necessario seqtur effectus, nisi ēt causæ mediæ sint necessariæ; vnde ex propositione necessaria, & minore cōtingēti non sequitur concl. necessaria, at cælū est causa remota, inferiores vero proximę; ergo. Vnde Arist. c. 2. de diuin. per somniū, ea, quorū sunt in cælo signa, interdū impediri: & Ptol. monet expetendū esse iudicium à secundis stellis. i. sublunaribus causis, vt primariæ, scilicet cælestes in actum veniant ad ea, quæ facere inclinant.

Secundo probat Her. quia nulla causa, quæ non dominatur totaliter passo, imprimit necessitatem effectui; sed sic est cælum respectu effectuum aliquorum sublunarium ergo maior probatur, quia cum causa non dominatur totaliter passum potest impediri ab actione, atqueadeo deficere potest à suo effectu, quare non sequetur effectus necessariò. Minor probatur, quia inferiora nõ totaliter subduntur cælo etiam toti, non solum quia hæc inferiora subduntur actionibus agentium liberorum scilicet hominum, & angelorum, ex quorum motione potest impediri actio cæli; at cæli non habent influxum in agentia libera, vt supra dictum est; ergo, &c. Sed etiam præcisa actione libera agentis est vera maior, quæ licet difficiliter probari possit, tamen adhuc probatur; nam causa sufficiens potest impediri per aliam causam contrariam .s.indispositionem materiæ factam, ex alia causa effectiua contraria, quare cælum licet ex se sit sufficiens, quando non obstat alia causa contraria, tamen potest impediri; quæ causa cõtraria esse potest i vel alia pars cæli, & tunc est effectus per accidens respectu partis impeditæ, vel alia causa inferior, quæ sit fortior vt dominante astro frigido impeditur eius actio ab igne proximo: vel licet non sit causa contraria tamen concurrit ad effectum simul cum cælo alia causa inferior, quæ potest esse deficiens; vt cum fiunt duo gemini scilicet fæmina, & masculus; nam id oritur, quia feminis virtus, quę nacta est materiam feminæ, erat defectuosa, & debilis; sic etiam cum frumenta in aliam speciem degenerant, cum cælum suum influxu intendat gignere criticum i vel est materiæ defectus, vt si regnaret aquarius, ex qua debent fieri pluuiæ, quæ tamen non fiunt ob carentiam vaporum, qui ex sicco, & arenti solo extrahi nequiuerunt; vnde deinde segetum ariditas consequuta est; qui defectus naturæ oriri potest ex varijs causis; vt si ex temperie cęli esse deberet rosæ, tamen quia bos comedit plantas rosarum, non poterunt florere; vel si vento flores decidant.

Demum potest esse fortuitus effectus ex concursu diuersarum causarum fortuito, vt v.g. si fulmen nube inclusum in syluam decidens, eam conflagret; nam & si fulminis emissio fit per se intenta à cælo, & similiter ariditas: tamen conflagratio non item; nam accidit, vt fulmen, & ariditas conuenerint in eamdem materiam, sicut licet quis volens tegulas è tecto deijciat, & alius nesciens illam deiectionem, volens illuc transeat, tamen casu dicitur frangi eius caput; quia vtriusq; causæ concursus nõ fuit per se intẽtus.

## ARTICVL. III.

*Soluuntur Argumenta Aduersariorum.*

EX his patet ad primum argumentum quod probat primam conclusionem; non tamen est contra secundam, quia dicimus, aliunde oriri impedimentum, quam ex actione cæli, nam oriri potest ex causis inferioribus.

Ad secundum negatur antecedens, ad probationem iam ostendimus, qua ratione possit impediri scilicet ex parte medij, materiæ & agentis contrarij, etiam circa ea, quæ immediate agit, vt ait Heru. ad 2. & etiamsi omnis forma pendeat à cælo, quod tamen esse falsum supra ostendimus, adhuc sequitur posse impediri ab agente inferiori, vt diximus, & potest esse contingentia ob fortuitum concursum plurium causarum, vel debilitatem alicuius, & licet concedatur actionem inferiorum supponere actionem cæli, adhuc tamen non obstat, quia influxus cæli est indeterminatus, & determinatur ex influxu particularium, videtur tamen in hoc argumento supponi virtutem cæli esse omnibus fortiorem, & illas vincere, quod esse falsum experientia patet dum ex igne proximo impeditur influxus cæli maxime frigefactiuus, & ratio est quia ad superandã resistentiam passi, vel alterius agentis circa idem passum multæ circumstantiæ debent attendi scilicet qualitas virtutis, eius intentio, propinquitas, & similia.

Ad primam confirm. Resp. quod deuenitur ad impedimentum quod absolutè possit impediri, licet ex suppositione non possit; & hoc sufficit ad contingentiam; & sic etiã licet causa sit necessaria, & sufficiens adhuc effectus non est necessarius, quia potest impediri quare licet quando non occurrit impedimentum, effectus necessariò sequetur, vnde est necessarius ex suppositione, scilicet negationis impedimenti, quæ necessitas non tollit contingentiam absolute.

Ad secundam confirmationem patet ex dictis vnde oriatur contingentia effectuum.

## DVBITATIO IX.

*An astrologi possint prædicere effectus contingentes ex obseruatione sydcrum.*

DE hac quęstione Alens. 2. p. quæst. 43. quæst. 164. membro. 2. & 6. & quæst. 165. D. Tho. 2. dist. 15. quæst. 1. art. vlt. ad secundum; vbi id confirmat exemplo medicorum, & 1. p. quæst. 115. art. 4. vbi Bann. & quæst. 70. art. 2. dubit. 2. & 2. 2. quæst. 95. art. 5. ad 2. vbi Caietanus, Ioannes Picus, Mirand. lib. 12. in astrologiam Lucius Bellan. Senens. in Apolog. contra Mirand. quæst. 1. art. ad 3. Per. in Gen. tom. 1. lib. 2. disp. de hac re, & lib. de magia, Aliacens. in gen. quæst. 3. & seq. & libro de concord. astronomiæ at Theologiæ, & lib. de leg. vbi de sectis magorum.

Petrus Nauar. de restit. lib. 2. cap. 2. de 2. Mirand. lib. 22. 23. & 24. de singulari certamine; Gerson in trilogio astrologiæ, & lib.

& lib. de erroribus artis Magicæ; Michael Medin. lib.2.ſuæ Peranefis, Doctores Scholaſtici in 4. d.14. vbi Maior. q.8. Scotus q. 3.6 dico ad primum Bon.p.3.diſt. q.3.ad 2. Dur. q.2. ad 3. Altiſcod. lib. 2. c.2.6. de operibus ſex dierũ Gab. q. vnic. art. 3. ad 3. Conimb. 2. cæl. cap.3. q.9 Ruuius q.6.

ARTIC. I.

*Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

PRimó not. futurorum præſcientiam in
1 physicam.& artificioſam diuiſere apud Cic. lib. 1. & 2. de diuinatione profeſſores illius, phyſicã appellarũt, quæ ex rerum naturaliũ cognitione oritur, artificioſã dicunt, q̃ non ex natura, ſed ex altioris alicuius, & ſpiritualis ſubſtantiæ traditione deriuatur, & quia ſubſtantia ſpiritualis eſt diuina, & Angelica, quæ eſt ex Deo mediate .ſ.per Angelos bonos, vel immediate per ſe ipſum dicitur Prophetia, Quæ vero ab Angelis malis dicitur Dæmoniaca, quæ ſi fit euocatione vmbræ mutuorum vel cum oſſibus cadauerũ, ſeu medullis, & imaginibus, & inſpectione à pueris, vel fæminis pregnantibus in ſpeculo chriſtallino, vel amphora aquæ plena, ſub luna, vel alijs planetis, ſiue in candela accenſa, ſiue in paſſi vngue, & alij in vaſe pleno olei nucum, vel in annulo confecto diuerſis ſiguris, & caracteribus ſub diuerſis planetis: dicitur Necromentia, quæ eſt omnium maxime exacrabilis.

2 Secundo not. phyſicam diuidi in eã, quæ ex ſcientia cæleſtium, & ſuperiorum virtutum, & inferiorum ſignorum, & cauſarum oritur. Prima dicitur Aſtrologia, ſeu aſtronomia; ſecundam non vno nomine appellãt: ſed varijs iuxta varia corpora, ex quorũ cognitione ſumitur; Nam ab igne dicitur Pyromantia, ab aere aereomantia, ab aqua hydromantia, à terra Geomantia, ab humano corpore toto phyſiognomia, ſed à frõte metopoſcopia, a uola manus chiromantia, ſed ſi à ſomno onirocritica; Ab auium canitu, & garritu auguriũ, ſed à volatu, & motu Aruſpicium, vnde aruſpicea, & Augures dicti ſunt, vt fuſe Michael Medina 2. de recta in Deum fide refert.

Tertio not. ex cognitione naturaliũ cauſarum poſſit pręcognoſci effectua naturales ſecundum eam certitudinem, ſecundum quã pendent ex illis, tamen ſæpe admiſceri ſolet ſuperſtitioſa cognitio ex pacto expreſſo, vel tacito cum dæmone, vt autem rectũ iudicium de his fieri poſſit ſeruanda hæc regula eſt; vt inſpiciatur connexio inter id, quod prænuntiatur, & illod ex cuius cognitione intellectus determinatur ad enuntiandum; Nam ſi ibi eſt aiiqua connexio naturalis, ſiue vt effectus cum cauſa mediata ſiue immediata tunc non eſt ſuperſtioſa cognitio; ſin minus erit ſuperſtitioſa. Hinc phiſionomiæ pars, quæ dicitur metamoſcopia, & quæ chiromantia, non videntur eſſe ſine ſuſpitione ſuſperſtionis, quia ducitur ex lineis exiſtentibus in illis membris, & partibua corporis, quæ non videtur habere connexionem naturalem cum effectibus, quia nec ſunt cauſæ, nec effectus, nec connexionem habent cum cauſis, vel effectibes prænuntiatis, præſertim cum in vola manus deſignent domos Planetarum, quo nihil poteſt eſſe magis ridiculum, quare licet phiſonomiam naturalem non damnem' cætera tamen omnino falſa putamus, quæ veritas, vt aliqua ratione comprobetur de ſingulis aliquid dicemus.

Quarto not. ab huiuſmodi auctoribus tres modos poni iudicandi de futuris. Primo ex ſtellis, de quo infra. Secundus eſt phy 4
ſonomiam ex qualitatibus, & figura, & cõpoſitione membrorum, vt notat Ariſtotelea Foxius Phylemon, Palemon, & alij, vt Gal. Raſis, Concil Alber. Magn. Zacharias, & Hier. de Manfredis Bononienſ. Tertius eſt per geomentiam, quæ fit per punctationẽ in arena, vel farina, vel in charta cum atramento lineando, & colligendo: fundamentum eſt, quia omne quod mouetur reducitur eius motus in cælum.

At quia non videt motus liberos non reduci in cælum, immo nec motua animaliũ nec aliorum inferiorum, vt foſe ſupra oſtendi, quare tota hæc doctrina cum ſit ſine fundamento, ruit, deinde quam connexionem habent pnncta facta ab homine in terra, &c. cum matrimonio futuro Regia cum tali muliere, vel cum vulnere, quod ſortes accipiet in oculo; ibi enim nulla poteſt eſſe cau. ſalitas, nec ſignificatio cauſæ, vt ex terminis patet: cognoui hominem huius artes peritiſſimum, à quo cum nobiliſſimus quidam Princeps plura interrogaſſet, & ſua arte vſus multa prædixiſſet me præſente, nihil eorum quæ prænuntiauit, euenit. Et idem Iudicium ferendum eſt de pyromantia; nam quam connexionem habet cum futuris rebus pilæ cereæ in ignẽ iniectæ, figura, & mota à ſeptentrione, ab oriente, vel occidente, & ſimiliter dicitur de fumo orto ex parte dextra, vel ſiniſtra ignis, vel à fuliginonoſis ſcintillis, vel à circũductione lebetis, in quo carnes, & alia coquuntur, & idem dicitur de ſpatolamantia, quæ ſumitur ex oſſibus motus animalis, Hydromantia, & ſimilibus, quę omnia referre nimis longum eſſet, ſed non ſunt magis connexa cum effectibus, quam prædicta.

Dices recte hinc probari non habere cõnexionem, vt cauſam cum effectu, ſed vt ſignum cum ſignificato.

Sed contra nam omne ſignum, vel eſt naturale, & non poteſt eſſe niſi triplici ratione primo eſt cauſa reſpectu effectua 2. accidẽs cõcomitãs cauſã 3. effectus ſignificans cauſam, vnde colligitur alius effectus, at nihil horũ eſt, ergo eſt ſignũ ad placitum hoc aũt

est ex institutione agentis liberi, & hic non est ex diuina institutione, ergo ex dæmoniaca, quare omnino sunt huiusmodi homines à Rep. exterminandi.

5

Modus diuinandi ex numeris secundum Pythagoram.

Quinto not. à Pythagoricis addi alium modum diuinandi scilicet per numeros; nã cum nihil existimarent esse in natura diuinius numeris dixerunt in illis latere quædã diuinandi, & futurorum præsagia, qui diuinandi modus adhuc apud circulatores durare videtur, dum per propria hominum nomina diuinant, collectis in summa cuiuslibet nominis litteris, & inuicem collatis, eum dicunt victorem fore in bello, lite, coniugio, imperio, &c. cuius nominis summa s. excesserit summã alterius, quam vaticinandi rationem dicunt non posse habere locum apud latinos, vbi per litteras nõ notatur numerus, sed apud Hebræos, Arabes, & cæteros Asiaticos, & Græcos, qui numerandi rationem litteris tribuunt, sed vanius, & superstitiosus, quod *Plin.* t.4. lib. 38. c. 4. narrat de Pythagoricis, qui ex paribus, vel imparibus nominum vocalibus varia pronuntiabant, vt orbitatem oculorum, claudicationem ex imparibus numeris, sed in hac quæstione de sola diuinatione per astra agemus, de alijs videri potest Medina loc. cit.

Variæ causæ incertitudinis astronomiæ, & astrologiæ præcipue, & dissentione inter Astrologos circa ea a quibus pẽdet pdictio

Sexto not. incertitudinem astrologię satis patere posse primo ex eo q cum nemo propria obseruatione cognoscat syderũ cursus, & coniunctiones præteritas, sed vnusquisq; vtitur obseruationibus aliorũ, qui præcesserunt, additis, quæ vnusquisq; obseruat non põt in illa scientia esse certitudo, dũ non est certitudo in præteritis obseruationibus, at cõstat inter astrologos esse maximã circa illas dissentionẽ; nã Ptolomęus Alexandrinos reijcit, hunc Albumasar, vtrunq; Rabi Abraham, Auenezra, Paulus Alexandrinus, Dorothæus, Ephestion, Martinus, Thebith, Alchindus, & alij, qui non solum in dogmatibus, sed ẽt in principijs dissidẽt, nec quisquã eorũ alia rõne sua cõprobat, quã experiẽtia, vnde cũ tota rõ sit fundata in experientia, nõ põt cognosci, quę magis vera, cũ nõ possit à nobis experientia ipsa cognosci, quæ diuturnitatẽ tẽporis postulat, & res eodẽ modo dispositas, at nunquã eadẽ syderũ dispositio, & aspectus, quia licet sub aliquorũ cõcursu possit euenisse aliquid experiamur tñ non possumus scire, an euenerit ex vi illorũ concursus, an vero ex dispositione aliorũ planetarũ inter se, & cũ alijs fixis, & certis ipsius orbis partibus, ergo cũ nunquã omniũ eadẽ dispositio reditura sit, scire non possumus, quid sit euenturum in inferioribus ex vi cælorum.

7. Not. hãc incertitudinẽ oriri ẽt ex domorũ proprietatibus, ex quibus prædictiones accipiũt, eo q est mira inter ipsos dissentio, vt videre licet apud ipsos. immo de numero orbium, magnitudine, situ, motibus, variæ sunt etiam inter philosophos sententiæ; nã alij ante Alphonsum octo cognouerunt, alij, vt Babilonij ex Hermete, & Rabbi, Isaac, Alpetragius, & Thebit nouem esse contendũnt, & Alphonsus, cum prius nouem, deinde se corrigens octo esse affirmauit in suis tabulis. Contra hos omnes Albertus, & moderni philosophi, & astrologi decem vidẽtur demonstrare, nec defuerunt, qui vndecim, alij qui tres, & alij, qui vnum, vt diximus de numero cælorum, & infra constabit orbem Veneris, & Mercurij è medio tollendos, cum non circa terram, sed solem moueantur, deinde de eccentricis, & epicyclis mira dissentio. Nihil dicendum de numero motuum, cum adhuc non constet quid vere sit dicendum, immò inter illos, qui addiderũt motum trepidationis, qui est accessus, & recessus super paruis circulis ad capita arietis, & libræ adhuc est controuersia, nã Azarchelis, caput mobile à fixo non plus quam decẽ gradibus distare, at Thebith nõ pluribus, quam quatuor, & 19. fere minutis, Sed Ioannes à monte Regio ponit octo, & addit stellas fixas non semper ad eandẽ mũdi partem vergere, sed aliquando reuerti, vnde cæperunt; contra vero Ptolomæus cum multis alijs constanter affirmat stellas iuxta signorum successionem semper moueri, vnde qui admittunt motum trepidationis, asserunt fieri à superiori orbe, nec de motus velocitate fixarum conueniunt, nam alij centum annis vnum gradum confici, alij 60. annis confici; alij 75. alij 78. alij 70. & Aug. Riccius lib. de motu 8. sphæræ ex indorum historia testatur, in cælo esse duas stellas diametraliter oppositas, quæ cursum suum cõtra signorum ordinem annis 144. absoluunt & Alpetragius multos esse in cælo motus nobis incognitos, Vnde fit in ijs astra posita, vel propter nimiam distantiam, vel quia nulla adhuc ars est nobis cognita ad illa cognoscenda, nobis esse incognita, & tamen influunt in inferiora, quam obscuritatem cognoscendi inesse Martis motui testatur Ioãnes à Monte Regio, & ante ipsum Guglielmus à Sancto Clodoaldo scriptũ reliquit ante 200 annos, & ingressum Solis in puncta æquinoctialia non posse inueniri probat.

Octauo not. eandem difficultatẽ oriri ex difficultate in agnoscendis imaginibus cæli, & figuris stellarum fixarum, quia aliter Indi, aliter Chaldæi, aliter Ægiptij, aliter Arabes, aliter Hebræi, aliter Hipparcus, aliter Thimothæus, aliter *Ptolomæus*, & aliter recentiores illas constituunt, & tamen hæc sunt magis visui manifesta, quam cætera, ergo multo minus cætera possunt esse certa. Deinde ordo cælorum, & Planetarum adhuc non est certus; nam alij solem in secunda sphæra collocant, alij in suprema Planetarum, alij quarto loco, alij omnes putant esse in eadem cæli superficie cum alijs astris, vt Xenocrates, alij cum copernico Solem in centro mundi esse, & vbi quiescere mota circa illum terra, denique Solis declinationẽ anni mensurã, differentias positionum, motũ

sugia

augis solaris, & similia, sine quibus nequeűt Astrologi suas conclusiones deducere, vnde cum sint varia principia, necessarin varia iudicia, & opiniones orientur circa influxus de quibus videndus Mirand. lib. 8. contra Astrol. c. 1. Nam si ea Astrologia pars est ambigua, quæ de montibus, & ijs, quæ oculis concipimus tractat, quanta erit incertitudo de influxibus, qui nec ratione, nec experiẽcia euidenter, vel probabiliter probantur. Hinc ex antiquis Eudoxus, Archelaus, Cassandrus, Hoychilax, Halicarnaseus peritissimi mathematici, & ex recentioribus cordatissimi ingenuè fatentur nihil certe cognosci de influxibus, tum propter causas cælo cooperantes nobis ignotas, tum propter concomitantes circumstantias, vt consuetudo, educatio, pudor, Imperium, locus, genitura sãguinis, cibus, libertas, disciplina, & similia, quæ variant actiones hominum, vt fatetur Ptolomæus, tum ex alijs, de quibus Medin. loc. cit. Vnde Ptolomæus concedit hanc scientiam non constare ex solis astris, sed etiam ex vaticinante, ideſt vt ex suo aliquid addat, & Halijscientia stellarum ex se, & ex illis est.

*9.* notandum ex Faunrinn apud Gell, lib. 6. c. 1. oriri 4. difficultatẽ ex diuersitate regionum, in qua factæ sunt obseruationes non enim potest (inquit) ratio Caldæorum obseruationis manere, si quis ea vti velit sub diuersis cæli regionibus. Nam quanta partium, circulorumque cæli ex deuergentia, & connexibus varietas sit, quis non videt? nam eædem stellæ sicut ne vsquequaque pruinas, aut calores cient, sed mutant, & variant tempestates, quæ eodem in tempore alibi placidas, alibi violentas mouent, cur non euenta quoq; rerum, atque negotiorum alia efficiũt in Caldæis, alia in Getulis. &c.

Decimo Not. licet Ægyptij, & Babilonij fuerint omnium hominum antiquissimi 2. cæl. t. 60. 1. meteor. c. vlt. & initin met. tameo falsum est qnod consumpserint quadraginta, & septuaginta millia annorum in periclitandis, & experiendis pueris, qui nati essent, & id probatur.

Primo ex Ciceronc 2. de diuin. quia si essent factitatum, non esset desitum, neminem autem legimus auctorem, qui aut fieri dicat, aut factum sciat.

Secundo quia ex fide constat à mundi creatione ad Ciceronem non fluxisse quinque annorum millia cum ex scriptura ad hoc tempus nondum sex millia pertransierint. Ab origine vero gentis Caldææ, ideſt post euersionem Turris Babylonicæ, & diuisionẽ linguarnm non sunt adhuc quatuor millia annorum.

Tertio quia Hipparcus, & Ptnlomęus vbi pro aliquo dogmate veteres obsernationes afferunt, nullas antiquiores refert ijs, quæ sub Nabuchodonosor Caldæorum Rege apud Ægyptios, & Babilonios fuerunt; Ab initio autem Imperij Nabuchodonosor vsque ad præsens 1633. non plusquam 1277. anni fluxere, & licet Arist. 2. cæl. t. 6. & 2. meteor. c. vlt. Ægyptios putet omnium antiquissimos, & initio met. eos primo mathematica studia tractasse, tñ non explicat antiquitate. quanta fuerit, vt Aug. 18. de ciu. c. 40. ridet eos, qui dixerunt eos syderum cognitionẽ habuisse plusquam centum millia annorum Nam non apparet ex quo libro hunc numerum colligere potuerunt, cum litteras sub isside non ante duo millia annorum didicerint, vt Varrn in historia docet, hæc ex Cicerone lib. de diuin. & Medina.

11. notandum astrologos aliquando vera prædicerc, vt Perer. loc. cit. c. vlt. concedit vbi refert ex relatione multorum fide dignorum fuisse aliquos, qui fere semper vera prædixerint, sed huius rei causa non eadem, vt Per. lo. ci. Valẽt. 1. 2. disp. 2. q. 4. p. 4. Sixtus Senen. lib. 6. ann. 15. a quo sumpsit Medina q. 1. 2. q. 9. art. 5. docet Martin. del Rio 4. disput. mag. c. 3. q. 1. Echius hom. 2. epip. hom. 3. Conimb. 2. cæl. c. 3. q. 9. art. 4. Prima est inter multa falsa non mirum si aliquid veri casu enuntiant, vt nntat Phauorinus apud Gell. lib. 14. c. dicens *eos non percepta dicere, sed lubrica coniectatione innixas, quasi per tenebras ingredientes nonnunquam in veritatem imprudenter, & raro ad modum incidere, ita vt omnia, quæ temere, & astute vera dicunt præ cæteris, quæ mentiuntur pars millesima non sit* quoniam autem, quæ mentiuntur plerunque silentio inuoluuntur, quæ vera, licet casu, in vulgus propalant inde fit, vt apud vulgus diuinare existimentur quoad etiã docer Amb. 4. exam. c. 7. & Ang. lub. 83. qq. q. 35. & 4. confes. c. 3. ex auctoritate cuiusdam medici, Martinus Delrius loc. cit. casu autem dicitur aliquid fieri quando rarò euenit. Innumera sunt falsa ab ipsis prænuntiata, sed dicam vnum, aut alterum primum Cæsari, Pompeio, & Crasso omnia fælicia vsque ad mortem, quam naturalem illis futuram vsq; ad maximam senectutẽ prædixere, sed quid euenerit nemo est, qui ignoret 2. narrat Senec, lib. ludus in mortem Claud. Mortem Claudij Cæsaris singulis annis, & mensibus fere prædictam fuisse, sed semper falsò, vnde ridiculę introducit Mercuriũ parcas rogantẽ pro morte Claudij in honorem mathematicnrum *Patere*, inquit, *Mathematicos aliquando verum dicere*.

Tertin Amb. 4. Hex. c. 7. prædictionem imbrinm in Neomenia falsam euasisse refert & anno 1524. cum in Februarin fieret Saturni, & Martis coniunctin in signo Aquarij, & Piscium imminere diluuium prædixere Astrologi, vnde homines sibi habitationem in montibus, in nauibus, & similibus elegerunt, sed tẽpore adueniente, nec imber quidẽ exiguus apparuit, vt refert Hechius.

Quarto Albumasar Christianam religionem prædixit non duraturam plus mille quadrigentis sexaginta annis, & tamen plu-

ribus durauit, & duratura est vsque ad diem vide Perr. c. 3. rat. 6. qui plura refert, vt illud Abraham Iudęi de Messia venturo anno post Christum natum 1464. quod tunc futura esset eadem astrorũ compositio, quæ fuit tempore egressionis ex Ægypto deinde Petrus de Aliaco prædixit nullam futuram pacem, sed maximam discordiam anno, quo celebratum est concilium constantiense, & tamen summa pax est consequuta.

Quinto addam ego de Astrologo Neapolitano omnium opinione peritorum peritissimo, is prædixerat ex natiuitate cuiusdam illum ad maximam senectutem perueoturũ, sed cum in adolescentia in periculosum morbum incidisset, vnde medici malè ominabantur, ille patri confidentissime pollicetur vitã, cũq; in dies morbus ingrauesceret, & desperata vita medici mortẽ breui affuturã affirmarẽt, ille obstinate negat moriturũ ꝙ natiuitas constitutionẽ Planetarum accurate considerasset, quæ ex illo morbo euasurum significaret; ex his erectus Pater multa illi donat, hæc vesperi: tum post quintam horam noctis adolescens non sine graui patris dolore obijt. Nec magis vera fuerunt, quæ de morte Principis Hostiliani coram me prædicere solebat, & similia multa, quæ sæpe cum derisu exprobabam, illi contingerunt.

Sexto Albumasar quoties Saturnus decies sui orbis reuolutiones perfecerit, idem expletis annis trecentis futuras res quasdam insignes, vt post Alexandrum annis 360. apparuit Arelator filius Beli, qui persas contriuit, tum Christus, sed vtrunque falsum, nã nec filius Beli contriuit Persas, nec Christus post 600. sed 370. annos. Hinc fallitur Aliac. dum libro de concordia hist. & astrol. dixit nihil vnquam insignẽ contingisse in mũdo ꝙ nõ præcesserit aliqua insignis constellatio, sed quot fuerint errata huius verè narrat Perer. sed mirum illud est quod mẽdaces viri fidẽ inueniant apud homines.

Secunda causa sumitur ex permissione, & dispositione diuinæ prouidentiæ, qua cæcas hominum mentes ex Aug. 4. conf. c. 3. apud Alens. sic agit Deus quodam ipsis ignoto instinctu, vt vera dicantur consulentibus, vel ob eorum merita, vel ex iuxto Dei iudicio, & hoc modo etiam sit futurorum præsignatio ex sortibus apud Ethnicos, vt notant Sixtus, Delrius Per. med. & alij: satis nota historia Alex. apud lempridium, qui cum Virgilianas sortes puerorum more scrutaretur, illi nihil de imperio cogitanti versus ex 6. Aeneidos, qui illi Imperium promisserent obtigisse videlicet.

Tu regere imperio populos Romane memento, &c.

Quod ita euenisse patet ex Dei dispositione, qui omnia moderatur. Notius est quod de Balaam narratur numer. 23. & 24. & explicat Perer. ex Augustino fieri in pœnam eorum, qui his superstitionibus sunt deditι, de quibus sortibus D. Thom. 22. q. 95. art. 8. & Gratianus 26. q. 5. per totam.

Vide de similibus Dam. 2. fid. c. 3. in historia Iosaphat Aug. 1. de Gen. ad litt. c. 17. & 2. de doctrina christiana c. 22. & 25. & 2. ad simpl. q. 3. D. Thom. 2. 2. q. 172. art. 6. vbi de Sybillis, & Prophetis dæmonum.

Tertia causa ex Aug. 5. de ciuit. c. 7. ducitur ex pacto expresso, vel tacito astrologorum cum dæmone, qui illum occulto instinctu instruit, vt Thrasillus mortem sibi imminere prædixit admirante Tiberio, qui illi mortem inferre animo machinabatur, quod Thrasillus à Dæmone didicerat, ideo non mirum si mathematici cum maleficis coniunguntur in tit. de mathem. & maleficis: quomodo autem dæmon hominibus cognitionem futurorum ingerat non est huius loci explicare; Nam fieri potest, vel per figuras visibiles, vel per verba formata in aere, vel per scripturam continentem prædictionem futurorum, vel mouendo phantasmata in somno, vel vigilia, & incitando ad prædicendum, quæ per phantasmata ostenduntur. *Tertia causa ex pacto cum dæmone.*

Dices quomodo dæmon scit futura. Respondetur primo, quæ pendent solum, & necessariò à causis naturalibus cognoscit ex vt sua naturali in præparatione causarum, quas comprehendit addita præsertim experientia. Resp. 2. quæ vero à causis liberis cognoscere poterit, vel coniecturaliter ex aliquibus exterioribus signis, & potest ex propria virtute, vel certo, & non potest ex se, sed vel per reuelationẽ ei factã Deo disponente per bonos Angelos, cum Deus aliquãdo vtatur ad aliquid agendum ministerio Dæmonum, vel quia sunt iam facta in longinqua regione, & ea in aliã desert vt futura vel facta ibi tali die. *Quomodo dæmones sciãt futura*

Denique prædixit futura, quæ ipse, vel est facturus, vel procuraturus, vt fiant vt Alens. p. 2. q. 163. met. 4. ex Aug. Hinc Aug. 2. de gen. ad litteram c. 27. monet magis cauendos Astrologos, qui vera, quam qui falsa prænuntiant; Nam illi suspitionem dant fœderis cum dæmone. Vide D. Thom. 2. 2. 65. art. 5.

Quarta causa est ex sagacitate potius ingenij, & experientia rerum, quam ex peritia artis; Nam astrologi obseruantes inclinationes, mores, & hominum studia colligũt quid futurum sit ex illis, vt Anibal cognita imperitia, & temeritate Terentij Varronis, &c. flaminij consulum, prædixit victoriam Aphris, & Romanis cladem. *Quarta causa eum ingenij perspicacitate.*

Quinto ex diligentia, quam adhibent ij, quibus prosperè nuntiantur pro consequutione, & negligentia eorum, quibus aduersa nuntiantur, vt patuit ex Romano exercitu, cui cum ex augurijs, & auspicijs secreto inspectis infaustus exitus belli prædictus esset, id à ducibus versum in contrariam partem victores fore nuntiantur, vnde alacritate animi bellum ineuntes victor iam reportarũt con- *Quinta causa ex diligẽtia, & negligentia.*

contra vero Niciæ Duci Atheniensium accidit; nam cum ex def. ctu lunæ portenderetur classis naufragium, voluit è portu egredi ea nocte, vnde à Siracusanis inuasus ea nox & captus est cum tota classe.

6. ex cognitione cōplexionis.

Sexta causa ex Alens. D. Th. & alijs est cognitio complexionis, & inclinationis hominum, qui cum frequanter passiones appetitus sensitiui sequentur inde coniecturant de actibus voluntatis, sed hęc prædictio nō est certa ob vires liberis arbitrij, & gratiæ, quibus possunt, & sæpè resistunt iuxta illud Ptolomei in centiloquio. *Sapiens dominabitur astris* vnde Gen. 4. sub te erit appetitus tuus. Tum hæc cognitio complexionis, & inclinationis neque potest esse certa, quia ad ea concurrunt etiam causæ inferiores ab illis incognitæ, effectus autem pendēs à pluribus causis non potest certò sciri non cognitis omnibus causis concurrentibus, deinde etiam si ex vi scientiæ medicinæ cognosceretur temperamentum corporis ad huc ignoratur educatio, & consuetudo qualis fuerit, ex quibus maxime variantur mores hominum, de qua rectè D. Tho. 3. contra Gen. cap. 81. Nā vt virgulta arte, & cultu domantur sic hominum ingenia, vt syrenus 9. de fato cap. 39. & Ficin. l. 9. de immort. omn. c. 4.

His deniq. addendum dæmoni etiam vera dicenti non esse credendum, Nam semper habet animum fallendi, vt Alens. 2. p. q. 164. met. 4. vbi subdit, magis hominibus credendum Nam dæmones licèt ex vi suæ naturæ melius possint cognoscere, tamen non cognoscunt tum propter continuam volūtatem decipiendi, tum propter obscuritatē intellectus ob culpam.

Vndecimo not. ex Bann. effectum futurorum alios dici necessario, alios liberos, & quia necessitatis genus est multiplex ideo multiplex futurum necessarium reperitur; Nam quoddam est pendens solum à necessitate motus cœlestis, vt eclypsis lunæ, &c. & hoc est simpliciter necessarium, sicut, & ipsius causa. Quoddam proueniens ex mixtione, & variatione elemētorū, vt quod hyeme futuræ sint pluriæ, vel in vere florescent arbores; Rursus voluntaria diuiduntur in omnino libera, quæ .s. à nulla necessitate extrinseca pēdent, sed omnia à voluntate libera siue diuina, vt incarnatio, siue humana cū generali Dei concursus, vt quod Petrus sic interfecturus hominem, cùm nihil præcesserit. Alia simpliciter libera, sed habent aliquid necessitatis, vt quod Petrus coniectus in carcerem propter homicidium, sit vita priuandus à iudice rigoroso: Prioris genera futura libera quædam sunt vniuersalia, ut quod futura sint bella, quædam particularia, ut quod Hispani pugnabunt aduersus Gallos, &c. Rursus uoluntaria alia sunt libera ratione propriȩ voluntatis, vt quod cras sim deambulaturus, Alia ratione alterius voluntatis, vt quod sim accepturus equum à Ioanne, vel beneficium à Pontifice, & similia.

Duodecimo not. futura nō posse cognosci nisi habeant aliquam connexionem cum rebus præsentibus, vel præteritis, quæ nobis naturaliter significent futura. dixi (naturaliter) vt excludam signa, quæ pendent ex institutione voluntaria alicuius; possunt autē res naturales signare, & ostendere rem aliā naturaliter triplici ex capite. Primo quia sunt causæ naturales futurorum, vt ex D. Tho. in Iob. 37. flatus ventorum meridionalium significant naturaliter pluuiam. Secundo quia sunt effectus naturales aliarum rerum, vt naturale est cuicumq. effectui reprȩsentare suam causam, vt pluuia rapresentat copiam vaporum ascendisse ad regionem secundam. Tertio quia vtrumque sunt effectus tertiæ cuiusdam causæ, vt ex D. Tho. 2,2. q. 95. n. 5. garritus auium significat pluuiam futuram, non quia sunt effectus, & causæ pluuiæ, sed quia sunt effectus eiusdem causæ .s. vaporum .s. à quibus procedit garritus, & pluuia.

Decimotertio hoc iudicium Astrologorū posse esse tripliciter. Primo infallibiliter, quod habet omnimodam consuetudinem sic vt nunquam deficiant. Secundo fallibile, & hoc dupliciter, vt plurimum, quod ferè semper fit verum licet aliquando, sed raro deficiat, siue frequenter, quod .s. sæpius adueniat, sed aliquando deficiat, & non solum raro, sed aliquoties. Tertio ad vtrumlibet, quod ita æqualiter se habeat ad opposita, vt non sæpius fiat, quàm deficiat.

## ARTIC. I

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio est affirmantium posse ex obseruatione syderum prænunciari futura contingentia, non solum, quæ oriuntur ex causis naturalibus, sed etiam liberis. Ita Genethliaci, idem qui profitentur astrologiam iudiciarum circa natiuitatem hominum, qualis fuit Albumasar lib. de magnis coniunctionibus, quibus ipse ortum sectarum attribuit; Possid. Stoicus astrologus; Petrus de Aliaco loc. cit. qui diluuium Noeticum, & Christi ortum, & alia miracula, ex syderum obseruatione prædici posse ausus est affirmare Maternus, qui cum multa dicat absurda; tamen id præcipuè, eos homines, qui oriuntur sub Saturno constituto sub leone longęuos fore, & post mortem animas eorum in Cœlum volaturas. Albumasar ait, qui luna coniuncta Ioui in capite Draconis. Deo supplicauerit, cum quidquid petierit à Deo impetraturum, quod Petrus Aponensis, ait, se expertum,

Qui dicant ex astris sciri effectus etiā posteros

Hæc tribuuntur Michaeli de Petro Sācto, Lucio Bellantio, Petro Criuello, Francisco Iūctino initio speculi Astrologici, Nicephero Gregoras, Ioanni Gauinetto epist. proem. ad lib. differentiarum. Luciano Integro

gro lib. de astrol. Saraualllio apud Sixtũ Senensem.

Qui aut sciri ab astris, vt causa.

Hi tamen inter se diuisi sunt. Primo Nam aliqui putant hanc prænotionem duci à syderibus, vt causa effectuum: vnde putant esse cognitionem perfectissimam, & certissimam. quia est ex causis.

Qui sciri vt signis.

Alij vero dicunt duci ab astris, vt signis à Deo impositis Cœlo ad futura præcognoscenda. sicut ex literis cognoscitur sensus significatus; vnde periti huius scientiæ inspicientes Cœlos, in ipsis quasi legunt, quæ sunt futura, vt scientes linguam hebræam, legentes libros hebræos cognoscunt, quæ significantur, & quia ibi non sunt significata, mores, fortuna, successus, & exitus personarum particularium; ipsi certis instrumentis vtuntur ad cognoscendum situm, & coniũctiones stellarum, quæ sunt in tali hora, & puncto, & determinatum sydus in eo aspectu dominans; & tum notantes horam, & punctum natiuitatis prænuntiant de successibus vitæ illius personæ tunc nascentis. Hinc audent non solum de propensionibus, sanitate, & morbis mortis tempore; sed etiam de fortuna illius, an futurus Princeps, an artifex, & quo genere mortis sit moriturus, & alia similia, quæ ex hominum mera libertate oriuntur; refert illam Aug. 5. de Ciuit. c. 1. tribuitur Origini, & Euseb sed falso tribuitur Plotin. c. 6. & lib. an stellæ aliquid agant. Iulio Sireno 9. de fato c. 35. qui probat ex Aug. & scriptura, vt infra.

Qui probabiliter.

Secũdo differunt: Nam aliqui magis modesti, quæ pendent à libero arbitrio, solum probabiliter, & cum incertitudine enuntiant.

Qui certio.

Alij vero audaciores, & pertinaciores audent hæc in particulari, vt certo ventura affirmant, cum maxima impudentia; citatur Alb c. 13. in opusc. astron. circa finem paruorũ natur. Sed ibi non habetur, citatur Abul. q. 30. in c. 13. leuit. sed ibi q. 19. & 29. docet oppositum.

Secunda opinio est dicentium præter effectus, qui immediate, & sufficienter sunt à Cœlis, vt oppositiones coniunctionum syderum, &c. alios aũt effectus, siue liberos, siue naturales ex causis secundis pendentes non posse: quia sunt multæ causæ impedientes occultæ; ita Pic. Gab. Palat. Abul. sibi cõtrarius apud Per. & Procopius apud Sixtum Senensem 6. an. 15. pro qua opinione faciunt, quæ diximus dubitatione ottaua, & tribuitur Aug 5. de Ciuit. 3. 4 5. & 6.

Non posse cognosci a cœlis, vt signis, sed vt a causa posse certo effectus a solis cœlis, sed probabiliter qui simul ab alijs.

Tertia opinio est dicentium nulla ratione posse cognosci à cœlis, tamquam a signo, quia id est erroneum ex Valen. repugnans scripturis, & Patribus, ac rationi naturali, cum nec sint signa naturalia, neque ad placitum, sed à cœlis. vt causa posse cognosci certo eos effectus, qui pendent solũ à cœli virtutibus cognitis; quæ vero à causis etiam inferioribus naturalibus, posse cognosci aliqua fallibili cognitione, siue vt plurimum, siue vt frequenter; quia licet sint causæ aliquæ impedientes; tamen cœlestes præualent; effectus vero, qui pendent à voluntate libera non posse certo cognosci ex aspectu syderum directe; vnde prædicunt pluuias, siccitates calores, frigus, &c. Ita D. Th. loc. cit. cum suis. Mirand. Perr. Conimb. loco cit. Michael Med. loc. cit. vbi refert contra Astrologos scripsisse Zenophanem Colophonium, Diceārchum peripateticum, Cratippum, Zenonem, Elcantem, Diogenem libro de vno Antipatrum, Cic. duob. lib. de Diuinat. Chrysippum tribus; Possidonium quinque, Franciscum Picum nouem. Ioannẽ Picum duodecim, Mirand. de sing. cer. lib. 22 23. 24. Rodig. lib. 19. cap. 20. Hamer. in Gen. cap. 1. ibi *fiant luminaria*; Iulius Syrenus 3. de fato capit. 19 & seq. Echius homil. 2. in Dom. 2. post Epiph. & hom. 3. Basil. hom. 6. Exam. Gers. in Trilogio Astrolog. & tr. de erroribus artis magicę, præclare Euseb. lib. 6. de prępar. Euang. c. ex 8. Berdasane Syro in doctrina cœlestium omnium Chaldæorum doctissimo, & excellẽtissimo, &c. & ex Origene probat, Horosius tr. de vera, & falsa prophetia; ex Theologis Gab. 2 d. 4 q. vnic. artic. 3. Alens. 1. p. q 43. 164. 165, Palat. d. 15. disp. 1. Pet. Nau. lib. 2. de vest. cap. 2. a num. 25. & num. 28. ad 118. Sot. 8. de iust. q 3. art. 2. Martin del Rio l. 4. magic. disp. cap. 3 Ioes. Blæcus de myst. Torr. l. 1. de Princ. c. 9. lib. 2. cap. 4. lib. 6. Aul. Gell. lib. 14. cap. 1. les. 2. de virt. c. 43. d. 6. & alij pere innumeri. quos refert Salas 12. tr. 5. disp. 2. sect. 3. & seq

Probat Medin. quia hanc diuinandi sciẽtiam, quæ est omnium maximè expetibilis, præcipui philosophi contempserunt, qui maximas peregrinationes susceperunt, vt aliquid discerent, sicut Democritus, Xenophones, Diogenes, Carneades, Plato, Arist. Chrysipp. Antipater, Panetius, Phauorinus, Auic. Auerr. Hyppocr. Cic. Galen. Alex. Seneca, & alij, vt patet, quia vel nihil de illa scripscrunt, vel scriptis damnarunt, At omnes homines veritatem natura scire desiderant 1. met. initio, & ea maxime, quæ sunt futurorum; ergo hæc cognitio non est vera, cũ ad illam natura non inclinet.

Confir. ex mala opinione, quæ de illis habetur, qui hanc scientiam professi sunt, vt fusè Nichael Medina 2. de recta in Deum fide cap. 1. Fuluius Syrenius cap. 9. de fato. Hinc sapientiores viri illam a Demonibus initium sumpisse putant, vt Syren. apud Cass. coll. 8. cap. 21. Euseb. lib 6 & Cic. lib. 2. de Diuinat. tribuit Chaldæis, & in magis Ægyptijs: dãnatur in scriptura, & irridetur Dan. 3. & 5. & & Exod. 1. ad 10.

Secundo quia nulla ars, & scientia esset magis accommodata, & vtilis ad regendam Remp. quam cognitio futurorum euentuũ, & morum hominum. At constat illam non solũ nõ fuisse cultam, sed ab omni Rep. reiectam; ergo signum est esse omnino vanam. minor probatur.

Primo

Primo ex Rep. a Deo fundata, & astrorũ conditore, vt patet ex ijs, quæ contra illam scribunt Prophetæ apud Suar. tom. 1. de Relig.

Secundo ex Rep. à Christo fundata vt patet ex Patribus tum Græcis, tum Latinis, tum ex Decretis Pontificum, & Conciliorum relatis supra, & alijs capitibus 6.q.1.& per sequentes quinque quæstiones, & idem fit ab Imperatoribus Christianis vnde extát decretum c.ex tuarum de sortileg.& Aquilam referunt ab Ecclesia expulsum, quod hanc artem exerceret.

Tertio ex Rep. prophana vt Romana, sicut refert Tacitus vnde extat Tex. in Cod. Maleficij,& mathem.hinc vectigal. impositum Astrologis in Alexandria ad eos exterminandos.

Confir.ex infelicitate exitus eorum, qui hâc arte coluerunt, vt patet vita Zoroastis, Pharaonis, Nabuchdonosor; Neron; Iuliani Apostatę, Cæsaris, Põpei, & Crassi, Deiotari de quibus Cic. 2 de diuin. refert Astrologos Cæsari,& Põpeio omnia lętissima promisisse,& tamen constat miserrimè periisse.

Hinc narrant Alphonsum Neapolitani Regni Regem rogasse Astrologum vnum ex multis,quos alebat,qui sæpius vera prædicere solebat, vt ei detegeret modum quẽ seruaret in cognoscenda veritate,& cum ille sæpius negasset; tandem coactus precibus Regijs, fassus est, se nescire Astrologiam, sed aduertere, quid alij astrologi enunciarent, nam ipse contrarium solebat pronunciare. Hinc Rex ille se à turba astrologorum liberauit, nec est dissimile, quod quod narrat Echius dom.2.post Epiph.homil.3.qui in practica cuiusdam astrologi locco pluuię scriberet serenitatem, & contra, is in fine anni magis diuinasse visus est, quã Astrologus.

Hi tamen inter se diuisi sunt; Nam aliqui negant posse aliqua ratione ferri iudicium de actibus liberis ex vi astrorum etiam per indirectam causalitatem; ita Mirand. lib. 12.contra Astrolog Sixtus Senen. Alens.Soto de iust.q.3 artic.2. denique Gab.2.d.14.artic.3.d.3.vbi negat sciri etiam inclinationes; imò,& tempestates,quia ignorant qualitates Astrorum concurrentium ad huiusmodi effectus;quia de cœlis plura ignorantur quã sciantur; quod si scirent perfectè virtutes omnium Astrorum, & motus, & aspectus; tunc possent ex actione cœli in organa sensuum per indirectam causalitatem aliquid cognoscere de actibus intellectus; quia de ordinato fensu in suis actibus deordinatur etiam intellectus in suis; vt patet ex phreneticis,& lunaticis, in quibus est imaginatio confusa, & hic potest esse deordinatio etiam voluntatis, & quia potest appetitum sensitiuum deordinare,siue alienare inclinãdo magis ad vnum,quam aliud obiectum; ideo potest inclinari voluntas,quæ vt plurimum in viatore inclinatur ad ea,ad quæ sensus inclinatur, non effectiuè necessitando, sed proponendo.

Discrimẽ inter Auctores

Alij vero posse cognosci asserunt non in particulari,sed vniuersali non certò;sed probabiliter,neq. quoslibet effectus; sed eos ad quos homo inclinatur ex sensu,nec quomodocunque, sed post cognitam natiuitatem, & inclinationem,ex qua intellectus inducitur in cognitionem verisimilem actuum liberorum, quia,vt ait D.Tho. 3. cont. gen. cap.83, pauci resistunt inclinationi sensitiuæ,sequitur Ferr cum Caietan.& Bagnes in D.Tho.locis cit.Scot.Bonauent Bella.Francisc.Mirand. Dur. Al isiod. Syl. superstitio p.q.6.Ros. sorulegium Ang Sor.q.3.

## ARTIC. III.

*Opinio Auctoris, De prædictione effectuũ pendentium ex causis naturalibus.*

PRima Conclusio res futuræ necessariæ, quæ pendent solum à motu Cœli,& quæ cum cœlo habent necessariam connexionẽ tamquam effectus eiusdem causæ possunt certitudine naturali præcognosci,vel ex cõsuetudine, vel ex præceptis alicuius scientię,est D. Thom. 1.p.q. 115. artic. 4.& 3. cont. gen.c.84 & 85.

Primi ordinis necessaria possunt.

Probatur, quia de huiusmodi effectibus est sciẽtia naturalis,ergo habet certitudinẽ. Anteced. patet, quia Astronomia est in cognoscendo ortus, & obitus, aspectus, & Eclypses, ac varias syderum coniunctiones, & oppositiones, in quibus cum pendeant à solo cœlorum motu, qui est æqualis, & necessarius,nec possit per causas naturales impediri,non potest esse deceptio naturalis.

Confir.quia talis connexio est indefectibilis naturaliter,ergo potest naturali certitudine cognosci; Nam ideo cognita hominis rationalitate,cognoscitur risibilitas,quia habent connexionem necessariam ergo.

Dixi(connaturaliter) quia potest contingere, vt aliquãdo impediantur hi effectus, a potentia Dei, vt Iosue 10. *sol stetit* & 4. Reg. 20. tempore Ezechiæ sol retrocessit; & in morte Christi contingit Eclypsis, de qua D. Thom.3.p.q.44.art.2. ad 2. & Dionys. Epist.7.ad Polycarpum,& Epist.11. ad Apolinarem philosophum.

Sed hanc Dei extraordinariam dispositionem non pertinet ad scientiam naturalẽ cognoscere,& ideo non ponit in illa imperfectionem priuatiuam; quod si fallerentur ex defectu instrumentorum, quibus obseruant motus cœlorum, vel calculationis, vel ex ignorantia obseruationis alicuius astri vel motus orbis,quod est satis frequẽs astrologis; tunc non esset scientia, quia haberet imperfectionem priuatiuè; Nam totus ille modus cognoscendi est intra vires luminis naturalis, vnde sæpe contingit in prædictione eclypsis solaris, errare in vno minuto,vel duobus, & idem si in tabulis Alphon-

phósinis, & alij quibus vtuntur astrologi in futuris prædicendis, adsit error, vt fuse Martinus del Rio 4. disp. mag. c. 3. q. 1.

Quæ pēdent ex varia mixtione elemētorum, probabiliter cognosci etiā in particulari.

Secunda Conclus. futura necessaria secūdi ordinis, quæ scilicet pendêt ex varia mixtione elementorum, possunt cognosci, per cognitionem causarum, non solum in vniuersali, sed etiam in particulari, certitudine naturali, quæ est circa contingentia, ut plurimum ita Pet. Nau. num. 71. ex D. Thom. Alens. Bonau. Greg. Lopez leg. p. tit. 23 p. 7. Bellan q. 1. art. 1.

Probatur ex agricoltura, nautica, & medica arte, a quibus plurima cognoscuntur, vt agricolæ ex rubore matutino, vel vespertino pluuiam, vel serenitatem, sic medici secundum temporum qualitates, & morbos cognoscunt ægroti mortem futuram; vel nō futuram; sic nautæ ex diuersis aeris affectionibus cognoscunt maris futuram tempestatem, vel commotionē, aut traquillitatē: vnde D. Th. 2. 2. q. 95. ait ar. 5. huiusmodi diuinationem non esse illicitam, vel superstitiosam, & ratio à priori est, quia hi effectus, vt plurimum proueniūt ex illis causis; ergo cognitis causis possunt cognosci effectus. Probatur consequentia, quia qualis est habitus inter causas, & effectus, talis est certitudo, & infallibilitas cognitionis, quæ fundatur in illa habitudine; sed in his præcognoscendis non potest esse tanta certitudo, quanta in prioribus propter multa, quæ contingere possunt, & impedire effectus, quæ à nobis non cognoscuntur. Vnde Scotus concedit hanc præcognitionem Angelis, quia cognoscunt omnes causas naturales, sed non ideo neganda est astrologis, quia conceditur, Angelis, quia sufficit cognoscere præcipuas causas ex obseruatione, cum hoc tamen discrimine, quia non ita certo, vt Angeli. Cōtrarium tenent Gab. & Picus, Palar. & Abul. sibi contrarius ob multa impedimenta, quæ nobis occulta; sed inde sequitur iudicium non esse infallibile, non tamen non esse verū, vt plurimum licet aliquando deficiat, alias medicina, & cœteræ omnes scientiæ essēt reprobandæ, quia nulla cognoscit omnes causas occultas.

Cōtrarium aiij.

Hinc Caiet. negare huiusmodi iudicia stultum iudicauit, & Ferr. soluit rationes Pici. Nec tamen placet, quod docet Pet. Nau. nu. 74. causas secundas non agere, ad tempestates, agriculturam calores, & similia: sed immediate hæc pendere à cœlis: Nam constat ventos ex materia inferiori pendere.

Non tamen casualia.

Dices inter hos effectus aliqui sunt casuales, eo quod coniunctio duarum causarū concurrentium ad effectus huiusmodi est casualis, & per accidens. At huiusmodi effectus non possunt præcognosci, vt D. Tho. Scot. & Abul. & alijs apud Pet. Nau. lib. 2. de rest. cap. 2. num. 45. vt quod homo morietur ex casu regulæ, vel ex fulmine, vel ex casu in aquam, &c. Vnde Alcocer. in sum. cap. 14. dicit esse peccatum mortale talia prænunciare; Nam eius quod est per accidens vt non potest dari vna causa naturalis, ita neque scientia, & certitudo; nam licet existētia Thesauri in hoc loco sit à causa naturali, & similiter fossio facta a bruto, &c. tamē coniunctio fossionis cum thesauro non potest esse causa vna, qualis enim est hic influxus coniungens transitum hominis cum tegulæ casu? sunt enim hæc ridicula, Deus autem habet certitudinem, quia videt intuitiue coniunctionem, vtriusq. in seipsa, & non solum ex vnius causa, at non sic astrologi, vt patet. Resp. concedi huiusmodi effectus nō posse præcognosci; sed effectus prædicti in conclusione non sunt huiusmodi. Nam casuale dicitur, quod rarò accidit; at illi vt plurimum, & ideo de illis potest esse aliqualis cognitio; & licet pendeant ex concursu plurium causarum; tamen cum ille concursus, vt plurimum contingat in tali, vel tali tēpore; rectè potest præcognitio aliqua, licet non certa, haberi.

Hinc patet non posse ex vi astrorum influentium in natiuitate alicuius, cognosci aliquem esse male, vel bene fortunatum; Nā cōiunctio boni, vel mali cū operatione alterius, est omnino casualis, vt quod quis fodiens terram cum fossione sit coniunctum bonum Thesauri. De bona vel mala fortuna.

Dices 2. ex D. Tho. 3. contra Gen. cap. 92 bona vel mala fortuna conuenit primo ex Deo dirigente, 2. Angelo custodiente sua persuasione 3. et cœlo inclinationem imponente, sed ex astris cognoscitur inclinatio vt infra ergo et bonum, ad quod inclinat.

Resp. dupliciter dici bene vel male fortunatum, primo ex bono quod aduenit præter intensionem illius, vt dictum est de inuētione Thesauri, vel adeptione Cardinalatus ab eunte Romam, ob aliquod negotium, secundo ex bono, quod accidit præuia cognitione, & desiderio sine aliqua sui cooperatione, vel meritis saltem sufficientibus ad acquisitionem illius boni; vt dicimus fortunatos qui bonis affluunt, diuitijs, pulchritudine valetudine, honoribus, &c. & de vltimo Pet. Nau. num. 51. ait posse præcognosci ex vi astrorum vt plurimum in communi, nam cœlum est causa directe bonorum corporalium .f. complexionis caloris, inclinationis & aptitudinis naturalis, quæ reddūt homines gratos, & amabiles, vnde ab alijs amati honorantur, & cumulantur bonis fortunæ, & quia ad bonam inclinationem sequuntur boni mores; ideo ad beatitudinem naturalem sunt idonei Contra verò qui male sunt nati, idest malæ complexionis, turpes debiles, inepti, male inclinati contemnuntur, vnde miseri, & pauperes sunt, & ex mala inclinatione, cum sint malorum morum sunt infelices, quod de naturali fœlicitate intelligitur, & in vniuersali non autem in particulari, vt quod erit Rex Princeps, Dux, &c. Nam plurima ex his pendent ex

libero

libero arbitrio,& quæ à naturalibus solum causis impediri possunt ex varijs capitibus nobis ignotis;Nam de supranaturali felicitate nihil ex astris cognosci, nec conie&cturaliter quidem potest,cum pendeat ex Dei prędefinitione, & vltimo actu vitæ humanæ. De felicitate primi generis,optime D.Tho. loco cit.ait esse ex impressione cœlestium corporum;disponuntur enim corpora inferiora,& inclinantur ad aliquas actiones vtiles sibi,quarum vtilitatem cum propria ratione non agnoscant dicuntur fortunati, & è contrario malefortunatus quando ex superioribus causis ad contraria inclinatur eius electio,sed quia ex D.Th.3.contra Gen. c. 92. dicitur quis bene, vel male fortunatus primo ex Deo dirigente, secundo ex Angelo Custodiente sua persuasione, tertia ex cœlo inclinationem imponente, ideo discrimē est inter fortunam, quæ est ex Deo Angelo, & astris. Primo nam ex dispositione cœlesti non solum homo dicitur fortunatus , sed etiam bene vel male natus, at ex dispositione Angeli,& Dei dicitur bene gubernatus, & custoditus,secundo quia operatio Angeli, & cœlestis est solum disponens ad electionem,at Dei operatio est sicut perficiens,nam homo semper eligit id quod Deus operatur in eius voluntate, & ideo Diuina prouidentia semper est firma. Tertio quia dispositio cœlestis ad electionem est per modum passionis incitantis ad electionem; Angelica autem per modum suasionis seu considerationis absque passione , & hoc dupliciter: vel ostendendo obiectum quod sit bonum,non ostendendo rationem, cur ita sit quæ sumitur ex fine;vnde quandoque homo iudicat aliquid esse bonum, & si queratur ratio ait se ignorare,& tunc quando peruenit ad finē dicitur fortunatus; vel ostendendo etiam rationē cur tale sit, & tunc non dicitur fortuna,& hic modus differt à primo , quia vt virtus spiritualis est altior quam corporalis, ita est vniuersalior,& ad plura se extendit, quam corporalis , & quia Diuina est altior quam Angelica,ideo potest aliquid bonum accidere homini , & præter propriam intētionem,& præter dispositionem cœli , & illuminationem Angelorum , sed non præter Diuinam prouidentiam , quæ ad omnia se extendit , & ideo nihil potest esse respectu Dei casuale:His positis,patet non posse pręcognosci ex vi cœlorum fortunam bonam, & malam primi generis. Quia respectu cœlorum est id omnino casuale , vt dictum est de alijs casualibus:At fortuna secundi generis, quæ potius dicitur fœlicitas quędam humana consistens in bonis corporis magis potest cognosci quatenus dispositio corporis pendet à cœlorum influxibus Vide Petrum Nauar. lib.2.de restitut.capit.2. d. 2. à num. 51.

Potest pbabiliter , à cęlis & inferioribus necessarijs. Tertia Conclusio huiusmodi eff.&ctus.f. tempestates,pluiæ,morbi, &c. ex sola consideratione astrorum possunt probabiliter cognosci; Hæc conclusio procedit ex suppositione,quod in cœlis sint huiusmodi virtutes,ad influendum tempestates,sterilitatē, terremotus,&c. quod dicitur,quia multi negant esse in cœlis huiusmodi virtutes , sed solum esse vim influendi per lumen, & hoc supponunt Doctores, qui absolute dicunt posse hos eff.&ctus non improbabiliter produci ex astris, vt D.Tho.Val.1.2. disp. 2.q. 4.p.3.& 2.2.disp.6. q. 12.p.3. Martinus del Rio Conimb.Echius, Conradus ; Vuampin. lib.5. de fato & l.2.de superstit.c.7. & alij cum Iamblico lib. de myster. c. de iudic. astrol.Siren.lib.9. de fato. c. 29.ex Fracast. qui c.12.de cōtagione testatur morbum gallicum ab astrologis fuisse prænūciatum, vnde Hipp. lib.de aere astrologiā ait esse vtilem medicinæ idem Galen. ex authoritate Dioclis Caristij,q prim' de Anathome scripsit Concl. Probatur, quia potest astrologus cognoscere , quodnam astrum dominetur,& quia eius virtutem cognoscit,consequenter prænunciare poterit ex illa coniectarando,quis effectus ab illo pendet magis,vel minus certo; prout impediri potest simpliciter , vel difficile per causas inferiores.

Arg. aduersariorū. Dices cū Pet.Nau.n.75. cælū est causa vniuersalis,atque adeo indeterminata; at in causa indeterminata non potest cognosci determinatūs eff.&ctus ; quia ex illa non potest oriri determinatus effectus,Vnde ex homine,homo,& ex equo equus oritur, quantumcumque varientur effectus astrorum.

Confir.1. quia filius non est imago cœli, sed Patris ergo habere debet similitudinem cum complexione Patris; vnde ex Patre albo,sanguineo frigido,&c.filius nasci debet similis.

Confir.2.ex D.Aug.5 de Ciuit. c.1.experientia eorum;qui nati in eodem puncto,& diuersis parentibus, locis, cibis nutriti & c. habent diuersas complexiones , ingenia, & fortunas,ergo ex vi cœlorum nō potest cognosci illorum complexio,&c. Vnde Aug. d. cap 1 & 2.approbat responsionem Hippocratis,qui interrogatus de duobus fratribus eodem tempore , & eadem ægritudine ægrotantibus , respondit causam huius esse similem complexionem, & cum astrologus, id retulisset in eandem constellationem Aug.c.2.magis probauit medici,quam astrologi causā, vnde,Eudoxus.Aeschelaus.Cassandrus, & Hoychilas putant incertum eorum iudicium etiam in naturalibus , vt supra retuli,& testatur Picus l.2. aduer.astrologi cap 9. ex diebus supra triginta diligenter notatis non plus 6. vel 7. accidisse. vt erat in eorum libris notatum , vide Echium hom 3.in 2. Dom. Epiph.Naz.in c.11. Eccles. Dam 2 fi l. cap.7.Amb 4 Hexam.c.7. optimè .

Confir 3.quia Sixtus Senens. lib.6.annot. 10. Horoscopus scilicet punctum Natiuitatis raro cognoscitur , ergo etiam si cœlum esset

esset causa totalis et sufficiens, non posset co gnosci complexio, & inclinatio, ac cœteri huiusmodi effectus.

Soluuntur argumenta. Resp. cœlum habere duplicẽ rõnẽ causæ primo particularis respectu effectuũ quos se solo producit, vt mineralia, & sm̃ commu nem animalia imperfecta; & de his non procedunt argumenta Secundo vniuersalis, respectu effectuum, quos non producit sine causis secundis, & de his procedit argumen tum. Ad quod Resp. causam vniuersalem di dici indeterminatam dupliciter, primo per negationem, virtutis determinatæ, vt animal dicitur indeterminatum ad rationalitatem, & irrationalitatem. Secundo per illimitationem virtutis, quod scilicet habet virtutem determinatam quidem: sed ad plures effectus; & hoc modo cœlum est causa vniuersalis, quia scilicet eius influxus concurrit non solum ad vnam speciem, v.g. Ignem, sed etiam ad alias species, vt aquam, &c. quam indeterminationem habet multo perfectiori modo Diuina potentia, quia habet illam ad omnes effectus possibiles, nec tamẽ inde sequitur Deum non concurrere determinate ad singulos effectus, nec effectus posse cognosci in Deo, vt in causa, nec sequitur causam principalem non concurrere ad effectus, quos non efficit sine instrumẽtis; & ratione illius influxus præcognosci potest qualitas aliqua effectus ratione prædominij, quod habent cœlestia, sydera in illum.

Dices cum causæ secundæ possint esse ita efficaces, vt non solum temperent, sed etiam immutent influxum cælestem, Vnde puer, qui ex ui influxus cœlestis esset melancolicus, ex vi parentum, & aliarum causarum fit sanguineus, non poterat cognosci complexio ex astris, quod notauit Auic. l. 6. cap. vlt. suæ metaph.

Resp. vt iudicium absolute feratur, & certo de complexione; debẽt cognosci omnes causæ, vt notat Ptolom. 3. & 4. quadripartiti. At vt feratur iudicium determinatum talis syderis ex eius vi, vel cõiecturaliter, & cum formidine, non est opus omnes illas scire, q a vt plurimum influens causa vniuersalis est potentior, quã influxus causarũ secũdarũ, & hinc prudẽter fit iudicium formidolosum.

Ad 1. conf. Resp. hominem filiũ dici imaginem Patris, quia effectus à causa secunda specificatur, & determinatur substãtialiter, vt causa vniuoca, concedit tñ Pet. Nau. nu. 88. sm̃ corpus posse dici imaginem coeli, à quo producitur, vt homo sm̃ rationem spiritualis substantiæ dicitur imago Dei.

Ad 2. Resp. Aug. 5. de Ciu. c. 2. & 5. afferre illa argumenta non ad improbandum, influxum in complexiones corporis, & inclinationes sensibiles, cum c. 6. expresse fateatur sydereos afflatus valere ad corporis differentias; sed ad ostendendum mores bonos & malos, & electiones, & alia, quæ pendentã libero arbitrio non essa regulanda per constellationes Natiuitatis, Vnde c. 6. negat animi voluntates subdi syderum positionibus, & licet præferat iudicium mediocrum iudicio astrologorum, eò quod Medici procedãt ex signis magis immediatis, quæ supponunt influxus omnium causarum, non tamẽ negat concursum astrorum ad corporales effectus, qui sæpe sunt potentiores, quam causæ secundæ, vel ex Bonau. & Palat, quia Medici procedunt ex causis proximis, quæ sunt potentiores, quàm remotæ, vt sunt cœlestes, quod etiam Abul. q. 50 & Palatius di cũt respectu agriculturæ at vniuersaliter cõ cedit Pet. Nau. num. 93. præcise acceptis iudicijs medicorũ ex causis inferioribus, & iudicijs astrologorum, ex cœlestibus, licet vtrorumq. iudicium sit incertum, quia non manat ex omnibus causis, tamen iudicium medicorũm non est ita certum, vt astrologi, quia omnibus perspectis potentioribus cæli causis innititur.

Nequeobstat ratio sumpta de filijs eiusdem parentis diuerso tempore natis tum quia id solum probat indiciũ ex astris non esse infallibile, quia vinci potest tũ quia aliquando oppositũ accidit, filios. f. eiusdẽ parentis habere diuersas complexiones, & inclinationes ob diuersos influxus cœlestes, & natos ex diuersis parentibus sub eadem cõstellatione habere easdẽ; quare hoc argumẽ tũ posset potius contra ipsos retorqueri.

De punct. natiuitatis. Ad 3. Resp. aliqui etiam si ignoretur punctum natiuitatis: tñ per, Animodarium Ptolom. & Tutrimeo Hermetis, & effectus sub sequutos scitur, quod sit illud, sed nõ video quomodo id fieri possit præsertim cum Bellantius q. 1. ar. 5. ad 2. dicat animodariũ sæpe deficere, ideo ipse 2. Resp. debere attendi punctum conceptionis id est casus feminis in matricem, quod cognosci potest ex fusione feminis in matricem, & accidentibus mu lieris, vomitu, & coeteris subsequẽtibus qđ etiam significat D. Thom. opuscul. de fato qui varia ingenia geminorum refert in variũ tempus, quo totum semen recipitur in matrice. sed hoc punctum difficilius mihi videtur cognosci posse quam natiuitatis.

Tertio alij putantes attendi tempus natiuĩ tatis dicunt illud cognosci posse per astrolabium, vel Horologium, vel directiones, & profectiones, vel anomadarium. Sed contra. quia in his potest esse falsitas vel impedimẽtũ: nã horologiũ potest moueri imperfecte. astrolabij vsus impediri ex nubibus, vel alijs rõnibus: tũ quia etiam si hæc sint perfecta; tñ opus esset, vt diligentia hæc adhiberetur dum puer nascitur, vel concipitur; Nã non videtur sufficere relationẽ natiuitatis pueri tali hora, sed quo loco, quo patre, qua hora momento, in qua loci parte, quę cum omnia scire sit moraliter impossibile, necessario hęc iudicia erunt fallacia, & vana, vt recte notat Petr. Nauarr. nu. 97. 98.

4. Alij Resp. hanc doctrinã supponere co gnosci pũctũ natiuitatis, q cũ ex Pet. Nau. n. 95. non

95. non sit indiuisibile, potest iudicium esse verum; etiamsi aliquantulum erretur, quia sēper manet eadē virtus; dū manent eædem causæ formales, neque obstat motus velocissimus, quia ob magnitudinem syderis non impeditur influxus pro tempore, quo durat natiuitas.

Non posse certo.

Quarta Concl. huiusmodi effectus etiasi probabiliter cognosci possint ex astris: non tamen certo. Probatur, quia cum ad effectus non concurrant solum corpora cælestia; sed etiam causæ inferiores, non potest esse certa cognitio, nisi cognoscatur concursus etiam inferiorum causarum, & dispositionum elementorum, à quibus sæpe impeditur concursus causarum superiorum, vt optime Horoscus 2. de vera, & falsa prophet. cap. 29. negans certitudinem etiam in effectibus naturalibus ob dictam causam. Ludouicus Viues dialogo sapientis inquisitio, & Ferrar. 3. contra gent. cap. 86. Vnde Auicen. lib. vlt. met. & Aristotelis de diuin. per somnium dicunt debere cognosci etiam inferiorem mundi naturam, & innata, cuicunque regionis temperamenta, & alias proximas causas; & quia has causas approximatas non est probabile esse in tota regione æquales, sed inæqualiter; ideo incertius est iudicium astrologorum circa particularia, quam in vniuersali, nam satis est quod erit alicubi, vt notant Petr. Greg. in sy taxi artis mirab. l. 1. c. 82.

Hominum ignorantia

Secundo quia Columella lib. 11. cap. 1. ait se otiosè contra Astrologos non posse ab alijs cognosci vim omnium syderum, à quibus huiusmodi effectus haberi, vel adiuuari possint in tanta stellarum variatione; & tam varia influendi ratione, præsertim cum alia minus difficilia; vt numerus cælestium orbium, etiam motus, non sint ipsis certo nota. Vnde Iob 38. *Nunquid nosti ordinem cælorum*, & infra, *Quis cognouit cælorum rationes* & Sap. 9. *difficile æstimamus, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu nostro sunt inuenimus cum labore, quæ autem in cælo sunt quis inuestigabit*, & Psal. 146. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat*. Vnde Echius colligit hanc omnium stellarum proprietatū cognitionem esse Deo reseruatam, qui solus nomina vera imposuit, & ideo subditur, *Magnus Dominus, & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus*. De qua re lege Mirand. lib. 8. contra Astrologos fere per totum, vbi enumerat quam multa de cælo ignorent astrologi; & nos aliqua supra posuimus ex Medina, Pico, Salas, Columella, & alijs. Hinc Anus illa apud Diog. in Talete petulanti probro irrisit Taletem, qui dum domo egrederetur ad contemplanda sydera in foueam incidit. *Quomodo quæ sunt in cælis poteris cognoscere, qui ea quæ sunt ante pedes ignoras*. simile quid refert Stobæus serm. 78. de Bione irridente astrologos, qui volunt cognoscere pisces existentes in cælo, dum ignorāt pisces nantes in mare, iuxta Astrologos.

Tertio quia sæpe Deus ex sua prouidentia propter bonum spirituale hominum immediate, vel mediate per Angelos immutat ordinem causarum naturalium iuxta id Ps. 106. *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum &c.* & Psal. 110. *Posuit terram fructiferam in salsuginē à malitia habitātium in ea*, & Iacob 5. dicitur ex oratione Eliæ per tres annos, & menses sex non pluisse super terram, & propter orationem rursus pluisse 3. Reg. 17. Idē colligitur ex Amos. 4. *Ego quoq; prohibui à vobis imbrem*.

Difficultas solum est de hac Dei prouidentia an sit miraculosa. Quidam dicunt non esse miraculosam ob varias causas.

Primo aliqui quia pertinet ad prouidentiam Dei naturalem, vt mutato homine de bono in malum, & è contra disponat Deus suo mandato proportionaliter de his effectibus, qui pertinent ad vtilitatem ipsius hominis.

Secundo alij negant esse miraculosam, quia ex Aug. lib. 26. contra Faustum c. 3. Id est cuique naturale, quod in ea fecarit, à quo est omnis modus, numerus, & ordo naturæ.

Sed contra, quia sic neq; illuminatio cæci esset miraculosa, nec aliæ similes.

Tertio ex Bannesio non dici miraculosā, quia non constat quando secundum cursum naturæ fiant huiusmodi effectus, & quando præter illum: sed quid sentiendum sit alibi dicetur. Interim videatur Bann. 1. p. quæst. 105. art. 7. & 8. Ferrer. 3. contr. cap. 101. & sequentibus.

Demum falluntur Astrologi cum de his effectis iudicare debeant cum formidine, & tamen iudicant certo, vnde eos irridet Aug. lib. 7. confess. c. 6. & lib. 5. de ciuit. cap. 7. Nam horum iudicium incertum est, vt notant Eud. Archelaus, Cassandrus Hoychela, Mathematici peritissimi, & Mirand lib. 2. cap. 9. ait se aduertisse ex diebus supra 130. non plus sex, vel septem tales vidisse, quales in Methematicorum libris futuros legerat.

Ex his patet, qua ratione astrologi possint prædicere sterilitatem, vel fertilitatem anni vt patet de Talete Milesio apud Aristotelē 2. Polit. cap. 7. qui percipiens fertilitatem oliuarum plurimas emit, quas sterilitatis tempore caro vendidit pretio, ex quo sumi potest argumentum ad probandam ignorātiam nostrorum Astrologorum; Nam si certam futurorum cognitionem, imo probabilissimam haberent, certe omnes facile ditescerent præuidendo sterilitatem, vel abūdantiam frugum. At constat omnes fere esse mendicos; ergo signum est carere illa cognitione. Vide Echium hom. 3. in Dom. 2. Epiph. vbi refert varias causas errorum in eorum prædictionibus.

Sed de his non est magna difficultas cum causæ sint determinatæ; difficultas autem est de actibus, qui hominibus conueniunt, de quibus infra dicemus.

### ARTICVL. IV.

*Opinio Auctoris de prædictionibus effectuum liberorum.*

hominis inclinationes sciri ex astris secundum quid, non dupliciter.

QVinta Conclusio, inclinationes hominis possunt cognosci in communi, & certo, quatenus sunt ex parte alicuius syderis, vel constellationis, vt v. g. hic inclinatur ad iracundiam, &c. ex tali constellatione: quod dico quia simpliciter inclinari nõ potest, & enuntiari non possunt esse aliæ causæ, à quibus impediri potest influxus ille, siue inferiores, siue cælestes incognitæ nobis, & ita absolute, & simpliciter non possunt certo ex D. Thom. loc. citato, Bannes, & alij.

Prima pars probatur, quia res duplici ratione potest cognosci, vel secundum esse, quod habet in se, vel secundum esse, quod habet in causa: quæ in se sunt, in se cognoscuntur, vt præsentes, quæ vero in suis causis necessarijs, ex ipsis cognoscuntur, vt futura; sed talis inclinatio est in sua causa, scilicet influentijs cæli, ergo possunt sic cognosci.

Confirmatur quia sensus sequitur complexionem corporis, at hæc pendet à cæli influxibus, licet non totaliter, ita D. Tho. 3. contra gent. cap. 85. 87. & 90. & 2. d 25. q. 1. art. vlt. ad vlt. 1. 2. quæst. 9. art. 5. & sæpe alibi. Vnde probat dictum Ptolomæi dicentis Mercurium in domo Saturni existentem esse fortem in suo esse, & dare bonitatem ingenij, & 12. met. aliquos à cælis habiles esse ad irascendum, nisi aliud prohibeat.

Secunda pars patet ex dictis, nam effectus absolute pendet à pluribus causis quã à solo influxu cælesti; ex quibus impediri potest, vel saltem remitti influxus cælorũ, siue illud impedimentum oriatur ex causis inferioribus, siue cælestibus incognitis, vel saltem ab astrologo iudicante, non animaduersis.

At de effectu pendente à pluribus causis non potest iudicium simpliciter, & absolutè ferri ex vi vnius causæ.

Hinc Alens. ait astrologiam non reprobari quoad omnia, sed quia non est sufficiens ad cognoscenda, quæ pendent à libero arbitrio, & Bonau. 2. d. 14. art. 3. ad 2. Astrologos ait verum dicere circa homines animaliter viuentes, & idem Scotus Alens. Caietanus, Ferrer. & alij, neque obstat, quod ex pluribus causis concurrentibus ad vnum effectum, potentior vincit, & dominatur, vt patet ex mixtis; Potentior autem est cælestis ob maiorem perfectionem intensiuã, & extensiuam; Nam licet cælestia corpora excedant inferiora simpliciter; tamen secundum quid possunt in aliquo casu inferiora vincere actiuitatem cælorum, quia multiplicari possunt tot causæ inferiores, & tam bene applicari, vt vincant actiuitatem vnius syderis non sic applicati; præsertim si addantur alij influxus cælestes adiuuantes concursum causarum inferiorum; Vnde satis patet non posse ex vi vnius syderis, vel constellationis syderum notorum, ferri iudicium simpliciter, & absolutum, ab omni determinatione, quantum est ex vi illius constellationis, & syderis.

Ex his deducitur posse præcognosci, licet non ita certo, inclinationes magis specificas, vt quod inclinatur ad arma, eo quod cognoscat illum esse calidæ complexionis, atque adeo animosæ, & fortis, &c. similiter ad studia, quod habeat ex syderibus complexionem aptam ad studia, &c. Vnde inquit Petrus Nauarrus num. 37. quod dicitur actu pendente, & inclinatione, intelligi de actu proprio, & immediato illius. Nam de remotis non potest ferri iudicium nec probabile; vt si quis dicatur inclinatus ad natandum, non licet prædicere quod submergetur, quia inde non est inclinatus ad sic moriendum; quia mors raro accidit ex tali inclinatione, licet eius actus sæpius contingat; sic neque licet colligere ex morte ex tali genere, mortem ex ferro, &c. sed ad summum quod frequenter rixabitur, ex eo quod sit inclinatus ad iram. — Cognosci posse inclinationes magis specificas ex temperamento, sed probabiliter.

Hinc secundo sequitur posse præcognosci mores in communi propter rationem D. Thom. quia cum inclinatio sensitiuæ partis cognosci possit, & homines vt plurimum appetitum licet libere sequantur; Hinc potest probabiliter inferri; ergo habens talem inclinationem, sæpe efficiet tale genus peccati in communi, siue eam cognitionem voces cum Caiet. in sum. siue opinionem, siue scientiam moraliter certam; Nam cum illud iudicium sit moraliter certum, vt plurimum, parum refert, quo nomine voces; melius tamen videtur vt appelletur præscientia moralis; cum sit de actibus liberis, qui moraliter loquendo veritatem habent in communi ex Petr. Nau. num. 32. Nam coniectura est leue argumentum suspitionem ingenerans; Vnde Pet. Nau. ait prædictionem in communi, quod sub tali constellatione nati erunt luxuriosi, esse scientiam moralem, sed quod talis erit, talis est coniecturalis, si omnes circumstantiæ, & causæ considerantur; Nã sine solum constellatione, nec cognitio coniecturalis haberi potest de actibus in particulari; quia cum illis nullum habent connexionem necessariam. — Præcognosci mores in communi probabiliter ex D. Tho.

Hac igitur ratione actus liberi reducun-

Hæc

tur in astra, quia astrorum positio gignit tales humores, talem complexionem primarum qualitatum.

Ex hac mixtione sequitur naturaliter, hæc vel illa aptitudo, vt vires corporis, potentia generatiua maior, imaginatiua vehementior, & aliorum sensuum perfectio, ad quam sequitur nobilitas intellectus si animo sunt inæqualis perfectionis, vel ex tali proportione humorum, sequitur aptitudo ad tales operationes, & hinc oritur inclinatio; nam vnusquisq; inclinatur naturaliter ad id, ad quod habet naturalem aptitudinem, & ea naturaliter refugit, ad quæ est ineptus.

Petri Nau. limitatio.

Hoc tamen iudicium nunquam poterit esse absolutum, & simpliciter; sed modificatum ex vi talis influxus vt dixi.

Addit tamen Petrus Nauarrus hoc intelligi positis tribus limitationibus. Primo vt prædictio actuum liberorum sit circa illos, ad quos est inclinatio, & dispositio corporis; Nam de ijs, qui sunt contrarij naturali inclinationi, nec in communi possunt pronuntiari, vt de mortificationibus, &c. nisi ex leui coniectura.

Secundo vt fit de actibus, & euentibus proximis inclinationi cognitæ ex astris non de re motis, vt de morte illius, qui est propensus ad natandum.

Tertio vt cognoscatur Natiuitas; Nam ea ignorata non potest fieri prædictio, & pro hac limitatione citat Scotus, Bon. Syl. Durand. Ferrer. Caiet. Roland. Ros. Ang. Anton. 2. p tit. 12. c. 15.

Tertio sit posse cognosci, seu prædici effectus futuros contingentes, qui pendent ex syderibus, non quod fient, sed quod poterunt esse, quia sic continentur in causa, & non continentur determinatè, quod erunt ob varia impedimenta, quæ esse possunt, siue naturalia, siue supernaturalia.

Argumēta aduers.

Dices, huic conclusioni obstant Patres, quos citabimus conclusione sequenti.

Respondeo ex patribus alios loqui de ijs, quæ profitentur cognoscere actus liberos, vel ea, quæ pendent ex libertate, de quibus conclusio non loquitur; Alios damnare alias species diuinationis, vt magiam incantationem, augurium, &c. Alios loqui de ijs, qui habent pactum explicitum, vel implicitum cum dæmone, & omnes fere damnare eos, qui effectus dicunt euenturos infallibiliter, vel tribuunt virtutes fictitias stellis, quæ omnia sunt occasiones superstitionum proximæ. Vnde D. Thom. & Scotus dicunt non esse in ea cognitione insistendum.

Dices secundo, hinc sequitur ex Astris posse cognosci actus cogitatiuæ, & appetitiuæ potentiæ, quia huiusmodi actus sunt corporei, & necessario sequuntur ex potentijs, sic, vel sic dispositis. At hæc dispositio est ab astris, ergo arguitiue cognosci possunt.

Respondeo non posse cognosci; Nam vel sunt imperati formaliter, vel virtualiter, & indirecte à voluntate, & vt non possunt cognosci imperiū ex astris ita neque actus imperati, quia si non sunt ex vi dispositionum naturalium; sed voluntaris, vel sunt necessarij, & hi, vel primo primi, & indeliberati actu, & virtute; vt sunt in dormientibus, amentibus, & etiam vigilantibus per surreptionem, & neque; quia hi non semper oriuntur ex dispositione habita ex vi cælorum, sed ex alijs causis occurrentibus, aut etiam disponentibus vt cibi; potus, aeris impressiones; occasiones dolorum, voluptatum, obiectorum occurrentium sensibus, &c. ergo non possunt cognosci ex astris, nihil .n. est nostra imaginatione volubilius.

Hinc patet quam vana sit obseruatio actionum brutorum ad futura prædicenda, nisi sint actiones quædam naturales ad naturalia prædicenda, scilicet pluuiam, serenitatem, &c. Negari tamen non potest cognita complexione, & inclinatione alicuius posse in communi præcognosci probabiliter, quod habebuntur aliquæ cogitationes, & appetitiones circa obiectum inclinationis, at in particulari, & in tali tempore, vel tale obiectum in particulari, nullo modo potest.

At instabis posse imaginationem moueri ex sola cæli impressione, & inde appetitum.

Respondet Petrus Nauarrus num. 69 id raro contingere, & requiri longam obseruationem circa stellas, quæ habeant hanc proportionem. Ego vero non video, qualis sit hic influxus immediatus in illas potentias; Nam mediatus alterando corpus esse potest, ex frigefacto enim corpore erit imaginatio frigoris.

Sexta conclusio, astrologi neque actiones, quæ totaliter à voluntate pendent, neque casus fortuitos possunt prædicere. Est contra Origenem apud Pererium, & Martinū del Rio loc. cit. vt quod Petrus ducet Mariam vxorem, erit homicida, Pontifex, &c.

Actiones à voluntate sola pendentes, & casus fortuiti nequeunt prædici.

Probatur primo auctorit. script. primo Deut. 18 vbi loquitur de ijs qui responsum ex astris dant, vel nubibus, docet Hamer. in cap 1 Gen. ex textu Hebræo, & refert Salas. sect. 3. secundo ex Isaiæ 47. 47. ibi *Saluent te augures cæli, qui contemplantur sydera, & supputant menses*, vbi per augures cæli intelli gi astrologos docet Echius. Hamer. Perer. Rius, & Contrabr. imo, & 70. Interpetres, & Hier. vt ex Hebræo textu probat Hamerus, nec mirum, si vocantur augures, nā superstitio hæc varia nomina varijs tēporibus sortita est, nam ex Augustino 1. de Doctr. Christiana cap. 21. qui olim Genethliaci propter naturalium considerationes dierum Nunc mathematici, vocantur, & 4. confess. 3 vocatos ait planetarios, & lib. de Dæmon. diuinat vocat Astrologos, & secūdum alios Horoscopi vt refertur 26. q. 2. & 3. Isid. 8. Ethim. c. 9.

prædictio damnatur c. 18.& 48. & ratio est quia scire futura sine reuelatione alterius, est diuinitatis argumentum, vt colligitur ex Isai. 41. 48 Sap. 8. Eccles. 8. & 20. & hinc Prophetæ dicuntur diuino spiritu afflati 2. Petr. 1. Rom. 1. præsertim cogitationes 2. Paralip. 6. Iob. ex cap. Hier ibi *à signis cæli nolite metuere*. Vnde falluntur, qui cælos esse signa dicunt futurorum, vt notant Perer. Hamer. Picus, Echius, Medina, Conimbr. Euseb. cum Orig. & præcipue D. Thom. opusc. 26. de iudicijs astrorum; 4. Eccl. 34. Iob. Soph. 1. Dam. 2.

Hinc fallitur Salisbericensis l. 1. cap. 11. dicens viguisse hanc scientiam ante Christū natum à stella præmonstrante, quæ magos non reprobos ad illum adorandum duxit. Deinde fuit hæc scientia reprobata Gal. 4. vbi Augustin. ait 19. Coloss. 2. 1. Corint. 2. vbi cognitio cordis, Dei propria dicitur 2. Paralipom. 6. Iob. 26. Hebr. 4. Hierem. 17. Nam constat tempore legis veteris fuisse damnatam vt dixi, & similis error declaratur à Gratiano 26. quæst. 2. initio, & tribuitur Isidoro 8. Ethim. cap. 9. vbi explicat varia nomina ex Tertulliano.

Ex auctorit. Ecclesiæ. Confirmatur ex Decretis Ecclesiæ contra ipsos Iudiciarios, quæ referuntur 26. quæst. 1. 2. 3. 4. & 5. & ex Concil. Bracarensi 1. cap. 9. & 10. Tolet. 1. contra Priscillianistas, & Alex. 3. in c. 2. ex tuorum de sortilege quendam presbyterum, qui per imprudentiam astrologum consuluerat de futuro quodam in Ecclesia facto, per annum Altaris ministerio priuauit; Nam profitentur huiusmodi occulta se scire posse, vt tradit Hali. iudiciarius in explicatione quartæ domus cap. 39. quod inscribitur de Thesauris terra occultatis, & in catalogo Pij V. ex Trid. Reg. 9. & ann. 15. Sixtus V. fuse damnat huiusmodi homines exercentes astrologiam iudiciariam: Vnde Martinus Papa cap. non licet 26. quæst. 3. negat stellarum cursus obseruare pro domo facienda, vel ad segetes, vel arbores plantādas, vel coniugia socianda, vbi Glos. ait hoc non simpliciter prohiberi, sed necredatur inesse superioribus necessitatem, & causas rerum, licet sint signa; Ego vero dico ibi prohiberi obseruari traditiones gentilium, & cæli elementa, & cursus lunæ &c. pro domo ædificanda, &c. nam alioqui prohibita non est pro agricultura, nauigatione, & re Medica, vt excipitur in Bulla Sixti V. de cuius Bullæ sēsu, infra fortasse aliqua dicentur interim videtur Suar. to. 1. de relig. li. 2. c. 11.

Respondent ad hæc Ioannes Indagines decanus Francfordiensis neminem huic arti magis obstrepere præter Romanos Pontifices, quod nihil probare solent, quod eorum quæstum diminuat, & præter doctissimos sophistas (sic enim Theologos vocat) qui semper damnāt, quæ ignorant, proclamantes tanquam hæresim, quod non intelligunt.

Sed hāc nequissimi, seu potius hærctici hominis impudentiam cum multis possem improbare; tum maxime ex auctoritate Sanctorum Patrum, quibus ipsi putauerunt credendum, de quibus videri potest Gratianus 26. q. 1. 2. & seq. lege Basil. hom. 6. in Genes. Chrysost. & Greg. Magnum in c. 2. Math. & hom. 10. in Euang. Epiph. & Chrysost. hom. 3. in priorem ad Thess. vbi multis exemplis probat horum iudicia esse mendacijs plena; Cyrill. lib. 10. cont. Iulian. August. lib. 2. super Genes. ad litt. cap. 17. lib. 2. de Doctr. christiana cap. 25. & seq. lib. 4. confess. c. 3 lib. 5. de Ciuit Dei c. 1. citatur lib. de diuinit. dæmon. Eus. lib. 14. de præparat. cap. 4. & lib. 6. cap. 7 & 9. Origen. hom. 16. in num. liber 3. in Iob. circa medium, Epiph. de pond. & mens. ait ob id Aquilā ab Ecclesia fuisse pulsum Niss. lib. de fato cap. 2. Amb. 4. Hexam. cap. 4. vbi probat multis exemplis, & præcipue ex Apostolis ad vnum munus electis, qui non sub ijsdem stellis sunt nati. Hieron. in cap. 47. Isaiæ, & in cap. prim. Sophon. vbi narrat S. Sebastianum coram Cromatio Præfecto Romæ, hanc scientiam vanam esse probauisse, nec voluisse illam sanare nisi confracto astrolabio; Petr. Chrysol. serm. 156. de epiph. vbi quærit quare stella apparuit Magis, & respondet, *vt per Christum materia erroris fuerit salutis occasio, vt per Christum mortis causa, causa facta est vitæ, hostem proprio mucrone turbare, singulare est insigne virtutis*. Damasc. 2. fid. cap. 7. Greg. Neocæs. seu Nazianz. in cap. 11. Ecclesiastæ, videtur negare ab illis præsciti etiam, quæ pertinent ad aeris mutationem, & orat. in laudem Cæsarij, vt ibi Nicetas scholio 4. & orat. in laudem Basil. vbi Nicetas schol. 42. legite Perer. loco citato vnde Augustinus in Psal. 61. refert mathematicum huic arti renuntiasse in media concione.

Confirmatur secundo, quia hanc scientiam etiam fuisse damnatam à sæcolari Rep. & pænam à Senatu Romano impositam, refert Tacit. lib. 2. 12. & 18. annal. vnde Augustus Cæsar eos Roma expulit, vt refert Dionys. Cassius lib. 49. & idem sæpius factum apud Liuium lib. 29. tum Imperatores hanc artem prohibent, vt patet toto Tit. de malef. & Mathemat. & l. Mathematicis c. de epis. aud. libros præcipit comburi coram Episcopo; Vulpianus l. item apud Labeonē 6. si quis ff. de spurijs, & exosos fuisse Alphonso Regi Aragonum, tradit Æneas Syluius, plura Hamerus in cap. 1. Genes. Vnde Lucian lib. de astrol. conqueritur hanc artem sic ab omnibus despici, & reprobari: legendus Salas. c. 2. q. 9. art. 2. tr. 5. disp. 2. pcr totam, & præcipuè sect. 3. & 4. & Cic. lib. 2. de Diu. irridet octo genera diuinationū, & tempore Apostolorū legimus damnatā, scribitor. n. in actibus c. 19. eos qui Ephesi cōcionibus D. Pauli conuersi fuerūt attulisse libros, & coram omnibus combusisse

bussisse; at eos libros fuisse de rebus pertinentibus ad iudiciariam testatur Augustin. post explicationem Psal. 61. vbi refert noluisse quemdam huiusmodi hominem recōciliare Ecclesiæ, nisi præmissa publica, & solemni pænitentia.

Confirmatur tertio ex scriptoribus prophanis, qui hanc scientiam contemnunt. Primo Socrates apud Eusebium lib. 14. de præparat. cap. 4. ex relatione Xenophontis, quem sequitur Xenophon, & Plato apud Euseb. loco citato, Columella l. 11. cap. 1. Eudoxius apud Cic. lib. 2. de diuin. vbi idē refert de Panætio, Archelao, Cassandro, & Hoychilace astrologis Plotinus, & Ficinus optimè apud Franc. Pitr. in lib. 21. Pancosmias, Firmianus apud Syren. 9. de fato c. 34. vbi ait esse dæmonum inuenta, idem Apuleius c. 33. vbi Ptolomæum lib. de Iud. c. 11. adducit dicentem non deriuari effectus à cælis iure inuiolabili, & prædicentes in particulari impostores appellat, quod sapiens dominetur astris, quod etiam Boetius 5. de con. metro 4. expressit, *Quisquis composita Serenus æuo fatum sub pedibus dedit superbum*, & Albumas. apud Syrenum ex astris nihil certi iudicari posse; plura idem Syrenus lib. 2. contr. astrologos c. 1. Nicolaus Otesmua illustris Mathematicus lib. contra astrologos edito, & in se ipso fallacem expertum tradit Paulus Florentinus medicus, & Mathematicus, qui plus quā 85. annos excessit, Angelus Politianus, & Nicolaus Leonicænus hos irrident. Ficinus in vita Plotini, plura Porphirius lib. de orac. docet scientiam futurorum ex astris multis etiam Deorum, esse incomprehensibilem; sæpius illos irridet Plinius lib. 2. c. 7. c. 50. Seneca 2. nat. quæst. c. 32. & lib. 13. epist. 89. Pind. Poeta apud Volateranum 3. Philologiæ, Alciatus embl. 203. comparat Icaro, & embl. 203. & 104. plura adducit

Conf. 4. ex ijs quos Astrologi prodiderūt vt Ianes, & Mambres, Pharaonē c. 7. exod. & 2. Thimoth. 3. idem de Heraclio Sabellic. Æneade 8. lib. 6. Illescas lib 4. hist. Pontif. c. 6. Idem de Priscilliano, alioqui sanguine, & litteris *clarissimo*, refert Sulpitius 2. hist. vnde Greg. hom. 10. in Euang. docet astrologiam esse Priscillanistarum errorem. plura Per. & Hamner. loc. cit. addunt, & Lucian, licet ex professo astrologiam nitatur defendere. tamen ea dicit, quæ potius improbant vt refert Salas sect. 4. n. 47.

Conf. 5. ex Scholasticis, qui illam damnāt tum antiqui, tum recentiores, quos ibidem refert Salas, Mart. del Rio, & Perer. loc. cit. Deniq; Ptolomæus lib. 1. de iudi. c. 3. *non esse putandum omnia à supernis causis directo deriuari, necessitate ineuitabili, vt nulla vis sit, quin ita operetur obsistere valeat*, & in Centiloquio P. senti; *Solo numine diuino afflati, prædicunt futura particularia* sēt. 5. *Poterit* inquit *is, qui sciens est multor stellarum effectus auertere, &c.* Hinc illud; Sapiens dominabitur astris, lege Salas. loc. ci. sect. 5. nu. 66. vbi refert derisores astrolog.

2. Probat Per. c. 1. ex principijs theologiæ nu. 1. Corinth. 2. *nemo nouit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in homine*; sed homo ipse nescit, quæ ipse est facturus post multos annos; Nam prouerb. c. 27. *non est via hominis in manu eius*; homo enim proponit, & Deus disponit; tum quia hæc nec ipse dæmon scit, vt patet: quia si sciuisset nunquam impulisset Iudæos ad crucifigendum Dominum gloriæ, vnde euersum est ipsorum regnum, quorum ignorantiā et ipsorum oracula produnt; Nam vt Porphyrius lib. de oracul. apud Euseb. lib. 6. de præparat. per totum, quæ Apollo prædicebat, cognoscebat ex astris cælorū, & cum ad homines actiones vrgebatur prænuntiandas, profitebatur se non posse tunc vera respondere, sed homines ex amentia vrgentes, dum cogebant, vt responderet illis, sæpe falsa prędicebat, nam cum ex cælo verum præuidere non posset, retine dicebat per vatem, *Vim istā, & potentia verba hæc ne proferas; falsum enim dicam si coges*, Vnde ipse Eus. lib. 5. de præp. c. 10. refert Adanomariū quemdam græcum, sæpe responsis delphicis delusum quam plurima eius oracula, eaq; vana collegisse, ac confutasse.

Dices vnde contingit falli dæmonē. Resp. multas ob caulas leg. Eus. in sua Cosmopæia c. 3. Ælianum de varia hist. l. 3. Ægid. quodl. 1. q. 10. Syren 9. de fato c. 12. Rodigin. l. 2. c. 22. Plutar. in flaminio Val. max. lib. 1. c. 8. Tatianum orat. contra Græc. quæ habetur tom. 7. Bibl.

Prima, quod nimis asseueranter affirment, quæ pendent ex libero arbitrio, cum hoc sæpe ex natura sui operetur extraordinaria ratione, imo sæpe quæ ostendit foris, sunt difformia, quæ intus cogitat, & vult, vnde caret dæmon medio, quo vere cognoscat internas cordis cogitationes.

Secundo, quia adiutus homo gratia Dei contra operatur, ac cogitarat.

Tertio quod impeditur à Deo dæmon, ne agat quod constituerat. 4. quia Deus sæpe operatur cōtra communem ordinem naturæ. 5. quia ex malitia voluntatis, & obscuritate intellectus non recte iudicat de rebus quæ alioqui intellectui Angelico subiacent. 6. si futurorū scientia dęmonibus, etiam Angelis bonis non datur cognitio actuum liberorum; *cur concedenda astrologis*, quorum scientia à Dæmonibus ad decipiēdos homines initium duxit. vt fuse Tertull. lib. de Idolatria Rodig. l. 1. c. 31. & lib. 8. c. 9.

Conf. nam christiana Religio, vel est vera, & tunc falsa iudicia astrologorum, cum sint tāquam falsa damnata à christiana religione: vel est falsa, cum totum pene orbem peruaserit, vt plus mille sexcentis annis peruiguerit, ex aliqua insigni constellatione ortū erit tantum studium huius religionis, cum omnia sint secundum ipsos à cælo; atq; adeo

cælum inclinaret ad malum, scilicet ad falsam religionem, & omnium pessimam; Nam si religio christiana esset falsa, esset peior qualibet alia; Nam ob illa, quæ docet de Deo esset execrabilis impietatis, & ob illa, quæ ad vitam iusti tuendam præcipit esadmiratione dignissima; Vnde ab eadem constellatione proficisceretur bonum, & malum, quæ cum sint absurda, certe absurdissimam religionē christianam esse falsum, & à cælorū constellationibus pendere; Vnde iure damnant huiusmodi astrologiam.

Confirmatur secundo quia ex istorum opinione rueret religio christiana; nam prophetias dicunt fieri ex influxibus cælorum, libertatem auferri; atque adeo operationum bonitatem, ac omnium malorum excusationem. Vnde nulla debetur pæna, nec præmium, sed quia hoc argumentum licet sit validissimum, non admittunt Ethnici, ideo veritatem aliter probemus.

Tertio probatur ex ignorantia eorum, quæ sunt necessaria ad diuinationem ex stellis; nam vt ex causa inferatur effectus, debet cognosci causa, & eius virtus; at cæli ab astrologis non cognoscuntur, & eorum virtutes Primo ex diuersitate opinionum, quas habet circa sydera, & hanc artem, vt art 1. not. 6. 7. & 8. docuimus. Nam aliam probāt Iudæi, aliam Chaldæi, aliam Ægyptij, aliam Persæ, aliam Græci, aliam Arabes, aliam Latinij Nam Ptolomæus reprobat quæcunque scripta fuerint ab antiquioribus. Albumasar reprehendit Ptolomæum; vtrosque vero Arabes. Rabbi Abraham, & alij. Secūdo non solum dogmatibus differunt, sed etiam principijs, cum tamen omnes experientia sua principia nitantur probare, vt supra notaui, art. 5. circa cælorum numerum.
Quod si cælorum, & astrorum numerum scire non possumus, multo minus virtutes illorum. Tertio quia ēt si orbiū numerum certo cognosceremꝰ, certe numerus astrorū verus non est notus, nam multa non clare videntur, & pleraque nullo modo ob illorum paruitatem, & distantiam à nostris oculis, vnde circa ea quæ cognoscuntur, mira opinionum varietas, vt de lacteo circulo & alijs, vt 5. art. & quotidie nouæ stelle per tubum opticum deteguntur. Quarto quia etiam si numerus stellarum esset nobis certus, certe earum, quæ cognitæ sunt nesciūtur certæ virtutes, tum quia cum sint insensibiles, non possunt cognosci in se ipsis; sed in effectis, ex quibus deduci non facile qualitas virtutum potest; tum quia non potest adhiberi medium cognoscendi causam præcisam effectus ex regula posteristica; tum quia si cælorum natura, magnitudo, numerus, ordo, differentia, dignitates, varietas motuum, astrorum numerus, atque eorum comparatio circa lucem, & magnitudinem cognosci certo nequeunt, vt patet ex opinionū varietate Aucnragel, & Alchabigius frigidam Venerem putāt, at Album. & Ptol. calidam, in Mercurio, Luna, mirè dissentiūt magna circa annos solares discordia. Hali Auenrag. l. de Iud. & Abraham de natiuit. asserunt Ptol. & Messaliam, & Albumasar præcipuos auctores errasse in præcipuis principijs: figuras, quas Albumasar in singulis faucibus signorum ascendere asserit, ridet *Abraham* Horōtius ridet concordiā astrologiæ, & Theologiæ factā ab Aliacensi, & censurat doctrinam de interrogationibus, electionibus, fabricatione imaginum. Hinc merito *Aristoteles* 2. cæl t. 17. 60. & 61. ingenue fatetur, se non nisi coniecturalem habere notitiam de cælestibus, quæ tamē sunt sensibilia. Qua ratione hi astrologi difficiliora scire poterunt, si in singulis quæstiūculis, quæ visui sunt exposita, eos videmus hærere, quomodo poterunt scire, quæ non videntur? Deinde si ab ipsis quæramus, vt explicent influxus, qui ex varijs astris ad diuersas mundi partes, & regiones dimanant balbutient turpissime? quare si præsentia, eque necessaria nesciunt, cur futura audēt prædicere?

Dicant quæso nobis influxus circa admirabiles illas virtutes, quas experimur esse in aliquibus lapidibus, vt magnete iaspide, & alijs, de quibus Albert. tract. de mineralibus, & quæ sint harum virtutum causæ. Quod si hæc, quæ quotidie pertractamus ignorant; quomodo cognoscent cælestia, quæ remotissima à sensu, cum sæpe eos fugere possint, vel propter summam vertiginis celeritatem, vel prauam affectionem medij, aut visus, vel propter vitium astrolabij, aut tabularum, aut instrumentorum astronomicorum, vt optime notauit Seneca lib. 2. nat. quæst. c. 32.

Quinto etiam si singularum stellarum virtutes cognoscerentur, non tamen cognoscerentur virtutes, quæ sunt ab vnione cum alijs; nam constat alium esse influxum vnius virtutis secundum se, & alium eiusdem, vt est vnita cum alijs. At huiusmodi coniunctiones cum sint penè infinitæ, cognosci nō possunt, & si cognosci possent, adhuc tamē cognosci non potest, quibus sit influxus ab illis, cum nec à priori, nec experientia, & à posteriori cognosci possint; dum enim non redeunt, sæpe earum illarum earumdem vniones, nulla potest haberi de illis cognitio experimentalis, nam experientia est ex multorum indiuiduorum inductione ex 5. met. c. 1. quā ratione vrget Orig. apud Euseb. lib. 6. de præpar. Euang. c. vlt.

Sexto quomodo ex stellis 1125. tam dissimiles euentus sint omnium rerum. Nec dicas oriri ex illis compositis, vt voces ex litteris, quia non possunt sic componi, vt recte Salas, ex Ptol.

Resp. ad hoc se habere innumerabilium annorum obseruationes, rerum euentibus comprobatas, ex quibus eorum ars collecta est. Vnde Chaldæi gloriātur se habere monu

men.

menta harum obseruationum quadraginta septuaginta millia annorum.

Sed contra, quia hic numerus annorum obseruationis iam confutatus est supra artic. 1. cum mundus fuerit creatus paulo plus quam mille sexcentis annis, quo tempore non solum millies non potuit esse obseruatio; sed neque ter vel bis, immo neq. semel, nam cœli faces, & omniũ signorum cœlestium positura, quæ semel fuit numquam omnino eadem redijt, neq. redire poterit, nisi post multa annorum millia, octauus quippe orbis in quo sunt inerrantes stellæ, non ante sex, & triginta annorum millia circulum suum absoluit, Vnde quidã mathematici probant motus cœli esse inter se incommensurabiles, & ob id eamdem cœli faciem, & astrorum posituram nunquã sæpius euenire posse. Quam rationem fusè, & eleganter vrget Phauorinus Philosophus apud Aulum Gellium lib. 14. & Perer. loc. cit. c. 3. Sen. 2 nat. q. c. 32.

Resp. 2. etiam si ignoretur numerus stellarum, tamen constat effectus sequi ex tali astrorum positura, siue is oriatur ab vno planeta siue a pluribus; ergo cognita tali astrorum positura, prædici potest effectus, vnde neque vrget argumentum ductum ex simili effectu circa reliqua animalia, quia forte ibi fuit licet nõ sit circa illos astrologorũ industria aliquid obseruatum. Sed contra, quia cum plura sint præsentia, dum fit effectus, non potest cognosci à quo fit, nisi seruetur regula posterioristica, quod præcindantur cætera præter vnum, & sequatur effectus, & quod ponatur omnia præter vnum, & nõ sequatur effectus. At hæc regula non seruatur, vt patet apud peritos in hac arte deinde non potest fieri huiusmodi obseruatio cum nũquam redeat omnino eadem omnium syderum coniunctio.

Quarto Prob. à priori nam dupliciter, futura possunt cognosci ex vi syderum. Primo ex illis vt signia futurorum. Secundo vt causis; sed neutro modo; Nam primum costat, cum omne signũ sit, vel ex institutione voluntaria, vel naturali; sed non est voluntaria, quia hæc non potest esse nisi ex Diuina institutione de qua nihil nobis constat, sicut constat de signis sacramentalibus, quæ vel ipsæ operantur effectus, vel Deus ad præsentiam ipsorum iuxta Dei institutionem; Neque est naturale, quia hoc fundatur in aliqua connexione effectus cum causa, vt fumus est signum ignis, vel causa ex effectu, vt flores fructuum, vel vt communes effectus vtriusque causæ, vt rubedo solis, est signum pluuiæ: At actus liberi nullum talem connexionem habent cum cœlis, vt suse probabitur infra.

Confir. quia si talis aspectus syderum significaret actus, & euentus liberos, id esset, vel quia posito tali aspectu Deus, vel creatura determinaret voluntatem, vel quia euẽtus futurus determinaret voluntatem Diuinam ad efficiendum talem aspectum: Non primum, quia induceretur fatalis necessitas, & voluntatem necessitari à creatura, imo pati à corpore, Neque secundum, quia non solum impium dum sequitur voluntatẽ Dei à nostris actibus determinari, vt eos per sydeum aspectus significet; sed etiam impossibile, quia in cœlo non potest esse signum naturale omnium actuum, tam diuersorum, qui sunt ab omnibus, qui nascuntur sub vna constellatione.

Confir. 2. quia positis illis signis, vel actus, non possunt nõ esse, & erit fatalis necessitas; vel possunt non esse, & erũt signa falsa, quia signa naturalia habere debent necessariam connexionem cum re significata, at talis cõnexio hic non potest esse, nam motus, & aspectus cœlorum non possunt naturaliter non esse; At actus liberi possunt non esse, quod magis apparet in actibus supernaturalibus, quoad substantiam, vel quoad modum, quia non possunt habere necessariam connexionem cum ente naturali, & necessario.

Denique cum Angeli boni, & mali comprehendant naturam astrorum, & aspectuũ possent cognoscere actus nostros liberos, quod est contra communem.

Dices Cometa significant magnos euentus futuros, & tamen non sunt causa, nec effectus illorum.

Resp. Perer. id dici à populo sed improbari à Doctis fieri naturaliter: aliquando tamen fieri a Deo, vt significent mortem Principis, vel quid simile ex Dei institutione, sic permittentis cometas ex Damasc. lib. 2. c. 7. ego vero.

Resp. 2. aliquando significare mortẽ delicatorum, quia est effectus communis causæ multarum exhalationum quæ sunt in aere à quibus alteratur complexio hominum debilium, & delicatorum, quales sunt Principes, & inde sequitur mors; sed numquam significant mortem naturaliter alicuius in particulari.

Dices 2. figura similis ei, quæ produxit etiamsi non possit effectum producere; attamen potest illam significare; quia minus est significare, quam producere; Nam vt significet satis est sensum mouere ad cognitionẽ futuri, vel præteriti effectus, ob similitudinẽ, quam habet cum figura mouente ita Bell. q. 14. art. 6. Resp. cum similitudo cœli cum effectu non sit ad placitum, sed naturalis nõ potest fundare significationem, nisi sit inter illa aliquis ordo naturalis fundatus in causalitate; Nam cum cœlum sit dissimilis naturæ ad inferioribus, non est inter ea similitudo formalis, qualis est inter duo alba, & imaginem & Prothotypum imò neq. ex hac similitudine ex vno cognito potest cognosci existere aliud ex Damasc. 2. de fide c. 17. cœlos signa ait esse generationis, non causã, quia non sunt causa totalis, & sufficiens, vel quia non est causa immediata; sed signum, quia significat immutationem aeris à se immediate-

mediate factam, & inde est signum effectiuum, sed non causa scilicet immediate.

§. 5. Probatur. non posse præcognosci ex astris, vt causa; Nam præter dicta probamus ex effectibus, qui ab astrologis attribuuntur cœlo, qui tam absurdi sunt, vt nihil; supra, de quibus Mirand. lib. 2. c. 5. & lib. 11. & sequent. Nam Arnoldus Villanouensis, vt narrat Bannes multis conatus est ostendere diē Iudicij ante centum annos imminere, contra quem extat Concil. Lateranense sub Iul. & Leone. Alij docent quod natus sub ascendente Geminorum sydere, Saturno, & & Mercurio sub Aquario iunctis in nona coeli plaga, Propheta erit, & hac ratione dicunt Christum tot miracula edidisse, quia in natiuitate Saturnum habuit in Geminis. Alij Religionum Sectas, quibus Iouem Patronum præficiunt per coeterarum stellarum commixtiones distribuunt; Nam Iuppiter cum Saturno fecit religionem Iudeorum, cum Marte Chaldeorum, cum sole Aegyptiorum, cum Venere Saracenorum, cum Mercurio Christianorum, cum Luna Antichristi. Albumasar apud Perer. l. cit. c. 1. luna Ioui coniuncta in capite Draconis, Deo supplicans, quicquid petierit, obtinebit, & hinc Petrus Apon. tantam habuit scientiā, quia hanc petijt hac ipsa hora talis constellationis, quò quid magis rediculum?

Alij docent Moysen maxime instructum in hac diuinandi arte diem Sabbati astrologicis obseruationibus religionem instituisse, atque adeo errare Christianos, quod diem Sabbatum Saturno factum non colunt.

Alij prædicunt aliquid, quod pendet ex voluntate aliorum, vt futurum Pontificem, quod non apparet, qua ratione possit inspici in natiuitate vnius; Nam deberent potius inspici natiuitates eorum, qui suffragaturi sunt. Vnde quod Suet. narrat de Nigid. qui nato Augusto exclamauit orbis Dominum natum esse fortuito dictum est, vt optime Perer. c. 3.

Tum non solum euentum hominum, sed etiam vrbium prænuntiant ex obseruata cōstellatione in vrbis origine ex Plut. in Romulo, & Cicer. 2. de Diuin. in quo quā errent patet, quod vrbis fœlicitas, vel infœlicitas pendet ex hominum qualitate, & horum qualitates non pendent ex constellatione sub qua ædificata est vrbs, tum hic influxus cur non est in singulorum lapidum generatione, ex quo potius, quam eorum compositione exitus vrbis pendet; præsertim cum vrbs non statim, sed multo tempore, in quo variantur influxus, ædificetur.

Præclare Plotinus probat non posse planetas diuitias, vel inopiam, aut alia fortunæ bona, vel mala, aut adimere, aut largiri.

Secundo Nec posse in corporibus humanis prosperam, vel aduersam ingenerare valetudinem.

Tetio multo minus posse animo turpia, aut honesta indere, quæ omnia astrologi planetis tribuunt, quod ipsorum alij sunt natura mali, vt Saturnus, & Mars, alij boni vt Iuppiter, & Venus, alij neutri, vt sol Mercurius, & Luna; Hanc autem eorum naturam mutari, & vires, & actiones, pro varijs temporibus & locis, & motibus, & aspectibus, rum inter se, tum cum stellis fixis, ex quibus mutationibus vires acquirunt, & mutant, vt bene, vel male faciant, quæ omnia sunt vanitatis plena, & ex Plotino. qui irridet astrologos dicentes planetas aut illo aspectu trino, festilique lætari, & opposito quadrato tristari; *Quæ enim* inquit Plotinus *ipsorum, aut quæ de re potest esse discordia*. Hinc ridendum, quod alium die delectari; alium noctu dicunt cum supra luna, semper sit dies. Hinc etiam vana videntur, quæ de Dominio astrorum super metalla, super diuersas corporis partes in dierum, & horarū tempora diuersa ex Conc. Bracaracen. c. 10. & Aug. de hæres. c. 70. loquens de Hæreticis Prisc. illianistis, Petr. Nau. 2. de restit. c. 2 num. 107. Imo Serenus de fatoc. 37. negat caniculæ vrendi vim, sed sol eo tempore propter durationem, & motum sic vrit. Vnde non est canicula causa, sed indicium, vt aduentus hircundinis, reditionis veris. Itaq. in hnc falli existimo. Hinc imagines stellarū à nobis confictæ sunt ad similitudinem Tauri, &c. Vnde non possunt illos effectus habere in ortu hominū, quos ipsi fingunt, nam possent fingi ad similitudinem aliorum animalium, Turrium, &c. vt Perer. loc. cit. a c. 43. & lib. 2. c. 5.

Confir. ratione, etiamsi cœlestia omnia callerent astrologi; non tamen posse futura prædicere; Nam res debet cognosci per causas, per quas fiunt non solum per cœlestes influxus, sed etiam causarum particularium res fiunt; Nam cœlum est causa vniuersalis, cuius influxus determinatur à causis particularibus; Vnde proprietates effectuum maxime pendent à causis particularibus determinantibus vniuersales; vnde experimur diuersa semina ab Agricolis eodem coeli aspectu in terra sata, diuersa producere; quæ diuersitas non ad coelum, sed ad vires seminum referenda est; quod fuse tractat Aug. lib 2. de Gen. ad litr. c. 12. & Fauorinus apud Gell. lib. 14. cap. 5. Neque dicatur astra quædam se habere, vt causas particulares respectu aliquorum effectuum; Nam nullus effectus ferè fit à coelo, ad quem non concurrant causæ inferiores, siue materiales, siue effectiuæ.

Confir. 2. exemplo Geminorum vno cōcubitu conceptorum, & vno partu natorū Rom. 9. tamen habentium dissimillimos exitus, & proprietates, & Cicero lib. 2. de Diuinat. narrat de Proclo; & Euristhene Lacedoemoniorū Aug. 2. de Gen. c. 17. & lib. 5. de ciuit. cap 3. 4. & 5. & lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 22. narrat de Iacob, & Esau. neque soluunt ex mora Natiuitatis Geminorum, quæ licet parua sit respectu nostri, tamen in coelo

lo maxima est, vt Ægidius Figulus explicat exemplo Rotæ concitatissimæ contortæ; Tum quia dicant quomodo cursū illum tē poris transuolantis, qui nec cogitatione quidem comprehendi potest cognoscere possūt, tum quia licet hæc mora fit in ortu, non tamen in conceptione, Deinde vt notat Gregorius nullus homo nascitur sub eadem constellatione; cum prius caput exeat, quam brachium; lege Phauorinum, & August. apud Gellium 2. de Gen. ad lit. cap. 18. vbi notan. Iacobū, nascendo manu plantā pedis Esau tenuisse, tum ex Phauorino cū pūctū natiuitatis nō obseruatur exacte etiā si sciatur eius dies, & hora, nō potest aliquod pdici etiam circa natiuitatem, idest propensionem; at illud non potest obseruari ob velocitatem motus.

Deinde quid respondendum de ijs, qui oriuntur sub eadem constellatione, quorum maxima est diuersitas, vt Phauorinus loco cit. & Perer. referunt de varijs q eodē tempore nati sunt. An quo tempore natus est Arist. Plato, Alexander, &c. nullus in toto orbe est natus? vel ex ijs, qui in Cannēsi pugna interiere, an omnes sub eadem cōstellatione nati? lego Euseb. lib. 6. de ppar. c. 8. q multa refert ex Bardesane Syro de moribus gentiū sub eodē, vel diuerso climate natorū: apud Seres Scythię Asiaticæ lex est, *nec occidere, nec fornicari, nec adorare simulacra; vnde in illa regione nullum templum conspicitur, nulla mulier meretrix nulla adulteria, nullus fur, null⁹ homicida: quare ardentissima stella Martis in medio cælo constituta voluntatem alicuius ad cædem non coegit. Hæc venus Marti coniuncta, vt alienam quispiam sollicitaret vxorem potuit efficere;* Næc & similia narrat ex quibus facile patet influxus cœlorum nihil efficere in actus liberos.

Confir. 3. nam qui hanc coluerunt vitam misere finiuerunt, vt Zoroastes Pharao Nabucdonosor, Cæsar Crassus, Pompeius Deiotarus, Nerua, Iulianus Apostata, quibus ab astrologis omnia fœlicissima promissa, vt notat Bannes.

Confir. 4. quia hæc tollit liberum arbitrium; nam si actiones liberæ sunt, ab ipsis præcognosci nequeūt ex syderibus, quia vel in seipsis cognoscuntur, & non, quia, nondum sunt, vel in suis causis in quibus sunt, & hæ sunt tantum tres .s. Deus Cęlum, & voluntas humana; At quæ ex Dei proposito euentura sunt nequeunt cognosci in sideribus vel alia ratione nisi Deus reuelet. Rom. 11. Isa. 40. Neq. possunt cognosci in coelo; tum quia est causa vniuersalis, atque adeo indeterminate, & vniuersalitar continet effectus, particulares, tum quia animus noster in actionibus immaterialibus non subditur coelo; Neq. in voluntate hominis quæ est causa propria, quia hæc antequam determinetur est indifferens ad vtrumq. oppositorum, neq; actionea ex exteriores possunt cognosci futuræ, nisi cognoscatur electio ex qua pendent, Neque posset determinatio nostræ voluntatis cognosci in coelo, nisi determinetur à coelo ad hoc volendum quam illud; at hoc est tollere libertatem.

Dices cognosci in inclinatione motus appetitus sensitiui. Sed contra, quia non potest inde certo cognosci, quod possit vi sua resistere, vt narratur de Socrate, & qui secundum sensum viuit, adeo incertam vitam agit, vt quod sit electurus omnino ignoretur magis quam si viueret secundum rationem, nam illius animus pulsatur infinitis penē desiderijs Vnde si struitur argumentum, vel fatum coeleste potest impediri, vel non, si primum; ergo non potest præcognosci effectus; si non potest ergo tollitur libertas, & hoc casu prædictio illa potius noceret, quā iuuaret; nam diu nos ex cruciaret timor ille, vt optime Seneca lib. 13 epist. 9 & Phauorinus apud Aulum Gellium lib. 14. cap. 1. præclara affert, videte ipsos.

Confir. 5. quia fundamenta debilia sunt; sunt; tum quia fingunt multas influentias, quæ nulla experientia certa collecta sunt, vt optime Phauorinus apud Aulum Gell. loc. cit., quia obseruationes accipiunt à Chaldeis, & alijs obseruationibus in alijs regionibus, in quibus variatur constellationum influxus, & variantur aspectus, vt Phauorin. apud Gell. loc. cit. tum quia non est ratio cur obseruent potius natalitia, quam tempus conceptionis, & animationis cum complexio hoc potius tempore fiat, vt Ptol. 3. Apotelesmatum, & Hali. lib. de electionibus, cum tamen, punctum illud conceptionis nesciatur, tum quia cur non obseruent alios influxus, qui homini contingunt post ortum, qui aliquando sunt potentiores ad immutandam hominis complexionem, nam forte ex natura primogenia nihil remansit.

## ARTIC. V.

*Proponuntur, & soluuntur argumenta Aduersariorum,*

PRimo obijcitur, quod Gen. cap. 1. dicitur de coelestibus, quod erunt signa, &c. quę verba ab Origene, apud Euseb. lib. 6 cap. 9. intelliguntur de significatione futurorum euentuum, qui omnes tamquam in libro scripti sunt in coelo, & id probatur ex libro, qui inscribitur Narratio Ioseph. sentit idem Plot. coudiscipulus Origenis in lib. de fato cap. 6. quam opinionem Iulius Syrenius lib. 9. de fato c. 35. vt probabilem confirmat ex scripturis, & Aug. lib. 2. contra Manicheos c. 21. ex scripturis Procop. Gazeus in cap. 1. Gen.

Confir. ex Hier. 10. *A signis nolite timere, quæ timent gentes*, at hoc indicat in cęlis esse signa, quæ Psal. 59 clarius exprimuntur. *Dedisti metuentibus te significationem*, &c. & hinc Christus ex coeli signis dicit prænoscendum suum Aduentum Matt. 24.

Conf

Confir. 2. ex Isa. c. 34. *complicabuntur coeli, sicut liber* quasi dicat nunc esse apertum, quem legere cuilibet licet; sed non post diē Iudicij; leguntur autem euentus futuri, & hinc Psal. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & idem Psal. 23. 49. 608. & 148.

Confir. 3. ex August. 2. de Genes. contra Manich. c. 21. vbi postquam dixit sub tunicis pelliceis latere mendacia, causam subdit, Neq. *enim istis corporibus coelestibus sic latere posse cogitationes credendum est, quemadmodum in istis corporibus latent; sed sicut nonnulli motus animorum apparent in vultu, & maxime in oculis; sic in illa perspicuitate, & simplicitate coelestium corporū omnes omnino motus animi latere non arbitror;* Vnde Iulius Sirenus 9. de fato cap. 35. refert August. dubitasse an ea, quæ Hermes prædixerat de nostra Religione futura, iudicio, &c. cognouerit ex astris.

Resp. Perer. loc. cit. cap. 4. Bannes 1. p. q. 70 art. 2. ad secundum, eam opinionem esse cōtrariam sacris litteris ex Aug. lib. 5. de Ciuit. cap. 1. Quare dicuntur posita in signa, vel ratione permutationum naturalium, scilicet imbrium; siccitatum, &c. vt Aug. Chrysost. & Theod. Vgo de Sancto Victore, & glos. interlinearis, vel ratione horarum. s. vt tempora dierum distinguerentur in matutinum, &c. & Beda in Enchyrid. & glos. ord. Vel. 3. ex Amb. etiam respectu Euētuum supernaturalium, vt tempore Passionis Christi, tēpore Iosue, Ezechiæ, in die Iudicij.

Sed hæc expositio non placet, quia tunc cœli fuerunt creati in sua naturali dispositione; sed hi effectus euenerunt non ex naturali dispositione Cœli: sed obedientiali virtute.

Quarto Alij, *sint signa* in festos dies Iudæorum, vnde Bannes intelligit esse signa ad omnem vtilitatem conuenientem hominum gubernationi. Alia quę dicuntur in hoc argumento legite apud citatos Auctores, & Conimb. c. 3. q. 9. ar. 3. ad 1. Nā ad 1. Cōf. ibi potius improbari opinionem Gētilium, qui cœlorum signa obseruabant; Nam prohibet ne illa timeant, cum nulla sint. Vnde significatio, qua inducuntur ad fugiendum à facie arcus, non est significatio sumpta ex syderibus, sed ex alijs, vt fugerent ab hostibus vel moraliter ab ira, & vindicta Dei, pro peccatis; Nec mirum si signa procedentia iudicium nos docent, quia optime nouerat Christus quid nobis prodesset, vide Salas sect. 7. num. 80.

Ad secundam conf. Resp. ex Isa. 34. varias esse illius loci expositiones, primo Iust. q. 94. ad Gent. vt psal. 103. cælorum creatio comparatur pellis extensioni, & Isa. 15. comparatur furno, *Cælum sicut furnus firmatum est* iuxta 70. ita cæli dissolutionem comparat alijs rebus, vt Isai. 40. cum volumine inuoluendo, & implicando iuxta psal. 101. *omnes sicut vestimentum veterascent, & mutabuntur.*

Sed non placet Syrenio, quia non explicat metaphoram libri.

Secundo Hier. ibi *nota* inquit, *quod non dicat interire cælos, & complicari quasi librum, vt postquam omnia peccata aperta fuerint, & relata complicentur, quæ prius aperta fuerunt; vt nequaquam scribantur in eis delicta multorum; Nam cæli dicuntur annuntiare iustitiam Dei, reuelare irā, probare, & testificari scelera;* Sed neque hic satis explicat, quomodo in cælis scribātur delicta.

Tertio alij explicantes illud Apoc. 6. *Cælum recessit sicut liber inuolutus*, quia non exercebitur amplius ab Ethnicis astronomātia ex astris diuinando; ita Cæsarius Arnobius, Vegas, Ribera, Rius, 4. disq. Mag. c. 3. q. 1. D. Thom. & Lyra.

Quarto alij libri complicationem referūt ad Ianuæ cælestis clausuram.

Quinto alij ad ministerij cessationem hominibus exhibiti, quia cæli habebunt alium statum cum cessabit motus, nec circa solem, & Lunam impressiones, erunt nec sol signa temporum, & mutationum. Vnde sicut liber dum legitur est apertus; ita dum non est eius vsus complicatur; ita Perer. qui suse explicat metaphoram ex vsu hebræorum scribendi libros.

Sexto alij referunt ad malorum punitionem, super quos cælum, vt dicitur cadere videtur, iuxta illam vocem damnatorum, *cadite cæli super nos, & montibus, operite nos;* quæ etiam Pererio probatur; Nam tanta erit malorum tristitia, vt cælestia lumina videantur restingui, stellæ cadere, & cæli cōplicari, & recedere sicut liber inuolutus.

Septimo ex Conimbr. significari eo tempore cælum tantis tenebris obducendum, vt sicut literæ in libro inuoluto non videntur; sic nec sol, & reliqua astra.

Nec obstat quod legantur in eo libro, qui dictus est narratio Ioseph, & olim habitus in magno honore, vbi Iacob dixit filijs *legite in tabulis cæli, quæcunque ventura sunt vobis, & filijs vestris*, tum quia ille liber Apocrypus est, vt ait Valent. & Conimb. ex Athanasio in Sinops. vnde ille error damnatus à Concilio Bracharense c. 9 tanquā priscillanistarum; tum quia etiam si esset approbatus non faueret aduersarijs; Nam metaphoricè cognita per cælestem reuelationem appellat lectionem in tabulis cæli; Nam Prophetæ ex Deo reuelata tanta facilitate videntur cognoscere, quanta qui libros legunt; Neque enim Iacob diuinatricem coluit artem, nec Abrahamus, vt falso Iulianus imponit illis, contra quem Cyrillus lib. contra Iul. & Perer. disput. contra Astrol. cap. 1.

Ad tertiam confirm. Resp. ibi per corpora cælestia non intelligi cælos hos syderibus plenos, sed corpora humana gloriosa, quæ differre ab his corporibus mortalibus in eo dixit; quod hæc corpora contegunt cogitatio-

tationes cordis appetendo mendacia, vnde ait, *& Deus fecit tunicas pelliceas, idest ipsi appetierunt mēdacij dulibidinem, relicta facie veritatis, & Deus corpora eorum in istam mortalitatem carnis mutauit, vbi latent cordium mendacia*: At hoc non erit quando corpus induerit immortalitatem; quod vocat corpus cæleste, vt optime Pererius loco citato cap. 4. videndus Salas. tract. 2. disp. 14. sect. 16.

Nam de dubitatione Augustini loc. citato vidi forte loquitur de ijs, quæ possunt connaturaliter ex stellis, cognosci; non autem de alijs, quæ ibi narrantur à Ficino, sed non est auctoris opinio spectanda à loco vbi dubiè loquitur, dum constat expressa eius sententia; & mirum est quod argumentum dicant sub dubio asserere, ipso affirmante sub certitudine, vt patet ex multis locis citatis præcipuè ex lib. 2. de Gen. ad Litt. c. 17.

Secundo obijt ex Conimbr. Nam cum mores sequantur temperamentum corporis vt Arist. init. lib. Physiognomica, & Gal. lib. de hac re, sed temperamentum cognosci potest ex Syderibus, notato Horoscopo, in quo quis natus est, & cognitis naturis syderum, ad quæ inclinent ergo mores.

Conf. quia physiognomia ex totius corporis figura tanquam ex signis à cælo impressis cognoscit propensionem, & virtutes ac vitia cuiusque, vt Arist. lib. de physiognomica, & Plato 2. de Rep. Nam qui fronte magna, tersa, leni, & facie somnolentiori, neque intenso, neque remisso obtutu, animosi sunt, qui vero carne humidiore, ac molliore, neque nimium pingues, colore albo cum rubore commixto, subtili cute, capillis nec multum duris, nec multum nigris, ingeniosi sunt: At qui tardi in motibus & voce, oculis hilaribus, nec valde apertis, vel clausis, lenteq; palpebras mouentes, mansueti sunt, sicut misericordes, qui colore albo, & puro sunt, oculisque pinguioribus, ac naribus patulis, & Auari qui tersam, ac rugosam frontem habent, & qui circa faciē veluti abrasa habent, & alia, quæ ex Trogo refert Plin. lib. 11. de natur. c. 52.

Confirmatur secundo nā teste Aliac. q. 3. in Gen. obseruatum est, quos Capricornus benignè aspexerit nasci, Reges; quos Aquarius piscatores; quos Mercurius trapezitas; quos Orion venatores; quos Mars, homicidas, & gladio casuros: At qui ascendente Geminorum sydere, ac Saturno, ac Mercurio sub Aquario iunctis in nona cæli plaga, nasci vates, & qui Saturnū in leone fælicitez cōstitutum habuerint in natiuitate, eos multis calamitatibus ereptum iri.

Conf. 3. quia sæpe dormientes ex afflatu sydereo futura quædam præuident, vt patet experientia; ergo multo magis Astrologus ex suæ artis obseruationibus.

Conf. quarto quia Dæmones sciunt futura, vt patet ex oraculis Apollinis; & hæc non præuidebant in se ipsis; ergo in cælo tanquam causa, vel signo.

Conf. 5. quia humana scientia cæpit ab experimentis 1. met. cap. 1. & constat experientia astrologorum prædictiones esse veras. Minor probatur; nam Nigidius prænuntiauit hora, qua natus est Augustus, iam natum Dominum orbis ex Suetonio in Aug. c. 94. Cum Nero prima luce ante ortum solis, animaduerso stellarum cursu, atque earum coniunctione prænuntiauit nasci Imperatorem, qui matrem esset necaturus, ad q̄ Agrippina respondit, Occidat modo imperet: similiter cum Vitellius prædixisset astrologis, quo die essent Italia excessuri; hi contra ei diem prædixerunt, quo esset moriturus ex Dione, & Herodotus de Thalete Milesio refert diem cuiusdam prælij vertēdam in noctem, & ita euenit.

Alia refert Dionys. in Augusto, Volat. lib. 23. antiq. Egnat. lib. 8. c. 11. Iouius in Elogijs, sic enim cum quæritur ab ijs, qua ratione probent suas conclusiones? Respondent se non habere, nisi quia ita docentur experientia, vt docet Cic. lib. 2. de diuinat.

Resp. ex dictis negatur primo ex syderibus cognosci temperamentum hominis; tū quia non sunt totalis causa ob concursum causarum inferiorum, tum quia ab ipsis ignoraotur multa, quæ sunt necessario cognoscenda ad cognitionem temperamenti, vt dixi.

Resp. secundo etiam si adiumento medicinæ temperamentum cognoscatur adhuc non possunt cognosci mores, quia potest homo sua voluntate resistere inclinationi, & alia possunt occurrere, quæ præponderent tali inclinationi. Vnde sapiens dominabitur astris. Neque enim est aliquod agens in humanam volentatem, nisi inclinando appetitum sensitiuum, & proponendo obiectum. Hinc videmus inclinatum ad vnum actum, vt ad libidinem detineri ex habitu auaritiæ, per consuetudinem acquisitum.

Ad Primam confirmationem. Resp. illis signis denotari aliqua ratione temperamentum corporis, non quidem quod illa sint ex impressione cæli, sed quia orta ex complexione naturali, Sed ex ijs neque actiones voluntatis, neque futuri euentus, vel fortuna alicuius prævideri potest. Vnde cum cum Zopirus viso Socrate stupidum, & mulierosum esse dixisset respondisse Socratem refert Cic. de fato, illud verum esse, sed illam propensionem naturalem domuisse ex decretis philosophiæ: nunquam tamen fortunam prosperam, vel aduersam inde posse colligi.

Resp. secundo etiam inde sæpe homines falli, præsertim cum non vniuersa signa notantur, sed aliqua de hac Physonomia. Nam de Chyromentiæ vanitate satis constat, vt notat Rodig. lib. 9. c. 20. Vide Med. 2. de recta in Deum fide c. 7. Petr. Nau. 2. de rest. cap. 2. num. 109. qui etiam de Pyrcman-

tia

tia Aeromantia, scilicet diuinandi scientia per Cometas num. 102. & seq.

Ad secundam confirmationem omnia illa falso ficta ab astrologis, neque doctis persuadere possunt; sed idiotam plebem decipiūt, vt Basil. hom. 6. de mundi opif. & Ambr. Hom. 4. Hexam. cap. 4. nam vt recte Greg. loc. cit. Getulia nullum habet piscatorem, & tamen quis dicat, ibi neminem nasci sub Aquario l. g. Clem. lib 2. recognitionum; Neque horum Doctrina caret impietate; Nam si virtus prophetandi esset naturalis non posset per prophetias veritas fidei probari, quia potest quis vti virtute naturali ad testificandum falsum: Non tamen est negandum in astris esse aliquas virtutes.

Ad tertium resp. D. Thom. 1. p. q. 86. art. 4. & 2. 2. q. 95. art. 6. & opusc. 25. c. 4. aliquando accidere vt dormientes præsentiant futura, ex impressione cælestium caussarum; quia cum hæ sint multorum futurorum causæ; excitantur ex eorum defluxu in phantasia signa quorundam effectuum; scilicet phantasmata consentanea motioni cælesti, quæ inclinant mundum inferiorem ad pluuiam, vel simile, vt v.g. Luna imprimit cerebro humiditatem quamdam præuiā pluuiæ; vnde primum mouetur ad apprehendendam illam qualitatem, mox ad imaginandam pluuiam. Sequuntur Conimb. 2. cæl, c. 3. q. 9. art. 3. ad 4.

Sed contra tum quia non video cur idem nequeat fieri in vigilia, nam licet homo tūc sit magis distractus, tamen est magis expositus influxibus cælestibus; cum non adsit impedimentum murorum, & similium; Tū quia hæc cognitio præter quam quod est coniecturalis; non est nisi effectuum naturalium, quos cælum caussare potest, sicut etiā quidam effectus cognosci possunt ex animalibus, Hier. 8. tum quia illa cognitio, non est immediate, & directe circa effectum futurum, sed arguitiue, & reflexè, neque certò; sed coniecturaliter.

Ad quartum nagatur dæmones certo cognoscere futura contingentia, vt optimè D. Tho. 1. p. q. 75. art. 2. Vnde cum eiusmodi effectus prænuntiare coguntur; vtuntur voce ambigue composita, vt si res minus eueniret non ipsis, sed interpretum inscitiæ attribueretur. Sæpe etiam fallacia fuerunt eorum responsa, vt supradiximus ex Euseb. Eugub. Eugubino in sua Cosmopeia cap. 3. Elianus lib. 3. diuers. hist. Plut. in vita Flaminij. Valer. Max. lib. 1. cap. 8. Ægidius quod l. 1. q. 19. Et si quando circa contingentia vera dicunt, idest vel coniectura quadam, vel ex reuelatione per sanctos Angelos sibi facta. Deo sic disponente, ex occulto suæ sapientiæ ordine, vt ait Aug. lib. 2. de Gen. ad litt. cap. 17. & lib. 2. ad simplic. q. 3. Damasc. 2. fid. cap. 3. D. Thom. 2. num. num. q. 172. ar. 6. Neq. tamen eadem possunt astrologi ex se perficere, quia non habent cognitionem astrorum perfectam sicut Dæmones.

Ad 5. Resp. lege Petrum Nau. loc. cit, Conimb. artic. 4. Perer. cap. 5. qui referunt caussas cur vera prædicant astrologi, & nos supra diximus.

Dico Primo veram experientiam reijciēdam non esse; cum sit omnium scientiarum fundamentum, At negamus hos habere verā experientiā; nam hæc est de re possibili, vbi nullam repugnantiam ratio inuenit: At experientiæ, quas afferunt, sunt earum rerum, quæ cum ratione minime consentiūt; cum cœlum non possit esse signum eius, qd non caussat, vt diximus.

Dico 2. quod verum dicant oriri posse, Primo ex pacto explicito, vel saltē implicito cum Dæmone, vel occulto eius afflatu, quo etiam nescientes homines ad diuinandū impelluntur: Nam Dæmon naturalia omnia nouit, libera verò, & si certo non cognoscit: tamen sagacissime coniectat, vt D. Tho. & alij docent, vel casu inter multa, quæ pronūtiat falsa, sunt aliqua vera, quæ occultatis falsitatibus prædicunt populis, & litteris mandant.

Dico 3. Prædictionem Christi venturi, quā tribuunt Albumasar, confictam ab astrologis esse; de qua vide Sixtū Senensē loc. cit. quia cum supernaturalibus effectis nullam connexionem siderum influxus habent, vt Perer. Pious, & alij fusè.

Ex his patet quid dicendum sit de mulieribus, quæ cum Diana, & Herodiade dicuntur equitare, de qua re Maior 2. d. 14. q. 9. & 4. d. 34. q. 2.

3. Obijcitur; Nam negari non potest in astris esse multas virtutes ad mirabiles effectus, quorum nescimus modum caussandi; ergo ex eo, quod nos nesciamus modū reddēdi rationem aliquorū effectuum, qui fiūt à cœlis, non tamen debemus negare illos caussari. Consequentia patet, quia non debemus improbare, quæ ignoramus.

Anteced. probatur ex inferioribus, siue animatis, siue inanimatis tot admirabiles virtutes, ad effectus quorum nescimus modum quo caussantur, vt patet ex ijs, quæ Aristoteles refert lib. de admirandis auditionibus; ergo multo magis id cœlis est concedendum ob sui nobilitatem, & perfectionem. Confir. 1. ex effectibus, quos videmus; Quis enim vnquam agnouit modū, quo sol mouet Aelitropium ad suum aspectum? Qui rationē reddere potest cur flos noctis dictus flores noctu explicat, & ascēdēte sole ac occidēte florescūt, qd dicēdū de lupinis, qui solē aspicientes suo circumductu Agricolis horas ostendunt; quod de Helitropio dicitur, idem experiamur de Helimotropio lunam aspiciente, de fluxu, & refluxu Oceani; qui lunę tribuitur, quis vnquam rationem percepit? Cur Clipea piscis in Arari natus crescente luna est albus, decrescente nigrescit? ex Stobeo Sarno q. 8. de morbis. Mirabilius est, qd Plin. l. 38. cap. de lapide Arabiçs Salenite, qui imaginem lunæ referens, reddit caussa in dies

fin-

singulos crescentem, & decrescentem.

Secundo si magis vulgaria ostēdamus, quis agnouit quomodo sol sub canicula tantum æstum efficiat, & maligne influat, cur, & quomodo pluuiæ, venti, & aliæ impressiones à cœlis fiant, & impediantur statis quibusdam tēporibus? & qua ratione varietur status aeris secundum ventos, pluuias, & similia, sæpe singulis diebus, vel etiam aliquando singulis horis eiusdem diei, de octimestris partus morte, cui astrologi Saturnum præesse fingunt, rationem nemo adhuc inuenit. De Magnetis virtute, & succini, multi multa; sed nihil certi dixerunt, in lunæ incrementis, & decremētis quędam augeri, & minui.

Tertio nec minus mirabilia, quæ ad medicinam pertinent. Primo cur in coniunctione solis cum luna perniciosa est flabotomya, & purgātia medicamenta adhibere. Secundo Diorum criticorum causam, quis agnouit, etiamsi multi cum Galen. & Procopio, & alijs operam ad id posuerint. Cur humor biliosus, tertio quoque die, & melanchonicus, quarto moueatur quæsiuerunt multi; sed nemo rationem inuenit. Tertio Auicennna monet non esse omni corpori vnam medicinam adhibendam, immo nec eiusdē corporis cuilibet membro in vna hora, sed in alia.

Hinc Augustin. 5. de Ciuit. 6. ad solas corporum differentias sidereos valere afflatus, vt patet ex solaribus accessibus, & recessibus, ex quibus anni tempora mutantur.

Hæc enim omnia ignorantiam nostram ostendunt, ac cœlorum influxus sine quibus prænarrati effectus causam non haberent.

Confirmatur secundo, sidera aliquid imprimunt spiritualibus substantijs; ergo possunt earum actiones præcognoscere; Nam continentur in virtute impressa à cœlis.

Anteced. probatur tum ex lunaticis, qui inuaduntur à Dæmone crescente luna; tum quia euocati sub certo siderum aspectu prōprius accurrunt; hoc autem oritur ex aliqua impressione siderum in illos, nec mirum; quia alliciuntur, & arcentur quibusdam herbis, lapidibus, & animalibus ex Porphyrio apud Augustinum 10. de Ciuitat. c. 1. & Psello lib. 10. de dęmonibus dicente nihil esse sub cœlo, quod ad magicam facultatem non conferat, & Ioseph. lib. 8. antiquit. narrat fuisse à Salomone compositam artem, que docet reconditas herbarum proprietates habentes uim expellendi Dæmones à corporibus; tum ex diuersitate ingeniorum, quæ ostendit ab astris eam diuersitatem prouenire. Inde Ptolom. in centiloq. Mercurium sit existentem in aliqua Saturni domo, & fortem in suo esse dare bonitatem ingenij illi, in cuius natiuitate dominatur, & Homer. cecinit talem esse intellectum in Dijs, & hominibus, qualem Indi dit Pater hominum, Deorumque; idest sol; ergo si sydera agunt in Dæmones, & intellectum, multo magis in voluntatem.

Respond. Nos non posse negare multorum effectuum ignorare causam, & ideo prudenter fatemur nostram ignorantiam; quare eodem modo astrologi cognoscentes effectus, cum ignorent oriri ex influxibus coelorum: non debent affirmare oriri ex illis; sed fateri propriam ignorantiam? Deinde ipsi non solum effectus, qui sunt tribuunt coelestibus influxibus; sed etiam diuinare prætendunt futuros ex coelorum aspectibus, a quibus tales effectua negamus causari, vel simpliciter, vel adæquate, & sufficienter; quare non est cur ex nostra ignorantia tueantur suam ipsorum audaciam.

Ad Confirmat. Respond. negando omnes illos effectus esse præcise ab influxibus coelorum, Nam ad aliquos nihil cooperantur, ad alios cooperantur, vt causa vniuersalis; & ad alios etiam vt causa particularis etiam sufficiēter, vt sunt ortus, & occasus astrorum. Dies, & nox, & similia; quare non vinci audeant prænuntiare ex aspectu coelorum effectua ad quos, vel nullo modo, vel non adæquate, & sufficienter concurrunt, nisi illia constet influxum coelorum, non vinci ab influxibus inferiorum, vel moderari, & determinari influxum coelorum ad tale subiectum, vt v. g. influxum exiccatiuum ab equo determinari ad equum, & ab Oliua ad oliuam, & sic de alijs, quia sic non aufertur, & mutatur influxus coelorum in oppositam qualitatem, ex his ostenditur quam falsum, & temerarium sit iudicium astrologorum circa furta, & alia huiusmodi, dum interrogantur; putant enim se ex natiuitate eius, qui interrogat, vel ex commotione spirituum, & angustia, qua impellitur ad interrogandum; posse scire futurum, vel alia secreta, vel facta in partibus longinguis, de qua re Luclus Bellantius q. 14. art. 9. disputat an figura interrogationis sumi debeat a principio motus, impetus sensitiui ad effectus proportionatos stellæ eo tempore compelli enti, vt ipse putat, an à tempore, quo quis se applicat ad interrogandum, vt alij contra quos ipse disputat, eo quod explicatio impediri possit, & mutari ob varias causas extrinsecas, vel etiā ex proprja voluntate; & accidere potest, vt duo absentes accedant ad astrologum, vt interrogent de eadem re diuersis temporibus: vnde necessario sit alterum iudicium esse falsum ob diuersitatem figuræ coelestis, vt refert Petr. Nau. nu. 55. & 67.

Sed cum huiusmodi scientia sit omnino vana, & nullo fulciatur fundamento, merito Alex. 3 illum damnauit in cap ex Tuorum de sortileg. & ratio, quia actus liberi nulla ratione cognosci possunt ex stellis; at at furta, adulteria, stupra, & similia sunt actus liberi; vnde Peritiores astrologi negant huius rei posse afferri aliquam rationem; sed solam experientiam

sed non videntur experientiam illam oriri ex pacto implicito, vel explicito cum dæmone.

Confir. quia cum hic effectus nulli stellæ sit proportionatus, ex vi nullius stellæ cognosci potest.

An autem decretalis illa efficiat rem de fide disputat Petrus Nauarr. nu. 57. vbi negat sed nos alibi.

Ex his secundo patet non minus vanam esse Pyromantiam, & Aereomantiam de quibus Petrus Nauarr. num. 502. & seq.

Tertio Patet quid dicendum sit de Chyromantia, de qua Petr. Nauarr. 4. num. 109. Plat. d. 15. disput. 1. circa finem Cyruello tract. de Rep superst. p. 2. cap. 4. Alcozer. c. 54. fin. Symanc. de cathol instit. cap. 2. num. 18. Nau. cap. 10. Sum. num. 31. qui omnes illam reprobant. Primo experientia; Nam ex Cyruello videmus filios habere similes lineas cum parentibus, & duos extraneos similiter, & tamen habere diuersos effectus.

Confir. quia lineæ huiusmodi sæpe mutātur; & tamen non mutatur complexio.

Secundo ex Palatio; Nam dupliciter ex vno potest aliud inferri. Primo ex connexione eff. ctus, & causæ, & cōstat inter lineas, & effectus prænūciatos, non esse talē cōnexionem, quod nec lineæ sunt effectus, nec causæ talium euentuum, nec vtrumq. est effectus eiusdem causæ, cum illa linea oriatur in manu varijs ex causis, & occasionibus, & motibus; Neque apparet cur ex lineis manus potius quam pedum, & aliorum membrorū sumatur.

Secundo ex connexione inter signum, & signatum, & neque, vt manus significatio naturalis fundetur in aliqua causalitate mediata, vel immediata, qualis hic non est; & significatio ad placitum, non possit esse nisi à Deo, quam temerarium est asserere sine sufficienti reuelatione, & idem dicitur de signis institutis ab Angelis bonis; Quare manet institutionē si quę est, esse a Dæmone.

Dices Arist. sect. 10. Probl. nu. 49. docet, qui manus cesuram per totam manum obtinet, diutius posse viuere.

Confir. Iob 37. In manu hominum signat vt nouerint singuli opera sua.

Resp. Palat per cesuram intelligi quidem lineas, sed nō esse signa status venturi, sed præsentis; Nam est signum inesse cordi fortem virtutem, quæ ex abundantia suam produxit vim ad exarandum manus multis, & varijs lineis.

2. Resp. Petrus Nau. per cesuram non intelligi lineas, sed articulos, Nā sicut inarticulatā minus viuunt, vt omne genus aquatile: ita articulata magis viuere solent; hoc autem magis ostendit tur in palma manus, quæ cum natura sua omni articulo careat, si quando articulos habet, vitam longiorem significant.

Sed placet quod docet Palatius loqui Arist. de articulatione per lineas; Nam idem docet 9. de hist. animalium c. 15. vt notat Aponensis ibi num. 49. Vola, inquit, est carnosa scissuris iuncta indicibus distincta, longioris quidē vitæ singulis, aut binis ductis per totam, breuioris binis, quæ non longitudinem totā designat; vel vt habetur in alia trāslatione, duabus vel tribus terminantibus totam palmā: hic autem, quæ breuem vitæ, duabus & non per totam.

Hæc tamen naturalia, sed quod huiusmodi nebulones de significatione futurorū euētuum, & de septem montibus iuxta septem Planetas in ea existentibus tradunt, sunt omnino sine vlla ratione tradita, quid. n. commune habet habere tot lineas in monte Veneris cum affectu ad mulieres, vel tot habere lineas cum tot filijs generandis, sunt hæc ridicula, & omnino exterminanda.

Ad Confir. Resp. Palat. ibi significari præmia, & pœnas tribuenda esse hominibus ex operibus significatis per manus; neq. obstat quod aliquando multa loquentes, verum aliquid effutiant. Nam qui sæpe iaculatur aliquādo collimāt; neq. quia somnia aliquando sunt vera, ideo illa sunt obseruanda tanquam futura oracula.

*In tertium librum de cœlo.*

*Breue textus compendium.*

IN c. 1. continuat hunc librū ad præcedentes, in quibus cū actū sit de cœlo primo elemento, & eius natura, & partibus, in sequentibus proponit se tractaturū de reliquis corporibus simplicibus, elementis secundū virtutes motiuas, secundum quas integrant vniuersum, & in eo situm obtinent; Hac autem diuiditur in partes octo. Prima obtinet locum proœmij. In 2. refert opiniones antiquorū de generatione, & corruptione elementorum; quorum aliqui negabant generationem, nisi sm̄ apparentiam, vt Melissus, & Parmenides, Alij negarunt dari aliquam rem ingenerabilem, sed omnes generari, & ex his aliquas generatas esse incorruptibiles, alias corruptibiles, vt Hesiodus in theogonia, & alij q. de natura scripserunt, i. Orphæus, & Musæus sm̄ aliquos, sed male, quia hi ab Arist. Theologi dicuntur.

Alij vero omnia corrūpi, & esse in cōtinuo fluxu; vt Heraclitus; denique omne corpus posuerunt generabile componentes ex superficiebus, & in easdem dissoluentes, vt Pythagorici, & Plato in Timæo, quem loquutum esse non ex proprio, sed Pythagorę sententia docet Contarenus lib. 1. de elem. s mihi 4. qui hanc opinionem præclaro explicat.

In 3. p. a t. 4. ad 18. per duo capita confutat opin. Plat. primò quia euertit fundamenta geometriæ dū corpus solidum componit ex superficiebus, q̄ sunt indiuisibiles sm̄ profunditatē: nam sequeretur pūcta esse partes lineæ, vt superficies sunt partes corporis. 2. quia euertit naturalis scientiæ principia, vt decem rationibus ostendit apud sit licet.

sect.3.t.6.ad 7.vbi multa docet ad ostendēdā opinionem Platonis.& Arist. rationes contra Simplicium defendentem Platonicos.

Deinde a t.18.ad 29.probat omne corpus physicum vendicare sibi aliquē motū naturalem,quia sensu apparet corpora moueri ad sua loca:ergo vel mouentur naturaliter,& habetur intentū,vel violenter, & hic supponit corpori conuenire motū aliquē naturalē,cui violentus aduersatur, quia priuatio supponit habitū conuenire;præsertim cū natura, quæ est principiū motus,non sit otiosa, ex quo fit vni naturæ simplici vnū motv esse naturalem licet possit multos innaturales habere.

2.Idē probat ex quiete,q̄ vel ē naturalis,& motus ad illū locū erit naturalis. vel violenta, & tūc motus ab eo locū ad aliū sm̄ quem conatur erit naturalis.

Hinc a textu 20.occasionē accipit confutādi primo Leucyppū,& Democritū de motu athomoru in spatio inani petēs quavi mouċātur, & an naturaliter an violenter hi sequuti sunt Mochum Sydoniū, qui ante Troianas res reliquit Sydonijs hoc dogma, vt ex Possidonio refert srabo l. 16. de situ Orbis. Deinde Platonē carpit dicentem in Timæo elementa ante mundū conditum inordinato motu fuisse agitata:nā si naturaliter mouebātur;ergo iā erat mundus,quia habuissent elementa eundem ordinē,quē nunc habent, & pterea mixta non potuerunt sic naturaliter misceri,vt putauit Empedocles,& multa addit contra Democritum asserentem motū inordinatum per infinitum inane.

Hinc laudat Anaxagoram, qui mundū ex immobilibus condere cæpit, ex vno chao segregās omnia, vt dixerūt primæ scientiæ naturalis amatores, vt Thales, Anaximenes, Anaximandrus,quia nō potest fieri ortus ex segregatis f.remotis inter se,& motis; nā cū contrarium fiat ex contrario,& generatio fit eorū,q̄ separantur,& mouentur, necessario debet esse ex vno cōgregato,& immobili,& ideo Empedocles pترmisit in ortu amicitiā; quia hæc vnit,& ortus separat,qđ fit p litem.

Hinc t.26.colligit vnicuiq. corpori cōuenire naturalē motū,qđ non vi vel pter naturā moueatur ex dictis patere:ex quo fit dari debere in corporibus inclinationes ad motus naturales,cuiusmodi sunt grauitas,& leuitas, quibus resistunt motibus violentis,primo,qa alioqui non possent ferri à medio, & ad mediū contra sensatam experientiam, nam si id fieret sine grauitate,& leuitate tunc sequeretur graue,& non graue;vel leue,& non leue, equale spatium æquali tempore conficere,qđ Aristotel. deducit geometrico more, vt videre licet apud ipsum.

2.Quia corpus expers grauitatis, & leuitatis moueretur violenter in infinitum, nam minus graue celerius a vi externa mouetur,quam magis graue, nam si aliquod mouetur,per eliquod spatium,in tempore,A, id qđ est leuius mouebitur celerius per idē spatium,& in breuiori tēpore,& cū expers grauitatis sit omnino leuissimum spatiū illud cō conficiet celerrime infinite; nam si minus graue celerius, ergo nullam habens grauitatē infinite celerius per idem spatium mouebitur,vt t.27.deducit.

Hinc deinde t.28.explicat vnde sit motus naturalis,& vnde violētus,nam naturalis ē a natura, violētus ab externa vi naturalis adiutus vi externa ad suum motum celerius mouebitur,q̄ si solū ab intrinseco moueretur,& addit mediū siue aerē & aquam esse instrumentum, tū naturæ,tum virtutis externæ ad suos motua, quia pollet grauitate, leuitate; & si huiusmodicorpus esset,nec violētus motus superesset,qui aer accipiēs vim ab impellente comitatur mobile tamq̄ vicarius impellentis,& quod fit ab aere in motu violēto,idē asserit fieri in motu naturali.Hinc infert omne corpus,aut graue,aut leue esse.

In 4.parte t.29.statuit nō omniū esse generationē,vt falso Hesiodus,Neq. nullius vt Parmenides,& Melissus,primū patet ex corpore cælesti,secundum ex elementis, & primū probat, quia si omnia corpora generarentur deberēt fieri, ex non corpore, & cū corpora genita sint in loco aliquo, vbi prius non erat corpus,atq. adeo daretur vacuum recipiens corpus; Nunc autem corpus fit ex corpore non vt est actu,sed vt est potentia.

In 5.p.a t.30.ad 52.per tria capita proponit Aristot.tria dubia.

Primū an principia, & elementa sint corporum compositorum,& affirmat explicata prius elementi definitione, ex qua infert dari quatuor elemēta. & confutata opinione Thaletis ponentis vnum elemētum, & Anaxagoræ admittentis plura,vt carnem ossa,&c.præfert opin.Empedoclis dicentis esse quatuor, quē numerū pbat ex motib simplicibus.

Alterū dubiū t.37 ad.41.an sint infinita,& ostēdit non esse cōtra Antixagorā, & alios.

3.Dubiū t.42.ad 52.an sint plura,quā vnū & cū ostendisset esse finita,demōstrat non esse vnū;vt diecbāt aliq ex antiquis q dixerūt esse aquā vt Thales Milesius,qui ab Ægyptiis duxit illam opinionē in græciā minorem,cū illi suum Nilū laudare solitj essent, & vetus fuit opinio de Oceano omnium perente, & Thetia altrice,vnde per stygē, & Paludem tamq̄ per omniū elementa iurare prisci consueuerūt,sequitur Hippon Atheus, Aliqui vero dixerūt esse aerē,& Anaximenes Milesius, & Diogenes Apolloniates:Alij ignem vt Heraclitus Ephesius,& Hipparcus Metapōtin. & alij, qui mundum per conflagrationem renouari posuerunt:alij corpus quoddā mediū inter aerē,& aquā vt Anaximander,qui infinitum esse dixit ne deesset generatio.

In parte 6.t.52. ostendit in elementis esse generationem sm̄ partes,non aūt sm̄ totum.

In 7.parte t.53.54. ostendit elementorum generationem non esse ex non corpore, sed ex corpore,non ex alio diuerso ab ipsis, cum nullum sit ipsius prius,sed ex alterutris.

In parte 8.& t.56.ad 77. & finem ostendit

modum quo generentur elementa ex se inuicem,& primo reijcit opinionem Empedoclis, & Demochriti dicentium fieri per segregationem, tamq; si ex vase in lucem prodirent,quæ oriuntur, sed ij ignorant ſeipſo negantes veram generationem, & apparenté affirmantes, ex quo varia absurda infert, vt quomodo ex leui fiat aliquod grauius, & quomodo genitum sæpe occupet maiorem locum,quam id ex quo ſegregatur, & qua ratione non deficiat generatio niſi ponantur in re finita eſſe infinita. Tum t. 60. demonſtrat non fieri ex ſe inuicem per transfigurationem, vt eadem cera nunc vnam nũc alteram figuram recipit, quæ ſequeretur elemẽta eſſe corpora indiuidua,nam vt pars circuli non eſt circulus,&c.ſic nec pars ignis eſſet ignis.

Deinde t 61 ad 63 .reprobat cõpoſitionẽ elemẽtorũ ex Triangulis,& ſuperficiebus, ſi licet fieri ex diſſolutione figurarum in plana, & ſuperficies,idque quindecim argumentis, quæ explicat Philal heus ſect. 8. a contex. 65. & ſequentibus vbi etiam refert argumẽta Procli licij contra Ariſtotel.qbus conatur oſtendere argumenta Ariſt.contra Platonem non vrgere.Sed cum plura argumenta afferat Ariſtot.illud quo oſtendit a t.65. elemẽtis non conuenire figuras proprias,elucidãdum eſſet niſi a nobis alibi contra Proclum expoſitum eſſet: referam hic tantum capita primo quia pars elementi non eſſet elementum 2.quia daretur vacuum, quia dantur figuræ, quæ non complent vndique loca vt plana & Trianguli Ocodre, & Icoſodræ figuræ 3. quia videmus figurari a continente præcipue aquam, & aerem nam ignis,& terra,qui ſicca ſunt non facile terminantur termino alieno, adhuc tamen continentium figuram recipiunt,& facilius ignis, qui humore alitur. 4 quia elementa ſic figurata non poſſent componere vnum continuũ,quia ex rebus diuerſarũ figurarũ nõ põt fieri vnum continuum ſeruatis figuris, quod ſi duſtruũtur figuræ deſtruitur natura elementorum, neq. poteſt dici componi ex ſuperficiebus, quia ex his componuntur immediate elementa,& non ea,quæ ſunt ex elementis.

4.a t.69 oſtendit non eſſe neceſſarias elementis figuras proprias propter paſſiones, & motus illorum,vt ſuſe proſequitur oſtẽdendo figuras elementis aſſignatas a Platone, nec prodeſſe motibus localibus, nec alteratiuis. Hæc docet in libro tertio Ariſtoteles.

### *Difficultates Textuales in tertium librum.*

PRimo Diff. circa t. 1. quid intelligatur nomine primi cœli.

Reſp. aliqui intelligi vniuerſum,nam aliõqui hoc proœmiũ nõ referret omnia prius tractata cum in primo libro non tractetur de cęlo;quidquid dixerit Alex. ſed de mũdo. Sed his obſtat, quia nullibi vniuerſum vocatur primum coelum nam licet habeat primitatem perfectionis, nõ tñeſt primitas coelica;neque obſtat, quod hoc proemium non referat dicta in primo, quia ad continuationem ſatis eſſet referre dicta in ſecundo cui ſuccedit immediate.

Alij putant ſignificari primũ mobile ornatum ſtellis,ſed obſtat, q; epilogus, non conplecteretur omnia de quibus ſuit tractatum, et in libris de coelis tractatum fuit, etiam de planetis.

3.Alex.putat nomine coeli primi intelligi totam partem ſuperiorem,quæ dicitur prima reſpectu partis inferioris ſitu, ordine, & cauſa;ſed difficultatem habet, quia cum ly primũ addatur cęlo videtur ſignificari ad diſtinguendum illud ab alijs non primis. Quare placet mihi ſecunda opinio, quod primũ vocetur coelũ ſtellatum,in quo continentur alij coeli, vt ideo epilogus omnia prius dicta complectatur.

2.Diff.cur ſcientia naturalis dicatur ex maiori parte in corporib' verſari cũ corpus ſit eius obiectũ adæquatum Reſp. id dictũ qa in ea ſententia tractat de primo motore, vt principio motus, qui eſt incorporeus, vt qa in 3.de anima tractat de intelligentia agente, quæ ex ſententia Ariſtotelis apud Auer. & Philal. nihil commune habet cum corpore, & magnitudine, de quibus minima phyſicæ para ptractatur ego exiſtimo id dici, quia ibi numerat,quę tractantur ſiue vt obiectum,ſiue vt paſſiones,& principia,ſiue alia ratione, ſed maior pars eſt de corporum eſſentijs.

3.Diff. cur coelum vocat elementum primum.

Reſp.ſic dici tũ,quia eſt prima & nobilior pars,qua cõponitur vniuerſum,nã corruptibilia elementa, quæ ingrediuntur compoſitionẽ eiuſdem vt partes ignobiliores poſſunt dici ſecunda elementa;tũ quia cęlum ingreditur compoſitionem vniuerſi ſine vlla propria alteratione corruptiua, ſecus aũt cætera elementa,quæ alterantur, & corrumpuntur.

4.Diff.cur Parmenidẽ,& Meliſſa vocat primos, qui de veritate profeſſi ſit Reſp. non dici primos philoſophos .i.ſapiẽtiæ, & veritatis amatores ſimpliciter, quia conſtat ante ipſos fuiſſe, Theletẽ Mileſium, Anaximandrum, Anaxagoram,Archelaum, Democritum, Leucippum,& ante hos Pythagoram, nã Parmedines Thaletes fuit tẽpore, Socratis Iunioris, vt ex Plat. in Thimæo colligitur vbi laudatur, vt Verendus, & Acer. Sed dici primos cum addito.ſ. qui profeſſi ſunt veritatem inueſtigare, nam Parmenides inſcripſit carmen teroicum de varitate, vnde ſm vulgatam eorum profeſſionem fuerũt primum veritatis profeſſores.

5.Diff.t.6.Ariſt.cur dixerit Pythagoricos cõponentes ſolida ex ſuperficiebus, & has ex lineis,& lineas,ex punctis dextruere mathematicã;Nam Campanus,& alij aſſerunt lineã fieri ex ductu poncti,& ſuperficiem ex fluxu lineæ,& corpus ex fluxu ſuperficiei;vnde Ariſtot.

ſtoteles primo de coelo dixit corpus conſtare ex tribus dimenſionibus atq. adeo. ex ſuperficiebus, Conf. quia habens terminum cõſtat ex eo, at ſuperficies eſt terminus corporis ex Euclide lib. 11. vnde ait ſimilia corpora eſſe, quæ habent ſimiles ſuperficies.

*Reſp*. ſatis patere quantum apud Mathematicos non componi ex indiuiſibilibus, vt alibi prolatum ẽ, vnde ad argumẽtum Reſp. illud dici, quod pũctum fingatur moueri p imaginationem, ille aũt motus haberet, quandam longitudinem ſine alis dimenſionibus non quod linea componatur ex replicatis punctis, & idem dicitur de fluxu lineæ, & ſuperficiel, quæ cum contineat longitudinem, & latitudinem fluendo ille fluxus concipitur habere tres dimenſiones, duas incluſas in ſuperficie, & alteram additã ex fluxu, & ideo Ariſtoteles dixit corpus cõſtare ex tribus dimenſionibus, & non ex ſolis ſuperficiebus.

Ad Confir. Reſp, terminum non eſſe partem rei, quam terminat alioqui figura eſſet pars quantitatis, quia de ratione termini eſt includere rem terminatam, vt vltra non extendatur, & corpora ſimilia ſunt ex ſuperficiebus ſimilibus ſed dicitur reſpectu noſtræ cognitionis qua externa cognoſcimus, & rerum accidentia, neq. terminus proprie eſt accidens, nec pars, ſed eſt perfectio, qua res finitur poſitiue, quia ſine ipſo eſſet infinita negatiue, neque eſt eadem ratio quantitatis diſcretæ, quæ componitur ex vnitatibus, ac eſt quantitatis continuæ, quæ habere debet partes habẽtes ſitum, & terminum communem vt alibi dictum eſt.

*6*. Difficultas circa tex 8. vbi corpus compoſitum ex ſimplicibus, nõ eſt graue, quia quia neutra eius pars componẽs eſt grauis: Nam inde ſequitur contra Ariſtotelem neç corpus compoſitum ex materia, & forma eſſe graue, quia neutra pars eſt grauis, Confir ma. quia aliquid conuenit toti, qđ non conuenit partibus, vt tribus vis trahendi na uem, quæ ſingulis per ſe non conuenit.

Reſp. Ariſtotelis rationem validam eſſe, quia totum non poteſt habere grauitatem, niſi ex partibus ſuis, nam videmus addita vel detracta aliqua parte fieri rem magis, vel minus graue, at punctum non habere grauitatem patet, tum quia poteſt eſſe, tam in leui, quam in re graui, etiam ſi ſit eiuſdem rationis: tum quia ex aduerſarijs graue eſt denſum atq. adeo diuiduũ, quia omne denſũ in pari mole continet plura, quæ ſunt diuidua.

Ad Arg. Reſp aliqui argumentum valere in partibus integrantibus quarum vna non eſt actus alterius, nec ſimul, ſed vna extra alterã, & ſeparabilem ab alia ſeparatione mutua, quia ſingula habere deberi grauitatem, vt totum ſit graue: at non ſic in partibus eſſentialibus; ſed non placet, quia debet afferri ratio, cũ nõ ſit idem effectus, ego Reſp. negando formam non eſſe grauem nam formaliter eſt grauis per grauitatem, radicaliter vero ſeipſa, quę per ſuã eſſentiã eſt principiũ grauitatis, ſiue efficiẽdo, ſiue exigẽdo: materia autẽ nõ ſic eſt grauis, quia eſt indifferẽs ad formam exigentem grauitatem, vel leuitatem, ſicut etiã eſt quantitas, quod ſi inſtes ergo compoſitum ex materia ex forma, vt ſic non eſt graue, Reſp. concedendo non eſſe ta le formaliter per propriam eſſentiam, vt ſic conſtitutam, quia grauitas eſt accidens illius: ſed ſatis eſſe habere principium grauitatis, at ſi componeretur ex ſuperficiebus, nec formaliter, nec radicaliter eſſet graue.

*7*. Diff. vnde probat Ariſtoteles cuicumq. corpori naturali deberi motum naturalem t.18.

*Reſp*. probari ex eo, quod videmus omnia corpora moueri, quod ſi dicãt corpora hæc non eſſe ſimplicia, ſed mixta id facile eliditur, nam hæc mouentur ex aliquo prædominante in mixti compoſitione, illud autem dicimus corpus naturale ſimplex.

Hic autem motus, quem videmus vel eſt naturalis illi corpori, & habetur intentum, vel præternaturalis, & hinc ſequitur dari debere illi alium motum, qui ſit naturalis, tum quia eſt habitus priuatio, tum ex ipſa ratione violenti, & præternaturalis. Neque dicas illum non eſſe vnum, quia cum forma ſit ſimplex, non poteſt eſſe principiũ plurium, tum quia quidquid eſt ſecundum naturam eſt vno modo, vt vna iuſtitie, cui opponuntur plures iniuſtitiæ, et vnum rectum, cui plura obliqua, tum quia inclinatio non poteſt eſſe ad quietem in pluribus locis, quia non poteſt eſſe in pluribus locis, quod Ariſtoteles probat vſque ad tex. 26. & nos in quęſtionibus.

*8*. Diffic. an grauia, & leuia ſint ſubſtantia, an facultas elementorum: *N*am Ariſtoteles t.26. vocat propenſionem grauitatis, & leuitatis.

*Reſp*. de hac dicetur alibi, vbi explicabitur dictum Alexandri, & Athenęi medici diuidentium elementa in materiam, & has qualitates: & qua ratione motus variantur variatis motiuis qualitatibus manente eadem forma ſubſtantiali, vt patet in vaporibus, & ſimilibus, quia ſatis eſt variari principium proximum etiam ſi non varietur primarium.

*9*. Difficultatis quomodo t.28. Motus violentus miſceatur motui naturali.

*Reſp*. ibi Ariſtotelem oſtendere differentiam inter motum naturalem, & violentum penes ſua principia nam naturalis eſt a principio intrinſeco actiuo, & paſſiuo ſuſceptiuo naturaliter motus, at violentus eſt ab extrinſeco, vt ſic, quod ſi aliquãdo eſt intrinſecum, vt dum æger curat ſeipſum ideſt per accidens, quod cauſa effectiua, ſcilicet medicina ſit intrinſeca ægroto, Hinc D. Thom. 161. lect.7. infert inferiora naturaliter moueri à ſuperioribus, quia in inferioribus eſt naturalis aptitudo, vt ſequantur motum ſuperiorum corporum, de quo alibi, ex hoc

patet quomodo motui naturali admisceatur motus violẽtus quando scilicet mobili quod mouetur secundum suum motum naturalem accedit principium extrinsecum accelerans illum motum, vt v.g. si graue secundum suam grauitatem pertransiret spatium per semihoram, sic adiutum pertransiret, per quadrantem, nam illa acceleratio est ab extrinseco, sed tile motus etiam si habeat illam violentiam adhuc simpliciter dicitur naturalis, qa simpliciter est à principio intrinseco, & qui est ab extrinseco non est contrarius motui naturali: Hinc motus naturalis dicitur velocior in fine quam initio.

10. Diff. quomodo mouens dicitur vti ad vtrumq. aere vt instrumento.

Resp. p mouens intelligi motorẽ extrinsecum, & per vtrumq. intelligi ipsum motum, quia s. vtitur aere ad motum tam naturalem dũ illum magis velocitat, quã violentum, dũ illum simpliciter efficit, vel sm̃ Philalteũ intelligit, motũ, tam ascensus, quam descensus cui fauet textus nam reddens rationem huius asserit aerem esse grauem, & leuem. s. comparatiue, vt infra Alij autem per ly vtrumq. intelligunt mobile, & aerem eo quod motor imprimit, & mobili motum, & aeri.

11. Diff. quomodo aer est instrumentũ ad vtrumq. motum.

Resp. aliqui non dici instrumẽtum, quod illi imprimat aliquam virtutem motiuam, sed quia imprimit hic motum, & motus mouet aerem sibi vicinum, & ex hoc mouetur mobile, & inde mouetur ab alia parte aeris consequente aerem secundo motum, & sic consequenter, donec durat motus mobilis primo moti, vt scribit Aristoteles 8. phys. t. 82.

Resp. 2. alij motorem imprimere mobili s. lapidi cum motu virtutem quandam motiuam, & eandem imprimit aeri, per quem tamquã sui per vicariam cum mouet mobile, cum separatum est a motore.

Alij tñ vt D. Tho. negant hanc virtutem impressam mobili, quia alteraretur, & quia moueretur à principio intrinseco: sed imprimi aeri, quia cum hic sit subtilior est aptior ad recipiendam hanc impressionem; per quã citius mouetur, quam mobile primarium, & rõe illius motus celerioris põt mouere mobile, & aerem viciniũ a quo continuatur motus. ex quo infert Aristoteles si non esset corpus quale est aer, non posset esse motus violentus. Dixit aũt quale est aer, quia põt etiã aqua esse instrumentum, sed non est ita aptũ vt aer, sed quid dicendum sit patebit ex dicendis de motu proiectorum.

12. Diff. An aer, & tale medium sit necessarium simpliciter ad hos motus an bene esse.

Primo ex Aristotele loc. cit. dici necessarium simpliciter, quia ait simpliciter non futurum motum sine aere.

Sed Diff; ẽ de motu naturali: Resp. Auer. esse etiam simpliciter necessarium, primo qa cum graue, et leue moueantur a generante, imprimendo illis virtutes motiuas, & nullũ tale posset per se mouere seipsum, quia in eo nun distinguitur pars mota à mouente, fit, vt moueat se per accidens, nam vt mouens nauim mouet per accidens seipsum, ita graue mouens per suam grauitatem aerem, in quo est seipsũ mouet 2. quia ex Auer. 14 phys. 71. inter mouens, & nobile debet esse aliqua resistentia ex parte medij, quod si nullum esset medium nun posset perfici motus.

At non placet D. Th. eo quod grauia, & leuia moueantur a generante immediate, vt principio, quod, sed per virtutem inditam vt quo: nec est necessaria alia resistentia, quã quę est inter generans, & genitum quare non est necessaria alia virtus, qua hæc moueãtur, vnde Aristot. loquens de motu naturali, negat futurum si non esset aer, et loqui de motu naturali ait qđ aer primo mouet eũ, qui sm̃ naturã vniuscuiusq. motus, & ego addo, qđ Aristot. tribuat aeri accelerationem motus, non aũt mutum simpliciter contra Philal. tex. 28.

13. An aer mõueatur naturaliter adiuuando motum naturalem, & violentum.

Negant aliqui, primo quælibet res naturaliter quiescit in loco proprio; nam si moueretur, ibi semper deberet moueri, quia non est ratio cur potius hoc tempore, quam alio moueantur.

Cõf. quia res in loco proprio aut sẽper mouetur naturaliter, & nõ quia in loco suo molestaretur, quod non potest esse naturaliter. Confirmat. ex motu quo mouetur cum lapide moto ad latera, qui nõ põt esse naturalis, Conf. 2 qa dũ mouetur cũ lapide sursũ eo mouetur, qua pellitur, & qua leuis, ergo ab extrinseco, vel semper violenter, & neque nam dum mouetur moto lapide deorsũ ex Aristot. mouetur sua grauitate naturali: & dum mouetur sursum mouetur sua leuitate, at motus, qui ẽ à principio intrinseco non potest esse violentus.

Resp. aliqui hunc motum hoc ordine perfici vt primo manus moueat lapidem, & hic aerem, qui retinens vim impellendi promouet lapidem donec virtus illa deficiat.

Sed repugnant Arist. dicenti tum aerem, & lapidẽ moueri à manu, & aerem retinere vim impulsiuam, tum aerem moueri sua leuitate, vt instrumento ad illum motum.

Resp. 2. aerem antecedentem mobile moueri violenter dũ resistit impellenti, & illum diuidenti, ve aerem sequentem mobile moueri naturaliter dum sua leuitate insequitur mobile ne detur vacuum, et illud promouet vnde hic motus est aeri naturalis dupliciter, primo, vt naturæ particulari ob leuitatem, & vniuersali ob vacuum vitandum, & ob duplicem rationem naturę, non est mirũ si illi est naturalis duplex motus, & qui est ab vniuersali est magis naturalis cum videamus res relinquere propria loca ad replendum vacuum.

Sed

Sed hoc non placet Philalt. p. tam aer antecedens, quam subsequens est eiusdem naturæ, & hēt leuitatē, nō ergo magis vnus quam alter mouetur naturaliter quare anterior non resistit, sed cædit, vnde infert, primario non moueri ad replendum vacuum, sed ad exequendum motum suæ naturæ particulari proportionatum.

Tertio alij aerem mouere lapidem, nam hic motus relinquit locum, ad quem accurrit magno impetu aer ne detur vacuum, & sic illum mouere, & sequi ne locus lapidis vacuus remaneat.

Sed contra, quia hinc sequeretur motum statim debere cessare, nam satis esset vt aer accurret cumprimum motus est lapis, vt eius locus repleatur; Conf. ex rota circumducta velociter à manu, cuius motus manet etiam post manus cessationem, & tamen ille motus non potest fieri ab aere impellente, cum sit idem aer.

Quarto alij dicunt lapidem moueri ab aere tanquam à loco, seu vase deferente illum moto aere à proijciente.

Sed contra, tum quia aer motus à manu licet possit habere eam rationem, tamen aer sequens non habet à quo moueatur. Tum quia non est idem aer numero, qui semper circomstat lapidem.

Quinto alij tribuunt virtuti impressæ lapidi à proijciente, sed non placet Philalt. tum quia Aristoteles tribuit vim mouendi ipsi aeri, qui si non esset, neque esset motus violentus, tum quia lapis non est capax duplicis virtutis contrariæ scilicet grauitatis, & huius in contrariam partem mouentis, sed hæ obiectiones non vrgent vt suo loco.

Sexto alij cum Philalteo dicunt primo aerem, & lapidem moueri à proijciente, sic, quod aer motus primo per virtutem impressam, moueat lapidem, deinde vero aer sua leuitate continuat motum, vt accidit dum graue mouetur à proijciente deorsum per vim impressam, qua deficiente motus continuatura grauitate. Neque hinc fit aerē in suo toto loco non quiescere, licet ob sui varietatem partes mutuo sibi facile cedant intra latitudinē sui loci, nec semper eædē partes sint quæ sic mouetur, nec aer impellitur ad latus, quin semper aut supra, aut infra feratur, & aer sic impellitur, vt sua leuitate consentiat, & ideo non mere violenter, sed de hac difficultate alibi plura dixi.

Ex his Resp. ad difficultatem aerem moueri naturaliter dū est motus à leuitate, & grauitate propria: nam cum non moueatur extra proprium locum, nec grauitas resistit leuitati, nec leuitas grauitati, quia neutra est actiua in proprio loco, vt infra.

Difficultas 14. quomodo elementū dicitur indiuisibile in partes diuersæ speciei.

Resp. id intelligi de elemento corporeo quod est indiuisibile in duo corpora specie distincta, vnde etiam si diuidatur in materiā & formam, quæ sunt diuersæ speciei imperfectæ, non in diuersa corpora, q̄ sunt proprie specie distincta, nec partes quæ remaneat, quia forma separata a materia non manet præter rationalem, ex quo patet Arist. 7. met. materiam vocare elementum potius secundum modum concipiendi, quā secundum rem, vel vocare elementum, vt literas, & vnitates, & similia.

Diff. 15 cur Arist. 37. dixit ex finitis omnia, siquidem ex duobus vel tribus confici possunt, vt empedocles posuit cum elemēta sint quatuor.

Resp. non loqui de compositione ex elementis, sed ex materia, & forma, quæ sunt partes intrinsecæ, aut priuatione, quæ habet rationem tertij principij, non quidem compositionis, sed generationis.

Sed non placet, quia hic tractatur de cōpositione ex elementis.

Resp. secundo loqui sic ad excludendam infinitatem, quia duo sufficiunt, vt Xenophanes, qui posuit aquam, & terram, Hyppo ignem, & aquam, Oenopius chius ignē & aerem, vel tria, quæ ab aliquo posita refratur Arist. 2. de Gener. licet ignoretur nomen, quod aliqui dicunt fuisse Ionchinum Tragicum, & eandem vim habet argumentum si ponantur quatuor cum empedocle, sed hoc membrum reliquit vt notum.

Diff. 16. quæ sunt positiones Leucippi, & Democrati.

Resp. Aristit. 37. sex poni ab illis, quæ sunt irrationabilia.

Prima Athomos esse magnitudines indiuisibiles, & infinitas, sed non vidit inuolui repugnantia, quia punctū est principium quantitatis, sed non est quantitas, nec vnitas est numerus, forte intellexit esse indiuisibiles sicut Adamas ob soliditatem, vel sicut sunt indiuisibilia minima naturalia.

Secundo nec ex vno plura, vt Thales, & alij, nec vnum ex pluribus, vt Emped. sed cuncta ex fortuito athomorum concursu contra quam positionem plura Cic. in Academ. quæst. & 1. de finib bonor.

Tertio naturalia esse numeros, & ex numeris constare, licet hoc non afferant aperte; sequuti Pythagoreos, nam sicut ex vnitatibus varij numeri, sic ex his athomis variæ rerum species, & vt numeri ordine, dispositione, Rithmo distinguuntur, ita res ex varia complicatione athomorum, diuersoque ordine, & figura effici putarunt, contra quem Arist. 1. de Gener.

Quarto putant corporis athomos esse innumerabiles, quod figuris inter se differunt, sed figuræ sint infinitæ, sed hoc esse falsum satis patet, nec cuiusque elementi figura, quæ sit & qualis explicant.

Quinto Solū igni figuram circularem tribuūt, quæ vbiq; habet angulum, & est sine angulo, nam quia vbique caret angulo est nobilissimus, sed quia vndique angulus est facile penetrat.

Sexto aquam aerem, & cætera scilicet ter-

terram differre inter se magnitudine, & par uitate scilicet athomorum, sed contra hæc omnia Arist. t. 38. & seq.

17. Diff. quomodo t. 43. deducit contra antiquos componentes res ex vno elemento secundum diuersitatem densitatis, & raritatis.

Resp. habere vim ex eo, quod supponat omne rarum esse tenue, & hoc esse paruum: contra vero densum esse crassum, & magnū atque adeo differre magnitudine, & paruitate, at hæc sunt relatiua: ergo omnia sunt relatiua, quare non rectè aliqui putant argumentum Arist. esse cauillosum, cum naturalia nunc habeant definitam quantitatē, quorum alia sunt maiora, alia minora, & tamen naturalia non sunt in prædicaméto relationis, nam nunc naturalia habent varias differentias distinctas à paruitate, & magnitudine, quibus accidit referri.

18. Diff. an vnum, an plura elementa, & si plura an quatuor.

De hac dicetur in quæstionibus, interim videatur Philal. contex. 53.

19. Diff. tex. 52. quomodo ex elementorū corruptione sequatur illam fore infinitam æqualem infinitæ generationi.

Resp. ibi probari elementa non esse æterna, quia videmus ea dissolui, vt ignem, aquam, & cætera; hæc autem dissolutio, vel stabit, & tunc non pôt stare in corpore indiuisibile, quia ostensum est nun dari, neque diuisibile quod nunquam diuidetur, quia si hoc dissoluetur, nam si maius dissoluitur multo magis, quod est minus dissoluetur, vel à contrario, vel à scipso consumpto humido, vel nō stabit, sed in infinitum procedet, & tunc erunt duo infinita scilicet infinitum dissolutionis, & compositionis, nam hæc sunt in diuersis temporibus, quorum vnum est extra aliud, ac dari duo infinita hoc modo est impossibile. At inquies quod est absurdum dari duo infinita? cum videamus tempus præteritum distinctum à futuro, & vnumq; ex vna parte infinitum. Resp. Aristotelem loqui de infinitis simpliciter, ex vtraq; scilicet parte qualia essent temporamensurantiá generationem, & corruptionem elementorum, non autem de infinitis sm quid, qualia sunt allata in argumento.

20. Diff. quot modis antiqui posuerunt fieri elementa ex se inuicem.

Resp. tribus modis; primo per segregationem, sicut ex vase secernuntur res sine alteratione, ita Emped. & Democritus, secundo per transformationem, vt eadem cera nunc recipit figuram circularem, nunc cubam, Tertio ex dissolutione figurarum in plana, & superficies ut Pythagorici in Timæo in quos Arist. insurgit sexdecim argumentis.

*In quartum librum de cælo Breue textus Compendium.*

CVM Aristoteles ostenderit dari corpora simplicia, eaque non esse infinita, neque vnum, sed plura, & finita, & ea esse generabilia ex se inuicem, non per segregationem, vel transfigurationem, vel resolutionem in figuras, nunc ostendit quomodo localiter moueantur per virtutes motiuas, per quas obtinent determinatum locum in vniuerso, vt illud integrent, & componant.

Hic liber diuiditur in partes tres, in prima à tex. 20. ad 21. refert opiniones antiquorum per tria capita, easque refellit, & primo diuiso graui, & leui in simpliciter, seu absolute tale, & ad alterum comparatiuè Maneam dicit fuisse antiquorum doctrinam quod nihil dixerint de his simpliciter acceptis, sed comparatiuè, vt æs dicitur grauius ligno, vnde omiserunt ostendere quid sit graue, quid leue secundum se, cum quædam semper à medio, quædam vero semper ad medium ferátur, vnde has partes dari in mundo constat, scilicet superum locum, & infimum, quæ aliqui negant, vt Democr. & Epicur infinit. assertores, quod infinitum sit sibi consimile, nec habet terminos, & idem negare videtur Plato in Timæo ob vniuersi sphæricitatem, vbi nulla est diuersitas, vnde non est ratio cur cælum respondens nostro capiti sit superum, & non illud quod respōdet capiti eorum, qui sunt antipodes, id est habentes pedes contra pedes, sed Arist. t. 5. ostendit dari in vniuerso superum ex natura rei, & non ex vulgi tantum opinione, nam quod positione est supra nos est sursum, & natura primum, sicut dextrum, est prius sinistro, cum igitur cælum habeat extremum scilicet circumferétiam, & medium, scilicet centrum, vt multi dicunt, sed non sufficienter, quia putarunt cælum non esse vndique circulare, sed vnum tantum hemisphærium agnouerunt, quod est supra capita nostra, & continue nobis apparet. Vnde non intelligunt perfecte quid sit extremum, quid medium, quod si ponerent cælum vndique circulare, vtique intelligerent quid sit sursum, quid medium, id est deorsum, & ideo fallūtur, qui putant deorsum dici quidquid est sub pedibus nostris vsque ad concauum cæli; nam sursum dicitur tota cæli circumferentia, & deorsum quod est centrum illius, ex quibus t. 6 definit quid sit simpliciter leue, quid graue, & quid graue, & leue ad aliud, quando s. ex duobus habentibus in eadem quantitate virtutes motiuas secundum plus, & minus, putarunt enim vt notat D. Thom. omnia elementa habere aliquid grauitatis.

Hinc tex. 8. incipit referre opiniones antiquorum de leui, & graui ad aliud, primo enim Plato in Timæo, definit grauius quod ex pluribus eisdē scilicet triangulis constat, con-

contra leuius, quod ex paucioribus, & hoc tam in ijs, quæ sunt eiusdem, quam quæ diuersæ speciei, quia omnia corpora habent aliqua communia, ex quibus sunt, in qua positione primo erratur, quia nihil afferunt de leui, & graui simpliciter, nam inde sequitur maiorem ignem deberi ferri deorsum, & par uam terram ferri sursum, quia ille ex pluribus, hæc ex paucioribus constat cum hæc minor quantitate, quam ignis quod est contra sensatam experientiam.

2. t. 12. Leucippus, & Democritus, qui componentes corpora ex corporibus, indiuisibilibus, & solidis certius de his dixerunt quam priores, nam videntes corpora minora esse grauiora alijs maioribus, vt plumbū ligno, & terra, quam aqua negarunt causam maioris, vel minoris grauitatis sumi ex primis scilicet superficiebus componentibus pluribus, vel paucioribus, quæ nullam grauitatem habent, sed debere sumi ex athomis, quæ grauitatem habent, & vacuo intercepto, quod est causa leuitatis.

Sed falsitas huius t. 14. apparet tum ex eo quod insufficienter dixerunt de his, nam debuerunt ad ostendendam leuitatem ponere non solum plus vacui; sed etiam minus solidi, nam alioqui si haberēt plus de vacuo tunc sequeretur multum aurum cum plus habeat de vacuo intercepto, quam modicus ignis, illud esse leuius, nisi dicatur ignem illum habere plus de solido, quam aurum, quod non videtur verum.

Secundo ostendit t. 15. ad opinionem Democriti sequi eadem inconuenientia, quæ sequuntur ad opinionem Platonis, vt ipse ibi deducit.

Tertio t. 17. affert peculiaria absurda, quæ ex opinione Democriti, quæ non sequuntur ex ope Platonis .s. si vacuum esset causa motus sursum, & ipsum debere moueri sursum, quia propter quod vnūquodq; tale, & illud magis, vt ipse fuse persequitur tex. 17. & 18.

Deinde t. 19. refert 3. opinionem ponentium causam harum virtutum esse quantitatem maiorem; & minorem absolute, vel densitatem, & raritatem ponentea vnam materiam, vel plures sub contrarietate quam t. 20. reprobar tum quoad causam sumptā ex magnitudine, tum ex densitate, & raritate. Hæc Aristot. in prima parte.

Secunda pars libri incipit à t. 21. ad 26. vbi Aristoteles suam explicat sentētiam tria proponens, primo cur alia corpora superapetunt, alia deorsum feruntur. Secundo quid sit leuissimum, & grauissimum, quid graue, & leue. Tertio horum affectus, qua de causa singuli accidant: Pro quibus supponit omnem motum esse ex contrarijs ad contraria, vt inductione probat ex augmētatione, alteratione, & latione, nō .n. quodlibet sit ex quolibet, sed ex determinato, nō solum tanquam à termino à quo, sed etiam vt subiecto, & cā effectiua, nam nō quælibet uis motiua, quouis, vel in quoduis mouet, ex his deducitur aliam esse virtutem, quæ mouet a medio ad superiorem locum, & dī leue: aliā quæ muouet ad mediū à loco superiori, & dicitur graue, quæ feruntur ad sua loca tanquam ad perfectionē propriam, tum quia quod est in potētia ad aliquid per hoc perficitur, tum quia locus est terminus corporis continentis, at terminus habet quādam rationem perfectionis, vnde Resp. ad primam dubitationem cur grauia deorsū leuia sursum, quia mouentur ad simile scilicet suam perfectionem, vt alia quæ mouentur, cum hoc discrimine, vt dicitur t. 24. quia mobilia secundum locum habent in se intrinsecum principium motus, non sic autem alia mobilia quia motus localis conuenit rebus iam perfectis, & est vltimus inter motus, qui rebus conuenit. Hoc autem t. 21. ostendit connenire tam leuibus, & grauibus genitis, quam quæ fiunt.

Tertia pars, quæ incipit à t. 26. ad finem soluit secundam, & tertiam difficultatem dicens leuissimum esse, quod omnibus supereminet: Grauissimum vero, quod omnibus subsidet, quæ appellat simpliciter talia in suo genere, quia nihil habet de contrario, quod dicit propter media elementa, quæ quibusdam supereminent, quibusdam substant quantacunque sit; ut aer quantumcunque paruus supereminet aquæ, quæ illi substat quantacunq; sit, at aer igni substat, vt aqua supereminet terræ; Hinc soluit tex. 30. problema cur aliqua, vt lignum habens pondus vnius talenti grauius est in aere, & velocius descendit plumbo vnius libræ, at contra in aqua .s. lignum est leuius, & plumbum est grauius, quia .s. in ligno est leuitas aerea, quæ supereminet aquis, quæ leuitas non est in plumbo, vt infra explicabitur.

Hinc explicat differentiam grauium, & leuium, secundum, quam inuestigat numerum elementorum, ex eo quod datur aliquid simpliciter leue, & aliquid simpliciter graue, vt ex motu constat, nam aliquod sēper videmus moueri sursum, & aliquid semper deorsum nisi prohibeatur, quod fuse t. 31. 32. 33. 34. 35. 36. At inter hæc videmus media, quæ habent grauitatem cum aliqua leuitate, nam habere grauitatem quia ferūtur ad medium non simpliciter vt terra, sed secundum quid, quia non substant omnibus sed aliquibus, vt aqua, aeri, & igni, quod probat t. 37. neque repugnat inter extrema contraria esse plura media, vt patet in coloribus.

Deinde à t. 39. disputat an elementa grauitent, & leuitent in suis locis, & Respondet elementa, quæ grauitatem, & leuitatem habent, qualia scilicet sūt media in suis locis grauitare, sed non leuitare nisi in ijs, quibus supereminet, quare, si subtrahatur fertur in id, quod deinceps, vt v. g. si aqua destrueretur, aer descenderet ad terram in regionem aquæ, & hæc in regionem terræ.

At

At si ignis auferretur à suo loco, aer non occuparet illius regionem nisi vi, vt apparet ex aqua, quæ trahitur sursum quando illi applicatur corpus habens planam superficiem, quæ fiat vna cum superficie aquæ, & aliquis trahat corpus superius velocius, id est maiori virtute, quam virtus aquæ, qua est apta moueri deorsum, nam si virtus trahentis esset minor aqua, non consequeretur motum illius, vnde etiam fit aquam non moueri in regionem aeris, nisi per vim, de terra vero negat sic trahi, quia non habet vnã superficiem cum aere, & aqua ob illius siccitatem, ob quam eius partes non habent continuitatem, nec habent humiditatem, per quam aquæ bene adhæreat, & contigue tur sed de hac re infra. Hinc infert neque ignem ferri deorsum sublato aere.

Hinc tex. 40. occasionem sumit reprehendendi antiquos, dicentes omnium grauium, & leuium vnam esse materiam .i. naturam, vel quantitatem, secundum quam differunt secundum magis, & minus, id est, vt maiora sint grauiora, & minora leuiora, vel differre secundum vacuum, vel plenum maius, & minus, vel differre secundum plures vel pauciores triangulos, & confutat, tum quia sequeretur omnia tendere debere ad vnum locum .s. superum, vel inferum, vel vnum motum deorsum, .s. vel sursum.

Tum sequeretur, partem aeris, vel aquæ celerius descendere, quam terram, quæ minoris esset quantitatis, quam aer, & aqua, & idem argumentum applicari proportionaliter potest ad leuia.

Deinde t. 41. reprobat opinionem dicentium esse duas materias leuium, & grauium .s. inane, & plenum, quia non apparet quomodo hæc perficerent media elementa vt .s. sint leuiora terra, & grauiora igne, nã quod dicant ignem vacuum dici, & terram plenũ, vnde fit aerem, quia plus habet ignis esse leuiorem aqua, & hanc quia plus terræ esse grauiorem aere, tunc illis obstat primo, quia quædam pars aquæ cum copiosa est, habebit plus ignis, quam parua quantitas aeris, quia in maiori mole est plus vacui, & ignis, 2. magna aeris molis plus terræ haberet, quã modica pars aquæ, vnde ex primo sequetur aquam copiosam esse leuiorem aere, & hũc grauiorem aqua, ex quibus deducit antiquos necessario ex ipsorum opinione debuisse ponere quatuor differentias elementorum scilicet ignem, q. est ipsum vacuum, terram, quod est ipsum plenum, & duo media, .s. aerem in quo plus vacui, & aquam in qua plus pleni, quam vacui, alioqui sequuntur absurda posita.

Denique t. 46. & sequentibus, vt ostendat contra Platonem, & Democritum figuras non esse causas motuum, sed causas adiuare, vt celerius moueantur mobilia, proponit duas dubitationes, vnam cur plumbũ latum, & similia lata innatent aquis, & alia etiamsi minoris põderis sint rotunda, & cõstricta merganiur, vt acus, &c.

Alteram cur quædam terrea, vt ramenta pulueres, & arena ærea in aere volitent, & emineant, vt patet ex ijs, quæ apparent in radijs Solis per fenestras volitantia.

Resp. ad has Democ. lata sustineri propter halitus calidos, qui (forte erũt athomi) exhalant supra aquam, ac cum exigua sunt facile intrant, & proinde descendunt, sed contra, quia si in aqua sunt hi halitus calidi, multo magis hi esse debent in aere, cum sit natura sua calidus, atque adeo, eadem corpora in aere deberent multo magis sustinerі, sed Democ. affert discrimen, quod in aere illi halitus sunt dispersi, & ideo non posse vna impetum facere, quia virtus diuisa est debilior, vbi nota ab Arist. motum corporum, quæ sursum mouentur, appellare scyn.

Sed instatur cur potius in aere vapores dissipantur, quam supra aquam, cum in aere densiore, & grossiori exhalationes eleuatæ ab aqua, & terra inspissentur, atque adeo debent impetum facere, quod si dicant in aqua ob gelu vapores esse constipatos, tunc contra, quia ob gelu deberent extingui ob contrarietatem.

Vnde Arist. t. 44. & 45. in naturam continui facilius, vel difficilius diuidi, nam quæ habent maiorem vim resistendi diuisioni, quam habeat pondus diuidendi per potentiam suã motiuam, sustinent pondus, & resistunt motui, quæ vero habent minorem non resistunt, & quia quando pondus est latum occupat plures partes, quæ difficilius diuidi possunt, quam paucæ occupatæ à põdere habent figuram oblongam, & similem, ideo idem pondus sub figura lata sustinetur, & non descendit, contra vero sub figura acuta, vel circulari, imo, & res minoris ponderis mergatur, quia minus occupat corporis sibi subiecto. Hinc patet cur aues vento flante magis alas extẽdũt, vt .s. plus aeris capiant, & sic sustententur. Hinc etiam homo natans brachia extendit, vt facilius sustentetur, hinc facilius descendit imber minutus, quam crassus.

Hinc etiam patet solutio secundæ dubitationis, quia scilicet aeris continuitas diuidi non potest à grauitate ramentorum.

*Difficultates Textuales in quartum librum.*

PRima difficultas qua ratione Arist. hinc agit de elementis.

Resp. agere de his vt sunt partes mundi, in quo obtinent proprium locum ratione vnitatum motiuarum .s. grauitate, & leuitate At in 2. de Generatione agit secundum virtutes actiuas, & passiuas, vt ibi explicabitur.

2. Diff. quomodo cognoscenda natura elementorum.

Resp. initio peruenti ex proprijs affectionibus, & operibus, & viribus, nam ex his differunt non quidem formaliter, sed ostensiue,

siue, quia hæc ostendunt principia, à quibus fiunt affectiones, & opera nobis notiora, etiam si aliquando actionibus non sint imposita nomina.

3. Diff. quot opiniones antiquorum refert Arist. de graui, & leui.

Prima fuit eorum, qui negarunt graue, & leue simpliciter, negantes superum, & inferum, quod mundus ob circulatem figurã sit vndique simile, vt Plato in Timæo, Pythagorici, Socratici, D.Th. vbi et solũ agno scit grauius, & leuius comparatiue definiens grauius, quod pluribus constat similibus, & leuius, quod paucioribus.

2. Democriti, & Leucippi: definientes grauius, quod minus habet intrinseci vacui, & leuius quod vacui plus habet, grauius.n. plus continet athomorum.

3. Eorum, qui grauius dixerunt, quod est mole maius, leuius vero, quod est mole minus.

4. Diff. quid intelligat Aristoteles nomine affectionis.

Resp. Alex. intelligi omnea qualitates, siue motiuas, siue passiuas, & secundas, quę sunt ex primis, Nomine vero facultatis intelligi virtutes actiuas .s. calorem, & frigus.

At Philal. putat nomine affectionis intelligi raritatem, & densitatem, duritiem, & mollitiem, quibus sistitur termino proprio, vel alieno; At per opera motus ad locum, sed per facultatem intelligi tam motiuas, quam alteratiuas qualitates.

5. Diff quomodo soluitur ratio Platonis negantis in mundo sursum, & deorsum.

Resp. Platonem negasse secundum naturam dari in vniuerso sursum, & deorsum, quia terra vniuersa est circularis, & similis in omnibus partibus, vt patet quia perambulans illam esset sibi antipos, vnde non est ratio cur terra, quæ est sub pedibus vsque ad cælum illi correspondens sit deorsum in vno hæmisphęrio, & non in alio. At Arist. negat esse simile in omnibus, sed habere vniuersum partes oppositas .s. sursum, & deorsum, vt probat ex motibus oppositis; Neque recte assignat esse deorsum totum, quod est sub pedibus nostris, sed quod est medium in circumferentia tota cæli, sicut circumferentia est sursum siue in hoc, siue in alio hæmisphærio, conceditur tamen totam terrã posse pedestri itinere, vel per mare perambulari nisi maria, inuia, & virus animalium impedirent, licet propter varias aeris qualitates in diuersis Zonis non diũ ille viator viueret, etiamsi quęlibet Zona esset habitabilis, an autem tota terra mari circundetur, vel cõtrã mare contineatur terræ circuitu, dubitant aliqui. At mare ambiri affirmat Philal. cont. 3. & illum circuitum esse milliariorum Italicorum 22500. vnde si quis vel let illam totam perambulare, & quolibet die conficere 30. milliaria finiretur iter duobus annis cum dimidio.

6. Diff. cur opinio Democriti, Leucippi, & Epicuri dicatur recentior opinione Platonis, cum Democritus fuerit coæuus Hyppocrato, q ætate pcessit, & Timæũ, & Socraté.

Resp. t. 12. Democritum dici ætate maiorem, tamen de ijs, quæ disputantur ibi, modo magis nouo est philosophatus, nam recentiora castigant vetera, vnde fit vt obsolescant.

7. Diff. cur t. 22. dicit omnem motum esse à contrario in contrarium.

Resp. primo, quia omne quod transmutatur, aliter se habere debet nunc à prius, vnde debet in aliud ire, at hoc aliud non potest esse priuatio omnis speciei, quia non datur, neque aliud, quod potest existere cum illo à quo transmutatur, quia tunc non necessario fuisset transmutatum ex illo, ergo necessario transmutatur in formam, quæ non potest existere cum eo, at tale est contrarium extremum, vel medium, & hinc deducit non fieri mutationem ex contingenti in contingens, quia sicut est determinata forma, quæ acquiritur, ita determinata potentia ex qua fit, nam cum potentia sit ad actum ad finem, vbi est diuersus actus, ibi est diuersa potentia, ex quibus patet idem dici de motu locali, nam motor mouet ex determinato loco ad determinatum locum.

8. Diff quomodo ratio, quam t. 22. affert ad probandum grauia, & leuia moueri ad sua loca, sit congrua.

Negat Themistius ab Aristotele conuenientem causam fuisse assignatam cur graue moueatur deorsum, quia mouetur ad suam perfectionem, nam nihil intrinsecum acquirit, nec determinatam causam assignat, sicut si quæratur, propter quid sanabile sanatur, si respondeatur quia aptum est moueri ad sanitatem, vt ad sui perfectionem, non recte responderet, & determinatam causam assignaret.

Resp. Auet. recte dubitasse Simplicium in compositis, vbi sunt plures causæ, quia illæ debent explicari, At elementa sunt simplicia, in quibus non est, nisi vna causa.

Sed contra inquit D.Th. nam Aristot. vult suam doctrinam esse veram inomnibꝰ motibus, tum quia vbicunq. est terminus per se motus semper determinatum respicit determinatum, quare si in compositis est vnus effectus ibi debet esse vna causa per se in vno quoque genere, vt si sanitas est vnus effectus per se erit etiam illius vna causa determinata.

Resp. D. Thom. ibi recte Aristotelem causam assignasse in vnoquoque motu, quod hæ aptum est moueri, nam mobile dicitur ad motum, & passiuum ad actiuum ex met. t. 20. & ideo vnum ad vnum, & determinatum cum determinatum, & mobile, vt passiuum determinatur per actiuum, & hic mobile, et sic indicat motiuum, vt sic, & quia agens agit propter terminum motus, vt propter finem, ideo ex natura mobilis potest apparere, & motiuum, & finis.

9. Diff.

9. Diff. quomodo motiuum dicitur quod est leuitatis, & grauitatis effectiuum.

De hac dicetur in quæstionibus; Nunc sufficiat, hic intelligi moueri a generante, non quod proxime moueat, sed quod det inclinationem ad motum, inanimata distinguuntur ab animatis, quia in his inclinatio est ab intrinseco, id est a proprio appetitu elicito a potentia intrinseca mobili.

9. Diff. quomodo mobile dicatur moueri simile.

Respon. hoc fuisse dictum antiquorum, qui ideo dicebant graue moueri deorsum, quia ibi erat terra, cui simile erat graue, & sic aqua ad aquam.

At hoc improbat Aristoteles, quia si tota terra transferatur in locum ignis adhuc pars terræ moueretur deorsum, & nõ sursum vbi esset terra. Sed id verificari ex eo, quod cum vnumquodque moueatur ad suam perfectionem, & quod est in potentia sit simile ei, quod est actu illud, & quod est in fieri, ei quod est actu tale, sic simile fertur ad suum simile non quidem perfecte, sed imperfecte, nam quod est in potentia est imperfecte simile illi, quod est in actu, & hoc modo verificatur dictum antiquorum, nam simile perfecte, vt non est in potentia ad perfectionem, sic non mouetur ad illam, vel clarius, mouetur ad simile non quod est, sed vt fiat, sed t. 25 Aristoteles ait ferri simile, quia ad cognatum elementum, vt aqua, & aer.

Nunc autem pars terræ mouetur ad terrã cui est perfecte similis, quia pars, & totum mouentur ab vno motiuo, & ad vnum locũ, & per accidens est respectu motus, quod ibi sit tota terra.

Dices motus localis conuenit rebus perfectis 4. coel. 24 & ideo conuenit coelo, ergo non conuenit rebus, vt sunt in potentia, quia hoc dicit imperfectionem.

Resp. 1. id dici de animalibus. Secundo etiam si extendatur ad cætera, intelligitur de perfectione intrinseca secundum substãtiam & proprietates: non autem de perfectione locali, ad quam mouetur, vbi notãda est differẽtia, quam Aristoteles docet t. 25. inter grauia & leuia, quæ generantur, & mouentur, & quę sunt iam genita, & impediuntur a motu vnde ablato impedimento statim mouẽtur, quod explicat Philal. cont suo 21. quibus id est cõmune, vt vtraq. moueantur, vt perficiantur, & conseruentur in suis locis. Hinc Aristot. infert t. 25. grauia, & leuia, quæ fiunt moueri a generãte, & quę sunt genita moueri a remouente prohibens.

10. quomodo t. 25. dixit elementa moueri ab extrinseco, cum antea dixerit moueri ab intrinseco.

Resp. moueri ab intrinseco, vt principio proximo, sed ab extrinseco, vt principio primo inclinante ad motũ, vt suo loco dictũ est vide Phil. t. 20. 21. & D. Tho. l. 25. vbi mobile, quod est in potentia essentiali ad formam, & actum formæ moueri a generante, vt graue, quod est in potentia leue, & ad locum sursum, quia generans dando formam dat consequentia ad formam, At mobile iam genitum quod est in potentia accidentali, scilicet ad operationem Aristot. significat moueri à remouente prohibens, nã cum talia sint per accidens extra loca propria, per accidens sunt in potentia ad motum & loca, scilicet per detinens quare auferens detinens aufert id per quod erant in potẽtia: atq. adeo mouet, sed non placet D. Thom. quia hoc mouet per accidens, at hoc non mouet nisi sit coniunctum cum mouente per se, quare hoc principium est inquirendum, de quare in quæstionibus.

11. Diff. cur mixta, quæ sunt mobilia secundum excessum, non vbique habeant eundem motum.

Resp. lignum bipondo celerius in aere descendit quam plumbo semisse, quia grauius, contra vero in aqua plumbum celerius descendit, quia quæcunque plus terræ habent vbique grauiora sunt, at quæ plus aquæ, sunt quidem grauiora, sed non in aqua & terra, & cum omnia præter ignem sint grauia, etiam aer est grauior, vt patet experientia vtris inflati, qui plus trahit, quam non inflatus. Hinc fit vt mixtũ habens plus aeris, quam aquæ, & terræ, erit in aqua, & terra leuius, & in aere grauius, vt est lignum, contra vero plumbum est in aqua grauius, & in aere leuius, quia omnia elementa præter ignem grauitatem habent, & quanto plus illius elementi obtinet, tanto plus põderat.

12. Diff. qua ratione omnia elementa dicuntur grauia in suo loco præter ignem.

Negant Archimedes, Ptolomæus, & Themistius primo, quia omnia essent extra locum suum, nam & terra & aqua, & aer deberent esse in humiliore loco. Confir. quia Aristoteles ostendit contra *Platonem* media elementa esse grauia, & leuia, cur igitur aer in sua regione dicitur potius grauis, quam leuis. Confirm. secundo quia duo contraria non possunt egredi ab vna forma simplici, sed aer in aqua leuitat, vt sit in sua regione, vt patet ex vtribus inflatis, cucurbitis siccis, quibus vtuntur pueri, dum natare incipiunt supponendo illis sua brachia, ergo non potest aere deprimere aliquid, nam tollere, & deprimere in sua regione sunt contraria, quod si lignum in aere citius descendit, quam plũbum, id non oritur ex aere ponderante, sed quia in sua regione nec ponderat, nac leuitat, & inde permittit pondus maius descendere, at non sic in aqua, quia aer existens in ligno resistit ne lignum mergatur.

Confir. 3. quia si aer in sua regione grauitaret certe animal, illud onus sentiret contra experientiã, & idem docet Archimedes de vrinatoribus, quit sub aqua onus non sentiũt, imo natantes sub fundo nauis, nec nauis onus sentiunt. Nec trahentes aquam ex puteis sentiunt onus dum vas aqua plenum est

con.

contra aquam, sicut sentiunt quando est in aere.

Confirm. 4. quia si aer in aere ponderaret, periculum esset iniustæ stateræ, quam aer grauans deprimeret, Neque quod dicitur de vtre inflato est verum, præponderare vacuo, ratione aeris, sed vel ratione pellis humectatæ, vel ob aerem densatum in vtre, vel quia inflatus per flatum hominis, qui humidior est aere. Hinc Aristoteles 25. sect. probl. putauit par esse pondus vtris inflati, & vacui, imò Ptolom. apud D. Tho. t. 39. vtrem plenum aere ait esse leuiorem.

Ex quibus idem dicitur de aqua, quod confirmat experientia, qua videmus cadauera mortua ab aqua tandem emitti, & eleuari.

Sed de hac dicemus in quæstionibus vbi referemus opinionem D. Thom. explicantis Aristotelem de his elementis secundum dispositionem innaturalem, quam habent ex vicinis elementis, & influxibus cælorum, & eandem esse rationem ignis.

13. Diff. quomodo probet dari quatuor elementa.

Resp. probare ex medio, ad quod videmus mouere grauia, ex hoc probat dari alterum extremum illi oppositum, quia si datur vnum ex oppositis, & alterum dari debet, ex his positis infert dari media, quia inter extrema dari debet medium, hæc autem debent esse duo, vt vnum sit vni extremo cognatum, & alterum alteri secundum grauitatem, & leuitatem, vide D. Thom. in 5, 38. qui doctrinam Aristotelis nititur confirmare.

14. Diff. cur elementis medijs tribuit grauitatem, & leuitatem.

Resp. illam virtutem non esse mixtam ex grauitate, & leuitate sed simplicem, quæ comparata ad diuersa sic denominatur, nam aer v.g. comparatus igni est grauis, qui illi subsidet, sed comparatus aquæ, & terræ est leuis, quia illis supereminet, & idem proportionaliter dicendum de aqua.

15. Diff. An virtutes motiuæ melius definiantur per quietem, an per motum.

Resp. Philal cont. suo 24. melius definiri per motum, cum motus sequitur formam, & naturā, at non sic quies, cum sit priuatio motus, & licet motus conueniat elementis extra locum, tamen conducit ad naturalem statum, neque motus cōuenit elementis imperfectis, nam motus localis est perfectorum.

At alij putant melius definiri per quietē, quia licet per motū natura fiat magis sensibilis, tamen quies est magis elementis naturalis, cum sit finis, propter quem est motus. Conf. quia motus non conuenit elementis dum sunt in perfecto statu, sed imperfecto, qui extra proprium locum, cōtra vero quies, & hæc mihi magis placet, neque quies est fundamentaliter pura priuatio, sed est positiua perfectio explicata per negationem, verum optima definitio est, quæ conflatur ex motu, & quiete, vt graue dicatur, quod deorsum fertur omnibus subsidens: leue autem simpliciter, quod sursum fertur super omnia eminens.

16. Diff. quomodo elementa subtracto elemento inferiori mouentur deorsum naturaliter excepto igne, & contra vero sursum mouentur vi.

Resp. Aristoteles tex. 39 quia omnia habent grauitatem excepto igne, sed non leuitatem nisi respectu eorum, quibus superfertur, hinc deducit sublato inferiore elemento naturaliter superius concurrere in illius locum excepto igne, at sublato superiore, non naturaliter, sed vi illius locum occupari ab inferiori excepta terra, quæ nō trahitur, quia non habet cum aqua, & aere superficiem vnam, quia propter siccitatem non habet continuitatem in suis partibus, nec humiditatem, per quam eius superficies fiat bene contigua cum superficie aquæ. Hoc autem experientia quadam probatur, nam si accipiatur vas concauum habens orificium strictius fundo, & in eo ponatur candela accensa, vel circa fundum calefiat vehementer, deinde orificium eius immergatur aquæ, tunc aqua trahitur à loco suo naturali superius, at non sic si idem vas eodem modo applicetur terræ, quia hæc non mouebitur sursum. Ratio primi est ex D. Thom. quia aer intra vas calefactum rarefit, & ignitur, ignitus autem, & motus ad fundum vasis contrahitur in minorem locum, tum quia ob raritatem facile infrigidatur, à frigiditate aquæ, & inde ingrossatus contrahitur in minorem locum, tum quia partes aeris ignitæ mouentur sursum, quærentes maiorem locum, venientes autem ad fundum vasis repercutiuntur, & inde ingrossantur, vt vapor eleuatus ab aqua bulliente repercussus ab operculo ingrossatur, & fit aqua, vnde si illud vas frangatur reperietur in fundo vasis aqua ex Auerroe, at repercusso aere in minorem locum sequitur illum aqua ne detur vacuum; quod si fundus ab exteriori calefiat tunc aqua descendit inferius ad situm naturalem, nam ex illo calore aer, qui erat in fundo rarefit, & reddit ad priorem dispositionem. At hoc non contingit in terra, vt dictum est, quia cum in suis partibus non habeat continuitatem compactam in suis partibus, non bene potest prohibere ingressum aeris exterioris propter porositatem partium, quod si ponatur prædicta terra ita compacta, vt impediret ingressum aeris exterioris necessario sequeretur, vel ignem non agere in aerem rarefaciendo, sed extingueretur, vel vas disrumpi, vel sequi vacuum, vel terram sursum moueri; ex his illud contingeret, quod minorem habet inclinationem ad oppositum, seu quod minua repugnaret.

Ex his patet ignem subtracto aere cōcurrere

vere etiam in locum aeris ne detur vacuum, sed an fiat vi, vel naturaliter dictum est alibi

Secundo patet causa cur cucurbitulæ aerem, & sanguinem trahant, quia rarefacto per ignem aere, & admotis cucurbitulis carni inde aer aliquo modo infrigidatus densatur, & inde occupat minorem locum, ad quem sequi deberet vacuum nisi sanguis, & aer, qui est in carne ad illum locum occupandum moueretur, vnde si ossi admouerētur ex illo nō possent attrahere nisi humorē adiacētē.

17. Diff. An si terra amoueretur tota, & reperiretur aliqua gleba extra illam descenderet.

Resp. Philal. cont. suo 30. n. 20. glebam posse, sed non totam, quia non haberet locum inferiorem, quo sua grauitate pergeret. Hinc ridiculus Lucianus, & Vuulgus, cum miratur cur terra in mare, vel in aerē nō cadat nō. n. vident terrā esse vltimā, nec habere locum, ad quem possit sua virtute moueri, nam mare est altius terra, vt aqua aer, & aere ignis.

Ego resp. 2. posse terram amoueri, primo si constituatur tota supra aerem, vel aquam & sine dubio decideret sicut decidit pars eius, ad locum proprium, vt esset sub aqua

Secundo si recederet à loco vbi nunc est, & magis accederet ad cælum vnius hemisphærij, & in hoc casu videtur loqui Philalthæus, & disputari posset, sed extimo illam mouendam ad occupandum medium, nam aqua alterius elementi esse sub illa, & & ipsa supra aquam, vnde moueretur ad existēdū sub aqua in quolibet hemisphærio.

18. Diff. dum Aristoteles t. 39. asserit de medijs elemētis pondus habent suo in loco, leuitatem autem non habent, nisi in quibus, ad quæ referuntur.

Resp. aliqui referri ad grauitatem, quia media elementa non grauitant, nisi vbi eminent, id est aer non grauitat in aqua, nec aqua in terra, sed in sua regione, vbi sunt supra illa.

Alij vero putant referri ad leuitatem, quia media elementa non leuitant, nisi vbi eminent, id est aqua leuitat in terra, & aer in terra, & aqua, & ignis in omnibus, excepto suo loco, quia non est alter locus superior.

19. Diff. quomodo t. 39. aer dicatur naturaliter descendere de sua regione cum ad illam ascendat, & vni naturæ simplici nequeat esse duplex motus naturalis.

Resp. aliqui, simpliciter vni non debetur nisi vnus motus, & ita loquitor in primo de cælo, at per accidens in aliquo casu, id est subctracto elemento inferiori.

Respond. secundo alij duplicem esse naturam, vnam particularem, & hac ratione conuenit vnus motus, alteram vniuersalem, & ita conuenire potest varius motus iuxta exigentiam naturæ, & ita loquitur hic; vnde iuxta duplicem naturam dupliciter motus dicitur naturalis, dicitur tamen aer violenter ferri sursum ad vacuum replendum spectata ipsius propria natura.

Quod autem sit hæc vniuersalis natura dictum est in physicis, illud autem hic præterire non possum, Sebastianum Bassonem lib. de natur. intent. 3. fuse disputare de illa, quam dicit esse animam mundi; & hanc ex Stoicis esse spiritum quendam tenuissimum intrinsecum omnibus, mouētē tanquam instrumentum Dei singulas prout aptæ sunt moueri de quo spiritu audet interpetrari illud Dauid *auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur* vt v. g. ignis deficiente spiritu contrahitur in terram, vel aerem, &c.

Hinc docet quomodo elementa sint in mixto. s. secundum materiam, & terum aptitudinem, vt moueantur iuxta naturam propriam ab illo spiritu, & hunc Platoni, & Virgilio 6 æneid. *ibi spiritus intus alit*; contra hanc mult a Piccol. lib. de mundo c. 20. & Alex. lib. de mixtione, & nos loc. cit. & lib. de Gener. cum de condens. & rarefactione, & generatione agemus, vbi Bassonis audaciam frænabimus, & cohibebimus.

Sed omisso Bassone Aristotelis mentem inuestigemus, cur enim dixit, nec terram sursum naturaliter, vel vi trahi, nec ignem deorsum, vt dixit de medijs elementis, nam si subtracto aere ignis non descenderet sine dubio daretur vacuum.

Resp. Aristotelem hoc non negare, in eo casu ignem descensurum, & fortasse contingit aere densato ex vi frigiditatis secundæ regionis; sed solum explicasse quid nos experiamur frequētius in his inferioribus quia nec terram ascendere experimur, nec ignē elementarem descendere de qua re nos in quæstionibus.

20. Diff. quot modis dicitur aliquid simpliciter graue, vel leue.

Respondetur quatuor modis dici primo quia eo existēte nō datur grauius, vel leuius

Secundo, quia nihil habet ad mixtum cōtrariæ qualitatis.

Tertio quia potest denominare tale sine addito,

Quarto quia in quolibet trium elementorum v. g. igne aere, & aqua ipsum aptum est descendere; dicitur graue simpliciter, quod si aptum ascēdere per terram, aquam, & aerem dicitur leue simpliciter, vnde cum Aristoteles probat dari leue, & graue simpliciter, aliqui intelligunt primo, & 4. modo, At nominales putant intelligi solum quarto modo, quia non datur graue, & leue simpliciter primo modo.

21. Diff. quot modis aliquid dicitur graue, & leue respectiue.

Resp. 2. primo ex admixtione contrariæ qualitatis, secundo, quia non sunt apta moueri ad summum per duo elementa, nam aer ex igne descendit, & ex terra, & aqua ascēdit. Contra vero aqua ex igne, & aere descēdit, & ex sola terra ascendit, & illud dicitur grauius, quod per plura elementa descendit,

dit, & leuius, quod per plura ascendit, quia vt sic habent maiorem actiuitatem secundùm vnam, vel aliam virtutem, quia vt sic pertranseunt maius spatium, quare hæc maioritas non attenditur ex maiore extensione, vel intensione, sed ex specifica differentia virtutis ad vnum, vel alterum motum, vt dictum est.

Hinc patet ad quæstionem propositam ab Arist. an detur graue, & leue simpliciter, nã datur quod mouetur per tria elementa descendendo, vel ascendendo, vt dictum est.

22. Diff. quomodo locus terræ sit determinandus.

Resp. Nominales 2. posse attendi primo ex certo situ, & distantia in ordine ad superficiem concauam lunæ, & sic de alijs elementis.

Secundo ex superficie corporis continentis siue sit vnum continens, siue plura non exigita certa distantia à concauo lunæ, & hic locus terræ erit superficies aquæ, & aeris, & & locus aquæ erit superficies aeris, & huius superficies ignis.

23. Diff. cur aqua, & aer subtracta terra sine vi descendunt, & subtracto elemento superiore non sine violentia, & instrumento ascendunt.

Resp. Nomin. quia aqua est magis fluxibilis, quam terra, & minus quam aer, & ideo subtracta terra, aer, & non terra confugit ad replendum illud spatium, nisi habeat impedimentum, & si aer impediatur tunc aqua ascendit ad illum locum, & idem dicunt de igne respectu aeris, & ex illa flexibilitate patet faciliter descẽdere, sed non ita ascẽdere.

24. Diff. an forma, vel grauitas si essent separatæ mouerentur naturaliter deorsum.

Resp. aliq. si forma separaretur à grauitate non moueretur, quia careret instrumento dato à natura ad motum, vnde forma existens in composito carente grauitate, non moueret compositum deorsum, sed si haberet leuitatem adiunctam potius moueret sursum. At si ponatur extra materiam, sed cum grauitate, tunc moueretur deorsum, sicut etiam grauitas existens extra suum subiectum moueret, vt mouet existens in subiecto, quia ipsa est principium proximum, & adæquatum motus, siue indigentia concursus formæ,

At Nominales putant formam separatam à grauitate mouendam, quia licet indigeat grauitate concomitanter, tanquã dispositione consequente naturaliter qualitates disponentes materiam ad conseruationem formæ in materia, non tamen grauitas requiritur ad seipsam mouendam, & idem asserunt de grauitate separata à forma,

# TRACTATIO
## Septima.

*De virtutibus motiuis elementorum in 3. & 4. de cælo.*

## QVAESTIO I.

### De natura leuitatis, & grauitatis.

### DVBITATIO I.
*Quid sint grauitas, & leuitas.*

### ARTIC. I.
*Opiniones Doctorum.*

1 Graue, & leue quomodo definit Arist.

Constat ab Aristotele definiri graue, & leue in concreto tum 1. cæl 17 & 4. cæl. 6 & 31. graue esse quod deorsum ad ad mediũ, leue q̃ rursũ, & à medio moueatur tũ 4 cæl. 26 & 27. leue simpliciter dicit esse q̃ omnib' supereminet graue aũt simpliciter quod omnibus substat, leue autẽ, & graue secundum quid, quod medio modo se habẽt. Dices ex Philopono apud simpliciũ hæc definitio conuenit cælo, quia omnibus supereminet: cum tamen non sit leue. Confirmatur, quia differentiæ loci sũnt sursum, & deorsum, sed cælum est in loco, non deorsum, ergo sursum. Respondeo intelligi respectu eorum, quæ sursum feruntur infra cælum. Ad confirmationem. Resp esse differentias loci naturalis id est acquisiti per motum: cælum autem est ipse locus sursum, non est in loco sursum, & leue. Dices secundo ignis in terra non esset leuis. Respondeo sufficere si aptitudine omnibus supereminEat, quare ignis in sua sphæra esse leuis, quia quiescit in loco sursum; licet quando est extra, moueatur in locum sursum, vnde cum dicitur leuissimum, quod omnibus supereminet, intelligi ex ijs, quæ sursum feruntur, & ex natura sua ablato statu superturali sunt in supremo loco 4. cæl. 17. quare cælum etiamsi sit supremum corpus, tamen nõ propterea dicitur esse leue, quia nõ fertur ad illum locum, & ignis, licet sit sub terra; tamen adhuc est leuis, quia præter naturam est ibi. Neque leuitas, quæ est in toto igne est frustratoria; quod illa nunquam exerceat opus suum, tum quia exercet quietem, tum quia sufficit si aliqua pars ignis moueatur, vt dicitur de materia prima, quæ est in centro. Difficultas est an sint sub substantiæ, an sub accidentis prędicamento.

Quare celũ licet sit supremũ corpus, tamen non dicitur leue.

2 Prima opinio reponit has formas in prædicamento substantiæ.

Prima opinio est dicentium cõtineri sub substãtia Achil. 3. de elem. d. 1. & seq. Flam. nobilius 1. de Gener. c. 8. q. 2. Vallef. c. 48. & alij, qui putant has virtutes motiuas esse formas substantiales elementorum ex Auer.

lib. 1. de anima. t. 108. 4. cæl. 20. 7. phys. 11. vbi significat esse priores qualitatibus alteratiuis. Conf. quia 7. phys. t. 37 & alibi motum elementorum tribuit grauitati elementi, tanquam naturæ, at natura est substantia, siue materia, siue forma. Confirm. secundo, quia non apparet ad quam speciem qualitatis pertineant.

Secunda opinio est dicentium esse accidentia sub prædicamento qualitatis, quæ distinguantur à primis, & ab alijs secundis, vt raritate, coloribus, & similibus. Ita communis apud Zim. 1. phys. contrad. 2. Baccafer. lo. cit. & alij infra citandi, qui dicunt has consequi priores qualitates, idem sentiunt D. Thom. & Nyphus.

## ARTIC. II.

### *Opinio Auctoris.*

3 Virtus motiuæ elemētorum sunt qualitates ex Arist.

Prima conclusio, virtutes motiuæ elementorum sunt qualitates ex Arist. 6. met. t. 18. vbi numerat eas inter species qualitatis, quæ sunt proprietates substantiæ, neque in 5. met. t. 18. numerauit inter species quantitatis, sed inter proprietates, quæ cum quātitate habent aliquam affinitatem, vt ibi vterque Alexander, Aueroes, & alij vnde tex. 19. ait esse qualitates, vel loquitur ex opinione antiquorum dicentium corpora esse grauia, & leuia, quia composita ex pluribus superficiebus, & angulis, leuia, quia ex paucioribus, quod statuere non erat locus, sed vtitur vocabulis iuxta vsum communem, vt ibi Scot. D. Tho. Niph. & Fons. respondent aduersarij Aristot. numerare illas inter species qualitatis ex opinione aliorum. Sed cōtra, tum quia cum sæpe id repetat, non est probabile loqui ex opinione aliorum, vt patet ex 7. phy. t. 15. 2. de partib. c. 1. tum 2. quia si ibi loquitur secundum opinionem aliorum, ostendant vbi loquatur secundum propriam, at nullibi asserit esse substantiam. Resp. 2. Flamin. poni inter qualitates eo modo, quo differentia specifica dicitur qualitas vt 5. met. t. 19. Sed contra, quia ponit inter illas qualitates, secundum quas est alteratio, vt 5. met. t. 19. & alibi patet. Neque obstat auctoritas Auerr. dicentis esse formas substantiales, tum quia errat, tum quia explicatur esse tales circumscriptiuè, quia per illas circumscribimus formas substātiales nobis ignotas, & multò minus ponit in prædicamento relationis: nā ad illud secundario pertinent vt graue, & leue inter se referuntur, vt scientia licet sit qualitas, tamen dicitur referri ad scibile, vt notat Flandr. 10. met. quæst. 2. art. 2.

Antiqui cur corporū dicebant grauia, & leuia

4 Grauitas, & leuitas sunt accidētia in mixtis.

Secundo probat Zimar. loc. cit. quia quod vni accidit nulli est substantia 1. phys. 26. Sed hæ virtutes in mixtis sunt accidentia, vt patet ex proprijs mixtorum formis præsuppositis, ergo. vnde falsò negat Flamin. in mixtis esse accidentia, quia in illis sunt diuersæ rationis, sed contra, quia cum habeāt effectus eiusdem rationis, non est cur dicātur esse diuersæ rationis.

Tertio probat, quia substantia non est per se sensibilis, vt sunt hæ virtutes. Neque dicas cum Flamin. sentiri per motum, nec motus est sensibile commune, quod fuse infra.

Quarto probat ex contrarietate, sed non vrget, quia non est vera contrarietas, quæ negatur à substantia, magis vrget, quia suscipit magis, & minus, quod non conuenit substantiæ.

Quinto probat, quia sunt principia proxima motus, quæ ratio optima est, vt eius vis patebit ex dicendis infra.

Secunda conclusio hæ qualitates distinguuntur à raritate, & densitate. Nam Arist. 5
vbique 7. phy. & 2. de Gener. t. 8. & alibi numerat vt distinctas, accedit, quia habent distinctas definitiones, & effectus, nam grauitas, & leuitas sunt principia motus 4. phys. t. 86. non autem raritas, & densitas, & hæ sūt in cælo, in quo nō est grauitas, & leuitas, & Arist 4. phys. dixit quoddam densum esse graue, & quoddam rarum leue, non tamen esse idem grauitatem, & leuitatem.

Qualitates motiuæ elementorū distinguuntur à raritate, & densitate.

Tertia Concl. hæ qualitates realiter distinguuntur à substantia. Patet ex mutua separatione. Nam vtraque remittitur, aut intenditur manente substantia, vt patet ex aqua, & aere, quæ alterantur secundum grauitatem, & leuitatem manente eadem substantia, et in Sacramento altaris manent hæ virtutes non manente substantia. Confirm. primo ex opinione dicentium has qualitates consequi qualitates primas, quæ sunt distinctæ realiter a substantia; ex qua ratione patet distingui etiam realiter inter se, secondo etiam specie ex 5. phys. c. 8. & 8. phys. c. 8. 1. cæl. c. 2. & 3. vbi Doctores, & ratio, quia consequuntur corpora essentialiter diuersa, & exigunt combinationes qualitatum diuersas, tum ex diuersis motibus, & terminis. sed de his infra.

Quarta concl. iure definiuntur hæ qualitates in concreto; quia ita sunt nobis notiores; & quia definiuntur per operationes proprias, quas non habent, nisi in concreto. Dices non magis motus, quam quies est effectus harum qualitatū: cur igitur definitæ sūt per motus? Resp tum quia motus nobis notior, quam quies, tum quia ex his intelligi potest quies in termino motus, idest permanentia, quæ oritur ex motu ad proprium locum, & licet quies sit magis propris elementis; nam moueri ad locum illis conuenit per accidens, idest posito statu præternaturali, tamen habita fuit ratio nostri intellectus, qui facilius cognoscit motum, & ex motu cognoscit illam inclinationem ad locum, tum quia motus magis iudicat elemēta esse corpora naturalia 8. phys. t. 23. neque illarum haberi potest distinctior conceptus.

AR;

## ARTIC. III.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

1 AD primum respond. non esse certum illas prius conuenire elementis, quam qualitates actiuas, vt infra constabit. Secundo etiamsi prius conuenirent, vt probari posset, ex eo quod hæ conueniunt elementis, vt sunt partes vniuersi, & qualitates actiuæ, vt sunt principia mixtorum: at ratio, qua constituunt vniuersum prius illis conuenit, quam ratio principiandi mixta: non tamen fieri debet inde esse substantiales, quia possunt esse etiam accidentales virtutes immediate ex formis, sicut patet ex alijs accidentibus, quæ æque primo, vel non æquè primo conueniunt substantiæ alicui.

Ad Confir. respond. tribui grauitati, & leuitati tanquam instrumentis immediatis, quibus fit motus, ex quibus iudicatur natura formarum elementorum, quæ sunt principium primum .i. radicale motus.

Grauitas, & leuitas pertinent ad 2. speciem qualitatis.

Ad secundum resp. pertinere ad secundã speciem qualitatis, scilicet ad naturalem potentiam, cum sint principia proxima motuum ad medium, & à medio. Dices cum Vallesio si hæ virtutes motiuæ essent qualitates contrariæ deberent singulis inesse secundum certos gradus. nam vt quædam res primo, quædam secondario sunt candidæ, vel nigræ, ita etiam graues, vel leues, vt scilicet quædã pendent librã, aliæ vnciam, vel dragmã, &c. at his non ita simpliciter accidit, sed ad mediũ, vel à medio nã si æquale pondus diuersarum substantiarum .f. auri, vel argenti suspendas in bilance mutato medio, mutatur pondus; Nam si in aquam immittas bilancem, quod est crassius secundũ substantiam trahet quod est densius, etiamsi in aere non traheret; vt ostendit Archimedes, vnde licet experiri, quod tantum aquæ detrahit ponderi, quantum aqua, quam res excludit ex vase pendet, sed cum crassiori in minore quantitate penderent æquale cũ habente maiorem quantitatem cum tenuitate, fit vt minus aquæ excludant, & ita proportionaliter amittunt minus sui ponderis. Quare fieri potest, vt quod in aere pendebat æquale nulla alia mutatione facta, quam medij, pendeat minus, etiam quod antea pendebat plus. Hæc eadem fieri possunt, vt vi ipsius etiam aeris mutatio in serenum, & nubilum nulla re adiecta, vel detracta, lanci mutet pondera, Hinc deducit pondus non esse certam, & determinatam rem, sed impetum internum maiorem vel minorem, vt maior, vel minor est cuiusque rei deordinatio, si enim esset res, vt est dulcedo, & acredo, & similia; sicut res non fit dulcior, vel acrior, candidior, vel nigrior, &c. ex eo quod aliæ res mutentur nulla in ipsis mutatione facta: ita neque pondus debet mutari ex mutatione alterius, quare non est quid absolutum; sed ad aliquid, vt ipsum ordinatum, vel inordinatum esse. Hinc infert nihil aliud esse pondus, quam naturalem appetitum subsidendi tenuioribus, sicut leuitas est nãralis appetitus essendi supra crassiora.

Resp. primo huius effectus rationem afferri deberi, tam à ponentibus has virtutes esse in rebus superadditis formis, quam ab asserentibus esse formas substantiales; quia semper siue in aere, siue in aqua res ponderantur manente eadem substantia rerum: sicut alij dicunt manere virtutes easdem accidentales; immo magis hoc argumentum oppugnat aduersarios, cum substantia minorem patiatur variationem, quam accidentia. 2

Grauia, & leuia quomodo ponderãda.

Resp. secundo hanc experientiam non fieri, vbi res ponderandæ sunt purè graues, vel leues: sed vbi grauitas, & leuitas sunt impurę, vel non summæ, sed mediæ. Nam aquea magis ponderant in aere, & ignea quã in aqua, & aerea minus ponderant in aere, quam in igne; contra vero aerea infra aquã non ponderant, sed leuitant, sicut etiam aqua sub terra. de qua Aristoteles fusè 3. & 4. cæl. & nos infra. Quare non est, cur Vallesius tanti faceret hoc argumentum ad negandas has virtutes accidentales.

## DVBITATIO II.

*An detur grauitas, & leuitas?*

## ARTICVL. I.

*Opiniones Doctorum, & Auctoris.*

PRima opinio negat vtramque virtutem. Primo nam motus ad quos ordinantur 1 hæ qualitates, vel conueniunt elementis ab extrinseco .f. à cælo, vel generante, vel loco trahente, & non sunt necessariæ hæ qualitates, vel conueniunt ab intrinseco, & sufficit forma substantialis, nã motus ad perfectiones debitas in primo instanti generationis oriuntur à forma, ex communis dicentiũ formas per se ipsas reducere se ad proprias dispositiones, sed esse in proprijs locis debetur hoc modo elementis, ergò motus ad loca sunt immediatè ex vi formarum substantialium.

Confirmatur primò, quia si darentur distinctæ à formis, essent sub genere qualitatis, at hoc est falsum, quia elementa grauia vbique retinerent grauitatem, at constat aquam in mari non esse grauem, vt patet ex vrinatoribus, qui existentes sub aqua maris non sentiunt pondus supra se, & idem dici potest de leuitate.

Ita Vallesius in c. 48. sacræ philosophiæ, vbi ait elementa se ipsis redire ad loca, vnde fuerunt depulsa, & quæ videntur superaddi, non sunt nisi crassities, & tenuitas.

Secunda opinio est dicentium dari quidem grauitatem, sed non leuitatem, est anti-

2 opin. non dat leuitatẽ sed grauitatem.

quorum apud Aristotelem 1.cæl 89. 4.cæl. 20.31.40. quos sequutus est Cardanus apud Scaligerum exercitatione 143.

Primo probatur, nam non sunt multiplicanda entia sine necessitate, sed ad omnes motus elementorum sufficit grauitas, tum quia sufficit ad diuersos motus maior, vel minor grauitas, tum quia cum non detur summa leuitas, ergo neque media, quæ est aerea, nam cum aer aliquando descendat non potest esse leuis, & licet sub aqua existens ascendat, tamen id fieri potest ex aqua descendente, vt sit sub aere, vnde impellit aerem, quare solum reperitur grauitas.

Confirmatur secundo ex quarto cæl. 30. *in sua.n.regione omnia grauitatem habent præter ignem*, & tex. 39. idem dicitur.

Significat illam Plato in Timæo, & refert Arist. 1. cæl. 89. & 4. cæl. tex. 20.& seq.

3. opin affirmat leuitatẽ & grauitatẽ.

Tertia opinio est affirmantium dari vtranque, est communis, sequitur Scalig. exercitatione 143.§.2.nam constat dari motum sursum,& deorsum, ergo & principia illorum, sed non est forma substantialis, vt patet tum ex motu hostiæ consecratæ, vbi non est forma substantialis; Nam quod dici potest moueri ab Angelis, est omninò fictum sine vrgenti ratione, cum haberi potest causa naturalis, tum quia substantia non est immediatum principium motuum, vt patet ex animalibus, & ex alijs operationibus, tum quia non est sensibilis, vt est grauitas, & leuitas ex 2. de Gen. t.8. 7.phys. t.11. 5.met. 19.lib. de part.c.1.& constat experientia ferentium pondus, neq; dicas sentiri non ipsam grauitatem, sed eius operationem, quia motus non est sensibile proprium, sed commune, quod non sentitur sine alio proprio; at grauitas per se ipsam sentitur, etiã si nullus sit descensus, neque dicas sentiri conatũ ad descensum, quia non appatet quid sit hic conatus præter motum; Neque dicas sentiri durum cum grauitate, quia durum abstrahit à sensu grauitatis, & leuitatis, vt dicetur de anima, & hæc opinio mihi placet, cuius fundamenta probanda infra; Nam non moueri ab extrinseco ostendetur infra,

## ARTIC. II.

### *Opinio Auctoris*.

Ratio cur detur grauitas.

PRima Conclusio, datur grauitas, patet primo quia nemo negauit illam dari, & merito ex experientia, qua videmus descendere multa, & laborare ferentes pondera; Nam non moueri immediate à formis substantialibus, infra constabit, neque à cælo, nam hoc influere deberet aliquam qualitatem immediatè mouentem; ergo melius ponitur illa qualitas connaturalis, cum sit ordinata ad constituendum corpus in loco, connaturali, neque motus est à loco, quia maius corpus tardius deberet moueri, & quia non potest diffundere virtutem in tantam distantiam, cum sit distans, & finitæ perfectionis.

3 Ratio cur detur leuitas.

Secunda conclusio datur etiam leuitas, vt ex Aristotele loc. cit. vbi expresse reprobat opinionem dicentium leue moueri à graui subtus impellente, tum quia sequeretur leuia, quo maiora eò tardius moueri, quia magis resisterent impellenti; nec motus esset velocior in fine, *omnia enim*, inquit Aristot. tex 89. *ab eo quod vim intulit longius existentia tardius feruntur, vnde vt illuc ferantur non vi, sed naturaliter*.

Confirmatur experientia, qua videmus oleum supra aquam ascẽdere, etiam si prius aqua non descendat, imo si quis vessicam aere plenam detineat sub aqua, experietur manum impelli à vessica conante ascendere sine vllo sensu aquæ descendentis.

Confirmatur secundo, & si in extrema parte fistulæ vitreæ ponatur vas plenũ aqua, si inuertas, accidit, vt non solum aer ascendat, sed etiam secum deferat aquæ partem & ignis in aere etiam quiescente, ascendit.

Confirmatur tertio ex 4. cæl. tex. 40.41. vbi ostendit non posse esse eandem causam leuitatis & grauitatis; quia nihil esset graue, vel leue simpliciter, sed tantum respectiuè, sed si non daretur leuitas, eadem esset causa leuitatis, & grauitatis, quia leuitas non esset nisi minor grauitas. Et 3. phys. tex. 5t. reprehendit vnum esse elementum; quod nõ posset esse, nisi vnus motus naturalis.

Confirmatur quarto iuxta hunc sensum, omnia elementa mouerentur violenter sect. 2. prob. 38. vnde sequitur omnia elementa esse violenter in loco, in quo sunt; nam ex 5. phys. tex 53. & 54. res quiescit violenter in loco, ad quem mouetur violenter, quod putat absurdum 3. cæl. t. 29. 30. 55.

Confirmatur quinto, quia vter inflatus natat, non inflatus non supernatat; quod non esset nisi aer illi adderet leuitatem.

Confirmatur sexto ex igne, qui aere quiescente magna celeritate ascendit, quod si ascenderet ex aeris descensu, non posset fieri ignis ascensus aere quiescente, & si impulsu ascenderet eò velocius quo minor. Dices si ponas manum in vase pleno argento viuo, volẽsq; illam firmam tenere in fundo vasis senties illam subter fluente argento sursum propelli. Resp. hinc tantum effici si infra grauia sit aliquid leue, quod, impediatur ascendere per suam leuitatem impelli per accidens à graui descendente, nam vnumquodque corpus dum mouetur ad locum alterius, mouet per accidens corpus, quod non cedit, & impedit, sed non fit nõ esse ibi leuitatem, quæ moueat se sursum. Dices 2, cõtrarium videtur dicere Plato in Timæo, vbi videtur negare sursum, & deorsũ in vniuerso esse distincta specie, nisi per accidens. Respondet Simplicius 1. cæl. com. 20.t.19. Platonem non negare motum sursum, & deorsum, sed negat esse ex electione, vt in animalibus, quare admittit esse per quandam imitationem. Dices tertio experi-

Motus sursũ & deorsũ ex Plat. est per imitationem.

perimur, quando aqua est multa, vtrem inflatum ascendere: quando pauca non ascendere; Ergo signum est ascensum illum esse non ab aere, sed ab aqua comprimente, & grauescente. Respondeo negando consequentiam, quia id oritur ex grauitate vtris, quæ parum immergitur, nec detineri potest à leuitate aeris, quin aliquantulum immergatur.

## ARTIC. III.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primum Resp. moueri ab intrinseco, sed non à forma, vt dictum est, Ad probationem respõdetur illud principium esse verum de perfectionibus intrinsecis, qualis est frigiditas respectu aquæ: at locus est extrinsecus, & licet motus sit intrinsecus; tamen motus non est perfectio mobilis, nisi ratione termini, & situs; Nam vbi intrinsecum, secundum se non est perfectio debita, nisi vt connotat extrinsecum corpus supra quod, vel infra quod est corpus vbicatum.

Motus ẽ perfectio mobilis rõne termini, & situs

Ad primam confirmationem respondetur illam aquam retinere suam grauitatem, sed non sentiri, quia elementum non grauitat, nec leuitat in proprio loco, sed de hac e infra.

## ARTIC. IV.

*Soluuntur argumenta secundæ opinionis.*

AD primum Respondetur non sufficere grauitatem, nam hæc est determinata ad motum descensus, cum constet experientia ignem ascendere, & falsum etiã supponitur non dari sphæram ignis. Ad primam prob. resp. cum illi motus specie distinguantur, non possunt oriri ex maiori, vel minori grauitate, sed ex virtutibus distinctis specie, saltem physica: vt enim minor calor producet quidem minorem calorem, sed non producet frigus, ita minus graue producet quidem motum ad locum centro minus proximum, sed non mouebit à loco proximiori centro ad locum proximiorem Cœlo, vt est motus aeris, & ignis; vnde negatur antecedens, & consequentia, quia leuitas aeris est distincta à leuitate ignis, nec est eius participatio, quia si per impossibile non esset ignis, adhuc aer esset supra aquam, cõueniit autem illi ascensus, & descensus, quia locus eius est medius.

Minus graue quomodo poucit motum.

Secundo prob. Resp. 1. cgl. 49. negari fierià virtute impellente, vt probatum est in secunda concl. quia si aer ascenderet supra aquam ex impulsu aquæ illi communicato, oporteret aquam moueri sursum, vt impellat, vt patet ex alijs impulsibus, & si aer non haberet leuitatem, non esset ratio cur illum potius expelleret quam terram, vel aliud corpus medium, de qua te infra.

Grauitas, & leuitas non sunt ex impulsione.

Ad primam Confirmationem ibi Aristotilem loqui de virtutibus mediorum elemẽtorum, quæ in hoc distinguũtur ab extremis elementis; quod extrema habent, naturaliter vnum motum, vt ignis habet semper exercitium leuitatis, terra vero grauitatis; at vero elementa media participant duos motus, nam quando sunt in loco innaturali inde mouentur, nunc ascendendo, vt si aer sit sub aqua, nunc descendendo, vt si aer, sit supra ignem, & idẽ dicitur de aqua, quæ existens infra terram ascendit, supra aerem descendit.

Media elementa in quo distinguntur ab extremis.

## QVAEST. II.

## De principijs ex quibus oriuntur qualitates motiuę.

### DVBIT. I.

*An immediatè oriantur ex formis substantialibus.*

### ARTIC. I.

*Opiniones Doctorum, & Authoris.*

PRima opinio est dicentium oriri immediatè à formis substantialibus, quia maximè proprium est formæ esse principium primum motus, & quietis, cum sit natura; at non est principium primum nisi esset principium virtutum motiuarum, quæ immediatè mouent. Confirmatur, quia mixta mouentur ex prædominantibus elementis, & non ex prædominantibus qualitatibus primis, ergo ex prædominio formarum: minor probatur, nam multa grauia sunt calida, & multa leuia sunt frigida.

1. opin. dicit leuitatẽ, & grauitatem oriri ex formis substantialibus.

Confir. 2. quia non potest effectus tenacius inhærere subiecto, quam insit causa effectus, à qua fluit effectus, sed hæ qualitates insunt tenacius subiectis, quam primæ qualitates, vt experientia constat: nam aqua facile calefit, & aer frigescit non mutatis qualitatibus motiuis.

Confir. 3. quia sunt passiones elementorũ: sed passiones oriuntur immediate à formis.

Confir. 4. quia si non oriuntur immediatè à formis, orirentur mediante aliquo accidente, sed hoc non est quantitas, quia hoc æque reperitur in omnibus elementis, imò maior in leuioribus; Neque est raritas, vel densitas, tum quia hæc sunt in cęlis: vbi non non est grauitas, vel leuitas, tum quia fumus est densior aere, & tamen leuior, tum quia terra etiam si esset rarior aqua, semper tamẽ descenderet infra aquã, ita aliqui recentiores vt Vicomer. 4. phys. tex. 85. Scalig. exer. 10.

10.n.10. Flam.lib.2. de Gen.cap.9. q. 2. dicens etiam si sint accidentia, prius natura elementis conuenire, quam actiuas.

Secunda opinio est dicentium non oriri à forma substantiali, sed à materia maiore, vel minore, quia quo sunt corpora magis materialia, eo grauiora, & minus materiale minus graue: sed hæc opinio, vt nullum habet auctoritatem facile reijcitur, quia materia maior est in corporib' superiorib', & si dicat in inferioribus esse materiam magis densam, tunc dicendum potius esset oriri à densitate, vel raritate, tum quia ignis maior magis mouetur ad supremum locum, & tamen habet maiorem materiem, nam materia, vt est indifferens ad formas substantiales, ita ad accidentales.

Tertia opinio est dicentium non oriri à forma, sed exigi qualitates primas, & secundas: est communis, & hæc mihi placet, quia manente eadem forma substantiali variatur leuitas: vt patet in vapore habente formam aquæ, & leuitatem aeris, & sic exhalationes terreæ, quæ habent formam terræ, & leuitatem igneam ob accidentia diuersa, vnde formatur argumentum, illud est causa effectus quo manente manet, & quo variato variatur effectus, at variatis qualitatibus manente forma, variantur virtutes motiuæ, & contra variatis formis manentibus qualitatibus, remanent virtutes motiuæ, vt patet ex dictis, ergo Respond. posset has virtutes consequi formas, sed non conseruari ab illis; & ideo in hostia consecrata manere virtutes motiuas destructa forma substantiali, sed hoc effugium quam sit infirmum, patebit etiam dubitatione sequenti, vbi etiam ostendemus non solum argumentum, ex eo, quod negatur in exhalationibus esse formam terræ, quod aliquando plueret terra; nam exhalationes, vel trascendunt secundam regionem, vel inflāmantur in prima regione, & multo minus admitti potest vaporem trahi à sole; non enim trahitur per impressionem virtutis occultæ, vt ferrum à magnete, sed per impressionem caloris, & rarefactionis, vt infra, & melius in Metheoris.

Secūdo probatur, quia forma substātialis adueniens materiæ inuenit in illa has qualitates motiuas, sicut alias dispositiones, vt patet, quia manet in eodem loco, & cum eodē actu: ergo non oriuntur ex forma, quæ exigit naturaliter diuersam virtutem motiuam à virtute præcedentis formæ.

Vapor quomodo trahitur à Sole.

Hinc patet multo magis falsam esse opinionem Achillini 3. de elem. dub. 2. dict. 7. & dubio 5. & 12. Nobilis Flaminij t. de Gen. c. 8. q. 2. dicentium has virtutes esse formas substantiales elementorum cōtra quos plura Buccaf. 1. de Gen. t. 67. & nos suo loco.

A R T I C. I I.

*Soluuntur Argumenta primæ opinionis*

Resp. ad 1. formā esse principiū primū qualitatū, quia est origo omnium qualitatum naturalium siue immediate, siue mediate, vnde cum forma sit principium qualitatum primarū, est etiam principium secūdarum, quæ sunt ex primis.

Forma quare est principium primarum qualitatum.

Ad 1. Confirm. elementa non prædominari in mixtis, quia nō sunt ibi secundū formas, vt alibi ostendi, sed secundum qualitates motiuas elementorum, quæ ibi remanēt corruptis elementis, immo hinc potius probatur non pendere immediate à formis, cum maneant corruptis formis, quomodo autem remaneant variatis primis qualitatibus, dicetur infra.

Ad 2. Confirm. Resp. effectum, qui non pendet in conseruari à causa posse magis durare, quam causa; eoquod habet vel pauciora contraria, vel debiliora, vt patet ex coloribus cuiusmodi sunt qualitates motiuæ; Nam una non est destructiua alterius effectiue, sed solum formaliter, & ideo, donec subiectum non habet dispositiones necessarias ad productionē alterius qualitatis incompossibilis semper ibi manet, etiam si sit in statu innaturali, vt patet ex dispositionibus de quibus in lib. de Gen.

Ad 3. Confir. passiones omnes non eodē modo conuenire subiectis; nam aliæ immediate, aliæ mediate cōueniunt, & huiusmodi sunt virtutes elementorum.

Passiones quomodo cōueniunt subiectis.

Ad 4. patebunt ex dicendis dub. seq. vbi ostendemus quomodo oriuntur ex qualitatibus.

D V B I T A T I O I I.

*An & quomodo qualitates motiuæ oriātur ex actiuis.*

A R T I C. I.

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio negat oriri ex illis, quorum aliqui putant esse formas elementorum, quos supra, & dicemus in lib. de Gen. cum de formis elementorum. Alij vero id probare possunt, quia prius non potest oriri à posteriori; sed hæ virtutes motiuæ prius conuenlunt elementis, quam actiuæ, ergo, minor prob. quia hæ cōueniunt elemētis, vt sunt partes constituentes vniuersum, actiuæ vero vt sunt principia mixtorum, sed prius conuenit elemētis esse partes vniuersi, quam principia mixtorum. Nam elementa primario sunt ordinata tamquam primæ partes vniuersi, & secundario ad mixta; ergo qualitates motiuæ, quæ conueniunt secundum gradum priorem, sunt priores qualitatibus alte-

al[illegible]ratiuus, quæ conueniunt ſecundum poſteriorem gradum.

Opinio di[c]ẽ[s] oriri ex actiuis.

Secunda opinio eſt dicentiũ oriri ex actiuis, vnde ſequitur eſſe his poſteriores Marſ. 2 de Gen. q. 7. Sax 3. cæl. q. 4. Zimara Theor. 18. Baccaſ. 4. metheor. in t. 30. 1. de Gen. t. 67. 2. de Gen. 15. & 23. Angeſtus l. 2. propriet. 7. formæ prop. 2. & eſt communis.

Hi tamen inter ſe diuiſi ſunt in explicantes qualitatibus, ex quibus oriuntur; Nam communis opinio aſſerit ſummam leuitatem oriri à calore adiuuante ſiccitate; grauitatem verò à frigore adiuuante etiam ſiccitate; nam humiditas impedit vtramque oriri in ſummo; nam cum humiditas partes aliquo modo conglutinet, nõ permittit partes ſummam raritatem habere; vnde natura expellit humidum impediẽs rarefactionem, & quia humiditas inducit quandã diffluentiam partium; nec permittit partes valde cõdenſari, vnde impedit ſummam grauitatem.

Alij leuitatem ex calore cum ſiccitate, vel cum humiditate, ſicut ex frigiditate, & ſiccitate, & frigiditate, & humiditate producitur grauitas, Angeſtus loc. cit. Not. 2.

Alij tamen cum Auerr. putant ſummam leuitatem ſequi ſummum calorem, at ſummam grauitatem ſummam frigiditatem, [illegible] ſi illis obijcias grauitatem aquæ, quæ non eſt ſumma, & tamen aqua eſt frigidior terra. 2. de Gen. 23. at ex 1. Meteor. terra dicitur omnium grauiſſima. Reſpon. Zim. Theor. 8. quod in mixtis ſumma grauitas ſequitur ſummam frigiditatem, at in ſimplicibus ſequitur ſummam ſiccitatem, quia grauitas, & leuitas non ſunt eiuſdem rationis in ſimplicibus, & mixtis ex Auer. 3. cęl. 9. & 1. Cantic. com. 13. imò nec in ſimplicibus omnibus ſunt idem 3. cæl. 9. vide Zimar. prop. 26.

Alij tamen differunt à præcedente, quod ſummam grauitatem dicunt conſequi ſummam ſiccitatem terræ, ſed obſtat grauitas aquæ, quæ eſt humida, & frigida, & tñ grauior aere. nam nõ poteſt aſſignari illius cauſa.

Vnde alij ponũt has oriri.

Alij 4. dicunt grauitatem, & leuitatem in ſimplicibus oriri ex varijs cauſis; nam in terra grauitas oritur à ſiccitate, ſed in aqua à frigiditate, nam cum ſit magis grauis, quam leuis, cum diſcendat in duobus elementis, vt Auer. 1. cęl. 17. ita magis frigida, quam humida, & ideo inſequitur frigiditatem maiorem, in aere vero grauitas ſequitur humiditatem. Et cum inſtas cur ſumma grauitas nõ ſequitur ſummam humiditatem aeris? Reſpondent id eſſe, quia eſt coniuncta calori rareficienti, & ſiccitas in terra eſt coniuncta frigiditati condenſanti, & ideo nõ ſunt cætera paria; Hinc ſũma leuitas ſequitur in igne ſummum calorem; nam in elementis habentibus contrarietatem ſecundum ambas qualitates, grauitas, & leuitas ſequuntur contrarias [illegible], vt patet ex dictis; nã virtus motiua terra ſequitur ſiccitatem, in aere humiditatem, in aqua frigiditatẽ, & in igne calorem, ſecus autem in habentibus ſymbolũ, vt patet ex dictis bene perpenſis, & ratio omnium eſt, quia elementa non ſunt eiuſdẽ rationis inter ſe, nec cum compoſitis comparata ex Auerroe loco citato, & hæc doctrina applicari poteſt etiam ad leuitatem.

2 Alij 5. ex Auer. putant quoad ortum harum qualitatum deberi haberi rationem diſtantiæ à cælo; nam quo elementa ſunt à cęlo diſtantiora, eo ſunt grauiora, & quo illo proximiora, eo leuiora, quia magis, vel minus diſtant à calore Solis. Vnde inquit Auer. diſp. 2. ad 21. ſumma leuitas ſequitur ſummum calorem, non abſolute, ſed cum tanta diſtantia, & quia terra maxime diſtat, ideo minor frigiditas propria ſufficit ad ſummã grauitatem. Hinc ſoluitur ratio, quod ſũmus effectus prouenit à ſumma cauſa, ſed ſumma leuitas à ſummo calore, ergo ſumma grauitas à ſummo frigore; ſic enim contrariorum effectuum ſunt contrariæ cauſæ. Reſp. veram eſſe maiorem, ſed negatur cõſequentia, quia datur in terra alia maioritas ſ. diſtantiæ à cęlo, & ſiccitatis, neque contrariorum effectuum ſũmitas debet oriri à ſũmitate contrariarum cauſarum, quando contrariæ cauſæ non ſunt ęquæ potentes, nec ſunt cauſæ adæquatę effectuum contrariorum, ex quibus patet has virtutes non ſolum inſequi qualitates actiuas, ſed etiam paſſiuas, ita Zim. Theor. 28. & 26.

Alij 7. cum Valleſio c. 48. de ſacra Philoſophia, qui licet neget has virtutes diſtinctas à ſubſtantia, quod etiam aſſerit Cæſalp. l. 4. cap. 15. tamen aſſerit id quod eſt craſſiuis eſſe grauius, quod tenuius eſſe leuius; probat ex motu ventorum, quorum materia ex Ariſt. eſt fumus, ſeu exhalatio, qui cum ſit tenuior aere turbido, & vaporibus pleno, & craſſior aere puro, & limpido, fit vt habeat varios motus pro diuerſitate medij. Quare exhalatio illa effertur vſq; ad locũ aeris nubibus plenum, ſed exiſtens in ſuperiore parte aeris puriori, inde deſcendit, quare cum eſt in loco ex quo neq; aſcẽdere poſſit, quia craſſius aere ſuperiori, neq; deſcẽdere, quia tenuior inferiore, neq; vbi poſſit cõſiſtere ob impedimẽtũ aliorũ corporũ, fit, vt lateraliter moueatur, ferat[q]; ſecum vndatim, aerem, & nubes.

Quod craſſius eſt grauius, quod tenuius leuius ꝑ alios.

## ARTIC. II.

*Opinio Auctoris.*

Grauitas, & leuitas non ſequuntur præciſe ad raritatẽ, & denſitatem.

PRima Concluſio, etiam ſi ſubiecta grauia, & leuia habeant raritatem, & denſitatem; tamen non ſequũtur præciſe ad raritatem, & denſitatem. Prima pars patet experientia elementorumquorũ, quæ grauia habent denſitatem, vt terra, & aqua, quæ leuia raritatem, vt ignis, & aer. Secunda pars probatur, quia grauitas eſſe poteſt cũ raritate, & leuitas cum denſitate, vt patet tum ex eo quod partes corporis leuioris, vt eſt aer, quo

ſunt

ſunt plures, eò conſtituunt corpus leuius, vt plures partes caloris corpus calidius, vt notat Scalig. exerc. 336. etiam ſi non ſequatur aliquando idem motus ob reſiſtantiã medij reſpectu corporis magis extenſi. tum ex eo quod eſt denſius aqua, & illa leuius ex c. 4. de ſenſ. & ſenſ. *Subtiliſſimum* inquit *omniũ humorum eſt aqua, & ipſo etiam oleo*, Scalig. exerc. 101. num. 7. Card. 5. de ſubtilitate. Pomp. 4. meteor. d. 88. Valleſ in cap 7. tum ex glacie leuiori aqua cũ ſuper eã ſupernatet, & omnia pinguiora, quæ tamen ſunt dẽſiora aquis, idem patet ex lignis, vt Scalig. loc. cit. nu. 19. & aqua ſalſa ſupernatat vino, & magis ſupernatat vino dulci, quã auſtero, cum dulce ſit calidius ex Ariſtotele ſect. 23. prob. nu. 26. & 27. & Scalig. exerc. 336 cum ex Cardano retuliſſet mel eſſe denſiſſimum, negat id verum in vniuerſa natura, vt .ſ. dẽſiſſimum ſit grauiſſimum.

Confirm 1. ex 3. cæl. 57. *eadem enim magnitudo* non videtur per coſtructionem fieri grauior, & 2. cæl. 20. *magnitudine, & paruitate definire grauia, & leuia ficto quidẽ aſſimilari*, at rarum, & dẽſum ad magnitudinem, & grauitatẽ reduci, patet 4 phyſ. t. 84. nam mutatio ex raritate in denſitatẽ eſt ex magnitudine in paruitatẽ & contra.

Confirm. 2. quia ex vi raritatis ponitur multa quantitas in parua materia, & contra ac vi denſitatis, vt patet non ſolum in inferioribus, ſed etiam in cælo, at hinc præciſe non ſequitur grauitas, & leuitas, tum quia experientia conſtat requiri alterationem aliquam ſecundum primas qualitates, vide Scalig. exerc. 74. n. 8.

Dices Ariſt. 4. Phyſ. t 84 ait, *Eſt autem ipſum denſum graue, & rarum leue*, & t. 89. *Denſum enim & rarum ſecundum hanc contrarietatem motus factiua ſunt.*

Reſp. ex infra dicendis conſtabit illas exigi ad generationẽ leuitatis, & grauitatis tãq̃ cõdictiones, ſine quib⁹ nõ, & diſpoſitiones, non autem vt principia actiua, vt optime Cyſalp. loc. cit.

3 Secunda Cõcluſ. ſingulæ virtutes motiuæ non ſequuntur præciſe ad vnam qualitatem actiuam. Primo, quia ſicut ſunt tantum duæ qualitates actiuæ, ita ſolum eſſent duæ motiuæ .ſ. leuitas conſequens calorem, & grauitas frigiditatem; ſed hæc ratio non ſatiſfacit; quia poſſet dici primo conſequi omnes quatuor motiuas ad quatuor actiuas; non enim eſt ratio cur ad humiditatem, & ſiccitatem non conſequantur aliæ mediæ virtutes motiuæ. Tũ ſecũdo, q̃a poſsẽt cõſequi actiuas am diuerſos gradus, nam ad ſummas ſequuntur virtutes motiuæ in ſummo; ad qualitates vero actiuas remiſſas cõſequi virtutes mediorum elementorum.

Singulæ virtutes motiuæ non ſequũtur præciſe ad vnã qualitatẽ actiuam.

Secundo prob nam non apparet quomodo ad vnam conſequantur, nam vel grauitas conſequeretur frigiditatẽ, & non quia ſic aqua eſſet grauior terra, cum ſit hæc frigidior. & aer mediæ regionis dum retinet ſuam raritatem, etiam ſi ſit frigidiſſimus non ſit grauis, vt patet quia non deſcendit, vel ad humiditatem, & neq; quia ſic terra non eſſet grauis quia non eſt humida, ſed ſicca, & aer eſſet grauis, non leuis, neq; ad ſiccitatem quia ſic ignis eſſet grauis cum ſit ſiccus, & aqua non eſſet grauis, quia eſt humida, & multo mixta ſunt leuiora, quæ tamen ſunt ſicciora rebus humidis grauioribus, nam de calore non eſt quod dubitetur; & idem dici poteſt de leuitate, quę non poteſt cõſequi calorem præciſe, tum quia ferrum ignitum & calidiſſimum, dum retinet ſuam denſitatem non ſit leue, ſed remanet graue, neq; obſtat quod illi calor ſit aduentitius, nam effectus neceſſario conſequens ad aliquam cauſam præciſo omni alio requiſito, & impedimento cõſequitur cauſam vbicumq; ponitur, ſic calor ferri calefacit, magis frigus quam dum eſt in ſubiecto connaturali, tum quia aer vel habet vel poteſt habere ſummum calorem, & tamen non habet ſummam leuitatem, idem patet de aqua feruenti, quæ non ſit leuis dũ non rareſit, ergo leuitas non oritur præciſe à calore, nam vt ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis quoad cauſandos effectus.

Tertia Concl. grauitas non oritur ex diſtantia à cælo, & leuitas ex proximitate ad cælum. primo, quia diſtantia à cælo, & proximitas ad cælos, vel ſummuntur ſecundũ ſe, & non poſſunt eſſe cauſa harum virtutum tum quia ſecundum ſe ſunt relationes quædam, quæ non ſunt actiuæ, tum quia diſtan à cælo cauſatur à grauitate, vt proximitas leuitate, nam conſequuntur ad vbi cauſat ex grauitate, & leuitate, ergo nõ poſſunt cauſare ſuam cauſam, vel ſummuntur vt connotant cælum, & tunc oporteret, vt hæ cauſa[...]rentur à cælo, quare redibit quæſtio ad cæl[...] per quid cauſet has virtutes motiuas, at ho[c] medium per quod cauſat non poteſt eſſe ni[ſi] inter qualitates primas, ex quibus omni[a] corporea oriuntur in elementis, & mixtis.

Grauitas nõ oritur ex diſtantia à cęlo, nec leuitas à proximitate.

Confirm. quia alioqui nubes, & exhala[...] tiones, quo magis aſcenderent eo magis d[e]berent fieri leuiores, quia ſunt proximior[es] cauſæ leuiganti, atq; adeo contra experie[n]tiam nunquam deſcenderent.

Confirm. 2. quia ſequeretur debere aq[uas] exiſtentes in profundiſſimis puteis fieri [le]uiores igne, quia ſunt proximiores Sole e[xi]ſtente ſub noſtro hemiſpherio.

Dices ex diſtãtia à cęlo cauſatur frigid[itas] & inde grauitas, vnde noctu ob diſtan[tiam] Solis vapores exiſtentes in aere decid[unt] propter grauitatem. Sed contra, tum [quia] diſtantia ſolis non poteſt poſitiuam frigiditatem cauſare, ſed ſolum priuatiuam, c[um ſit] abſentia quædam cauſæ calefacientis; [tum] quod dicunt grauitatem eſſe priuat[ionem] quãdam leuitatis, nõ eſt probabile, tũ [quia] nõ poſſet cauſare motum poſitiuum, tum [q]uia tã res deuenit ad qualitates cauſantes, [de] quibus nos diſputamus, quomodo aũt in[ſti]ligatur

tur dictum Arist. 1. meteor. c. 3. quod motus cæli per absentiam, & præsentiam sit principium harum qualitatũ dicetur infra.

Oriantur à primarũ qualitatum cõbinatione,

4 Quarta Conclusio, singulæ virtutes motiuæ oriuntur à primarum qualitatum aliqua combinatione, Niph. Buccaf. Marf. loc. cis. Venetus Algaz. 2. suæ phys. tr. 2. c. 2. Simpl. 1. cæl. com. 11. & 36 4. cæl. 30.

Prima pars prob. quia nõ potest assignari alia causa; nam hæ virtutes non producũt sui similes, quia non sunt actiuæ, & quia videmus produci leuitatẽ ex materia vbi nulla est leuitas, vt cum excitatur flãma ex ferro candenti, vel ex immersione ferri candentis in aquam exhalant vapores ex aqua ascendentes, Neqs oriuntur ex forma substantiali, vt patet ex dictis, & quia sæpe sunt repugnantes formis elemẽtorum, in quibus sunt; Neqi à densitate, & raritate, vt supra ostendimus; neqi ab alijs accidentibus, quia elementis non conueniunt alia adcidentia; & si quæ essent non apparet quomodo ex illis essent, vt ex perspicuitate, & opacitate. ergo solum manet, vt sint ab his qualitatibus.

Confirm. ex 2. de part. c. 1. vbi ait primã compositionem esse ex virtutibus elementorum, id est primis qualitatibus, *Cæteræ autem differentiæ eas sequuntur, vt grauitas, & leuitas, densitas, raritas, &c.* neq; dicas consequi formas substantiales illis positis, nam eodem modo ait has consequi primas qualitates, quo raritas, densitas, & cæteræ affectiones.

Confirm. 2. quia videmus calore, & frigiditate inducta in subiecta mutari has qualitas, vt dum aqua calefit inde vapores ascendere, & similiter exhalationes ex terra, contra vero frigiditate vapores noctu descendere, vt ros, pluuiæ, & similia. quod si aliquado ex his qualitatibus non oriuntur hæ virtutes motiuæ, id tribuendum, quod desint aliæ dispositiones necessariæ, vt infra.

Vna cõbinatio nõ sufficit, sed exigitur plurima

Secunda pars, non sufficere vnam, sed exigi plurium combinationem, patet ex dictis; nam ad singulas duas requirit Buccaf. 2. de Gen. loc. cit. .f. frigitatem, & siccitatem, vel humiditatem ad grauitatem, & calorem cũ siccitate, & humiditate ad leuitatem, vnde humiditas sẽper est requisita ad medias virtutes, & siccitas ad extremas; sed quidquid sit de singulorum combinatione, quod relinquo alijs exam ĩ andũ, certe illud certum est duas requiri, nam sicut singula elementa ad propriam perfectionem substantialem duas qualitates, tanquã primas dispositiones supponũt, ita etiam ex illis oriri debent aliæ secundariæ qualitates; hac enim ratione omnia subordinantur formæ substantiali ordinatim.

Confirm. 2. quia experientia constat grauitatẽ esse aliquãdo cum frigiditate, aliquãdo cum calore, & similiter leuitatem etiam præcise cũ frigiditate, ergo non sufficit vna ergo sunt necessariæ plures, at in elementis non sunt nisi duæ, ergo illæ exiguntur.

Quinta Conclus. combinatio qualitatum præcise non sufficit, sed exigit in subiecto certam dispositionem secundum raritatem, & densitatem. probatur experientia, nam multa sunt, quæ habent combinationẽ qualitatum necessariam, nec tamen habent has virtutes, quia desunt raritas, & densitas, quę sunt dispositiones necessariæ, vt ferrum candens habet calorem, & siccitatem, nec habet leuitatem, quia deest raritas. Conf. ex 4. phys. 85. *duo .n. sunt in vtroq; & denso, & raro, graue enim, & durum densa videntur esse, & contraria, leue enim, & molle rara, dissonant autem graue, & durum in plumbo, & ferro.* 5

Vbi deest raritas deest leuitas.

& t. 86. negans dari vacuum subdit, *nisi quis velit vocare vacuum, causam lationis, sic aut ipsius grauis, & leuis materia, quatenus huiusmodi erit vacuum, densum enim, & rarum secundum hanc contrarietatem*, id est grauis, & leuis, *lationis, factiua sunt, &c.* 8. phys. 55. grauitatem, & leuitatem reuocat ad densum, & rarum, & licet ibi vt notat Zim. contrad. 15. loquatur ex opinione aliorum, vt ostendat secundum omnium opinionem motum localem esse priorem alijs, siue rerum principia sint raritas, & densitas, vt antiqui, siue quatuor qualitates, vt ostendis 2. de Gen. 15. 7. phys. 51. tamen constat illas affectiones esse annexas, vt 3. cæl. 10. graue quidem densum quid, leue autem rarum quid, ex quo probat punctum nec graue esse, nec leue, quia non potest esse densum, & rarum cum careat partibus; Vnde Simpl. 1. cæl. 36. experientia inquit constat eo aliquid fieri leuius, quo rarius, & elemẽta dẽsissima esse grauissima, &c. & idem docet 4. phys. 90. D. Tho. ex Themistio in t. 85.

Confir. 2. nam experimus vapores aqueos ex vi caloris in vase distillatorio, ascendere vsque ad supremam illius partem, & adhuc magis ascẽderẽt, si pateret aditus, sed impediti & ibi refrigeratione condensati iterum descendunt, ergo raritas, & densitas sunt dispositiones ad generationem leuitatis, & grauitatis positis frigiditate, & calore cum alijs dispositionibus.

Contrarium sequitur Auer. 4. phys. 81. 3. cæl. 10. & Card. 5. de subtilit. nam 4. phys. 85 plumbum est mollius ferro, & tamen grauius.

Confirm. quia nubes ascendunt in aere, & tamen sunt densiores aere, quia nubes occultant Solis aspectum, ergo maior leuitas, est cum maiore densitate.

Confirm. 2. ex chrystallo, quæ est rara, & patet ex diaphaneitate, & tamen grauis.

Duritiea maior in ferro, grauitas in plumbo, & quare.

Resp. Aristotelem ibi docere plumbum esse mollius, non rarius ferro, & subdit graue, & durum esse in ferro, & plũbo dissot mia, quia .f. in ferro est maior durities, & in plumbo maior grauitas, & nihil ibi de raritate, & densitate; nam vt ibi Them Simpl. & D. Thom. potest esse, vt aliquid sit mollius, den-

densius, & grauius; causa autem cur plumbũ sit mollius, & grauius ferro, quia habet plus de humore indigesto, & inconcocto; contra vero ferrũ, humor autem ille indigestus efficit plumbum, etiam grauius: sed magis tractabile, quare vt ex mollitudine nõ potest inferri raritas, ita nec leuitas. At inquies 10. sect. Probl. n. 25. concoctum autem pilum efficit molliorem, concocta enim quæcũq; molliora inconcoctis redduntur, & hic putat pilos hominis quo longiores eo molliores, contra ouium quo longiores eo duriores, quia ibi nutrimentum est magis coococtum.

6 Resp. Dupliciter accipi concoctionem. Primo, pro terminatione humidæ substãtiæ, & ita negat humidum in plumbo esse concoctum; nam cum sit inconcoctum, & indigestum reddit partes molliores sicut quæ aqueæ. Secundo, pro separatione inter partes humidas, & siccas, seu terrestres, & ita accipit in problematibus, & sic concocta sunt molliora, quia ablatis partibus siccis, remanẽt humidiores, & sic molliores, q̃ qñ auferuntur humidiores relictis, terrestrioribus tũc corpora fiunt duriora, videndus Card. 5 de subtilit. & alibi. Hinc fructus quo magis maturi eo grauiores, quia habeot humores magis coctos, & explicat Scalig. exerc. 22 n. 11. grauitatem oriri, quia partes aqueæ, & aereæ exhalant, vt patet ex lateribus; hinc ait panem fieri spongiosum, quæ antea erat massa densa, quia partes separantur inter se, quæ antea cohærebant, sed de his legendi DD. 2. de Gen. in c 8 4. meteor. t. 29. & 30 Gal. 5. de simpl. med. facul. c. 3. & 4. Scalig. exerc 343. Argenter. in artem medicin. com. 3.

*Cõcoctio in metallis dupliciter sumitur.*

Ad primam Confirm. Resp. negando nubem esse densam, sed raram; nam in paucam aquam conuertitur; impedit autem solis aspectum, quia opaca; non enim est idem esse opacum, & densum; nam fumus est opacus, & rarus, crystallus vero perspicua, & densior nube. Nigredo autem illa in nube apparet, tum ob illius opacitatem, tũ magnitudinem profunditatis, quam lumen penetrare non potest, tum quia substantia rara à nobis remota apparet densa, eo quod visus nõ discernit distinctionem; Vnde nubes existentibus intra illas apparent perspicuæ.

*Nubes tollit solis aspectũ nõ quia dẽsa sed opaca.*

Ad 2. Confirm. Resp. esse quidem perspicuam, sed raram; non enim idem est perspicuitas, & raritas, vt patet ex gẽmis, & alijs huiusmodi perspicuis, & raris.

7 Sexta Concl. qualitates motiuæ oriuntur ab his qualitatibus primis in subiecto dispo sito independenter à forma substantiali elementorum.

Primo ex leuitate aquei vaporis, in quo ex cõi adest forma aquæ, & leuitas aeris, vel ignis, vt suo loco, & idem in exhalationib. terreis. Secundo ex humore herbarum, quę positæ in vase instillatorio emittunt humorem ascendeotem ex leuitate aquisita ex vi caloris rarefacientis, qui tamẽ est ex natura sua frigidus, vt patet ex humore rosaceo, qui ablato extrinseco calefaciẽte, se reducit ad suam frigiditatem, non secus, ac aqua, ac ex tali forma non potest oriri leuitas.

Confirm. 2. quia si orificium ollæ cooperiatur in operculo apparent guttæ aquæ subtiliores, quæ rarefactæ, & excalefactæ sursum ascenderunt per leuitatem, & tamen ibi cõseruatur forma aquæ, & idem apparet ex alijs Aromatibus fecundum se grauibus, dum calore rarefacta ex ipsis ascẽdit humor quidam conseruatis formis eorum substantialibus, vt patet ex odore, & alijs qualitatibus, & virtutibus, nec fit verisimile ex vi solius caloris fieri tam cito mutationem substantialem mixti.

*Varijs experientijs id probatur.*

Respondent io vaporibus non remanere formam aquæ, nec in exhalationibus formã terræ, sed facile refelluntur ex ijs, quæ ostendimus in Meteoris, nam si ibi non est forma aquæ nulla alia esse poterit, cum videamus vapores in pluuiam cõuerti, & exhalationes ncs accendi, vel transcendere in regionem ignis, & ideo non resolui in pluuiam cineritiam, quæ tamen aliquando apparuit, sed non sæpe, quia vel consumuntur accensione, vel simul cum aqua pluuiali miscẽtur.

Respondent 2. alij, hæc ascendere per vim attractiuam solis, sed grauius falluntur, quia hæc attractio debet fieri per communicationem alicuius virtutis, cum non fiat per contactum formalem, sicut vnus anulus trahit alterum.

## ARTIC. III.

*Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.*

PRimo obijc. non apparet quomodo huiusmodi virtutes oriri possint à primis qualitatibus, nam si dicant summam leuitatem oriri à summo calore, inde deberet cõcludi summam grauitatem consequi ad sũmam frigiditatem, quod tamen patet esse falsum, quia summa frigiditas est in aqua, & non sũma grauitas; nam cõtrariorũ effectuũ debet esse contrariæ causæ. Zim. theor. 36.

Resp. aliqui contrarios effectus exigere contrarias causas quando sunt primarij, ac non sic secundarij, quales sunt leuitas, & grauitas, sed non placet, quia secudarij sequuntur ad primarios immediate, ergo ipsi debẽt habere cõtrarias causas sui primarias.

Ego Resp. inde optime probari non sufficere vnam qualitatem, sed exigi combinationem plurium; vnde sũma leuitas oritur à calore posita siccitate, & summa grauitas à frigore posita siccitate; Nam humiditas impedit summitatem vtriusq; virtutis; siue quia impedit debitam rarefactionem ob tenacitatem quandam, quam inducit, & summam densitatem ob partium quandam diffluentiam, vel quia sicut siccitas adiuuat vtriusq;

vtriusque actionem; nam humiditas eandem obtundit, & ideo non potest esse dispositio ad summas, sed ad medias virtutes.

Dices Secundo, hæ qualitates differrũt specie, ergo non possunt oriri ab eadem siccitate, & quia simplices, non possunt oriri à combinatione duarum qualitatum.

Confirm. quia qualitates hæ habent vni-
2 tatem per se, ergo non possunt oriri à virtute per accidens duarum qualitatum.

Confirm. 2. quia proprietas conuertibilis non potest oriri ab accidentibus communibus.

Simplex forma pōt oriri à pluribus.

Resp. illas non produci solum à siccitate, sed cũ duabus qualitatibus specie distinctis coniuncta, quæ cũbinationes specie distinguuntur. Neq; est nouum simplicem formã oriri à pluribus, vt patet, tum ex formis simplicibus elementorum, tum ex formis mixtorum, quę non solum producuntur à combinatione duarum qualitatum, sed & qualitatũ contrariarũ, & sicut siccitas cõbinata cum cõtrarijs qualitatibus cõcurrit ad productionem formæ terræ, & ignis; ita etiam ad eorũ virtutes motiuas oppositas, & vnus actus producitur à potentia, specie, & habitu, quare non mirum vnum produci à duobus, vt neq; mirum vnum duo producere, vt formam ignis calorem, & siccitatem, & sic in alijs.

Resp. 2. potest singulas non produci elicitiue primo à cõbinatione qualitatum, sed ab vna, sed positas in subiecto sufficiente dispositione secundum aliam qualitatem primam, vt dicitur de dispositione ex raritate, & densitate. Hinc patet quomodo simplex producetur à causa compositionẽ includente; nam solum est proprium primarum non oriri ex alijs, at secundariæ omnes exigunt aliquam compositionem, siue mixtionis, siue excludẽtem mixtionem, quomodo dicimus cæli naturam esse simplicem .i. non mixtam.

Ad primam Confir. Resp. intendere pro-
3 bari nullam formam posse oriri, vel exigere dispositionem ex pluribus qualitatibus, quia hæc dispositio est quid vnum per accidens, vnde patet ibi sufficere virtutem per se perseitate intentionis naturæ, quia est actio naturæ, ad quam est impertinens perseitas essentiæ.

Ad secundam Resp. proprietatem pendere à combinatione dispositionum, quæ est similiter passio formæ, licet singulæ qualitates sint accidentia communia, quod tamen alij negant, dum putant singulis correspondere gradum communẽ, quem per se consequuntur.

Obijcies secundo, quia si hæ qualitates orirentur à primis; maximè leuitas oriretur
4 à calore, & grauitas à frigore, sed hoc est falsum tum quia multa mixta calidiora sunt grauiora frigidioribus, vel æque, vt aurum est calidius argento, & tamen æque graue: tum secundo, quia aqua est frigidissima, & tamen non est grauissima, nec dicas deesse

Grauitas maior habetur à calore maiori, & a frigore.

densitatem; nam ipsamet densitas oritur à frigiditate; tertio, quia secunda regio aeris, est frigidior infima, & aer in suo polo est frigidissimus, & tamen est leuior aere sibi subiecto.

Confirm. 4. quia aliquando aqua est calidissima terra, marmor, &c. & tñ non ascendunt, tum 5. quia oleum maximè frigefactũ semper descendit infra aerem, & ascendit supra aquam; ergo virtus motiua olei non variatur variato calore; tum sexto, quia remissis qualitatibus terræ non multum remittitur grauitas, ergo non pendet ab illis, ex quibus etiam patet neque produci ab his qualitatibus, & instrumentis, quia ablato instrumento aufertur actio formalis agentis.

Resp. rectè probari non oriri à solo frigore, vel calore, sed positis alijs dispositionibus. Ad primam probationem Resp. debere dici in mixtis oriri à forma substãtiali, vel temperie; ad secundã patet ex dictis, quod non sufficit sola frigiditas.

Dices, in mixtis ex grauitate, & leuitate non colligimus temperiem primarum qualitatum, nam aliquando videmus calida grauia, aliquando leuia, & contra, quæ leuia aliquando frigida, aliquando calida, at semper ex illis colligimus prędominium formæ substantialis elementaris, vt omnia grauia dicimus terrea, & leuia aerea, vel ignea. Ex hoc rectè probari formam existentem in mixtis conferre ad construandas has virtutes motiuas, & ideo mixta, in quibus prædominatur terra esse grauiora, etiam si mutetur aliquanto aliqua ex predictis, vt infra.

Ad tert. ex illa frigiditate non oriri grauitatem; nam deest densitas, quæ non oritur à frigore in quolibet subiecto, vt patet ex frigiditate aeris, qui est in media regione, sed habente certas dispositiones, v. infra; vnde licet calor, qui est causa leuitatis corrumpatur: non tamen corrumpitur leuitas, quia ab illo pendet in fieri, & non in conseruari; vnde cum leuitas non excludatur formaliter à contraria, ibidem manet, ex quo patet has qualitates solum corrumpi producta opposita qualitate; nam alioqui non est ratio cum in secunda regione aeris non corrumpitur leuitas, ex ablatione præcisæ causæ efficientis, vt lumen corrumpitur.

Ad 4. patet ex dictis, quia non producitur leuitas ob defectum raritatis, vt supra.

Ad 5. etiam patet ex dictis, quia ex frigiditate non perdit leuitatem aeream.

Ad 6. non remitti præcisè ex remissione illarum, quia debet produci qualitas opposita.

Hinc patet solutio cuiusdam problematis. cur oleum sit in aere æquè graue, vel grauius aqua, & tamen in aqua est leuius, nam in aqua supernatat, & in aere descendit citius, quam aqua. Respondeo, esse grauius aqua ob grauitatem terræ admotam, nam dum est in aere partes aqueæ, & terreæ trahunt deorsum resistẽte solum leuitate ignea, quia

Cur oleũ in aqua est leuius.

aerea nihil ibi facit, quia non trahit extra locum aeris solum, sed in aere grauitas aquea trahit deorsum, at dum oleum est in aqua, grauitas aquea nihil facit, quia non extrahit aerem extra locũ aquæ, sed solũ terra trahit deorsũ, vt leuitas ignea, & aerea sursũ trahit, quare vincunt, vnde locus naturalis olei est supra aquam, & infra aerem, & tantũ ascendit ad locum aquæ, quantum aeris.

Cur lignum velocius mouetur per aerem alio mixto terreo.

Hinc etiam fit cur oleum, vel lignũ possit velocius moueri per aerem, quam aliud mixtum terreum, quia .s. fieri potest, vt grauitas aquæ in oleo sit maior, quam grauitas terrea in alijs mixtis, & ita est causa maioris velocitatis; neque quælibet particula grauitatis terreæ citius mouet per quemlibet locum, quia id non habet ex propria specie, sed ex intensione maiori, vel densitate, nam ex propria specie habet, vt moueat ad locũ infimum, vt sit sub omnibus elementis.

Vnde cognosci põt vnũ corpus esse grauius altero.

5 Hinc denique patet solutio alterius quæstionis, vnde cognosci possit vnum corpus esse grauius altero, de qua Saxon. 3. cæl q.3. Archim. de his, quæ vehuntur in aquis.

Resp. quãdo qualitates motiuæ sunt eiusdem speciei colligi potest ex magnitudine corporum motorum, an sit æqualis, vel inæqualis, non quidem in ordine ad extensionem localem, sed in ordine ad se, tũ ex inæqualitate velocitatis motus per idem medium.

Si vero sint diuersæ speciei non poterunt esse æquales, sed illa dicetur perfectior, quæ defert corpus supra, vel infra aliud, vt maior dicitur grauitas mellis, quam abietis, quia mel fertur infra aquam, & abies supernatat.

Dices, an qualitates diuersæ speciei sint eiusdem intentionis, cum per idem medium æquali velocitate ferant corpora æqualis dẽsitatis, & raritatis.

Velocitas aliquando variatur ex figura, & ex medio.

Resp. velocitatem aliquando variari ex figura, & ex medio, nam figuræ latę medium magis existit; sed si ponantur omnia paria probabile est ex æquali velocitate posse inferri maiorem intensionem vnius grauitatis, quam alterius, vt aquea grauitas sit intensior terrea, & idem dicitur de leuitate aerea, & ignea, dum æquali velocitate moueretur sursum; nam cum qualitates in extremis elementis sint perfectiores: debent positis cæteris paribus citius producere effectus, quam qualitates motiuæ elementorum mediorum, quia vbi est essentia perfectior, inde sequi debet actiuitas maior, vnde si ex illis sequuntur æquales effectus, necessario qualitas imperfectior debet habere maiorem intensionem, vt compenset maiorem actiuitatem qualitatis perfectionis, nam cum cætera omnia posita sint paria, non põt esse discrimen; nisi in intensione.

Deniq; hinc patet quid dicendum sit de qualitatibus motiuis mixtorum.

Resp. 1. plerumq; dici potest oriri in illis ex cõbinatione qualitatũ, vt patet in liquoribus expressis ex arboribus; nam si calefiat, & rarefiant, euadent leues; si frigefiant, & densentur sunt graues; sed hoc non potest vniuersaliter esse verum, cum multa videamus esse densa, & leuia, multa rara, & grauiora alijs densioribus, vt supra diximus ex 4 cæl. 28. & ratio est, quia cum hæc mixta fiant ex substantijs elementorum, oportet, vt in ipsis mixtis remaneant qualitates elementorum, licet refractæ, cum igitur accidit, vt in mixtis sint plures partes terreę, mixtum erit graue, cum plures partes sunt aereæ, vel igneæ erit leue, & quoniam non omnes partes mixti sunt eiusdem rationis, sed aliæ sunt magis aereæ, aliæ magis terreæ, hoc fit, vt propter partes terreas mixtum sit densum, & propter aereas sit leue, & hoc voluit Arist. 20. sect. problem. & sect. 31. probl. 22, cum dixit oleum esse omnium liquorum tenuissimum, & ideo facile omnia permeare, quia est ratione illarum partium lubricorũ, vt ibi App. & Vall. 4. meteor. in c. 7. Buccaf. t. 40.

Oleũ ex Arist. tenuissimum est omnium liquorum.

Deinde dici potest quandam qualitatem motiuam in esse remisso consequi formã mixti, ratione prædominantis elementi; nam sæpe qualitates primæ ob remissionem, & refractionem sunt insufficientes ad producendas motiuas illas qualitates. 6

Colores vnde fiunt.

Conf. ex coloribus, qui licet similiter fint à primis qualitatibus, tñ probabile ẽt est manare à formis substantialibus, cum videamus mixta, natura inter se opposita habere eosdẽ colores, vt albedo in niue, & calce.

Conf 2, quia alioqui non posset reddi ratio cur aliqua mixta calidiora, & humidiora, vel sicciora alijs sint nũc leuiora, nunc grauiora; vt oleum est leuius vino: cum tñ vinũ sit rarius, & calidius oleo, & similiter sunt alia mixta densiora, & frigidiora aceto, & tamẽ illo leuiora, & multa ligna sunt leuiora multis humoribus, cum tamen sint densiora, & frigidiora, ergo non potest huius diuersitatis ratio sumi ex primis qualitatibus, densitate, & raritate, ergo debet dari alia causa. hæc non potest esse nisi forma substantialis

Confirm. 3. potest, nam videmus in aliquibus mixtis, esse virtutem æqualem, ac in elementis, vt v.g. grauitas auri, & plumbi est æqualis grauitati terræ, & tamen in illis mixtis qualitates primæ sunt remissiores: quia refractæ, ergo debet dari aliud principium tantæ grauitatis, hoc autem est forma, neque tamen hinc concedi debet in aliquo mixto esse intensionem grauitatem, quam in terra; nam terra vendicat sibi infimum locum, quia opponitur igni existenti in supremo loco, neque obstat quod plumbum, & aurum in æquali quantitate, ac terra, velocius descẽdunt; nam id est, vel quia apud nos non est terra pura, vel quia illa mixta sunt densiora, & ideo habent plures partes grauitatis.

Plumbũ, & aurum quare velocius descẽdunt in æquali quãtitate, ac terra.

Lege Alex lib. 2. probl q.72. Lemnium lib. 2. de naturæ miraculis c.6. Conimb. lib. 4 cel. c. 7. q. 1.

D V

## DVBITATIO III.

*De ordine inter qualitates motiuas, & alteratiuas.*

1 Causæ alteratiuæ sunt causæ motiuarum.

DE hac quæstione pauca sunt dicenda; ex dictis .n. eius solutio patere potest; nã cum causa sit prior effectu, & alteratiuas diximus esse causas motiuarum, constat alteratiuas esse priores.

Conf. nam generatio subiecti est prior motu locali, quia omnis motus supponit subiectũ, sed alteratiuæ sunt priores subiecto mobili, quia disponũt ad generationẽ subiecti, ergo sunt priores ẽt motu locali, ergo ẽt virtutis motiuis, quæ sunt ad motum localem.

Responderi pòt alteratiuas esse quidem priores in genere causæ efficientis, non tamẽ prius conuenire subiecto, q̃ virtutes motiuę, quia virtutes motiuæ sunt immediate consequentes formã; vnde dici posset subiectum alteratiuarum esse mãm primã, motiuarum vero immediatum subiectum esse formã; sed contra, quia cum in genere causæ efficientis sint priores, & vt efficientes debent existere, nec possunt existere nisi in subiecto, ergo ẽt vt sunt in subiecto sunt priores; neq; his obstat q̃ motiuæ sint à formis, tum quia ꝓbãmus id esse falsum, tum quia cũ materia sit prior forma, ẽt subiectiue erunt priores; præterquamquod multi putant qualitates primas esse in toto cõposito, & qui putant esse in materia, idem dicent de motiuis, & alijs huiusmodi qualitatibus, de quibus in 1. de Gen.

Quomõ intelligitur q̃ motus localis sit prior omnibus motibus.

Dices 8. Phys. t. 55. & 56. motus localis est prior omnibus motis, ergo & principia eorũ. Resp. non intelligi respectu eiusdẽ subiecti, nam certum est prius rem produci, quã moueatur localiter; sed dici motũ localem esse priorem à toto genere, quia inter motus est motus cæli, qui est prior omnibus motibus inferiorum; nam ab ipso dependet inferiorum conseruatio, & continua rerũ ꝓductio.

Secundo dici potest priorẽ in diuersis subiectis respectu diuersorum subiectorum, nam cum alij motus requirãt approximationem actiuorum, & passiuorum, & hæc approximatio fiat per motum localem 8. phys. 57. merito motus localis dicitur prior.

Dices 2. in re constituta per se prior est actio virtutis motiuæ quam alteratiuæ; nam res producta si non est in proprio loco, vbi qualitas motiua quiescat, prius conatur eò tendere, quã producere sibi simile per qualitates actiuas 8 phys. 57. quia ordinatur ad propriam perfectionem.

Resp. ex argumento patere solutionẽ; nã producta in proprio loco non mouerentur, & producta extra mouentur, vt se perficiãt; qua rõne ẽt producta in dispositione innaturali secundum primas qualitates adhuc prius mouerentur ad illas, vt se perficerent.

Dices 3. an reliqua ratione qualitates motiuæ possint dici priores. Resp. affirmatiue. Primo, vt elementa sint partes vniuersi; nam habẽt situm ex qualitatibus motiuis, & hoc nobilius etiam est, quam concurrere ad mixtionem, quia hac ratione elemẽta sunt primariæ partes vniuersi.

Quomõ dicantur priores.

Secundo, qui habent prioritatem dignitatis; nam motus localis supponit subiectum perfectum, & ideo ponit minimam variationem subiecti 8. phys. 58. 59. 60. & videntur qualitates motiuæ esse magis inseparabiles ab elementis.

Hinc opiniones diuersæ facile conciliari possunt, si sequens distinctio adhibeatur. 2 Diuersæ opiniones, vt possint cõciliari.

Primo, via generationis actiuæ sunt priores, vt patet.

Secundo, elementis secundũ se, & vt partes vniuersi motiuæ priores, quia actiuę sunt in ordine ad mixtum.

Confirm. quia motiuæ sunt maxime connaturales elemẽtis, vt patet ex ipsarum inseparabilitate, qa ab illis nõ cõuertitur substinendi cõsequẽtia ad actiuas, quia valet aqua est frigida, ergo grauis: non tñ est grauis, ergo frigida, quia potest esse calida.

Tertio, etiã elementis in ratione naturalis priua sunt motiuæ, quia dicuntur naturalia à natura, naturæ autem propriũ est esse principium motus eius, in quo est.

Quarto, simpliciter actiuæ sunt perfectiores, quia causant alias, magis operãtur cũ ꝓducant qualitatem aliquam realiter, & quia cõsequuntur formas immediate; sed motiuæ consequuntur mediate .f. ratione dispositionum materialium.

## QVAESTIO III.

Quot sunt species qualitatum motiuarũ.

1 Genera motiuarũ qualitatum sũt quatuor iuxta elemẽta

RESp. 1. quæ nãliter mouent earum genera reuocantur ad quatuor, sicut sũt quatuor elementa, quorũ duo dicuntur extrema, & duo altera dicuntur media, vnde fit vt virtutes motiuæ sint quatuor, duæ .f. extremę, & duę medie .i. grauitas simpliciter, quæ conuenit terræ, leuitas simpliciter, quæ conuenit igni, quæ sunt extrema elementa, grauitas sm quid, quæ conuenit aquæ, & leuitas sm quid, quæ conuenit aeri, de quibus infra dicemus.

Resp. 2. qualitates motiuæ innaturales reuocari possunt ad tria genera; vel .n. sunt expulsiuæ, qualis est impetus impressus lapidi sursũ moto; vel .n. sunt attractiuę, vt est qualitas impressa ferro à magnete, & forte quę à medicamentis imprimuntur humoribus, dũ illos attrahũt; vel sũt rotatiuę, seu giratiuę cuiusmodi forte ẽ virtus motiua Rotæ, sed cũ Arist. dicat hunc motum constare ex tractu, & pulsu videtur dicendum virtutem, à qua est hic motus esse compositam ex trahente, & impellente, sed his addi potest virtus motiua animalis, quæ partim est naturalis, & partim violenta, vt suo loco dicetur.

## QVAESTIO IV.
## De natura, & compositione qualitatum elementarium.
### DVBITATIO I.
*An qualitates motiuae mediorum elementorum sint simplices, an compositae.*

### ARTICVL. I.
*Opiniones Doctorum.*

1. Opin. dicẽtium esse compositas.

PRima opinio est dicentiũ qualitates mediorum elementorũ non esse simplices, sicut sunt qualitates extremorũ elementorũ; sed cõpositas ex grauitate, & leuitate extremorum cũ discrimine tñ, nã in aqua excedit grauitas, & in aere leuitas, sicut colores medij componuntur ex extremis; dici tñ qualitates simplices sm̃ quid, quatenus singulæ sũt principiũ vnius motus simplicis, & deferũt corpus simplex ad vnũ locum, refert illã Niph. in 1 destruct. destr. colligit ex Auer. 1. cæl. 17.4. cæl 20.29. disp. 1. cõtra Algaz. vbi ait media esse cõposita ex extremis indicat Simpl. 1. cæl. com. 11. & 36. Hinc infertur nõ differre inter se specie, sed sm̃ magis, & minus tribuitur D. Th. 2.2. q. 2. a. 3. dicentis ad perfectionem inferioris naturæ requiri motum sm̃ propriam naturam, & alium secundum motum superioris naturæ, vt aqua sm̃ propriam naturam mouetur ad centrum, & sm̃ motum lunæ per fluxum, & refluxũ, & idem docet q. 22. de veritate art. 13. & 3. contra Gen. c. 100. vnde si esset foramen vsque ad centrum eò confluerer aqua, fortè, quia cum sit corpus fluidum indiget corpore eam substentante, sed id repugnat Arist. 1. cæl. c. 2. vbi ait vnum posse moueri ad locũ alterius, nõ tamen naturaliter, & idem repetit. 2. cæl. c. 14. quia vnicuique corpori simplici vnus motus est naturalis, ex quo patet nõ differre secundum magis, & minus, quia sic haberent eundẽ locũ, lʒ per motũ magis, vel minus velocẽ, vt dicitur de calore maiori, & minori.

2 Opin. has quãtes esse simplices.

2. Opinio est dicentium has qualitates esse formaliter simplices, ita Alber. 4 cæl. tract. 2. c. 4. Auer. 4. cæl. 24. Primo probant, quia singulorum elementorum motus est simplex 1. cæl. 57. 3. cæl. 35. 41. ergo etiam principia illorum debent esse simplicia Resp. id esse in modo principiandi, non in modo essendi. Sed contra, quia causa simplicitatis, quæ est in modo principiandi, oritur ex simplicitate in modo essendi, quia in se est simplex.

Motus sequitur virtutem predominãtem.

Confirm. quia quando in vno sunt plures virtutes motiuæ, motus sequitur virtutem prædominantem, ergo si in elementis sunt plures virtutes; mouebuntur ad motũ prædominantis. q͞ est propriũ mixtorũ. 1. cæl. 7.

Confir. 2. quia qualitates motiuæ oriuntur ex qualitatum actiuarum cõbinationibus sed in elementis nõ sunt plures combinationes qualitatum actiuarum, quam sint corpora simplicia. Ergo.

3. Quia 4. cæl. 26. & 27. probat Arist. ex quatuor virtutibus motiuis quatuor elemẽta, sed si qualitates mediorũ essent mixtæ, id non posset probari; quia deberent esse plura, vt pluribus modis cõbinari possint qualitates motiuæ extremæ. Conf. quia elementa media manerent in proprijs locis violenter q̃a in aere v.g. grauitas terræ niteretur deorsum mouere; quare detineretur violenter à leuitate ignea, neq; dici põt non niti in contrariũ, q̃a grauitas terræ ex nãra sua tẽdit ad cẽtrũ, nã inde ẽ cõtrarietas lcg. Marsi. 2 de ge. q. 7. Z. m. verbo grauitas. Cõf. 2. q̃a vel habẽt virtutes illas æquales, & sic neq; sursum, neq; deorsum mouerentur, vel alterã excedentẽ, & mouerentur ex motu prædominantis elementi, quod est proprium mixtorum. 1. cæl. Confir. 3. quia à forma simplici non possunt oriri qualitates contrariæ, ẽt cũ esse remisso, vt patet in actiuis, nam si vna erit illi naturalis, altera erit violẽta, alioqui omnia essent composita.

Cõpositũ duplex vere, & metaphoricè.

Dices 1. cur igitur Perip. vocãt has qualitates esse cõpositas ex Arist. 2. de gen. t. 22. *extrema*, inquit, & *sincera ignis, & terra, media* aũt, & mixta magis aqua, & aer, ex vtraq; virisque contraria; igni .n. contraria aqua, aeri aũt terra, hęc enim ex contrarijs passionibus constituta sunt.

Resp. dupliciter dici aliquid compositum. p. realiter qñ verè aliquid ex duobus constituitur. 2. metaphoricè, qñ .s. comparatiue ad extrema videtur cum vtraq; conuenire, & ita in casu nostro. nã locus aeris respectu loci ignis dicitur deorsum, respectu loci terræ dicitur sursum, & hoc indicauit Arist. 4. cæl. 29. docens aerem esse grauem, & leuem. .i. habere qualitatem quandam, qua posset moueri ad locum, qui respectu diuersorum dici põt sursum, & deorsum; idẽ indicat t. 26 & 27. vt ibi Auer. & Niph. & ideo aqua respectu terræ dicitur leuis, respectu vero aeris dicitur grauis, sic ẽt aer est grauis respectu ignis, & leuis respectu aquæ, & huiusmodi qualitatẽ retinent vbicũq; sunt.

Grauitas, & leuitas quomõ nõ significent peculiarẽ qualitatem.

Dices 2. graue dicitur q͞ mouet ad mediũ, leue q͞ mouet à medio 1. cæl. 17, ergo cũ aer in aqua ascendat, & in igne descẽdat erit leuis, & grauis, ergo hẽt vtrãq; qualitatẽ mixtã. Confir. ex 3. cæl. 29. 4. cæl. 27. vbi ait omnia elementa præter ignem habere aliquid grauitatis; nã sicut rubedo est color medius inter candidum, & atrum, ita qualitas aeris, & aquæ. Resp. vtrumq; motum terræ præstari ab aere simplici quadã virtute motiua, qua vndiq; mouetur ad proprium locum .s. esse sub igne, & supra aquã; vnde hæc duo nomina grauitas, & leuitas non significant peculiarem quandam qualitatem. sed grauitas significat quamlibet virtutem, qua mouetur res ad medium; leuitas, qua mouetur à medio; & quia virtutes mediorum elementorum, etiam si simplices sint, aliquando mouentur ad medium, aliquando à medio, ideo dicuntur nunc grauitas, nunc leuitas;

de-

dominatio autem simpliciter fit, vel ab eo, qui frequentius accidit, vt aeri ascendere, & terræ descendere, vel quia aer est supra duo elementa, vt aqua sub duobus elementis. Vnde vnum magis accedit ad leuitatē ignis, alterū ad grauitatem, hinc est, vt aer dicatur leuis, aqua grauis; verè tamen, nec ibi est grauitas, vel leuitas, quæ conueniunt extremis elementis, sed habent quasdam virtutes simplices, sine ammixtione qualitatum extremarum, quæ denominantur ob carentiam nominum à virtutibus extremis, cum determinatione secundum quid.

*Quare aer dicitur leuis aqua grauis.*

Ad Confirm. Resp. ibi nomine grauitatis non intelligitur qualitas motiua terræ, sed virtus mouens ad medium, sed motus ad medium non specificat vnam virtutem motiuam, nam hæc specificatur ex motu ad esse supra infra tale, vel tale corpus, & qa omnia elementa, præter ignem, mouentur aliqua ratione ad mediū, ideo dicit omnia habere aliquid grauitatis; hinc 1. cæl. t. 17. omnem motum deorsum dixit esse à grauitate, & eodem modo patet ad similia loca.

Dices tertio, aeri conuenit naturaliter duplex motus specifice distinctus .s. deorsum, & sursū, ergo duplex qualitas motiua, quia simplex qualitas vnum specie motū efficere poterit. Antec. patet ex Simpl. 1. cæl. 36. q; aer ex igne descendat, & ex aqua ascendat, hi autem motus specie distinguuntur, tum quia sursum, & deorsum sunt loca specie distincta, tum quia ascensus, & descensus
3 sunt contrarij, ergo specie distincti, tum tertio, quia aer mouetur à duplici termino à quo, ergo habet duplicatum terminum ad quem, saltem formaliter distinctum; Nam ex varia ratione, à quo formaliter sumitur varia ratio formalis termini ad quem; neq; dicas aerē naturaliter ascendere, sed descendere ad replendum vacuum, quia eadem ratione potest dici ascendere, & præterea habere debet vim acquirendi proprium locum, quando est extra illum.

Respondent quidam negādo eos motus distingui specie, quia semper sunt ad eandē superficiem continentis; Vnde ad 1. probat. Resp. sursum, & deorsum non variari specie, nisi ex continente distincto specie, quod connotatur, quod non est hic, quia vtroq; motu aër mouetur, vt sit supra aquam, & infra ignem.

*Sursum, & deorsum quo modo varientur specie.*

Ad secundam negant esse oppositos, quia non sunt per idem spatium, neq; ad contrarios terminos, sed ad eundem terminū; neq; sunt apti se impedire; dicuntur tamen sursum, & deorsum, quia locus respectu extremorum habet rationē sursum, & deorsum; simpliciter tamen dicitur ascēsus, quia semper est vt sit super duo elementa, sed hoc patebit ex dicendis de motu locali.

Ad tertiam neg. terminus, à quibus formaliter sumptos distingui, quia habēt oppositionem ad eundem terminum, ad quem formaliter; semper enim dicunt negationem talis situs .s. esse sub igne, & supra aquam.

Respondent 2. alij negando vnam virtutē simplicem non posse efficere duos motus specie distinctos; cum vterque motus defert motum ad vnum situm, & hoc mihi placuit in physicis, vt ibi dixi, addit Simplicius aerē solum ascendere, licet minus, quam ignis; vnde cum magis, & minus non varient speciem, non erit ibi distinctio specifica, neque aerem ascendere ad replendum vacuū, sicut descendit, quia videmus aerem ex aqua generatum, statim ascendere, nullo ibi existente vacuo, immo ipse condensat aerem superiorem, vt ascendat.

*Vna virtus simplex pōt efficere duos motus specie distinctus*

## DVBITATIO II.

*An qualitates motiuæ mediorum elementorum specie differant inter se, & à qualitatibus extremorum.*

De hac re Buccaf. 2. de Gen. t. 23. diff. 3. Niphus 2. de Gen. t. 28. q. 5. Angest. lib. 2. de prop. for. prop. 7. dub. 2. Masius disp. de loc. sect. 2. q. 3.

### ARTICVLVS I.

*Explicantur terminis, & sensus quæstionis.*

PRimo Notandum, constare grauitatem terræ, & leuitatem ignis distingui specie; nam mouent ad opposita loca, & motum, quem potest vna efficere, nulla rōne potest alia, sed quando aliqua sunt idem specie, nihil potest effici ab vno indiuiduo, quod non fiat ab alio. Difficultas igitur est, de qualitatibus motiuis mediorum elementorum. Vnde Not. 2. grauitatem, & leuitatem dupliciter posse augeri intensiue .s. addendo plures gradus leuitatis, vel grauitatis. Secundo extensiue, .s. addendo plures partes rei grauis secundum eandem intensionē, vt cū carni existenti in statera additur caro. Hinc patet, non rectè colligi maiorem grauitatem, vel leuitatem ex eo quod aliqua magis, vel minus ponderent; nam potest fieri, vt quod est grauius intensiue, minus ponderet, quam graue in magna quantitate; vt paruum plumbū est grauius magno ligno, licet hoc magis pōderet; Vt igitur cognoscatur maior grauitas intensiue, debet sumi in subiectis eiusdē quantitatis, & tunc quod est maioris ponderis, erit intensius graue, vel potest id deprehendi si res ponderet in pluribus corporibus; nam quod ponderat v. g. in aere, aqua, id est grauius, eo quod ponderat tantū in aere, & supernatat aquæ; vnde ingens lignum licet grauius sit in aere, quam paruū plumbum, quia tamen plumbum in aqua ponderat, & aquæ supernatat, ideo plumbū est grauius intensiue, licet hoc experimentū sæpe fallax reddi possit ex multis, quæ possunt accidere.

1 *Virtus motiua augeri potest intensiue, & extēsiue.*

20 Tertio Not. quosdam existimare maiorē, vel minorem grauitatem intensiue causare velocitatem, & tarditatem lationis, neque ad id conferre grauitatem extensiue, vnde in quiunt velocius moueri exiguum lapidem, quam ingens lignum, nisi forte sit adeo exiguus, vt fluctuet, vel sit differentia aliqua ex parte figuræ, q̄ & experiētia dicūt patere, & ratione probat Them. tract. de proportione motuum; nam velocitas motus, vel oritur ex spatio, vel ex quātitate, vel figura mobilis, vel resistentia medij, vel ex maiori, vel minori virtute motiua, sed primæ causæ sunt eędem respectu cuiuscumq; mobilis, quia ex illis oriri non potest, vt vnum mobile velocius alio moueatur, & ponimus eādem figuram in vtroque mobili, neq; ex medio, quia ponimus esse æqualis resistentiæ, & si cui deberet magis resistere, id esse deberet maius mobile, cui resistit secundum plures partes; quare tota ratio distinctionis in motus velocitate est virtus motiua, quæ quoniam ex additione partium quantitatiuarū non intéditur, eadem velocitate mouebitur maius, & minus corpus.

Velocitas motus vnde potest oriri.

Confirmatur, quia ita se habet maior virtus ad maius corpus quod mouet, vt minor ad minus, ergo cum eadem sit proportio, eodem modo debet mouere, vt videtur ratiocinari Arist. 7. phys. à t. 35. & Auer. 4. phys. 71. 7. phys. 35. 1. cæl. 36. de quo fusè Braduard. tr. de proport. motuum, quod explicari pōt exemplo hominum trahentiū pondus, nam sicut quilibet per se habet suā virtutem motiuam, & cum simul plures vniuntur, maius pondus trahere possunt, nō tamen velocius, quam singuli per se, ita quo plures partes rei grauis veluti indiuidua vniuntur, eò etiam maius corpus mouere possunt; non tamen velocius mouebunt, quod si obijcias experientiā, quod duo velocius ferant pondus, quam vnus.

Resp. id oriri, quia facilius superant resistentiam ponderis, quod minus agit in duo, quam in vnum, sed dum graue mouetur nō dicitur superare resistentiam mobilis, quod natura sua fertur deorsum, sed tantum dicitur superari resistentia medij, quod æqualiter resistit maiori, & minori corpori, tamen si pondus quod fertur sit adeo exiguum, vt non impediat quominus homines tanta velocitate moueantur sine pondere, ac cum pondere, tum etiā si infiniti homines æqualis virtutis adderentur ad trahendum pondus, non citius traheretur ab omnibus, quā à singulis. Cum igitur partes rei grauis summa, qua possunt velocitate moueantur, neque sit maior resistentia superāda, si sint pauciores, quam si sint plures partes; ideo non velocius maius, quam minus mouetur corpus.

Vnde habeatur maior velocitas in pluribus trahentibus pōdus.

Dices, videmus in alterationibus, & alijs motibus multum facere ad velocitatem motus additio agentium, ergo similiter.

Resp. id oriri ex victoria resistentiæ contrarij, quod facilius superatur à pluribus, quam à duobus, sed hoc non accidit in motu grauium, ergo, si omnia cætera sint paria, quia etiam si corpus maius sit grauius, atq; adeo facilius videatur posse superare resistentiam medij, tamen illi medium magis resistit ratione s. plurium partium, quæ impelli deberent; quare ex hoc capite maius graue non poterit velocius moueri.

Secundo probant ex absurdo adducto, nam si grauitas secundo modo conferret ad velocitatem motus, si corpus palmare moueretur in vna hora, corpus bipalmare per idem spatium deberet moueri in semi hora, & sic deinceps seruata proportione magnitudinis cum diminutione tarditatis, quod pugnat cum experientia, & deberet deueniri ad motum in instanti, quod repugnat, & palmare corpus q̄ moueretur in vna hora si diuideremur, singulę partes mouerētur in duabus horis, quod etiam pugnat cum experientia, & ratione; nam quæ est proportio virtutis motiuæ ad totum mobile, & totum aerem resistentem, eadem est partialis virtutis ad partem mobilis, & partem aeris, qui resistit, ergo cæteris paribus non tardius moueri debet pars, quam totum, de hoc argumento lege Maiorem in 2. dist. 2. quæst. 7. ad 5.

Probat ur eadem doctrina.

Tertio sit mobile maius A. quod propter suam magnitudinem dicitur velocius moueri, quam minus, quod dicitur B, quod si A, diuideretur in plurea partes ęquales, quælibet moueretur æqualiter cum B, sed hæ partes diuisæ æquali velocitate mouerentur, ac totum mobile maius, ergo A. æquali velocitate mouetur ac B, minor patet, quia tantā grauitatem, & intensiuam, & extensiuam habent hæ partes, quantam totum; nam si simul ligentur æqualis erunt ponderis, ergo æquali motu mouebuntur, neque dicatur has partes simul vnitas, vel ligatas se inuicem iuuare ad velocius mouendum, quia virtus vnita fortior, nam hoc adiumentum fieri nequiret, nisi quia vna alteram trahat, sed cū singulæ æquali velocitate moueantur, velocior motus in toto esse non poterit, quam sit in partibus singulis, & in hoc videtur fuisse deceptus Achillinus, Thomas, Bernardinus, Nicolaus Orcus in suis opusc. de proportione motuum.

3. prob contra Achillinū, Thomā, & Nicolaum

Dices id repugnat Arist. 4. cæl. 26 dicenti, quod est maius velocius moueri: Resp. id non intelligi de maiori extensiue, sed intensiue, vt ibi Nyphus, nam *patere* inquit *multum plumbi non velocius moueri, quam exiguum*. Verum Auer. qui intelligit de magnitudine extensiua, ait id verum in Elemētis, non in mixtis, in quibus est qualitas cōtraria resistens, sed non est cur de Arist. laboremus cum 4. cæl. 9. aperte asserat quanto ignis est maior, tanto velocius ferri sursum, quod t. seq affirmat etiam de aere, & licet aliqui velint loqui iuxta Platonem dicentem elementa esse composita ex triangulis,

lis, & leuitatem oriri ex paucitate angulorũ, & ex multitudine grauitatem; & quia in corpore magno eiusdem speciei cum paruo continentur plures anguli, ideo etiam esse grauius, sed non placet hæc expositio, quia Arist. argumentum nihil probaret; nam ex experientia, qua vidit maiorem ignem velocius moueri, destruit ppositionẽ Platonis, quod leuitas oriatur ex paucioribus angulis; nam in maiori igne sunt plures anguli, ergo deberent tardius moueri, quod inquit est falsum, & idem t. 60. docet de quolibet graui, & leui, idem de terra 1. cæl. 89. & 2. 46. 77. 79. 85. 3. cæl. si quibus locis non loquitur cõtra Platonem, & idem colligitur ex 1. cæl. 47. vbi ait non dari corpus infinitũ, quia in eo esset grauitas infinita, quia in maiori corpore, maior grauitas; atque adeo moueretur in non tempore, vt etiam 4. cæl. si dixit.

Probatur opinio Arist.

Confirmatur ex t. 51. vbi loquens de grauitate, quæ maior est in maiori corpore ait, per idem spatium mouere in minori tempore; Idem colligitur ex 8. phys. 80. 3. cæl. 26. *si totum* inquit *fertur in aliquo tempore, eodem tempore pars ferretur per partẽ spatij*, quod necessario requirit tarditatem, ex tex. 28. talem ponit proportionem in tarditate, & velocitate motuum, qualis est in magnitudine, & paruitate mouentium, & 4 phys. 44. grauiora, inquit velocius ferri secundũ proportionem magnitudinis, quam habent, & hæc certe fuit sententia Arist. & omnium Peripat. in hos textus, quod non sine magna experientia dixerunt, vt videtur ad sensum, patere lapidem magnum velocius moueri per aerem, quam paruum, vnde.

Soluuntur argumenta Aduersar.

Resp. ad argumenta contraria, experientiã illam fuisse fallacem; propter multa, ex quibus variari potest velocitas, & tarditas, vt figura mobilis resistentia aeris, neque differentia potest esse sensibilis, nisi per magnum aliquod spatium feratur, quod difficile reperiri pot st, & si inueniatur, tam multa possunt accidere diuersa; vnde fit diuersæ velocitatis mobilis, & mouentis, vt reddant experientiam incertam.

Ad primam rationẽ dicunt sicut ad alias actiones partes simul iunctę seinuicem iuuante, dum sunt vnitæ, vt 7. phys. 37. ait Aristoteles soluens rationem Zenon. dicentis, quod si modium millij cadens edet magnũ sonum: granum millij edet paruum sonum, vnde colligebat, quod eadem proportio totius ad totum, quæ partis ad partem. Ait igitur Arist. non esse id necessarium, quia grana millij vnita se inuicem iuuant, vt possint edere sonum, quod non accidit si sint diuisa, sicut centum homines possunt trahere nauem per centum passus, non tamen vous homo potest trahare totam per vnum passum, vel centesimam partem nauim per idem spatium, vt ibi suse Vic. vnde non valet propositio illa, *quod sicut se habet totum ad totum, ita pars ad partem*, neque

Virtus vnita fortior.

valet si totum aliquod graue potest scindere aerem, quod etiam particula illius eundem aerem scindat, præser im, quia dum scinditur aer, est scissio aeris & dilatatio aeris scissi & hoc secũdum fit magis à corpore maiori, vnde maior requiritur virtus, & ideo maius habet vim scindendi, non minus: ex his patet.

Ad primum rationem maiorem velocitatem oriri ex maiori grauitate, siue intẽsiua, siue extensiua.

Ad secundum, negatur consequẽtia, quia partes diuisæ non habent tantam vim, quantam vnitæ, vel non sunt absurda, cum cõcedantur ab Arist. loc. cit.

Hinc patet ad tertium rationem, dici hæc probabiliter; quare nisi sententia Aristotelis obstaret, ergo libentius assentirer primæ, tum propter experientiam, tum propter rationem, sed de hac re fortasse infra cũ de motu locali.

Aduerte 3. & si incertum sit an velocitas motus pendeat à grauitate extensiuè, certum tamẽ esse maiorem, vel minorem appropinquationem corporis ad centrum oriri à grauitate intensiua, non ab extensiua, vnde aer siue magnus, siue paruus sẽper est infra ignẽ, & supra aquam, 4. cæl. 10. 14 19. 27. 40. & 41 & patet experientia; nam magnum lignum, etiam si extensiua grauitate superet paruum plumbum, tamen hoc mergetur in aqua, nõ illud. Hinc soluitur illud problema, quod antiquos vexauit, cur corporum eiusdem ponderis in aere, aliqua in aqua supernatẽt, aliqua merguntur, immo etiam quædam maioris ponderis in aere, supernatare in aquas soluitur inquam, quia erant maioris ponderis, vel æquales extensiua grauitate, non intensiua, quæ autem merguntur sunt maioris põderis intensiue. Accedit quod corpora supernatantia sunt aerea, cuius virtute grauitas terræ vincitur, aquæ grauitate in proprio loco non ponderante, quæ tamen ponderabat in aere.

Cur aliqua equalis ponderis in aere, non ita sint aqua.

Hinc patet ratio cur plumbum, quamuis grauius argento, tamen fusum in eo supernatat, vt ait Card. 6. de subtilitate, cuius rei Card. rationem affert, quia plumbum, dum liquatur, attenuatur, nam multæ eius partes euanescunt, cum autem attenuatur fit leuius argento, etiam si concretum sit grauius. Deinde accidere potest, vt corpora, quæ sunt grauiora grauitate extensiua ob figuram, nõ possint ita facilè scindere aquam 4. cæl. 42. & 44. Vnde plumbum globosam induens figuram mergitur in aqua, diductum in lamina supernatat, & fluctuat, aliquando etiam fit, vt ait Card. 5. de subtilitate, vt corpora maiora ob grauitatem extẽsiuam habeant poros, & multum aeris contineant, qui nisi ex illis poris excludatur, impedit ne huiusmodi põdera mergantur, vnde ligna, quo magis madefiunt, & quo sunt cõpactiora, vt Buxus, eo magis esse grauia id ẽ Aloe Agallorum, quo leuius est robore intẽsiue, tñ mergitur in aqua

cur plumbũ fusum super natet argento ex Card.

subo-

robore supernatante, legendus Scal. exer. 1 c. nu. 2. & exer. 23.

Dices hinc sequeretur argentum viuum debere esse leuius aqua, & alijs metallis, cum sit naturæ aereæ, 4. meteor. sum. 3. c. 2. & tñ mergitur in aqua, & præter aurum nullum metallum in eo mergitur.

Resp. de natura huius magna est controuersia, de qua leg. Agric. 5. de subter. & lib. 8. de natura fossil. Alb. 4. de miner. c. 2. Fallop. tract. de fossil. c. 11. & 37. Gal. 4. de simpl. med. facul. c. 18. & lib. 5. c. 19. & lib. 9. circa finem, Plin. lib 33. c. 6. & 8. Theoph. lib. lapid. Vitruuius lib. 7. c. 2. Fernelius cap. 47. Peripatetici in 4. Meteor. loc. cit. Card. lib. 5. de subtil.

Argentum viuum grauius quolibet metallo. Cuiuscumquè tamen sit naturæ, dicendũ est argentum viuum esse grauius quolibet metallo, præter aurum, ait Dioscorides lib. 5 c. 48. & 49. vbi Matt. omnia substentat, quod multum terræ, & aquæ contineat, addita tenacitate eius, quæ nõ facile scinditur, deinde oriri potest ex antypatia cum alijs metallis, præsertim cum ferro, vnde non facile cum illis iungitur, vt ait Agric. & Fall.

Vnde etiam oleum neque miscetur cum aqua, aurum verò mergitur, tum quia est grauius alijs, tum quia habet sympatiam cum illo, vnde argentũ viuum mouetur ab aurũ.

Not. 4. grauitatem esse magis. & minus intensam. dupliciter potest intelligi.

Primò, vt sint plures gradus qualitatis eiusdem speciei.

Secundo, vt sint plures gradus, sed eiusdem speciei, 2. vt sint plures, sed diuersarum specierum, vt est grauitas terræ, & aquæ, leuitas ignis, & aeris, licet quælibet per se sit multum intensa. & vtroq; modo solemus dicere esse qualitates motiuas magis intensas, licet in mixtis sæpius loquamur secundo modo tamen sint duo mixta, in quorum vno sit grauitas aquæ, vt sex, terræ autem, vt vnũ, & alterum, in quo sit grauitas terræ, vt quatuor, & aquæ, vt duo, hoc in aere erit leuius quam primum, sed in aqua grauius, quia habet plus grauitatis terræ.

## ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

11 Has qualitates non distingui secũdum se, sed respectu nostri. PRima sententia est dicentium, grauitatẽ. & leuitatem non distingui essentialiter, sed tantum ratione nostri videri distingui, sicut sursum, & deorsum non distinguuntur ex natura, sed tantum ratione nostri. Ita Simpl. 1. cæl. 20 & pro se affert Philopon. Platonem in Thimæo, & Them. paraph. super 4. de cælo.

Extremas distingui spetie inter se, sed non a medijs. Secunda est dicentium duas tantum esse specie distinctas, scilicet grauitatem, & leuitatem extremorum, sicut sunt duo loca specie distincta, scilicet sursum, & deorsum, & duo etiam motus specie distincti, mediorũ verò qualitates dicit non distingui ab extremis, nisi secundum magis, & minus, ita Nyphus 2. de Gen. com. 28. q. 5. & 1. cæl. post. t. 17. tribuitur Auer. 1. cæl. 8. & apud ipsum Alfar. & Philop. & 4. cæl. com. 3. & 6 inclinat Venetus sum. de cælo c. 2. ad vltimum sequitur Georg. 4. cæl. q. 1. d. 3. fundamentum ex Aristotele 1. cæl. 5. & 6. vbi tres tantum ponit motus specie distinctos à medio ad medium, & circa medium, ergo & virtutes totidem, alinqui si essent quatuor virtutes specie distinctæ, deberent similiter esse quatuor motus tecti species contra Aristotelem loc. cit. sequitur Aref. 2. de Gen. q. 20.

Secundo quia vni vnum est contrarium 1. cæl. 10. & 11. Metaph. 17. sed si specie distinguerentur, tunc vni grauitati terræ opponerentur tres qualitates motiuæ, vel saltem leuitas ignis, & aeris.

Confirmatur quia ex 7 phys. comparatio fit inter motus eiusdem speciei, sed hæ qualitates comparantur ad inuicem, ergo.

3. Quiasi qualitates symbolæ actiuæ in duob⁹ elemẽtis sunt eiusdẽ speciei vt oẽs ca lores, ergo ẽt motiuæ, nã ex illis hæ oriũtur, quare vt calor in igne, & aere est eiusdem speciei, ita leuitas, quæ ex calore oritur, quia causa eiusdẽ speciei producit effectus eiusdem speciei, immo ex eodem calore Solis producitur leuitas aerea, & ignea, & animalis. Calor vt est eiusdem speciei in igne, & aere ita leuitas.

Confirmatur, quia loca ignis, & aeris nõ differunt, nisi secundum magis, & minus, ergo neque virtutes motiuæ ad illa. Vnde Aristoteles vnica definitione cõprehendit omne graue per tendentiam ad medium, & omne leue per recessum à medio.

Confirm. secundo quia exhalatio humida in aere non deberet ascendere. contra Arist. 1. metheor. nam haberet leuitatem. aeream ob humiditatem, & calorem, at virtus motiua in suo loco non mouet.

Quarto, quia non apparet modus quo leuitas maior in aere producatur, dum rarefit ab igne, nisi quia intendit illam; non potest autem intendere ex addita qualitate distinctæ speciei, vt patet nam dum ex aere debet fieri ignis videmus continuo aerem fieri leuiorem quousque ammictat formam aeris, quod esse non posset, nisi leuitas aeris intenderetur, & idem patet in grauitate, cum vas plenum aqua magis grauat, quam vacuum. Ex Confirmatur, quia non apparet, qua ratione leuitas aeris corrumpatur quando conuertitur in ignem, vel contra leuitas ignis, quando conuertitur in aerem. Maior leuitas in aere quomodo producitur.

Confir. secũdo, quia si essent hæ virtutes spetie distinctæ, nunquam posset ex aqua generari ignis immediate, quia non potest generari ignis sine leuitate ignea, sed cum aqua alteratur ab igne non generatur immediate leuitas ignea, cum continuo maneat in aqua humiditas, at ad calorem cum humiditate sequitur leuitas aerea, ergo immediate ex aqua, nõ ignea, sed aerea generatur.

Quinto, quia ratio ex qua colligi posset

Distinctio non cognoscitur ex motu.

set distinctio esset, quia videmus ignem moueri supra aerem, sed etiam vapor ascendit in aere, & tamen habet virtutem motiuam aeream, quæ oritur ex calore, & humore, ergo, quare dicendum est id oriri non ex diuersitate specifica virtutum, sed diuersa intensione, vnde aqua ex natura sua moueret vsque ad centrum, vt ait D. Dhom. 2. 2. q. 2. art. 3. & q. 22. de verit. art. 3. & 3. cótra Gent. c. 100. vbi ait aquam ex natura sua moueri ad centrum, ex natura autem superiori .s. cælo mouetur fluxu, & refluxu loca autem ad quæ tendunt virtutes, ostendunt naturam earum.

Tertia sententia est dicentium qualitates motiuas in ordine ad subiecta, & principia, ex quibus oriuntur distingui specie; sed in ordine ad tactum, & sensum non distingui, tribuitur Nipho 2. de Gen. post t. 28. quia sensus nullum discrimen inter illas agnoscit, dum quis fert pondus aquæ, vel terræ.

12 Omnes quatuor inter se specie distingui.

Quarta est dicentiũ omnes distingui specie, Marf. 2. de Gen. q. 7. Achill 3. de elem. d. 12. Auer. 4. cæl. 16. Niph. com. 17. est D. Thom. Burl. Simpl. com. 11. & aliorum ibi, qui illos motus volunt distingui specie. Hanc insinuat Arist. qui ex 4. virtute motiua infert esse quatuor corpora simplicia, vt D. Thom. 1. cæl. lect. 4. Bucc. loco cit. Angestus loc. cit. vtramque putat probabilem, probant primo ex 4. cæl. c. 5. vbi ex his quatuor virtutibus probat quatuor species elementorum, sed nisi fulciatur, non est efficax, quia ad distinctionem specificam formarum arguendã sufficit diuersitas eiusdem qualitatis sm̃ gradus diuersos, vt neque est efficax ratio, quæ probat earum diuersitatem ex ortu à diuersis principijs, nam idem effectus specie potest esse à principijs diuersis specie.

Secundo alij probant ex determinatione ad diuersa loca determinata habentia inter se subordinationem, & diuersam distantiam à cælo determinatam, nam subordinatio patet, quia terra semper descendit sub aquam etiam si ponatur in igne vas plenum ex quatuor portionibus elementorum, & sic alia elementa ibi commixta seruant inter se ordinem; de distantia autem determinata à cælo probant, quia cum sit perfectionis finitæ non possunt mouere ad distantiam, quæ augeatur in infinitum, vnde si hic mundus fieret à Deo multo amplior, terra non moueretur ad centrum talis mundi; neque est simile de qualitatibus alteratiuis, quæ etiam si sint eiusdem speciei sunt ad diuersos effectus determinatos, nam in motiuis ex determinatio oritur ex sua specie in quocunque sint subiecto, at in alteratiuis oritur ex gradibus intensionis diuersis, & determinatis.

## ARTIC. II.

*Opinio Auctoris.*

Grauitas, & leuitas distinguuntur specie.

Prima conclusio grauitas, & leuitas extremorum specie distinguuntur, quia per se ordinantur ad motus, & loca specie saltem physica distincta, & opposita, vnde sunt formaliter, vel saltem virtualiter oppositæ, & incópossibiles. Dices virtus magnetis mouẽs ferrũ sursum, & deorsum nõ est diuersæ speciei, ergo. Resp. esse diuersam rationẽ, quia in virtute magnetis est eadem ratio formalis tendendi .s. vt vniatur ferro, sicut impetus, vt à se separet proiectum, at in grauitate, & leuitate non est eadem ratio formalis, nam grauitas mouet deorsum, vt vniat centro, & separet à cælo, contra vero leuitas.

Confirmatur, quia nulla ratio afferri põt identitatis specificæ, quia nec causas, nec effectus habent eiusdem speciei, siue formaliter, siue effectiue. Dices termini motus localis sunt secundum se vnius speciei infimæ ergo & motus, & virtutes. Resp. etiam si antecedens esset verum adhuc tamẽ sunt talis rationis formalis, quæ possit specificare diuersas potentias motiuas, nam grauitas terræ habet vt coniungat mobile cẽtro, & separet à cælo, cõtra vero leuitas ignis, at hęc diuersitas sufficit ad distinguẽdas potentias motiuas specie; Nam sicut diuersitas formalis eiusdem loci specie sufficit ad distinguẽdas diuersas potentias, vt v.g. potentia magnetis trahentis ferrum sursum, & virtus impulsiua mouens lapidem sursum, & leuitas ignis, quæ distinguuntur ex diuersa ratione formali, nam virtus magnetis mouet sursum, vt sibi illud vniat, impetus mouet vt à se mobile separet, leuitas vero ignea, vt igné vniat cælo, & hinc virtus magnetis mouens deorsum differt specie à grauitate terrea, & hinc dici potest motum illum materialiter esse eiusdem speciei, non formaliter, sed de hac re infra. Resp. secundo sufficere ad arguendam distinctionem specificam, quod motus differant secundum connaturalitatem, vel innaturalitatem, licet specie logica non differant.

Qualitates mediæ specie distinguũtur ab extremis

Secunda conclusio qualitates medias probabile est distingui specie ab extremis, vnde fit omnes quatuor qualitates motiuas distingui specie.

Elementa quare ponũtur quatuor

Probatur primo vniuersaliter ex Arist. 4. cæl. 26. & 27 vbi ostendit quatuor esse elemẽta, quia quatuor sunt motus recti simplices, & quatuor virtutes motiuæ, quæ ratio maiorem habet vim si ponantur hæ qualitates specie distinctæ; nam vni corpori simplici, vt debetur vnus locus, & motus ad illum 1. cæl. t. 5. ita deberetur vna virtus motiua.

13 Media elementa quare distinguãtur.

Secundo probatur in particulari de medijs, quia tendunt ad loca distincta, ergo nã aer ex sua virtute motiua sẽper est sub igne, & super aquam, & si sit magna copia aeris, & par-

& parua aquæ. Dices id eſſe ex eo quod in aere eſt leuitas remiſſior, quam in igne, quæ qualitas ita remiſſa debetur aeri ex natura aeris, ſed contra, nam, vel remiſſio fit per admixtionem contrariæ qualitatis, & tunc natura aeris non eſſet ſimplex, vt patet quæſtione ſuperiori, vel ſine admixtione contrarij, & neque, quia licet virtus remiſſa non poſſit attingere terminũ, quem attingit virtus intenſa, tamen ſi aliunde roborata perueniat ad terminum virtutis intenſæ, non retrocedet, niſi habeat virtutem oppoſitam ei, quæ cauſauit motum præcedentem, vt v.g. aer ſi calefiat ab igne, vſque ad ſummum gradum, abſente calido non frigeſieret ſuo remiſſo calore, ſed aer ſæpe aſcendit ad concauum ignis, ergo non poterit inde diſcendere, niſi habeat virtutem cauſatiuam deſcenſus, qualis non eſt leuitas eiuſdem rationis cum leuitate ignis, quod ſi dicas etiã leuitatẽ ignis id præſtare, nam ſi portio aeris auferretur, ignis adhuc deſcẽderet ad replendum locum illum relictum, facile hoc dictum oppugnatur tum quia id fortaſſe falſum, vt infra, tũ quia id eſt, quia locus ignis eſt eſſe ſupra aerem, ſiue id habeat aſcendendo, ſiue deſcendendo, quare leuitas ignea non eſt principium motus ſurſum præciſe, ſed eius motus, quo conſtituitur immediate ſupra aerem. Dices 2. aqua non aſcendit ſupra terram, nam dum lapillus ponitur ſupra aquam, licet deſcendat lapillus, tamen aqua non aſcendit, ſed potius reſiſtit lapillo deſcendenti: ergo aquę tantum cõuenit moueri deorſum, & non vlterius procedit, quia impeditur à terra. Reſp. aer etiã reſiſtit lapidi deſcendenti, & tamen certum eſt aerem aſcendere ſupra terram, quare illa reſiſtẽtia oritur tum ex vnione partium, quę reſiſtunt diuiſioni, tum quia etiamſi ſua ſpõte moueatur ſurſum: tamen velocius, quam requirit eius natura. Ego Reſp. negando aerem deſcendere ex ſe, ſed expelli ab igne aſcendente ob intenſiorem leuitatem, præterquam quod nemo vidit aerem inde deſcendere, ſed contra. quia quæ in inferioribus apparent in partibus dicendum de toto, at pars aeris exiſtens ſupra ignem apparet deſcendere, neque ex eo, quod expellatur ab igne, nam cum locus illius ſit eſſe ſupra aquam, & ſub igne non eſt ratio cur natura denegauerit virtutem perueniendi ad ſuum locum vbicunque ſit extra illum.

Reſp. 2. alij hinc non colligi diſtinctionẽ ſpecificam, alioqui deberet conſtitui ſpecifica diſtinctio inter grauitatem auri, & argenti, quod illis liquatis, grauitas argenti emergit ſupra aurũ. Reſp. in mixtis id ſæpe oriri ex prædominio qualitatis diuerſæ rationis à terrea: vnde dicunt in auro dominari terream, ſed in argento non ita ex admixtione aqueæ grauitatis, quæ tendit ſupra terream. Alij id referunt ad maiorem denſitatem auri, ſicut calor in ferro eſt actiuius, ſed inde non infertur idem dicendum de ſimplicibus elementis, quę ex genere ſuarũ virtutum occupant propria loca, etiã ſi vnũ ſit in parua quantitate, at non ſic in argento, quod ſi fuerit in magna quantitate eſt ſupra aurum, ſed de hac re infra fuſius.

Tertio probatur, quia experimur leuitatem igneam, quantumuis remiſſam manere ſupra aerem; patet in exhalatione quod nõ poſſet eſſe ſi leuitas aeris, & ignis eſſent eiuſdem rationis

Vnde colligitur grauitas eiuſdem ſpeciei.

Confirmatur primo quoniam experimur quando ſunt grauitates eiuſdem ſpeciei, etiã ſi vna ſit altera intenſior, habere tamen eas eundem locum, & quocunque mouet maior, moueat minor, vt patet in omnibus mixtis, terreis, quæ mouent in aere, & aqua, at grauitas aquea nunquam mouet ad locum terræ.

Confirmatur ſecundo, quia qualitates eiuſdem ſpeciei ſemper habent eundem effectum primarium, licet magis, vel minus perfecte, ſed grauitatis effectus primarius eſt mouere ad eſſe ſupra, vel ſub tali, vel tali elemento, & grauitas aquæ nunquam mouet in aqua, in qua mouet terrea, & leuitas aeris non mouet in aere, in qua mouet ignea, ergo, q̃ cõfirmatio aliter explicatur, nam aqua deberet grauitare in ſuo loco, & aer leuitare in ſuo loco, quod eſſe falſum Ariſt. affirmat de aere, conſequentia patet, quia quando virtus motiua impeditur, ne perueniat ad ſuum terminum nititur propellere obſtaculum, quod eſt grauitare, & leuitare.

Quarto prob. quia ſi non eſſent diſtinctæ eædem virtutes maximè id eſſet, quia habent motus eiuſdem ſpeciei, ſed hic eſſe poteſt ex virtutibus diuerſæ ſpeciei, vt patet in calefactione, quæ à calore, & lumine, & aſcenſus à virtute impreſſa, & leuitate.

Confirmatur, quia diuerſus modus hó- 14
rum motuum oſtendit fieri à principijs diſtinctis ſpecie; nam aqua ſi haberet grauitatem terræ remiſſam ferretur ad centrum; ſed tamen, quia impeditur non fertur, vt patet in terra, cum eius grauitas remittitur, cum tamen grauitati aquæ conueniat ſiſtere ſupra terram, quod non conuenit grauitati terræ etiam remiſſæ, ergo non ſunt eiuſdem ſpeciei, quia mouerent ad eadem loca naturalia: Neque dicas oriri ex leuitatis admixtione, tum quia etiam grauitas terræ remiſſa tendit inferius cum vincat leuitatem, tum quia poteſt remiſſio ſuppleri à multitudine partium grauiorum, vnde tantummodo poſſet multum aquæ, quantum modicum terræ, vt patet quando ſunt in ſphæra aeris, nam magis ponderat magnum lignum, quam paruum plumbum, cum tamen in ſphæra aquæ lignum ſupernatet, & plumbum mergatur, quia ſcilicet habent virtutes diuerſæ rationis.

AR-

## A R T I C. III.

*Soluuntur argumenta secundæ opinionis.*

AD primum assignari quidem tres motus simplices, sed ij continent sub se alias motus species, non tamen vsque ad species athomas descendit, quia non erat necessarium, vt inde inuestigaret naturam cæli distinctam ab elementis, quia cælo cõueniebat motus circularis, & non rectus; sed difficultas est vnde hi motus distinguuntur spẽ, quare dico esse duos specie motus, sed arguere plures virtutes motiuas quatenus deferunt ad diuisa loca; sed de hac re fusius tract. de motu, vbi explicabitur quomodo motus recti distinguantur specie logica, an physica.

Dices t. 16 diuiditur virtus motiua in grauitatem, & leuitatem, ergo.

Respon. diuidi virtutea motiuas extremas neque tamen reliquit motiuas mediorum: nam ibidem subdit, *quædam elementa habere grauitatem, & leuitatem*, quod non intelligitur per compositionem, sed per comparationem 4. cæl. 26. & 27.

Ad secundam id verum de contrarijs extremis, quæ habent contrarietatem perfectam: non autem de ijs, qui habent imperfectam, vt alibi explicaui.

Ad confirmationem Resp. inde deberet probari virtutem motiuam aeris esse eiusdẽ speciei cum virtute motiua aquæ, & terræ, cum sæpe inter se comparentur, quare dico primo, comparatio fit inter illas, non quia leuitas ignis dicitur maior secundum intensionem leuitate aeris, sed quoad denominationem, quia leuitas aeris comparata igni vocatur grauitas, sed alijs comparata dicitur leuitas.

Ignis quare dicitur leuior.

Dico secũdo, etiam si ignis dicatur leuior id non ratione plurium graduum eiusdem qualitatis, sed quia per eãdem lineam mouet ad alteriorem partem lineę.

Dico tertio sufficere conuenientiam analogicam, & genericam ad comparationem, non ita perfectam, vt alibi.

Dices, si grauitas terræ esset diuersæ rationis à grauitate aquæ nunquam posset quantalibet quantitas aquæ æquare, & præponderare alicui parti terræ, quod esse contra experientiam patet in statera. Resp. non arguendi distinctionem harum virtutum, ex eo quod vna moueat velocius, vel non in loco, in quo vtrsque qualitas ponderat, sed ex eo quod vna in vno loco moueat, & ponderet in alio non; quare licet multum lignum præponderet paruo plumbo in aere, non tamen in aqua; potest enim effectus grauitatis intensioris, & perfectioris à multitudine grauitatis imperfectioris æquari, vel superari, & licet calor citius agat, quam frigiditas, tamen potest esse tanta frigiditas, vt superet in velocitate calorem.

Ad tertium esse diuersam rationem, quia qualitates alteratiuę habent eosdem effectus hæ verò nõ ita; quia prouehunt ad diuersa loca, deinde videmus eandem qualitatem actiuam remanere in genito, quæ erat incorrupto; quod non videmus cum ex aere fit ignis; deinde qualitates motiuæ requirũt diuersas causas dispositiuas, vt diximus, & licet calor ignis, & aeris sit eiusdem speciei, non tamen ipse solus est causa virtutum motiuarum, sed combinantur cum diuersis qualitatibus passiuis, nam calor cum humiditate generat leuitatem aeream, & cum siccitate generat igneam, & ideo non mirum si idem calor cælestis in materia vario modo disposita generat varias qualitates motiuas, nam ibi etiam generat varias formas substãtiales. 15

Idem calor in materia vario modo disposita generat varias qualitates motiuas.

Ad primam confirmationem, licet illa loca differant secundum magis, & minus sumpta mathematice, tamen physice specie differunt, quia connotant corpora distinctę speciei, quorum vnum sit sub alio.

Ad secundum, motum illum non esse à leuitate aerea, sed ab exhalatione ignea commixta vapori, nam calefaciens aquam inducit duplicem leuitatem aeream s. & igneã, quæ conuenit exhalationi calidæ, & siccæ, & licet leuitas aeris in vapore sit maior, quia est in loco naturali, non mouet, nec resistit, & ideo quælibet modica leuitas ignea mouet illam ad superiorem partem aeris.

Leuitas ignis non intendit leuitatem aeris.

Ad quartum, negatur leuitatem ignis intendere leuitatem aeris, sed in aere producitur leuitas ignea, quæ apta est mouere supra aerem, & ideo videtur intendere leuitatem aeris, cum re vera non intendat; quare producto vno gradu leuitatis igneæ corrũpitur vnus gradus leuitatis aereæ, sicut cum producitur color extremus corrumpitur color medius, neque ad hoc requiritur, vt habeant eandem contrarietatem, quæ est inter extremas qualitates, sed sufficit illas esse formaliter incompossibiles in eodem subiecto secundum totam latitudinem graduum; & ex his patet quomodo corrumpantur, & producantur, scilicet corruptis, vel productis primis qualitatibus ex densitate, vel raritate tanquã dispositionibus, vnde patet ad confirmationem, nam corrumpuntur per modum sequelæ ad corruptionem aliarum qualitatum, ex quibus oriuntur, queadmodum etiam corrumpuntur formæ substantantiales.

Ad confirmationem Resp. cum illa sit generatio immediata, non mouet humiditas, sed sicut calore deperditur frigiditas, ita siccitate humiditas, & sic producitur leuitas ignea in igne.

Vapores quare ascendũt in aere.

Ad quintum vapores ascendere in aere, quia habẽt aliquid leuitatis igneæ, quia semper habent coniunctas exhalationes siccas, quæ licet exigua sit, potest tamen mouere in aere, quia nihil resistit, cum autem peruenerit ad supremam regionem, iam leuitas

aeris

aeris incipit resistere, vt non vlterius ascendat sicut oleum ascendit in aqua, & non in aere, quia grauitas aquæ existens in oleo impedit oleum, ne vlterius ascendat. Neque aqua ex natura sua mouet ad centrum, ex Aristotele 1. cæl. t. 2. & 2. cæl. c. 14. quod si aliquando mouetur, id est per vim vt ibi Aristoteles de qua re Garzia Fen. 1. Doct. 2. c. vnic. disp. 5. c. 3. & nos infra.

16 Dices sequeretur has qualitates esse in sūmo in elementis, cuius contrarium apparet cum non moueant æqualiter ad extrema loca, vel si non, saltem habent remissas sine admixtione contrarij, sed de hac difficultate dubit. seq.

Quid sufficit in causa ad producēdos effectus spe. cie distinctos.

Quia tamen opinio opposita à multis existimatur probabilis, ideo ponenda sunt principia, quibus illa potest defendi, ideo. Primo suppono differentiam in causa secundum maiorem, vel minorem intensionem, esse sufficientem ad producendos effectus specie distinctos, vt calor moderatus producit sanguinem, & exuperans Bilem, & hinc leuitas ignis, quia intensior trahit ad extremā partem lineæ, non sic autem leuitas aeris, quia remissior illa citius, hęc tardius mouet.

Secundo suppono inter grauia, & leuia hunc ordinē esse, vt leuiora obtineant superiorem locum, grauiora inferiorem, hinc leuitas aeris nō trahit sursum, vt leuitas ignis, quia est remissior, & ideo stat sub igne, quia est in suo naturali ordine, vnde annihilato igne aer ascenderet ad concauum lunæ, nec mirum si ex diuersitate intensionis talis diuersitas oriatur, cū constet etiam inter partes aeris, illæ quæ sunt leuiores, moueri supra minus leues. & quia aqua in suo loco est in naturali ordine, & sub aere ideo nō grauitat supra vrinatores, quia non nititur hic impetuose descendere, sicut quando est supra aerem, Hinc etiam patet cur certa mensura aquæ grauior in aere certo plumbo, non est grauior in sphæra aquea, cum non descendat sicut plumbum, quia & quanto est maior deordinatio grauium, & leuium, tanto est à natura maior actio pro reformatione ordinis, & ideo dum aqua est in sphæra aeris mouet ad essendum sub aere; vbi non grauitat, & hinc etiam redditur ratio cur multum lignum in sphera aeris grauius sit quoad operationem modico plumbo, contra vero in sphæra aquea, quia & in ligno est grauitas aquea, quæ est minor, quam terrea, quæ est in plumbo.

## DVBITATIO III.

*An hæ qualitates sint in Elementis in summo.*

Quare hæ qualitates in omnibus sint in sūmo

1 RESP. affirmatiue esse in omnibus in sūmo, est Auer. Marsi. loc. cit. Achil. 3. de elem. d. 6. Veneti sum. cæl. c. 22. quia hæ qualitates debent habere subiectum, cui primo conueniant; sed hoc non est nisi elementum, ergo illis conueniunt secundum totam ipsarum latitudinem. Confirmatur ex 4. cæl. 28. elementa inquit esse causam, vt mixta habeant virtutem motiuam, & tex. 29. omnia esse leuia ex igne, & grauia ex terra, mixta moueri ex prædominante patet

Hinc graue summē potest dici quod suo pondere infra omnia elementa mouetur, vt leue, quod super omnia, & hoc modo certum est, tamen ignem, & terram habere qualitates in summo, quia hæc tantum extrema loca vendicant.

Secundo, quod nullam partem habet leuitatis, & summe leues quod nullam habet grauitatis, & ita ignis, & aer summe leuia, aqua, & terra summe grauia dicentur; nam non modo, quæ extremis, sed etiam, quæ medijs elementis conueniunt, sunt è numero qualitatum simplicium omnis mixtionis expertium, vnumq; locum ex vi propriæ formæ vbi solum vendicantium.

Contrarium tenet Gent. 1. fen. doct. 3. cap. 1. d. 8. Thomas de Garbo in sum. tr. 1. q. 5.

Prima experientia plumbi, argenti viui, & auri, quæ sunt grauiora terræ, quia sumpta in eadem quantitate, qua terra, velocius mouentur, quam aqua.

Confirmatur ex vaporibus, qui mouentur multo velocius aere, & tamen non possunt habere leuitatem ignis, cum ex natura sua sint humidi, & frigidi, vnde qualitas motiua aquea, & accidentaliter calidi, & humidi, ex quibus oritur qualitas maxima aerea.

Confirmatur secundo quia cadauera recenter mortua deorsum feruntur, tamen post aliquot dies emergunt, cum tamen sint ex prædominio terrea. Cadauera cur recenter mortua enatent. Quæ insulæ, & lapis innatent.

Confirm. tertio, ex Ehyrreo lapide, quia ex Plinio lib. 2. naturalis hist. c. 103. etiam grandis innatat, quod etiam de quibusdam insulis, quas fluitare in aquis narrat idemlib. 2. c. 95. & lib. 6. c. 27. & lib. 31. c. 2. lacum ait Arethusam, & lacum Apuscidamum omnia illata pondera sustinere, cui simile ꝙ de Asphaltidite lacu Iudeæ scribit Iosephus lib. 5. de bello Iud. c. 5. qui falsus, & sterilis etiam, quæ grauia sunt in cum iacta fluitant, vt quis demergi etiam de industria nequeant.

Ad primum resp. primo nostrā hanc terram non esse simplicem, sed mixtam; Vnde vt naturalem simplicitatem non habet; ita neque summam grauitatem; Nam si hanc haberet nihil esset ea grauius; quare plumbū &c. sunt quidem grauiora quam terra in statu preternaturali, non tamen in statu nāli.

Resp. secundo maiorem grauitatem in illis augeri ex maiori densitate, vnde plures partes grauitatis sunt in plumbo, quam in terra, at terræ grauitatis maiorem extremā. Auer. 4. cæl. com 9. plumbum dici solet grauius terra ita Achill. & Venetus, vt etiā dicitur de frigiditate glaciei, conceditur aūt mixtis maior densitas, quam elementis, quia est

eſt qualitas tuenda conſequens combinationem plurium qualitatum, quæ combinatio poteſt eſſe in mixtis perfectiori modo : frigidum enim, & ſiccum ſunt aptiſſima denſitati ; Nam frigidum conſtipat partes, ſiccitas facit illas conſiſtentes, humor iuuat ad conglutinationem partium; hinc metalla, & lapides ſunt corpora denſiſſima.

Dices, ergo ſi plumbum eſt grauius terra debetur illi locus inferior, quam terræ, quia deberet eſſe ſub terra.

Reſpondent quidam licet plumbum moueatur velocius terra: tñ conſtitutione loci cederet terræ; nam velocitas oritur ex extēſione graduum, & ideo terra ſemper dicitur eſſe ſub quolibet mixto.

Alij reſpondēt, quando duo habent qualitatem motiuam eiuſdem ſpeciei ea debēt conſtitui in inferiori loco, quæ velocius mouentur. Nam eadem virtute res locantur, qua mouentur ad loca; neque eſt abſurdum mixtum conſtitui ſub grauiſſimo elemento, quoniam conſtituitur ſub eo, non vt participet alia elementa, ſed vt participet multū ex elemento grauiſſimo ; nam cæteris cumputatis plus terræ habet pugillus plumbi, quam pugillus terræ, illud tamen mixtum in eo loco eſſet innaturaliter ratione aliorū elementorum.

Quare vapor aſcendit in aere. Ad Confirm. vapor aſcendit in aere, vel quia denſior aere, vnde habet plus leuitatis aeris ; præſertim cum hic aer non ſit purus, vel quia participat leuitatis igneæ: non tamē traſcendit ſecundam regionem, quia ibi relinquitur (inquit Ariſt.) à calido, ideſt igneo corpore, & quia fit frigidior, & denſior.

Ad 2. Reſp. Afrod. 2. probl. q. 72. lemn. 2. de naturæ mirac. c. 6. poſt aliquot dies a[illegible] quas eius partes diſſolui in ſaniem ; quæ, & ipſa aerea eſt, & plurimum aerei flatus continet, cuius vi ad ſummam aquam impellitur.

Quare lapis & inſulæ niſi ſint fabuloſę enatent. Ad 3. de Thirrro lapide id eſſe ob admixtionem qualitatum leuiorum; quæ de inſulis dicuntur fabulę ſunt, & ſi vera, ideſt, quia intus ſunt cauernoſa, plena aere.

Ad id de lacubus, id eſſe ex maxima viſcoſitate partium aquæ, & admixtione plurimarum exhalationum, & extraordinaria aliqua qualitate, quæ non finit aquam à ponderibus ſuperiectis permeari. Cetera qua ratione .ſ. vnum dicatur alio grauius, lege Ariſt. 4. cęl tex. 8.

3 An dari poſſit corpus leuius igne. Dices, an dari poſſit corpus leuius igne. Reſp. id eſſe mihi propoſitum neutram; nam quoad intenſionem certè eſſe non poteſt, ratione vero denſitatis, neque; quia hæc repugnat leuitati; quare denſius eſſet minus leue, quare neq; ex maiori raritate fiet leuior; tum quia forte non poteſt dari maior raritas, quā ſit in igne; tum quia tunc haberet pauciores partes leuitatis: ex alia parte dici poſſet eſſe tantam denſitatem, cū qua eſſet leuitas ignis, vt in exhalatione ; quare tunc portio ignea eiuſdem quantitatis, & corporis mixti haberet æqualem intenſionem graduum leuitatis, ſed in corpore mixto eſſe pluralitates partium ſecundum extremum.

Dices 2. elementa media leuitant, & grauitant in ſuis locis : ergo habent qualitates eiuſdem ſpeciei cum extremis : conſequentia patet, quia ſi grauitas aquæ eſſet eiuſdem ſpeciei cum grauitate terræ, cum eſt ſupra eam, quieſceret tamquam in loco naturali, & ſeipſam contineret ſine reſiſtentia, vt non inſideret alteri grauitando, quaſi vi detineretur.

Reſpondeo hoc argumentum petere modum exiſtendi elementorum in proprijs locis, quod infra oſtendemus, ſi prius conſtituatur quis ſit locus elementorum.

## QVAESTIO V.

## De loco naturali Elementorum.

De hac quæſtione Scotus 4. phyſ. q. 2. Conimb. c. 5. q. 3.

### ARTICVL. I.

*Explicantur termini, & ſenſus quæſtionis.*

PRimo ſupponenda ſunt, quæ in phyſicis. t. 20. docuimus de loco, vbi oſtendimus qua ratione locus ſit ſuperficies corporis cōtinentis immobiliter; nec repugnare eſſe ſuperficiem corporis cum immobilitate, de qua re multa Pererius lib. 11. ſuæ philoſophiæ naturalis. 1

Secundo ſupponendum eſt locum naturalem diſtingui à Mathematico, quod locus mathematicus, ſiue ſit ſuperficies corporis continentis ; ſiue ſit ſpatium imaginarium, connotata ſuperficie continentis: ſemper conuenit rei, quæ continetur, vt habet rationem immobilitatis, & non transfertur cū re locata, in quo diſtinguuntur à vaſe; vnde dicitur etiam reſpectu eorum, quæ continentur in eo violenter, vt enim locus eſt terminus lationis, & hæc latio poſſet eſſe naturalis, & violenta, merito diſtinguitur locus innaturalam; & violentum ; quare videndū eſt quid addat naturalitas ſupra locum mathematicum, nam certum eſt locum naturalem dici illum, qui conuenit locato ex natura ſua; vnde videtur addere hanc conuenientiam, ſeu connaturalitatem; ſed difficultas eſt vnde oriatur hęc connaturalitas, ideo ſupponendum tertio omnia corpora naturalia determinari ſibi ex natura ſua certa loca, in quibus naturaliter quieſcunt, & ſi illis careant ad ea non impedita mouentur, vt experientia patet in elementis, quare idem credendum eſſe de cælis aliqui putant .ſ. nunc eſſe in locis naturalibus, & ſi inde eſſent amota, eo mouerentur; quare vt cognoſcatur origo huius naturalitatis, videnda ſunt, quæ reperiantur in loco naturali,

ad superficiem ignis, vel lunæ, locum autem naturalem diuidit in per se, & per accidens, per se dicitur ille, quo res tendit vbicumque ponatur; per accidens, quo res tendit non vbicumque ponatur, sed ad certam distantiam, & totam superficiem aquæ dicit esse locum naturalem sibi.

Probatur esse quatuor loca naturalia.

Sed non placet, quia diuersorum corporum diuersa debent esse loca naturalia; nam si hoc negetur eodem modo dici posset omnia elementa habere eundem locum; vt enim se habet aer ad ignem, ita aqua ad aerem; & terra ad aquam, sed quatuor sunt corpora simplicia, ergo quatuor habent loca distincta; non igitur aer natura sua tendit ad locum ignis, & non actu eo mouetur, quia impediatur ab igne.

Confirmatur, quia locus naturalis est, qui appetitur, vt eo conseruentur, & foueantur res, vnde eo habito vniuersum est etiam secundum naturas particulares recte constitutum; sed si ablato igne aer maneret sub concauo lunæ, non esset recte constitutum vniuersum secundum naturas particulares.

Confirmatur secundo, quia ex hac sententia sequeretur aerem naturaliter manere in concauo lunæ supra ignem, si ibi constitueretur, licet ignis innaturaliter esset sub aere; nam aer esset in loco, ad quem natura sua contendit peruenire, & ibi quiesceret nisi impediretur.

Ad argumentum contrarium Resp. inde probaretur etiam locum aeris esse centrum, quia etiam ipse replet specus subterraneos; quare respondeo, vel elementa trahi, vel sua vi moueri per accidens, posita scilicet aliqua varietate, & innaturalitate, ne detur maior aliqua innaturalitas, vt alibi diximus.

4 Secunda opinio est dicētium ex toto spatio, quod est intra concauum lunæ certam portionem sibi vendicare terram, aliam verò aquam &c. quare si ignis ita vniretur, vt nō repleret dictum spatium sibi debitū, eò aer non ascenderet, tanquam ad locum propriū, sed vi ad replendum vacuum, ita Achil. insinuat 3. de elementis d. 8. in fine, & citat Auer. 4. cæli 39. vbi Auer. dubitatiuè loquitur, & hanc forte voluerunt antiqui dicentes locum esse interuallum, & alij, qui ponunt conseruari à cælo secundum certam distantiam.

Elementa vnde habent vt occupent determinatū spacium.

Sed neque placet, quia quod determinatum spatium occupetur, non oritur ex natura elementorum, sed ex quantitate, & figura elementorum, vnde variata quantitate elementorum, occuparetur minus spatium, & essent in loco ita naturaliter, ac quando habent maiorem quantitatem.

Confirmatur ex partibus animalis; nam si oculi magis different ab ore in vno, quam alio, propterea quod caput vnius est maius caput alterius, non idcirco membra essent innaturaliter constituta; sed sufficit si oculi sint collati supra os, secundum eam verò distantiam, quam exigit proportio membrorum.

Et confirmatur 2. quia accessu, vel recessu solis in vna, vel altera regione augetur nunc hoc, nunc illud elementum altero diminuto; vnde occupat vnum elementum spatium alterius, & tamen non intelligitur in vniuerso esse aliqua innaturalitas, quoad partium vniuersi constitutionem.

Confirmatur secundo, quia si totus mundus impelleretur, tunc elementa mouerentur, vt nunc, & tamen non ad eandem distantiam, & spatium idem imaginarium.

Ratio distātiæ à cælo habetur non in loco immediato: sed mediato elementorū.

Dices, haberi debere rationem distantiæ à cælo. Resp. nos loqui respectu loci immediati; nam aer dicitur esse immediate sub igne, siue sit in hoc, siue in illo spatio, nam si loquamur de loco mediato, cuius debet haberi aliqua ratio ob influxū cælorum, tunc requiritur certa quædam distantia, nam si ignis, & aer modicam partem spatij occuparent; terra, & aqua non ita congruè conseruarentur à cælo; nam nimis calefierent sic etiam animalia.

Sed hoc non obest nobis; nam tantum volumus locum elementorum esse naturalem, cum habeat rectum situm in quacumque distantia spatij collocentur; nam sua virtute non mouentur ad determinatum spatium, nisi vt sint sub tali, vel tali corpore, vbi etiam naturaliter quiescunt; quare, vt elementa habeant locum simpliciter naturalem non requiritur certa distantia, & spatium determinatum: sed hæc requiritur, vt vniuersum, & singula elementa sint bene constituta &c. & quæ pro hac offerri possunt infra soluemus.

Tertia opinio est dicentium locum naturalem elementorum spectari ex virtute motiua eorum, vnde cum vnum moueatur, vt sit sub alio, vel supra, sit vt locus elementorum sit vnum respectu alterius, & quia de ratione loci est continere; ideo locus elementi contenti est superficies elementi continentis, ita Sotus loc. cit. quem sequitur Georg. 4. cæli quæst. 2. dicens locum naturalem elementorum esse determinatum situm, secundum quem vnum est supra aliud, sequitur Masius 4. phys. c. 4. disp. de loco, sex. 1. q. 3. eamque tribuit D. Thom. Alex. Them. Simpl. Auer. Alber. & Ioanni de sacro bosco cap. 1. suę sphæræ, vbi Circel. Aliac. Capuan. 5

Locus naturalis elementorum vnde spectetur.

Hinc fit, vt superficies aquæ concaua sit locus terrę 4. phys. t. 48. quia vt terra est ignobilissimum elementum, ita attingit infimum locum, & quia habet qualitatem symbulam cum aqua, scilicet frigiditatem; ideo aqua est locus terræ.

Confirmatur ex t. 49. quia locus, & locatus se habent vt materia, & forma, sed ita se habent terra, & aqua; nam si daretur terra pura, non posset verti in aerem, nisi prius verteretur in aquam; hinc patet ab eodem Arist. concauum ignis dici locum naturalem agris, quia ignis ob perfectiorem leuitatem est supra aerem, illumque continet.

Hinc secundo patet idem dicendum esse de aere respectu aquæ, quæ ob sui leuitatem est supra aquam, & quia illam continet, erit locus illius, quæ doctrina probari potest à posteriori; nam illud est locus naturalis elementorum ad quod sua natura mouentur; quia semper natura operatur, quod melius est nisi impediatur; sed videmus ignem moueri supra omnia elementa, & aerem vt sit sub igne, & supra aquam, & aquam, vt sit supra terram, & infra aerem; terram vero mouetur ad infimum locum; vnde patet ex quatuor elementis, terram locari, & non locare, ignẽ verò locare, & nõ locari ab aliquo elemento; sed locari à concauo Lunæ, & hæc opinio mihi placet; patet, quia certum est elementa ex natura sua determinare sibi certa loca, in quibus naturaliter quiescant, & ad quæ moueantur 4. cæl. cap. 3. Cum igitur experientia constet, terram moueri sub aquã &c. dicendum est locum naturalem elementorum esse determinatum situm, vt vnum sit sub alio; Vnde ignis in pyramidis figuram coactus aerem trascendit, aer supra aquam fertur; nam si quando infra aquã subeat, statim per ampullas quasi scaturiendo emergit; & deinde patet moueri supra terram, vt accidit in terræ motibus.

Probatur à posteriori locus nãlis elementorum.

## ARTIC. II.

*Proponuntur, & soluuntur argumenta aduersariorum.*

6 SEd contra; primo obijcitur, locus naturalis est, qui circumdat totum locatum. sed aqua non circumdat totam terram; ergo. Neque dicas locum terrę integrari ab aere, & aqua, quia non haberet vnum locum.

Locus nãlis circũdat totum locatũ.

Confirmatur, quia locus naturalis est, prius terræ, quia continet sub se lapides, qui non sunt terra, neque partes terræ.

Confirmatur secundo, quia locus est is, ad quem mouetur res, sed terra non mouetur ad superficiem aquæ; sed ex se ad centrum, nisi impediatur etiam si distet ab aquę superficie; vnde omnia perpendicula quo magis ad centrum accedunt, eo magis sibi inuicem appropinquant, vt fuse Clauius in 1. cap. sphæræ.

Confirmatur tertio, & idem patet de aqua; nam si fieret foramen vsque ad centrum, & aere impleretur, eò tenderet aqua, vt sit sub aere.

Respondent aliqui ad primũ, concedendo locum naturalem terræ esse aggregatum ex vtraque aeris, scilicet, & aquæ superficie; sed repugnat Arist. qui terram dicit esse in aqua, & aquam in aere.

Ego dico primo, naturalius fuisset terrę, esse totam coopertam aquis, quia est eius proprius locus.

Dico secundo, fuit necessarium ad vniuersum, vt aliqua pars terræ fuerit detecta, quia alioqui mixta, & animalia non potuissent conseruari; & non mirum si immutatur ordo rerum naturalium ob aliquem finem, sicut in paruo mundo os capitis, quod terreum est, constitutum est in capite, vt sua duritie cerebrum defenderet, licet natura sua peteret infimum locum.

Dico tertio, in hac terræ ab aquæ separatione fuit seruatus naturalis elementorum situs, quantum fieri potuit. Nam aqua est supra terrã, & sub aere, & quod totam terram non ambiat; non tollit eius naturalitatem; quia id oriri potest ex parua eius quantitate, & quia terra non est perfecte sphærica; vnde habet multos præminentes mõtes, & concauitates necessarias ad generationes fontium, & fluminum; in quibus aer, & aqua sunt tanquam in loco naturali, quia non comprimuntur à grauioribus; nam hęc seipsa substinent; si enim aer esset in specubus, & comprimeretur à terra, statim leuitaret, & contenderet ascendere sursum; Neque ibi aer, & aqua continentur tanquã propriè in loco, sed tanquam in vase, vt aqua in cisterna.

Dico quarto etiam terra secundum eam partem, qua tangit aerem; est in loco quodammodo naturali; quia adhuc est sub omnibus leuioribus, & licet aer sit elementum dissymbolum; tamen ob sui raritatem, & humiditatem parum agit in terram valde resistentem, qui etiam in inferioribus est valde temperatus per admixtionem frigoris, & siccitatis.

Ad primam Confirm. Resp. lapides esse sub aqua ratione terræ, quam continent, licet ratione aliorum elementorum sint innaturaliter sub aqua; sed locus simpliciter naturalis mixtorum attenditur ratione prædominantis.

Lapides sub aqua sunt nãliter, an innãliter.

Ad 2. Confirm. Resp. Sotus ad secundam confirm. contra 1. conc. omnes terræ partes niti centro appropinquare; sed inde non sequi superficiem aquæ non esse locum terræ; Nam eò accedere conantur, quod ibi magis cælestem influxũ experiantur; in loco enim naturali non modo spectatur continentia, vt in loco mathematico, sed etiam vis conseruatiua, sicut inquit Sotus virtus conseruatiua ignis est in medio spatij illius, quod videtur desumptum ex D. Thom. opusc. 32. Richard. 2. d. 14. q. 5. c. 3 principale, Auer. 4. phys. 43. qui dicunt cælum aliter, & aliter influere in hanc, vel hanc elementorum distantiam, de qua re nos infra.

Ad 3. de aqua respõdent, moueretur naturaliter ad centrum, non ratione distantiæ; 7
sed vt sit sub leuioribus; Hinc aqua moueretur ad centrum, si terra auferretur non propria inclinatione, sed communi ratione, qua res mouentur ad vacuum replendum, & hoc bene dicitur.

Ego ad hæc omnia, & præcipuè ad secũdum respondeo, terminum motus esse superficiem continentis; licet cum hac multa sint

fitt coniunctas quare terra non mouetur, vt fit in centro; sed vt fit sub aqua, cum quo fita coniunctum esse in centro,& tali spatio, & hinc etiam habet terra, vt ibi habeat partes coniunctas: non tamen mouetur ad illas terræ partes, vt proprium locum; Nam ex 4. cæl. 22. fi tota terra suspensa in cælo dimitteretur, liberè tunc tenderet sub aquã,vt nunc; & tñ nullas ibi inueniret terræ partes, de qua re dixi tract. de loco q. 2. in expl. 4. proprietatis, vbi dixi terminum motus localis esse situm; & superficiem continentis, sed magis superficiem continentis, quia hæc videtur intenta à re, quæ mouetur,nunc verò mihi placet dicere magis intendi situm, qui oritur inter elementa ex diuersa virtute motiua.

Terminus motus è superficies cõtinentie.

Dices ille est proprius locus rei,ad quem mouentur partes rei habentis perfectiori modo virtutem motiuam illi debitam; sed partes terræ habentes maiorem grauitatem mouentur ad centrum, etiam si recedant à superficie aquæ,& continentis: ergo. Resp. locum debitum elemento terræ esse sub alio elemento, .s. aquæ, quod autem aliæ partes proprius accedant ad centrum; aliæ ad superficiem aquæ; id est per accidens, quatenus perfectiori modo participat grauitaté; quia semper grauius quærit esse sub minus graui.

Dices 2. si portio terræ separaretur ab aqua & demitteretur, annihilata vniuersa alia terra; recederet ab aqua,& accederet ad cẽtrũ, ergo. Resp. non moueretur. Nã quodlibet elementorum, vbi fortitum est suum locum naturalem, quiescit, nisi vi extrinseca impellatur; vt accidit igni, & aeri, quæ cæli vertigine perpetuo rapiuntur. Item mari quod perpetuo fluit, & refluit astrorũ vi; quod etiam alijs extraordinarijs motibus cietur, vt patet ex locorũ inundationibus, & terrarum à continenti auulsionibus,vt Sicilia ab Italia auulsa, Cyprus à Syria, Eubea a Bæotia; quo etiam modo mediterraneum per Herculis columnas, & Gaditanum fretum in terram irrupisse, aliaque, de quibus Plin. lib. 2. cap. 85. ad 92. Hi enim motus aquis obtigerunt ob aliquem extraordinarium influxum videndus D.Thom.q.de miraculis art. 2.ad 17.& opusc.3.c.536. Fetr. 3. contra Gen. c.100.

Portio terræ separata ab aqua,è dimissa nõ moretur ad centrum.

8 Secundo obijcies, locus naturalis dicitur conseruare locatum; sed vnum elementum non conseruat aliud; sed corrumpit ob contrarietatem,quam habent;Neque dicas cum Soto,& Conimbr.ad secundam,non esse de ratione naturalis loci, vt nihil habeant pugnæ cum re locata, sed solum vt res locata, melius ibi, quam alibi conseruetur,quod habent elementa ita disposita, vt diximus ob qualitatem symbolam, de qua re Philo Iudæus lib. de mundi incorruptibilitate, Damasc. 1, fid. c.3. Niss. de opere sex dierum, non inquam hoc dicas, quia cum inter elementa symboia sit facilior transitus, facilius se inuicem corrumpẽt; non igitur se mutuo conseruabunt.

Locus nãlis an pugnet pugnet cum re locata?

Resp. aliqui negando inter elementa existentia in proprijs locis esse mutuam actionem; quia ibi debent esse in optima dispositione naturali, ergo nulla ex parte in præter naturali. Confirmatur, quia nihil quærit sui destructionem;sed aer v.g.mouetur ad ignẽ; ergo ibi non destruitur;Ratio autem cur inter illa non sequatur actio; referri debet,vel in Auctorem naturæ, naturali prouidentia curantem eorum conseruationem: vel in proprias naturas elementorum, quæ hanc inter se qualitatem seruant,vt tantum vnum sit actiuum,quantum alterum illi proximum sit resistitiuum; quia hoc est valde conforme naturis rerum, vt patet ex partibus animalium, quæ ita sunt connexæ, vt mutuo se conseruent; sed non placet, quia partes eterogeneæ inter se mutuo agũt, vnde est corruptio animalis ab intrinseco. Confirm.quia eadem est ratio partis, & totius; sed partes agunt inter se. ergo.

Dico primo locum conseruare locatum ratione qualitatis symbolæ, vt scilicet non facile patiatur ab alio extrinseco;& licet inter symbola sit facilior transitus; tamen is excessus modicus est; Nam ita sunt elementa ordinata,vt non multum excedant se inuicem in agendo, & resistendo; Nam aer conuenit cum igne in qualitate valde actiua; ratione cuius se inuicem defendunt ab extrinsecis; sed habent contrarietatem in passiuis, quæ modicum agent ad corruptionem; sed aqua, & aer licet habeant contrarietatem in qualitate actiua; tamen in aere calor ob humiditatem, est valde obtusus; minime actiuus addita raritate subiecti;aquæ tributa est frigiditas, quæ non est ita actiua, vt calor præcipuè cum inferior pars aeris tangens aquam à sole calefiat quotidie, & aqua in qualitate actiua habet similitudinem cum terra,& contrarietatem in passiua;vnde posita natura elemẽtorum non potuerunt melius constitui, quam sunt constituta.

Locus cõseruat locatum rõne qualitatis symbolæ.

Secundo, se conseruant, quia nobiliora sunt supra ignobiliora.

Tertio, quia ex tali situ habẽt proportionatam distantiam à cælo; vnde recipiunt influxus, & gubernantur.

Dico secundo,cum hac mutua conseruatione necessario debent habere multas transmutationes, quia non solum ordinantur vt sint partes primariæ vniuersi; sed etiam vt sint materia mixtorum; quod sine mutua elementorum actione esse non poterit; Quod si aliquando est excessus actionis vnius supra aliud, id oritur ex aliquo extrinseco adiuuante actionem vnius, & non alterius, & necessario sequitur ex tam multis, quæ requirit perfectio vniuersi. 9

Elementa inter se quare habent multas transmutationes.

Dico tertio, ignis dicitur sub cælo, non tam quia ibi conseruatur à lumine,& motu quam quia est super omnia elementa ob suã leuitatem.

Ex quibus patet non probari doctrinam Soti dicentis in q. 2. actionem elementorum in proprijs locis mutuam, non progredi vsq; ad corruptionem, sed vsq; ad certum terminum intensionis; Nam quæro vsque ad quam distantiam ignis agit in aerem, & vsque ad quem gradum? Vtrumque enim designari debet; agat igitur vsq; ad paralitatem aeris, & vsque ad duos gradus caloris; quo posito quæro, cur cessat actio, cum subiectum sit magis dispositum; Nā licet propter reactionem sit diminuta actiuitas ignis; tamen etiā diminuta est resistentia aeris; imo magis minuitur resistentia, quia actiuitas ignis est maior; semper igitur manet proportio maioris inæqualitatis; ergo sequetur actio, & tandē victoria.

## DVBITATIO II.

*Vnde oritur huiusmodi elementorum situs.*

Causa est cētrum. 1 PRima opinio est dicentium id oriri ex centro, à quo elementum magis distans continet illud, quod minus distat, ita Burl. 4. phys. loc. cit. & Iauellus q. 15.

Reijcitur. Sed non placet alijs. Primo ex Masio, quia centrum non est propter elementa, sed cæli motum, 2. cæl. c. 3. quia circularis motus exigit centrum; ego vero probo, quia licet verū sit elementa, quæ magis à centro distant; continere alia; at huius causa quæritur, ex qua oritur, vt vnum elementum magis, vel minus distanter à cælo sit locatum.

Confirmant alij, quia cælo tribuitur virtus conseruandi locata; at quæ virtus oriri potest à centro conseruans aerem, & ignem; quæ calore conseruantur, à quo centrū maximè distat.

Secunda opinio est Ægidij 4. phys. loc. cit. dicentis oriri ex qualitate symbola, quam habent elementa, quia licet habeāt alteram contrariam; tamen non est tanta inter illa contrarietas, quanta esset si secundum vtrāq; qualitatem esset contrarietas; sequitur Vall. contr. 24. ad Tyrones; non aliter inquit fieri potuisset, vt vnum elementum esset locus alterius naturalis, nisi propter similem naturam, quam habent.

Sed nō placet Masio, quia licet sit in illis qualitas symbola secundum speciem, sed nō secundum gradum; vnde non potest esse inter illa mutua conseruatio, sed potius pugna ratione vtriusque qualitatis; nam ratione vnius habent dissimilitudinem in specie; Ratione vero alterius in gradu; vbi autem est dissimilitudo est mutua actio, & passio.

Ego probo, quia licet qualitas symbola conferat ad conseruationem siue sit similis in gradu, vt ego puto; siue dissimilis; tamen inde non potest sumi ratio, cur vnum sit locans, & alterum locatum, quia illa qualitas est in vtroque.

Origo est nobilitas, vel ignobilitas formarum. Tertia opinio est dicentium oriri ex nobilitate, & ignobilitate formarum; nā sicut formæ est actuare materiam; ita locus continens locatū veluti actuat illud, & quia forma est nobilior materia, ideo id, quod est nobilius debet aliud cōtinere. Hinc, quia ignis est omnium nobilissimum elemētum continet aerem, & cætera, & eadem ratione aer continet aquam, & hæc terram omnium ignobilissimam; Nobilitas autem cognoscitur ex leuitate, & raritate; nam quæ leuiora, & rariora minus participant de materia, sed quia leuitas præter contiententiā habere debet virtutem conseruandi locatum; ideo non sufficit sola dignitas formæ ad locandum, quia à forma denudata qualitatibus nihil oritur; at hoc munus non potest conuenire ratione qualitatum elementarium, cum ratione illarum semper sint aliquæ pugnæ; ergo locabilitas conuenit ratione formarum, vt subsistant in fluxibus cælorum; ita Masius loco cit. ex D. Tho. 4. phys. lect. 8. vbi hoc refert ad formam, & q. pus. 52. ad influxus cælestes. Vnde fallitur Ægid. dum tribuit D. Tho. quod locandi vim tribuit formæ præcisis qualitatibus, vt recte Iau. q. 16. & Astudillo lect. 8. qui optimè hanc opinionem explicauit, & defendit.

Reijcitur. Sed hæc opinio duplicem habet difficultatem, prima est de nobilitate elementorum præstantiore; nam illam aliqui tribuunt terræ, alij aquæ; nec desunt, qui aeri, & deniq; qui illam præstantiam tribuunt igni, sed de hac re infra.

Altera est in assignanda ratione, cur ex ratione nobilitatis sit assignanda locabilitas; nam mixta locantur in aquis, & aere, & tamen sunt nobiliora illis. 2

Quarta opinio est dicentium, rationem proximam locandi elementa sumendam esse ex virtutibus motiuis; nam quæ leuiora sunt continent minus leuia, & quæ grauiora subsunt leuioribus; ita Vicomerc. & Villalpan. 4. phys. t. 48. 49. nam ab eadem virtute oritur locabilitas, ex qua oritur motus ad locum, quia eadem virtus, quæ causat motum ad locum, causat quietem in loco; & hæc oritur ex connaturalitate loci cum locato; & hæc opinio mihi placet; neque obstat, quod ex illa non oriatur conseruatio; nam conseruatio non conuenit loco primario, sed secūdario; nam primario loco conuenit causare quietem locati in eo; deinde verò inde conseruatur, siue à symbola qualitate, siue ab influxibus cælestibus: Deinde conseruatio elementorum à loco, non tam spectatur respectu actionis inter locum, & locatum, quā inter locatum, & alia extrinseca agentia. Nam dum res est in proprio loco, nec habet tot contraria, quæ in illam agant, cū ab illis distet, & si quæ habet ab ijs melius defenditur dum est in loco proprio, tum ex auxilio qualitatis symbolæ, tū ab influxibus cæli, qui sunt proportionati respectu distantiæ, quam habent ad elemēta; dum sunt in proprijs locis.

Confirmatur, quia vt elementa situm habent

beat ex virtutibus motiuis, ita & locum cõnaturalem; fatendum tamen est, radicem huius locabilitatis oriri à formis elementorum, quibus debentur virtutes motiuæ, & consequenter seruari in ordine situs dignitatem formarum elementarium, quod vt clarius pateat sit.

## DVBITATIO III.

*Quid sit ordo dignitatis inter elementa.*

### ARTICVL. I.

*Opiniones Doctorum.*

3 Terra alijs nobilior. PRima opinio est tribuentium terræ præstantiam dignitatis. Primo, quia status quietis est nobilior statu motus, quia quies est finis motus: vnde Auer. putat definitiones corporum simplicium traditas per quietem esse perfectiores; quia declarant statum magis naturalem horum corporum: sed terræ proprium est quiescere; nam alia omnia sunt in perpetuo motu.

Ex perfectiori munere. Secundo, ex munere perfectiori; nã terra nos excipit, alit, & conseruat, omnes commoditates præstat, in superficie necessarias ad victum, & vestitum, & in visceribus generat metalla, & gemmas ad vsum humanũ, vnde mater dicitur, vt cælum pater, & alia elementa non solum nõ prosunt, sed potius obsunt, vt aer procellis, & ventis, ignis fulminibus, aqua grandine.

Tertio, quia quò res inanimatæ magis accedunt ad similitudinem animatorum, eò sunt perfectiores, quia cognatio illa dignitatem naturæ ostendit. At sic est terra ex Senec. l. 2. nat. qq. c. 15. nã vt in animali sunt venæ, per quas sanguis, & arteriæ, per quas spiritus excurrunt, ita in terra sunt meatus, per quos aquæ, & spiritus, & aer fluit, & vt ex venis sanguis semper effluit, nisi intercludatur; sic ex terra flumina semper effluunt nisi meatus impediatur, tum in corpore quedam partes sunt duriores, aliæ molliores, sic in terra dura metalla, & lapides, & bitumen liquescens, ac similia.

Denique vt in animali ex humore morbido oriuntur statis temporibus morbi, sic ex terra fontes, nunc delitescunt, nunc effluũt.

Aqua præstat cæteris ex D. Amb. eruditè, & alijs. Secunda opinio præfert aquam cęteris, vt Amb. 3. exam. c. 5. vbi maris priuilegia numerat his verbis. Bonum mare, tanquam hospitium fluuiorum, fons imbrium, deriuatio alluuionum, inuectio cõmeatuum, quo sibi distantes populi copulantur, quo præliorum remouerentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, subsidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, salubritas valetudinis, separatorum coniũctio, itineris compendium, trãsfugium laborantium, subsidium vectigaliũ, sterilitatis alimentum. Ex hoc pluuia in terras transfunditur, siquidem de mari aqua radijs solis hauritur, & quod subtile eius est, rapitur: deinde quanto altius eleuatur, tanto magis etiam nubium obumbratione frigescit, & imber fit, qui non solum terrenam temperat siccitatem, sed etiam ieiuna arua fœcundat. Quid enumerem insulas, quas velut monilia, plerumq; prætexit, in quibus ij, qui se abdicant intemperantiæ secularis illecebris, fido continentiæ proposito eligunt mundo latere, & vitæ huius declinare dubios anfractus? est ergo mare secretũ temperantiæ, exercitium continentiæ, grauitatis secessus, portus securitatis, tranquillitas sęculi, mundi huius sobrietas; tum fidelibus viris, atque deuotis incentiuum deuotionis, vt cum vndarum leniter alluentiũ sono certent cantus Psallentium; plaudant insulæ tranquillo fluctuum, Sãctorum choro hymnis sanctorum personent.

Quæ sumpta sunt à Basilio hom. 4. exam. de quibus Naz. orat. 2. de Theologia theol. serm. 2. de prouidentia, Cic. 2. de natura Deorum, Plutar. opusc. an aqua, vel ignis sit vtilior.

Confirmatur, quia sine aqua traduci vita non potest hyeme, æstate ab ægrotis, & sanis noctu, & interdiu, at si at non sic, sine igne, qui arte magis, quam natura comparatur, egetq; vt conseruetur perpetuo sumptu.

Confirmatur 2. quia igne, nec animal generatur, nec viuit 2. de gen. 21. 4. meteor. cap 42. de gen. animalium c. 3. at in aqua, & multa, & magna Plin 2. c. 3.

### ARTIC. II.

*Aerem, & ignem alijs præferre, quæ probent.*

4 Quæ rõnes probant aerem nobiliorem exteris. TErtia opinio præfert alijs aerem, tum quia sin eo conseruari non potest spiritus vitalis, vt patet ex continua necessitate respirationis, vnde Auic. 1. Fen. doctrina 2. c. 2. vocat pabulum nostrorum corporum, tum quia sine eo nec volatilia sibi possent cibum quærere, nec animalia lumine frui, nec sensus suas functiones obire; tũ quia nec ignis conseruari, diũ potest sine aeris ventilatione; hinc flãma ignis obturato ore fornacis extinguitur; Hinc prunæ sub cinere diù seruantur; quia per eius meatus aer subintrat, non tamen sic in olla vndique tecta; Nec obstat dignitati, & beneficentiæ aeris ventorum procellosa tempestas, nam hoc licet aliquando obsit, tamen plus prodest nunc excitando nubes, easque soluendo in terrę irrigationem, nunc ab aere dum nubes fugat serenitatem inducendo.

Aeris præstãtia, & necessitas. Nunc naues ad commercia influendo in varias regiones, nunc æstiuum calorem suo afflatu temperando, nunc aerem malis vaporibus purgando.

Tum quia eius dispositio calida, & humida simillima est animalis dispositioni, nam ani-

animalis vita calido, & humido conseruatur.

Quæ probēt ignem præferri alijs.

Quarta opinio est eorum, qui primum locum igni concedunt; nā dignitas formæ colligitur ex primariæ eius proprietatis dignitate, sed proprietas ignis est perfectior proprietatibus cæterorum, quia vt 2. de Gen. ostendemus eius primaria proprietas est calor, cui addita est siccitas, vt eius ministra, & lima, at calor est perfectior cæteris primis qualitatibus, tum quia actiuior intēsiuè, quia cæteras actiuitate superat, & extensiue, quia ad plura opera se extendit, siue artis, siue naturæ, vnde Vulcanus .i. ignis dicitur artium magister, & Zeno. apud Cic. 2. de natura Deorum, naturam putauit esse ignem artificiosum, & Arist. 2. de an. t. 50. & lib. de vita, & morte, calorem putauit esse animæ instrumentum.

Confirmatur ex leuitate, quæ est omniū motricium virtutum præstantissima. vnde refert ad eminētiorem locum plura de ignis præstantia Cic. lib. 1. de nat. Deorum.

## ARTIC. III.

*Opinio Auctoris.*

Vnde habetur præstantia in elemētis.

NOt. præstantiam posse spectare ex necessitate, & vtilitate ad vsum naturæ, vel artis. Secundo ex gradu essendi, quæ attenditur ex accessu ad primum ens, & à nobis cognoscitur ex operationibus.

Prima conclusio omnia hæc elementa sūt ad constitutionem, & conseruationem vniuersi; patet tum à posteriori, quia natura illa constituit, & natura facit, quod melius est, tum à priori, nam non solum ad mixtorum generationem sunt vtilia, sed etiam ex illis vniuersum constet tanquam ex partibus recte dispositis, tum ex necessitate vsus, quia singulorum vsus est necessarius vniuersi cōseruationi.

Secunda conclusio secundum dignitatem sumptam ex necessitate vsus, terra videtur præstantior, quia est fundamentum omnium aliorum, & ad generationem mixtorum plus, quam alia confert, cum omnia ferè sint ex prædominio terræ.

Confirmatur, quia id cuius vsus suppleri
5 non potest aliunde, est magis necessarium, quam id cuius vsus suppleri potest, sed vsus terræ, quæ est substentatio, & corpulentia, nō potest suppleri, vt vsus aliorum ex vi naturæ, nam ex vi cælorū potest suppleri omnis actio, quam habent cætera elementa, vt humectationem, & calefactionem, sed corpulentiam, & substentationem mixtorum supplere non potest cælum; quare dicendum est dignitatem sumptam ex necessitate simpliciter esse maiorem in terra, & secundum quid in alijs.

Tertia Conclusio ignis est cæteris præstātior naturæ gradu; patet ex dictis in vltima opinione. Confirmatur, quia vim habet cæteribus paribus supra omnia elementa illas ad se conuertendo ex vi suæ actiuitatis, ergo participat de actu magis, quam alia.

## ARTIC. IV.

*Soluuntur Argumenta Aduersariorum.*

Immobilitas cōuenit omnibus elemētis, & quomodo.

AD argumenta primæ opinionis resp. immobilitatem in proprio loco omnibus elementis conuenire, sicut moueri ad propria loca dum sunt extra illum, & sicut nunquam tota terra est extra locum suum, ita neque cætera elementa secūdum se tota, sed secundum partes, quod etiam conuenit terræ, & sicut aer, & aqua ventis impelluntur, ita terra exhalationibus in ea inclusis, vt patet ex terræmotibus, verum tamen est facilius partes aliorum elementorum dimoueri à proprijs locis, quam partes terræ, sed hoc non oritur ex maiori perfectione, sed ex eius densitate, ob quam partes non facile separantur.

Ad 2. Resp. ex illo probari secundam cōclusionem ad 3. Resp. illam loqutionem esse metaphoricam poetis familiarem, ex qua nō ostenditur similitudo in gradu naturæ, & entis, sicut ex risu, qui tribuitur prato non colligitur pratum habere perfectionem, quam habet vere ridens.

Ad argumenta secundæ opinionis Resp.
inde ostendi necessitatem illorum, sed non 6
esse talem, quæ alijs præferatur, vel quæ non possit suppleri ab influxibus cælorum, & frustra esset nauigatio nisi deseruiret ad deferenda ea, quæ ex terra nascuntur.

Ad confirmationē Resp. inde ostendi necessitatem aquæ, sed non maiorem, quam sit necessitas terræ, vt dictum est.

Ad 2. Resp. in aqua generari animalia, tāquam in loco, non tamen quod ipsa habent virtutem actiuam generandi, vt alibi ostendimus.

Respondeo secundo aquam concurrere quidem ad generationem animalium, tanquam materiam, quo modo etiam concurrunt cætera elementa, & fortasse plus concurrit terra, cum pisces, & auis sint ex prædominio terreo.

Resp. tertio ignem dupliciter concurrere ad eam generationem primo vt materiam ratione exhalationum ignearum ad mixtarū aquæ. Secundo effectiue ratione caloris, qui licet sit ab influxibus cælorum, tamen est proprietas conueniens igni.

Resp. quarto falsò negari in igne generari animalia, vt patet ex fornacibus ærarijs, vt alibi ostendi.

Ad argumenta tertiæ opinionis Resp. cōcedi aerem multas afferre commoditates, & esse necessariū ad conseruationē vniuersi, sed ea necessitas non probat maiorē perfectionē in gradu essendi, alioq; esset perfectior anima lib*, q̄ aere indiget, vnde patet ad 1. & 2. cōf. Rex .n. indiget opera ministrorum, non tā

est

est illis ignobilior.

Ad 3. Resp. dispositionem calidi, & humidi conuenire quidem animæ, qua calore vtitur, vt instrumento ad suas functiones: at hæc dispositio non est melior in quocunque præsertim in elementis, quia non disponit ad summam leuitatem, nec instrumentum summæ actiuitatis, qualis est dispositio calidi, & sicci, neque enim illa dispositio confert ad operationes perfectiores conuenientes elemento aeris, sicut confert dum est dispositio animæ.

## QVAESTIO VI.

### De figura, & quantitate Elementorum.

## DVBITATIO I.

*Quam figuram vendicant sibi Elementa.*

## ARTICVLVS I.

*Opiniones Doctorum.*

De hac quæst. Arist. 3. cæl. t. 60. vbi Conimb. cap. 8. quæst. 1. Philaltæus cont. 71. & 4. cæl. cont. 36. & fuse Ioannes de Sacrobosco in c. 1. sphæræ, vbi Clauius egregiè disputat, à quo cæteri doctrinam hauserunt Ioannes Baptista Capuan. Michael Scotus, Aliacens. & alij in c. 1. sphæræ.

1 Explicatur opinio auctoris, & antiquorum. PRima opinio est negantium elementis conuenire vnam figuram præsertim circularem, sed illis conuenire varias figuras singulis proprias; ita antiquiores philosophi, ex quibus Anax. terræ tribuit figuram planam mensæ similem; Leucippus similem timpano Anax. columnæ lapideæ, Democritus disco in medio cauo, Xenophanes terram ait radices habere sine fine, vnde negat esse rotundã, & præcipuè tamen Plato in Tymæo, & refert Arist. 3. cæl. putauit cælo, & quatuor elementis conuenire figuras corporum regularium, quæ ex Euclid. lib. 13. 14. 15. 16. sunt quinque, vnde igni figuram tribuit Pyramidalem, seu Tetraedron propter flammæ ascendentis acumen, & vim vrendi cum ex Platone calefactio fiat interuentu angulorũ.

Aeri vero figuram octaedron, nam vt aer proxime ad ignẽ accedit, ita octaedron similitudinẽ maximã habet cũ teatredron, cum cõstet ex duabus pyramidibus, deinde aquæ concedit icosaedron propter nimiam eius fluxibilitatem, tum terræ cubum, seu exhaedron ob suam immobilitatem; denique cælo ascribit dodecaedron, nam vt cælum continet duodecim signa æqualia, ita dodecaedrõ componitur ex duodecim superficiebus æqualibus.

Quæ doctrina cum multis reijciatur ab Aristotele loc. cit. vbi Philaltæus contra Proclum Lycium discipulum Siriani Protonici Aristotelis rationes tuetur, non est cur nos laboremus in confutanda hac opinione.

Secunda opinio est dicentiũ elementa vendicare sibi figuram circularem, quia talem figuram habent, vt ostendit Clauius loc. cit. ergo talis figura illis debetur ex natura ipsorum, quia natura semper agit quod melius est, & cum nihil violentum sit durabile non potest hæc figura violenter conuenire elementis, ita communis opinio. 2 Elementa exigere figurã circularem.

Tertia opinio est dicentium elementa de facto quidem habere figuram circularem, nõ tamen illam figuram sibi vendicare ex natura sua, sed esse indifferentia ad omnem figuram, quia cũ sint materia mixtorũ, & mixta varias habeant figuras, necesse est, vt sint alia, quæ omnes figuras induere possint; nam recipiens debet esse denudatum à natura recepti, vnde, vt oculus recipiens omnem colorem debet nullum colorem ex se habere, ita elementa, quæ sunt materia omnium mixtorum habentium omnes figuras debẽt esse ex natura sua denudata ab omni figura. Cõfirmatur ex Arist. 3. cæl. 71. vbi ostendit corpore simplicia figurari ex continente, vt patet ex aere, & aqua; nam alioqui si haberẽt propriam figuram ea permaneret, nec mutaretur ex loci, & continentis forma, vnde ait esse similia primæ materiæ, & hæc opinio mihi placet. Elemẽta nullam figuram exigere.

## ARTIC. II.

*Opinio Auctoris de rotunditate terræ, & aquæ.*

3 Probatur terram esse circularem ab ortu ad occasum. PRima Conclusio terra est vndique circularis, tam ab oriente in Occidens, quam à Septentrione in Austrum.

Prima pars probatur à Vitruuio lib 9. c. 6. & à Sacrobosco cap. 1. sphæræ, vbi optimè Clau. nam incolis Orientis prius dies illucescit, & occidit, quam incolis occidentis: at hæc diuersitas oritur ex terræ globositate; nam si esset plana, dum Sol est in puncto superficiei orientis, omnibus habitantibus terram illam æqualiter appareret, nam haberẽt eandem lineam orizontalem, cum tamen cõstet hanc lineam variari pro varietate regionum, vt recte Clau. loc. cit. Confirmatur ex apparentia eclypsis lunæ, & Solis, quæ similiter diuerso modo apparet habitantibus diuersas regiones, vnde ex Plin. 2. nat. hist. c. 60. defectus Solis, & Lunæ vespertinos oriẽtis incolæ non sentiunt, nec matutinos ad occasum habitantes, meridianos vero sæpius. Nobili apud Arbelam victoria Alexãdri lunã defecisse noctis secunda hora, & denique in Sicilia exoriens, & similia ibi refert.

Secunda pars probatur à Septentrione ad Austrum esse circularem, nam populis Septentrionalibus quædam stellæ apparent, quę non

non videntur ab Australibus, vt referũt nautæ, & contra, vtque sunt circa polos; ita quia euntibus ab Austro ad Septentrionem altitudo stellarum Septentrionalium crescit, & Australium decrescit, & tandem demerguntur, & contra accidit euntibus à Septentrione ad Austrum, ex qua ratione Clauius ait probari terram, non esse planam, non tamen esse perfectè sphæricam; vnde ipse probas ex eleuatione, vel depressione Poli per vnum gradum confectis 62. milliaribus; nam si hoc semper obseruetur, inde colligitur esse terram sphæricam, siue sit motus ab Ortu ad Occasum, siue ab Austro ad Septentrionem, & contra.

Confirmant' alij ex circulari eclypsi lunæ, ex terræ interpositione, ergo signum est, terram esse circularem.

Confirmatur secundo ex motu grauium ad centrum, quæ quo magis accedunt ad centrum, eo magis inter se approximantur, & vniuntur.

Hinc apud Clau. Ptol. dict. 1. c. 4. pbat terrã

Terra non est concaua.

non esse cauam, contra Democritum, nam sicut habitantes montes citius vident Solem, quam qui deuersa loca, ita habitantes ad occidentem prius viderent Solem, quam qui ad Orientem, & idem probat ex motu à Septẽtrione ad Austrum; nam superata terræ cauitate, plura astra in artico apparent, & pauciora versus meridiem; neque obstat, quod planè appareat, quia id oritur ex magna eius quantitate, cuius minimam partem videmus vt si ex maximo circulo particulam quis abscinderet, ea appareret recta.

Ex ijsdem argumentis putat Clauius pro-

5 Probatur aquæ rotunditas.

bari aquæ rotunditatem conferendo insulas magis orientales cum minus orientalibus, vt patet ex nauigatione ex Syria in Hispaniam, & hinc in floridam Americę partem, & idẽ putat conferendo insulas septentrionaliores, cum minus septentrionalibus, vt in nauigatione ex Lusitania in Flandriam, & contra apparet, vel ex Lusitania in Insulas fortunatas versus caput verde, nam hæc ostendunt varietatem ortus, & occasus stellarum, & eleuationem Poli seruata prædicta proportione.

Confirmatur à Sacrobosco ex signo posito in littore, quod soluentibus ex portu post aliquod spatium non videtur ab existentibus in pede mali, & tamen videtur ab existentibus in summitate mali, quod non est nisi qa gibositas aquæ impedit aspectum vnius, & non alterius; neque dicas cũ Clauio id oriri ex vaporibus interiectis; nam vapores non semper tales sunt, vt possint impedire, at hæc experientia semper euenit.

Alias autem rationes affert Clauius vnam ex Aristotele, quod partes aquæ æqualiter fluant ad centrum.

Altera ex Archimede, quæ idem probat de omni liquore, vt videre licet apud ipsum.

## ARTIC. III.

*Proponuntur, & soluuntur argumenta Aduersariorum.*

DIes terra est inęqualis, vt patet ex fluminum cursu, quorum quædam ab 6 ortu in occasum, alia vero contra fluunt, vnde ostenditur aliquas partes terræ esse decliuiores versus ortum, alias versus occasum, tum ex insulis maris, & tum ex mõtibus, & vallibus, ergo non est sphærica.

Confirmatur primo mare esset altius terra, quam operiret, vt aer, cum tamen non sit altius, sed sit ex terra, & aqua vnus globus.

Confirmatur secundo, quia inde sequeretur oculum existẽtem in superficie terræ nõ videret medietatem cæli, quia cum terra sit in medio mundi, tunc linea contingens terram, & immaginata protrahi directè vsque ad concauum cæli secaret de cælo arcum minorem, quam sit medietas cæli, & secundum talem arcum oculus existens in superficie videret.

Confirmatur tertio, quia deberet plus videre; quam medietatem cæli; nam si diuisa terra in duas partes oculus existens in centro videret medietatẽ cæli, ergo existens in parte superiori, videre deberet plus quam medietatem.

Confirmatur quarto, quia dum Sol est in ortu, & occasu deberet nobis apparere secundum figuram circularem, quia dum Sol est in ortu, tunc aliqua pars Solis videtur, & alia occultatur, vnde illæ partes quo ad esse visum, & non visum diuiderẽtur per terram, ergo Sol visus deberet apparere circularis figuræ, at constat apparere figuræ planæ, ergo signum est secari per terram planam.

Resp. dupliciter aliquid dici sphæricum 7 Primò perfectè, & huiusmodi non est terra, vt probat argumentum; nam omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiam eius nõ sunt æquales. Secundo imperfectè, quod licet rotundam figuram habeat, non tamen eius partes sunt æqualiter sitæ, sed aliæ sunt eminentiores, aliæ depressiores, & huiusmodi est terra, neque tamen illa inæqualitas partium terræ est talis, vt impediat Lunam circulariter eclipsari; sicut neque impedit quin vmbra terræ sit rotunda.

Ad primam confirmationem respondetur de terræ, & aquæ globo dupliciter loqui possumus primo secundum primæuam eorum eorum institutionem, & ita mare deberet esse supra totam terram, sicut est aer. Secundo secundum institutionem secundarium ob commoditatem, & ornamentum vniuersi, & ita ex qua, & terra sit vnus globus, vt infra explicabimus, in quo aqua ob generationẽ mistorum relinquit vnam partem terræ discoopertam; cuius rei aliqui apud Aiac. qu. 5. hanc caussam afferunt; nam cum sit corpus graue semper est inclinata ad occu-

Elementorũ dispositio dupliciter secũdũ exigentiã naturæ, & secũdũ exigẽtiã vniuersi.

pan-

pandas partes decliuiores terræ; Nam cum partes terræ non æqualiter distent à centro Mundi, sed vna pars magis, quam alia, aqua relinquit partem magis distantem, & confluit ad partem decliuiorem minus distãtem; Hinc primò sequitur, quod posita aliqua superficie plana, cuius medium esset centrũ Mundi, & soper eam effunderetur aqua, tũ talis aqua tẽderet ad figuram dimidiæ sphæræ, cuius centrum est centrum mundi.

Secundo sequitur posito aliquo stagno plano in fundo, necessario in medio esset profundius, quam in extremitatibus.

Tertio sequitur idem vas plus continere de liquore in loco humili, quã in alto, quia vas in loco humili continet liquorem secũdum arcum, qui est portio minoris circuli quam in loco alto, ergo in humili continet liquorem secundum maiorem gibositatem, quam in loco alio, quia arcus secundum quem continet est curuior.

Orizon astrologicus, & perspectiuus item naturalis, q est sub æquatore, & artificialis extra illum, qui est variabilis.

8 Ad secundam confirmationem. Orizontẽ aliter apud Astrologos, & aliter apud perspectiuos; nam apud Astrologos dicitur circulus diuidens in Cælo hæmisphærium superius ab inferiore; at secundum perspectiuos est circulus imaginatas in cælo diuidens partem cęli visam à non visa; ex quo infertur Orizontem astrologicum semper esse ęqualem respectu eiusdem, at perspectiuum posse esse diuersum propter difformitatem medij, nam propter fractionem radiorũ, videri potest in aliquo tempore maior pars cęli, quam in alio, at vero diuersi habitantes in diuersis locis habent diuersos orizontes secundum perspectiuos, & secundũ astrologos, quæ intelligenda sunt de terra ita sphęrica, ac si careret montibus, & vallibus, ipsamq; cęli medietatem posse dupliciter intelligi videri; primo vnica visione, seu aspectu', secundo pluribus visionibus seipsum vertendo. primo vt non potest vna visione videri quarta pars cæli, ita nec pluribus circumuoluendo potest medietas videri ab oculo existente in superficie terrę.

Visio fit sub angulo acuto.

Prima pars, quia visio fit non sub angulo
9 obtuso ob sui magnitudinem, nec incidentiæ ob sui paruitatem, sed sub acuto; nam visio intelligitur fieri per modum pyramidis cuius basis est in obiecto, & cuspis in oculo at sub hoc angulo videtur minor pars parte quarta cæli, nam sub recto videtur quarta pars cæli, quia basis pyramidis, cuius conus fit angulus rectus, est quarta pars circuli; sed visio non fit sub recto; nam fit per foramen tertiæ tunicæ s. vueæ per quod species transeunt vsque ad centrum humoris glacialis, in quo ex communi fit visio, at per hoc foramen non possunt pertrahi lineæ ad profundiorem partem, quin in occursu earum fiat angulus acutus, ergo non fit visio sub angulo recto, sed acuto.

Hinc patet, quod quanto oculus accederet ad cælum tanto minus videret de cælo vnica visione, quia quanto pyramis secundũ quam fit visio habet latera longiora, tanto eius basis est maior, quia latera continuo fiũt longiora.

Secunda pars probatur, quia circumuoluen-
do se, videtur similiter portio cęli, quam di- 10
uidit linea contingens superficiem terræ; sed illa portio cæli non est eius medietas; quod si oculus eleuetur supra terram posset videre medietatem cæli, nam si fingatur protrahi duas lineas ab extremitatibus diametri mundi contingentes terram, & directe protrahi, vsque dum concurrerent; tum oculus existens in concursu illarum linearum, videret præcisè medietatem cæli pluribus visionibus. Immo posset tantum eleuari supra terram, vt videat plus quam medietatem cæli, quia posset tantum eleuari quod lineæ protractæ à cælo ex vtraque parte contingentes terram resecarent de cælo arcum maiorem, quam sit medietas cęli. Hinc sequitur posse dari duos oculos diametraliter oppositos, qui simul, & semel viderent Solem quia si quilibet eorũ videret plus q̃ medietatẽ cæli, ergo possent videre eandẽ partem.

At si terra esset diuisa in duas medietates, amota vna medietate, oculus existens præcisè in centro terræ videret adęquate medietatem cæli circumuoluendo se, & posset etiam cum medietate ita eleuari, vt videret plus quam medietatem.

Oculi compositio.

Pro cuius doctrinæ intelligentia supponendum ex libris de anima, oculum componi ex tribus tunicis, s. albuginea, cornea, & vuea, in cuius medio est quoddam foramen, per quod multiplicantur species vsq; ad locum, in quo fit visio, nam sub tunicis est humor aqueus, tum glacialis, in cuius cẽtro fit visio.

Ex his patet ad secundam, & tertiam confirmationem, nam ostensum est quomodo possit videri, & maior, & minor pars medietatis cæli; nam nisi mutetur oculi situs nõ potest ea diuersitas esse in obiecto viso.

At inquies his obstant astrologi, qui orizontalem lineam dicunt diuidere cælum in duas partes.

Resp. id dici non quia est medietas mathematicè, sed physicè, nam est adeo parua minoritas medietatis, vt illius non habeatur ratio, sicut dicunt de distantia centri, & superficiei terræ à cælo, nam cum respectu magnitudinis cæli terra sit vt punctum, non habetur ratio prædictę distantię.

Cur Sol oriens appareat planus.

Ad quartam confirmationem respondetur, terram secare Solem Orientem, & Occidentem circulariter, tamen propter distãtiam, & magnitudinem Solis, apparet secari secundum lineam rectam; nec mirum quod Sol licet sit maior terra; tamen nobis apparet esse minor, cum igitur in parua parte circumferentiæ magnæ non appareat curuitas lineæ; non mirum si Sol dum est in Orizonte sectus à parua portione terræ, vel aquæ nõ appareat in eo curuitas, quia ea portio est insensibilis respectu totius circumferentię Solis

AR-

pandas partes decliuiores terræ; Nam cum partes terræ non æqualiter distent à centro Mundi, sed vna pars magis, quam alia, aqua relinquit partem magis distantem, & confluit ad partem decliuiorem minus distãtem; Hinc primò sequitur, quod posita aliqua superficie plana, cuius medium esset centrũ Mundi, & super eam effunderetur aqua, tũ talis aqua tẽderet ad figuram dimidiæ sphæræ, cuius centrum est centrum mundi.

Secundo sequitur posito aliquo stagno plano in fundo, necessario in medio esset profundius, quam in extremitatibus.

Tertio sequitur idem vas plus continere de liquore in loco humili, quã in alto, quia vas in loco humili continet liquorem secũdum arcum, qui est portio minoris circuli quam in loco alto, ergo in humili continet liquorem secundum maiorem gibositatem, quam in loco alto, quia arcus secundum quem continet est curuior.

8 Ad secundam confirmationem. Orizontẽ aliter apud Astrologos, & aliter apud perspectiuos; nam apud Astrologos dicitur circulus diuidens in Cælo hæmisphærium superius ab inferiore; at secundum perspectiuos est circulus imaginatus in cælo diuidens partem cęli visam à non visa; ex quo infertur Orizontem astrologicum semper esse ęqualem respectu eiusdem, at perspectiuum posse esse diuersum propter difformitatem medij, nam propter fractionem radiorũ, videri potest in aliquo tempore maior pars cęli, quam in alio, at vero diuersi habitantes in diuersis locis habent diuersos orizontes secundum perspectiuos, & secundũ astrologos, quæ intelligenda sunt de terra ita sphęrica, ac si careret montibus, & vallibus, ipsamq; cęli medietatem posse dupliciter intelligi videri; primo vnica visione, seu aspectu, secundo pluribus visionibus seipsum vertendo. primo vt non potest vna visione videri quarta pars cæli, ita nec pluribus circumuoluendo potest medietas videri ab oculo existente in superficie terrę.

Orizon astrologicus, & perspectiuus item naturalis, q est sub æquatore, & artificialis extra illum, qui est variabilis.

Prima pars, quia visio fit non sub angulo
9 obtuso ob sui magnitudinem, nec incidentiæ ob sui paruitatem, sed sub acuto; nam visio intelligitur fieri per modum pyramidis, cuius basis est in obiecto, & cuspis in oculo at sub hoc angulo videtur minor pars parte quarta cæli, nam sub recto videtur quarta pars cæli, quia basis pyramidis, cuius conus fit angulus rectus, est quarta pars circuli; sed visio non fit sub recto; nam fit per foramen tertiæ tunicæ .s. vueæ per quod species transeunt vsque ad centrum humoris glacialis, in quo ex communi fit visio, at per hoc foramen non possunt pertrahi lineæ ad profundiorem partem, quin in occursu earum fiat angulus acutus, ergo non fit visio sub angulo recto, sed acuto.

Visio fit sub angulo acuto.

Hinc patet, quod quanto oculus accederet ad cælum tanto minus videret de cælo vnica visione, quia quanto pyramis secundũ quam fit visio habet latera longiora, tanto eius basis est maior, quia latera continuo fiũt longiora.

10 Secunda pars probatur, quia circumuoluendo se, videtur similiter portio cęli, quam diuidit linea contingens superficiem terræ; sed illa portio cæli non est eius medietas; quod si oculus eleuetur supra terram posset videre medietatem cæli, nam si fingatur protrahi duas lineas ab extremitatibus diametri mundi contingentes terram, & directe protrahi, vsque dum concurrerent; tum oculus existens in concursu illarum linearum, videret præcisè medietatem cæli pluribus visionibus. Immo posset tantum eleuari supra terram, vt videat plus quam medietatem cæli, quia posset tantum eleuari quod lineæ protractæ à cælo ex vtraque parte contingentes terram resecarent de cælo arcum maiorem, quam sit medietas cęli. Hinc sequitur posse dari duos oculos diametraliter oppositos, qui simul, & semel viderent Solem quia si quilibet eorũ videret plus q̃ medietatẽ cæli, ergo possent videre eandẽ partem.

At si terra esset diuisa in duas medietates, amota vna medietate, oculus existens præcisè in centro terræ videret adęquate medietatem cæli circumuoluendo se, & posset etiam cum medietate ita eleuari, vt videret plus quam medietatem.

Pro cuius doctrinæ intelligentia supponendum ex libris de anima, oculum componi ex tribus tunicis .s. albuginea, cornea, & vuea, in cuius medio est quoddam foramen, per quod multiplicantur species vsq; ad locum, in quo fit visio, nam sub tunicis est humor aqueus tum glacialis, in cuius cẽtro fit visio.

Oculi compositio.

Ex his patet ad secundam, & tertiam confirmationem, nam ostensum est quomodo possit videri, & maior, & minor pars medietatis cæli; nam nisi mutetur oculi situs nõ potest ea diuersitas esse in obiecto viso.
At inquies his obstant astrologi, qui orizontalem lineam dicunt diuidere cælum in duas partes.

Resp. id dici non quia est medietas mathematicè, sed physicè, nam est adeo parua minoritas medietatis, vt illius non habeatur ratio, sicut dicunt de distantia centri, & superficiei terræ à cælo, nam cum respectu magnitudinis cæli terra sit vt punctum, non habetur ratio prædictę distantiæ.

Ad quartam confirmationem respondetur, terram secare Solem Orientem, & Occidentem circulariter, tamen propter distãtiam, & magnitudinem Solis, apparet secari secundum lineam rectam; nec mirum quod Sol licet sit maior terra; tamen nobis apparet esse minor, cum igitur in parua parte circumferentiæ magnæ non appareat curuitas lineæ; non mirum si Sol dum est in Orizonte sectus à parua portione terræ, vel aquæ nõ apparet in eo curuitas, quia ea portio est insensibilis respectu totius circumferentię Solis

Cur Sol oriens appareat planus.

ARTIC. IV.

*De rotunditate aeris, & ignis.*

12 Ignis, & aer habent figuram circularem.

Secunda conclusio aer, & ignis de facto habent figuram circularem; nam de cōcauo aeris patet, quia circundat, & ambit globum rotundum constitutum ex terra, & aqua, & similiter de cōuexa superficie ignis, quia est sub cælo circularis figurę, & quia tam aer, quam ignis ęqualiter recedunt à centro propter leuitatem; sicut grauia ęqualiter accedunt propter grauitatem, sit vt aer secundum superficiem conuexam, & ignis concauam sint etiam figurę circularis; aliàs pars aeris, & ignis, quę esset magis propinqua centro, non quęreret ascendere, quod est contra vtriusque elementi inclinationē ita Clauius c.1.sphæræ, qui addit sibi videri vas duas superficies aeris cōuexam, & ignis concauam non esse perfectè sphæricas, sed oualem habere figuram, quod plus ignis videatur generari sub Zona torrida ob magnum Solis ardorem, & cæli velocitatem, & plus aqua sub polis propter distantiam à Sole: & tarditatem motus; sequitur Ferr. lib. 1. Cosmothor. sed non videt corruptione vnius partis in vna regione compensari ex generatione alterius in alia regione, vt rectè aliqui apud Aliac. in sphær.q.5.& Iandun. 1.meteor.q.4. neque obstat quod Conimb. c. 8.q.1.art.2 asserunt, quod non videāt quomodo aer versus æquatorem impellatur, nā hoc fit ex leuitate aeris, & ignis, vt habeant æqualem distantiam à centro; negari tamen non potest, vt notauit Angelus lib. 2.de causis d.10. de figura elementorū p. 2. non posse in tali fluxu, & refluxu partium seruari vnam figuram; quare intelligenda est conclusio de figura sphærica .i. non notabiliter distans à sphærica; sicut dictum est de rotunditate, quod non sit perfectè sphærica. Hinc Capuan. infert malè ex hoc argumento aliquos colligere elementa habere figuram oualem, quia licet habeant ex hoc aliquam imperfectionem circuli, tamen non est tanta, vt fiat figura oualis, quia nec ignis genitus sub torrida, ibi manet; sed sua leuitate notatur appropinquare ad superficiem cæli, in quo locatur, & aqua genita sub polis fluit ad partes decliuiores; vt æqualiter appropinquet ad centrum, & impleat partes sub torrida.

Cur aqua non cooperit totā terram.

Dices si aqua esset rotunda deberet terram cooperire. Resp. Auctor sphæræ non cooperire ob vitam animalium conseruandam, quia non possunt viuere in aqua; Sed huic causæ debet correspondere causa efficiens. Resp. concil. diff. 13. art. 1. multas esse causas effectiuas. Prima ex inæqualitate partium terræ quoad grauitatem; nam secundum aliquas partes est porosa, & plena concauitas, vnde habens centrum grauitatis distinctum à centro magnitudinis resistens per centrum grauitatis in medio mundi secundum partes leuiores supereminet aquis, cum distet à centro mundi, ita Campanus; sed contra quia non apparet terram discoopertam esse tantæ leuitatis, vt aqua superna tet, cum eius pars accepta mergatur in aquā.

Secunda causa sumitur ex quibusdā stellis solaribus, quæ retineant suo influxu aquā ne fluat, sed hoc esset violentum perpetuū, quare non est asserendum; nec est vnde sit tanta vis astrorum.

Tertia causa ex siccitate, & ariditate, qua terra aquā ad se fluentem imbibit; ita auctor sphæræ, sed non placet; vt terra tantam possit absorbere quantitatem aquæ, præsertim secundum eos, qui dicunt aquam esse maiorem terra.

Quarto ex radijs solaribus, quibus influētibus in has terrę partes consumitur aqua ad illas partes fluens; sed cōtra tum quia nō potest tantam copiam consumere, antequā alia cō confluat, tum quia radij solares licet sint potentiores sub æquatore, non tamen in omnibus terrę partibus, quę sunt sub polis, & alijs sub sphæra obliqua, & tamen illæ partes sunt discoopertæ; tum quia dum Sol est in hemisphærio opposito non habet vim influendi in hoc hemisphærium, quare nocte deberet cooperiri ex Albert.2 meteo. aquam sub polis esse altiorem, quam extra illos, quia ibi ob frigiditatem multum aeris conuertitur in aquam, vnde ibi sunt montes aquei profundissimi, & inde fluunt ad partes decliuiores, nam patet fluere à Septentrione ad Austrum, & quia elementum generatum extra suum locum confluit ad suum locum, nec tamen inde sequitur, terram australem cooperiri; tum quia actio ne Solis, & alijs influentijs consumitur, & conuertitur in aerem, & ignem; tum quia hæc pars terræ discooperta facta est leuior, rarior, & magis porosa ex radijs solaribus, & aliorum syderum, vnde est facta altior. & concipit intra se magnam aquæ copiam; tū quia licet aqua in vno loco generetur, in alio consumatur; ob quam vicissitudinem generationis semper ex diuina prouidentia conseruantur elementa in debita proportione, sequitur Capuanus.

Sexta causa, quia ex terra, & aqua fit vnus globus, in quo aquæ confluentes ad partes decliuiores terræ circulariter ad seruandam æqualem distantiam à centro, non potest transire terminos, quia partes terræ, quibus immediate continetur aqua sunt illo altiores, & ideo illam detinent ne confluat ad cooperiendam terram.

Tertia Conclusio, elementa nullam determinatam figuram sibi vendicant ex sua essentia, ita Ioannes Baptista Capuanus in c. 1. sphæræ Philalt. 3. cæl, 71. & 4. cæli in fine. 13 Elementa nullam figuram ex natura sua sibi determināt.

Primo ex Aristotele 3. cęl. 71. vbi ait, elementa figurari de factò figura circulari à cōtinente, & vt explicat Capuanus ratione si-

tus exigit ab vniuerso, vt etiam exigit ex aqua, & terra fieri vnum globum, etiam si aliter illa exigerent si. um ex propria natura; quod si terra non ita facile figurari potest à continente ob eius siccitatem, & duritiem, non tamen est impossibile sic figurari, vt per artifices quotidie fit, quare id multò magis fieri potest à natura, & eius Auctore naturę, vnde constat in mixtis quotidie vario modo figurari.

Confirmatur ex eò, quod sunt materia omnium mixtorum, vt dixi in tertia opinione.

Secundo probari potest, quia si aliquam determinatam figurā exigeret maximè circularem, quam habent; sed hanc non exigunt ex natura sua, tum quia figura qualis est circularis nobilissima debetur corpori nobilissimo, qualia non sunt elementa, tum qa hæc figura debetur mobilibus circulariter, non autē mobilibus per rectam lineam, at elementa ex natura sua non exigunt motum circularem, sed rectum; ergo.

Confirm. ex Philal. 4. cæl. t. 90. quia in homogeneis eadem est figura totius, & partis; sed partes elementorum nō habent propriā figuram, sed accipiunt illam à continente, ergo & totum elementum.

14 Dices, cælum habet figuram propriam, ergo & elementa, quia sunt simplicia, sicut cælum.

Diuersa rō cæli, & elemētorū quo ad figuram.

Respondeo negando cōsequentiam, tum quia elementa nec habent motum circularē connaturalem, nec sunt nobilissima corpora, vt sunt cæli, nec cælum est materia istorum, vt sunt elementa, vnde Capuanus loc. cit. figuram rotundam ait diuerso modo cōuenire cælo, & elemementis, nam cælo conuenit ex essentia, quia inseparabiliter; elemēta verò habent ex continente, & per accidens, vt patet ex partibus eorum, quæ vario modo figurantur secundum terminos continentes.

Dices secundo, eadem est ratio partis, & totius, sed videmus partes aquæ ex natura sua separatas ab alijs se in circulum colligere. Resp. duplicem esse causam illius effectus, primo, quia fugiunt siccitatem illius materiæ, in qua est; vnde si partes circumstantes illas guttas humectarentur, statim illę fluerent, ita vt non retinerent figuram rotūdam, secunda ex Alber. 1. meteor. guttulas illas se colligere in figuram rotundam, quis sub illa figura magis se conseruant, & tuentur à continente contrario, quia partes sic vnitæ fortius resistunt contrarijs.

15 Dices tertio, illa figura est cōnaturalis elementis, per quam eius partes sunt æque distantes à centro, sed hoc præstat figura circularis, maior patet; tum quia habent virtutes motiuas sibi connaturales, per quas, vel partes æque nituntur ad propinquare ad centrum, vt est grauitas, vel æque nituntur distare à centro, vt est leuitas; tum quia per hanc figuram melius conseruantur, at vnū-

Cur elemēta debent esse circularia.

quodque appetit illud, per quod conseruatur, & hinc fit, vt non solum terra, sed etiā aqua semper fluat ad locum decliuiorem, sicut ignis, & aer semper ascendunt ad locū sublimiorem, & propinquiorem concauo orbis lunæ, & ideo oportet, quod partes æqualiter distent ab illo concauo; nam aliter pars, quæ magis appropinquaret ad concauum, esset sublimior, & altior, atque adeo ad illum locum ignis tenderet; quare necessarium est habere partes magis distātes à cētro, & appropinquantes orbi lunæ, quod fieri non potest per figuram circularem.

Respondeo hoc argumētum debere esse fundamentum contrariæ opinionis; illud tamen ita soluendum, elementa posse conseruari dupliciter, primo secundum se, v. g. si vnum esset præcisis alijs, & ita negamus illa determinare sibi aliquam figuram. Secundo vt sunt partes vniuersi, & ita conuenit illis situs in vniuerso proportionatus virtutibus motiuis eorum, & ita conuenit illis figura circularis, vt bene notauit Campanus, quia non possent locari in locis naturalibus per æquidistantiam à centro, & ab orbe, nisi per figuram rotundam, vnde hæc figura est eis naturalis quantum ad locum, & situ, quia sine illa non naturaliter in vniuerso situarentur; non tamen est naturalis quantum ad esse eorum, vt dictum est. Neque obstat quod ignis ascendit ad modum pyramidis; quia id accidit non ex eo, quod talem figuram exigat, sed partim, quia paulatim sicut generatur ex materia, ascēdit, partim ex medio cum circumsistente, quod resistit, ex Philal.

## DVBITATIO II.

*An ex aqua, & terra fiat vnus globus.*

De hac quæstione nihil est nobis dicendum, quia egregiè tractatur à Clauio in c. 1. sphæræ, cui nihil addendum videtur; ipse verò pluribus ostendit ex illis fieri vnum globum, atque adeo habere idem cētrum commune totius vniuersi, quod dici solet centrum grauitatis, quod de terra clarè patet, & de aqua probant ex fluxu ad loca decliuiora, vt possit centrum totius vniuersi æqualiter ambire, vnde Astronomi, & Philosophi dixerunt superficiem conuexam tam terræ, quam aquæ vndique à centro totius mundi æqualiter distare, ita vt superficies conuexa vnius nullo modo intersecet superficiem conuexam alterius, sed illas cōtinuari, ita vt ex illis fiat vna, nec tamen cōcedit centrum grauitatis illius globi esse diuersum à centro magnitudinis, quæ omnia ipse fusè explicat, & probat. 1

Ex aqua, & terra fit vnꝰ globus.

Dices, cum idē sit centrum terrę, & aquę, cur centrum terra occupet, & aqua super superficiem terræ extendatur? Resp. id oriri ex maiori grauitate terræ, adeo vt si terra ita rotunda esset, vt politum aliquem glo-

bum efficeret, tota contegeretur al; aqua, immo si nunc esset tanta copia aquæ, vt posset implere omnes cauitates terræ, & montes trascenderet, idem efficeretur; sed quia terra non est perfectè sphærica propter mõtes, scopulos, concauitates, & valles, nec est tanta aquæ copia, fit vt non totam terram cooperiat; semper tamen æqualiter distat secundum eius superficiem conuexam à centro mundi; legite Clauium.

*Vnde tot mõtes, & insulæ, in terra, & mari? quatuor rõnes assignãtur.*

Dices secundo, vnde tot montes, & insulæ in terra, & mari? Respondent oriri ex quatruplici causa primo impulsu ventorum deferentium ad certum locum partes terræ subtiles, quæ de cursu temporis constituunt montem. Secundo, ex fluxu aquarum, & hoc dupliciter. Primo, aquis suo fluxu concauantibus locum, per quem transeunt deferunt ad mare partes terræ, quas rapiunt, & inde oriri possunt insulæ in mari, & montes in terra, nam latera relicta retinent altitudinẽ quandam montis, Secundo, aggregando partes, quas aquæ secum ferunt in certum locum; vnde aliqui putant per diluuia vniuersalia, aut particularia factos fuisse montes, præcipuè saxosos, nam concauantibus aquis partes terræ molliores, & deferentibus illas ad certa loca, inde fiunt montes, colles, & reliquuntur partes eleuatæ saxosæ, quas aqua non potuit execare, & corrodere; vnde fiunt, & montes in terra, & insulæ in mari. Tertio casu pluuiarum cum inæqualitate partium terræ, quandoq; enim vna pars terræ est tenax compacta, & alia arenosa facile separabilis; quare cadentibus pluuijs deferuntur partes circumstantes arenosæ, & manet pars tenax, in monticulum eleuata.

Quarto, spiritus terræ interno tumefactiuo, & dupliciter, Vno modo tumefactiuo, vsque ad fractionem partium terræ, quo in medio fractionis relinquatur vallis, & fiat mons in loco ad quem depulsæ sunt partes. Alio modo spiritu tumefactiuo non vsque ad partium fractionem, atq; subuersionem; actione enim solis, & astrorum in profundo terræ fit conuersio partium in exhalationes calidas, siccas, quandoq; per poros egrediẽtes; quandoq; illic reclusas, Sicque decursu temporum amplæ, & spatiosæ fiunt infra terram concauitates, in quibus ventus ille subterraneus multiplicatus nitẽs egredi eleuat crustas terræ, relinquendo illic montem, vel insulam, quandoq; autem sine præcedente eleuatione sensibili homini, subterraneus spiritus subrus violenter motua concutiens impetuosè partes superiores rumpit, & quãdoque ad latus extra proijcit relinquẽs profundam vallem, & ad latus montem, vel insulam. Ex his patet vnde aliquæ terrarum sunt planæ. vt Lombardia, & Flandria, quædam monticulosæ, atque valloeæ, vt Anglia, Scotia, Tuscia, & Gallia, ad quas etiam confert cultura agrorum profossas, hæc Angestus.

## DVBITATIO III.

*An elementum continens aliud, sit eo maius.*

## ARTICVL. I.

*Opiniones Doctorum.*

In hac quæstione primo est certum elementum continens secundum superficiẽ concauam, esse æquale cum elemento contento secundum conuexam. *a*

*a Secũdũ qd elemẽtũ cõtinens est æquale cõtẽto?*

Secundo, est certum continens esse maius secundum superficiem conuexam, quam sit cõtentum secundum extensionem superficiei, quæ patent ex terminis, sed difficultas est de quantitate secundum profunditatem, quæ sit maior, & præcipuè difficultas est de aqua, & terra, ex quibus licet fiat vnus globus, tamen dubitatur, quæ pars huius globi sit maior aqua ne, an terra.

Prima opinio est dicẽtium quodlibet elementum aliud continens esse maius contento, primo ex t; de Gen. t 37. vbi ait ex vna portione elementi inferioris generari decẽ elementi superioris, idq; non mirum, quia inferius rarefieri debet in decupla proportione, vt generetur superius, sed eandem proportionem debet seruare totum elemẽtum, quam habet pars ad partẽ; ergo si vna pars superioris elementi est decuplo maior, inferiori parte totum elementum erit decuplo maius toto inferiori.

Confirmatur, quia nobiliori corpori debetur maior quantitas, vt magis appareat liberalitas auctoris naturę, sed superiora sunt nobiliora inferioribus, vt diximus, ergo.

Secundo probatur de aqua in particulari; Nam si spectetur tota aqua, quæ habetur in Mediterraneo mari, Arabico, Persico, Caspio, & alijs, & quæ habetur in tot stagnis, & fluminibus, paludibus, & quæ continentur intra terræ cauitates, vnde tot fontes, & flumina; tota enim hæc aqua videtur excedere quãtitatem terræ, nam si in vnum globum colligeretur, non solum cooperiret totam terram, sed etiam haberet maiorem diametrum, quam sit diameter terræ.

Tertio probatur de aere, nam tũ cometæ ostendunt illum esse profundiorem aqua, nam cometæ, qui ex Arist. fiunt in aere tantam altitudinem habent, vt cælo proximi appareant, vnde multi putarunt eos gigni in regione cælesti, tum ex montibus, quorum vnus Teneriffem putãt ascendere ad altitudinem quindecim leucarum, .i. plus quam sexaginta millibus passuum, at montes non trascendunt regionem aeris, quia ab igne assumerẽtur in cineres, ex quibus patet falli, qui dicunt aeris altitudinem non trascendere quinquaginta duo milliaria.

Quarto probatur de igne, nam cum hic sua actiuitate omnia superet non potest fieri

ri quin in tanto temporis spatio non cōuerterit magnam partem ex alijs elementis in suam naturam.

Secunda opinio negat elementum cōtinēs esse profundius contento.

Secunda opinio est negantium omne cōtinens elementum habere maiorem profunditatem, quam contentum, quia licet id cōcedatur igni, cuius profunditas ex Mathematicis continet 120578. miliaria incipiendo summa altitudine exhalationum ad concauū lunæ, tamen contrarium apparet in terra, respectu aquæ, & aeris, nam eius diameter continet miliaria 6070. At profunditas aquæ non est tanta, nam vt constat ex nautis, qui omnia ferè maria percurrerunt, & eorum altitudinem demissa bolide explorarunt; Marium altitudo vt plurimum non excedit dimidium milliarij, & profundiora non excedunt duo, vel tria milliaria; præter paucissima loca, quorum nōdum vada reperta sunt, vt ad Sueuica littora, vbi naues non anchoris, sed ferreis anulis cohibentur, & vt refert Plin. 2. nat. hist. c. 102. in mari Pontico ex aduerso Coraxorum gentis tercentis fere stadijs à continenti, & quibusdam paucis quæ Lusitani, & Hispani nautæ commemorant, ex quibus Fern. lib. 1. Cosmoteoriæ cap. 2. infert terram esse multo profundiorē aqua, etiam si tota colligeretur in vnum globum, nam aqua, quæ est extra Oceanum non adequat altitudinem Oceani, nec extensionem, vt patet.

Terræ profunditas maior profunditate terræ

Et inde patet, terre profunditatem vincere profunditatem aeris, quæ ex communi non excedit 52. miliaria, quia eo ascendunt exhalationes, vt probat Nonius lib de crepusculis, Vitellio lib 10. prop. 60. Alhazenus lib. 7. suæ perspectiuæ, nam si aer esset altior, eo ascenderent exhalationes ob igneam naturam, quam continent admixtā, neque dicas aeris naturam esse etiam supra locum exhalationum nobis apparentium, nam cæteræ, quæ superius ascendunt non videntur, quia statim vi caloris absumuntur; sed contra, quia si quis esset aer potius connumerari debet cum sphæra ignis ob summam innaturalitatem quam habet ex proximitate ignis, caloris, & siccitatis exiccante aerem; vnde si loquendum sit de corpore habente formam aeris, quantitatem eius dicimus non posse constare quanta sit, ita Conimb. 3. cæl. c. 5. q. 3. art. 3. ex Fern. Piccol. de quantitate terræ, & aquæ, Scalig. exer. 39. Clau. in cap. 1. sphæræ; Barroccio lib. 1. Cosmog. c. 2. Fern. loc. cit. Plin. lib. 2. cap. 23.

3. opin. dicit nō posse scire quantitatem elementorum.

Tertia opinio est dicentium non posse certò sciri quantitatem singulorum elemētorum, quia quando extrema comparantur inter se, debent accipi non vt vnum continet alterum, sed precise vt vnum excludit aliud, quia alioqui esset certum, quod continens esset maius contento, vt totum sua parte; at vero terra v.g. non potest accipi, vt vnum extremum omnino separatum ab aqua, quia inter se habent tantam coniunctionem, vt per omnes terræ ferè partes aqua diffundatur, atque adeo non potest mensurari quantitas terræ, vt distincta à quantitate aquæ, & ideo non potest sciri, an aqua sit maior terra vel contra, & idem dicitur de aere, & igne; nam debet prius sciri terminus sphæræ aeris, & tum comparari cum igne; at nobis nō constat terminus ad quem pertingit aer; Nam quod dicūt terminum esse cum locū, quo ascendunt vapores, non satis probatur; nam potest esse, vt aer vlterius progrediatur & tamen vapores non possint plus ascendere, quia non habent tantum leuitatis, cum adhuc retineant aliquid aquei, vel terrei, vnde fit, vt non posset sciri quātitas aeris, atque adeo aer nō possit comparari ad ignem quo ad quantitatem; neque obstat quod Arist. 1. meteo summa 1. c. 4. *Sed oportet intelligere dictū à nobis aerem, id, quod est circa terram, velut humidum, & calidum esse, propterea quod vaporem, & exhalationem habeat terra quod autem super hoc calidum iam, & siccum. est enim vaporis natum humidum*, & calidum; exhalationis autem *calidum, & siccum.* Item eodem lib. summa 2. c. 1. ita scribens. *Primo enim sub circulari latione est calidum, & siccum, quod dicimus ignem. Innominatum enim est, & commune in omni fumosa disgregatione; attamen quia maxime natum est tale corpus exuri, sic necessarium est vti nominibus. sub hac autem natura, aer*, vnde Arist. alijs in locis ignem sub concauo lunæ appellat exhalationem, vt eod. lib. sum. 2. c. 4. *Supponitur enim nobis mundi eius, qui circa terram quantum sub circulari est latione, esse primam partem exhalationem siccam, & calidam. Ipse autem, & continui sub ipsa aeris, adhuc multum simul circumducitur circa terram a latione, & motu circulari.* Ergo Arist. eam partem in qua sunt vapores, appellat aerem, reliquam vero ignem. Non inquam hoc obstat; nam Aristoteles in primo loco assignat duas Regiones aeris, vnam in qua sunt vapores, alteram in qua sunt exhalationes, quare nihil contra prædictam doctrinam. In altero loco docet immediate sub luna esse ignem, & sub igne aerem, exhalationem fumosam non habere nomen, sed dici ignem impropriè, quia est proximè disposita ad ignem: In tertio loco replicat suppositiones supradictas, quarum prima est, quod sub cælo immediatus est ignis, quæ est exhalatio calida, & sicca, æquiuocè, vt ait Niph. nam exhalatio propriè est terra rarefacta, at Alex. putat non intelligi ignem, sed Hyppecaumia ex terra eleuatum, & illuc motam, at ex his non colligitur sphæræ aereæ terminum esse vbi sunt exhalationes.

Arist. explic.

## ARTIC. II.

*Opinio Auctoris.*

Decupla proportio non est de facto in elemetis quoad generatione vnius ex altero.

PRima conclusio, inter elementa etiamsi quoad generationem vnius ex altero seruatur proportio decupla sic significat Arist. non tamen eam proportionem habent de facto. primo probat Clau. in c. 1. sphæræ, quia sequeretur, aquam esse decies maiorem terra, & aerem centies, & ignem millies; At constat id esse falsum de aqua, nam cum sit vna terræ, & aquæ superficies, vt Mathematici probant; & ex terra maior pars, vel certa non multo minor sit detecta, quam quæ aquis contecta; fit vt non modo aqua non sit maior, sed potius minor terra, quoniam terræ profunditas vsque ad centrum continet milliaria 3035. vt ostendunt Mathematici ex ambitu terræ, at maris profunditas vsque ad duo, vel tria milliaria extenditur, & vt plurimum profunditas Oceani non excedit semimilliarium, vt referunt experti nautæ.

Sed hæc ratio non conuincit, quia diameter terræ colligitur ex ambitu terræ de quo dubitamus an cognosci possit.

Geometrica ratio. Soluitur obiectio.

Secundo probatur Geometricè, quia si ea proportio seruaretur, tunc tota sphæra elementaris contineret terra solum millies centiens, & vndecies, vt patet ex hac continua proportione decupla 1. 10. 100. 1000. q nu meri simul collecti efficiunt summam 1111. At constat ex semi diametro totius huius sphæræ, idest à centro ad lunam id esse falsũ nam continet semidiametrum terræ trigesies ter, & secundum aliquos hæc distantia maior est, ergo diameter totius continebit diametrum terræ trigesies ter. Hinc sequitur totam sphæram elementorũ cõtinere sphęram terræ trigesies quinquies millies nongenties trigesies, & septies, vt patet ex his numeris 1. 33. 1089. 359. 371. quia sphæræ sunt in triplicata proportione diametrorum.

Resp. aliqui decuplam proportionem nõ seruari inter quantitates corporum, sed inter semidiametros. Sed contra primo quia sequeretur lunæ distantiam à terra continere 1111. semidiametros terræ, at hoc repugnat omnibus Astronomis, qui vix soli tantam distantiam à centro concedunt; secundo quia cum spera habeat triplicatam proportionẽ diametrorum, sequeretur aquam esse millies maiorem terra, cum constet non ita esse; et totam sphæram elementarem habere eam proportionem ad terram, quam habet sequens numerus 1000000000. ad vnum vt patet ex sequẽtibus numeris 1. 1000. 1000000 1000000000. quod in nullius mentem venire potuit, ideo est absurdum.

3. opinio probabilior.

4 Secunda Conclusio; licet opinio secunda sit probabilis propter communem Doctorum opinionem; tamen probabilior est tertia opinio, nam profunditas terræ, seu diameter colligitur ex circumferentia circuli, vt probat Clauius in c. 1. circa finem. quod circumferẽtia circuli ad diametrum habeat eam portionem, quam habent 22. 7. vnde si à circulo terræ auferas 22. partem, & remanentis tertia pars erit terreni orbis diameter; at circumferentia terræ non potest certè cognosci, vt patet ex varijs opinionionibus, quæ de illa sunt, nam aliter Aristot. aliter Hiparchus, aliter Erastothenes, aliter Ptolomæus, aliter Alphraganus, aliter Recẽtiores de ea re sentiunt, vt refert ipsemet Clau. loc. cit. tum quia cum terra sit vndique mixta cum aqua, vt patet ex eo, quod ex illis fiat vnuus globus, ita compositus, vt aqua non sit ex vna parte, & ex alia terra, sed aqua sit sparsa per varios canales terræ; vnde globus ille non habet diuersum centrũ grauitatis, & magnitudinis. Hinc fit vt non possit superficies totius terræ mensurari, qn includat etiam superficiem aquæ; atq; adeo superficies illa est multo maior, quam si globus terrę acciperetur præcisè, exclusa aqua ex omni parte; nam sic contraheretur, & esset multo minor. Hinc etiam fit nec posse cognosci superficiem solius aquę quanta sit, quia nemo potest mensurare superficies omnium fluminum, fontium, stagnorum, mariũ, aquarum subterraneorum, & similium; quare dum non potest cognosci quantitas circumferentiæ vtriusque separatim accepta, consequenter non potest cognosci diameter & consequenter nec profunditas illorum; vnde *Capuanus in c. 1. in fine ad tertium hæc verba habet, nemo enim potest habere perfectam notitiam de quantitate terræ in circuitu, nisi solus ille, qui fecit Cælum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt.*

An ex gradibus cælorũ ambitus terræ cognosci possit.

Confirmatur quia regula illa cognoscendi ambitum terræ ex gradibus Cælorum, vt cuilibet gradui cælesti respondeant in terra 62. milliaria, non potest esse exacta; quia rotunditas terræ non est vndique æqualis, cũ alicubi sit plana, alibi montuosa, alibi profunda, & vallibus plena, ex quibus variatur Orizon, & altitudo Poli; neq; n. hæc diuersitas est exigui momenti, cum sit satis frequẽs, nec tamen idcirco opiniones aliorum despicimus, sed illi gratias agimus quã maximas, quod nobis aliquam cognitionem de ea re tradiderũt, & multo magis quod modum inuestigandi nobis tradiderunt.

Ex quibus idem dicendũ videtur de aere, & ignis, quod terminus sphæræ aereæ non sit nobis certus, vt dictum est supra; certius tamen cognosci potest corpulentia aeris, & ignis quam terræ, & aquæ, quia certius cognosci potest distantia à circumferentia terræ ad concauum lunæ, quam ambitus solius terræ, vel aquæ; illud autem spatium repletur aere, & igne, licet nobis non certè innotescat quantum ex illo spatio vendicat sibi aer, & quantum ignis ob rationes dictas.

ARTIC. III.

*Respond. argumentis Primæ opinionis.*

9 AD primum respondebitur in lib. de Generatione, vbi ostendemus modum generationis elementorum; nam fortasse non seruatur ea proportio decupla.

Resp. secundo etiamsi ea proportio seruaretur in generatione, non tamen eam habent de facto, vt probatum est, quia distantia, quæ est à terra ad cælum, non posset capere tantam quantitatem elementorum, si seruaretur ea proportio.

Ad confirmationem Resp. negando naturam pretiosioribus rebus dedisse maiorem quantitatem, vt facile patet ex mixtis, tum inanimatis, tum animatis.

Ad secundum Resp. primo totam illam aquam non posse mensurari humano modo, quia nemo potest penetrare omnes regiones, & concauitates terræ.

Globus collectus ex omnibus aquis an maior esset globo terræ.

Resp. secundo probabilius ab auctorib. secundæ opinionis, præsertim à Fernelio probari, globum collectum ex omnibus aquis, quæ sunt in terra in vnum globum illum non fore maiorem globo terreo, quia putat omnem illam aquam non posse adæquare aquam, quæ est in Oceano; quare mensurata aqua Oceani, & addita quantitate aquæ dispersę per alias partes non fieret ex illis magnus globus, sed hæc non possunt esse certa, sed tantum coniecturaliter asseri.

Ad tertium, qui putant cometas fieri in aere, probant non excedere 52. milliaria, qui verò putāt fieri in cælis, aliqui asserūt fieri ex materia celesti; & q. cęlos putāt esse liquidos & eo attrahi exhalationes terreas, ibiq; inflāmari vnde trascendunt non solum aeris, sed etiam ignis regionem; quare nihil ex eorum opinione afferi potest de quantitate aeris. Ego vero Resp. illam opinionem fundari in principio incerto, quod scilicet regio aeris non transcendat locum exhalationum.

Ad quartum Resp. si ea ratio haberet vim inde sequeretur totum aerem debere esse consumptum; quare dico ignem elementarem ob sui raritatem nō esse valde actiuum, & influentias cælestes ita esse, inter se ordinatas, vt elementa omnia conseruent in debita quantitate, & proportionę, vt alibi ostendimus.

Ignis elementaris quare non est valde actiuus.



QVÆSTIO VII.

De motu elementorum.

DVBIT. I.

*A quo principio moueantur elementa.*

ARTIC. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo not. cum de hac quæstione plura alibi dicta sint, hinc aliqua breuiter attingemus ob complementum materiæ, & quia elementa, vel grauia sunt, vel leuia, nō differt hæc quęstio, à quæstione de motu grauium, & leuium: sub quibus comprehenduntur nō solum simplicia corpora, sed etiam mixta, quæ mouentur ex prædominante elemento: Vnde quæ dicentur de motu elementorum eadem dicenda sunt de motu mixtorum, licet motus ille primario elementis, secundario mixtis conueniat. 1

Secundo not. motum, qui conuenit elementis posse esse simplicem, vnum circularem, qualis conuenit igni, alterum rectum, & hunc posse esse, vel naturalem, vel violentum, tertium transuersalem: de quibus constat violentum rectum, & transuersalē conuenire ab extrinseco, vel impellente, vel attrahente, siue immediate per motorem extrinsecum, siue mediante virtute impressa, de qua re alibi est dictum, quare quærimus principium motua naturalis.

Triplex datur motus.

Tertio not. falsam esse opinionem Empedoclis dicentis motum circularem conuenire elementis connaturaliter, quam motus rectus, nam hic motus conuenit elementis ex vi motus circularis, nam cælum suo motu grauia à se pellit, vnde quo sunt grauiora eo longius à cælo pelluntur, vnde terra mouetur ad centrum, ibi conseruatur ob eiusdem cælestia motus perseuerantiam; cætera vero minus grauia, minus procul pelluntur, falsa enim est hæc opinio, vt Arist. 2. cæl. in fine probat, quod motua elementorum ad propria loca esset violentus, & violenter Ibi detinerentur perpetuo; cum nullum violentum sit perpetuum, quia vires illius loci essent contrariæ elementis, deniq; etiam si descensus rationem aliquam afferat, nullum tamen motus sursum, quem experimur in particulis ignis hinc geniti.

Reijc. opinio Emped. de motu circulari.

Quarto not. duplicem causam inuestigari posse huius motus finalem vnam, & efficientem alteram, hic non quærimus finalē, quia finis omnis motus localis naturalis est possessio loci, quare qui dixerunt grauia, & leuia moueri à loco, si intelligant de causa finali non sunt reprehendendi, quia etiam finis suo modo, .i. metaphorice mouet, sed

Duplex causa queri pōt motus, efficiens, & finalis.

quærimus efficientem, qualis non potest esse locus, nam vel mouet dum elemantum est in loco, & non quia tunc quiescit, vel dũ est à loco absens, & neque quia mouens debec esse simul cum re mota, nisi dicant diffundere quandam virtutem attractiuam elementi ad locum, de qua re infra.

Vnus motus est nãlis singulis elemẽtis.

Quinto not. non esse audiendos, qui motum circularem putant conuenire connaturaliter igni, vt significat Bassonus 1. cæl. int. 5. art. 5. quod illi primario conueniat cum conueniat dum est in suo loco, & suam perfectionem obtinet, motus vero rectus conueniat secundario, quod illi conueniat dum est extra suum locum, & in statu innaturali. Nam hæc doctrina repugnat Arist. qui 2. phys. elementis docet motum rectum esse secundum naturam, quia cum natura simplex vnum motum simplicem habere possit sibi connaturalem, non potest habere sibi connaturalem motum circularem, tum quia naturæ simplici non pōt esse naturalis mot⁹ ille mixtus per quẽ multę partes ascẽdunt, & descendunt. Hinc dicitur præternaturalis .i. medius inter naturalem, & violentum, nam participat cum violento quatenus est à principio extrinseco, & cum naturali quatenus per illum motum conseruatur.

Sexto not. cum in omni actione, & motu sit deductio potentiæ ad actum ex vi agentis, oportet distinguere quot modis dicatur huiusmodi potentia, & agens, & cum potentia alia sit actiua, alia passiua, illa constituitur agens, hac mobile, prius distinguenda est potentia passiua ad motum.

Potẽtia passiua duplex essẽtialis, & acciḋẽtalis, & quomodo conueniant elementis.

Septimo not. potentiam passiuam communiter distinguunt in essentialem, & accidentalem; essentialis à Zabar. lib. 1. de motu grauium c. 1. dicitur quæ est primario ad formam, & secundario ad motum, vt est graue in potentia ad ascensum, quæ potest dici potentia remota, nam prius fieri debet leue, & deinde conuenit illi ascensus, & merito dicitur essentialis à Zab. quia denotat graui essentialiter non conuenire ascensum, ego vero puto dici essentialem, quia est in potentia prius ad formam substantialem leuis, quam materia grauis essentialiter respicit; & tum ad motum, Accidentalis vero dicitur quæ primario respicit motum, qualis est in corpore leui ad motum sursum, & Zab. putat dici accidentalem, quia leui accidentale est non ascendere, & has duas potentias ponit Aristoteles 8. phys. t. 32.

Tertium Genus potentia addit Zab. c. 11 quod non respicit motum sicut potentiæ præcendentes, tanquam proprium actum, sed respicit terminum motus, vnde illæ potentiæ conueniunt mobili quiescenti, hæc vero mobili dum est sub motu, nam mobile dum mouetur adhuc est in potentiam ad suum vbi, & patet ex diffinitione motus, qui dicitur esse actus mobilis, prout est in potentia, non quidem ad motum, quem habet sed ad terminum, ad quem tendit,

Septimo Not. ex Scoto 1. poster. q. 56. efficiens est duplex; vnum quod agit cum transmutatione, quod dicitur principium vnde motus, & constituitur per potentiam actiuam, quæ 9. meteph. diffinitur, quod sit potentia transmutandi aliud prout est aliud; Alterum, quod non per transmutationem, sed per solam emanationem effectus ab eo sequitur, vt est essentia respectu suarum proprietatum. quæ consequuntur essentias, statim ac sunt; vt risibile ad rationale absque vlla mutatione.

## ARTIC. II.

### *Opiniones Doctorum.*

2 Prima opinio dicit elemẽta moueri à principio extrinseco.

PRima opinio est dicentium elementa nō moueri à proprijs formis, sed moueri à principio extrinseco, quia nihil potest moueri à seipso, nisi habeat partem mouentem, & motam inter se distinctas, vt ex 8. phys. t. 13. vbi Auer. sed in explicatione huius principij extrinseci diuisi sunt; nam aliqui putant hoc principium esse locum, quod mouet elementum, vt magnes ferrum.

Alij verò putant hoc principium esse generans, quod per se moueat, quia generans dans virtutem, & formam, dat omnia consequentia ad formam ex Arist. 8. phys. t. 32. & 4. de cæl. 24. 25. et aliqui dicunt hoc generans esse cælũ. Alij esse generans proximũ.

Alij verò volunt moueri à prohibente remouens, nam ab illo proxime reducitur de potentia ad actum, ex eod. Arist. loc. cit.

Alij denique dicunt moueri ab vtroque scilicet generante, & remouente prohibens; nam ab vtroque reducitur de potentia ad actum; vnde distingunt duplicem potentiam. Vnam essentialem, per quam corpus cum non habeat proximam potẽtiam ad actum, sed potius oppositam, vt graue non habens potentiam ad ascensum, habet potentiam, vt mutetur in corpus leue, atque adeo ad formam elementi leuis, qua acquisita statim mouetur elementum ad locum sursum. Alteram potentiam accidentalem, quæ conuenit elemento habente formam proximè motiuam, sed impeditam, quæ dicitur accidentalis, quia est proxima ad motum, qui est actus accidentalis. Hinc dicunt esse duplicem motorem, vnum qui reducit elementũ de potentia essentiali ad actum, & hic est generans; alterum qui deducit illum de potentia accidentali ad actum, & hic remouẽs prohibẽs, & hæc videtur fuisse opinio Arist. qui in hoc distinguit grauia, & leuia ab animalibus, quod animalia mouentur à se, quia habet partem internam per se mouentem distinctam à parte per se mota; elementa verò solum moueri ab externo motore, quia non habant partes sic distinctas; Nam idem non potest agere, & pati, quia non potest esse simul actu, & potẽtia; neq; dicas in illis formã, q̃ est actiua distingui à materia prima

quæ

quæ eſt paſsiua ; nam omne mobile localiter ex 5. phyſ. debet eſſe actu, neq; dicas motũ illum non eſſe naturalem elementis, quod ſit ab externo principio, nam vt rectè ſignificat Ariſt. 8. phyſ. t. 32. elementa licet non habeant principium actiuum intrinſecum, habent tamen paſsiuum inclinans ad motum, quod ſufficit, ad naturalitatem motus.

Alij diſtinguũt in modo eſſendi.

Secundo, differunt in modo concurrendi. Nam alij dicunt generans eſſe principale, & immediatum principium, vt qui dicunt vna actione fieri formam, & motum.

Alij generans eſſe principale, ſed formas, & virtutes motiuas eſſe virtutes inſtrumentales generantis.

Alij formam eſſe motiuam per accidens, ſed cauſam per ſe eſſe generãs, & tribuitur Auer. exemplo Nautæ, dum ſe mouet mouendo triremem.

3. dicit elementa moueri à principio intrinſeco.

Secunda ſententia eſt dicentium elementa moueri à principio intrinſeco, & non ab extrinſeco; ſed in hoc principio explicando non conueniunt, nam primo Auer. 4. phyſ. com. 71. aſſerit moueri quidem à ſeipſo nõ per ſe, ſed per accidens; Nam graue deſcendens mouet aerem medium, & ad motum aeris cedentis, mouetur etiam graue; vnde ſeipſum per accidens mouet, ſic nauta per ſe quidẽ mouet nauem, & mouendo nauem, mouet etiam per accidens ſeipſum, vt Scotus 2. d. 2. q. 10. & alij Scotiſtæ, vt refert Faber Theor. 61. ex 8. phyſ. t. 32. vbi poſita diuiſione potentiæ in actum primum, & ſecundum, ſubdit, *Cum autem eſt iam leue actu operabitur mox, niſi prohibeatur*, hoc autem eſt cum detinetur extra ſuum locum ab aliquo agente, vnde patet elementum habens actum primum poſſe exire in actum ſecundum. & 4. phyſ. tex. 85. & 82. vbi ait, denſum, & rarum ſecundum hanc contrarietatem grauis, & leuis eſſe actiua, neque obſtat, quod 2. de Gen. tex. 8. numerat has qualitates inter eas, quæ non ſunt actiuę, nã ibi ait, nec eſſe paſsiuas, vnde patet negare actiuitatem, & paſsibilitatem in ordine ad formã, vt .ſ. inter ſe mutuo agant, nõ tamen quæ eſt ad motum.

Hoc principium alij ponunt formã ſubſtantialẽ

Alij verò dicunt principium illud mouẽs eſſe formam ſubſtantialem, & mobile per ſe eſſe compoſitum ex materia, & forma ſubſtantiali, vnde forma fungitur duplici munere ſub diuerſa ratione; nam mouet, vt forma ſecundum ſe, ſed mouetur, vt materiam perficit, vnde diuerſa ratione eſt actio agendi, & patiendi; ita Auer. 3. de cæl. com. 28. & ſecundum hanc doctrinam explicanda ſunt, quæ docet 2. phyſ. t. 1. & 4. phyſ. 71.

Alij vero dicunt, elementa ſeipſa per ſe mouere, & rationem mouendi actiuè, & paſſiuè eſſe formam; nam in elementis non eſt neceſſaria diſtinctio partis mouentis, & partis motę, quia non eſt agens vniuocum, quod habet formam eiuſdem ſpeciei cum forma rei productæ; ſed eſt agens æquiuocum, quod habet principium actiuum virtuale, vt V.G. eſt lumen reſpectu caloris, hoc autem poteſt agere in ſe ipſum; nam poteſt habere potẽtiam formalem ad actum, atque adeo poteſt recipere actum, quem producit potentia virtualis, quia non repugnat eſſe in actu virtuali, & potentia formali; Agens enim æquiuocum per ſuam potentiam actiuam eſt in actu virtuali; ita Scotus in 2. diſt. 2. q. 10. vbi alij Scotiſtę & Arimin. in 2. diſt. 6. q. 1. art. 3. quam ſequuntur Zimera, & alij recẽtiores, *& videtur deſumpta ab Auerroe* 3. *cæl.* 28. dum ait *lapis mouet ſe quatenus eſt actu grauis, & mouetur quatenus eſt poteſtate inferius*, nam illis verbis ſignificatur actus virtualis, & potentia formalis.

Alij denique dicunt formam ſubſtantialẽ eſſe principium principale, ſed remotum; proximum verò eſſe virtutes motiuas, quæ ſingulis elementis conueniunt, quia putant formam ſubſtantialem non eſſe immediatè actiuam, nam ob hãc rationẽ natura tribuit rebus potentias accidentales, alioqui fruſtra eſſent, ſi haberent virtutem actiuam, & illã non exercerent.

Tertia opinio cõciliat vtramq. opinionem

Tertia opinio eſt cõciliantium vtramque opinionem: ſcilicet principium motiuum elementorum eſſe extrinſecum, & intrinſecum; proximum enim elicitiuum motus eſſe intrinſecum; illud non eſſe formas ſubſtantiales; ſed virtutes accidentales; remotum verò, & denominationis per ſe quidem eſſe generãs; per accidens vero eſſe remouens prohibens, quæ opinio eſt recentiorum, quam ego alibi fusè explicaui, & probaui; quare hic ſolum de ea aliqua breuiter dicemus.

## ARTIC. III.

### *Opinio Auctoris.*

### *De motu per accidens elementorum.*

Probatur 1. non moueri à ſeipſis elementa p accidẽs ad motum aeris.

PRima concluſio elementa non mouentur à ſeipſis per accidens ad motum aeris contra Auer. apud Zimeram.

Primo quia non poteſt mouere per aerem niſi prius moueat ſe ipſum; quia accidens corporeum non mouet localiter corpus externum, niſi ipſum quoque moueatur; ergo in illo priori elemento mouetur non moto aere; ergo elementum non mouetur ad motum aeris, ſed potius aer ad motum elementi.

Confirmatur, quia motus aeris ab elemẽto eſt violentus, ergo ſi mediante illo motu mouet ſeipſum, ſequitur & ſeipſum mouere violenter, vel ſi ſe mouet naturaliter motus violentus eſſet prior motu naturali, & hoc ex inſtitutione naturæ, quia eſſet ex inſtitutione, qua elementa mouentur ad ſua loca.

Confirmatur ſecundo, quia non apparet quomodo elementum moueatur ad motum aeris; nam vel elementum trahitur ab aere moto, & hoc non poteſt eſſe niſi ad replen-

dum

dum vacuum; nam ex natura rei non est cur trahat, vel vehat, cum potius cedat elemento moto, & pellatur ab eo, vel elementum impellitur ab acre, & tunc non moueretur versus acrem; sed versus contrariam partem neq; apparet quomodo pellat cum ei cedat & potius ab elemento pellatur.

Confirmatur tertio, si elementum mouetur per accidens ad motum aeris, ergo debet dari causa per se huius motus, quia omne per accidens debet reduci ad causam per se, sed huius motus non potest esse causa per se ipse aer, quia huius motus insequitur motum elementi: ergo debet illa causa esse in ipso elemento. Resp. Zim. elementum moueri quidē prius per se, sed nō à se; sed à generāte, sed cōtra, quia cū generans non coexistat motui elemētorum non potest esse causa eius, neque obstat exemplum nautæ, nam licet nauta moueatur cum naui, quam remis mouet, tamen non potest illam mouere, nisi nauta prius moueatur alio motu per se à se ipso .s. mouendo sua mēbra, quare hoc exēplum potius aduersarijs obest. Deinde nauis diuerso motu mouet nautam. s. vectionis; qui non conuenit aeri respectu elementi cum cedat.

Dices si non daretur elementum in medio, sed esset vacuum non posset ibi esse motus ex Aristotele 4 phys. ergo principium motus est medium. per quod fit motus.

Resp primo negando ibi non fore motum vt fusè ostendimus in physicis tract.21.q.4.

Explicatur Arist dicens in vacuo nō posse dari motum.

Resp. negando consequentia, quia etiam si verum esset, ibi non futurum motum, id non est, quia deesset principium effectiuum, sed quia deesset spatium sufficiens ad successionem necessariam motui, nam non esset ibi resistentia, ex qua oritur successio, & hoc sensu possunt intelligi Aristotelis verba dum 3. cæl. 28. ait naturam ad efficiendum motum localem corporum simplicium, siue naturalem, siue violentum, vti medio aere tum quia, vt infra constabit aer motus adiuuat ad motum effectiuè, tum quia est mediū necessarium, siue quo non esset motus ex Aristotele. Nec auctoritas Auer. obstat huic doctrinę, vt explicat Zabar loc cit. c.5.6.& 14. vbi conciliat omnia Arist. & Auer. dicta & si obstaret non est magnifacienda cum à Scoto accusetur inconstantiæ.

Dices ab eodem principio elementa mouentur à quo eorum motus fit velocior, & tardior, cum hæc sint quædam differentiæ motus, sed velocitas, & tarditas motus naturalis est à maiori, vel minori concursu medij, nam motus naturalis est velocior in fine ex 1. cæl. 88. ratione aeris velocitātis. Resp. negando maiorem, quia velocitas, & tarditas non semper oritur ex variatione actiui. sed ex variatione resistentiæ, semper tamen oritur ex variatione proportionis actiuitatis supra resistentiam passi, quæ potest oriri non ex varietate primi, sed ex concursu aliorum agentium additorum, & ex variatione resistentiæ.

Resp. secundo illius velocitatis varias afferri causas, vt refert Simpl.1. cæl. 86. & 8. phys. t.76.

Primo Hiparchus causam, ait, esse remotionem à principio violento; nam cum elementum moueatur siue præsupposito motu violento, siue quiete violenta; hæc violentia semper minuitur, dum magis elementum accedit ad centrum. sed hæc non potest esse causa vniuersalis, nam non habet locum in motu elementi geniti extra suum locum, ex quo statim mouetur.

Secunda causa ducitur ex minori resistētia medij, siue quia quo elementum est propinquius loco, eo medium quod resistit est minus, & ideo facilius scinditur ob minorē resistentiam, vt aliqui apud Simpl siue quia aer propinquior terræ est minus leuis, quam aer superior, & ideo minus nititur contra motum grauis descendentis, ita Duran. in 2.dist.14.q.1. sed vtraq; reijcitur à Zab. loc. cit. c. 15. nam Aristot. tex 88. tribuit hanc maiorem velocitatem incremento grauitatis, & non minori resistentię medij, & multo minus probanda est sententia Duran., nam resistentia medij maior, vel minor ad scissionem oritur non ex grauitate, vel leuitate, sed ex densitate, vel raritate; Vnde cum aer inferior sit grauior, erit etiam densior, & ideo magis resistet graui descendēti, & aliorum opinio inde etiam falsa redditur, quod experientia constat, eo velociorem esse motum quo à distantiori loco mouetur, at si esset minor resistentia medij esse deberet æqualis velocitas cum respectu vtriusque mobilis sit æqualis resistentia.

Tertia causa Alex. Simpl. & Diui Thom. t. 88. dicentium, virtutem motiuā quo magis accedit ad locum, eo fieri magis vigorosam, & quo magis est remota, eò esse debiliorem, & ad hanc reuocantur omnes causę, quas Simpl. asserit 8. phys. tex. 76 sed hæc opinio videtur contra experientiam; nā idem corpus si libretur propè terram, vel procul semper est eiusdem ponderis; ergo signum est non augeri pondus ex vicinitate terræ.

Refellitur Simp. dubitans de maiori hac velocitate.

Hinc quarto Simpl. dubitat de huiusmodi maiori velocitate; nam nec experientia discerni potest, nec causa quam reddit Arist. vera esse potest, vt diximus, sed sine causa negatur maior velocitas; nā experimur maiorem ictum fieri à lapide descēdenti à loco remotiori, quam à proximiori, hic autem maior ictus non potest oriri, nisi ex maiori velocitate motus.

Quinta causa sumitur ex maiori, vel minori resistentia medij, quæ oritur ex ipso motu; nam experientia constat eandem virtutem facilius mouere corpus per medium commotum, quam per medium quiescens, vt patet ex naui; quæ, vt retardatur dum mouetur contra impetum fluminis; ita citius mouetur dum mouetur secundo flumine; & ideo cum elemētum incipit mouere aerem, tardius mouetur; cum verò prosequitur

motum

motum, quia vna pars aeris mouet aliam, consequenter elementum mouetur per aerē iam motum; & ideo prosequendo motum, cum minuatur semper resistentia aeris commoti, fit vt in fine motus sit velocissimus; Neque his obstat Arist. dum ait augeri grauitatem, quia non intelligit de grauitate, vt est qualitas in actu primo, sed vt dicit proportionem ad resistentiam medij; Nam eadē virtus motiua habet maiorem proportionē, vbi est minor resistentia, ita Zab. c. 16. & 57. quę opinio mihi placet, sed non videtur sufficiens; quare dico huius maioris velocitatis triplicem esse causam; Prima ex minori resistentia medij rōne motus, vt explicat Zab. secunda ex minori resistētia ratione minoris quantitatis medij resistentis; tertia, ex maiori impulsu, quem Arist. vocat grauitatem; nam sicut ex Arist. proiectū mouetur ex impulsu aeris 8. phys. 82. ita etiam elementum, cum hoc tamen discrimine, quod motus proiecti quo magis recedit à suo principio, eò est tardior; motus verò naturalis elementorū semper augetur, quia semper habet coniunctum primum mouens, & ideo nunquam minuitur impetus aeris, de qua re fusè alibi diximus, ex quo sumi potest argumentum pro opinione asserentium motum elementorum esse à principio intrinseco.

## A R T I C. IV.

*Opinio Auctoris, de principio per se motus elementorum.*

Generans quomodo moueat elementa.

SEcunda Conclusio generans non mouet proximè, & elicitiuè elementa, quia huiusmodi motor exigit duas conditiones primo quod existat dum elicit motum. secundo quod sit simul, seu indistans à mobili; sed generanti elementa, deesse potest vtraque conditio, dum elementum mouetur; Nam potest esse vt generans tunc non existat, sed sit corruptum, & si aliquando existit, nunquam tamen est simul cum elemento mobili, sed ab eo distans.

3 Dices quando generatur elementum extra proprium locum; tunc statim mouetur ad proprium locum, ergo tunc motus est à generante elicitiuè, sicut passiones dicuntur esse elicitiuè à generante essentiā. Resp. Zab. esse diuersam rationem accidētium permanentium, & fluentium; nam accidentia prioris generis fiunt à generante eadem actione, qua fit forma, licet mediante forma, at non sic accidentia secundi generis; nam actio generantis cessat in primo esse formæ, quod est vltimum non esse ipsius motus, ergo motus non potest esse à generante eadem actione qua producitur forma.

Sed non placet tum quia vtrobiq; est eadem ratio, nam sicut immediatum principiū accidētium permanentium est forma, ita successiuorum est virtus intrinseca, ergo neutrius actionis principium est generans. Tum cum termini sint distincti spetie, vt est substantia, & accidens non potest vna actio terminari ad vtrumque terminum.

Conf. quia si actio, qua emanāt proprietates esset eadem cum actione, qua generatur essentia sicut ad actionem terminatam ad proprietates concurrit essentia sic etiam cōcurreret ad actionem, qua ipsa generatur cum sit vna, & eadem.

Hinc patet principium elicitiuum motus non esse remouens prohibens, quia ex 8. phys. t. 32. est causa per accidens, & eius actio terminatur ad motum, quo mouet impedimentum, & deinde graue ab illo separatur.

Dices generans elicit motum, per virtutē suam, quæ manet in graui producto; sed cōtra inquit Scotus tum quia ad effectum productum ex virtute genita ab alio, non concurrit generans virtutem, quia potest esse vt generans sit corruptum; sed actio adæquate elicitur à virtute existente in genito, tum quia causa non manet in effectu formaliter cum inter se distinguatur, ergo secundum perfectionem, quam in se formaliter habet, non pōt esse elicitiuum principium actionis quæ est ab effectu, in quo manet efficiens virtualiter, seu participatiue.

Tertia conclusio principium immediate elicitiuū motus naturalis est intrinsecū elementis primo ex Arist. 8. phys. t. 28. vbi loquens de motu proiectorum ait non moueri à motore primo, sed corpore cōcomitāte mobile, cuiusmodi dicit esse aerem, per quē proiectū mouetur; ergo in naturali motu non sufficit generans, cum non coexistat mobili, sed alia virtus illi coexistens, quia eadem est ratio vtriusque; nam vt se habet projiciens ad proiectum; ita generans ad elementum genitū quoad motum localem; neq. tamē sibi aduersatur quod initio 8. phys. motum naturalē tribuit generanti, & proiecti violētū; nā ibi loquebatur de primo principio motus, à quo primo res de potentia, seu de nō moueri deducitur ad actum .s. moueri; Nā ex illo principio intendebat inquirere primum motorem vniuersi, ad cuius inuestigationem non erat necessarium dicere aliquid de proxime mouente, quare t. 82. cūm esset notus primus motor proiectorum inuestigat proximum principium, quod erat ignotum, quod dicit non esse projiciens respectu motus violenti, nec generans respectu naturalis. 3. concl. dat elementis principium intrinsecum motus naturalis.

Confirmatur, nam ibidem cum dixisset grauia, & leuia moueri à generante, quærit propter quid grauia, & leuia ad sua loca ferantur, & Resp. caussa est, quia apta sunt aliquo, & hoc inest graui, & leui esse, at in quæstione propter quid quæritur causa proxima non remota, & ideo Resp. non esse generans, sed intrinsecum mobili, quam quæstionē cum potuisset 4 cæl. t. 20. Resp. quod hæc in se ipsis habent mutationis principiū, & in hoc distinguit hæc mobilia à sanabili, & au- Ex pluribus locis Arist. id confirmat

& augumentabili, quod hęc mutentur ad sanitatem, & magnitudinem ab externo principio, sed hoc non potest esse passiuum; quia hoc semper est intrinsecum mobili, ergo est actiuũ, quare elementa habent in se principium actiuum.

Confirmatur secundo ex 2. phys. t.84. naturalia inquit esse illa, quæ ab aliquo in se ipsis principio continue mota perueniunt ad aliquem finem. & loquitur vniuersaliter de inferioribus corporibus.

Eo quod forma elementi est natura.

Secundo ex principijs Arist. nam natura est primum principium motus. Sed forma elementi est natura; nam est informans materiam, & constituit corpus naturale, ergo est primum principium motus. Resp. potest esse quidem principium, sed passiuum. sed contra, nam sicut proprium materię est pati, ita formæ est agere per se, nam ideo dicitur actus .s. ab agendo, quare pati non conuenit illi per se, sed per accidens .s. ratione materiæ ex Arist. 1. de Gener, t.55. vbi ait calorẽ si esset à natura separatus, non pati, tum 2. phys. t. 4. distinguit naturalia ab arte factis, quod arte facta careant principio intrinseco, at naturalia illud habent, sed arte facta non carent principio passiuo intrinseco; sed actiuo, ergo.

Conf. quia ab eodem principio elementa mouentur ad propria loca, à quo habent vt ibi quiescant, quia natura est principium motus, & quietis. Nam motus ordinatur ad quietem, sed elemeota habent quietem in proprijs locis ex virtutibus motiuis; quia nõ est alia causa assignabilis.

Ex principijs Aduersariorum,

Tertio probatur ex principijs aduersariorum, nam dicunt generans esse principium motus, quia dans formam, dat consequentia ad formam, ergo motus non sequitur immediate ad generans, sed ad formam, & mediante illa ad generans; ita Iauellus 8. phys. q. 9. dum ait motum sequi ad formam quã dat generans.

Ex principijs naturæ.

Quarto probatur ex principijs naturæ lumine cognitis, nam omnis effectus in actu debet sequi ex causa in actu 2 phys. t. 38. & 5. met. t. 2. quod verius est in effectu, qui consistit in fieri, vbi not. est doctrina Arist. in 2. post. dum de causa, & effectu loquens ait effectus præteriti caussam præteritam, præsentis præsentem, futuri futuram, actu existentis, actu existentem, potentia existentis potentia existentem; quare dum effectus existit necesse est caussam existere, at respectu motus elementorum non potest assignari causa in actu ipsum generans, quia potest non esse, & eadem ratione neque remonens prohibens: & quia ostendemus non esse caussam per se, sed per accidens effectus 8. phys. t. 32. cuius actio finitur in remouendo impedimentum, neq; est aliud externum, vt aer nec cęlũ vt diximus, quia eius actio est vniformis, & indifferens ad ascensum, vel descensum ergo debet esse aliquod intrinsecũ elemento per quod determinetur influxus cæli ad ascensum, vel descensum à quo vt causa particulari eliciatur motus.

Confirmatur, quia si graue extra locum suum existens impediatur moueri, & postea moueatur, dicunt moueri à remouente impedimentum; sed hoc impedimentum aliquando remouetur ab ipso met graui, vt patet ex casu, quo graue impediatur descendere ex filo dependẽte; nam filo fracto mouetur deorsũ. sed illa fractio est ab ipso graui deorsũ pmẽte, ad qͦ seqtur fractio fili, at elemẽtũ non potest mouere partes fili, nisi prius seipsum moueat, ergo nõ potest motus primo seq ad fractionẽ, & si sequeretur ad illã esset a principio intrinseco, quo frangitur filum.

Quarta conclusio, hoc principium intrinsecũ elicitiuũ immediate principale est forma per virtutes motiuas; vt per instrumenta Prima pars probatur, quia forma est natura ergo est primum idest principale principiũ. 4. concl. hoc principium intrinsecum est forma, & quomodo.

Secũda pars prob. quia illud est principiũ pximũ actionis, quo ablato, & õi alio posito non ponitur actio, & quo posito ablato omni alio ponitur actio, sed posita forma substantiali in elemento extra locum suum, & ablata virtute motiua nõ moueretur elemẽtum; nã alioqui si per se ipsam posset elicere motũ frustra datæ essent formis virtutes motiuæ accidentales, neque tamen ibi naturaliter quiesceret, quia inde appetit moueri si haberet vires; sed violenter; non quidem ex aliquo violentate potentiori, quod illud detineat, sed ex defectu requisiti ad suum motum naturalem.

Et contra posito corpore cũ virtute motiua sine forma proportionata ponitur motus, vt patet tũ ex motu specierũ in Eucharistia vbi nulla est substantia, & licet ibi virtus diuina suppleat cõcursum, quem prebebat substantia ad existentiam accidentium tamen posita existentia illorũ sequitur actio sine aliquo concursu formæ, vel alterius supplentis formam, in quo fallitur Saxonia q. x. articulo 5. Dices, calor separatus à materia ageret, sed nõ pateretur ex Arist. 1. de Gen. sed moueri est pati, ergo grauitas separata nõ moueretur. Resp. ibi ab Arist. negari passionem corruptiuam, quia deberet corrũpi à contrario per actionem productiuam formæ compossibilis; at cum ibi nõ sit materia, ex qua fit actio eductiua, nõ potest esse corruptio, At latiò fit sine corruptione, tum ex vaporibus, qui habẽt formam substantialem aquæ, & tamen quia habent leuitatem ascẽdunt per aerem, & idem de exhalationibus terreis, qui motus non possunt esse à forma aquę, & terrę, quia illis repugnat, sicut enim ab aquæ calida est calefactio ratione caloris, & non ratione formæ; ita dicendum de hoc motu vaporum, & exhalationum.

Resp. Sax. q. 9. ad huc ille motus est à forma substãtiali, vt principali agẽte, quę potest contrarios effectus per virtutes contrarias, quas habet, quia accidens semper est instrumentũ suppositi in quo est, Sed contra quia du- Eius responsio pluribus reijcitur.

dupliciter potest intelligi Principale agens primo determinationis; 2. influxus; supposi- tũ .n. semper est principale agens denominationis, tam respectu actionum sibi connaturalium, quam innaturalium; quia semper subiectum habens principium operatium denominetur operari, sed non est principale semper influxus: Nam etiam si influeret in actiones connaturales, quod mihi non est probabile, vt alibi ostendi, nulla tamen ratione influere immediate poterit in actiones sibi contrarias, neque est absurdum accidens respectu alicui' actionis esse principale agẽs principalitate adæquationis confluxus cum pfectione affectus, vt est calor respectu calefactionis. At instat Saxon. quod si calor pro duceret, vt principale agens calorem, posset etiam producere ignem. Sed cõtra, quia illa consequentia nullo fundamento fulcitur; nã disponẽs materiam produceret effectum ad quem est dispositio dispositiuè, sed nõ eliciti- uè, nisi eleuetur iuxta exigentiam perfectionis effectua ab alio agente, nec mirum eandem virtutem comparatam ad diuersos effectus habere diuersum modũ causandi principaliter, vel instrumentaliter.

Dices si grauitas, & leuitas essent principia principalia motus, essent naturę, vt patet ex definitione naturæ.

Confirmatur quia instrumenta non agũt sine dirigẽte ex se, ergo nec virtutes motiuę separatæ à forma dirigente, vel alia supplente vicem formæ.

*Resp.* naturam non dici principium proximè elicitiuũ, sed primum, quod elicit mediante virtute accidẽtali, cuius modi nõ sunt virtutes motiuæ, quæ ex natura sua sẽper dicunt ordinem ad suam connaturalem formam: cuius sunt instrumenta etiam quando sunt in alieno subiecto.

Ad confirmationem varia esse genera instrumentorum, non licet artificialia semper indigeãt directione artificis; at naturalia nõ semper; nam quando sunt instrumenta principalia agentia per solam denominationem nõ indigent concursu, & directione, quia habent virtutem adæquatam affectibus.

Dices secundo si elementa mouentur à principijs intrinsecis, siue sit forma, siue virtus motiua: sequeretur quod idem ageret in se ipsum, nam ipsa forma, vel virtus moueret seipsam, at hoc est tum contra Arist. qui 7. phys. dixit omne qnod monetur, ab alio moueri, neq; dicas ab Arist. *dici ab aliquo moueri*, & non dicit ab alio, nam communiter *ly ab aliquo exponunt ab alio*, & colligunt ex contextu, tum quia implicat idem esse actu, & potentia respectu eiusdẽ, quia ly actu includit affirmationem formæ ly potentia includit negationem formę.

Quomodo intelligitur omne quod mouetur, ab alio moueri

*Resp.* aliqui omnę quod mouetur, etiam si moueatur à se, semper tamen mouetur ab alio, quia semper mouetur à causa prima; neque idem esset actu, & potentia respectu eiusdem, quia esset actu actualitate se mo- uendo deorsum, & in potentia ad essendum deorsum, neque est inconueniens quod idẽ esset agens partiale, & totale recipiens, vel contra.

Sed hęc responsio multo indiget examine & declaratione, vt substineri possit.

*Resp.* 2. Zabar. idem non posse agere in se ipsum per actionem transmutatiuam, sed benę per actionem emanationis, sed non est ratio cur non etiam agat in se ipsum per actionem transmutatiuam, cuiusmodi est actio motiua localiter, cum ad vbi sit verus motus.

Tertio *Resp.* à Scot. idem posse esse in actu virtuali, & potentia formali ad aliquam formam, & ideo, vt est in actu virtuali est productiuum formæ, ut ast in potentia formali potest illam recipera; neque est absurdum continens formam uirtualiter posse illam habere etiam formaliter ut essentia respectu proprietatum, & potẽtia respectu actuum uitalium. Nequa illud principium Aristotelis, *quod quid moueatur ab alio moueatur*, obstat huic doctrinæ, nam Scotus putat hoc non intelligi de quocunque motu cuiusque rei, sed de motu vel ad actum primum, vel secundum, vnde elementa mouentur à generante, quia ab hoc recipiunt actum primum elicitiuum motus proxime, nam hoc sufficit ad inuestigationem primi motoris immobilis, nam cũ omnis motor proximus habeat virtutem ab alio, & hic motor dans virtutem illam non habeat à se, debet illam habere ab alio, & hoc in infinitum donec deueniatur ad primum motorem immobile .i. habentem virtutem motiuam à se, sed de hac re fuse in physicis tract. 26. q. 3. d. 1. 2. & 3.

Dices tertio Arist. distinguit elementa ab animalibus, quod animalia mouentur à se, idest ab interno principio, non sic elementa 8. phys. t. 29 & 30. & probat tum quia quod potest se mouere, potest etiam se sistere, & in varias partes se mouere, vnde t. 32. 33. ait, motum illum esse naturalem non à principio actiuo externo, sed à passiuo interno, tum secundo, quia nullum continuum potest se ipsum mouere, vt dicitur t. 30.

Confirmatur primo nam sicut proijciens dicitur causa motus proiectorum, etiam dũ est separatum à proiecto, quia sufficit causare motum per virtutem à se impressam, ita dici potest de generante respectu motus naturalis elementorum.

Explicatur Arist. distinguens animalia ab elementis rõe principij motus.

*Resp.* ex his argumentis rectè probari generans, & remouens prohibens esse principia prima motus initiatiuè, vt infra, sicut est animal respectu sui motus, neque Arist. tex. 32. ibi negat motum naturalem aliquem esse à principio actiuo interno; nam ait quæ natura mouetur aliqua à se ipsis moueri, sed asserit quædã natura moueri: sed non à se ipsis vt grauia, & leuia, quæ mouentur à generante, vel remouente prohibens, quod intelligitur in sensu infra explicando, & si id diceret

ceret, debet explicari permissiuè, quia non semper est necessarium, vt motus naturalis fit à principio intrinseco actiuo; sed sufficere si adsit passiuum, ex qua doctrina refellitur opinio Scotistarum dicentium, naturalitatem essendi sumi ex principio passiuo, de qua fuse in physicis tr. 8. q. 10. d. 2. difficilius est quod de continuo docet t. 30. sed intelligitur de motu, quo vna pars mouet aliam vt contingit in animalibus, nam vbi partes sunt omninò similares, non potest esse ibi motus partis à parte, sed motus elementorũ non est secundum diuersas partes, quarum vna sit mouens, alia mota; sed totum mouet totum, secundum diuersam rationem, & vt actus virtualis est motor, vt potentia formalis est; elementum recipit motum, alij verò explicant diuersitatem illam rationis, quod elementum totum ratione formæ principaliter est mouens, sed ratione materiæ est motum non quod materia sola, vel forma sola habeant suas operationes, sed quod totum operatur; vno, vel altero modo, vt habeat formam, vel materiam tanquam principium diuersarum operationũ, sed de hac re infra. Ad confirmationem Resp. nobis fauere, vt diximus in conclusione, eo quod proijciens non immediatè elicuit motum, sed mediante impetu à se impresso, vel aere iuxta varias opiniones.

Quinta Conclusio principium initiatiuũ motus elementorum, vel est generans, vel remouens prohibens, Probatur nam si elementum non mouetur, vel est ex eo quod illi deest forma, & virtus motiua, vel ex eo quod habens illam impeditur à motu, ergo vt incipiat moueri, & transeat à non moueri ad moueri, indiget, vel generante, vel remouente prohibens; Nam vel non mouetur ex defectu virtutis, & indiget actione generantis dantis virtutem, vt incipiat moueri; si verò habet virtutem, sed impeditam, ei necessaria est actio remouentis impedimentum, vt incipiat motus.

Confirmatur, quia elementa distinguũtur ab animalibus quoad motum, sed ad horum distinctionem sufficit distinctio principiorũ, non quidem elicientium motum; sed initiatium motum, nam animal quiescens à se ipso incipit motum, sicut & vt illum sistat, at non sic elementa, ergo Arist. cum negat illa à se moueri, & asserit moueri à generante, loquitur de principio initiatiuo.

Hinc patet cur Arist. vario modo loquatur de motu elementorum, nam de illo tractat ob varios respectus, quia 8. phys. initio loquitur de primo principio motus in vnaquaque re, à quo res primo ducitur de potentia ad actum, scilicet de non moueri ad moueri, nam ibi ex illo principio motus naturalis, vel violenti vult inuestigare primum motorem vniuersi, illud autem est generans, & proijciens, nec ibi considerat motorem coexistentem motui; quia non deseruiebat ad suum scopum, quia non est primum mouens.

At in 8. phys. t. 82. non loquitur de primo mouente, quia iam ex dictis constabat, sed de proximo, & coexistente, qui ignorabatur.

Sexta conclusio, motus elementorum tribuitur generanti, etiam aliis rationibus, nam ex Sonc. 9. met. q. 8. ad 4. primo quia dat formam, & virtutem motiuam, qua ratione omnes operationes effectus possent tribui generanti.

6 Secundo quia elemẽtis debetur in primo instanti sui esse perfectio existendi in loco; quia vbicumque sit extra suum locum existit innaturaliter, & cum imperfectione, at perfectiones debitæ rebus in primo instanti sui esse tribuuntur generanti, nam ad ipsum pertinet per se generare illa in suis locis, q̃ si per accidens generat extra locum ad suum munus pertinet illa constituere in suis locis, & quia non potest per se ipsum, instituitur sũt virtutes motiuæ, quæ id præstent vt vicariæ generantium, neque placet, quod docet Sonc. ex Auer. & D. Tho. quo ad in primo instanti tribuãt immediate motum, quia tũc habent coniunctionem, nam non est necessarium, & sæpe non habẽt hanc vim vt dum ignis generatur ex aere per reflexionem luminis, & cum generatio sit in instanti, & motus sit immediate post, & continuetur dũ mobile est separatum à generante non est ratio cur nõ dicatur semper esse à virtute motiua, & initio, & in tempore consequente vt concedit Sonc. & probat ex D. Thom. neque verum est motorem, & mobile exigere simultatem initio motus, non autem in tempore consequente, cum semper sit noua pars motus exigens nouum influxum.

5. Concl. da[?] prĩcipiũ initiatiuũ motus, vel generantis, vel remouentis prohibens.

## ARTICVL. V.

*Explicatur Opinio Scoti quomodo idem possit mouere seipsum.*

HÆc difficultas sæpius examinanda occurrit, ideo licet de illa alibi à nobis sit fusè disputatum, breuiter hic aliqua attingemus ad reijciendas Recentiorũ calũnias; quarum primo Piccolom lib. 2. de elementis c. 1. nititur cõtra Scotum probare inter motum & mouens requiri distinctionem realem ex 8 phys. t. 40. vbi probat aliquid ex se moueri quia constat ex partibus distinctis mouente, & mobili. Confirmat quia alioqui nõ posset Arist. ex illo principio probari dari primum mouens; nam si idem posset mouere se ipsũ dici posset Cælum æternum, & ingenitum moueri ex se, ergo non requitur motor per se immobilis; Neque respondere potest Scotus distinctionẽ realem requiri inter motorem, & motum vniuocè conuenientes; nam motor respectu motus est causa æquiuoca, vt ipsemet Scotus fatetur. Vnde Arim. apud Sonc. concedit ex ratione Aristotelis non probari sufficienter existentiam primi motoris.

Cur inter motorem, & mouens requiritur distinctio.

Secundo insurgit Zab. lib. de motu grauium

uium c. 13. quod agens æquiuocum agit in se ipsum, nam dantur agentia, æquiuoca, quæ agunt per transmutationem extra se, vt cælum respectu inferiorum, at nihil pôt transmutare se ipsum, nisi habeat partem per se mouentem, & per se motam, vt patet ex vino virtualiter calido, & formaliter frigido, & tamen non potest se ipsum calefacere; similiter dum motus generat calorem, quo sagitta plumbea liquescit, potest quidē generare in aere calorem] atterendo ipsum, non tamen potest se ipsam immediate calefacere, & tamen est virtualiter calida. & in potentia formali ad calorem.

Confirmatio ex eodem. Confirmatur, quia si agens æquiuocum haberet virtutem producendi formam, non posset habere potentiam formalem ad illam quia semper esset actu sub illa, nā si haberet potentiam recipiendi, & virtutem actiuam approximatam, non posset fieri quin sequeretur actio.

Probatio Sōcin. de eodē ratione recipientis. Tertio Sonc. 9. met. q. 8. quia si idem posset mouere se ipsū multa principia destruerentur, primo, quod recipiens debet esse denudatum à natura recepti 3. de A. t. 4. & 19. nam alioqui si visus haberet colorem, posset in se producere speciem, cum color sit causa æquiuoca speciei.

Secundo, quod nihil potest habere oppostas dispositiones; nam motor habet oppositam dispositionem, ac mobile, nam ideo motor assimulat sibi mobile, & trahit illud ad dispositionem sibi similem, quia vt mobile est in potentia, & caret illa, & vt motor est in actu, & habet illam, quare 3. phys. t. 17. omne mouens est actu tale, quale est mobile in potentia. Resp. impossibile esse aliquid esse actu formali, & potentia formali; non tamen esset in actu virtuali, & potentia formali respectu eiusdem, sed contra tum quia cum agens agat necessarium est esse in potentia actiua formali, & cum recipiat est in potentia passiua formalitum quia potentia, & actus sunt differentiæ diuisiuæ entis inter se opposita, ergo non possunt conuenire eidem enti, ergo idem non potest esse actu in mouendo, & potentia in recipiendo à se ipso respectu eiusdem.

Tertio, quod actio non esset à proportione maioris inæqualitatis, nā idem cū se ipso non potest habere hanc inæqualitatem, nam maior inæqualitas consistit in excessu virtutis actiuæ supra resistentiam mobilis, at hic non potest esse hic excessus, quia non apparet, quæ sit hæc virtus resistitiua; nam non potest esse nisi virtus motiua, quæ vna est in vno elemento, at idem respectu eiusdem nō potest habere excessum, & defectum, nam aliæ qualitetes nihil faciunt ad motum.

4. Ex definitione potentiæ actiuæ. Quarto falsa esset vniuersalis definitio potentiæ actiuæ transmutandi aliud in quantū aliud 5. & 9. met. quia idem non potest esse aliud à se ipso. Resp. ly aliud non reduplicare aliam rem, sed aliam rationem formalē; quia diuersa est ratio formalis potentiæ actiuæ, & passiuæ, quæ possunt esse in eodem subiecto, vt patet in voluntate, dum in se producit actum.

Sed contra tum quia Auer. 9. met. tex. 2. explicat ly aliud, idest non in se, tum quia aliquid vt recipiens aliquam formam, licet possit dici aliter à se, non tamen aliud à se, nam differentia accidētalis ex Porphirio facit quidem alterum, non tamen aliud.

Quinto, quia relatio realis nō est nisi inter extrema distincta, immò opposita relatiuè, sed agens habet relationē realem ad mobile, at idem à se ipso non distinguitur realiter, nec sibi oppositum. 5. ratione relationis

Resp. diuersas esse naturas relationum. Nam aliquæ nec se compatiuntur in eadem natura, nec in supposito, vt ex dependentia effectus à causa, aliquæ sunt compossibiles. In eadem natura, sed non in eodem supposito, vt relatio producentis, & producti, vt patet in diuinis. Aliæ sunt compossibiles in eodem supposito, vt relatio mouentis, & & moti, nam per eam non importatur essentialis dependentia, neque quod res sit antequam sit, nam ponitur solum dependentia in actu accidentali, quod est in ipso subiecto in quo est principium, à quo pendet, & ideo non est impossibile, quod idem pendeat à se quoad actum accidentalem, nam huiusmodi motor habet aliquo modo esse illimitatum, quia non tantum est capax illius perfectionis: sed etiam est illius effectiuus.

Sed contra tum quia si vera esset hæc doctrina non posset probari necessitas ponendi primum motorem, neque dicatur primū motorem probari nō ex illo principio, quod omne quod mouetur ab alio moueatur, sed ex hoc quod motum localiter æterno tempore ab alio moueatur, quia motum localiter est corpus, at hoc defatigatur mouendo, & ideo à se non potest æternaliter] moueri; sed hæc ratio non ponitur ab Aristotele, sed illi imponitur, tum quia ponit duo realiter opposita in eodam subiecto.

Neque dicas cum Scoto relatiuè apposita negant se mutuo quoad rationes formales, quia vna non est alia, sed non quoad denominationem eiusdem, & ideo in abstracto se mutuo excludunt, at non in concreto.

Sed contra quia idem dici potest de omnibus contrarijs, imo etiam in priuatiuè oppositis, quia est eadem ratio omnium oppositorum.

Ad primum resp. Scotistæ, Aristotelem loqui de mouente vniuoco, non de æquiuoco, vt colligitur ex Arist. ibi t. 40. dum negat aliquid secundum se totum se ipsum mouere, nam id est verum solum in agentibus vniuocis. Ad replicam, quod ibi loquatur de mouente localiter, quod est æquiuocum, dum infert esse absurdum idem ferret, & ferretur Resp. mouens localiter posse comparari primo ad vbi extrinsecum, seu locum, & respectu illius est agens æquiuocum, quia inducit in se formam alterius rationis à forma, per Per Scotistas intelligitur de mouente vniuoco.

quam agit, & respectu huius nō negat Arist. aliquid se ipsum mouere, cum concedat animal seipsum mouere ad hoc vbi, vel illud.

Secundo ad formam, per quam mouet, & respectu illius, negant mouere se ipsum, quia vt mouet, haberet, & non haberet, vt illam accipit per motum, & hoc significat per illa verba ferret, & ferretur, sed hoc mouens esset vniuocum. Sed non placet, quia Arist. negat aliquid seipsum mouere motu lationis, at motus, quo forma acquireretur eiusdem rationis, cum forma, quæ est principiū motus non esset latio, sed generatio, vel alteratio, ergo,

Aristoteles de hoc principio explicatur.

Ego Resp. ibi Arist. velle probare vniuersaliter nullum totum posse seipsum mouere, vt totum sit mouens, & totum sit motum; sed vel nulla ratione posse aliquid se ipsum mouere, vel si aliquid se ipsum mouet, vt animal; in eo debet distingui pars mouens, & pars mota, vt supra ostendimus, Arist. loqui de mouente se ipsum inceptiuo motus localis; nam hoc necessario debet distingui mouens à mobili, & hinc patet veritas discursus Aristotelici.

Scotistarum responsio.

Ad Confirm. Resp. Scotistæ, Aristotelis discursum non ruere ex eo, quod idem moueat se ipsum, nam hinc non infertur motor immobilis, & ideo non pōt esse primus, quē Arist. inuestigat, Vnde 8. phys. t. 20. docet animal se ipsum mouere mediante anima, ex quo non sequitur animam esse primum motorem, quia licet ipsum motu locali à se ipso moueatur, & non ab alio, tamen non est omninò immobile, nam mouetur ab obiecto, & alijs causis, vnde grauia, licet se ipsa moueant motu locali, nō tamen possūt esse primum mouens, quia mouētur ab alio scilicet à generante ad actum primum, & ideo ex distinctione rationis in mouens, & mobile non destruitur discursus Aristotelis, quia adhuc restat distinctio inter mobile, & mouens immobile, quæ non potest esse rationis, sed de hoc Arist. discursū quo modo vim habeat fusius disputatū est in phys. tract. 26. q. 3. per multas dubitationes, ideo non est cur de ea re hic plura dicamus, ibi enim ostendimus, nullum ens quod in mouendo mouetur, posse æterno tempore mouere, quia est corruptibile, vnde cum ex Aristot. Mundus sit ab æterno, necesse est, vt habeat motorem ab æterno; hoc autem non potest fieri, nisi sit processus in infinitum in mouentibus per se, vel deueniatur ad vnum primū motorem, sed talis processus in infinitum dari nō potest, ergo debet dari vnus primus motor, & cum hic duret æterno tempore, non potest in mouendo moueri ex principio posito, ergo debet esse immobilis; ex quo & patet cælum non posse esse primum motorem, quia cum ipsum moueatur in mouendo moueretur.

Ad secundum ex Zab. quod sicut in agente per emanationem suffic t distinctio rationis inter mouens, & mobile, ita in agente p lationem, nam sufficit quod principium agēdi sit distinctæ rationis à forma producta; Neque tamen hinc sequitur omne agens æquiuocum posse agere in se ipsum; vt rectè probat Zabar. nam in actione debent plura attendi, vt virtus actiua, potentia passiua, conditiones agendi, & similia; quæ non sēper adsunt, & hinc multa medicamēta, quæ sunt virtualiter calida, vel frigida, non producunt in se calorem, vel frigiditatem antequam illa virtus aliquo modo actuetur ab extrinseco calore; vnde talis calor existens in tali subiecto excitat actiuitatem subiecti ad vehementius simul cum calore formali calefaciendum; quare nobis sufficit dare aliquod agens æquiuocum, quod agat in se ipsum, licet detur aliud quod agat in passum à se distinctum realiter, vt cælum agit in inferiora, & probetur aliquid posse esse in actu virtuali, & potentia formali.

Ad Confir. Resp. non semper, quod pōt agere in se ipsum; producit in se formam, siue quia non sunt cætera requisita ad actionem, siue quia adest aliquod impedimentū, vt aqua non producit in se frigiditatem præsente calefaciente.

Quare non semper agēs in seipsū producat formā in se.

Ad tertium ex Sonc. Resp. nullum ex illis absurdis sequi, nam ex eo quod oculus producit in se visionem, non sequitur ipsum non esse denudatum à natura recepti .f. coloris, immo necessario supponitur hæc denudatio, neque oculus est in actu virtuali respectu speciei; sed respectu visionis post receptam speciem, at instabis color est in actu virtuali respectu speciei, & tamen non potest in se producere speciem, nec recipere. Resp. colorem esse in actu virtuali respectu speciei, sed non est in potentia formali ad suam speciem; quia intus existens prohibet extraneum; nam species exigit subiectū denudatum à colore, & si ab extrinseco recipit aliquam speciem obiecti, illud non apparet vt est, sed secundum colorem, quem habet in organo, vnde autem id oriatur dicetur lib. de anim.

Ad secundum Resp. non sequi, quia esse in actu virtuali non est habere formam, quam producit, vt patet in lumine virtualiter calido, & ideo non sequitur implicantia ad primam probationem. Resp. actum virtualem esse formaliter potentiam actiuam, sed quæ non conuenit vniuocè cum forma producta, sed æquiuocè & ideo non est actu & potentia secūdum eandem rationem, neque est in potentia formali receptiua formæ, sed est potentia formali productiua formæ; quare explicandum est ly formale, quod vario modo accipi potest, nam aliquando afficit vnionem formæ cum subiecto, siue forma sit virtualis, siue formalis, aliquando verò afficit potentiam, quæ dicitur formaliter talis, quando conuenit vniuocè cum forma producta, non vero est talis formaliter quando conuenit æquiuocè, aliquando afficit actiuitatem, quæ formaliter est tam in actu virtuali,

Esse in actu virtuali nō est habere formā quam producit.

tuali, quam in actu formali.

Diuisio entis in actum & potentiã dupliciter intelligenda.

Ad secundam probationem, primo diuisio nem illam entis in actum, & potentiam dupliciter posse intelligi. Primo vt ly actus, & potentia sunt modi entis; & sic inter se repugnant, qualis est potẽtia obiectiua, & actus entitatiuus, secundo vt sunt distinctæ perfectiones entis, quales sunt potentiæ actiuæ, & passiuæ, & hæc aliquando inter se non repugnant, vt patet ex actionibus immanẽtibus.

Explicatur quomõ motus fit à potẽtia motiua

Ad tertium, absurdum negatur id sequi, quia motus est à potentia motiua, siue supra resistentiam medij, vt in motu naturali, siue etiam supra resistẽtiam passi, vt in motu violento; an autem hæc resistentia sit in subiecto respectu motus naturalis, alibi est explicandum; nam propriè non debet dici resistẽtia, sed mobilis ad spatium inæqualitas.

Ad quartum Resp. aliqui ibi non diffiniri omnem potentiã actiuam, sed tantum, quæ conuenit primis qualitatibus, inter quas est propria transmutatio.

Resp. secundo etiam si diffiniator omnis potentia actiua, sufficere distinctionem rationis, ad primam improb. Resp. Auer. fortasse loqui de potentia transmutatiua; vel si vniuersaliter eius auctoritas non recipitur, cũ sibi aduersetur in alijs locis; ad secundam sufficere alietatem secũdum rationẽ formalẽ, nam ideo dicitur agere in aliud, vt aliud, quia vt agit distinguitur secundum rationem formalem à se ipso, vt est passiuum, siue hæc alietas sit propriè dicta, siue impropriè.

Inter agens & passum non semper est relatio.

Ad quintum Resp. non semper inter agẽs & passum esse relationem realem, sicut neq; inter causam, & effectum, vt patet in Deo causante creaturas; nam vt consurgat relatio realis, requiruntur certæ conditiones, & inter cæteras est capacitas extremorum, existentia, & distinctio.

Resp. secundo inter actiuum, & passiuum non esse propriè relationem prædicamentalem, & ad summum trãscendentalem, quia conuenit illis siue existant, siue non existant: sed ab Arist. dici fundamenta relationum, quatenus inter illa est actualis actio, & receptio effectus, quæ sunt necessaria ad prędicamentalem relationẽ; Vnde etiam si actiuum, & passiuum non distinguantur à parte rei, quia actio, & terminus actionis distinguũtur à potentia actiua, & passiua, potest inter illa esse relatio prædicamentalis, ratione termini producti, & recepti in eadem potentia, vt est à nobis alibi explicatum.

Denique hic dubitari posset, cur motus naturalis velocior sit in fine, nisi de ea re à nobis esset alibi fuse disputatum, vbi retuli, quæ docet Zabar. lib. 1. de motu leuium per plura capita, quem oppugnat Basson. lib. 1. de motu intent. p. artic. 2. suamq; sententiã explicans art. 3. & 4. vbi supponit omnibus rebus commune esse, vt mutuam disiunctionem partium aborreant, nam sicut similium consortio delectantur, ita oppositum odio prosequũtur. Hinc maria, & flumina quid quid in se extranei continent, foras extrahant, & euomant, & quanto aliquid maius facit diuortium partium tanto enixius illud contendunt expellere. Hinc follis plenus velocius descendit, quam vacuus, quia plenus maiorem occupans locum, maiorem facit partium aeris separationem, & ideo conatur magis illum expellere.

Ex hoc principio deducit causam maioris velocitatis motus naturalis in fine, Duas enim affert causas. Primam ex minori resistentia aeris inferioris; nam cum aer inferior, ideo resistat lapidi descendenti, quia refugit sui solutionem à lapide faciendam, sit vt prima pars aeris magis resistat lapidi, quam secunda, & sic consequenter, quia primæ partes concurrentes ad replendum locum relictum à lapide, secundas proximas ægrè deserunt, ideoq; premente lapide, secundæ citius cedunt, adiutus, tum à partibus ascendentibus ad replendum vacuum, quia ascendendo diuelluntur ab alijs, tum ab ipsismet partibus secundis quadam grauate disiunguntur à primis. minus resistunt lapidi, primas scilicet sequuturæ, & ex hac minori resistentia sequitur motus velocior lapidis, & quia illa resistentia semper minuitur iuxta velocitatem motus prioris, fit vt motus velocitas semper augeatur.

Alteram causam semper ait esse ex aere superiori lapidem velocius depellente, tum quia ex concursu aeris in locum lapidis aer superior magis densatur, nam non potest, aer agitatione rarefieri, quin altera pars densetur, aer autem densior factus magis exturbat molem noxiam; tum quia constat aerem agitatum potentiorem esse ad lapidem molestum excutiendum, tum quia aer inferior quo magis cedit, vt se superiori iungat, eo magis vim superioris crescere constat, ex quo errauit Zab. nec agnoscens hanc vltroneãm cessionem aeris inferioris, vt socium fugientem sequatur, nec causam cur crescat virtus aeris lapidẽ impellentis. Hæc Basson. In quibus plura essent examinanda. Primum illud principium de virtute expellente noxium in qualibet re. Quod licet aliqua ratione sit verum in actionibus aliquarũ qualitatum secernentium vnum ab alio, & non in omnibus, nam frigiditate potius congregantur, & noxia, & vtilia; Non tamen omnia habent hanc vim expellendi per motum localẽ, vt patet in ligno posito in laco quiescente, quod numquam expellitur ab aqua, nisi hæc vento agitetur, vt contingit in mari, vel ex propria grauitate moueatur, vt accidit fluminibus, quæ relinquunt aliqua in littoribus, quæ non possunt sequi velocitatem motus aquæ.

Alterum de resistentia aeris inferioris minori orta ex eo, quod sequitur aerem superiorem, apparentem quidem, sed non solidam veritatem habet, nam aer, qui occupat locum lapidis nõ est aer inferior diuisus, sed superior concurrens ad implendum illud, &

qui scindetur recedit ad latera magis densatus. Quanto melius Peripatetici, qui minorem resistendi vim tribuunt aeri ex eo, quod minor sit quantitatem.

Tertia de vi impulsiua maiori in aere agitato verum est, sed sumptum est ex Peripateticis, nec quod ipse addit verum est, & ex dictis ingeniosus colligere facile potest, & expressiuus demonstrabimus cum se occasio dabitur, quia hic diutius immorari nõ licet.

## DVBITATIO II.

*An motus naturalis elementorum fiat per lineas breuissimas.*

### ARTICVLVS I.

*Opiniones Doctorum, & Auctoris.*

1.opin. dicit elementa non magis hanc, quam illam lineã appetere in descensu.

Prima opinio est dicentium, elementa appetere naturaliter proprium locum, nec magis appetere descensum per vnam lineã, quam per aliam; Nam hoc habent ex applicatione tali, vel tali medij resistentiæ, vnde modus descendendi determinatur secundũ aliam, & aliam applicationem eius ad medium extrinsecum, & quod facilius amittatur descendens per lineam rectam, quam obliquam; causa nõ est maior appetitus descendendi per lineam rectam, sed quia descendẽs per eam habet minorem resistentiã; quam descendens per lineam obliquam, vt puta super tabulam transuersaliter positam. primo, quia sequeretur elementa mutuo se impedire dum petunt loca propria; nam si ponatur terra descendere per ignem, sicut illa appetit esse sub igne, ita ignis esse supra illam, atque adeo ex illo appetitu sequitur vnius descensus, & alterius ascensus, & quia appetunt descendere per lineas rectas, sequitur per eandem lineam, terram ascendere, & ignem descendere, atque adeo inter se obuiis essent, & quia ignis plus appetit esse supra terram, quam aer, sequitur quod ignis cum maiori appetitu, & conatu mouebitur contra terram, quam aer, cum idem graue descendit per aerem; at hoc est contra doctrinam Arist. motum naturalem velociorẽ esse in principio, quam in fine.

Confirmatur, nam si elementa appeterent descendere per lineas breuissimas sequeretur numquam graue descendere obliquè; quod esse falsum patet experientia. Nam sæpè videmus, lapidem aliquem descendere super aliquam tabulam transuersaliter positam. Consequentia probatur; nam si ponatur graue in summitate alicuius tabulæ transuersaliter positæ, & sit tabula B. C. ita vt per superficiem tabulæ ad centrum mundi D. non possit protrahi linea recta, & ponatur A. lapis non possit descendere per lineam B. C. his positis, vel A. appetit æqualiter descendere per lineam rectam, & obliquam, vel plus per rectam, quam per obliquam, vel tertio, plus per obliquam, quam per rectã; si dicatur primum, vel secundum sequitur illud graue positum super dictam tabulam, non descendere per lineam B. C. eo quòd tantus, vel maior appetitus eius est descendere per lineam B. D. quod est contra experientiam, quod si dicatur tertium, tunc falsum appetere magis descendere per lineã rectam, quam obliquam. Quod confirmari potest ex appetitu animali, qui si moueatur æqualiter à duobus obiectis, neutrum prosequetur, quod si magis ab vno, quam ab altero; prosequeretur à quo magis mouetur, ita Saxon. q. 11. quem alij sequuntur dicẽtes, elementa appetere motum ad sua loca; modum autem quo moueantur determinari secundum aliam, & aliam applicationem eius ad medium extrinsecum, & quod difficilius arrestetur, seu impediatur graue descendens per lineam rectam, quam per obliquam, non oritur ex maiori appetitu descendendi per lineam rectam, sed quia habet minorem resistentiam per illam descendendo, quam per lineam obliquam, puta super tabulam transuersaliter positam.

Secunda opinio est dicentium, elementa appetere tendere ad sua loca per lineas breuissimas; nam per eas lineas appetunt moueri, per quas mouentur, dum non sunt impedita; sed mouẽtur per lineas breuissimas, nam descendunt per semidiametros mundi, vel lineas, quæ sunt partes semidiametrorũ, quia datis duobus grauibus descendentibus, cum quodlibet illorum tendat ad centrum mundi, descendunt per lineas rectas concurrentes in centro mundi, sed tales lineæ sunt semidiametri mundi, vel partes earum; at hæc linea est breuissima inter eas, quæ possunt protrahi à circumferentia ad centrum mundi, quod si illis obijcias aliquando non sic descendere. 2.opin. dicit elemẽta appetere sua loca per lineas breuissimas.

Resp. sic descendere, dum non impediũtur, sed quando impediuntur, tunc mutant appetitum descendendi per lineam rectam in appetitum descendendi per lineam obliquam, semper nitendo per minorem curuitatem descendere, vt citius ad terminum perueniant.

Confirmatur, quia causa naturalis habet naturalem inclinationem ad aliquem effectum, quæ circumscripta impedimẽto, semper habet illum effectum, vel modum agendi, quia nulla alia via probari potest naturalis inclinatio agentis ad aliquem effectum, vel modum agendi, sed graue circumscripto impedimento descendit non per lineã obliquam, sed rectam, ergo ad hoc habet inclinationem.

Confirmatur, quia posita vniformitate medij, immo posito vacuo graue descenderet per lineas imaginarias rectas, ergo descensus per lineas rectas, potius quam per obliquas non oritur ex parte medij determinantis ad descensum.

Confirmatur secundo, quia appetens si nem

nem appetit illa media, quæ certius, & citius ducunt ad finem, sed medium rectum citius ducit ad centrum, & via obliqua potius impedit, seu retardat descensum, ergo. Ita Ang. lib.2.d.9.prop.5.fol.65. & hæc opinio mihi placet.

## ARTIC. II.

*Soluuntur Argumenta primæ opinionis.*

Elemēta cur non sibi semper inuicem occurrant.

AD primum Respon. 1. non esse semper necessarium, vt elementa sibi inuicem occurrant, quia nō semper mouetur ex eadē parte circumferentiæ, non tamen hunc sit, illas lineas non esse breuissimas. Omnes lineæ dubiæ à centro ad circumferentiam sunt æquales.

Resp. 2. quando vnum elementum descēdit, & aliud ascendit ex vi motus, elementi grauis descendentis per medium elementi leuis, tunc illi motus non possunt fieri per eandem lineam, nam graue descendens scindit partes elementi leuis; vnde illæ partes lateraliter ad graue mouentur, vt sint supra graue, & concurrendo ad replendum vacuum.

Respon. 3. non esse absurdum aliquando elementa sibi occurrentia se inuicem impedire, vt quando mouentur per vnam lineam ductam à centro ad eādem partem circumferentiæ.

Appetitus nālis ad finē duplex.

Ad confirmationem Resp. negando consequentiam, quia duplex est appetitus naturalis cuiuscumq; rei consequendi finem per media, vnus simpliciter, & hic semper est per illa media, quæ citius ducunt ad finem; Alter est secundum quid, qui conuenit rei non absolutè. sed ex aliqua suppositione, vt contingit luminoso, quod naturaliter illuminat per lineam rectam; sed cum impeditur sic illuminare appetit illuminare quo melius potest, posito tali impedimento, s. per lineam reflexam, vel refractam; quare graue dum impeditur descendere per lineam rectam, quærit descendere per lineam obliquam, quia melius est illi sic tendere ad loca propria, quam nullo modo tendere.

Dices, mutare hoc modo appetitum debetur solum formis cognoscitiuis, cuiusmodi non sunt grauia. & leuia.

Confirmatur, quia graue nullo modo intrinsecè mutatū nūc descendit per obliquā, nunc per lineam rectam, per solam mutationē medij extrinseci, sed ex hoc nō mutatur intrinsecè ipsum graue, ergo neque potest mutari appetitus, qui est intrinsecum graui.

Varietas appetitus est ab eadē pot. ia.

Resp. ad illam variationem appetitus non requiri potentiam cognoscitiuam, vt dictū est de luminoso; nam vterque appetitus conuenit rei à principio suæ natiuitatis, nam natura tribuit eidem agenti multas vias perueniendi ad suum effectum, eum ordine tamen, quod posito impedimento penes vnam viam, procedatur per aliam per accidens intentam, & hinc patet ad Confirmationem, quia talis varietas motorum agendi cū tali ordine conuenit agenti ex natura sua; falsò enim aduersarij putant, illam variationem fieri per aduentum alicuius formæ de nouo, quia est ipsa naturalis inclinatio rei sic ordinata.

## DVBITATIO III.

*An elementa grauitent, & leuitent in proprijs locis.*

DE hac quæstione Sax. 3. cæli q.3. Murcia q.2. Ruu.4 c.6. 3 2; Conimb. q.2. Angest lib 2.d.9 fol.65. Buccaf.2.de Gen.d.3. de leuitate aeris cum in summo.

## ARTIC. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. graue, & leue accipitur dupliciter. Primo, in actu primo, & certū est in proprijs locis esse grauia, & leuia; quia habent grauitatem, & leuitatem, quę est qualitas quædam permanens; nam dum mouetur habent illam, & potius à loco conseruatur, quam permatur; nam alioqui si amitteret illam, non apparet cur deinde produceretur. — Graue, & leue dupliciter accipitur in actu primo, & secundo.

Confirmatur, quia hæ virtutes non tātū sunt ad aquirenda loca naturalia, sed etiam ad conseruandas res in locis naturalibus; vnde videmus violenter extrahi, & resistere extrahentibus, ex hoc oritur promptitudo quædam, vt posito aliquo casu sponte sua moueantur ad aliquem locum, quæ promptitudo non est aliud, quam ipsamet virtus motiua, & inclinatio elementorum ad propria loca.

Secundo, accipiuntur in actu secundo, qui duplex est, vnus est motus localis, de quo satis constat, & infra explicabitur; secundus est grauitatio, & leuitatio, quę non facilè explicantur si sumantur, vt distinguntur è motu.

Hinc vnum dicitur altero grauius intensiue, vel extensiue: similiter vel magnitudine principij, & dicit potentiam motiuam, vel magnitudine actionis, quando dicit actum mouendi; vnde licet corpus vbicumq; ponatur est æque graue, & leue qualitatiuè, quia retinet æqualem virtutem motiuam gradualiter, non tamen actiuè, quia non æqualiter agit, quia actio fit ad seruandam legem naturalem, & ordinem grauium, & leuium.

Not. 2. corpus grauitare, esse insidere alteri, & quidam proportionalis nixus ad propellendum corpus, cui insidet, vt sit in loco, in quo illud corpus est, sed difficultas est in explicanda hac insidentia, & nixu; quare Dico primo hoc nō esse aliquid pro- — Cum grauitare sit insidere explicatur quid sit hæc insidentia.

ductum in re, cui insidet; non.n. aparet, quid producat lapis insistens fortissimę columnæ Secundo neque est aliquid in ipsa re insidēte præter virtutem motiuam, patet ex virtute animalis, qua dū insidemus alteri relaxamus nos metipsos, & desinimus sustinere virtutē motiuā, relinquēdo illā operari; vnde prius defatigati quiescimus; neque verè cōcipi potest quid sit, quare præter motum localem nihil reale videtur addi rei insidenti, & cui insidemus, nisi negationem quandam, & quæ dicta sunt de grauitatione; applicanda sunt proportionaliter leuitationi.

Explicatur quid sit non grauitare.

Tertio Not: ex dictis de grauitatione intelligi quid sit non grauitare; nam non potest aliter explicari, nisi proportionaliter ad virtutem motiuam animalis, vnde dicendum non grauitare esse continere se sua virtute motiua; quod fit per operationem quandam realem, quia apparet in animali exerceri virtutem motiuam, dum conatur, ne corpus suum insideat alteri secundum totum pondus, quod habet, cum autem cessamus habere illum conatum tunc corpus grauitat secundum totum suum pondus, ex quo aliqui putant idem dicendum esse de elementis; quod elementum non grauitare, sit se sua virtute motiua continere per quietem in loco; cum vero grauitat desinit se continere non tamen virtus motiua descendit, quia impeditur à re, cui insidet; in hoc tamen differre ab animali, quod animal, cui pondus insidet sentit pondus; non tamen sentiretur, nisi insideret; vnde lapidem suspensum non sentimus pōderare, etiam si illum tangamus, quia lapis ille tunc contineretur ab alio.s.funes; vnde si liberè dimitteretur sentiretur, quia neque se ipsum contineret, cum sit extra locum, neque ab alio detinetur, Nam locus naturalis elementorum, vt diximus nō attenditur ratione spatij, vel distantiæ à cælo, vel centro, sed ratione situs respectu corporum, quibus sunt proxima, siue magis, siue minus distent à centro, vel cælo.

Dices illa continentia nō esset quies; quia nos experimur tunc maximè quiescere cum cessamus continere nos ipsos; continere aūt se opponitur grauitationi, cum igitur lapis in proprio loco quiescat, ex quiete non dicetur continere se. Resp. aliud esse in elementis, aliud in animalibus; nam in elementia est idem, ac quies, quia est sine vlla resistentia in proprio loco; In animalibus verò continentia sit ab anima contra inclinationem corporis resistentis; & ideo sentitur defatigatio, & idem dicendum de leuitate respectu superioris corporis.

## ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio dicit omnia leuitare præter terrā.

PRima opinio est dicētium omnia elemēta grauitare in proprijs locis præter ignē & omnia leuitare ꝑter terrā, videtur Auer.4. cæl.com.13.cōcil.diff.14. Hieronymi Barrij Aretini t.suo de grauibus, & Simpl. 4. cæl. 16.1.ex Arist. 4.cæl.29.30. & 39. vbi ait omnia elemēta esse grauia prçter ignem, & omnia esse leuia præter terram; Nam aer in igne descendit, & in terra, & aqua ascendit, ac verò aqua in igne, & aere descendit, & in terra ascendit, vt significat omnia elementa grauitare in proprijs locis præter ignem; Nā ait sicut ablato aere non ascendit terra, ita neque ignis descendit, quia terra est simpliciter grauis, & ignis simpliciter leuis, sed aer, & aqua non habent leuitatem in propria sphæra; Nam si auferatur ignis, aer vi sua non ascenderet; sed tractus ab alio, sicut neque aqua ascendit ad locum aeris, nisi tracta sed in elemento terrę aqua habet leuitatem sicut aer in terra, & aqua, *sed in loco proprio Omnia*, inquit, *præter ignem habere grauitatem*, hinc sublata aqua aer vltro descenderet, sicut aqua ablata terra, & partes superiores terræ ablatis inferioribus, quod t. 29. & 30. de aere probat, ex signo, quia vter inflatus magis descendit, quam vacuus, vt de experientia testatur Concil.loc. cit.

Confirmatur ex sect. 25. prob. 13. vbi quærit cur vter inflatus non descendat in aqua, sed vacuus descendat, cum aer addat grauitatem Hinc confirmatur secundo nam 4. cæl. 29. quærens cur magnum lignum descendat velocius in aere, quam modicum plumbum, cum in aqua lignum fluitet, & plumbum descendat; soluit dicens, omnia elementa esse grauia præter ignem, & omnia leuia præter terram, vnde cum lignum multum participet aeris, qui in sphæra aeris grauitat, descendet: sed in sphæra aquę leuitat & ideo non descendit.

Conf. experientijs.

Confirmatur tertio r. 39. vbi ait expressè omnia in propria sphæra grauitare, cum si terra subtraheretur aqua in locum terræ succederet. & aer in locum aquæ, sed ignis non descendit, quia nullam habet grauitatem, sed non ita est in leuitate, nam sublato igne aer, & aqua non nisi vi ascenderent.

Cuius rei Auer. tex. 30 rationem affert, quia aer, & aqua sunt instituta à natura tanquam media ad iuuandum motum, & aer quidem maximè motum deorsum; nam cum aer sit calidus, & humidus ratione caloris causabit leuitatem; ratione humiditatis grauitatem; & quia magis est humidus, quā calidus, ideo magis grauis, quam leuis; quod confirmatur ex specibus volatilium, quæ cū sint magis aereæ, quam igneæ non ascendūt sed euolant, quia insita aeris grauitate præmuntur. Hinc exhalationes igneę, & fulmina leuiter mota initio tum propter grauitatem aaris, quam continent celerrimè descendūt.

Confirm. quarto ex Petro Appon. sect. 11. prob.45. cur vox è loco eminentiore melius auditur deorsum, quam contra. Resp. quia sonus propagatur per motum aeris, qui commotus facilius tendit deorsum.

Confirmatur quinto sect. 21. prob. 18. vbi quæ-

quærens cur massa leuior sit, quam aqua. & farina seorsum sumpta primo soluit falso, quia dum miscetur comprehenditur aer, qui est leuis, sed reprobat quod aer in sua regione sit grauis. Secundo soluit ipse, quia farina est virtualiter calida, ideo mixta aquæ euaporat, at quod etiam iuuat motus, quare remanet massa leuior.

Confirmat sexto Simplic. nam qui emergunt ex aqua videntur onus deponere, quæ experiētia fieri hoc modo potest si fiat fouea & in ea constituatur animal, cui super ponatur vas aqua plenum animal sentiet pondus, & tamen aqua est in loco proprio, scilicet supra terram.

Confirmatur septimo, quia partes infimas videmus esse densiores, quam superiores, nō nisi, quia inferiores comprimuntur à superioribus, cum hæ continuè conantur accedere ad centrum, quare etiam terra grauitat in suo loco.

Conf. 8. nam si aliquis niteretur eleuare aliquam partem terræ ipsa adhuc existens in suo loco resisteret eleuanti, ergo non solum est grauis in actu primo, sed etiam in actu secundo grauitando.

Hæc videtur fuisse sententia Platonis in Timæo omnia elementa esse grauia in suo loco, vnde Poetæ Atlantem supponebāt cælo ne caderet, & Empedocles dicebat celeritate cursus contineri, & idem Plato dicebat de mundo, quod contineretur ab anima mundi ne labaretur, ita refert Philalthæus 4. de cæl. r. 4. & con. t. 23.

Secunda opinio quod elementa nō grauitāt in proprijs locis, neque leuitant.

Secunda opinio contraria quod hæc elementa non grauitant in proprijs locis, nec leuitant sect. 11. prob. 45. dubitans cur vox exaudiatur à loco eminentiore deorsum pro ratione dubitandi, ait, nam vox cum sit aer in sublime ferri apta est, & soluit non referendo causam in grauitatem aeris natiuam, sed in alitum grauem, & humidum, qui cū voce animalis coniungitur, & præterea, quia cum fertur sursum, inueniens aerem grauiorem reflectitur deorsum, vt in Echo confirmatur ex sect. 25 prob. 10. vbi ait aerem nō vdum fieri ab aqua, quia leuior est.

Hanc sequitur Themist. & Psellus apud Simpl. loc. cit. & Auer. 4. cæl. com. 30. 39. Archimed. lib. de pōderib. vt referet, ac sequitur Philalthæus 1. cæl. cont. 54. & 15. 14. cæl. cont. 23 & loco cit. Vgo Senens. 2. primi doct. 2. Paris. 4. cæl. q. 3. Vener. sum. cæl. c. 32. qui dicunt aerem in propria sphæra neque leuitare, neque grauitare, & Ptolomæus addit se expertum vtrem plenum aere esse leuiorem, & Simpl. dicit se expertum nullam esse differentiam pleni, & vacui, & idem ait Niphus 4. cæl. 30. in fine, & Ptolomæus ait emergētē ex aquis nullū sensisse pondus, sequitur Angestus loc. cit. & Saxonia lib. 2. q. 3.

Prob. quia motus aeris debet esse vnus, & simplex 1. cæl. sed aer habet motum sursum ad suum locum, ergo non potest naturaliter moueri deorsum ad locum aquæ.

Confirmatur primo motus opponitur quieti, sed in suis locis naturaliter quiescūt, ergo inde violenter remouentur, nam cum tanto impetu in sua loca feruntur, non est cur inde naturaliter remoueantur.

Confirmatur secundo, quia alioqui semper elementa essent extra proprium locum, quia conarentur semper magis descendere.

Confirmatur tertio, quia cum aer supereminet duobus elementis, & vni subsit, potius dici debet leuis, quā grauis, vt dicebat Sir. apud Simpl. & refert ad hoc multa Philal. 4. cæl. cont. 23.

Confirmatur quarto, quia dū extrahitur ex puteo vas plenum aqua, dum est in aqua non sentitur pondus, dum est in aere sentitur, ergo in aqua non grauitat.

Confirmatur quinto, quia si aer ponderaret nihil in statera posset ponderari, quia alteram partem posset grauitate deprimere, vt ait Philalthæus.

Secundo probat Archimedes, & Ptolom. quia si aer grauitaret deberet sentiri pondus supra nos, quo premamur, & vrinatores sentirent pondus in aqua. Resp. Simpl. non sentiri, quia aqua, & aer sunt corpora continua, & ideo aqua, quæ est ad latus substinet superiorē ne sentiatur, sicut si quis per foramen muri ingrederetur nō sentiret pōdus muri, quia substineretur à lateribus, sed non placet, quia aqua non habet consistentiā sed diffluit, ideo non potest substentari ab aqua, quæ est circū circa illū, qui mergitur.

Confirmatur primo, quia partes infimæ maris deberent esse densissimæ pressæ à partibus superioribus, sed experientia esse rariores, & dulciores, & aer circa nos est rarior, quam in media regione.

Tertia sententia est Petri de Auer. 4. cæl. qui vtranque nititur conciliare, distinguit. n. triplicem aerem vnum, qui habet suam naturalem dispositionem, & hoc repleuit vtrē Themist. & Simpl. quia aer in sua naturali dispositione, neque est grauis, neque leuis, ideo vter plenus non erat vacuo neque grauior, neque leuior. Alter est crassus, & plenus vaporibus, & hic grauitat, quo repleuit vtrem Arist. 3. est aer subtilis, & rarior igni persimilis, qui est in suprema regione, & eo repleuit vtrem Ptolomæus, sed non placet hæc cōciliatio, nam vnde Ptolomæus potuit habere aerem illum supremæ regionis, nisi dicatur fuisse in æstate æstuosissima, deinde vnde Themist. purum aerem, cum hic noster sit semper impurus. — Tertia opinio vtranq; conciliat.

Quarta opinio est dicentium elementa in propria sphæra grauitare respectu corporis inferioris, ex 4. cæl. 29. 30. & 39. & sect. 25. prob. 13. vbi id probat ex vtre pleno, & ex aqua penetrante, terram nō solum porosam, sed & densā, & durā, in qua non est aer: sed partes elemēti inter se nō grauitātes, nec leuitātes qa nō est maior rō vnius, quā alterius, & quia nimia compressione nimis condēsarentur — Quarta opinio dicit elemēta grauitare in propria sphæra respectu corporis inferioris.

rentur, sed hæc opinio est omnibus improbabilior, vt constabit ex dicendis, nam licet secunda pars sit vera, tamen non bene probatur.

## ARTIC. III.

*Opinio Auctoris.*

Prima conclusio nullũ elem. grauitat, ac leuitat in proprio loco.

PRima Concl. nullum elementum grauitat, & leuitat in proprio loco. Primo patet ratione, quia in loco proprio quiescũt naturaliter, ergo non insident alteri, à quo detinentur; sed se continẽt præcisò omni alio adiuuante.

Confirmatur, quia elementum non mouetur nisi supposita conditione, scilicet quod sit extra locum propriũ, ergo non grauitat nisi extra locum proprium; nam grauitare non est, nisi quædam propensio, & nixus quidam propulsiuus corporis, in quo insident, vt sit in loco proprio.

Confirmatur secundo, elementum est inter duo homogenea. ergo non est ratio cur tendat potius ad vnum, quam aliud, nam licet nomen loci tribuatur superficiei continentis, tamen ab vtroque corpore tangi est naturale corpori locato.

Ex his patet quid sentiendum sit de singulis; nam constat terram, & aquam non leuitare, tum quia si hæc elementa tangantur, non sentitur virtus motiua leuitans, neq; ab illis aer comprimitur, & eadem ratione patet ignem non grauitare, nam se habet, vt terra ad leuitatem.

1. de aere.

De aere verò, quod neque grauitet, neq; leuitet: patet experientijs allatis, & præterea, quia non sentimus aerem nostro capiti insidentem, neque sub plantis propellentem.

2. de aqua.

De aqua vero quod non grauitet patere potest experientia Ptolomæi, quod nantes sub aqua nullum sentiunt pondus, nam licet respirent exeuntes à mare tãquam onus magnum deponentes tamen id est quia diù cõtinuerunt spiritum, iam vero liberum est illis respirare, vel dicẽdũ, quia in scindẽdo medium passi sunt resistẽtiam aliquam, vel tertio, quia animal cõtinet aliquas partes aereas & igneas intra vacuitates corporis, quæ cõprimuntur ab aqua superposita, nam si aqua supra terram grauitaret, non posset ab animali substineri tantum pondus. Vnde non est mirum si facta fouea, ibique animal constituatur, & deinde ei superponatur terra, vel vas plenum aqua sentitur pondus ab animali, quia scilicet leuiores animalis partes comprimuntur vt terra, & aqua, quæ contendunt esse sub illis.

Hinc etiam patet ratio, cur tota aqua posita intra vas in alta turri grauitat, tamẽ eius partes inter se non grauitant, vt patet ex eo quod supponatur manus intra illas partes aquæ, non sentiat pondus, quia .s. propter vnionem non grauitent partes inter se, sed tota grauitat in regione aeris.

Confirmatur, quia videmus dum haurimus aquam ex puteo non sentiri pondus, dũ situla est intra aquam, at cum est in aere.

Confirmatur secundo experientia quadã; Nam si ex duabus portionibus plumbi eiusdem ponderis vna constituatur intra vnum vas, quod aqua impleatur, si vtrunque deinde demictatur in aqua, patet alterum altero non velocius descendere, quod si aqua grauitaret deberet vas plumbeum plenum aqua citius descẽdere præsertim grauitate aquea adiuta à grauitate plumbi.

Ex his patet idem dicendum de terra, quod eius partes non grauitent in proprio loco, quod tamen difficile potest experiri. 3. de terra.

Dices, videmus continuè in aliquibus locis, terram descendere, ergo, Resp. id esse quia hebẽt admixtas vacuitates plenas aere, & igneo corpore, vel aqua, quæ quoniam leuiora sunt, comprimuntur à terra, & ideo hæc descendit.

Dices secundo omnes partes elementi sunt eiusdem rationis, ergo omnes contendẽt acquirere summum locum, vnde omnes partes ignis contendent esse immediatè cælo; aeris partes sub igne, vnde sequitur leuitare, & partes terræ in centro, & similiter partes aquæ respectu terræ; & aeris respectu aquæ, vnde sequitur grauitatio. Resp. locum naturalem elementorum mediorum constitui inter duo elementa; quare cum totum elementum est inter illa, non quærũt partes esse immediate subiectæ corporibus locantibus, quare non appetunt eundem locum partialem, quia inde sequeretur maxima innaturalitas, quærunt tamen eam figurã habere, per quam minime distent à centro suorum locorum, cuiusmodi est figura circularis.

Secunda conclusio, terra, aqua, & aer mouentur ad descensum, si auferatur corpus inferius; patet in omnibus terræ concauitatibus, ad quas replendas vbicunque terra defodiatur, aer, & aqua confluunt. Vt etiam ad motum sursum, vt docet Arist. 4. cæl. 39. & ibi Auer. & Buccaf. 1. met. super c. vltimũ, sic etiam ignis ad motũ deorsum si ei subiectus aer auferretur, sic etiam aer sursum si ignis auferretur, & hæc conclusio, si intelligatur de motu, quem habent per tractionẽ alterius corporis, non est magna difficultas; sed difficultas est, an naturaliter ex virtute intrinseca illos motus habeant. Aqua aer & terra quomodo mouentur.

Tertia conclusio secundum Aristotelem. terra, aqua, & aer mouentur naturaliter deorsum, si auferatur inferius, vt patere videtur experientia, quia sua sponte hæc descendunt ad replendas vacuitates, vt patet ex defossione terræ.

Quarta Conclusio ad motum sursum nõ propẽdet naturaliter terra, & aqua, quia patet experientia trahi per vim 4. cæl. 39. vbi Auer. & Buccaf. 1. met. c. pen. circa mediũ & idem Arist. ait de aere, sed probabilius est oppositum in aere, quia cum aer sit aptissimus

mus ad replendum vacuum; probabile est, ei fuisse tributam vim, qua illud præstet, & experientia docet, aerem esse aptissimum ad motum versus quamcunque partem.

Quinta Conclusio ignis non mouetur à se deorsum tex. 30. vt terra, quia quod habet grauitatem simpliciter, non habet propensionem ad motum sursum, ita neq; ignis ad descensum, quia leuis simpliciter.

Aer, & aqua nũquã leuitant, nisi aliquid eis insideat grauitando.

Sexta conclusio aer, & aqua nunquam leuitant, nisi aliquid eis insideat grauitando; & de aere patet, quia vter plenus aere velocissimè ascendit, quia illi aqua insidet; Vnde errat Cardanus 1. de subtilit. dicens vtrunque ascendere, quia propellitur ab aqua, nã id falsum esse patet ex eo quod cõstituti supra aerem sentimus leuitatem, nullam grauitatem aquæ vbicunque tangamus vtrem; Vnde aer non leuitatat cum est intra speluncas; quarum fornicea non insident aeri; sed terræ patet experiẽtia; nam si fiat fornix tenuissima ablato vento non impelletur ab aere leuitante; Hinc aer in sphæra ꝓpria cõstitutus sub lapide suspenso ex fune non leuitat, quia non insidet aeri, vt patet ex tectis domorum, quod si lapis dimictatur, tunc sua vi aer ascendit. Et idem patet de aqua, quũ nunquam leuitat supra terram, nisi terra moueatur super illã, vt patet quia si lapis suspensus ex fune constituatur in mari, aqua non leuitabit, & idem patet de aqua contẽta intra cauernas terræ se se continentes supra latera terræ.

Aer, & aqua propẽsiores ad motum deorsum.

Hinc patet aquam, & aerem promptiores esse ad motum deorsum, quam sursum nam aqua vltro tendit ad replendas concauitates terræ, sed vacuitates aeris, non nisi tracta à vi extrinseca, & aerem cum tanta velocitate videmus deorsum ferri, probabile est maiorem promptitudinem habere ad descensum quam ad ascensum; quod conciliator dicit patere experientia, quod facilius promoueat deorsum, quam sursum, vnde lapis motus naturalis velocior in fine, quam velocitatem non experimur in ijs, quæ ascẽdunt vt in fumo ascendente.

Ex his secundo patet sensus Aristotelis cum dixit aerem grauitare in suo loco, vt ipse probat ex vtre pleno, quod negant grauissimi DD. licet fortasse variatio potuerit esse ex aliquo admixto cum aere; nam si aer fuerit valdè densus, & mixtus vaporibus grauibus apparebit grauior, q̃ si fuerit rarus, & purior, & exhalationibus igneis permixtis, vnde ne sibi Arist. repugnat dici debet in sect. 11. prob. 45. non decidere, quo potius feratur, sed tantum moueri sursum, nam cum aerem agitamus quoq; versus se diffundit in girum, at in sect. 25. prob. 10. ait aerem nunquam ima humoris petere sua sponte .i. vt sit sub humore insidente, nam inde statim resilit supra aerem. & cum humor lentissimè agat non potest illum vdum reddere, vt ait App. ibi, & si deorsum cogatur humor quoque feretur inferius, ita vt nunquam in profundum se ferri patiatur, at vero in sect. 25. p. 13. vtrem plenum ait supereminere aeri, non autem si vacuus sit; ratio esse potest, quia inflatus multum aeris continet secundum latitudinem, & ideo difficile scindit, etiam si habeat maiorem grauitatem, & iuxta hanc aeris grauitatem facilè soluitur problema; cur magnum lignum citius descendat in aere, quam modicum plũbum, licet infra alio modo soluatur, vide problema 14.

Septima conclusio ad hos motus præstãdos non est ponenda noua virtus in elementis, quia seruatur vnitas termini; etiam si varij sint motus; dici enim debet, aerem non simpliciter ascendere sursum, vel deorsum vt .s. sua virtute rebus eodem modo stantibus ascendat supra terram, & sub terram descendat, sed absolute sua virtute mouetur, vt sit supra terram, vel aquam, & sub igne, nunquam tamen mouetur; vt sit sub aqua, licet terra nisi per accidẽs (supposita scilicet aliqua cõditione;) nam hoc posito locus naturalis aeris erit sub aqua, neque tamen ibi quiescit, quia non est locus simpliciter naturalis, sed secundum quid, ideo statim grauitante aqua, aer ipse ascendit, & hæc virtus non debet denegari elementis; cum experientia constet inueniri hos motus in elementis; sicut non negamus virtutem in animalibus ad efficiendos varios motus cum illos videamus. Confirmatur, quia optima ratione factum est, vt natura tribuerit inclinationem ad varios motus; nã alioqui maxima fuisset in rebus defatigatio, si semper aer trahendus esset, quoties moueretur ad replendum vacuum, & maximè impediretur velocitas motuum. De qua re optimè Contarenus 2. de elementis circa finem de terra disserens, vbi terram esse instar animalis, & matris mixtorum præcipuè uiuentium, at sicut animal sanguine tracto per venas in omnes partes nutritur; ita aqueus humor per fontes, & flumina, terræque meatus vniuersam terram rigat; & sicut animal vbique fouetur spiritu; ita terra aerem, vapores, & igneas exhalationes intra se continet, quibus mixta generant, aliaq; omnia, cuius ossa sunt montes, &c.

Terra comparatur animali.

Et hanc sine dubio, esse Aristot. puto, & Buccaf. 1. meteo. loc. cit. esse Bur. & Scot. qui vno elemẽto tribuunt plurea motus; sed ipse impugnat primo, quod Arist. alibi constituit vni corpori vnum tãtum motum cõuenire, secundo, quia male contra Plat. dicentem aquam esse sub terra argumẽtaretur quod inde sequeretur aquam descendere, & ascendere. Resp. id intelligi quando elemẽta simplicia sunt in suo statu naturali; non autem si considerentur posita aliqua mutatione extrinseca, quod scilicet fiat noua cõcauitas in terra; nam tunc elementa habere possunt plures motus naturales, vt seruetur continuitas in elemẽtis; sed hãc distinctionẽ non poterat afferre Plato, qui secundum

pro

propriã naturam putabat cælum esse igneũ, & aquam esse in tartaro; nam cum videamus esse supra terram, & descendere, si esset etiã sub terra, ascenderet etiam naturaliter; nec mirum, quia illi duo motua ordinantur ad deferendum elementum ad vnum locum situatum, vt supra diximus.

## ARTIC. IV.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

In vtribus aer quia adděsatur grauitant,

AD primum ex Aristotile Resp. a. loqui ex sententia Platonis, qui talia iudicabat esse omnia elemẽta præter ignem, vt refert, & cõfutat Philalteus 4.cœli quæst. x.cõcl.4.

Ad 1. Conf. multi negant, & grauissimi DD. Sed si ponatur verum, vt Conciliator dicit se expertum, dicam id esse, quia inflatur halitu humido, & denso, & aere hoc nostro crasso pleno vaporibus, vt ait Cardanus 1. de varietate c. 1. accedit, quia dum inflatur, etiam aer densatur, vnde fit grauior; quod fortasse caussa est vt follea, vehementius inflati magis feriant, & lædant, accedere potest variatio follis; nam potest habere pellem nunc humidiorem, nunc sicciorem.

Lignum quare descendit in aere, & nõ in aqua.

Ad secundam confirmationem Resp., lignum descendere in aere, & non in aqua, nõ quia aer grauitet in sua sphæra, quia deberet etiam grauitare supra aquã; sed propter grauitatem terream, & aqueam, non repugnante leuitate aeris: in aqua verò non descendit propter leuitatem aeris, quæ resistit, & vincit terræ grauitatem, aquea nihil operante; quare plumbum descendit, quia partes aereæ, & igneæ, quæ sunt in ipso superantur à terreis, & aqueis, præcipuè cum in poris ligni multum cõtineatur aeris, vt Arist. alibi docet, vnde ligna benè compacta merguntur. Hinc soluitur quæstio cur scaphæ bene onustæ non merguntur, quia adhuc leuitas aeris vincit omnium illorum grauitatẽ. Hinc secundo patet cur aliqua ligna mergãtur vsque ad mediam partem, quia vt inquit Scalig. exer. 143. num. 1. grauitates terræ, & aeris sunt proportionatæ; nam aquea nihil ibi operatur, ideo quantum descendit grauitate terræ, tantum aerea leuitate ascendit, præsertim cum aer, qui continetur in partibus ligni superioribus non possit ab aqua excludi, vt qui continetur in inferioribus partibus.

Hinc patet ad dictum Arist. nam semper quod est grauius intensiuè, licet sit leuius extensiuè; mouetur velocius in aqua, licet in aere oppositum sit, vt diximus supra.

Ad tertiam confirmationem, aerem moueri naturaliter, vt sit supra aquam, & sub igne, & similiter de aqua respectu terræ, & aeris; sed cum hæc mouentur ad replendum vacuum, trahuntur à corpore aliquo, vt alibi diximus, & præterea etiam si à se mouerentur id esset ex naturæ vniuersalis prouidentia, qua inclinantur omnia ad bonũ vniuersi.

Dices si terra annihilatetur, an aqua descenderet Resp. negatiuè, sed seipsam contineret sub aere.

Ter... annihilata aqua non descenderet.

Ad rationẽ illam Auer. Resp. esse quidem instituta ad iuuandos motus non per aliquã virtutem propriam naturalem, quia hæc cũ naturaliter operetur, impediret motum, qui fieret in contrariam partem; sed quia motus proiectorum ait Arist. fieri à medio, à quo etiam iuuatur motus naturalis, & calor cũ humido efficit virtutẽ talis speciei, vt moueat supra aquam, & subignem; non tamen efficit duas virtutes motiuas, & spiritus animalis substantialiter sunt sanguinis; quare habent aliquid terræ, à qua impediuntur, ne possint euolare, & propterea continentur in arterijs; vnde difficilè exeunt, & negatur fulmina non moueri velocissimè in principio, vt patet ex eorum sonitu rupta nube, & si augetur deinde motus, id esse ex eadẽ caussa, qua motus naturalis.

Ad quartam confirmationem, dubitant aliqui de experientia, nam theatra videmus fabricata, vt auditores superiores essent recitantibus, & mihi quotidie semper visus sum experiri contrarium; quod si aliquando acciderit oppositum fuit ex aliquo impedimento, quo factum sit, ne vox peruenire potuerit ad aures audientium, vel ob tumultũ proximum audienti. Resp. secundo etiam si vera sit experientia, id esse potuit, vel ob inclinationem loquentis, & repercussionem aeris deferentis vocem ad os loquentis, nam aer magis mouebitur versus partem, versus quam recipit maiorem impetum; deinde adiuuat crassitudo vocis, quæ defertur.

Reijcitur à loco eminẽtiori vocem sentiri melius deorsum.

Dices ex quatrigario apud Gell. lib. 9. c. 1. certius sagittam ferire si infernè ad superiorẽ locũ, quã si supernè ad inferiorẽ iaciatur, ergo signum est, aerem minus moueri versus partem superiorem cum minus motus sagittæ versus illam partem perturbet vibrantem. Confir. quia vas inane in aqua fluctuat, plenum verò mergitur, igitur aqua grauitat intra aquam. Resp. id oriri ex consuetudine sagittandi, nam sumus magis assueti dirigere ictus sursum, quam deorsum, vel quia grauitas instrumenti, quo Sagittarius perturbat nos, ne tamen certo collimemus deorsum, quam sursum, vel tertio quia sagitta deorsum minimo motu aeris perturbari potest, quod terræ accidit cũ mouetur sursum ob vim impressam, quæ resistit aeri deorsum impellenti.

Ad Confir. Resp. non quolibet vas aqua plenum mergi in aqua, nam ligneum non mergitur, sed illud quod ex natura sua mergeretur, vt æneum, vel testacium, & ratio est, quia cum est plenum aere, aer resistit; cũ verò plenum aqua, hæc non resistit, vnde grauitas vasis defert illud deorsum. Vnde Scalig. exer. 143. num. 2. ait si vesica plena aere cooperiatur terra, nõ exultat, quia, vel terra est compacta, & densa, & non potest erumpere, cum illa non cedat; vel est rara,

vt

vt arena, quæ continet multum aeris, & tūc neque vesica mouebitur, vt fit supra aerem, sed in aqua resilit, quia hæc cędit, & aer quęrit esse supra aquam.

Ad quintum rectè ibidē dici videri leuiorem massam, q aliquæ partes euanuerint.

Ad sextam diximus supra, vnde oriatur, non enim oritur ex grauitate aquæ supra terram.

Ad septimum patet ex dictis si enim ibi est aliqua densitas quod sæpe falsum est, tamen id non oritur ex ponderatione partium superiorum, sed aliqua causa accidentali scilicet vaporibus, & aere mixtis cum partibus superioribus terræ ob porositatem illarum.

Ad octauam dum pars terræ incipit violentari tunc grauitas exit in actum, nō quid mouendo, sed resistendo violentiam inferenti: nam elementis in proprijs locis non negatur omnis actus cum ibi quiescant, sed motus.

Dices quid de Aristotele: Resp. aliqui, Aristotelem tantum voluisse aerem, & aquam in proprijs locis habere aliquam inclinationem maiorem, vt mouerentur deorsum, quā sursum, & argumenta, quæ adducit sunt tātum probabilia. Sed Arist. apertè loquitur, quare melius cum Them. Archim. Ptol. & alijs dicamus errasse, licet forte cum dicit t. 30. elementa media habere in suis locis aliquando grauitatem, loqui videtur de aere nostro impuro, vt patet t. 32. & de hoc aere falsa est illa experiētia vtris pleni aere. & de hoc aere t. 39. intelligitur descensurum terra subtracta, vt ait D. Thom. verum non est cur laboremus in Arist. mente indaganda.

## DVBITATIO IV.

*De motore mixtorum.*

### ARTIC. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

Duo quærū tur subiectū huius motus, & ipse motor. PRimo not. tres posse difficultates in hac re examinari, primo quod sit subiectum primum huius motus. secundo, quis sit motor, tertio qualis sit motus, simplex, an cōpositus; & quidem de hoc vltimo dicemus infra, cum de natura motus mixti, & simplicis; quare dicendum de duobus primis.

Secundo not. mixtis conuenire posse duplicem motum; vnum secundum propriam formam, vt distinguitur à cæteris; cuismodi est motus progressiuus, qui conuenit animalibus; Alterum secundum prædominans elementum, nam cum materia ipsorum constet ex elementis, & in hac compositione semper dominetur aliquod elementum, saltem respectu alicuius situs (quod dicitur propter mixta, quæ ab aliquibus ponuntur habere qualitates æquales ad pondus) ideo mixta mouentur iuxta exigentiam prædominantis elementi, de quo motū quæritur principium, & subiectum.

Tertio not. subiectum alicuius accidentis esse duplex primarium, & secundarium; & quidem constat subiectum secūdarium esse ipsum compositum mixtum; de primario verò, quod est ipsa ratio, ratione cuius mixtū subiectat motum, dubitatur; nam Iandunus 4. cæl. q. 9. putat primum subiectum illius motus esse elementum prædominans in mixtione, sed ea opinio reijcitur, quia primum subiectum motus debet esse actu secūdum esse specificū quia subiectare supponit existere; sed elementum prædominans non existit in mixto secundum esse specificum, nā vel corrumpitur secundum substantiam, & manet solum secundum virtutes, vt putant Latinis vel si elementa manent in mixto, manent refracta, vt volunt Auerroistæ, secundum quos manent medio modo inter actū, & potentiam, ergo nullum elementum in mixto aptum est per se mouere, cum nullū maneat in suo actu specifico, vt colligitur ex Auer. 3. cæl. 67. vbi ait quatuor elementa non manere secundum substantiam, quia non posset esse mixtio, quæ est plurium naturarum vnio, idest vna natura resultans ex pluribus. Subiectū ac cidentis duplex primariū, & secūdariū, secunda riū est cōpositū mixtum.

Confirmatur, nam si vnum elementum ita manet in actu in mixto; posset esse subiectum similiter, & alia manerent; vnde motus ille esset partim naturalis ratione prædominantia elementi, & partim violentus respectu aliorum elementorum; sicut esset motus pilæ plumbeæ, cui vter aere plenus esset alligatus, & in aquam proiectus, at nec ipse Iand. concedit hunc motum esse talem; quare Zabar. lib. 2. c. 1. putat subiectum primū esse ipsam naturam mixti, cui motus est naturalis, quia illa natura est talis speciei, vt requirat in subiecto talem dispositionem, ex qua oriatur virtus motiua talis. vel talis elementi; quare manet difficultas de causa mouente.

### ARTICVL. II.

*Opiniones Doctorum.*

PRima opinio est dicentium; motum illū oriri ab elemento prædominante, quod remanet actu in mixto, licet in gradu remisso, vnde prius mouetur elementum, & ad motum illius mixtum ita Iand. q. 9. sequitur Zim. qui agnoscit in mixto præter formas elementorum esse formam mixti, quæ non est natura, sed potius dicitur naturata, quia constat ex naturis; fundamentum, quia ex Arist. principium motus simplicis est natura simplex; at motus ille est simplex, ergo est à natura simplici, qualis est forma elemētaris, non autem mixti. 1. opin. dicit motū oriri a ab elemē to; prædomi nante.

Secunda opinio est dicētium, principium illius motus neque esse formam elementarē neque mixti; quia elementaria ibi nulla est & mi-

& mixti non potest esse principium motus simplicis; sed principium illius esse elementarem qualitatem; non quidem determinatam, sed variam iuxta locum, in quo est mixtum; Nam aliquando fit ab vna qualitate, vt si mixtum in quo prædominatur terra moueatur in aqua; quod si idem moueatur in aere ille motus erit à grauitate terrea, & aquea; Quod si in igne mouetur erit motus etiam ab aere; fundamentum huius opinionis sumitur ex duobus principijs. Primum, quod nullum elementum grauitat, & leuitat in proprio loco; alterum grauia, & leuia tūc cōnaturaliter locari, qñ graue est supra grauius, & infra leuius; Vnde si vasi aqua pleno supernataret oleum, & poneretur sub igne; etiam si vas aqueum esset ibi innaturaliter, tamē oleum esset in loco naturali, quia haberet supra se ignem leuiorem, & sub se aquam grauiorem; Quibus positis formant mixtum habens tres gradus igneos, duos ex singulis elementis, Illud non semper mouebitur à virtute ignea; nam si ponatur in igne & reliquetur suæ naturæ, mouebitur deorsū at ille motus nō est à virtute ignea, quia hęc non mouet in loco proprio; nec potest esse principium mouens deorsum; cum sit leue simpliciter; ergo mouebitur ab alijs virtutibus; Neque dicas ibi quiescere, & nō descēdere, nam contra, quia in illo mixto sunt sex gradus grauitatis, quę prçualēt tribus. Quare descendet in igne, & cum leuitas aeris in loco suo sit otiosa, mouebitur etiam in aere quia quatuor gradus grauitatis vincunt tres leuitatis igneæ. quare solum dum est in aqua nō mouebitur; quia qualitas aquea ibi est ōtiosa; sed potius ascendet, eo quod leuitas ignea excedit terream qualitatem; ex quo fit locum illius mixti esse inter aquam, & aerē ex quo infertur falsum esse mixtum moueri semper ab elemento prædominante.

*Conf.1. ex participatio ne oīum elemētorum.* Confirmatur quia animalia sunt mixta, & tamen mouentur ad omnē differentiam positionis; at talis motus non est ab elemento in eo prædominante.

Con quia mixta participant virtutē oīum elementorum, ergo, & motus omnium.

Ita Nominales apud Zab. quos sequitur Sax cæl. q.1. art. 3. & Amodeus.

Hinc primo inferunt dari mixtum, cuius motus naturalis sit tardiar in fine, vt si habeat duos gradus ignis, duos aeris, tres aquę, & qinque terræ, illud in igne mouebitur velocissimè ob maiorem virtutem motiuam, & minorem resistitiuam; tamen in aere tardius mouebitur, nam virtus motiua minuitur, & resistitiua augetur; denique in aqua tardissime, quod solum terrea virtus mouet, & cæteræ resistunt.

Secundo inferunt idem mixtum tardius moueri in vacuo, quàm in pleno; nam si fingatur locus aeris vacuus per illum tardius mouebitur mixtū, quàm prius in loco ignis; quia ibi gradus aerei essent atiosi, & gradus ignei resistent descensui, qui prius non resistebant, & gradus mouentes essent pauciores scilicet octo cum prius essent decem.

Tertio hinc colligitur cur. Arist. dixit mixtum moueri secundum præualens elementum; non enim loquitur de excessu vnius elementi secundum virtutem motiuam supra virtutes motiuas singularum singillatim acceptas; sed comparatione omnium, vt .s. acceptis omnibus virtutibus motiuas, fieri debet secundum virtutes præualentes respectu aliorum.

Tertia opinio est dicentium, motum mixtorum secundum prędominans elementum oriri à forma mixti; quia vnicuique corpori naturali, est à natura præstitutus vnus locus; ergo vnus motus quia vnitas motus oritur ex vnitate termini, & naturæ; Antec, quia vnumquodque corpus habet vnū naturam, tum quia vt elemētis debetur locus ratione grauitatis, & leuitatis; ita, & mixtis, quibus conuenit etiam sua leuitas, & grauitas; tum quia vidēmus, illa non impedita naturali impetu moueri, hoc autē non conuenit nisi existentibus extra proprium locum, vt tendant ad locum naturalem; ium quia si non haberet locū naturalem, nō haberet inquo quiesceret; vnde esset in perpetuo motu, vel non posse impelli, nisi per vim.

Sed iā locus non potest esse nisi vnus ex illis qui debetur elementis, cum contineatur sub sphæra sublunari, & infra elementarem, sed locus elementaris non potest primario cōuenire mixto, nisi vt participat aliquod ex elementis; hoc autem est moueri secundum prædominans elementum. Neque obstat, quod oleum in aqua ascendat, & in aere descēdat, quia illi motus licet secundum modum sint diuersi, non tamen secundum specificam rationem, nam per illos tenditur ad vnum locum; & situm, per vnam virtutem, vt patet ex motu aeris ex igne, & ex aqua, qui sunt ab vna simplici virtute, licet videatur plures ex modo tēdendi ad locum proprium. *Prob. hunc locum non posse esse ni si vnum.*

Confirm. nam experientia constat mixta sibi derelicta tendere ad locum prædominantis elementi, ergo naturalitas loci mixtorum debet accipi ex prædominio elementi, quia eo tendit ab intrinseca virtute. Antec. prob. nam alia mixta descendunt in aqua, vt lapides; alia ascendunt, vt oleum, quod quiescit inter aquam, & aerem, alia ascendunt in aere, vt exhalationes, ergo mixta mouentur ex se ad loca elementorū; cum hoc tamē discrimine, quod locus naturalis mixtorum habet maiorem, vel minorem distantiam à cælo, & centro, ex participatione maioris grauitatis, vel leuitatis prædominantis elementi. *Conf. experientia.*

Ita Zab. 2 de motu grauium c,4 & alij.

Sed in explicando illam non conueniūt; Nam cum hi auctores conueniant in asserenda existentia elementorum in mixtis, ideo vario modo explicant hanc existentiam. Primo .n. aliqui agnoscunt in mixto esse

esse quatuor formas elementares in esse refracto, quibus addunt quintam formam mixti ab illis realiter distinctam: ita Zim. in Tab. litt. C. verb. *Causa simplices, &c.* cuius opinioné Zab. putat, non intelligi, quod formæ elementares ibi maneant secundum esse proprium, & specificum, quia sic mixtum non vnam naturam, sed haberet quatuor distinctas, quæ inclinarent ad diuersos motus, imo oppositos, vnde semper moueretur secundum aliquam virtutem violenter, imo non semper secundum prædominans, quando .s. tria plus possent, quam vnum, vt dicebant Nominales, & patet in mixtis imperfectis, sed intelligit vt illæ formæ sint cótemperatæ in vnam naturam, quæ tamen magis referat naturam vnius elementi, ex 1. de Gen. c. vlt. vbi negatur manere in mixtione aliquod miscibilium, sed quoddam medium, cui putant superuenire quintam formam mixti realiter ab illis distinctam.

At alij vt Zab. putant in mixtis non esse aliam formam distinctam à formis elementorum, sed formam mixti esse ipsas formas elementares refractas, quæ per mixtionem euaserunt vna forma cum illis realiter identificata, sed ratione formali distincta, quatenus cóstituit diuersam speciem ab illis, quas constituunt formæ elementares, refert illam Mainestus, & confutat.

4. opin. dicit oriri à forma mixto. Quarta opinio est dicentium, motum mixti secundum prædominans elementum oriri primo à forma mixti vt refert naturā potius vnius elementi, quàm alterius, & proximè, ac instrumentaliter à qualitate motiua, hi tamen inter se diuisi sunt. Nam aliqui volunt hanc virtutem distingui ab omnibus virtutibus elementaribus, sed resultare ex mixtione elementorum similem virtuti elementi prædominantis; nam sicut forma mixti semper magis cóuenit cū vno, quàm altero elemento; ita etiam virtus motiua; Ita Scotus 2. d. 5. ad 3. sequitur Faber. Theor. 62. nam cum hic motus sit immediatè à virtute motiua, & hæc consequatur formam, erit proportionata formæ, quæ cum sit distincta à formis elementorum, habebit virtuté motiuam similiter distinctam à virtutibus elementorum, Vnde etiam fit hanc virtutem non esse primā causam talis motus, sed esse formam mixti; & licet forma mixti sit alterius rationis à formis elementorum, vt Zab. lib. 2. c. 2 & 3. contra latinos probat, tamé potest esse principium motus simplicis ratione simplicis formę remanentis virtualiter in forma mixti; nam vt omnis forma mixti continet quidem formas elementorum, non quidem actu, sed virtualiter; ita continet magis formam vnius, eo quod habet maiorem quandā similitudinem cum vno; quæ Scoti opinio non videtur re differe ab opininione Zabar. sed solum voce, quod Zabar. putet in mixto manere formans elementorum vnitas, & redactas in vnum in mixtione, vt explicauimus supra. Alij verò dicunt remanere in mixto non quidem formas elementorum, sed virtutes motiuas illorum, quæ sunt proportionatæ secundum gradus remissos formis mixtorum. nam vt in mixto manent qualitates actiuæ, & passiuæ in gradu remisso, eiusdem speciei cum elementaribus, ita, & motiuæ, vt communiter latini, & quia vna illarum dominatur in elemento, ideo motus fit secundum illam, neque hoc dominium debet attendi secundū alias qualitates, sed secundum motiuas, vt sequatur motus, ita latini communiter; quod si illis obijcies quomodo mixtū moueatur motu simplici, cum hic sit à forma simplici. Resp. sufficere quod sit à virtute motiua, quę cóuenit simplici corpori, licet illa sit in mixto sm̄ gradū remissioré. Sed contra quia debet esse à natura, tanquam à principio primo, cuiusmodi non est grauitas, sed forma substantialis. Resp. 2 Mainest. dupliciter posse motum simplicé esse à natura simplici, primo passiue, & sic cóuenit hic motus mixto, nó quidé quod motus ille in mixto subiectetur in elemento prædominante, sed quia cum elementum in mixto nó retineat dominium nisi quatenus disponit materiam, ideo etiam disponit ad hūc motum. Secūdo efficienter, & non potest esse à simplici secundum rem, sed secundum apparétiam & ita est hic motus ratione prędominantis elementi in mixto; nam vere motus ille est mixtus cum sit à forma mixti, sed apparet simplex, quia fit per lineam simplicem.

### ARTICVL. III.

*Opinio Auctoris.*

Motus mixtorū cóuenit secundū prædominas elementum. PRima conclusio. motus mixtorum cóuenit secundum pręd ominans elemétum, patet ex Arist. primo Coel. initio, & experientia quia existens extra locum prędominantis elemēti, si non impeditur, mouetur ad locum prædominantis elemeti.

Dices. constat mixta moueri magis, quā elemēta prædominātia, vt aurum, & plumbum breuiori tempore mouentur, quàm terra per æquale spatium derelicta suis naturis; ergo citius, & hoc non est nisi à maiori grauitate.

Confirmatur quia oleum, cui dominatur aer, non mouetur motu aeris, nam experimur moueri ad superficiem aquę in aere, & ibi quiescere.

Resp. Thomas de Garbo lib 1. t. 1. q. 5. Zim. theor. 26. Petrus de Peramato c. 4. & Ludou. Mercatus apud Garciam 1. fen. 1. 1. d. 3. c. 1. disp. 9. c. 7. Concedunt hæc mixta esse grauiora, quia maior grauitas, & leuitas conuenit mixtis ratione propriæ formæ, Vnde cum Arist. 1. Cæl. c. 2. terrā appellat grauissimā, loquitur sm̄ comparationem aliorum elementorum, neque tamen ex hoc debetur illi locus inferior

terra; nam extensio spatij ad viteriorem locum non prouenit ex intensione maiore virtutis, sed ex diuersitate specifica virtutis.

Sed contrarium docet Ferr. lib. de elem. c. 4. & ratio sumitur ex 4. cæl. c. 6. vbi has virtutes motiuas ait conuenire compositis ratione maioris, vel minoris participationis elementorum, ergo non possunt esse intensiores in mixtis, quam in elementis, quia participans perfectionem ab alio non potest habere maiorem, quam sit in subiecto proprio habente totam perfectionem, & non partē illius, vnde Resp. ad experientiam sumptam ex plumbo negando in eo esse maiorem grauitatem, quam sit in terra pura, neque pót fieri de illa experientia; nam terra, quam hic habemus, est mixta cum aqua, & aere; quod si terra pura acciperetur, illa non constaret, q͂a non habet gluten partes conglutinans; ita Conimb. 4. cæl. cap. 6. q. 1. art. 2. sequitur Garzia loc. cit.

Quomō fit maior grauitas in plūbo quā in terra

Resp. 2. Mainectus in plumbo non esse maiorem grauitatem intensiuè, quam in terra, sed extensiuè, quia ratione densitatis sub æquali magnitudine habet plures partes graues, quā terra; nam vt qualitates primæ æqualis intensionis magis operantur dum sunt in subiecto denso, quam raro; ita & motiuæ magis ponderant. Sed obstat frigiditas & siccitas terræ, quæ maiorem in ea densitatem efficere debent, quam sit in plumbo. Resp. experientiam esse de terra, quam habemus, quæ non est densior plumbo, licet quæ esset pura, forte esset densior si ad densitatem non requireretur cōglutinatio partium.

Ad Confir. Resp. ideo oleum moueri in aere, quia aer q̃ est intra oleū habet leuitatem valdè remissam, at qui est extra oleum leuior apparet, & ideò Arist. dixit, oleum non congelari, quia habet prædominium aeris, qui non congelatur.

Dices ex Arist. 1. de gen. in mixto omnia elementa debere esse adæquata in potētijs, & virtutibus.

Explicatur Aristot. dans in mixto oīa elemēta adæquata secūdū virtutes. & potentias.

Confirmatur, quia nihil elementi est in mixto, ergo mixtum non mouetur secundum naturam elementi prędominātis. Resp. nihil tamen ibi dici ab Arist. ad Confir. resp. moueri secūdum prædominans, intelligi dupliciter. Primo secundum elementum realiter, & formaliter existens in mixto, & negatur. Secundo secundum maiorem conuenientiam mixti cum vno elemento, quam cum alio quoad virtutem motiuam, & ita intelligitur motus secundum elementum prædominans per æquiualentiam.

Secunda conclusio motus mixtorum secundum præualens elementum non est à forma mixti identificata realiter cum formis elementaribus refractis, & castigatis, vt dicebat Zabar., quia talis forma non potest dari in mixto perfecto, quod dicit naturam per se vnam. Primo ex Mainecto; nā si formæ elementares manēt in mixto, vt supponit Zabar. vel illæ formæ refractæ manent inter se confusæ adhærentes, & tunc mixtū non esset vna natura per se, sed aggregata per accidens, sicut esset forma cumuli hordei; in quo sunt permixta grana frumenti, vel non manent inter se adhærentes, sed se inuicem peruadentes, & tunc daretur penetratio corporum; nam cum mixtum illud sit homogeneum, debent in singulis partibus esse singula elementa, & adhuc esset ibi vna natura per accidens, nam cum ibi non sit forma vna distincta ab elementis, necessario illa forma debet esse composita ex quatuor illis formis, à quibus non distinguitur realiter; at talis compositio cum sit ex actibus formalibus, necessario debet esse per accidens.

Confirmatur quia non apparet quomodo fiet illa compositio, nam vel est integralis, vel essentialis; si primum, erit per adhærentiam. vt dixi, si secundum, erit per informationem, at ibi non potest esse talis compositio; nam vel vna forma informat aliam; & repugnat actui formalem esse potentiam essentialiter informabilem, & non est ratio cur vna sit potius materia, quam forma, vel singulæ informant easdem partes materiæ, & repugnat materiæ essentialiter actuatæ similimodo actuali, vt alibi, nec vitari potest vnitas per accidens, & repugnat mixtioni, vt suo loco.

Confirmatur secundo, quia formæ illæ elementares, vel ex vi illius formæ corrumpuntur, & nō manent contra ipsorum suppositum vel non corrumpuntur, & hic daretur, generatio formæ mixti, sine alterius corruptione, & forma mixti non esset aliud, quam formæ elementares vnitæ aliqua specie vnionis: Resp. potest non corrumpi secundum esse formale, quia non dant proprium esse specificum igneum, terreum, &c. sed mixtum.

Sed contra primo, quia hic modus generationis non distinguitur ab eo, quem posuit Anaxagoras. f. secundum apparentiam, nam ibi veræ essent formæ elementares, licet nō appareant secundum se, sed secundum apparentiam mixti.

Tum quia nō potest intelligi manere informationē eiusdem materiæ, quin maneat secundum rem idem esse specificum in materia, quia informatio nō potest esse sine effectu formali, sed illæ formæ manent in ijsdem partibus materiæ; ergo quare hæc opinio nullam videtur præseferre probabilitatem.

Tertia conclusio motus mixti non est ab elemento prædominante, patet, quia supponimus elementa non manere formaliter in mixto, sed corrumpi; at quod non est, non potest esse principium actiuum alicuius effectus.

motus mixtī nō est elemē to prædomināte.

Secundo alij putantes elementa remanere in mixto probāt, nam motus ille, vel est solū ab elemento prædominante, & otiosa esset

forma

forma superaddita, vel esset à sola forma superaddita; & tunc otiosa esset virtus motiua elementi, vel ab vtroque, & tunc esset motus velocior in mixto, quam in elementis, quia esset à pluribus causis, sed hæc ratio nō placet, quia forma mixti non esset otiosa ob alias operationes, quorum esset principium.

Tertio alij quia si cum formis elementaribus esset alia forma mixti, tunc ibi essent virtutes motiuæ plures numero in elementis, & mixto, & tunc plura numero accidētia in eodem subiecto, vel essent plures specie, vt in mixto sit grauitas distincta speciei à grauitate terræ, & tunc contra, tum quia altera illarum esset otiosa, quia vna posset quidquid potest altera, quod est mouere ad talem, vel talem locum; tum quia sicut in mixto est grauitas respondens grauitati terreæ, sic deberet esse respondens grauitati aqueæ, & leuitati aereæ, & igneæ, tum quia ex Gaz. sen. 2. lib. 1. doct. 2. cap. 1. disp. 9. c. 7. cum virtutes motiuæ sint naturales potentiæ, earum distinctio specifica non potest sumi nisi à loco, & termini diuersitate, sed de hac ratione, an sit valida infra dicemus.

Quarto alij cum Zabar. probant, nullum motū posse esse simpliciter naturalē mixto quia omnis fieret cum aliqua resistentia alicuius elemēti siue leuis, siue grauis; sed quia hæc ratio militat etiam contra negātes formas elementares, & ponentes qualitates motiuas elementorum in mixtis, ideò infra est examinanda.

Dices non potest saluari motum illum esse simplicem, nisi principium illius sit simplex, at in mixto principium simplex non est forma mixti, vt patet, ergo forma elemētaris, & ex his illa, quæ prædominatur. Resp. infra, an ille motus sit simplex, sed concedatur simplicitas illius. Resp. esse simplicem ratione lineæ simplicis per quam fit quod si exigāt etiam principium simplex, illud esset simplex non formaliter, sed æquiualenter, quia esset à forma mixti, non vt mixti, sed vt æquiualet formæ simplici, nam sicut in perfectione continente eminenter virtualiter plures perfectiones distinguimus ratione plures rationes virtualiter æquiualentes pluribus perfectionibus formaliter, vt dicitur de potentia diuina, & alijs, ita in mixto possumus ratione distinguere plures perfectiones in ea virtualiter contentas, quæ æquiualent pluribus perfectionibus formaliter, quod Confirm. nam Arist. ideo dixit hunc motū fieri secundum elementum prædominans, & non ex elemento prædominante, vt scilicet significet prædominans non esse causam effectiuam.

Probabile est primo à forma mixti, & secundario à uirtute connaturali mixto fieri motum.

Quarta conclusio probabile est, hunc motum fieri primo à forma mixti, & secundario, seu instrumentaliter à virtute motiua connaturali mixto, & distinctæ rationis ab elementaribus.

Prima pars probatur, quia omnis motus reducitur ad formam, quæ est natura.

Secunda pars probatur, quia forma substantialis cum non sit actiua indiget accidētibus, quæ sint proxima principia motuum, vt patet ex alijs.

Tertia pars probatur, quia corpus mixtū habet naturam distinctam à simplicibus, ergo virtutem motiuam diuersæ speciei, nam virtus motiua debet proportionari naturæ, ex motu enim Arist. 1. cæl. initio inuestigat naturarum simplicium diuersitatem, ergo & inde inuestiganda est diuersitas naturæ mixtorum à simplicium, at non posset inde inuestigari huiusmodi distinctio, si virtutes motiuæ essent eiusdem speciei.

Prima Confirmatio ab experientia.

Confirmatur, quia mixta videmus moueri diuersis motibus ab elementis, nam videmus ligna; in quibus prædominatur terra ex 4. meteor. existentia infra aquā moueri vt sint supra aquam, ergo eius virtus motiua non est eiusdem speciei cum virtute terræ, vel aquæ, & quia descendit in aere eius virtus motiua non est eiusdem speciei cum virtute terræ, vel aquæ, & quia descendit in aere eius virtus motiua distinguitur à virtute motiua ignea, & aerea ergo distinguitur specie ab omni virtute simplici, quia est principium motus distincti à motu virtutū simplicium, & idem argumentū potest fieri ex motibus olei, Neque dicas ibi esse quatuor virtutes elementorum, & ideo moueri iuxta dominium plurium virtutum, vnde cum lignum est sub aqua, grauitas terrea vincitur à leuitate aerea, & ignea, & cum est in aere, leuitas ignis vincitur à leuitate terrea, & aquea nihil operante virtute elementi, in quo est mobile; sed contra; Tum quia cum lignum est sub aqua, licet virtus aquea non moueat, tamen resistit, ne inde ad alterum locum moueatur, & idem de aerea leuitate, dum est in aere; ergo existens sub aqua haberet resistentiam terream, & aqueam, quare non poterit inde dimoueri à leuitate aerea, & ignea, nec existens in aere inde moueretur à grauitate terrea, & aquea ob æqualem, vel maiorem resistentiam mobilis respectu actiuarum virtutum, sed hæc ratio habet aliquam difficultatem ex illo principio, quod elementum non grauitat, nec leuitat in suo loco, quod intelligitur etiam quoad resistentiam ab aliquibus.

Confirmatur, quia ille motus non potest esse connaturalis nulli virtuti, nam existere inter aquam, & aerem non est naturale alicui elemento; ergo neq; est elementum habens connaturalem virtutem eò ducendi, at virtus existens in ligno, & oleo, eò naturaliter mouent, ergo hæ virtutes distinguuntur specie à virtutibus elementaribus.

Confirm. tertio, quia si ibi essent quatuor virtutes, nunquam motus mixtorum esset naturalis simpliciter, quia semper esset coniunctus cum aliqua innaturalitate respectu aliarum virtutum, quare motus semper esset naturalis, & violentus, quod licet aduersarij concedant, non tamen videtur rationabile,

vt admiſtatur perpetua violentia in vna natura, sed de hac re alibi.

Conf. quarto quia si ibi essent plures virtutes motiuæ, à quibus esset motus mixtorum, tunc sequeretur alteram esse causam motus naturalis, & aliam causam quietis cōtra Arist. 8.phys. t. 23. & contra definitionem naturæ, quæ est causa motus, & quietis. sequela probatur, nam in casu posito, oleum, & lignum mouetur nunc à leuitate aerea, & ignea; nunc à grauitate terrea, & aquea; & tamen quies inter aquam, & aerē non potest esse à nulla eorum virtute, quia nulla est virtus, quæ exigat esse sub aere, & supra aquam.

Confirmatur quinto quia mixtum nunquam posset esse in loco elementi prædominantis, quia cum virtus elementi prædominantis in suo loco sit otiosa, inde demoueretur à virtutibus aliorum elementorum.

Confirm. sexto, quia principium illorum motuum est naturalis mixto, ac illi non potest esse naturale principium connaturale elementis, quia proprietas connaturalis vni naturæ, non potest esse connaturaliter, vbi non est illa natura.

Confirm. septimo, quia posset dari mixtū quod posset quiescere in aere suspensum, vt si habeat decem gradus igneos, & quinque aqueos, & quinque terreos, & aliquos aereos, nam cum aerei sint otiosi, & alij gradus sint æquales nō sequetur motus in aere positum.

Confirm. octauo, quia sequetur idem motus ex varia proportione miscibilium, nam potest resultare simile æquilibrium virtutum ex elementis mixtis secundum diuersam proportionem, vt si mixtum habeat septem gradus igneos, vnum aereum, & duos terreos, & sex aqueos, nam illud descendet in aere, ascendet in aqua, & quiescet inter aerem, & aquam, & hoc idem sequitur si habeat septem gradus aeris, vnū ignis sex terræ, & duos aqueos, & ex millibus variationibus idem motus sequitur.

Obiectio, quod mixta debeāt habere singula plures uirtutes

Dices hæc virtus motiua habet motum similem pluribus virtutibus cum moueat in igne, & aere, vt aquea, & terrea, & mouet supra aquam, vt aerea, & ignea, & aliqua mouetur deorsum in aqua, vt plumbum, ergo mixta singula habere debent plures virtutes motiuas elementares.

1. Confirm.

Confirm. ex 1. cæl. 7. & 12. *vbi simplicem motum conuenire corpori simplici, mixtum autem compositis .i. mixtis: mouentur autem secundum prædominans elementum*, ergo sicut motus mixtus dicitur, quia nōn est ad vnum locum, sed plura; ita principiū illius non debet esse vnum; sed plura componentia vnum.

2. Confirm.

Conf. secundo, quia vt qualitates alteratiuæ elementares manent in mixto, non solum eiusdem speciei, sed etiam indiuidualiter, ita etiam in eodem manere debent virtutes motiuæ eædem numero, quæ erant in elementis, ex quibus existit mixtum, licet maneant refractæ.

Solutio.

Resp. ex his reddi probabilem opinionē Nominalium, qui dixerunt motum non fieri ab vna virtute, sed à pluribus iuxta medium, per quod fit motus; Nam si motus fit per ignem, principium illius est virtus aerea, aquea, & terrea, si per aerem est virtus aquea, & terrea, & si per aquam solū terrea. Contra verò accidit in motu sursum, Nam si mouetur per terrā fit ab ignea, aerea, & aquea, si per aquam fit ab aerea, & ignea, & si per aerem fit solum ab ignea, & hinc motus mixti dicitur mixtus, quia fit a pluribus virtutibus; neque obstat fieri cum aliqua violentia virtutis contrariæ, quia naturalitas attēditur secundum virtutes prædominantes; nec mirū, quia necessario in motu mixtorū admicti debet aliqua innaturalitas, vt patet ex motu mixtorum animatorum, in quibus motus progressiuus est innaturalis respectu virtutum motiuarum sursum, & deorsum, & motus deorsum est innaturalis respectu virtutis progressiuæ, quæ licet probabiliter defendi possunt, quia tamen probabilior est conclusio posita, ideo respondeo ad primù argumentum, virtutem mixti motiuam nō esse compositam formaliter ex pluribus virtutibus motiuis elementaribus, sed æquiualente, cum in se vere sit vna non composita realiter, sed virtualiter, & ideo non mirū si potest efficere motus similes motibus, qui sunt à virtutibus elementaribus, & quia hæc virtus potest esse magis similis virtuti vni elementari, quam alteri; ideo dicitur in mixto præualere virtutem potius vnius elementi, quam alterius, vnde etiam fit, vt naturalitas illius motus magis attendatur secundum vnam virtutem, quam aliam.

Soluitur 1. confirm.

Ad primam Confirm. Resp dici mixtum moueri secundum prædominās, non à prædominante, quia non fit à virtute elementari, sed à virtute distinctæ speciei, quę æquiualet, & est similis magis vni, quam alteri, & sicut forma mixti non est composita actu, & formaliter ex formis elementorum, sed virtualiter cum sit forma distincta speciei, & perfectioris, quam sint formę elementorum, ita virtus motiua non est composita ex elementaribus formaliter, sed virtualiter.

Soluitur 2. confirmatio

Ad secundam Confirm. Resp. primo nō esse certum, qualitates alteratiuas esse in mixto eiusdem speciei, cum qualitatibus elementaribus, Nam multi putant in mixto esse temperamentum, quod est qualitas distinctæ speciei, à qualitatibus elementaribus continens illas virtualiter, & ideo pōt producere eosdem effectus, de qua re dicemus in lib. de Gen.

Resp. secundo concedi qualitates alteratiuas esse eiusdem rationis in mixtis, & elementis, esse tamen diuersam rationem in illis, ac in virtutibus motiuis, quia alteratiuæ sunt dispositiones ad formas mixtorum,

easq;

eaſque præcedunt in materia, & ideo in mixto remanere debẽt, vt conſeruetur forma in materia, At virtutes motiuæ ſunt proprietates formales, & ſunt principia motuũ aliquo modo diuerſorum à motibus elemẽtorum, & ideo debent eſſe diuerſæ ſpeciei à virtutibus elementaribus.

## DVBITATIO V.

### *De ponderibus Problemata quædam.*

**Primum cur alia alijs celerius deſcendant.**

PRimò aliqui referunt maiorem, vel minorem celeritatem in quantitatem, vel figuram, ſed non placet, nam hoc problema ſupponit mobilia tùm eiuſdem quantitatis, & figuræ, tum id contingere in vno mobili per diuerſa elementa.

Secundo reſpondent alij id oriri ex prædominio qualitatum, quæ magis ſunt aptæ mouere in vno elemento, quam alio, vt v.g. ſi mixtum habeat quinque gradus igneæ leuitatis, tres aereæ, totidem aqueæ, & tres terreæ, patet ibi dominari igneam leuitatẽ, non tamen ſemper ab illa moueri, nam tale mixtum exiſtens in igne deſcendet præualẽtibus nouem gradibus grauitatis, cum octo leuitatis igneæ, quæ in proprio loco non leuitat; Tum etiam deſcendet exiſtens in aere quia cũ leuitas aeris nihil operetur ſex gradus aqueæ, & terreæ grauitatis præualent quinque gradibus igneæ leuitatis, at perueniens ad aquam non amplius deſcendit prævalentibus leuitatis igneæ, & aqueæ gradib' vnde fiet vt mixtum illud quieſcat inter aerem, & aquam, vt patet ex oleo, & ſimilibus, ita Nominales, ſed contra hos plura diximus d. 4. cæl. 4.

Reſp. Baſſon. l. 2. de motu intent. 2. art. 2. & 3. illum motum ab elementis oriri, quæ ẽt in proprijs locis agunt, ſed id non ſufficere, niſi addatur aeris ambientis auxilium. Nam elementum, quod eſt in mixto, conueniens tali loco, agit dum alia elementa moratur, quo minus celeriter ab illo loco recedat, tùm aer circundans minus agit in mixtum, quod propter copiam aeris interni, eſt minus aduerſum aeri ambienti, vt patet experientia adipis, quod in aere celerius deſcendit, quam caro, cum in aqua ſupernatet, at caro cum tardius in aere moueatur in aqua deſcẽdat, Nam huius diuerſitatis cauſa eſt, Quia caro ob plurimum aerem in poris cõtentum, & tardius ſeipſum mouet in aere, & minus ab ambiente aere deijcitur: Adeps verò quo plus ignis habet, vt patet ex facili eius inflammatione, eo plus frigidi habere debet coercens ignem internum, Hinc fit vt terra, & aqua præualeant, dum ignis conſtrictus cedit, & modicum aeris, qui reſiſtat illis, contineat, & inde ſeruatur facilis Adipis lapſus, præſertim vrgente aere externo, qui mixtum propter aliena elementa .ſ. terram, aquam, & ignem conatur detrahere, cum in materia denſa pori non ſint, qui aerem externum recipiant, à quo res ipſa fulciatur, at cum adeps in aquam venit, non fertur in vnum, nã in adipe forte ineſt plus aquæ, quam terræ, & cum aqua ſit aer, & ignis, quæ tria præualẽt terræ, quare falluntur, qui dixerunt adipem eſſe in aere grauiorem carne, ex eo quia plus terræ contineat, ſed quia plurimum conſtat ex tribus elementis, quæ ſunt aeri heterogenea, caro vero in ſuis poris multum aeris contineat, ſed cum in aqua aer poros relinquat, facile deorſum tendit, non ſic autem relioquit adipem, qui conſpirans cum igne, & aqua impedit deſcenſum.

Verum hæc Baſſonis doctrina, vel conuenit cum prioribus, vel nihil afferit, quod ſit ad rem, Nam nemo negat qualitatem motiuam mixti reſiſtere conanti illud exturbare à ſuo loco; non tamen permanere in loco, vel motu dum eſt extra ſuum locum, & quod addit de aere ambiente, qui conuenit cum aere intrinſeco mixti, non expellere illud à ſe vt eſt ſimile in virtute, ſed vt eſt diſſimile.

Secundo diſcrimen illud inter carnem, & adipem multa continet gratis, & minus ſapienter dicta, primum tribuendo aeri tardiorẽ motum carni in aere, & adipi celeriorem, quem dicit eſſe ex prædominio igneũ, at virtus ignis ſuperna, non inferna petit, quare tardius in aere moueri debuit, neque obſtat quod de frigiditate ignem concludẽte effutijt, tum quia male infert ex eo quod eſt adeps naturæ igneæ, debere eſſe frigidũ, cum illa inter ſe opponantur, & quo magis motum habet de vno, eo minus de altero, tum quia etiam ſi id concederetur, modo maneat qualitas ignea in mixto, ſiue coniuncta cum frigiditate ſiue raritate, ſemper ſuum effectum operabitur, imo magis quo denſius, neque motiua qualitas frigiditate concluditur quaſi carcere, vt ex illo corpore moueri nequeat, vel illud mouere, ſunt.n. hæc vel etiam Poetis indigna, ne dum *Philoſophis*.

In tertio male ex facili inflammatione colligit adipem eſſe igneum, ſed potius aereum, vt alibi oſtendemus, omnia.n. mixta huiuſmodi habent humiditatem aeream.

Tertio docet motum adipis fieri in aere ab aqua, & terra, at cur non etiam ab illis non hic mouetur caro, quæ magis aquea, & & terrea eſt, quam adeps, impeditur, inquit, ex aere incluſo in poris, at aer nec in proprio loco non leuitat, nec grauitat, & non eſt ratio cur aer intrinſece incluſus in compoſitione adipis non præſtat idem, cũ idem non præſtet ignis.

Quarto docet carnẽ deſcendere in aqua, quia aer excluditur à poris, ſed bone Deus quomodo tam cito, vt tactu aquæ ſtatim totus aer excluditur ab omnibus poris, cur nõ impeditur occupatis capitibus pororum ab

aqua, cur eadem aqua non excludat adipem, & aerem, & ignem, vnde tanta hostilitas cum aere existente in carne, vt illum fugiat, & tanta amicitia cum aere; & igne existentibus in adipe, vt cum illis pacifice viuant.

Plura notarem in huius hominis doctrina sed vanum est dicta ex vanitate, & temere conficta confutare. Quare causa huius problematis petenda est ex dubio præcedente.

Secundo cur aurum æqualis ponderis ac argentum, aquam subeat citius, quam argentum.

Respondet Basson. loc. cit. art. 4 illa corpora per aerem æqualiter descendere, quia æqualiter ab aere depellebantur, at in aqua aurum citius, quia cum argentum sit magis aqueum, & aurum magis terreum, minus ab aqua argentum depellitur, quam aurum, nam cum aqueum argenti gaudeat ob similitudinem aqua ambiére ibi magis moratur, ex quo infert contra Aristotelem omnia elementa præter ignem descendere in proprio loco, tum contra alios negantes elementa mixti in propria sphæra aliquid agere.

Sed hæc doctrina vel supponit grauia nõ grauitare in suis locis, vel non soluit quæstionem, Nam illa similitudo aquæ ambientis, & componentis argentum, ideo moratur argentum in aqua, quia aqua non grauitat in aqua, atque adeo imperite reprehendit negantes elementa mixti aliquid agere in propria sphæra, quia non negant elementa quiescere in proprijs locis, & resistere extrahentibus extra illa, quod ex illa similitudine hic effectus non inducitur, non video quid aliud efficiat, cum in elementis non sit cognitio, nec vitalis alia operatio.

Resp. secundo, & melius Archimedes apud Conimb. tract. vlt. sect. 1. n. 8. id oriri ex eo quod eadem quantitas ponderis est in auro ob densitatem sub minori quantitate extensiua, quam in argento, vnde idem pondus in auro inuenit multo minorem resistentiam, quam in argento, cui supponitur maior quantitas aeris diuidendi, vt dictum cũ de velocitate varia ob varietatem figuræ.

Hinc Archimedes inuenit in aurea corona fuisse admixtum argentum cum aduertisset plus aquæ ex vase pleno effusum ex corona argentea, quam aurea, vt pulchre cecinit Quintus Rhennius fannius, *Polæmon*. libello de ponder. cap. vlt. & licet in aere sit inæqualis velocitas.

Tertio cur animal viuum demergitur, mortuum supernatat.

Negant aliqui experientiam, quod corpus mortuum est grauius, & viuens leuius ob spiritus, & aerem in eo contentum, huius rei signum est, quod homo viuens stat etiam vno pede, & mortuum iaceat ex Nolano. Probl. 241. quod si ad littora videmus eijci, id non fit à virtute motiua aquæ, sed à ventis agitantibus aquas, vt dictum est supra; videtur Bassonis art. 5. sed immerito experientiam negant, cum appareat cadauera supernatare, & insistere, vt testatur Nolan. probl. 227.

Respondent secundo alij id oriri ex aere, quod continetur intra pulmones corporis mortui, & alijs locis cauis illius: sed obijcit Basson. cum animal intra aquas suffocetur & moriatur, vnde erit sub aquis aer, qui loca vacua implere possit, imo potius implebuntur aqua.

Resp. tertio Basson. corpus viuum non moueri deorsum à propria grauitate, vt patet, quia non petit fundum, sed mediam aquam, vnde fit vt potius trahatur ab aqua, eo quod ob continuam pugnam inter humidum, & calidum fit vt aqueum existens in corpore viuo, quærat dum est in extrema aquæ subsidium ab aqua, quæ ob id trahit animal, ibique ipsum continet donec extincto omni calore, nexuq; humidi soluto, ac proinde attractione cessante, vis fluminis euomit illud, pellitq; quo aer tendit, quem continet.

Sed fabulosa videtur responsio, nam primo quomodo petit auxilium, cur huiusmodi attractio tribuitur aquæ, & non aeri, vt trahat calidum, quod continetur in eodem corpore sibi proximo? cur hæc attractio nõ fit dum digitus pedis tãtillum mouetur: poterit ne tam paruus motus impedire tantã virtutem aquæ contentæ in mari, abeãt, qui in philosophicis fabulas sectantur, nisi id faciunt ad veritatem iucundius ostendendam vt de lino, & mosæo narrat Niph. 1. met. c. 2. nam *Poetarum* vt in prouerbijs est multa mentiri.

Respondet quarto Nol. qui persistens in eo vt id oriatur ex aere contento in corpore mortuo, ostendit causam aeris ibi geniti; Nam cum calor genuinus animalis, vbi à respiratione non refrigeratur, & regitur in têperamento, veluti effrænus redactus, calefacit omnes humiditates tenues, ita vt eas in vapores, & aerem vertat, quibus non purgatis, & expulsis vitiatur, quod vitium augetur ex excrementis genitis, dum fiunt vapores, & aer, nam hæ non expulsa vitiant materiam, & sedem caloris, qui manet, & gaudet materia pura, & clara; vitiata autem materia extinguitur calor, harum humiditatũ resolutio in aerem augetur ex calore, qui ratione antiperistesis attenditur, nam dum cadauer sub frigida aqua detinetur adeo vndique stringitur, vt nullus vapor exire, vel ingredi possit, inde interna calidiora fiunt & resoluunt internas humiditates in aerem. Hoc autem probatur ab experientia, qua in fascibus herbarum magnis vehementer cõstrictis, & magnis glomis telarum linearum constrictis, aqua frigida madefactis, conseruatisque in locis frigidis, inuenimus calorem maximum cum vapore, & fumo quodã. Hinc ex vtraque causa calore genito, & inde humiditatibus in aerem conuersis intra cadauer, fit vt ex illo aere cum naturali aere ele-

eleuetur cadauer supra aquam, ibique permaneat, & hæc mihi magis placet, quia magis philosophica, quam illa Bassonis fabellas donec melius occurrat.

Quarto cur feminæ cadauer pronum in aquis, supinum vero maris persistat.

Resp. Nol. probl. 328. quia pars feminæ anterior est grauior, ob mammas, & vteri partes apertas, quæ aqua implentur, contra verò in maribus ob amplitudinem pectoris & ventre clauso, quæ, aere ingenito repleta faciunt partem anteriorem leuiorem posteriore.

Quinto cur corpora integra supernatent aquæ, & in partes dissectæ fundum petunt. Resp. Bass. art. 6. oriri ab aere, & igne cõtento intra corpus integrum, sed hoc diuiso in partes illa expirante, Vnde ab interno aere, & igne integrum eleuatur supra aquas, sed post diuisionem in fundum descendunt aqua cadente. Sed probari non potest quod mixtorum naturæ repugnat, cum .n. quælibet pars mixti sit mixta, quælibet continere debet aerem, & ignem, quare ex illo non sub$tinetur supra aquam. tum illa compositio, quam in mixto videtur agnoscere cum de mixti natura agemus, parebit, quam sit à veritate aliena; quare melius Aristoteles, qui id refert in figuram, non .n. id accidit omnibus corporibus, nec habentibus quamcunque figuram, vt diximus in sexto.

Sexto cur vinum pleno dolio non fluat, nisi aer aliunde ingrediatur.

Resp. hoc quotidie experimur in clepsydris ad hortorum irrigationis vsum, nam si os superius ita obturatur ne aer ingrediatur, aqua in illis extenta per foramina inferiora, & si multa sint non effluit, sed causa facilis, cum id oriatur ne detur vacuum, vt alibi diximus.

Sed non placet Bassonis ingenio, Nam videt cur aer non ingrediatur per idem foramen, quo vinum fluat. sicut ingreditur lagenas per idem foramen, ex quo vinum stillat, etiam si collum lagenæ sit angustum; quod si dicatur impediri ingressum aeris ex maiore vini mole instante, sed contra; quia egressa aliqua parte vini. & si vinum magno impetu ruat, non impedit aeris ingressum per idem foramen, ergo neque impediet in principio, cur vinum non tam facile cedit aeri initio, quam postea? Cur cum postea aeri copioso locum facit, vt abunde fluat, tũ nõ modico aeri transitum facit, vt saltuatin exeat? Sed hæc difficultas satis ostendit, quã vim vinum habeat, Nam nunquam vinum ex dolio effluit nisi aer ingrediatur, siue per idem foramen, siue aliunde quod satis est, vt dicatur is effectus oriri à vacui odio, tum imperite quærit, cur initio non effluit, & deinde effluit copiose; Nam nunquam exit rebus permanentibus eodem modo, nisi fiat mutatio aliqua, qua aperiatur aditus aliquis ad aeris ingressum, ex aliqua parte, & tunc fluit vinum, & aliquando per idem foramen sed non secundum eandem partem foraminia, ingreditur aer, & egreditur vinum, apposito aliquo artificio, quo vinum depellatur intro, & cõdẽsetur, vt det locum ingressui aeris, vt quotidie videmus fieri quando egressus vini, vel alterius liquoris ex angusto orificio impeditur.

Et hæc ratio magis veritatẽ attingit, quã illa Bassonis, dum asserit vinum non tam sua grauitate exire, quam depelli ab aere, qui cum initio nullus sit non fluit, deinde vero ex ingresso aere depellitur; sed quid insultius? nam vt omittam, quæ circa grauitatem obijci possunt, peto cur vinum ex pleno dolio cum maxima vehementia, & celeritate fluit, & non ita postquam est quantitas diminuta, cum initio non sit in dolio multum aeris impellentis, & deinde sit magna ex parte aere plenum? An forte potentior erit minima pars aeris ad impellendum magnã vini copiã, quam maxima pars ad minorem quantitatem vim impellendam? at hæc sunt indigna philosopho: quanto melius dicitur vinum initio sic fluere, quia magna quantitas vini sua grauitate magis impellit, quę cũ minuatur, etiam impetus diminuitur, Neq; enim oriri illa vehementia ab aere potest, q; non imam, sed superiorem partem vini obtinet.

Septimo cur partes ignis, terræ, vel aquæ minutissimæ aliquando in aere detinentur. Resp. Bass. art. 8. quia non facilem transitũ sibi faciunt, nec à corpore ambiente multũ pellantur, eo quod minimam faciunt partiũ deductionem.

Sed cur non aditum sibi faciant, non explicat; quare dico id oriri, quod eorum virtus motiua, non potest superare resistentiam aeris diuidendi; & quod aer ille non depellat ob paruam partium diuisionem in aere factam, non est veritati consonum, nam cũ aer appareat esse sub igne, & supra terram, & aquam si haberet vim depellendi ea impelleret siue parua, siue magna eius scissio sit, vt facile patet considerãti naturam virtutis motiuæ ad propria loca, & mirum est si in aere esset ea virtus, cur non depellat animalia etiam ipsis inuitis, quæ tantam aeris scissionem efficiunt.

Octauo, cur in statera si pondus addas, quo magis inuecto transuerso illud ab Nypomochio, seu Fulcro recedit eo maiorem vim acquirit ad deprimendam eam pertem, & oppositam eleuandam.

De hac Bass. lib. de motu intentione art. 2. & seq.

Resp. quia cum centrum sit immobile, motus eo est velocior, quo magis à centro distat, at motus velocior magis ponderat. Fulcrũm autem habet rationem centri de qua re alibi.

Nono cur vinum super aquam sedet; & super vinum. sed aqua super vinum sedet, non autem si sit pura super puram aquam.

Resp. Nolan. prob. 107. primo proban-

do

do rem experientia docta ex industria corporum, dum ex eodem dolio vappam,& vinum haurientes, illud vendunt, quod exigit vt vinum leuius infundatur super aquam interposita carta, vel plancula tenui panis cuspide gladij retenta supra aquam, ne vinum violenter decidens diuidat aquam.

Ratio huius est, quia corpus liquidum inferius per suam continuitatem resistit corpori liquido superiori diuidenti, nam maior est virtus resistitiua orta ex continuitate, quam virtus diuisiua, scilicet grauitas, & impetus corporis superioris, at sine diuisione non potest corpus superius descendere, vt patet, & quia accidit, vt aliquæ partes vini descendant ad fundum scindendo aquam, quæ vtranque cedens non miscetur cum vino, fit vt illæ partes existentes in fundo ad fugiendam qualitatem aquæ, & ob appetitum sui similis resurgũs, & ascendant ad integrandum viuum superius per viam breuissimam .s. aquam mediam, quæ posita inter duo vina mious resistit.

Et ex eadem ratione aqua sedet super vinum, licet facilius vinum sedeat super aquam, quam contra, eo quod aqua cum sit subtilioris naturę, facilius scindit vinum, & hinc etiam fit, vt facilius misceatur, nec redeat, vt redit vinum, quod sua crassitudine etiam si aliquando scindat, non miscentur, quia ob crassitudinem non ita penetrat, & ideo integrum manet.

Ex qua ratione etiam fit, vt vinum sedeat super vinum quietum, & crassum manens facile sustinet alterum, nam minus diuiditur ab altero leuiter immisso, & crasso.

At hæc ratio non habet locum, dum aqua in aquam infunditur ob earum subtilitatẽ ob quam facile se penetrant, secus autem si vna eorum esset crassa, vt accidit in mari, cuius pars superior cum sit crassior ob suam salsedinem supersedet supra aquam maris inferiorem dulcem, vel maris salsam, & ex hac crassitudine fit vt facilior sit natatio in aqua maris, quam fluuiali.

Ex qua doctrina sequitur ad faciliorem, & meliorem mixtionem vini cum aqua, debere prius in cyatho poni vinum, quam aquam.

Sed in hac doctrina essent aliqua examinanda præsertim cum vinum participet grauitatem terream ob mixtionem cur non descendat infra aquam, cur ex fundo ascendat, & similia. Sed nunc non vacat ea explicare.

Post Tractatum de Virtutibus motiuis, agendum erat de Motu locali, sed quia opus nimis excrescebat, de eo alibi agemus.



# TRACTATVS OCTAVVS.

## *De Elementis in particulari.*

## QVAESTIO I.

## De igne elementari.

### DVBITATIO I.

*An detur in vniuerso ignis elementaris sub cælo Lunæ.*

### ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. Nomine ignis intelligi substantiam simplicem: primo calidam, 1 Quid nomine ignis significetur. cum qualitate siccitatis, & omnium leuissimam, quæ simul cum cæteris elementis integrat partem inferiorem vniuersi, de qua dubitatur, an sit.

Secũdo Not. duplicẽ q̃stionẽ in hac includi, prima est, an detur hæc substantia simplex, siue in loco vniuersi determinata, siue in loco indeterminato, sed diffusa per alia corpora. Secunda, an habeat certum locum sub luna immediate, & supra omnia elemẽta, In quo sit cum puritate sibi debita.

2 Ignẽ fuisse initio creatũ. Tertio Notan. dubitari ab aliquibus, an substantiæ, quam ignem appellamus, fuerit cum cæteris elementis creata; nam multi negant eo quod cap. 1. Gen. nulla sit ignis mentio, cum tamen terræ, aquæ, & aeris fiat mentio; Vnde dixerunt antiqui apud Plinium fuisse inuentum humanum, sicut vinum, & similia, vt Pyrodes Cilicis filius ex silice eductũ putauit in Pyropile. Alij à radijs solaribus genitum, sed vtriq; falluntur; nam cum ignis sit causa effectrix cõcoctionis, & sine concoctione nulla sit generatio, manca fuisset natura omittendo causam effectiuam, & prouidendo materialem .s. aquam crassam ex frigiditate; si enim terra non irrigaretur, sterilesceret, & si irrigata non incalesceret nihil generaretur, vnde optime Hippoc. lib. 1. de Diete dixit, aquã ab igne habere fluxibilitatem, motum, & fęcunditatem ab igne, & omnia generari ab his duobus principijs; neque obstat, quod Genes. c. 1. non sit facta mentio ignis, nam cum scriberet Moyses populo rudi nominauit terram, & aquam tanquam elementa magis sensibilia ex D. Th. p. p. q. 91. art. 1. ad 4. & a. d. 54. q. 1. art. 3. ad primum, dum explicat formationem hominis ex limo terræ, sub quo intelligi omnia elementa docet Basil. Beda, & alij, alioqui homo non esset ex quatuor elementis.

AR-

## ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

Negāt ignē elementarē sub orbe lunæ.

PRima opinio est dicentium sub luna nō esse ignem elementarem. Ita Thomas de Garbo tract. 5. q. 2. Card. 2. de subtilitate, Vallesius de sacra philos. c. 1. & 4. meteor. c. 4. Sagarra lib. 1. de nat. homin. com. 37. qui negant ignem esse immediate sub cælo, sequitur Franc. Patrit. lib. 4. disquis. Parip. Martin. del Rio. lib. 4 disq. mag. c. 2. q. 2. Scipio Cap. lib. 2. de princ. Alex. Tassonius q. varijs q. 1. Ticho Brahe Aresf. 2. de Gen. disp. 1. q. 3. sect. 2. tribuit Philon. Hebr. lib. de somn. & Senecæ lib. 2. nat. qq. c. 4. & Plin. lib. 2. c. 38. de quorum sententia nos alibi, tribuitur Poetis apud Auctorē Adagiorū, D. Hieron. epist. ad Fabiol. explicans vestem Sacerdotis, Aug. 2. de Gen. ad lit. c. 3. Plat. in Timæo, & Ægyptijs, & Caldæis apud Fran. Patret. loc. cit. & l. 14. probat ex principijs Aristotelis, & tribuitur Zoroastri, & Orpheo, & Rabano, ac Straboni apud Magistr. 2. d. 17. dum ponunt paradisum terrestrem pertingere ad Lunam, ex quibus aliqui dixerūt esse in medio, vt Pythagorici apud Aristotelem 2. cæl. t. 72. & Plut. 3. de plac. c. 11. alij esse diffusum per omnia corpora, vt Vallesius, alij nullo modo reperiri, quod expresse à nemine, quem legerim, dicitur, nam esset sine dubio in philosophia temeraria opinio, nam alij non negant ipsum simpliciter reperiri, sed non habere locum determinatum vt v. g. si non esset notum mare esse locum aquarum, posset quis negare locum proprium aquarum, quo sensu opinio caret temeritate, vt ex dicendis constabit.

Fund. Fundamentum, quia non est ponendum tantum corpus sine ratione, at nulla ratio ostendit ibi esse tale corpus, nam cum ignis sit calidus, & lucidus, sentiri deberet per sensum, tactus, & per visum videri, & cum sit leuissimus deberet ad superiora tendere, vt suum locum, at non tendere patet tum ex eo quia secum defert corpora sibi annexa; nam non alia ratione lignum sub aqua existens mouetur, vt sit supra aquam, & supernatet, nisi quia habet in se aerem, qui sua leuitate trahit terram, & sustinet super aquam, cum igitur ignis sit cōtentus in ligno, hoc deberet eleuare ad superiora contra experientiam.

Tum quia multi sunt ignes subterranei, qui ad superiorem locum non ascendunt.

Confirmatur, quia ille locus debetur elemento, in quo potest habere vsum in ordine ad bonum vniuersi, nam alioqui natura non recte omnia ordinasset, sed ibi nullum potest habere vsum, nam non potest habere vsum, vt materia mixtorum, cum sit distans ab inferioribus, nec est modus huc accedēdi; nec vt efficiens, & ob distantiam, & quia sufficit ignis inferior, & calor solaris.

Conf. secundo, quia ob sui magnitudinē, & intensissimam actiuitatem omnia combussisset; hac .n. ratione Aristot. 1. meteor. c. 3. probat cælum non esse igneum, quia omnia iam combussisset, nam ignis proxima sibi cōburit, vel saltem mediam regionem aeris calefecisset.

Conf. secundo quia actio ignis adiuuatur à radijs solaribus, quod si experientia ostendit dum fiunt cometæ maximos gigni in aere calores, cur non maiores fiunt ab igne, qui multis partibus excedit cometas, & magnitudine & intentione caloris, neque dicas illum non agere ob raritatem, nam ignis, qui inter prunas, & carnes est rarissimus, & tamen carnes assantur.

Conf. 3. experientia constat ignem non conseruari sine alimento, vnde flamma deficit deficiente oleo, & prunæ etiam cōuerso ligno in cineres, vt optime explicat Hypocrates lib. 1. de dieta.

Conf. quinto, quia natura non constituit corpora extrema sine medio, vt inter ossa, & carnem posuit membranas, & inter ligamēta, & ossa posuit cartilagines &c. sed ignis est maxime actiuus, & corruptiuus, non debuit constitui iuxta cælum, quod est nobilissimum corpus incorruptibile, sed potius aer, qui est contemperatus, & modicæ actiuitatis.

Confirm. sexto, nam si ignis esset sub luna moueretur ad motum lunæ, atque adeo frigesceret, nam fluida motu frigescunt, vt patet ex ventis, & fluuijs.

Conf. septimo quia experimur nos maius frigus sentire, quo magis accedimus ad superiora, ergo ibi non est ignis.

Secundo probant auct. primo Hippocr. lib. de flatibus, vbi ait spatium à terra ad cælum esse aere plenum.

Secundo Arist. 1. meteor. c. 4. vbi terram in medio collocat, & aquam, *sed circa hæc & illa, & aqua eiusdem ipsis proxime cohærent sū aerem, tum id, quod ex consuetudine ignem vocamus, poni affirmamus, ignis tamen non est, cum ille sit caloris redundantia, & quasi feruor quidam, vnde negat ignē dari, qualem quærimus.*

Confirm. secundo ex 1. meteor. c. 4. vbi quærens, quo corpore repleatur hoc spatiū mundi inferioris. Resp. videri non occupari ab igne superiora, *quia exiccarentur vbiq; omnia alia, relinquitur itaque aere, & quæ circa terrā totam aqua, vapor enim aquæ disgregatio est*, hæc dubitationis causa dixit, sed ex propria sententia subdidit; *Nos autē dicamus simul, &c. Quid enim est sursum, & vsque ad lunam? Dicimus esse corpus alterum ab igne, & ab aere, quin imo, & in ipso, hoc quidem purius esse, illud autem minus sincerum, & differentias habere, & maxime, quia desinit ad aerem, & ad eum, qui circa terram, mundum.*

Conf. 3. quia Genesis 1. vbi omniū creatio narratur, nulla fit mentio ignis.

Hi

Hi tamen inter se diuisi sunt; Nam aliqui negant locum superiorem esse igni connaturalem, Alij verò concedunt esse illi debitum, sed de facto ibi non esse, tum quia ibi aer est à naturę auctore positus, quod aptior sit ad influentias recipiendas, & meteororum generationē, & ad cęlorum aspectum patefaciédum, tum quia ignis ob impedimenta eo non pertingit, nec ideo eius leuitas est frustra, qa satis ē habere motum, quo conatur eo peruenire, etiam si non habeat actum permanendi in loco superiori, sed hi non vident frustrari finem illius motus esse permanentia in loco superiori.

2 opinio affirmamus dari ignem sub cælo lunæ.

Secunda opinio est dicentium sub cælo lunæ immediatè existere corpus calidum, & siccum omnium elementorum leuissimū, quod ignis dicitur. Est communis philosophorum, & medicorum Auic. fen. 1. lib. 2. doct. 2. vbi medici, Scalig. exerc. 9. Clauuius in sphær. & altorum initio cit. prob. ex Aristotele 1. cæl. c. 2. & 3. & 2. cæl. c. 3. vbi illi tribuit summā leuitatē, & locum superiorē omnibus elementis. Confirmatur ex 3. de gen. anim. cap. 11. *quartum genus non in his locis* .s. inferioribus *quærendum est, quamquam aliquid esse exigit ordine ignis; id .n. quartum corpus enumeratur; verum ignis non semper formam propriam habere videtur, sed in alio corpore, aut .n. aer, aut fumus, aut terra esse videtur, quod ignitum est sed .n genus hoc apud lunam quærendum est, hęc enim quartam illam distantiam adipisci videtur.* vnde 1. meteor. c. 4. post diuinum illud corpus, quod perpetua versatione incitatur, calor, & siccitas collocantur, quem ignem appellamus; & idem 4 phys. t. 46. vbi aerem inuehere .i. igne & hic in cælo, & 4. cæl. t. 23. vbi elementa ponit contigus.

Fundamentum Aristotelis est 2. cæl. 18. nam constat dari terram in medio, ergo necesse est dari ignem, nam si alterum contrariorum est in natura, debet dari aliud, at terra est contraria igni secundum virtutes motiuas, grauitatem .s. & leuitatem, vt optime Sax. ibi q. 4. Conf. nam grauitas se habet, vt priuatio respectu leuitatis, at habitus est prior priuatione, ibidem, ergo si datur summe graue, debet dari summe leue. Confir. quia si totum spatium non repleretur aere, & igne, sed solū aere, hic non seruaret proportionem cum cæteris elementis, neque dicant hanc proportionem non esse seruandam quoad magnitudinem, sed actiuitatem, tum quia partes eiusdem corporis debent habere proportionem quoad magnitudinē alioqui destrueretur pulchritudo, tum ex improportione magnitudinis oritur etiam improportio quoad actiuitatem, quia hæc sequitur magnitudinem.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui volunt ignem inferiorem esse alterius rationis ab elementari non solum secundum puritatem qualitatum, sed etiam secundum formas substantiales.

Alij vero esse quidem diuersos, secundum qualitates, quod hic sit impurus, at non secundum formas substantiales.

## ARTIC. III.

### *Opinio Auctoris.*

Resp. vnica cōclus. sub luna existit ignis elementaris immediate tanquam in loco proprio.

Probant aliqui ex igne genito ex collisione silicis, & calibis, & igne qui apparet in inferioribus, nam est simplex corpus, & habetur intentum, vel est mixtum, & cum in eo dominetur ignis, iam datur ignis, sed nō probat contra aduersarios negantes non ignem inferiorem, sed esse immediate sub luna tanquam in loco proprio.

Dari locum proprium igni probatur ex inductione cæterorum elementorum.

Secundo, quia non est ratio cur alia corpora habeant locum proprium siue per se, vt simplicia corpora, siue ex prædominio alterius vt mixta, & locum proprium non habeat ignis, at non potest esse aliquis locus inferior, ergo erit superior supra aerem. Maior probatur, nam sicut locus proprius alijs datur ratione virtutis motiuæ, & vbi cō seruentur iuxta appetitum naturæ, ita debet dari ignis, qui habet suam leuitatem, & appetitum suæ conseruationis, nam extra faciē totus corrumperetur dispersus in partes, at totum corrumpi esse contra bonum vniuersi, neque dicas ibi debere esse incorruptibilē ob carentiam contrarij, nam posset corrumpi non quidem secundum totū, sed secundum partes, nam semper aliqua pars ex vi motus cælestis inde distrahitur, quo sensu Aristoteles dixit omne corruptibile, aliquando corrumpetur, siue secundū se totum, siue secundum partes, nec desunt influxus infrigidantes per quos posset secūdum partes corrumpi.

Minor probatur: quia non est locus proprius aqua, vel aer, cum non quiescat sub aqua; nec sub aere, vt patet ex eius motu per aerem, vt infra, & Hinc ostendemus oriri terræmotus, quia ignis inclusus sub terra erumpere conatur, vt ascendat ad locum proprium.

Conf. quia locus immediatus sub luna nō est proprius aeris, tum qa non est oīum corporum leuissimus, vt patet ex flamma, tum quia ex vi motus continui, & velocissimi orbium cęlestium iam totus esset inflammatus sicut inflammatur exhalatio in arbore nauis ex vi motus nauis 2. cæl. 4. & 1. meteor. c. 4. ergo erit proprius alterius, non terræ, vel aquæ, vt patet, ergo ignis.

Probatur ex motu.

Tertio prob. ex motu, nam videmus ignē inferiorem continuo per aerem ascendere, ergo locus eius est supra aerem, antec. patet experientia ex flamma, neque dicas talem motum non cōuenire flammæ ratione ignis

sed

sed materiæ fumosæ, in quia est flamma; tum quia flamma in puluere tormentario facile accenditur, & sursum mouetur, & tamen est in materia terrea, qualis est sulphurea, & carbonea, quare motus sursum non est ratione materiæ, in qua est, & licet initio moueatur versus scopum ob impetum impressum, tũ hoc cessante mouetur sursum, vt oculis ipsis apparet, ex fumosa exhalatione, vnde pila etiam si sit grauis adhuc mouetur ad scopum ex impetu maiore; Tum quia flamma celerius mouetur sursum, quam fumus, & tã magna vi, vt graue secum ferat, quod non facit fumus; tum quia fumo motus non conuenit nisi ratione alicuius elementi, nam est aer, vel quid mixtum, at non potest conuenire ratione alterius elementi, quam ignis, quia aer non mouetur in loco proprio naturaliter, nec mixtum nisi ratione elementi prædominantis sibi coniuncti, quod cum sit leuius aere, erit ignis, neq; dicas cum Aresio nunquam ignem ita moueri vt perueniat ad concauum lunæ, quia detineretur ab alia materia cui est coniunctus, tum quia cum ille motus per aerem non conueniat aquæ, vel aeri, debet cõuenire ratione alterius corporis habẽtis perfectiorem leuitatem, etiam si per accidens impediatur peruenire ad vltimum terminum non .n. terræ locus non erit centrum, quia detinetur ab alio, immo hinc probatur oppositum .s. locum ignis esse supra aerem, quia nisi detineretur eo perueniret, tum quia falso supponit nunquam peruenire, cum videamus in suprema regione accendi exhalationea, à quibus ignis posset separari, & deputari, vt videmus hic separari ab aliena materia grauiori, quam secum trahere non potest, quod vero dicitur de flamma, quæ repleret cubile, & eius trabea combureret, puerile est, nam ob sui paruitatem facile à continenti corrumpitur, vt etiam sæpe extra cubiculum quando est in parua quantitate; tum quia cum ignis non reperit exitum, replet fumo oĩa Et hinc videmus aliquando multiplicato ignes accendi caminum, & trabens, vt sæpe accidit in Germania.

Consequentia prob. nam quod mouetur per aerem sursum mouetur ad locum supra aerem, sicut quod mouetur per aerem deorsum habet locum propriũ sub aere; omnis autem motus simplex exigit corpus, cui sit connaturalis, vnde Aristoteles probat dari quintam essentiam ex motu circulari, neq; dicant illum motum conuenire aeri, quæ replet totum spatium vsque ad cælum, quia nullum elementum mouetur in loco proprio, vt infra, sed ibi quiescit.

Quarto probatur ex contrariatione primarum qualitatum, quarum quælibet habet corpus, cui primo conueniat, sed de hac ratione in lib. de gener.

Resp. primo si ex hoc motu probatur sphæra ignis sub cælo, etiam deberet inde probari dari sphæram fumi, qui sic etiam mouetur, sed hi non vident fumum non moueri sursũ ex partibus terreis, vel aqueis, sed ex partibus igneis ibi admixtis. Resp. secundo moueri à calore secum ferente leuitatem, sed contra, quia de illa leuitate quæritur an sit connaturalis, non .n. est connaturalis cæteris elementis, ergo alteri elemento, quod est ignis, neque motus ille esse potest immediate à calore, cum hic non sit virtus motiua.

Resp. tertio illum motum esse à cælo tradente ad se similia: sed contra, quia non apparet quam virtutem imprimat nisi calorẽ, qui non est principium motus, tum si calida traheret omnia calefacta traheret magis, vel minus.

Respon. quarto etiam si ignis esset leuior aere, non tamen habet locum superiorem, vt patet ex aqua, quæ est leuior terra, & tñ sunt montes, quos aqua non superat, & maxima pars terræ est aquis discooperta, sed non vidit id factum ab auctore naturæ ob animalium habitationem in quo maximam connaturalitatem seruauit, dum mons terrã supra aquam, & in aqua, vt aer est supra ignem.

Neque terra existẽs sub aqua mouetur per aquam vt sit supra aquam, vt ignis mouetur per aerem vt sit supra aerem, quod si aliquando ignis detinetur in cauernis terræ, vel in aere, id non oritur sine aliquo impedimento, atque adeo sine aliqua violentia, est autem impedimentum illud, vel obstructio exitus insuperabilis ab ipso, vel corpus illi coniunctum resistens motui sursum, vel aliquid simile vt suo loco; Hoc autem non est sine aliqua naturę prouidentia, ob varios effectus qui inde oriuntur.

## ARTIC. IV.

*Soluuntur argumenta aduersariorum.*

AD primum Resp. primo ex Vega 1. methodi c. 5. concedendo antecedens, sed negando consequẽtiam, nam licet non possit afferri ratio, tamen sufficit auctoritas ad probabilitatẽ opinionis: 2. negando antec. nam ex dictis patet ratio cur sit ponendum. Neque obstat quod eius calor non sentiatur per tactum, tum quia id non potest patere experientia, cum nemo fuerit illi proximus, tum quia sensus tactus fit cum quadam alteratione, vt dicetur suo loco, ille autem ignis ob maximam sui raritatem non potest calefacere, nam constat corpus eo minus agere, quo fuerit rarius, & eo magis, quo densius, vt patet ex prunis, & flamma, Hinc Aristoteles sect. 3. Probl. 5. docet calorem, ex arundinibus esse imbecilliorem, quam ex quercu; Hinc Auer 5. cant. com. 8. negat illum ignem esse calidum. s. quoad actum secundum ex Zim. 4. cæl. contrad. 32. & 5. cæl. contrad. 91. nec carnes tam assantur ab aere, quam ab igne existente in prunis

Sufficit auctoritas ad probabilitatẽ opinionis.

densis

densis per aerem diffundente suam actionẽ, vnde remotis prunis calor aereus nullo modo vel vix afflarat, vel calefaceret. Ad aliam probationem ex lumine.

Resp. non videri ob ipsius raritatem, vnde D. Thom. 1. p. q. 66. art. 1. ad 2. negat ignẽ esse lucidum. s. quoad actum secundum, vt videri possit, vt notat in 4. d. 44. q. 3. art. 2. ad 4. neque obstat quod radij lucis sint tenuiores igne, & aere, & tamen videntur, quia licet tenuitas impediat, tamen cum sint in subiecto denso videri possunt, vt etiam ignis in materia densa. Hinc patet quod licet nõ possit probari ex experimento tactus, & visus, non tamen rationes desunt, vt dixi præsertim ex motu, vt D. Thom. loc. cit. Neque potest secum trahere omnem materiam in qua est, nam sæpe qualitates motiuæ existẽtes in materia sunt potentiores, quam virtus motiua ignis, præsertim cum ibi non habeat leuitatem puram, sed remissam ex commixtione cũ corpore graui, & ideo pars, quæ potest à materia separari ascendit adhuc trahens secum aliquam materiam grauem, sed minus potentem, quam sit leuitas trahens, at non ita contingit in ligno continente aerem, vel vtre pleno aere. Neque placet quod alij respondent negãdo in carbonibus ignitis nullam esse particulam ignis, cum ibi sit maxima siccitas, & caliditas. vt .n. in poris spongiæ continetur aer, vel aqua, ita in poris carbonis continetur ignis obscurans substantiam carbonis, & fumi, vt ex ex inctione ignis apparet, quæ prius existebat nigredo.

Cur ignis non eleuet materiã, in qua est.

Dices cur ignis existens in poris ligni accensi non eleuat corpus supra aerem, sicut aer existens in poris eiusdem ligni eleuat illud supra aquas, sed potius lignum accensum in aere descẽdet ad terram, vel aquam.

Confirm. nam cum ibi sit forma ignis necessario est dicontinuata ab alijs partibus ligni, cur ergo illa pars non separetur inde ex vi suæ leuitatis ascendendo ad suum locum, & idem dicitur de aere incluso in poris ligni. Resp. Petrus Garzia, quia ibi non habet suam naturalem leuitatem cum puritate, sed admixtam cum aliqua grauitate, & densitate, sicut .n. aquæ vapores habent leuitatem sibi innaturalem, ita ille ignis grauitatem, & ideo cum careat principio ascensus, non potest per motum separari ab alijs partibus, & idem docet de aere incluso in poris.

Sed non omnino placet, nam etiam ignis ibi existens non habet leuitatem puram ab omni grauitate, certe habet illam maiorem, & puriorem, quam aquei vapores, & tamen horum leuitas sufficit ad illos eleuandos.

Resp. secundo idem Garzia illum ignẽ contineri intra cauitates corporis igniti, vnde ex partibus solidis impeditur recta moueri sursum, & cum non possit exire nisi per motum lateralem, cuius non habet principium, ideo non potest separari; quæ respõsio mihi non displicet, sed addo aliquas partes separari à ligno, vt patet experientia, alias vero non separari, vel ob prædictum impedimentum, quod detineatur à partibus solidis: vt ignes, qui sunt in concauitatibus terræ, vel quia non dum materia est sufficiẽter disposita ad formam, vel si est disposita sufficienter, non tamen depurata à grauitate, quæ est magis potens, quam leuitas, & ideo donec paulatim depuretur ibi detinetur, & inde patet ad Conf. quia licet sit discontinuus substantialiter potest esse continuus accidentaliter, & ob aliquam viscositatem non separatur per motum.

Ad aliam probationem sumptam ex ignibus subterraneis. Resp. ibi violẽter detineri, & ideo aliquando erumpit, vt anno 1632. factũ est in Campania dum ignis erupit ex Vesuuiano monte, in tanta quantitate, vt omnes proximos, & remotiores agros exusserit, & cineribus repleuerit, vnde hinc potius probatur contrarium, nam cum sint violenter; & ascendant supra aerem, quare si secundum totam speciem impediretur eo peruenire, daretur in tota specie perpetua violentia, & virtus motiua frustraretur suo fine in tota specie.

Ignes sunt innaturaliter sub terra

Resp. aliqui negando violentiam simpliciter, quia licet ratione leuitatis sit illi violentum, tamen ratione indigentiæ pabuli illi non conuenit locus superior, sed per accidens illi cõuenit esse affixum tali materiæ, sed hi non vident illam indigentiam non esse, vt conseruetur ignis productus, sed vt alius de nouo generetur succedens illi, qui est motus sursum, quare cum existens in loco proprio non inde discedat, non est necessarium pabulum ad generationem noui ignis, qui succedat. Resp. alij secundo concedendo violentiam, sed negando esse inconueniens ob bonum commune inferri incommodum particulari, sed contra non est necessarium inferri hoc incommodum toti speciei.

Ad primam conf. Resp. Petrus de Peramato lib. de elementis. s. ignem in propria sphæra deseruire mixtioni, dum per partes ex motu calorum, vel alijs causis descendit ad inferiora, ex prouidentia naturæ, cuius prouidentiæ necessitatem aliqui opinantur esse ex eo, quod noster ignis non sit aptus congregare æiherogenea sicut ignis elementaris, quæ tamen congregatio est necessaria ad mixtionem; sed hanc necessitatem non video cur igni elementari virtus illa tribui debeat & non nostro igni cum sint eiusdem speciei, vel saltem calor, per quem vtrumque operatur, sit eiusdem speciei, & licet negẽt illi hanc vim, quod ob materiæ densitatem comburendi vim habeat, tamen nec inde sequitur cur non congreget, vt calor elementaris, vel saltem circa miscibilia proportionata, quæ ob resistentiam non tam cito comburatur, hæc autem proportio materiæ semper est necessaria mixtioni, sed vert. obstat

mundus quo detrudi poſſit in partes inferiores, cum pertranſire deberet mediam regionem frigidiſſimam, à qua extingueretur, & ideo natura prouida varios modos adinuenit generandi, & conſeruandi ignem in inferioribus; alij tamen dicunt concurrere ad generationem animalium, quæ ſunt in illo.

Reſp. ſecundo etiam ſi ignis ibi exiſtens, non concurrat ad mixtionem, tamen ignis apud nos exiſtens concurrit; huic autem debet aſſignari locus proprius, in quo totũ elementũ connaturaliter exiſtat, tum quia alioqui ſi talem locum non haberet, ſed ſolum eſſet, vbi eſt diuiſus in partes, ibi facile totum elementum poſſet corrumpi, tum quia cũ ignis innaturaliter exiſtat apud nos, non poteſt perpetuo ibi conſeruari, & ideo præter partes ignis hic exiſtentes propter mixtorum generationem debet poni locus, vbi integrũ elementũ ſit connaturaliter, nec mirum quia eadem difficultas eſt de elemẽto aquæ, quod licet ſit in mari, vt in proprio loco ex communi; tamen eſt etiam diſperſũ in varias partes per terram ob mixtionem, tum quia non expediebat mixtis tanta magnitudo ignis in his inferioribus; nam ſuo calore immenſo, & ſiccitate impediſſet potius generationem mixtorum, & ideo totum elementum ignis exiſtit ſub cælo, ſicut ob generationem mixtorum, & conſeruationem animalium aqua congregata eſt in vnum locum.

Cur dari debeat leuis in quo totũ elementũ ignis conſeruetur

Dices qua ratione eſt prouiſum mixtioni à natura.

Reſp. primo ex igne inferiore. Secundo ex influentijs cæli; per quas ex terra generãtur exhalationes, & ex aqua vapores.

Tertio ex corruptione mixtorum, quia corruptio vnius eſt generatio alterius.

Reſp. tertio etiam ſi ignis nulla ratione concurret ad mixtionem, non tamen eſſet fruſtra & eliminandum à natura, quia finis primarius illius non eſt generatio mixtorũ, ſed integratio, & perfectio vniuerſi, & ideo initio cum cæteris elementis creatus fuit, nã quod antiqui fabulantur, vel falſum, vel intelligunt de igne noſtro artificiali. Hinc primo factum eſt, vt partes principales vniuerſi ſint contemperatæ; & conſeruentur, Secundo vt ſic ſpatium neceſſarium inter terram, & aſtra ſit plenum. Tertio ne aer mediæ regionis nimis frigeſcat à vaporibus frigidis eo aſcendentibus, nam aer ille à vaporibus infrigidatur, non à motu, vt fingit Cardanus, de qua re Buccaferreus 1. meteor. fol. mihi 10. Quarto eſt cauſa impreſſionũ ignitarum, quæ fiunt in ſuprema regione, quia licet illæ non fiant in igne, ſed in loco proximo; tamen ibi non poſſent generari niſi ignis impediret partem illam aeris infrigidari à vaporibus, quod non vidit Cardanus dum dixit aerem eo eſſe frigidiorem, quo magis recedit à terra.

Dices non eſſe neceſſarium ignem ad replendum totum illud ſpatium, quia potuiſſet repleri aere, vt putat Cardanus, ſed contra, tum quia etiam illa quantitas aeris ibi exiſtens eſſet fruſtra, quia non deſeruiret ad mixtionem, vt ipſe dicit de igne, tum quia vt aliqui volunt aquam non habere virtutẽ tendendi vſque ad centrum, ita neque aer aſcendẽdi vſque ad cælum, vt ait Garzia, quia virtutes horum elementorum non ſunt ſimplices, ſed ſecundum quid leuitas, & grauitas.

Dices 2. elementa ponuntur propter vitã animalium, vt patet inductione, at in igne nullum animal generatur 2. de gener. t. 21.

Reſp. primo ex 5. de Hiſt. anim. c. 19. & Plin. lib. 11. c. 36. in fornacibus ærarijs Cypri generatur pyralis animal quadrupes pennatum magnitudinis maioris muſcæ, quod dum eſt in igne viuit, inde digreſſus moritur nec mirum, quia Ariſtoteles 2. de gen. anim. negat in niue aliquod animal generari, & tñ loc. cit. de hiſt. docet quædam animalia in niue gigni; Vnde Franc. Patrit. l. 8. de myſt. Ægypt. philoſ. c. 8. ait in igne generari animalia, ſed inſenſibilia propter eorum ſubtilitatem, & leuitatem.

An, & quæ animalia in igne generẽtur.

Reſp. ſecundo non negare Ariſtotelem in igne elementari generari, cum ille ſit temperatus, ſed noſtru, qui eſt combuſtiuus, vnde in illo etiam ſi temperetur, animalia generãtur, vt dictum eſt.

Reſp. negando conſequentiam, quià non propterea auferendum eſt elementum, quod in illo non generetur, vel viuat animal, nam ſatis eſt ex illo cõponi, vt ex cæteris elemẽtis, quia neque in centro terræ, & in media regione aeris animalia viuunt, neque id quod dicitur de Salamandra, quod ab igne nunquam comburatur; verum eſt ex Gal. l. 3. de temperam. & Mattiolo lib. 2. cap 56. qui negat etiam generationem pyralis, licet ob maximam frigiditatem multo tempore ſalamandra reſiſtat igni: An autem in igne animalia viuant vide Pompon. 4. meteor. d. 6 & 62.

Ad ſecundam confirmationem negando ſequi aliorum omnium corruptionem, cuius cauſa prima eſt influxus cælorum conſeruatiuus elementorum in ſuis locis, ita D. Thom. 2. d. 19 q. vnic. art. 2, ad 2. etiam ſi corrumpantur ſecundum partes, & q. 5. de malo art. 1. ad 6 id probat, quod ſicut contrariæ qualitates in corpore mixto non ſe corrumpunt, quia à forma regitiua totius conſeruantur, ita neque elementa contraria, quia regũtur ab influxu cæleſti, ſed hæc ratio explicanda latius eſſet, vt ſit vera, quod hic præſtare non poſſumus.

Secunda cauſa eſt non corrumpi, tum quia elementa reſiſtunt per ſuas qualitates nam ignis non agit in aerem per calorem, quia ſunt ſimiles, ſed per ſiccitatem, quæ eſt minime actiua, & in alia elementa diſſimilia ſecundum calorem non agit vehemẽter, vt diximus tum ob diſtantiam, tum ob raritatem, vt dixi.

Neque obſtat argumentum Ariſtotelis quia

cum cælum ob maximum excessum secundum quantitatem, & maximam densitatem astrorum vehementissime ageret, & cum non repareretur ob sui incorruptibilitatem omnia ex Aristotele combussisset æterno tempore existens, ex quibus patet non sequi nullam debere esse hiemem si ignis ibi esset quia, vt dictum est ob distantiam, & raritatem, ac impedimentum secundæ regionis aereæ, & similis eius actio non potest ad nos peruenire, neq; est eadem ratio de Sole tum quia maior est igne densitate, & magnitudine, tum quia Sol non producit calorem immediate, sed lumen quod cum careat contrario ad magnam distantiam diffunditur, & ex huius reflexis radijs producitur lumen quod non aduertit Aresius reflexio autem fit apud nos.

Ad tertiam Conf. Resp. cometis existentibus in aere sentitur maximus calor tum quia cum sit in materia densa, & nobis proximior vehementer agit.

Tum quia est signum maximi caloris in aere, ob influxus cæli calidos, & multas exhalationes calidas. & inde apparet alijs illum calorem oriri ex cometa, cum non inde oriatur, quod probatur, nam magnitudo caloris sentitur etiam dum cometa est sub hemisphærio inferiori. quare signum est calorem non oriri à cometa, cum neq; à Sole existente in alio hemisphærio calefiat nostra regio, & licet illæ exhalationes sint minores igne; tamen magis agunt in nos ob proximitatem, & densitatem.

Ad quartam Resp. ignem hunc indigere pabulo, non illum, primo quia hic habet contraria, quæ præualent ipso deficiente, at ibi non habet. Secundo quia hic cum conetur aerem perrumpere ob subtilitatem partium dissipatur facile, & euanescit, quare nisi aliæ exhalationes, quæ inflammentur, flāma extinguitur, & contra inquiunt, quia sola dissipatio non sufficit ad corruptionem cū possit conseruari minima quantitate.

Ego Resp. non extingui flāmā ex vi corruptionis, sed motus, nā partes subtiliores igneæ ascendentes in propriū locū minuūt flāmā, & si deficiente pabulo aliæ partes nō succedunt, desinit in eo loco apparere flamma sicut fluuius desineret si aquæ aquis non succederent, sed de hac re infra.

Ad 5 resp primo negando ignē & cælum esse extrema, nā neq; quoad substantiā opponuntur, cū sint eodē modo cōposita licet ex diuersa materia, neq; quoad qualitates, cum conueniant in raritate, in luce, & virtute calefaciendi; neq; quoad locū cū vtrisq; conueniat supremus locus, ex quibus patet cælum maiorē affinitatem habere cum igne, q̄ cum aere, neq; timendum ne cælum ab igne patiatur ob sui incorruptibilitatem.

Resp. a. Scalig. negando naturā aliquādo non cōnectere extrema sine medijs, nam cū terra vniuntur ignes subterranei, aquæ sunt affines scopuli durissimi, & aeri terra, & sanguis liquidissimus intra rigidos venarum parietes continetur, anima vnitur corpori, & accidentia substātiæ; Neq; exemplum, quod affert ex partib⁹ corporis animalis est ad rē cum corpus nostrum sit vnum nō contactu, vt vniuersum, sed continuitate ex vnitate formæ, vel quantitatis vnionem, Neq; exempla quæ attulimus sunt casu, sed ex natura ordinatione ob bonum vniuersi; vicit enim vniuersale bonum singularum partium necessitatem, qua aqua terrā operire deberet Deinde diuersa est ratio inter inferiora, & ignis cum cælo, nam hæc inferiora sic vniūtur ne inter ipsa sit actio mutua acrior, sed moderata, ne se inuicem corrumpant, at hoc timendum non est in hac vnione.

Resp. 3. inter extrema fuisse mediam naturam, nā inter cælum quod est purissimum mobile, & maxime actiuum, & cætera elementa impurissima constituitur ignis, qui est oīum elementorū purissimus; & maxime actiuus, præcipue cum calefactio, & illuminatio, quæ sunt à cælo, igni conferuent.

Ad 6. conf. resp. negando fluida per se motu frigescere, sed si qñ videntur frigescere id est per accidens. Primo quatenus per motum partes calidiores exhalant remanentibus partibus minus calidis. Fluida qua rōne per motū frigescāt.

Secundo per remotionē partium calidarū & adductionem partium frigidarum, quod fit dum flabello ventilatur aer.

Tertio per transitum exhalationum per partes frigidas, vt ven⁹ aquilonius ē frigidus.

Quarto, quia dum subiectum monetur nō potest agens suam actionem in illud fingere nec radios perfecte reflecti.

Ad 7. Resp. id esse quia magis accedimus ad secundā regionē aeris, q̄ est frigidissima.

Resp. ad 2. arg ductū ex auctoritate. Hippo-ratē nō dixisse totū illud spatiū esse plenū aere, sed substantia tenui, at sub illa continetur aer, & ignis, quare insulsa est instātia Aresij contra Conimb. de nomine spiritus nō vult intelligi ignē, sed aerē, & ventū præsertim cum ventus sit exhalatio quædam.

Ad 5. conf. ibi non negari dari elementum supra aerē, & infra lunā, nā c. 3. expresse ait totū illud spatiū nec repleri solo igne, nec solo aere, quare supponit repleri, & aere, & igne, & clarius c. 2. & 2. de gen. t. 22. sed ibi ait illū ex cōsuetudine vocari ignē, cū tñ nō sit. s. quia cū nō habeamus nomē ꝓpriū illius, tribuimus nomē, quo significamus ignē inferiorē, q propter materiæ densitatē maxime vrit sicut si careremus nomine aquæ, illā appellaremus glaciē, quæ est aqua densior & cōgelata ex D. Tho. vel vt alij explicant ignis proprie dicitur superior, sed inferior, hic dicitur ex consuetudine, nā ignis est superabundantia caliditatis, sicut glacies, frigiditatis ex 2. de gen. t. 21. vnde non recte Aresius ex hoc infert Arist. nescisse loqui, nam aliud est substantiæ nō esse impositū nomē propriū, aliud esse impositū, & illud ignorari, & dum ignem ait esse excessum caliditatis

loqui-

loquitur de igne in materia densa, vt patet ex glacie, quæ est excessus frigiditatis.

Ad secundam Conf. Resp. ibi impugnari duas opiniones. Primã Anaxagoræ dicentis totum spatium supra aerem vsque ad supremum orbem inclusiue esse ignem; Alterã dicentium esse aerem; ipse autem negat esse ignem, & aerem .s. solum accep.a; nam si ignis, omnia combussisset, si aer, non haberet proportionem ad cætera elementa contra rectam naturæ dispositionem, vt dicitur c.3. & initio quarti, quare docet à terra ad lunã exclusiue impleri aere, & igne, nam sursum quidem .i. à cælo stellato vsque ad lunam inclusiue est corpus alterum .s. cæleste quod est diuersæ rationis ab elementis, quod corpus habet partes diuersas secundum puritatem, & impuritatem, seu lucis, seu raritatis; siue perfectionis, siue imperfectioris naturæ ita Nyphus, & Alex. ibi

Alij vero intelligunt verba illa, *sursum quidem, & vsque ad lunam*, intelligunt de parte superiore excluso lunæ orbe, in quo dicit esse corpus alterum ab igne, & aere, hoc autem est ipsemet aer, & ignis secundũ partes puriores, nã supra dixit vocari ignẽ, sed non esse, nam aer, & ignis inferior est cũ maxima impuritate, non sic autem in partibus superioribus. ex quibus patet non percepisse sensum horum verborum Aresium loc. cit. sect. 3. dicens Arist. dum asserit sub luna esse ignem loqui de igne in potentia, nam vt vapor est aqua in potentia, ita exhalatio est ignis, vnde primo Meor. sum. 2. c. 1. *Propterea hoc modo ordinatum est, quod in circuitu: Primo .n. sub circulari latione est calidum, & siccum, quod dicimus ignem, innominatum enim est, & cõmune in omni fumosa disgregatione, attamen quia maxime notum est tale corpus exuri*, sic necessarium est vti nominibus, sub hoc autem natura aer. Resp. primo ex communi exhalatione esse formaliter ignem. Resp. secundo etsi distingueretur substantialiter, adhuc inde probatur dari ignẽ, nam si eo ascendit exhalatio terrea, eo quod participat aliquid leuitatis igneæ, etiam si sit materiæ terreæ, multo magis eo peruenit ignis.

Ad tertiam Confirmationem Resp. ex dictis patere omnia quatuor elementa fuisse initio producta, & nomine terræ significata sicut nomine cæli significati sunt omnes orbes mobiles, & immobiles, ita Basil & Beda in examerons non est autem facta mentio ignis ex D. Thom. 1. p. q. 91. artic. 5. ad 4. quia Moyses scribens rudi populo, non facit mentionem, nisi eorum quæ rudis populus agnoscit, cuiusmodi sunt visibilia, at ignis, & aer non est visibilis, quod repetit 2. d. 14. q. 1. art. 3. ad 1.

Ignis vir Moyses non meminit.



# DVBITATIO II.

*An ignis inferior sit eiusdem speciei cum superiori.*

## ARTICVLVS I.

*Opiniones Doctorum, & Auctoris.*

PRima opinio negatiua, primo quia ignis noster est principium lucis, non sic aũt elementaris, vt patet vtraque pars experientia.

Conf. quia hic ignis non potest conseruari sine pabulo .s. humido aereo 2. de gen. tex. 2. habet excrementa .s. cinerem. 3 non potest includi in aliquo loco, quin suffocetur Arist. de iuuent. & senect. c. 3. quæ omnia non conueniunt igni elementari, quia nec pabulo indiget ex Alex. 2. nat. quæst. c. 8. & 2. de anima cap. 27. & est imputribilis ex Aristotele de long. & Breu. c. 3. & licet ex densitate oriri possit indigentia maioris alimenti, non tamen sit ex raritate nullo indigere, sed non tanto, & tam denso, vnde videmus aliquam flammam indigere oleo, carbonem vero lignis.

Conf. 2. ex Aristotele 5. Top. loco 34. *aliquoties autem, & species addens peccat, nam oportebat vnam speciem esse eorum, quæ dicuntur, quando species addiderit; hoc autem in aliquibus non acciderit, ut in igne, non enim est vna species ignis, nam diuersum est carbo, & flamma, & lux, specie.* cum vnumquodque horum sit ignis, de qua re Alb. ibi tr 3. c. 3 & idem Aristoteles 3. de Gen enim. c. 11. vbi ignem appellet genus.

Conf. tertio quia hic ignis non generet, sed corrumpit animalia ex Auer. 4. cæl. com. 32. at non sic elementaris, vnde Philop. 3. phys. ignem quo vtimur excedere qualitatem elementarem.

Conf. quarto nam Aristoteles de admir. audit nu. 35. refert reperiri extra columnas Herculis alios ignes semper flagrere, alios noctu, vt etiam noctu ardere ignem flammeum in Lipara, qui 16. anno defecit, 17. rediit, & in Pithecusis ardentem, & admodum calidum, sed non adurentem, quæ omnia ostendunt ignes esse diuersæ speciei, & simile quid refert de admir. aud. n. 33.

Conf. quinto quia aliqui apperent diuersorum colorum. Tribuitur Scalig. qui exerc. 9 ponit ignem inter mixta, ex 2. de Gen c. 20. Galen. lib. 5. de simpl. medic. facult. c. 23. sed potius lib. 4. c. 5.

Secunda opinio est dicentium quod licet inferior, & superior ignis differant secundũ varia accidentia, densitatem, & raritatem, & admixtionem aliorum corporum, vel puritatem, tamen secundum essentias specificas non differre, est communis philosophorum, & medicorum D. Thom. 4 d. 44. q. 3. art. 3. quodl. 2. vbi ait ignem propter suam ma- Ignis inferior in quo differat à superiore secũdũ aliquas.

ximam actiuitatem omnia alia elementa pro materia habet, vnde ignis vel est in materia propria, vt in sua sphæra, vel aliena, & hoc vel est terrea, vt ignis in carbone, vel aerea, vt flamma, & idem 1.p.q.67. art. 2. ad 2. vbi ignem in propria materia Arist. vocat lucem, vnde dum Galen. 7. de placit. c. 6. asserit esse plura ignis genera intelligit de generibus accidentali specie distinctis, quod etiam dixit lib.4 de simpl. med. facul. c.1. & in hoc explicitius est Contar. lib.3. de elem. dum ait tres esse species ignis tum colore, & aspectu, tum viribus differentes.

Fundamentum quia nos colligimus essentias ex accidentibus 1. de anima t.11. 4. phys. t. 30. Sed ex qualitatibus tum actiuis, tum motiuis colligitur identitas specifica, nam vtrique conuenit calor, & motus sursum, vt colligitur ex 1. cæl. 19. 3. cæl. 92. 102. 4. cæli t.22. vbi ex similitudine motus colligit identitatem essentiæ, & omni igni tribuit motum sursum, quod experientia satis clare constat, vt recte Scaliger dicta exerc. 9. probat contra Cardanum, & mihi placet, ex quibus patet ad argumentum ex his non colligi distinctionem specificam. quia illa omnia non accidunt ex natura sua, sed per accidens, quia est in alieno loco, ex quo cum sursum ascendat, vt appareat ibi ignis, debet alius generari, & inde oritur cinis, quia pars magis terrea non conuertitur in ignem, sed exiccata remanet detracto humido, & similiter dicimus de igne suffocato ex defectu respirationis, vt patebit ex dicendis ad primum, immo inde confirmatur conclusio; Nam ignis statim ac est genitus mouetur sursum, at hoc non nisi rõne leuitatis, qua excedit aeream.

## ARTICVLVS II.

*Soluuntur Argumenta primæ opinionis.*

RESP. ad primum vtrunque ignem esse principium lucis, sed elementaris propter raritatem non videtur, nisi sint in materia densiori, in qua possit terminari visus, sicut nec aer illuminatus videtur nisi sit terminatus ita D. Thom. 2. de anima lect. 14 & opusc. 51. & 2. d. 2. q. 2. art. 2 ad primum, Nyph. 2. de Gen. 1.68. Bagn. c.3. q. 1. ad 4. qui addit nõ habere vim illuminandi ad tantam distantiam. Conimb. 1. de gen. c.9. q.2. ad 3. qui probant ex partibus cæli tali densitate carentibus, quæ nobis non apparent etiam si sint illuminatæ, & ratio est, quia vt obiectum videatur, debet terminari obiectum, vel densitate, vel alio corpore, vt explicabimus suo loco.

Resp. 2. alij igni per se non conuenire lumen, sed per accidens ex admixtione humoris, sicut congelatio non conuenit aquæ nisi ex admixtione exhalationis, & ideo ex varietate materiæ, in qua est ignis, oritur varia lux, & alij addunt exigi densitatem, vt õ[illegible]riatur, quare significant esse passionem mixti corporis, tribuitur Auer. 2. cæl. 32. Alex. apud Alb. de quat. coæu. q.4. art. 21. Mars. 2. de gen. q. 3 ad 3. & q. 9. & probari potest, quia naturales proprietates rei non debẽt se inuicem impedire quoad vsum, sed potius adiuuare, sed si lumen esset passio ignis non posset habere connaturaliter raritatem impeditiuam suæ actionis, sed hoc est falsum, ergo, Resp. primo inde sequi raritatem nulli esse connaturalem, quia semper minuit actionem, neque appetitus sensitiuus esset homini connaturalis, quia impedit actiones partis rationalis.

Resp. secundo naturam primario intendere dispositionem exigitam ab essentia; impedimẽtum vero inde consequens est præter intentionem, & ex necessitate materiæ sicut ars ex ferro intendit cultrum, rubigo autem est præter intentionem ex necessitate materiæ, etiam si ex rubigine impediatur actio cultri.

Ad Conf. Alex. 2. natur. qq. c. 17. hunc ignem, ideo indigere nutrimento, quia mixtus est contrario corrumpente, & ideo requiritur noua materia, vt repareretur corruptum, & conseruetur, at ignis in loco suo nõ est mixtus materiæ, sed purus, & ideo non indiget nutrimento, vt conseruetur, nam semper manet idem.

Ego respõdeo ex doctrina Aristotelis de Iuuent. & senect. ignem propriè non nutriri quia non manet idem nisi per æquiualentiã, sicut .n. fluuius, cuius aquis recendentibus succedunt aliæ, non dicitur nutriri, ita neque ignis, nam eius partibus recedentibus sursum aliæ generantur ex alimento, seu humido terreo, vel aereo, & quia dum deficit materia, ex qua generatur, non fit nouæ partis generatio, ideo recedente ad superiorem locum priore parte, corrũpi apparet ignis, & hoc est quod dixit Aristoteles, *ignis autem perseuerat semper fixus, & fluens, sicut fluuius, sed latet propter velocitatem*, & hæc causa est cur ignis non respirans marcescit, quia .s. congregato ampliori calore sine aliquo refrigerante citius consumit humidum. Hinc etiam patet cur minor marcescit secus maiorem, quia .s. citius assumitur humidum, quod conseruabat minorem, & similiter accidit in flamma lucernæ sm̃ seipsam imposita in maiori flamma, quod accidit cuilibet vstibilium; nam non solum consumitur citius humidum, quo diutius fuisset flamma conseruata, sed etiam quia ipsa flamma, cum in se contineat humidum vnctuosum consumitur à maiori, vnde patet ad confirmationem primam, vt supra notauimus. Aliam rationem affert Nol. probl. 118. vt infra, qui etiam videndus probl. 330. qui reddit rationem cum sufflando carbonẽ primo crescit ignis, deinde perseuerante flatu non crescit, sed minuitur, & demum extinguitur.

Ad

Ad secundam conf. resp. differentias illas non esse essentiales ex parte speciei, sed accidentales ex parte materiæ, nam ignis, qui est flamma, fit ex materia aerea, carbo ex terrea, & ignis lux, quãdo est separatus ab omni extraneo.

Resp. secundo ex Alex. ibi illud exemplũ non afferri ex propria opinione, sed aliorũ, nam lux cum sit incorporea, non est species ignis, qui est essentialiter corporeus, vt ibi Alex.

Forũ diuersitates vnde oriantur.

Ad tertiam Resp. illam diuersitatem non oriri ex diuersitate naturæ specificæ, sed ex varijs accidentibus coniunctis cum natura specifica, vt patet ex calore igneo, & solari, quorum vnus est destructiuus, & corruptiuus, & alius generatiuus, vnde quia calor igneus est intemperatus, & coniunctus cum siccitate non generat, at non sic solaris, & ideo generat, quare idem dici posset de igne nostro, & elementari, quod noster ob materiæ densitatem, & proximitatem immoderate agit, non sic elementaris.

Resp. secundo inde potius probari calores distingui specie, non ipsas substantias, quia per calorem agunt.

Resp. tertio nescio vnde ipsi habeant elementarem magis generare, quam ignem inferiorem, nam vterque si applicetur cũ modo generare potest, & si immoderate corrumpere potest.

Ad quartam inde potius probari ignes inferiores distingui, quam inferiorem distingui à superiori.

Resp. secundo inde tantum colligi diuersas conditiones illorum, Nam qui semper flagrat, est in materia valde densa; Qui vero noctu im̃, est in materia minus densa, cuius lux die obscuratur à luce Solis, sicut obscuratur lumen stellarum; De igne vero, qui est in pethecusis, etiam si dicatur maxime calidus, non tamen adureret, quia habet calorem admixtum cum humore aqueo, vel aereo.

Ad quintum resp. diuersitatem calorum posse referri partim ad materiam, ex qua generatur, partim ad densitatem, & raritatẽ ac lucis intensionem, & remissionem, nam merules etiam albas partus edere narrat Aristoteles loc cit. n. 14. Ex quibus facile solui possunt, quæ de igne refert Aristoteles de admir. audit. n. 36 37. 38.

## DVBITATIO III.

*An ignis sit primo calidus, an aer.*

Resp. de hac quæstione dicetur in lib. de Gen. vbi de subiecto qualitatum proprio agitur.

## DVBITATIO IV.

*An ignis sit calidus, & siccus.*

De hoc dicemus in lib. de Gener. vbi reijciemus opinionem Telesij dicentis ignem esse humidum, quod facile terminatur termino alieno, quæ definitio intelligitur quoad effectus, qui producuntur in mixtis, illi non fauet.

## DVBITATIO V.

*An forma constituens ignem sit lux.*

An ignis sit nomẽ cõnotatiuũ &c.

Prima opinio est dicentium ignem esse nomen connotatiuum significans substãtiam quandam cum annotatione quorundã accidentium, i. lucis, & densitatis: fundamẽtum sumitur ex Aristotele, quia 2. met. c. 4. vbi vult ignem conuenire flammæ, & carboni; non autem substantiæ puræ, quæ est sub cælo, quæ ex consuetudine dicitur ignis, cũ tamen non sit ignis. Conf. ex 5. Top. loco citato, vbi ponit tres species ignis. s. lucem, flammam, & carbonem, ex quibus lux est tenuissima, & carissima, sed carbo est magis ignis, quam lux; ergo nomen hoc ignis; nõ significat puram substantiam, quia sic non reciperet magis, & minus, ergo significat cũ accidente, hoc autem est lux, & densitas, ita Patritius lib. 1. panaugiæ.

Secunda opinio est dicentium hanc quæstionem partim esse de nomine, partim de re, & quidem de nomine dum quæritur significatum nominis, nam hoc pendet ex voluntate imponentis, volentis hoc nomine significari substãtiam puram, an cum talibus accidentibus, & hac ratione vera videtur prima opinio, & ex Aristotele probat; Est autem quæstio de re inter eos, qui negant igni secundum se conuenire lucem, sed per accidens ratione densitatis, saltem vt habet conditionem sine qua, vt supra retuli, & eos, qui affirmant illi per se conuenire lucẽ & hæc opinio mihi placet, nam experientia constat nostrum ignem, eo habere lucem maiorem, & puriorem, & magis à rubedine, & alijs coloribus recedere, quo est in se purior, & magis ab extraneis conditionibus alienus, ergo signum est lucem conuenire ex natura igni, cum crescat oblatis extraneis conditionibus; sed hic ignis est eiusdem speciei cum elementari; ergo.

Conf. quia hoc accidens non potest illi cõuenire ab extrinseco, cum conueniat omni tempore, & omni loco; ergo conuenit ab intrinseco, sed non à densitate, quia hæc potius officit naturæ luminis, cum sit sæpe coniuncta cum opacitate, vel saltem disponat ad illam, ergo à forma substantiali, quia non est aliud principium, à quo oriatur: Iuuat autem densitas ad illuminationem quatenus vnit partes dissipatas per rarefac-

tionem, & iuuat etiam, vt videatur, quia terminat, vt dicitur in lib. de anima.

Conf. secundo, quia medium inter ignem & carnes, quæ assantur non est aer, sed ignis cum habeat summum calorem, & siccitatem & tñ est flamma cum hec sit aer inflammatus, at flamma habet lumen, ergo, & illud corpus, quod tamen non illuminat, nec videtur.

Dices qualitas non potest esse naturalis formæ, quæ exigit dispositiones, cum quibus non potest operari, quia non esset ibi in statu sibi connaturali, sed lumen coniunctū in subiecto raro non potest operari. ergo nō potest esse ibi in statu sibi connaturali, nec subiecto raritatem exigenti connaturale.

Resp. primo, hinc sequi neque calorem igni conuenire connaturaliter, quia non potest in subiecto raro existēs operari: Hinc probatur ex igne genito ex aqua vitis, non exurit, sicut flamma ex stuppa, quia s. præ sua tenuitate citius extinguitur, quam possit materiam approximatam calefacere, at calefacientia aliquo modo crassa esse debēt, ita Nolan. porbl. 122.

Lumen quē dam subiectum exigat

Resp. secundo lumen ex se nec exigere subiectum rarum, nec densum, sed perspicuum, nam est in orbibus raris, & in sole, & stellis densis: Hinc fit, vt connaturalis status eius non possit sumi ex densitate, vel raritate subiecti, sed aliunde. s. ex forma substantiali, cui subordinatur, subordinatur autem formæ ad quam consequitur, consequi aūt ad formam ignis probatū est, & quia forma ignis præexigit in subiecto raritatem, vt dispositionem, ideo lumen ibi est connaturaliter: neque enim connaturalitas accidentis debet spectari ex operatione simpliciter, sed exigita à natura subiecti. in quo est; sed hæc fusius cum de natura lucis.

Resp. tertio ex Francisco Patritio in Panaugia, vbi lib. 1. distinguit corporum alia lucida esse ex natura sua, vt Sol, stellæ, ignis, alia ex se opaca, vt luna, terra, nubes, alia nec lucem, nec opacitatem habent, sed vtrāque recipiūt, neutram retinēt, vt æther, aer, aqua, vt diaphana. Hinc fit, vt hæc esse possint tenebrosa, & luminosa, & inde probat lucem esse formam substantialem Solis, astrorum, & ignis, deinde lib. 2. circa finem docet non posse videri obiectū, nisi habeat aliquid opacitatis, quia sensu non fertur, nisi circa obiectum diuersum à sentiente, at ignis ille diaphanus est, vt cornea oculi, humores autem tres, aqueus, chrystallinus, & vitreus diaphani omnes sunt, ergo sut eiusdem naturæ, ergo non videtur ille ignis cum nullam habeat dissimilitudinem cum instrumento visorio, At vero ignis inferior habet lumen cum quadam opacitate, sed de hac re suo loco, volui tamen hic adnotare vt ingeniosi habeant, quod oppugnent, vel approbent.

## DVBITATIO VI.

*Vnde oritur ignium subterraneorum statutis temporibus eruptio.*

RESP. causam referri in materiæ collectionem, quæ fit certo annorum numero, nam cum loca, quæ continent huiusmodi ignes sint cauernosa, & apta ad bituminis sulphuris, & eiusmodi materiam generandam: in eum locum confluit, generatur, & conseruatur huiusmodi materia, quæ accensa, cum non possit ignis contineri intra cancellos illius cauernæ, exitū sibi vi parat, deinde vero consūpta illa materia deficit ignis, tum alternatim iterum congregatur, & accenditur; Et hinc est illud, quod Aristoteles de admir. aud. nu. 35. refert ignem in lipara aliquando sexto decimo deficere, decimo vero septimo redire, quia eo tempore congregatur materia, & accensio durat iisdem annis, & quia id non semper contingit, sed aliquando non est adeo mirandum, sicut est motio humorū in febribus statutis quibusdam temporibus.

Hinc patet cur cinis multus obductus prunis ignem conseruat, & flamma conclusa statim extinguitur. Resp. Nolan. probl. 118. quia frigiditatem aeris prohibet, & ignis minus coactus debilius agit in materiam vsibilem contentam intra prunas, & vertit in ignem, vnde etiam fit, vt in ea generatione non adsit multum excrementi, vnde si adi possit ignis, & si quod est, illud est tenuissimum, & facile per poros cineris spirat, vt patet ex ligno, nam flantes in prunis ignem vehementiorem accendunt ex frigiditate flatus, & ideo breui tempore materiam consumit, quare cum materia diutius duret, & obsint vitiantia, diutius ignis conseruatur; flāma vero etiam si fit ignis ex vapore genitus tenui, & purgato, vt sit apta materia flammæ, tamen adhuc dum accenditur purgatur, quæ fit intra flammam, & ideo excrementa sunt assidue, quæ sursum cum flamma pelluntur, qui dicitur fumus, cum igitur flamma clausa fuerit, excrementa retinētur, quæ retenta vitiant materiam flammæ, & ineptam reddunt ad generationem ignis, & inde ignis extinguitur, quæ extinctio est flammam cessare, vt patet in cucurbitulis, & idem ait cōtingere in morte animalis, cū strāgulantur, vel suffocantur, nam ex fumo retento vitiatur materia ignis animalis, quæ est veluti quædam flammula.

## DVBITATIO VII.

*Cur ex attritu duorum lapidum ignis excutitur.*

Ignes erumpunt ex materiæ collectione.

CONstat ignem ab igne, & à radijs solaribus in vnum exeuntibus generari dein. de rarefactione aeris siue motu quodam, siue

attritu ex Contar. lib. 3. de elementis nunc videndum quomodo generetur ex duobus corporibus attritis mutuo.

Resp. primo Alex. 1. prob. nu. 60. ex attritu lapidum, vel ferri mutuo aer medius valde extenuatus in ignem conuertitur, hac eadem ratione, qui in faciei percuttuntur ignem vident, quod spiritus visiuus extenuatus per ictum ardet, vnde in aere talis videtur, qualis per ictum est redditus.

Resp. secundo n. 61. id accidere in lapidibus valde duris, & minime porosis, tum quia corpora leuia, & laxa non se percutiunt vehementi ictu sufficienti ad aeris tantam extenuationem, quanta exigitur ab igne, nam cum sint leuia, & mutuo cedant ictus non est vehemens, tum quia aer ex ictu se recipit in foramina, seu poros corporum laxiorum, & ideo non extenuatur.

Hinc etiam fit cur attritu aliquorum lignorum ignis generatur, & non ex attritu aliorum, quomodo autē ex radijs solaribus receptis in vitro, vel aqua generetur ignis dicetur alibi, non .n. est ex attritu radiorū, vt aliqui putant, sed ex vehementi calore per lumen genito.

Hinc patet cur ex calce ignis oriatur. Et in ea esse tum exhalationes calidas, tum aerem subtilem redditum, dum ab igne lapis excoquitur, quæ exalationes ex aquæ super infusæ frigiditate, & humiditate interclusæ magis vniuntur, & condensantur, & inde aerem accendunt, ignis vero locum superiorem petens omnes particulas calcis disrumpit, easque in puluerem subtilem vertit, & hinc vicina ligna accendit, vt fusè Nolan. probl. 54. qui idem ait accidere telis, ex quibus fit carta, & fascibus herbarū & fœni, nam in ijs aer attenuatus ignitur.

## DVBITATIO VIII.

*De colore ignis.*

REspondet Nol. probl. 53. colorem ignis vergere ad aureum, nam luminis flammæ quæ in vapore sicco, purumq; crasso, vel parum raro accenditur, candor refrænatur, & obtūditur, & auri speciem præstat, vt patet ex Sole, qui cum in ortu, & occasu fereno fuerit, apparet aureus, cum vero in medio cælo fuerit, appatet albior, & idem patet in cometis, qui fulgēt aurea luce, quia sunt in materia sicca, & parum crassa, & idē in planetis, quorum lumen videtur per aerem siccum, & mediocriter rarum, idque natura optime instituit, vt dum inspiciūtur nos delectent, nam Pythagoras rogatus à Socrate quid esset pulchrū? respondit, aurū.

Hinc quæritur cur ex ligno albo combusto fit carbo niger, & ex carbone nigro cinis albus. Resp. Nolan. prob. 194. primo quia calidum agens in humidum nigrefacit, vt agens in siccum albefacit, at lignum est humidum, & carbo siccus, habet tamen aliquid substantiæ ligneæ vaporosæ, & combustibilis, quę accenditur, nec deficit donec totus carbo vertatur in cinerem, vt Nolan. probl. 96.

Resp. secundo quia omnis mutatio est à contrario in contrarium, vnde cum lignum exuritur corrumpitur in partes terrestres cum priuatione coloris, nigredo enim est priuatio coloris, vnde carbo est pars reliqua ligni priuata colore. At cum ignis agit in carbonem ex priuatione coloris generat albedinem, nam cinis ad albedinem vergit; mutatio enim fit in contrarium.

Secundo patet cur fumus ceruleus est, & fuliginem, seu nigrum inducit. Resp. Nolan. probl. 238. quia quod primum ab igne ascendit nigrum est vehementer, cum sit vapor carbonum, ex quo nigra fuligo gignitur, at dum spargitur per aerem laxatur, & cum multo aere mixtus rarescit, maiusque lumen recipit, quod cum sit album, & misceatur cum specie nigroris fumi, cæruleum vel cæsium colorem inducit, vt sæpe apparet in nubibus. Contar. n. 3. de elem. præclare dixit ignem ex natura lucidum magis vel minus immixtum: fumo diuersas refert coloris species.

## DVBITATIO IX.

*De effectibus ignis.*

PRimo liquefacit ferrum, & indurat, Nā primum molle redditur, & rarum, vnde fit, vt facile fit ductulis, quod si subito calescens in aquam injiciatur, refugiens aquę frigiditatem se se cōtrahit adeo vt eius partes maxime durescant. Ignis primo liquefacit ferrum.

Hinc gladios fabricantes ferrum naturale in medio constituunt, vbi autem est acies sunt ducendæ, ibi arte quadam ferrum duratum accomodant, quod vocant aciale, quo eo est perfectius, quo magis durum, contrahi autem partes ex aquæ frigiditate patet ex metallis, quæ super infusa aqua frigida huc, illucq; dissultant, at ferrum cum nequeat dissultare, se contrahit, & se contrahendo sordem quandam locum impedientem reijcit, & ideo multa ferri substantia ad minorem reuocatur. Hinc refrigerato ferro, in ea parte, qua tetigit aquam, multi cortices apparent, & ferrum in eam partē redactum in arctiorem figuram. Hinc etiam fit, vt durius redactum ferrum, si sæpe ignescat, & relinquat, vt per se in aere refrigeretur, mollius, & habilius redditur, vt perforetur, elimetur, aut complicetur, vel filetur, nā partes laxiores factæ ex igne, & paulatim refrigeratæ in aere non contrahuntur, sed sic laxæ remanent, ita Nolan. probl. 93.

Hinc patet cur ferratij volentes ferrum cum ferro solidare, vtrunque ligat apposito puluere ex creta madefacto per aquam; Nam liquefactibus partibus ferri ille puluis habet

habet vim cryfocollæ, quę igne ficcefcit, vel quia ex illo puluere ferrum magis calefactũ citius liquefcit, liquatũ magis coit, puluis .n. ille cũ fit craſſ' maxime ignefcit & adhæret ferro, & hinc ferrũ magis calefit, ſignũ huius q aliqui fabri pro creta arenam iniiciunt, q facit cruftam quādam magis calefacientem, & hinc etiam ferrarij cum volunt ferrum tūdere, illud ignefcere vident, extrahentes afpergunt puluere, & reponunt in ignem, nā fic breui calet, & candet, vt facile malleatur, & inde fcintillas veluti ftellulas emittunt; illæ .n. diffultant à vaporibus genitis ex partibus tenuiffimis ferri, & quando furrumiant aqua perfundunt, vt plus cretæ retineatur. Nolan. probl. 102.

Secundo patet cur prope ignem ouum fudorem emittat, quia .f. ignis humiditatem extrahit ex putamine, dum incurrit in aerē non adeo calefacientem, condenfatus, vertitur in aquam, & hinc etiam fudamus prope magnum ignem; hoc autem non præftat aer medius inter nos, & ignem, quia non agit tā vehementer, Nolan. probl. 86.

Secundo exiccat. Sal cur igni iniectus diffoluit cum fonitu. Secuudo exiccat. Hinc fal in igne pofitus difrumpitur, & cum fonitu diffultat, quia .f. vndique deficcatur, & calet, vnde humor, qui latebat in aerem vertitur multufq; paffim excrefcit ex multo humore, latente, qui retētus à duris partibus terreftribus, & ampliorem locum exigens vi multas partes effringit cohibentes exitum, quæ cum feparentur diffuliāt pulfæ ab aere exeunte, & quia dum feparantur aerem externum collidunt, fonum ftridulum excitant.

Secundo patet cur ob frigus torpentes, fi ad ignem fubito acceflerint digitis maxime doleant. Refp. Nolan. prob. 155. primo fub cute excitatur ventus, feu aer, qui retentus exēdit cutem, & inde dolor, vnde videmus humidulos digitos. 2. quia frigus externum fugiens calorem fe contrahit ad partes interiores, vbi fenfus eft acutior. Tertio quia ex calore extrinfeco impeditur foueri immiſsũ frigus, & inde calor internus ab externo reuocatus, & maior, & velocius repetit digitos, vnde accedens ad partes arctas digitorum ibi augetur, & tendit membra, ex quo dolor mouetur. fignum quod digiti fiant humiduli, & rubicunduli, & calidiores.

Fumus cur è oculis moleftus. Tertio patet cur fumus fit oculis moleftus. Refp nā fumus ex vi ignis exiccantis materiā genitus eft craffus, & afper, vt patet ex punctione generata in partibus, in quas immittitur, & fimili dolore ex puluere recepto in oculis, craffum effe patet ex fuligine, quam gignit, & afperitas ex inæqualitate partium, femper .n. globofus affurgit, vel id accidit ex tenuiffimo cinere illi mixto, nam fimilis dolor efficitur ex cinere iniecto in oculos.

Tertio frigus pellit. Tertio pellit frigus naturæ moleftum, Hinc Ennius dicere folebat ignem effe omnium fuauitatum iucundiffimum, non quia, inquit, Nolan. probl. 295. delectatio fit ab igne, fed quia contrarium femotum eft, ficut quando calore affligimur, delectamur ab auris, aqua, & vmbrofis locis. Hinc etiam oritur, vt ignis licet fit contrarius calori naturali, tamen illum adiuuet. Refp. diuerfa ratio ne id oriri, nam effrenis, & immodicus eft naturali calori contrarius, & dextruit, etiam fi aliquādo delectet, fed moderatus adiuuat naturalem augendo, & pellendo contrarias mira .n. oriuntur à naturali calore ob vututem animæ vegetatiuæ, de qua re fuo loco.

Hinc tertio patet, cur exercitium iuuet, labor noceat, tum quia .f. per exercitium fuperfluitates eijciuntur, vnde leuatur corpus, at per laborem non folum fuperfluitates, fed etiam partes corporis diffoluuntur, & mutuo contunduntur.

Tum quia per exercitium calor naturalis augetur, & auctus diffoluit fuperfluitates crudas, vnde corpus remanet leuius, & purius, contra vero per laborem calor naturalis euanefcit fimul cum humiditatibus, vnde imminuto calore, corpus manet debile, & ideo poft laborem omnes optant lectum, vel fedem, vt membra quiefcant; cognofcitur autem caloris euanefcentia, ex fudore, rubore, & vaporibus, qui apparent in corpore.

Hinc quarto patet cur calor naturalis exercitio augeatur, & labore minuatur 1 primo .n. exercitio partes atteruntur, & attenuantur, attenuitas difponit ad calorem, vnde vbi fumma tenuitas fumma caliditas; tum humor attenuatus, melius nutrit calorem, fed vbi nimius labor, non folum calor euanefcit cum humido, fed partes nutrimētales, adeo attenuantur, vt fiat ineptum nutrimentum, quia hoc debet effe humor mediocriter tenuis, at deficiente nutrimento marcefcit calor, vt lucerna deficiente oleo.

Secundo quia per exercitium humor internus fpargitur ad partes externas, vnde videtur augeri calor, at per labores foras eijcitur per vapores, & fudores, & cum humore calor, ita Nolan. probl. 297.

Ex dictis in fuperioribus dubitationibus varia foluuntur.

Primum, cur ligna incenfa, lucernæque ardentes æftate, & fub Sole pofitæ diutius durent, quam per hiemem, & in vmbra.

Ignis cur aliquando à quibufdam liquoribus accendatur cum extingui deberet. Secundo cur aliquando aqua ignem non extinguat, quem extinguit oleũ alioqui idoneum, vt accendat.

Tertio cur aliquando acetum id faciat, & non poffit aqua.

Quarto cur metalla liquefiunt ab igne exiguo, & non ab aqua feruentiffima.

Quinto, cur corpora aliquando effufcātur calore leuiori Solis, & non ab igne.

Sexto, cur ignis corpus non ita refoluat, quin aliquid fit reliquũ, fed inclufũ in fepulcro ex lapide farcophago poffit ƥrer dētes.

Ad primum refp. quia ignis per æftatem & fub Sole flaccefcit ob defectum alimenti abfumpti à calore folari, & ideo minus confumit, & ardet, vari æ .n. funt ignis vires pro

fi. L.t-

subiecta materia, in qua est .f. densa, vel rara, humida, vel sicca, poros habens laxos, vel arctos.

Ad secundum resp. id oriri, quia aqua, quia fluida non attingit ignis fonticulū, sed vel præterlabitur, vel si attigerit cito defluit; oleum autem, quia tenacius, & lentius non ita labitur, sed obturat ignis fonticulū, vnde profluere ignis nequeat, sed consumpto exiguo illo nutrimento flaccescit, & extinguitur.

Ad tertium Resp. verum id præstare tum ob frigiditatem, tum quia partes aliquas acutas habet, præsertim immixtum oleo, cuius lentore detineatur.

Ad quartum Resp. metalla cū sint aquea frigore concreta, non possunt pati ab aqua, nec aqua ob sui crassitiem penetrare potest poros metallorum arctiores, atque adeo nō potest illa dissoluere, at ignis tum ob siccitatem magis agit in contrariam materiam, tum ob subtilitatem magis penetrat poros, & ita dissoluit, tum quia frigore concreta calore soluuntur, & contra cur vero sal liquescat in aqua, id est quod nimia humiditate mollescit.

Ad quintum Resp. aerem calefactum à Sole tenuissimos cutis poros subtētē resoluit vapores, & exiccat cutem. & inde color fuscus, At ignis in materia densa non potest sic offuscare.

Ad sextum Resp. similem vim esse in lapide sarcaphago, quo cadauera tota resoluūtur in cineres, quod vis eius penetret cadauera.

## DVBITATIO X.

*De figura ignis.*

An figura circularis sit propria ignis.

Prima opinio est tribuentium illi figurā circularem, nam talis est figura omniū elementorum, vt suo loco ostendetur.

Secunda opinio est tribuentium illi figuram pyramidalem, nam dum generatur in inferioribus ascendens retinet figuram pyramidalem, siue quia, vt Plato in Timæo, traxit originem à quatuor triangulis, quorum vnum est loco basis, cui alia tria superposita, & singula singulis coniuncta, & in vnum punctum ducta talem figuram constituunt, sed hæc ratio nec probatur. Sed non placet opinio, quia huiusmodi figura non conuenit igni ex natura sua, sed per accidens, sed quia omne fluens, quo à fonte magis elongatur, eo fit minus, vt patet in arboribus, in quibus flagella sunt angustiora ramis, & hi quā truncis, ita Theoph. lib. de igne.

Tum secundo, quia ab aere, per quam transit ignis passim retunditur, & reprimitur, vnde in quolibet puncto repressus est, & in superiore puncto iterum repressus, & quo magis ascendit, magis reprimitur donec latera viciniora fiant, vt coeant, & fic fi. pyramidis figuræ.

Tum tertio quia flamma ex vapore olei, ceræ, ligni, & similium, initio maior est iuxta materiam suam, tum minuitur materia semper consumpta ab igne, vnde fit semper minus, & minus tenuis, & hinc habet talem figuram, vt videre licet apud Nolan, probl. 298.

## QVAESTIO II.

*De aeris natura, & accidentibus Problemata.*

## DVBITATIO I.

*An aer sit natura distincta à cæteris corporibus.*

### ARTIC. I.

*Opiniones Doctorum.*

Prima opinio est dicentium aerem non distingui ab æthere, vt significat cælorū sydérumq; omnium compaginem, ob similem transparentiam aeris, & cælorum, vbi enim est eadem proprietas ibi eadē natura, tribuitur Plinio apud Patritium lib.23. pancosmias, neque obstat, quod aer sit corruptibilis secundum partes, nam etiam cælum est similiter corruptibile, vt aliqui apud Patritium. 1 1. dicitur aer non distingui ab æthere.

Secunda opinio aerem non distinguit ab ignis natura, vt ab eodem tribuitur Zoroastro, dum mundum constituit ex igne, cælo aqua, terra, & omnia alente aere.

Tertia opinio dicentium aerem esse naturam distinctam non solum à cælorum natura, sed ēt quatuor elementorū, ita Peripatetici, quia cælum, & ignis superstant aeri, & situ, & natura, quod etiā significauit Zoroastres distinguens triplicem æthereū mūdum, & triplicem hilæum, Nam in hilæo primum posuit aerem, & sub eo aquam, & terram.

Hi tamen inter se non conueniunt, Nam aliqui volunt omnia esse ex eadem materia, sed formis differre, quia densari, & rarescere, extendi, & contrahi omnia possunt, hæc autem sunt materiæ proprietates.

Alij vero inferiora elementa constituunt ex eadem materia, sed ex diuersa materia ab ea, quæ cælos constituit, vt communis Peripateticorum schola docet.

### ARTIC. II.

*Opinio Auctoris.*

Prima concl. datur in rerum natura aeris elementum, primo ex ijs, quibus Aristoteles probat dari quatuor elementa ex quatuor virtutibus motiuis, de quibus in tex. Se- 2 Vnde prob. dari naturā ignis elemētaris.

3 Secunda conclusio sicut aer est eiusdem materiæ cum cæteris inferioribus elementis ita diversæ à cælis.

Prima pars patet ex mutua transmutatione inter ipsa.

Secunda pars prob. ex intrinseca cæli incorruptibilitate, quam supra probauimus vbi soluimus argumentum ductum ex varijs apparentijs, quæ cæli corruptibilitatem significare videntur, quas affert Patritius loc. cit. vt Veneris stellam aliquando valde passam, & Solem cursum suum retinuisse, nulla eclypsi esse obscuratum, & sæpe sereno cælo lucem languidam ostendisse: Tum Hipparchi noua stella, & quæ anno 1411. vt in annalibus Ferrariensibus legitur, inter 2. & 8. horam noctis apparuit splēdore tam magno vt cælum ardere videretur, cæli ostendunt corruptibilitatem, & multo magis cometæ, qui supra lunam geniti, & extincti sunt.

Neque obstat eadem perspicuitas, quia hæc est cōmunis pluribus spetie differentibus, vt etiam raritas, & densitas, vt ostendimus supra cum de propriet. cælorum.

Tertia conclusio probabile est aerem nō esse purum, nam pars eius inferior ex vicinitate terræ, & aquæ alteratus, & vaporibus, & exhalationibus repletur: Media autem pars est omnino in statu innaturali ob frigiditatem, & frigidos vapores admixtos: superior vero ob ignis propinquitatem pura esse nō potest, nec mirum cum sit à natura statutus, vt medium ad omnes actiones, & alterationes agentium naturalium, vide Contar. lib. 2. de elem.

aer vt se habet quoad puritatem.

Dices hinc sequi aerē esse perpetuo cum violentia. Resp. negando consequentiam, quia cum nulla pars aeris sit perpetua ob continuam eius partium corruptionem, & generationem, non potest violentia esse perpetua, sed definit desinente parte, in qua est.

Quarta concl. aer distinguitur specie ab igne, quia virtutes motiuæ vtriusque spetie distinguuntur, cū leuitas ignis moueat ignē supra aeram, at quæ habent diuersas virtutes motiuas sibi connaturales spetie distinguuntur, cum essentia ex proprietatibus co-
4 gnoscatur, quod si velis illas qualitates spetie nō distingui, sed secundum magis, & minus, tunc illis obstat, nam etiam varietates gradnum eiusdem qualitatis, quando est connaturalis, sufficit ad distinguēdas essentias specifice, nam naturæ si essent eiusdem rationis specificæ essent qualitates illis connaturales secundum eosdem gradus, præter quā quod illa diuersitas secundum magis, & minus non saluat omnes motus elementorum, nam aliqui non possunt saluari nisi ex specifica ratione virtutis, vt cum parua plumbi pars descendit in aqua, & non magna copia lignorum, vel aliorum, quæ habent ex prædominio aerem, vel ignem.

Neque dicant id verum quando qualitates essent proprietates essentiarum, et virtutes motiuæ non sunt huiusmodi, nā illis obstet connaturalitas harum qualitatū respectu elementorum, nam non conueniūt illis ab extrinseco, & per accidens, sed ab intrinseco, & per se sunt exigitæ ab elementis, at exigentia diuersa indicat diuersam naturam exigentem.

Secundo probat Phil. l. 3. de cæl. cont. 53. dub. de numero elem. nu. 30. ex definitionibus vtriusque, nam ignis est corpus siccū, flagrans, subtilissimum, penetrans, mobile natura sua ad superum locum; aer vero est calens, humectans, facile ardens, mobile ad cauum ignis, quæ ibi ipse probat, & 2. cæl. cont. 56. & nos in lib. de generat.

Quinta conclusio aer ex 2. meteor. diuiditur in partes tres. Prima, & suprema est igni contigua, & feruida vbi cometæ trabes capræ, & alia huiusmodi videntur. Secunda huic contermina est semper frigida ob distantiam ab igne, & ex eo quod reflexio solarium radiorum ad eam peruenire non possit, & ob frigidos vapores illam infrigidantes, vt ostendunt impressiones frigidæ, quæ ibi fiūt vt pluuiæ, nix, grando, &c.

aer diuiditur in tres partes, & quales illæ sunt.

Tertia pars inferior prope terram nunc calidior est ex radiorum solarium reflexione, nunc gelida ex cælorum influxibus, ventis, pluuijs, & alijs accidentibus; Notat item Clauius in c. 1. sphæræ probabilem esse mediam aeris regionem latiorem, & densiorē esse circa polos mundi ob caloris debilitatē ibi factam ex solis absentia, & ob maximū frigus ibi existens. Contra vero illas, quæ sūt sub æquatore ob caloris abundantiam, ibi constringi. Vnde fit vt partes supremæ, & infimæ regionis circa polos restringantur, partes vero earundem mediæ inter vtrunque polum dilatentur, vt figura ibi addita Clauius ostendit.

## DVBITATIO II.

*De motu aeris circulari.*

RESp. Arist. supremam aeris regionem à rapido solis motu circunduci, & distrahi, & inde incalescere, vt probat ex plūbea sagitta, quæ arcu explosa motu calefacta liquescit; At hæc doctrina non caret dif-
5 ficultate, nam prima est, quia non est ratio cur eo motu non incalescet media regio aeris, quod si dicant, quia non rapitur à motu cæli, illis obstat, tum quia prima coniuncta secundæ circunducitur, tum quia lunæ motus mouet mare motu fluxus, & refluxus, & tamen mare magis distat à cælo, quam media aeris regio.

conf. Arist. doctrina de motu supremæ regionis aeris.

Sed his facile Resp. motum cæli non transire terminos primæ regionis, quia motus, quo magis distat à suo principio eo minor est, neque fluxus, & refluxus oritur immediate à motu lunæ, quasi motus ille trahat mare, sed oritur à qualitate producta à luna, per quam intumescit, & decrescit mare, siue illa sit calor, siue aliud, & quia

vt pa-

vt patet ex lumine, qualitas illa augetur, & minuitur ex motu, quo casu fit magis, vel minus propinqua, ideo fit fluxus, & refluxus maris, vt ostendit Contaren. lib. 2. de elem.

Secunda difficultas cur caloris productionem tribuit motu, cum ea productio magis videatur tribuenda luminis reflexioni.

Resp. Arist. explicare velle omnes causas tum quæ sunt in parte superiore elementorum, vt est motus, tum quæ in inferiori, vt est reflexio luminis, quæ non peruenit ad superiorem partem, vide Philal. contex. 54. duab. dubit.

## DVBITATIO. III.

*De qualitatibus primis, quas vendicat sibi aer.*

De hac dicemus in lib. de Gen. vbi ostendemus vendicare sibi calorem, & humiditatem.

## DVBITATIO IV.

*Cur aere plenus vter cum ex Aristotele sit grauior, quam vacuus, supernatet aquæ.*

6 Resp. quia sustinetur ab aere, non sic autem quando vacuus. sed cur grauior in aere dictum est supra, quia sunt illi admixti vapores aquei, qui deorsum in aere trahũt & ob alias rationes vti contra Bassonem docuimus. Hinc patet sine ratione dictum à Bassono lib. de motu iutent. 2. quæ multum aeris habent tardius in aere mouentur, quia cum difficultate locum sibi naturalem relinquunt, nam videmus vtrem plenum aere celerius moueri, quam inanem, non quidẽ quod aer illum mouear, sed quia grauitas terrea, & aquea aeri admixta illum per aerẽ celerius monent, cum non resistat ibi leuitas aeris.

*Vter aere plenus quippe grauior ex aeris, cur aqua supernatet.*

## DVBITATIO V.

*Cur pila plena vento iacta super planum marmor celerrime, & altissime resultat sed non tam alte, & cito plena tomento, aurea, vero argentea vix.*

Resp. primo, quia plena aere est leuissima, minus plena tomento, & aurea, & argẽtea grauissima, & æquali ictu iacta inæqualiter resultant.

*Pilæ iactus vnde leuior, & grauior.*

Respondetur secundo in iactu pilæ, plenæ aere, & tomento sunt tres virtutes, scilicet manus, grauitas pilæ, & compressio partium dum tangit marmor, quæ iterũ retrocessæ percutiunt marmor, ex quibus fit vt repercussa pila à marmore ob suam leuitatem valde resilit, & resultat, at in ænea est manus, & grauitas, & nulla ex compressione repercussio, & ideo deficientẽ virtute actiua, & aucta grauitate ipsius non sic resultat, sed obstat, quia licet in ænea sint duæ causæ, tamen vna earum .s. grauitas præualet omnibus tribus, quæ sunt in pila pleno vento.

Resp. etiam si grauitas æneæ pilæ magis moueat, quam grauitas quam plenæ vento, tamen resultantia non est maior, tum quia grauitas ipsius pilæ æneæ resistens resultantiæ est æqualis cum grauitate per quam pila percutit marmor, a quo effici debet resultantia.

Tum quia retrocessio partium compressarum est cum maxima violentia in pila plena vento, vt patet experientia, nam dum aliquid digito comprimit pilam sentit vim magnam à parte pressa, vt reuocet se ad priorẽ statum ex illo autem reditu fit magna repercussio marmoris, vnde sequitur velox, & citissima resultantia, & quia hæc repercussio partium pressarum est multo minor in pila plena tomento, ideo est minor resultantia.

Ex quo Nolan. probl. 64. docet modum conficiendi pilam lusoriam magnam, quæ dicitur il pallone. Debent .n. corium verti in gluten, tum hoc liquari, deinde illi admisceri parum olei, deniq; igne siccari. ex qua siccatione ob mollitudinem olei nunquam acquirit priorem duritiem, sed retinet quãdam grauitatem, & tenacitatem maximam, & mollitudinem per quam eius partes cedunt, ex hoc corium pilæ confectum, maximam habet vim resultandi etiam si leui ictu super planum iacta fuerit.

## DVBITATIO VI

*Cur aer subterraneus, longo tempore inclusus respiratione attractus nocet.* 7

Resp. Conimb. ex Plinio, & Georg. quia vt aqua detenta in cauernis, quæ carent vicissitudine influendi, & effluendi corrumpitur, & fit pestilens sic aer inclusus ob perflatus defectum fit grauis, & sæpe etiam suffocat sua grauitate fossores, aliosque diutius eum inspirantes, accedunt halitus pestiferi eum inficientes, qui inde exhalantes pecora & aues etiam interimũt dum illos hauriunt, & quia huius corrupti aeris, & infecti non vna intemperies, sed varia. Hinc fit vt vnus noceat certo generi animalium, non alteri, & aliquando etiam alicui prodest, quod etiã cernitur in cibis, qui aliquando vni sunt nutrimento, & alteri veneno, vide Georg. loc. cit. Hinc Plutarchus lib. de mulier virt. scribit aerem quandam fuisse adeo pestilentem, vt rationem mulierum Milesiarum peruerterit, & omnes repente in mortis cupiditatem, & furiosum strangulandi se appetitum inciderent.

## DVBITATIO. VII.

*Cur qui in aere frigido sunt, deterius habent.*

8 RESP. Conimb. quia laxatis poris frigus interiora penetrat, valetudinis & vitæ hostis. Hinc Hieme minus sudandum, quod calido intimo excunte cum sudore, succedit frigidus vapor. Neq; sudandum ad vitandã putrefactionem, quia tempore hiemis timẽda non est, vt in æstate, nam putredo fit à calido externo educente foras externũ, quo fit concoctio, at in æstate non hieme aduẽritius, & externus calor viget, imo Hieme nõ adest tanta copia materiæ, quæ sudore eijcitur, quia cum calor internus Hieme vigeat ob antiparistasim, & cibum, & humores digerit melius, & plurimum consumit, & ob eandẽ causam exposita ad Solem magis refrigerantur, quam in vmbra, quia .s. frigus internum ad interiora se recipit, & calor facilius euaporat, quam in vmbra, quod frigus circunstans non permittit calidos vapores euanescere.

## DVBITATIO VIII.

*Cur quatuor anni tempora aeri tribuantur.*

9 Ex accessu vel recessu solis mutationes.

RESP. vera causa mutationum, quæ sunt in anno est cursus solis per Zodiacum obliquus, quo Sol magis, vel minus accedit ad Zenit capitis nostri, vel inde recedit, aer autem est causa ostensiua, quia in eo maxime apparet mutatio qualitatum à cælo in inferiorem mundum diffusarum, nam cum impressiones facile, & sine multa resistentia recipiat, nostraque corpora ambiat, & permeet, vt ait Plato in Timæo, illa alterat.

At inquies, cum cursus Solis sit semper regularis. vnde oritur, vt vna æstas sit calidior altera, & similiter alia anni tempora diuersitatem similem patiatur.

Resp. id oriri ex diuersa astrorum coniũctione, quæ contingere solet in huiusmodi temporibus anni, nam cum planetæ diuersis motibus moueantur, necessariò coniunctiones planetarum inter se, & cum astris firmamenti varia erit singulis annis temperies.

## DVBITATIO IX.

*Cur aer ore compresso afflatus appareat frigidus, & aperto ore appareat calidus.*

DE hac Arist. sect. 26. probl. 30. & sect. 34. probl. 7. Nolan. prob 340. Scalig. exerc. 27. 2. legite ipsos.

Ego hic tm rationẽ, quam affert Basson. lib. 2. de mater. intent. 4. art. 6. referam is asserit id oriri ex eo, quod pressus aer angustia labiorum ignem internum premit, laxatus vero laxat, quandiu tamen ab interno animalis calore ignis ille adhuc vicinus adiuuatur, alioqui remotior factus facile comprimitur à frigidis partibus, vt vapores ex olla subeuntes, paululum sublati, frigẽscũt & hinc aer exiens è Tubo frigidus sẽtitur, & hinc aer flabello motus frigidus sentitur, quia .s. flabello densatus aer, qui pellitur, ignem comprimit, ab igne autem diffunditur calor in res.

Sed ex dictis patet hanc ignis expressionem, vel exclusionem esse fictitiam, & etiam si esset non posset impediri actio ignis, qui quo densior eo est actiuior, vt patet ex carbone, & flamma, at densato aere, densaretur etiam ignis inclusus; deinde densatio aeris nõ potest impedire actionem ignis intra ipsum contenti, quia aer facile patitur, nec ex distantia non variatur, cum aer siue ore constricto, siue patente spiratus, attingit corpus cum eadem distantia, tum si aer dẽsatur, cum sit calidus deberet magis calefacere dum ore constricto emittitur.

Quanto melius Aristot. dum ait; omnem aereum ore emissum esse calidum, siue compresso ore, siue lato expiretur, sed compresso ore refrigerat, quia is, qui est ex ore paucus est, sed vi eiectus, multum aeris externi, qui frigidus est, commouet, & dẽsat, ab illo autem est refrigeratio spirato ab ore ob sui exiguitatem delitescente; ex quibus facile est respondere ad ea, quæ obijcit Basson. qui mente Arist. non satis se percepisse ostẽdit; quod probare ommitto ad vitandam prolixitatem, & quia facile ingenioso lectori patere potest. Ratio vera Arist. cur aer ore emissus modo sit frigidus, modo calidus.

## DVBITATIO X.

*An & quomodo aer generetur ex aqua.*

DE hac dicemus in libris de generatione, vbi ostendemus quam vana sint argumenta Bassonis, qui lib. 1. de forma intent. 2. doctrinam Arist. labefactare, & antiquorum ineptias excitare conatur.

## DVBITATIO XI.

*An aer videatur cum illuminatur.*

De hac dicemus Lib. de Anima.

## DVBITATIO XII.

*Cur aer maria immensa commouet, & conuoluit, & per ea vastas nauium moles impellit, dum carbasa implet, & sæpe proceras arbores, & saxa, rupes integras imo terram cum montibus concutit, concussat, aperit; & sursum iactat, & magnas vrbes cum populis per aera fert.* 10

RESP. Patritius l. 23. Pancosmias. id fieri ab aere per densitatem, & raritatem, vnde

vnde videmus aerem inclusum in follibus, & vtribus, & similibus, non solum non cedere, sed resistere, retropellere, & magna pondera sustinere, quæ in aperto aere non sustinerentur, & hinc aliqui veterum philosophorum dixerunt terram vniuersam pendere in aere, & Patritius addit terram vndique ab aere, ita contineri, & vt ne vel in partes discrepatur, vel tota se alio conferat, & locum mutet, prohiberi, imo cur in centro sistat, & sit immobilis non tam grauitate id fieri, quam virtute aeris ob sympatiam partium, quæ se inuicem adiuuant, & cõseruãt, nã cũ aer oĩa penetret, & seipso impleat, fit vt ea penetratione ipse cum aere extra posito ita connectatur, vt aquam, & terram, q̃ continet, connectat in aquã, & terra in medio vniuersi spatio facile librentur, & pendeant, & ideo Zoroastes aerem omniualentẽ nuncupauit. Neque dicas illos effectus fieri à ventis, nã ventus non est nisi aer in se intentus, & à se contentus.

Tertam ab aere sustine ri falsum est

Sed vt omittam, q̃ in hac doctrina notari possunt, q̃ de vẽto asserit esse aerẽ omninò falsum esse ostendemus in meteoris, vbi apparebit esse exhalationẽ cõmouẽtẽ aerẽ; quare dicendũ est illos effectus oriri principaliter à ventis, quorũ est vehemens ille motus, sed immediate concurrere aerẽ cõmotũ, q̃ licet sit facile diuisibilis, & cedat, tñ cõpressus, & dẽsatus, ac ab aere insequente impulsus impeditur cedere, & q̃a nõ datur penetratio corporũ, nec illius impulsui possint arbores, ædificia, & cætera resistere, merito dirumpuntur, diruuntur, & euertuntur, nã impetus vehementissimus est.

## DVBITATIO XIII.

*Cur aere sudo frigus acrius est, quã nubilo.*

11 RESp. Basil. l. de act. int. 3. art. 3 quia nubes impediunt, quominus ad nos perueniãt corpora frigida, quæ Solis aduentus ad nos cõpellit. Sed q̃ sint hæc corpora frigida, & quomodo impediuntur, & vbi subsistunt nõ explicat. Resp. 2 frigus aere sudo oriri ex debilitate radiorum solarium, qui cũ corpusculis frigidis se in nostra corpora induentes compressionem faciunt maiorẽ dũ frigidas naturas non possunt expellere.

Rationes variæ affrruntur, vnde maius oriatur frigus.

Sed cur radij solares sint infirmiores aere sudo, qua nubilo nõ ostendit cũ potius infirmiores sint aere nubilo, ob nubium impedimentũ, vt experimur. Deinde non explicat quid sit illa compressio, & quomodo fiat sed de hac re fusius agemus in lib. de gener. cũ de actione, & modo agendi contra antiquos, quorũ opinionẽ nititur excitare Bassón. de actione intent. 3. art. 3. & 4. vbi ex his corpusculis egredientibus ab agente reddit rõnẽ cur ij, quibus manus frigore rigent, si igni admoueant, vehementiores, intensioresq; dolores sẽtiũt, quia s. aculei ignei se se per vim introducentes, & carnes sint particulis illis frigidis prius intrusis confertæ, nõ dant locũ ingredientibus per vim igniculis, vnde fit, vt magis, ac magis cõdẽsetur caro, & inde fit cruciatus, donec igniculis pluribus ingressis, victoribusq; frigidæ illæ naturæ cædunt, quorum discessu dolor sedatur.

Sed in hac responsione recte dicitur id oriri ex cõdensatione, & rarefactione, sed cur id accidat ostendemus alibi.

Quare hoc problema soluendũ ex Arist. doctr. sect. 25. probl. 18. & 21. tum ex vento Aquilonari serenitatẽ inducẽte, qui frigidus est, sicut Auster, qui nubilum tempus inducit, est calidus, vide alias rationes ibidem.

## DVBIT. XIV.

*Cur sereno aere si in funiculis candelarum veluti puppæ, aut fungi apparuerint, aut pluuia fiet, aut nubibus aer perfundetur.*

12 RESp. quia illæ indicant aerẽ humiditatibus crassioribus impleri, nã humescens aer cãdelã ambiens impedit ne lucernæ flãma sordes omninò expurget, vnde fit, vt ea pars hæreat ellychnijs, cui cũ aliæ, & aliæ superaddãtur globuli quidã fũgi figurã repræsẽtant, & hinc & lucerna nõ multũ lucet, quia s. fumus effuscat flãmã, & ideo in fascibus, in quib° magna est flãma nõ fiũt puppæ, q̃a sordes oẽs in suã magnitudinẽ expurgat, & q̃a nubilũ aerẽ, vel pluuias p̃cedit aer humescens, & crassus aer, ideo ex puppis sumitur hæc significatio.

Cur lucerna sæpe nũciat pluuiam, seu serenitatẽ.

Hinc patet solutio alterius quæstionis cur aere nubilo, vel pluuio si nullæ puppæ, aut fungi in cãdelis appareãt infra biduũ sequitur aeris serenitas; An quia tũc flãma omnẽ sordẽ expellit, q̃ possit cõglobari, id aũt oritur, quia tũc substãtia nubis pene cõsũpta ẽ, & ideo aer leuior, & laxabundus non cogit sordes, sed potiꝰ illas in se facile cõcipit, hoc aũt est signũ aeris serenescentis, q̃ si nubilo, vel pluuio aere puppæ adhuc fiunt signum pluuiæ, vel nubium futurarum, nisi vi ventorum dispergantur.

Hinc soluitur aliud p̃blema cur flãte Borea; quo aer maxime friget, nõ apparet ante ora loquẽtiũ, vel spirãtiũ nubecula. Nam ex Nol. p̃bl. 318 q̃a licet halitus calidus hiberno tẽpore ob frigus cõdẽsetur ante ora loquẽtiũ, vnde sic cõdẽsatus videtur, tñ flante Borea cũ aer nõ cõsistat, sed sẽper fluat, fit vt misceatur cũ spiritu, & vna simul vẽto feratur, vnde cogi non potest, vt videatur.

## DVBITATIO XV.

*Cur sereno aere videntes cæruleum videre colorem videmur cum & aer tunc sit lucidissimus, & pars cæli.*

RESp. Nolan. probl. 78. oriri ex mixtione duarum specierum. s. tenuissimæ lucis aeris, quę alba est, & defectus luminis cęli, quæ est nigredo cæli, cæruleus autẽ color apparet ex mixtione albi cum nigro; Nam

 ex tri-

ex triplici capite defectus luminis ibi oritur primo obiectũ, & ſi lucidiſſimũ, cum ob maximam ſui profunditatem nullam definitam ſpeciem habet, non põt vſq; ad viſum ſpeciẽ profundere, vnde in eo obiecto potius apparet priuatio luminis, & nigredo quædam; nã cum nihil videmus oculis clauſis, nigredo quædam imaginationi repręſentari videtur, & cum ibi ſit ẽt ſpeties luminis, quæ eſt alba fit, vt ex mixtione ſpeciei luminis, & ſpeciei obiecti imaginatio ſub nigredine, appareat obiectum cærulei coloris.

Tum 2. aer cum habeat quandam craſſitudinem, ẽt ſi proximus non appareat cũ craſſitudine, ſed illuminatus, tñ à longo tractu apparet, vt conſtat, quia dum ſumus intra nubem, non aduertimus, quæ tñ apparet dũ eſt à nobis procul, quia quo obiectum elongatur à viſu, eo minus eſt virtus ſpeciei, & hic aer craſſus illuminatus à Sole, vel ſtellis apparet minus illuminatus, at hic comparatus cum proximo acre illuminato apparet niger, vt videmus quotidie in nubibus, quæ nigræ apparent, & hinc pars aeris, & cæli poſterior appareat cærulea, quia videtur ſub ſpetie partis lucidæ lucis proximæ, & lucidę remotæ; quæ ob minorem efficaciam apparet nigra, quare cum à cælo luminoſo nigredinem capiat oculis, & ſi ab aere, alborem ab vtriſq; cærũleum apparet cælum.

Tum 3. quia cũ cælũ ob ſuam raritatem nullã mittat ſpetiem, & ideo apparet nigra; & quia ſm̃ partes ſui denſas multorũ luminũ ſpecies transfundit, alborem quendam repręſentat, vnde cælum vtriuſque rationẽ ſubiens cæruleum apparet, quaſi admixtam habens nigredinem cum albedine, q̃ probat à ſigno partis orientalis, quæ in ortu ſolis minus cærulea apparet, quam occidentalis, & cælum magis cæruleũ apparet noctu, quam interdum. Sed de hac re in lib. de anima.

## DVBITATIO XVI.

*Cur aer, aqua, vitrum, & ſimilia ſint pellucida, non ſic metalla, ſaxa, & ligna.*

13 Reſp. Nol. probl. 89. ex opinione antiquorum, quia illa meatus in rectum diſpoſitos habent, non ſic alia: Vide Ariſtot. ſect. 25. probl. 9.

Quid reddat corpus aliq̃ pellucidum.

Reſp. ſecundo opacitatem, & perſpicuitatẽ eſſe quaſdam qualitates, ſicut eſt humiditas, ſiccitas, & aliæ huiuſmodi; huius autem effectus eſt, vt reddat corpus capax luminis ſecundum omnes ſuas partes, ita vt illuminata tranſmittat lumen ad omnia, quæ poſt illud eſt Et hinc etiam, quia calor eſt participatio quædam luminis, fit vt etiam colores per illud videantur; Alia vero corpora, quæ tali carent qualitate opaca dicantur, vt ſunt ſaxa, &c.

## DVBIATIO XVII.

*Cur in radijs ſolaribus corpuſcula per aerẽ etiam quietiſſimum in aula ſemper in quiete videntur.*

Reſp. Senec. & Themiſt. id oriri ex proprio aeris motu, qui nũquam quieſcit, ſed hic motus cum negetur à Peripateticis. Reſp. 2. oriri ex motu aeris facto ob rarefactionem, nam cum radius ſolaris aerẽ calefaciat, hic calefactus rareſcit, & hinc partes neceſſario mouentur. Reſp. 3. quia aer ſẽper habet aliquẽ motum à cauſa extrinſeca, ſiue vento, qui ſemper aliquis eſt in eodem, vel proximo aere, etiã ſi inſenſibilis, ſiue ab igne, in quem aer conuerſus ſit, vt reliquæ partes moueantur, moto autem ſuperiore aere, etiã inferius ſimul aliquem motum participat; eſt .n. aer agiliſſimus, & tenuiſſimus, ita Nol. probl. 157.

In aere corpuſcula ex motu fiunt.

## DVBITATIO XVIII.

*Cur aere turbido, & ad pluuiã inclinato, citius ad littora maris pluit, dum ſit refluxus, quam dum ſit affluxus.*

Reſp. Nol. probl. 70. quia affluxus ſemper fit cũ vento flante verſus partẽ, verſus q̃ fit affluxus, ventus aũt pellit aerẽ, & cũ eo nubes retrorſũ, vnde fit, vt nubes minuantur circa littora, & q̃ manẽt nõ poſſunt ſolui in pluuias, tũ quia cõtinua aeris ſucceſſione, & ventorũ impeditur pluuia ne cadat, tũ quia ob cõtinuã cõmotionẽ partes inferiores nubis nõ poſſunt cogi in pluuiã, vnde quotidie videmus flante vẽto pluuiã impediri, eo aũt ceſſãte, illã cadere liberius. At in refluxu aũt licet fiat cõmotio aeris, tñ illa incipit à littoribus verſus ãplitudinẽ maris, & inde in littoribus nulla fit aeris, & nubiũ ſũmotio, quia littus, ex quo incipit motio quietũ eſt; Vnde ſilẽte, & quieto aere nubes ſoluũtur in pluuiã. Reſp. 2. quia in refluxu littora, quæ erãt plena aquis, replentur aere, & proinde ſuperior aer madidus, & nubibus plenus deſcendit ad partes inferiores, quo caſu fit coactio nubium, atq; adeo pluuia, contra vero in affluxu, nã inferiores partes aeris aquis replentur, q̃ ſuſtineãt ſuperiores partes ne cadant, dũ autem non fit caſus, nec pluuia fit.

Pluuia citiꝰ fit circa littora ex mutatione aeris, & aquæ.

## DVBITATIO XIX.

*Cur ſonus, & vox etiam parua dormientes à ſomno excitare poteſt.*

Reſp. Nol. probl. 65. illam excitationem non fieri à ſono, ſed ab aere commoto 14
ſimul cum ſono exiſtente; nam cum ſonus fiat ex percuſſione aeris, hic circulariter diffunditur, vt videmus in aquæ percuſſione, q̃ circularis commotio durat donec durat vis impreſſa aeri pcuſſio aer aũt ſic motꝰ veniẽs

ad

ad aures dormientis, mouet aerem congenitum auribus, huius motus mouet pelliculã & sensorium, ex hoc autem motu nubecula impediens sensorium excutitur, atque adeo expergescitur dormiens.

Ex hac eadem causa fit, vt exuperantes soni inanimatarum corpora lædãt .f. non rõne sui, sed aeris commoti, quo videmus dum fiunt tonitrui lapides scindi, & robustissimas arbores, & sæpe etiam montes.

Ex eadem causa fit, vt sonitu campanarũ tempestates sedentur, quia .f. cum eo sono magna fit commotio aeris, atque adeo nubium, & exhalationum dispersio, & si is effectus etiam fiat ex beneficio Dei concurrẽtis ob benedictionem campanarum.

## DVBITATIO XX.

*An aer habeat vim nutriendi.*

15 Quę nutriat aer, ex Arist.

AFfirmant aliqui ex Camaleonte, qui ex Plin. lib. 8. c. 33. solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio, quam aeria alimento, Scalig. refert exerc. 217. c. 2. consentire videtur Theophrastus c. 8. de causis plant.

Secundo ex Aui dicta Manucodiata, quę nunquam terram tangat, sed semper per aerem volitet ex Card. lib. 10. de subtilitate. fol. mihi 341. quæ mortua visa est in Moluchis insulis sub æquinoctio, hanc rore nutriri putat, non autem aere puro.

Tertio cicadæ sub rore nutriuntur ex Plin. lib. 11. c. 26. refertur, quod multi diù vixerunt sine cibo.

At negat Aristoteles sect. 2. probl. 13. aerem solum, & purum nutrire, nam quod dicitur de camaleonte falsum esse testatur Scalig. exerc. 195. ex obseruatione facta, nam Cardanus in historia de camaleonte asserit vesci muscis, & lactucis, etiamsi Aristoteles lib. 2. de hist. anim. c. 11. & lib. 4. de part. c. 11. in fine non meminerit, & Alb. 1. æthic. tr. 7. c. 10. ait deuorare formicas.

Ad 2. Resp. ex eodem Plinio nutriri rore, & ego addo esse incertum an terram aliquãdo in locis remotis attingat, & si id conceditur, non sequitur puro aere nutriri, quia per aerem volant multa animalia, quibus potuit vesci, vel alio mixto existente in aere.

Ad 3. cicadas non puro aere, sed mixto liquore vesci, vt rore fatetur Plinius.

Ad 4. Resp. primo multa per deceptionẽ contingere, vt narrat Simon Portius de puella Germanica fingente sanctitatem.

Secundo aliquando id contingere miraculose, vt de aliquibus legitur, post sumptã Eucharist. diù sine cibo, & potu vixisse.

Vnde potest quis lõgam cibi abstinẽtiam pati.

Tertia ratio aliqua naturalis afferri põt tum ex obstructione pororum corporis, ex qua fit, vt per illos nihil resoluatur, tum ex paruitate caloris, qui vix aliquid potest resoluere, licet sit sufficiens, & fortis circa neruos, & venas ad generationem spirituũ, per quos vita conseruatur.

Tum ex dispositione humorum, qua calorem non suffocent, & extinguant. Tum ex humidi radicalis densitate, quæ resolutionem impedit. Tum denique ex dispositione caloris cordis, quæ est talis, vt paulatim attrahat quantum satis est ad vitam, vt patet ex animalibus, quæ tota hieme latent sine cibo, nam in illis humor est multus, & calor paucus, viæ meatus angustæ, vnde dixit quidam non magis mirandum, quod homo diù viuat sine cibo, quam quod quotidie bis cõmendat; vtinam omnibus esset notus cibus ille quem referunt Iouius lib. 2. de fer. c. 16. & Ant. Panor. lib. 3. de fast. & dictũ Alphon. c. 9. parari in Anglia, qui sumptus secundum quantitatem vnius fabæ, diù conseruat corpus sine cibo, & potu: sed de his in lib. de anim.

Cætera problemata de aere vidẽda apud Arist. sect. 25. & 26.

# QVÆSTIO III.

## De Aquæ natura, & proprietatibus Problemata.

DE aeria natura, ortu, qualitatibus alteratiuis, colore, sapore, & similibus diximus in lib. de gener. & meteor. vbi ostendemus esse natura frigidam, & humidam, & ab extrinseco calida sine colore, & odore sine sapore gustui, tamẽ delectabilis, tenuis, leuis, & quæ non talia mixta est scilicet qualitatibus .f. calore, sapore odore, calore, põdere, densitate, & similibus, sed has qualitates recipere à locis, in quibus residet, & per quæ fluit, nam cum sit ex se perspicua, illuminata, quo purior eo magis clarã, & candida apparet, vt fuse de his Georg. Agric. lib. 1. de ortu, & cauf. subterran. & lib. 1. de natur. eorum, quæ effluunt è terra; vbi etiam de viribus, & effectis aquarũ, & varijs earum differentijs. Nos hic aliqua solum perstringemus, quæ ad virtutem motiuam pertinent, & cum hac connexionem aliquam habent collecta ex varijs auctoribus. 1

## DVBITATIO I.

*Cur, cum locus aquæ sit esse supra terram, reperiatur intra cauernas terræ.*

PRima opinio aliorum aquam contentam intra cauernas terræ oriri ex aquis pluuijs, quæ eo confluunt, nam experientia constat fontes, & fluuios magnos, & frequentes in ijs regionibus esse vbi sunt ingẽtes, & crebri imbres, vt quæ sunt temperatæ sui calorem, & frigus, qualea sunt regiones vergentes ad Septentrionẽ, & Austrum, contra verò regiones in quibus non sunt fre- 2 An ex pluuijs aqua cõgesta intra cauernas resideat.

 quentes,

quentes,& ingentes imbres,quales sunt, qui perpetuo Solis ardore torrentes non habēt fontes,& fluuios tā frequentes, & magnos.

Hi tamen diuisi sunt, nā aliqui volunt cōfluere in vnū locū omnes, & inde oriri omnes fontes, & flumina.

Alij vero in varia loca colligi imbres,& inde ēt oriri fontes, & fluuios,& quia hieme magis imbres abundant, ideo omnes magis hieme,quam æstate abundant. Hinc etiā fit, vt alij sint perennes, quorum .s. origo tam ampla est, vt contineat aquam sufficientem ad continuum fluxum, donec de nouo pluuiæ cadant. Alij vero æstate siccantur,quando .s. eorum aluus minor est, & insufficiens ad continendam tantam aquam, quanta satis est ad continuū fluxum per totā æstatē.

Pluuiæ an sint sub cingulo medio, & torrido.

Hæc reijcitur ab Agricola,Primo quia sub cingulo medio, & torrido sunt fōtes,& aliq fluuij,at cū ibi nō sit pluuia,non possunt ibi habere originem, sed eorum aquas necesse est venire ex longinquis partibus;Sed hęc ratio supponit falsum.s.ibi non esse pluuias, cū cōstet ibi maximas esse,vt referunt, qui per eā regionē nauigarunt,qui etiam asserūt eam habitari,vt videre est apud Patrem Iosephum à Costa.

Secundo probat,quod Niger ex monte Thala manat, & Masitholus ex monte dicto Deorum vehiculum, qui montes in Libia sunt,vbi raro pluit.

Tertio quia in nostris regionibus, qn siccitas durat diù,& multis mensibus, q̄ solitū sit deberent crescere oēs fontes,& flumina,si nō aliā originē haberēt, quā ex aqua pluuia in vnum,vel plura loca congregata.

Neq; effugiū haberi potest ad niues, quæ
3 calore liquescunt æstate, nam hæ possent quidem augere aliquo modo amnes, non tamen dare omnibus perēnitatem.& multo minus illis prodest magnitudo receptaculi, quia etiam si tota terra esset concaua, non posset continere tantā aquam,quanta necessaria est ad continuum fluxum.

Confirmatur, quia hæc receptacula, vel sunt inferiora fontibus, & non possunt propter grauitatem ascendere ad fontes, vel sunt superiora,& aliquando à tot fossoribus metallorum,qui multos montes euerterunt, fuissent inuenta,& nullum tale est repertū.

Pluuię quot pedes terrā infundat.

4. Alij ex Senec.de natur.qq.probant, q imber nullus vltra decem pedes terram infundat, & penetret, nam terræ cutis arida, vel omnem absorbet,vel satiata,nullum excipit, sed eijcit in Torrentes.

Confir. quia constat experientia aliquos amnes oriri à montibus nullo corio terræ tectis, nec vestitis arboribus, & herbis, sed ex duro saxo cadere; at hoc non imbibit imbrem ob suam duritiem.

Sed hæc ratio non aduertit in terra esse venas fibras, & cōmissuras,per quas imbres viscera interiora montium penetrant.

Vnde 2.probetur origo fontium, & amnium.

Secunda opinio est dicentium originem fontium, & amnium esse duplicem, vnam ex imbribus, alteram à generatione aquæ, quæ fit intra cauernas terræ, quæ probatur ex dictis nam exclusis, tāquam causa totali imbribus, manet generari intrà terram.

Hi tamen diuisi sunt. Nam aquas non pluuias, quæ intrà cauernas continētur, & effluūt in flumina: dicunt oriri à mari quod ingreditur in terram per venas, & fibras illius, in quo transitu percolata deponit aqua salsedinem, & sincerum saporem retinet; ac ad mare post varios per terram decursus regreditur.

Sed hæc opinio licet difficultate non careat quoad fontes,& flumina, quæ sunt in partibus terræ inferioribus Mari, tamen habet difficultatem,quoad fontes,& flumina,quæ in altissimis montibus originem habent. Cum illi montes sint mari altiores,& aqua non sursum, sed deorsum labitur, ex qua ratione refellitur opinio dicentium intra terram esse lacus immensos plenos aqua dulci, sicut habet externa superficies terræ lacus, & paludes.

Alij vero asserūt aliquos fontes, & flumina oriri à mari,& à lacubus, quæ sunt intra terram,non tñ oēs,vt qui oriuntur in montibus altissimis,ad quos nec aqua maris peruenire pōt,nec habent in summitatibus huiusmodi lacus,vt patet experientia eorū,qui montes quotidie perfodiunt ad metalla inuenienda,sed illos fontes, & fluuios oriri ab aqua genita in cauernis terræ ex aere ibi frigiditate terræ,conuerso in aquam, nam cū nec materia desit, nec frigus,perpetua est ibi aquæ generatio, atque adeo inde perennitas fontium, & fluuiorum;q si illis obijcias externus aer,qui non apparet cōuerti in aquā, ēt si frigescat,ipsi respōdent id esse, quia nō perpetuo friget,& condensatur, nā interdū calescit ardore Solis,& attenuatur, aliqn, ēt vi vētorū dissipatur, & impeditur dēsari, & aliq ēt cōcedūt externū aerē maxime in media regione cōuerti in aquā.Neq; existimādū est totā aquā, q̄ pluit per flumē simul generari in vno loco,sed primo generātur paruę guttæ in diuersis terræ quasi poris,tū cōgregatæ in vnū locū erūpūt foras,siue stillando, siue ruptione maiori,nā comissurę saxorū in proximas fibras se se exornāt,hæ in venas, & harū strictiores in laxiores, & hæ in puteos, vel fontes,seu cuniculos,& ab his riui deducūtur,& hinc flumina,sed de aquarū origine plura alibi,nunc tm̄ ostendimus modū,quo cū aqua sit leuior terra.Dicimus .n.sēper aquā esse supra aliquā terræ partē, vt ex ipso mari patet in cuius fūdo sēper est terra, sed videri sub terra in eius cauernis,qa ibi terra nō grauitat supra aquas,sed seipsam cōtinet cōcamerata.Cōtinet .n.ibi aqua,vt cōtinet in vase,nec mirū id videri debet,cum ēt aer cōtineri possit in spelūcis,& cauernis terrę sic arcuatè formatis.Aqua .n. licet tenax sua nāra sit,& parte ex vase effluere capta tota effluit nisi impediatur,tñ nō ita in se cōsistit vt proprijs terminis sisti queat quin fluat, & di-

An aer conuertatur in aquā intra cauernas terræ.

& dilatatur donec durioris rei terminis coërceatur, vnde dicitur contineri termino alieno, & hoc modo continetur aqua intra vas, & cauernas terræ.

*Insulæ mari subsidente an apparuerint.*

Hinc etiam Conimb. putant non esse improbabile in mari subsidente multas insulas de nouo apparuisse, quia licet multæ fuerint initio productæ, cum pertineant ad vniuersi pulchritudinem, vt maris monilia ex Amb. 3. Hexam. c. 5. & ad alia commoda hominum, tamen aliæ deinde apparuisse testantur graues auctores ex terræmotibus, vel alijs causis.

## DVBIT. II.

*Cur flumina fluant, cum aqua naturaliter quiescat supra terram, tanquam in loco proprio.*

5 *Ex terræ situ aqua fluit.* RESP. id oriri ex situ terræ, nam cum plana est ibi aqua quiescit, vt videmus in stagnis, at vero cum decliuis est, cum non detur vacuum, necessario, pars illa occupari debet aliquo corpore: hoc autē vel est aer, & tunc ex grauitate aquæ expelluntur, vt sit in loco inferiori ad aerem, vel est aqua, & illa necessario fluere debet, vt occupet totū spatium decliue.

Hinc patet motum fluuiorum partim esse naturalem, quatenus habet rationem descēsus, qui oritur naturaliter à grauitate, partim deficit à naturali quatenus non est per lineam breuissimam respectu centri, qualis debet esse motus naturalis à grauitate ortus, nam ille modus tendit ad mare per varios anfractus, & meandros.

## DVBITATIO III.

*Cur si pars spongiæ sit in aqua, breui tota ferè spongia recipit aquam.*

6 *Spongia an trahat motu violento aquam.* RESP. quidam illum motum aquæ non esse illi naturalem, sed violentum per tractionem à siccitate spongiæ, cuius est trahere humidum sibi contrarium, sed videtur contra naturam, vt contrarium trahat contrarium cum illud fugiat, & expellat.

Resp. secundo alij eadem ratione hoc cōtingere in spongia, qua contingit in tela, cuius pars si posita fuerit in aqua, pars eius vicina superior etiam humectatur, non aliter, ac si parte buccellæ panis posita in aqua, tota madefit, nam in his foramina, & meatus fiunt arctiores, & substantia mollior, & amplitudine maior. Ita dicendum de spongia, quæ fistulosa est, & laxilis substantiæ, ex quo fit, vt aqua occupatis prioribus partibus spongiæ, in meatus largiores transit, & deinde in angustiores, substantiam spongiæ humectando, & molliendo, quæ substantia est veluti paries interpositus inter meatus, & quia substantia distenditur in maius spatium, meatus comprimit, & restringit, ex his compressis cum sint in aqua, premitur aqua in ijs contenta, & arctantur meatus proximi superiores, Hi autem artati præsertim in partibus imis premunt aerem in ipsis contentum versus partem superiorem & ad motum aeris sequitur aqua etiam ab inferioribus pressa, ex quibus fit, vt in spongia sit aliqua pars aquæ superior, quam sit superficies aquæ, in qua primo fuit spongia immissa, hæc aquæ superior pars etiam intrat vicinas partes spongię molliēdo, & amplianda eius substantiam, quæ sic ampliata meatus arctat, vt dictum est de inferiori parte, vt arctati pellant aerem, quem sequitur aqua illi coniuncta etiam pressa, vnde aqua illa occupat locum superiorem, & hoc modo spongia magna ex parte madefit aqua, et si non fit intra vas plenū aqua, & quia pulsio aeris, & attractio aquæ semper minor fit ob resistentiam grauitatis aquæ, fit, vt madefacta aliqua pars superior spōgiæ nō habeat aquā sed sicca sit, ita tamen, vt inter partem plenā aqua, & siccam sit pars quædam media humida, & vda.

*Linea fascia aquam cur hauriat aquā ex vno vase in aliud æqualiter positus.*

Hinc intelligitur causa, ob quam positis duobus vasis æqualiter sitis, quorum vnum sit aqua plenum, & alterum vacuum, si super illa ponatur linea fascia, cuius vna extremitas pendeat intra aquā, & altera intra vas vacuum, tota aqua per fasciā de vase pleno in vacuū transit, quia substantia fascis pendentis intra aquam mollescit, & intumescit, ex quo aqua contenta intra vacuitates fasciæ arctantur, & pellit aerem internum, quem sequitur aqua constricta versus alteram extremitatē, vsque ad alterum vas vacuum, & cum aqua sit grauis perueniens ad illam extremitatem cadit in vas vacuum guttatim, & quia fascia est continua per eam etiam continuatur aqua cum aqua existēte in vase sit vt vna pars trahat alteram vsque dum totā aquā in alterum vas guttatim decidat, constat autem ex hac continuatione fieri hunc aquæ motū ex fontibus artefactis pro recreandis infirmis, in quibus apparet per fistulas curuas aquā ascendere, & iū descendere ex vi continuitatis, videte Conimb. sect. 2. probl. 4. qui ascensum aquæ tribuit vi attractiuæ existenti in corpore spongioso, sed melius tribuitur virtuti impulsiuæ, vt dictū est, & cōtinuitati aquæ.

## DVBIT. IV.

*An aqua moueatur ad centrum.*

RESP. per se nō moueri ad illud, quia sicut est diuersę nātæ à terra, ita nāliter habet diuersū locū, à quo diuersū motū nālem.

Resp. secundo per accidens ad illud moueri, tum quia cum ex terra, & aqua fieri debeat vnus globus, dum aqua mouetur ad circumplectendam terram, mediate etiam mouetur ad centrum terræ, vt dicemus infra. Tum secundo quia si esset in terra foramen vsque ad centrum, cum non detur vacuum, illud deberet esse plenum aqua concurrente ad vacuum replendum, quod si eo concurrat aer, cum naturaliter leuiora esse debeant supra grauiora: necessariò aqua mouebitur ad hoc, vt sit infra aerem.

## DVBITATIO V.

*Cur mare cæruleum appareat.*

7 Resp. eādem esse rationem in mari, & in aere, vt diximus.

## DVBITATIO VI.

*Cur calculosi curentur vitam ducentes in mari.*

Resp. primo, quia pituita, quæ est materia, ex qua calculi generantur, à corpore aufertur, tum vomitu, tum mutata affectione humida, & frigida corporis in affectionem calidā, & siccam ab aere maris, quæ corporis habitudo non solum pituitam existentem destruit, sed etiam generationem nouæ impedit.

Tum ab aere maris subtiliori, & dissolutiuo materiæ calculorum, quæ est crassa, & glutinosa, hæc autem attenuata facile dissoluitur.

An ob motū ab ijs curentur. Resp. secundo id oriri ex ipsorum continuo motu per aerem, & continuo ventorū perflatu in ipsorum corpora, at ex hoc continuo fluxu omnia, quæ in nauigātibus crassa sunt attenuantur, & asportantur, vt patet ex vase vini magni, & crassi posito in flumine, & ibi per diem relicto, quod postridie inuenitur adeo tenue, vt parum distet ab aqua, vnde etiam fit, vt vinum ventis expositum breui acescat.

Hinc aues plurimum volantes tenuissimi sunt sanguinis, vt hic parum differat à felle.

Ex qua attenuatione humoris crassi fit, vt plerique elephantiaci nauigando curati sint, quod is morbus fit ex humore melancholico, crasso, & tenaci, qui ita carni infigitur, vt euelli nequeat, & vetat carnem augeri, & gigni, & tandem facit eam dirumpi, & rodi; hic autem attenuatus ab aere maris dissoluitur, & morbus curatur, quod patet, nā curatur colocynthis, & viperæ carne, nam illa crassos humores soluit, & hæc sua siccitate, & subtilitate euincit, quos euictos natura à carne ad cutem educit, & eductos expurgat.

## DVBIT. VII.

*Cur aqua sparsa super terram apparet fusca, & super oleum alba.*

8

Aqua alba apparet cū non admiscetur corpori; fusca, cum admiscetur. Resp. quia cum terra, vel ligno adeo hæret, vt misceri videatur, ex quo perdens transparentiam fusca apparet, at cum oleo non miscetur, & ideo manet cum sua pelluciditate, in qua modico lumine recepto apparet alba, signum quod sparsa super terram non statim fuscescit, sed paulo post facta adhæsione, & ob eandem rationem apparet alba sparsa super vitrum, vel speculum.

Sed contra, quia oleum cum aqua miscetur, & agitur apparet album, cum ipsum fit viride, vel fuscum.

Resp. id oriri ex eo, quod agitatione spuma fit, in qua est multus aer, vt patet quia crescit eius quantitas, fit autem spuma, nam cum aqua fit tenuis, & oleum tenax, dum agitatur, intercipitur aer in eo corpore.

## DVBIT. VIII.

*Cur aqua, & oleum frequentius durescunt, quam vinum, & acetum.*

Resp. quia aqua ob sui frigiditatem facile congelatur, & oleum exhalatis partibus aeris, & ob temperati caloris paucam resistentiam facile refrigeratur, at vinum suo calore magis resistit, & acetum ob tenuissimas partes concretionem non facile admittit. Congelationi quid prodest, vel obest.

## DVBIT. IX.

*Cur vasa plena aqua antequam ad ignem bulliant magna promunt murmura, sed cum cæperint bullire murmurare cessant.*

Resp. primo, quia partes fundo vicinæ fundo calefcente, quia refugiunt vasis calorem, & pulsæ à superioribus aquæ partibus in fundum cito recidentes illud verberant, at verberatio sonum gignit, & si est in profunda, & elusa parte fit murmur. At vbi cæpit bullitio, tunc partes, quæ refugiebant non recidunt, sed ascendunt, cedentes alijs partibus descendentibus, à quibus nulla est percussio. An ex verberatione partium recedētium aquæ in vase ebullientе sonū gignunt.

Sed contra tum quia partibus refugientibus fundum, non est vacuum, quare non est cur recidant.

Tum quia non est ratio cur dum bullit aqua, partes grauiores, quæ cadunt in fundum, non percutiant illud.

Resp. secundo cum incipit calefieri fundū gignitur aer, qui cum paucus sit non potest ascendere, sed retinetur, velut in aere terra, vel aqua atomatim diuisa, qui dum ibi retinetur generatur alter ascendens ad locum primi, ex quo fit multa aquarum partium scissio, vt detur locus aeri, & hinc multa aquæ, & aeris secundum varias partes, confusio, quæ omnia cum fiant celeriter non fiunt fine mutua verberatione, & sonitu, at vbi magna copia aeris est genita non fit in imo tanta partium complicatio, & sonitus, quia liberius ascendit diuisis superioribus aquæ partibus, quæ inter se diuisæ, & coniunctæ seinuicem percutientes sonum clarū reddunt, & nō murmur, vt contingit in nube, ex qua antequam fiat pluuia, vel ventus fit murmur ob vētum in illo complicatum, at facta eruptione venti, vel solutione in pluuiam murmur omne cessat. an ex scissione id fiat.

DV-

## D V B I T. X.

*Cur fundum vaſis, in quo aqua bullit eſt frigidum, cum bullitio fiat à calore.*

Aqua in vaſe frigidiores partes flammę opponit, vt putealis aqua calori; vicino.

9 RESp. quod ſicut aqua putealis æſtate eſt frigidior, quia colligit ſe, vt ſuam frigiditatem opponat calori aeris, ita frigiditas aquæ ſuam frigiditatem colligit in fundo, vt illam opponat flammis, quæ maxime ſunt circa fundum, ex quo illa pars non eſt adeo calida, Neq; dicas in aqua bulliente non eſſe frigiditatē, nā eſſet aer ſi ibi eſſet pura caliditas, & ſi ibi eſſet pauca frigiditas breui expelleretur aqua, & in aerē cōuerteretur, & quia frigiditas aquæ eſt in partibus internis, & calor in externis, ideo tangi non poteſt pars externa, & idem de alijs partibus vaſis, quæ & à flammis, & à partibus aquæ externis caleſiunt. Sed difficultas eſt, quomodo partes remotæ caleſiant, nō calefactis proximis. Reſp. alij in fundo caleſieri partes, & rareſieri, atque adeo aſcendunt ad ſuperiorem locum, & ſuperiores frigidæ in locum illarum deſcendunt ad fundum.

## D V B I T A T I O XI.

*Cur ferrum igneſcat, & in aquam frigidā iniectum adeo dureſcat, vt cætera incidat abſq; hebetatione.*

RESp. id eſſe qa partes ignitæ ferri fugiētes aquæ frigiditatē magis dēſantur, & partes aliquæ molliores tanquam ſordes eijciuntur, vt patet ex cortice, qui apparet in ferro ſic elaborato, & quod eſt denſius magis dureſcit, & minus cedit, hac autem diligentia repetita durior fit acies gladij ex tali ferro formata.

## D V B I T. XII.

*Cur ſal liqueſcit in aqua, & igne diſrumpitur cum ſonitu.*

Salis quæ natura.

RESp. ſalis naturam conſtare ex terra tenui aduſta, & aqua incraſſata à calido, & mixta inter partes terreſtres, quod ſi humor augeatur ſoluitur in aquam latentibus partibus terreſtribus in aqua, vt latent in aqua maris, ob copiam maiorem aquæ, at poſitum in igne vndique deſiccatur, & ex calore humor latens conuertitur in aerem, & vbi excreuerit ad vitandam penetrationem rumpit partes terreſtres aerem includentes, ex partium ſeparatione ipſę diſſultant pulſę ab aere, & aerem externum verberant, ſonitumque ſtridulum excitant.

## D V B I T. XIII.

*Cur aqua aluminata appareat pura, cui ſi lixiuium miſcueris appareat lactea.*

VIde Nol. probl. 144. vbi etiam probl. 145. ſi tribus partibus lixiuij vnā partē olei infūdas, tota ſubſtantia apparet lactea, & dum probl. 546. cur oleū gelaſcens frigore, vel Sole liqueſcens appareat album, ſed igne liqueſcens appareat nigrum.

## D V B I T. XIV.

*Cur aqua, & ſucci coagulo non denſentur, lac vero denſetur.*

Lactis congelatio eſt ex ſubſtātia glutinoſa.

RESp. quia in lacte eſt quædam glutinoſa ſubſtantia, vnde coagulum illi admixtum ob ſuam ſubtilitatem penetrat oēs partes lactis, & ob calorem occultum, quē vt calix continet, deſiccat lactia ſubſtantiā; tum aliquantulum glutinoſam ſubſtātiam, quę ob id redditur tenax, retinens atōmatim ſubſtantiam aqueam, ſeu ſeroſam, nam apparet perfracto lacte coagulato ſerum fluere, & glutinum durius apparere. At in aqua, & alijs ſuccis non adeſt hæc glutinoſa ſubſtantia, quæ eſt in lacte, vnde artifices glutinum validum volentes efficere, ſubſtantiā caſeā, cum aqua tepida paulatim miſcent mollius reddentes illam, & ob calorem eandem virtutem coagulandi habet lac ficulneum, & ſemen aniſi, quod cartumum vocant.

## D V B I T. XV.

*Cur ſpuma exiſtens in medio humore, quo plenum eſt vas, paulatim ad latera ſe recipit.*

RESp. Nolan. probl. 170. quia eo pellitur ab exhalatione aſcendente ab illo humore, nam inclinat ſpuma in partem lateralem, vnde minus pellitur. 10

Reſpondetur, quia quando vas non eſt plenum, humor in eo contentus eſt altior, circa latera vaſis ob angulum, quem facit humor cum circulo, vnde cum aer contentus intra ſpumam petat altiores partes, ad latera, quæ altiora ſunt, ſe recipit.

## D V B I T. XVI.

*Cur aqua ſparſa ſuper terram, vel aſſerem apparet fuſca, & ſuper oleum alba.*

RESp. quia cum terra, vel ligno miſceri videtur, & ideo non apparet pellucida, ſed fuſcenſcens. At non ſic cum oleo miſcetur, & ideo apparet cum ſua pelluciditate, in qua receptum lumen albedinem refert: ſignum illius eſt, quod non ſtatim, ac ſuper 11

illa

illa est sparsa fusca apparet, sed paulatim, quia paulatim adhæret, & eadem ratione sparsa supra vitrū, vel speculū alba apparet.

### DVBIT. XVI.

*Cur aqua sit frigida cum fiat ex niue soluta à calido.*

REsp. à calido non gigni ex niue aquam, sed vaporem, qui cum sit materia aquæ, occurrens aeri frigido fit aqua. Vel quia nix est ex materia eadē, ac aqua, sed fit nix ob exuperantiam frigiditatis, quare adueniens calor minimè frigiditatem gignit, remanente ea quæ necessaria est ad aquam, sed de hac ratione in meteoris.

### DVBIT. XVII.

*Cur oleo sparso super aquam, apparent omnia, quæ sunt in profundo, cum antea non apparerent.*

REsp. id oriri, ex aere contento in oleò, qui splendiorem, sed non placet, quia non reddit aquam interiorem splendidiorem, cum maneat in superficie aquæ.

Respondetur secundò, quia lux illustrans oleum medium inter oculum, & profundum aquæ, ob olei crassitudinem augetur, atq; adeo magis illustrat partes profundiores aquæ, at obiectum magis illuminatum, magis videtur

### DVBIT. XVIII.

*Cur aqua tegens obiecta olentia impedit sensum odoratus, cū odor maximè vigeat in vapore, & aere, qui etiam minimus ascendit in aqua.*

Quid impedit exhalationem odoriferam.

REsp. primo, quia exhalatio odorifera impeditur per aquæ densitatem, ne ad odoratum perueniat, sicut impeditur spiratio, dum illiusmodi obiectum includitur in vase vitreo, vel ligno. Hinc fit, vt quo aqua est frigidior eo magis impedit, quia magis densa, dum vero calescit tum aperit viam odoriferæ exhalationi.

Resp. 2. id oriri ex eo quod frigiditate, & humiditate aquæ extinguitur odoris siccitas, & humiditas, & leuitas præsertim, quæ circa partes externas sunt, at ijs extinctis necessario extinguitur odor. Vnde vinum odoriferum iniectum in maximam copiam aquę odorem amittit.

### DVBIT. XIX.

*Cur aqua frigiditate, vel aeris calore non venenamur, & extinguimur.*

12 Consuetudo superat venena.

REsp. aliqui id oriri ex consuetudine, nā consueta si non adiuuant, non nocent vnde de Mitridate Ponti Rege legimus veneno fuisse nutritum, & Turcas vesci abunde opio sine læsione ob consuetudinem.

Resp. secundo, quia hæc elementa cum sint impura nō habent extremas qualitates, sed temissas humanæ complexioni vicinas, vnde aquam nimis frigidam, & copiosiorem ebibitam inter venena reponit Paulus Aigineta, & actuarius, ex Nol. probl. 316.

### DVBIT. XX.

*Cur aqua conuenit fluxus, & refluxus cum sit grauis.*

DE hoc dicemus in meteoris, interim videatur Nolanus probl. 334. Basson. de Meteorolag. intent. 2. Franc. Patrit. Lib. 28. Pancosmias in emendatis.

### DVBIT. XXI.

*Cur gelato Danubio, aqua reliqua fluit, præsertim noua semper è fontibus succedens, cum appareat nullibi.*

REsp. aliqui fluere subtus partes gelatas Danubij, quæ cum ibi quasi in cuniculo coartentur, & desentur capiuntur ab alueo reliquo Danubij, quæ prius rarior fluebat per totum alueum, tum etiā 13
quia minor copia aquæ in fontibus gignitur, eo quod frigescēte aere calidior redditur interior pars terræ, vbi generātur aquæ, at vbi maior caliditas est minor aquæ generatio. Aliqui addunt impediri generationē aquæ ex retentione fluxus aquarum, nam cum aqua tota nequeat per alueum fluere, recurrit ad superiores partes, vsq; inanitates, quasi capilletes, vbi est prima generatio aquæ, at aqua ibi contenta impedit, ne tanta copia gignatur, sed non placet, quia ibi adsunt omnes causæ necessariæ ad generationem, nec impediri possunt ex impedimento fluxus, quia possent aliam viam sibi aperire.

### DVBIT. XXII.

*Cur Nubes, & pluuiæ frequentius generantur in coniunctione, vel oppositione Solis, & Lunæ.*

REsp. quia cum Luna est plena suo lumine calefaciente terram, & aquas te- 14
nuiores earū partes exiccat, & eleuat, quæ altius ascendentes nubes gignunt, & refrigeratæ ab aeris frigiditate soluuntur in pluuias. Sed vbi Sol, & Luna coniunguntur vapores, qui sunt circa terram, & aquam, & alij eleuati à calore internarum partium terræ, roborati à frigido externo, cum sint humidiores crassescunt ob frigiditatē terræ, & aquæ, vnde fit vt magna ex parte in nubes cogantur, etsi in aerem frigidiorem,

incur-

incurrerint, conuertuntur in pluuias, est aūt aer frigidior in nouilunio, vt experientia patet.

DVBIT. XXIII.

*Cur aquæ bullientis bullæ ab ima parte vasis velocius assurgunt, at ad superficiem peruenientibus earum vapor leute, tanquam fumus ascendit, præsertim si idem aer ambiat vas ab imo ad summu.*

Bulla quid sit.

RESp. Nol. probl. 353. Bullam esse spiritum, seu aerem aqua contētū ab igne genitum, qui cum spatium maius quærat, ab aqua multa potentiore impeditur, vnde cum multiplicetur ibi, maiores vires acquirit, at factus valentior velocius mouetur, & exultat, at vero vbi bulla soluta fuerit diminutus aer tardius mouetur.

Secundò, quia sub aqua cum longius abſit à ſuo loco vehementer nititur ad ſuum locum peruenire, at cum peruenerit ad ſuperficiem, cum ibi inueniat aerem ſibi ſocium, quieſcit, vel parum mouetur ob impulſum acceptum, & aqueus vapor aſcendit tenuior factus ab igne.

DVBIT. XXIV.

*Cur ouum in murina, i. aqua qua in multus sal solutus est natet, & in aqua mergitur.*

RESp. Nol. probl. 377. oriri ab aere incluſo in ouo, quia quando eſt recens illi admiſcetur, quando vetua eſt ſecretus, vt patet ex circulo, qui apparet in cuſpide hebetiore oui lumini oppoſito, vnde ibi fracto cortice inuenitur inanitas inter corticem, & velamen, oui autem aer non habet vim vt ſuſtineat totum oui pondus in aqua pura, at poteſt in murina ob tenacitatem, quam illa contrahit ex ſale in ea ſoluto, nam tenacitas illa cum lenitate aeris reſiſtit grauitati oui ſcindentis.

DVBIT. XXV.

*Cur aqua pluuia est omniū præstantissima.*

25 Pluuia aqua tēperatior.

RESp. primò ob temperatam frigiditatē, nam hæc ſi nimia eſt offendit non ſolum homines, ſed etiam bruta, & ſtirpes, vnde aqua frigida inter venena, & homini lætalia connumeratur à peritioribus medicis, vnde Hypocrates monet in menſis etiam calidam eſſe bibendam.

Secundò propter decoctionem quādam factam à radijs Solis, & à motu, quo in minimas partes ſcinditur per aerem tenuē, & calidum decidendo. At calida ſunt aptiora corporibus nutriendis, præſertim humanis, quam cruda, & licet aqua fluuialis alliſa ſaxis frangatur, tamen non ita vt pluuia, nec caliditatem frangentis patitur, vnde ſi decurrens, & confracta aqua præfertur quieſcenti, multo magis pluuia ob confractionem maiorem, & calorem, & præterea, quia aqua fontium, ex quibus ſunt flumina, gignitur ex vaporibus craſſioribus, & oliginoſis, qui ſunt in terræ cauitatibus, & obſcuris, & ſic habet vt ſit grauis, & crudacea. At pluuia ex vaporibus leuioribus, & purgatis gignitur, in medio aere loco aperto, lucido, & puro, & hinc eſt leuiſſima, & puriſſima.

Hinc Nolan. probl. 392. aquam fontanam reſpectu ſtirpium ſe habere, vt cibū, & materiam, pluuiam vero vt potum, & formam, quæ per comas, oculos, gemmas foliorum iuncos, & florum calices excipitur, & ideo ſtirpes etiā ſi ſint in ſolo humido, non edūt fructus, & alia opera magna celeritate, & copia, niſi aſſiduo rore, q̄ pluuia parua eſt, & aliquando pluuia copioſiore madeſcant. Aqua fontana cibus è stirpibus pluuia potus.

Hæc de aqua notaui, nam cætera dicentur in lib. de Generatione, interim videri poteſt Ariſt. ſect. 23. probl. vbi de mari, & 24. vbi de aquis calidis. Georg. Agricola, tum lib. primo de cauſis ſubteran. vbi de ortu aquarum, & effectis, de cauſis calidarum, & aquarum ſapore, tum lib. 1. de natura eorum, quæ à terra effluunt, vbi de aquarum ortu, colore, ſapore, odore, viribus, & differentijs Conimb. 4. cæl. tr. vlt. ſect. 2. vbi primo oſtendūt maiorem eſſe inclinationem aquæ ad centrum, quam ad figuram circularem. Tum vnde nouæ inſulæ in mari apparent, deinde aquam paulatim ebibitam magis ſitim reſtinguere, quā celeriter hauſtam, quia ſic magis ſe inſinuat, & irrorat partes corporis, vt patet ex agrorū irrigatione, poſtea oſtendit aquam valde frigidam, mortem afferre aliquando à calore nimio, æſtuantibus ebibitam, quia apertis poris ſe ſe in præcordia inſinuans natiuum calorem repentino frigore extinguit. Deniq; aquas motas minus putreſcere, quia internus humor non corrumpitur à calore externo ob continuam expirationem, & in ſtagnantibus detentus humor putreſcit ex Galeno 2. methodi.

## QVAESTIO IV.

### De Natura, & proprietatibus Terræ.

NAtura terræ inueſtigari poteſt tum ex qualitatibus actiuis, & paſſiuis, tum ex motiuis, nos hic non agemus ſecundū primam, ſed ſecundum alteram rationem de quo Ariſt. 2. cæl. à t. 72. ad finem, vbi Albert. tr. 3. Iand. ſaxonia, ſimpl. Conimb. c. 13. per ſex quæſt. & 4. col. tract. vlt. per multa problemata; Riccius 3. cæl. c. 8. per 4. quæſt. Lucillus Philal. 3. cæl. tom. 10. ad finem. Ioannes de Sacro Boſco c. 1. vbi Eſculanus. Ioannes

Ioannes Baptista Capuanus. Ioannes Faber Stapulēsis. Petrus de Aliaco, & fuse Clauius noster ex Medicis Auic. Can. 1. Fen. 1. Doct. 2. vbi Forliu. Petrus Garzias, & alij.

## D V B I T. I.

*De loco, & situ Terræ.*

## A R T I C V L V S I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

PRimo Not. Vniuersum moueri circulariter, motum autem circularem fieri circa centrum sui circuli omnes fatētur, Cum igitur motus primi mobilis sit regula totius vniuersi, merito quæritur, quod sit centrū talis motus, quod dicatur ob prædictam rationem centrum vniuersi.

Secundo, Not. cū terra sit corpus naturale, videtur illi vt sic deberi locum, & quia locus duplex est vnus continens, quem definit Arist. 4. phys. esse superficiem corporis continentis; Alterū terminans, ad quē tēdit naturaliter corp⁹ graue, ideo de vtroq; loco dubitatur, an & qui terræ cōueniat.

Tertio Not. ex Conimb. q. 3. centrum triplex vniuersi, grauitatis, & magnitudinis, primum dicitur punctum à quo omnes lineæ ductæ ad circūferentiam primi mobilis sunt æquales; Alterum est punctum medium lineæ rectæ diuidentis corpus in duas partes æqualiter graues. Magnitudinis vero est punctus existens in medio recto lineæ diuidentis corpus in dues magnitudines æquales, quæ duo centra in corpore æqualiter secundum omnes partes grauis coincidunt in idem, non tamen in corpore habētes partes inæqualiter graues, vt in sphera ex ligno, & plumbo, nam centrum magnitudinis est in eius medio, sed grauitatis extra medium.

Quarto, Not. centrum terræ posse considerari dupliciter, primo, vt est mediū circuli, quem corpus terræ constituit 2. vt est, cētrum vniuersi, quæ licet possint esse idētificata, tñ possunt esse distincta, vt si terra poneretur sub Luna, tunc haberet centrum suum, vt est corpus circulare, sed illud non esset cētrum vniuersi; Hinc orta est quæstio, An centrum terræ nunc sit idem, an diuersum à centro vniuersi.

Quinto, Not. centrum esse duplex, vnū matematicum, alterum physicum. Matematicum secundum omnes dicitur, quod æque à partibus circūferentiæ distat, vnde lineæ à centro ad circumferentiam ducuntur æquales, At naturale non eodem modo ab omnibus explicatur, nam aliqui dicunt illud esse, ad quod grauia naturaliter tendunt, quod etiam dicitur centrum vniuersi. At alij, vt Conimb. 2. col. t. 74. ex Arist. ibi definiunt esse illud, in quo virtus totius cōseruatrix continetur, vt cor in animali, & distinguitur in homine à centro matematico, seu magnitudinis, quod est vmbilicus.

Sexto, Not. terram ab Auic. loc. cit. definiri esse corpus simplex, cuius locus naturalis in medio totius existit, in quo naturaliter manet quieta, & ad ipsum, cum ab eo fuerit separata naturaliter mouetur, & hoc quidem eius naturalis grauitas exigit, quæ definitio licet ratione, & experientia comprobetur, tamen non desunt, qui in dubium eam reuocent, ideo eius particulæ explicādæ sequentibus disputationibus.

## A R T I C V L V S II.

*Opiniones doctorum dicentium esse extra centrum.*

PRimo opinio est Pythagoreorum, qui in magna Græcia vixerunt; hi docuerunt in medio esse ignem non terram, quod hæc sit omniū corporum ignobilissima, vt ignis nobilissimum ob eius maximam actiuitatē, ex Cicer. 2. de natur. Deor. Corpori autem nobilissimo debetur locus medius, tum ob eius loci nobilitatem, tum ob vim conseruandi, quam habet, vt patet ex corde, quod ob eius nobilitatem, & necessitatem in medio corporis est constitutum; Terram vero esse circa centrum, sicut alia sydera, quæ per suam circumuolutionem sub Sole noctem, & supra Solem inducit diem, quem effectū habet alia terra huic nostræ opposita, quam antichtona nominant, refert Arist. 2. cæl. t. 72. 73.

Sed in illa explicanda non conueniunt; Nam Philalthæus contextu 66. in suspitionem adducit relationem Aristotelis, quod illam falso imposuerit Pythagoræis Italiæ, vt probat ex opinione ipsorum relata à Timæo Locrensi, apud Platonem, nam is in medio, & vltimo loco, sæpe illam constituit, & Cubi figuram illi tribuit, ineptissimam ad talem motum, & aptissimam ad quietē, quare mirum est Principem Pythagoreorum ex Platone, qui ex Strabone lib. 6. in Crotone vixit, nihil tale de illis dixisse, & refert Aristot. nisi forte de alijs Pithagoreis Italiæ Arist. loquatur, & cont. 68. in fine fatetur expresse Aristotelem calumniatum esse Pithagoræos, quod illi ignem in medio constituerint, non centrali, sed plaga mundi diuisi ab antiquis in partem Septentrionalē, & Australem, illi oppositam, & mediam sub æquatore, in qua cum vigeat calor dixerūt ibi seruari ignem, quam carcerem nominarunt, quod ibi scelerati homines punirētur, etiam si esset ob calorem illa nobilis regio.

Alij cum Simplicio hanc opinionem metaphorice explicant; Nam cum Pythagoræi denarium numerum perfectum existimarent, vniuersum ex decem sphæris constituerunt. s. ex septem planetis, orbe stellifero, & orbe terreo conuerso circa mediū, & alio

& alio huic aduerso, qui decimum numerũ
complet, igni autem medium attribuerunt,
vt eius calore omnes mundi partes foueantur,
quod medium Iouis Turrim, vel carcerem,
vel pænu, vel Thronum, vel antrum
alij vocant, ficut terram aduersam huic lunam
dicebant esse; At illis obstat, quod cum
luna fit in vno ex feptem orbibus non decẽ,
fed nouem essent orbes. Hinc alij putarunt
Terram Antichtonem esse sphæram cometarum
sub luna versatilem circa medium,
quam forte fignificat Seneca, dum sub luna
posuit vrbem quandam, quem orbem cometarum
agnoscit etiam Fracastorius lib. de
homocentricis c.23. de Cometis.

Archita apud Philalt. loc. cit. vbi audiuit
à Pythagora poni terram alligatam polo extenso
per vniuersum efficere diem, & noctẽ;
non potuit assequi sententiam nisi duplicem
terram diuisisset, vnam versari circa mediũ
terræ .f. grauitatis, & alteram huic aduersãs
& nostrum hemisphærium feptentrionale
verti circa mediũ grauitatis terræ, feu sphæræ
ex terra, & aqua, diem, & noctem efficere
incolentibus feptentrionem, dum soli obiecta
impedit solis lucem, & non obiecta non
impedit, vnde metaphoricè dicunt verti terram
circa cẽtrum grauitatis, & mediæ sphæræ,
ficut nauigantibus iuxta ripas apparet
terra moueri, licet non moueatur. Hinc secundum
Architam terra veluti astrum apparet
verti circa medium terræ, quæ est nostrum
hemisphærium, cui est altera opposita
Antipodum, olim ignota, nunc nota.

Alij ad mentem Aristotelis, cum Alb. tr.
5 3.c.2. illam explicant, quod ponerent terram
extra medium in orizonte, tamquam
vnam ex stellis, quas dicebant esse opacas,
quod lunam in fe tenebrosam aspicerent,
illam asserebant moueri circulariter motu
diurno circa centrum in quo est ignis, vnde
efficit diem & noctem mota sub Sole, vel supra
Solem, ficut alijs stellis attribuebãt motum
tardiorem ab occidente in oriens. &
per diametrum posuerunt aliam terram
oppositam huic à nobis habitatæ, & eius
causa fuerunt eclypses Solis, & lunæ, quas
ex opacitate illius terræ motæ ante Solem,
& lunã dixerunt prouenire, ficut eclypses,
quæ contingunt in alia terra, proueniunt
ex motu nostræ terræ, quam opinionem sequuti
funt multi ex antiquis ducti auctoritate
priorum, fine examine rationum;
Contra quam Aristoteles, primo ostendit
errasse relinquendo sensum ex rationibus
sophysticis, nam experientia docet terram
moueri à circũferentia terræ ad centrum,
& non consistere in orizonte, nam licet
sensus aliquando fallatur, non tamen semper,
& in omnibus hominibus.

Secundo ostendit rationes eorum non
habere vim, nam duas rationes afferebant,
vnam fumptam ex nobilitate ignis, & centri,
quod, cum fit finis loci, nobilius est circumferentia,
quæ est principium, cum fit
locus non existens in loco: finem autem dicebant
esse nobiliorem, quia in eo est consumatio
nobilius autem consumatum, non
consummato.

Alteram sumptam ex necessitate ignis, &
ob id deberi illo locum, in quo possit melius
conseruari, at medium est maximè conseruatiuum,
quia ficut in minori mundo.
Cor constitutum est in medio pectore, non
in partibus extremis hominis, quia in medio
viget magis virtus rei, est enim fons caloris,
ficut quia cerebrum est fons frigiditatis
est in capite extrema parte hominis, ita
in vniuerso natura posuit fupra Cælum elementa
frigida, & humida, & inde pluuias,
& niues descendere, circa ignem moueri
terram; fub qua optime conseruatur ignis,
vt patet ex Thermis, & Vulcano, & aerem
dixerunt esse euaporationem ignis, qui est
circa ignem. Sicut in animali euaporatio
calidi, & humidi est in præcordijs.

Igni quare debeatur locus medius per aliquis.

Sed vtramq; rationem foluit Aristoteles,
ponendo duplicem rationẽ medij, quia vnũ
est magnitudinis, vt dixi art. 2 Not. 4. quod
diuiditur in Aritmeticum, Geometricum,
& Musicum, nam in his medium accipitur
secundum quandam quantitatis proportionem.
Alterum Physicum, quo fcilicet natura
operatur, & in quo naturalia funt, & mouẽtur,
& hoc etiam variatur, nam aliquando
est inter extrema, aliquando extra, vt cor est
inter extrema, licet nõ æque distet ab extremis,
vnde cum accidat medio Physico esse
inter extrema, vel extra; non rectè Pythagorici
ignem in medio mundi, quod est Matematicum,
collocauerunt, quia fecus est
esse inter extrema, idest infra circumferentiam
orbis lunæ, & extrema medium Matematicum,
vt dicitur de corde animalis, existente
in corpore animalis; Quare inquirenda
est natura rei, vt fciatur, quale medium
illi debeatur, & fic attribui debet illud, q
est nobilius, & perfectius non fimpliciter
fecundum fe, fed tali naturę proportionatũ,
vt medio illo faciat, quod et conuenit facere
totum, quod est in vltimis, feu extremis.
Videndus Alb. tr.2.c.14. vbi ostendit quomodo
res participent bonitatem per operationes,
vel per quietem. 2. negat centrũ
habere maiorem nobilitatem, quam circũferentia,
cum ibi fint omnes virtutes influẽtes,
& quia medium terminatur, & continetur,
at terminans, & continens est nobilius,
cum hoc habeat rationem formæ illud
materiæ, & quia ignis in concauo est magis
remotus à contrarijs, & magis propinquus
fyderibus calefacientibus, melius ibi, quam
fub terra conseruatur.

Mediũ magnitudinis diuiditur in Aritmeticũ, & Geometricum.

## ARTIC. III.

*Opinio Doctorum ponentium terram in medio.*

ALtera opinio cõis, tum antiquorum,
apud Arist. c.cit. tum recentiorum, 6
apud

apud Clauium, & alios, vnde Zoroaster terram in medio ponit, aquam vero in terræ finibus, aeremq; desuper hasce cecinit: hanc docuerunt omnes, qui posuerunt mundum esse finitum, vt Anaximander, Anaxagoras, Democrit. Empedocles, Plato, & Aristotel.

Sed hunc situm non omnes eadem ratione terræ conuenire putant; Nam Aristoteles ait illi conuenire ratione grauitatis, qua petit esse in loco infimo.

At alij negantes dari grauitatem, & leuitatem in vniuerso, vt tribuunt Platoni, eam rationem irrident, nam ablato vno contrariorum, aufertur, & alterum, sed non datur leuitas cum ex Aristotele, nihil sit leue, nisi ignis, at nullum ignem esse leuem patet inductione. Nam ignis noster, siue Anthrax, siue flamma non fertur sursum, cum flamma nullum proprium motum habeat, sed sequitur sûmam deorsum, vel sursum, vel ad latera; Neq; ignes aerei, vt stellæ cadentes, candelæ, & alia ignita Metereologica sursum feruntur, sed vel ad latera, vel etiam deorsum.

Neq; ignis sphæra sursum, sed circulariter mouetur, quiescens in suo loco totali, vnde sicut aer sublato igne ex Aristotele nô monetur sursum, nisi vi, ita si ignis super æthera poneretur, vi eo traheretur, non vi, quare putant terram locum infimum, obtinuisse tamquam fæcem elementorum eo ab autore natura demandatam, & quia partes conseruantur in toto, ideo partes ad totum mouentur non grauitate, sed appetito, qua omnia appetunt sui conseruationem in reintegratione partium cû toto; Hinc idem est centrum, & medium vniuersi, & quia conditor in hoc medio terram collocauit, erit idem, ac centrum terræ, collocauit autem ibi terram, vt fæcem omnium longe esset à purissimis, nam cum omnes partes integrales vniuersi constitutæ sint ex primo fluore, & fluor habeat partem purissimam mediam, & fæcolentam, empyreum ex purissima parte, cuius fæces conditor non in vnum eff idit locum, sed dispersauit per totum Cælum, vnde ex illis sunt stellæ nebulosæ & obscuræ, & illæ quas circa polû antarticum obseruauit Vespusius, & nominat Canopum, & nubeculæ duæ, quas circa polim continue volui Andreas Corsalius annotauit; Sub hoc Cælo est æther ex fluore constans, cuius faces non dispersit, sed in lunam reiecit, quæ minus, & magis obscurat, & receptiuas luminis partes habet, put illæ ex maioribus, vel minoribus fæcibus constat; Deniq; Hylæus mundus habet partes puras magis vt aerem, & minus vt aquâ, & feculentas, vt est terra, & ob hâc causam, scilicet ob suæ naturæ spurcitiam, in medio est posita, vt longissime distaret à purissimis partibus vniuersi.

Sed hæc opinio primo fallitur in principijs, ex quibus res generantur, vt ostendemus in lib. de Gener. vbi ostendemus fluorem illum non esse aliud, quam materiam primam receptiuam plurium formarum.

Secundo fallitur in segregatione illa fæcû, non enim res generantur ex rebus præexistentibus, & occultatis in alio, ex quo segregantur, vt segregantur variæ partes rosarû, & aliorum, quæ in stillationibus apparent, sed de nouo generantur.

Tertio fallitur in causa finis terræ, dum docet eo ab autore naturæ demandatâ, non ratione grauitatis, sed suæ voluntatis vt longissime abesset à purissimis corporibus; Nâ dupliciter in hoc fallitur, primo ex positione terræ in tali situ, neq; enim id præstitit côditor naturæ ex virtute sua immediate mouente terram ad eum situm, sed mediante aliqua virtute motiua, quæ cû non esset supernaturalis, fuit naturalis, at hæc non pôt esse alia, quam grauitas, quæ deorsum mouet, vt experimur.

Secundo ex parte voluntarij decreti, nam conditor non dedit illi talem situm ex vi sui decreti non regulati; Nam vel dedit terræ infimum situm, nô spectata exigentia illius, sed ex pura voluntate sua, & è contra, vel præter conditionem exigitam ab operatione rerum naturalium, in quibus autor naturæ se accomodat naturis, vel suam voluntatem accomodauit naturæ terræ, exigentis infimum locum, at hæc exigentia non esset sine virtute motiua ad illum locum, tum quia per illam debet ibi conseruari, tum quia est necessaria ad illum situm acquirendum, dû est extra illum, alioqui natura defecisset in necessarijs, neque dicas eo moueri ad obediendum Creatori, quia hæc obedientia præstari non potest sine virtute exequutiua, præsertim à creatura insensibili, in qua obedientia, non est per diuersum actum, vel virtutem ab ea, quam exigit ex natura sua, vel vniuersi vtilitas.

Confirmatur ex ijs, quibus ostendemus terram esse, & conseruari in medio ex vi grauitatis, alioqui oporteret côcedere perpetuum miraculum in tali conseruatione, sicut si conseruaretur sub luna, si ibi esset posita à principio.

## ARTIC. IV.

*Probatur Terram esse in medio mundi.*

Prima côcl. terræ situs est in medio mûdi prob. c. 1. sphæræ ex apparentia syderû, sube adê quantitate, respectu eorû qui sunt in superficie terræ, in quacumq; Cæli parto sint sydera; hoc esse non posset, nisi esset æqualis distantia ab illis, quam rationem Clauius putat habere locum, etiam respectu totius globi ex aqua, & terra. 7

Secunda, seclusis vaporibus, & exhalationibus, impedientibus aspectum.

Tertia, æqualem distantiam non intelligi Geometricè, cû distantia ab ortu sit maior, quam à Cæli medio ob Semidiametrum terræ

terræ interpositum, sed secundum apparentiam, quia sensus non discernit in æqualitatem distantiæ.

Confirmatur, quia vbicūq; homo existit semper illi oriuntur sex signa, & sex occidunt seclusis montium, & vallium impedimentis, ex Ptol. Doct. 1. c. 5. & 6. Alphragano dist. 4. at si terra non esset in medio magis ad vnam partem Cæli accederet, quā ad aliam, atque adeo oculus propinquior minorem partem videret, quam remotior, quia non omnis Horizon. diuidens partem Cæli visam à non visa transiret per centrum mundi, atque adeo non esset circulus diuidens Cælum in duas partes æquales; Hanc rationem Clauius etiam putat non intelligi Geometricè, nam linea ducta per superficiem terræ ad Cælum, non diuideret Cælū in duas partes æquales, sicut ducta per centrum, sed secundum apparentiam, quia illa linearum distantia est insensibilis, eo quod illæ duæ lineæ videntur coire, ob maximā earum longitudinem.

Confirmat eandem Clauius in c. 1. sphæræ ex Ptol. Doct. 1. c. 5. alijs rationibus Mathematicis, quarum prima probat non esse in plano circuli æquinoctialis extra Axem mundi, quia si esset in Axe, iam esse in centro mundi, nam vel esset in plano æquatoris extra axem mundi, & non, quia sequeretur in sphæra recta non fieri æquinotium, nisi in horyzonte, qui per centrum mundi trasiret, neque vllus in sphęra recta videret meditatē Cæli, & alia absurda, quæ ipse deducit, vel esset in Axe mūdi extra planum æquatoris, & neq; quia sequeretur nullum horizontem præter rectum diuidere Cælum in duas medietates, & Solum in sphæra recta fieri æquinoctium, & alia absurda, quæ ipse demonstrat.

Vel 3. neq; in plano æquatoris, neq; in Axe mundi, & dici non potest, quia sequerentur omnia prædicta absurda; Quare manet, vt sit in plano æquatoris, & in Axe mūdi, quod est esse in medio, multas alias rationes legite apud ipsum.

Secundo probat Aristoteles 2. cæl. t. 100. ex similibus, & æqualibus angulis quos efficiūt omnia grauia, vndecumq; dimissa, ablato omni impedimento, nam patet non ferri ad æquiparantiam, secundum lineas parallellas, sed quo magis accedunt ad centra eo magis inter se vniri.

Confirmat Auct. 2. cæl. ex eclypsibus lunaribus, quæ non fierent, dum Sol, & luna sunt Diametraliter opposita, nisi terra esset in medio, quia si esset extra medium non posset impedire illuminationem lunæ à Sole, dum hæc sunt in punctis Zodiaci sibi aduersis, quia esset à latere linea Diametralis

Tertio probat Arist. ex grauitate terræ, quæ ducit ad infimum locū, & sub omnia elementa; neqꝫ negari pōt terrā esse grauē, si quid nomine grauitatis significetur intelligatur, neq; dicatur nō ipsum graue descendere, sed leuia ascendere, & eo motu impellere alia corpora deorsum, tum quia non est ratio cur talis motus tribuatur leuibus, & non grauibus, natura enim singulis corporibus tribuere debuit virtutes necessarias ad consequutionem debiti situs, & magis prouidere leuibus, quam grauibus.

Tum quia in singulis ædificijs prius ponitur fundamentum, quam cætera, atq; adeo prius fundamentum habet suas necessarias perfectiones quam cætera, sed fundamentū totius vniuersi est terra, cum ex opinione omnium præter Pythagoram, obtineat infimum locū, vt corpus omninò imperfectissimum, ergo illa habuit virtutem, rationem, cuius consistit in vltimo loco.

Secūda concl. terra non est in centro mū- 9
di, vt in loco continente, sed vt terminante, prima pars, prob. quia punctum non cōtinet terram, sed potius continetur à terra, cum sit intra ipsam, nam punctum, vel est pars terræ, vel indiuisibile æqualiter distans ab oībus portibus cælestis circumferentiæ.

2. pars prob. quia punctū vniuersi est terminus motus naturalis ipsius terrę, ergo tunc est naturaliter locata, quando mediū grauitatis eius est in medio mundi, quia tunc est naturaliter situata in puncto.

Hinc conciliantur Albertus, seu Alchindus, & Arist. 4. phys. dicens terram esse in superficie aquę tanqꝫ in loco, nā loquitur de loco cōtinente, Alb. vero de loco terminātę.

Dices cur terra magis inclinatur ad centrum, quam ad alium situm vniuersi.

Resp. aliqui quia in centro habet influxū proportionatū suæ conseruationi, quia qualitas in gradu sibi debito non producitur à cælis, nisi in tāta distātia ab orbibus, vnde licet illa qualitas sit intensior in medio, quam in terra, quæ est in extrema distantia à cælo, tamen in ea intensione, & gradu non est proportionata conseruationi ipsius terræ, vt recte Forliriensis in c. 1. Auic. sen. 1. doctrina, ex quo patet falli Gentilē ibidē, dū ob hanc difficultatē asserit aliquod agens fortius, & velocius agere in distas, q̃ in mediū, & hinc reddit causam velocioris motus nāralis in fine, q̃ initio, quia sicut graue magis appropinquat ad locū nāralē, ita magis perficitur p hūc influxū, & ob id eius virtus, & grauitas redditur potētior; Nō. n. est necessarium propter hāc difficultatē destruere principia iā recepta in scholis, q̧ omne agēs corporeū perfectius agit in propinquū, quā in remotū.

Resp. alij terrā magis appetere sitū inferiorē, q̃ superiorē ob perfectiorē grauitatē, qua oībus subesse appetit, siue ob ignobilitatem terræ naturę, cui est proportionata, siue ob consistentiam, & immobilitatem, qua in seipsa consistit, vt non indigeat substentari ab alio, vt infra dicemus.

Tertia concl. terra habet hunc situm ex 10
exigentia suæ naturæ. patet ex dictis in secunda opinione contra Patritium, Nam ex Augustino 7. de Ciuit. cap. 30. Deus sic

Situs terræ est exigētia suæ naturæ.

*administrat omnia, quæ creauit, vt ipsa proprios motus exercere, & agere finat*, Sed Patritius posset respondere id factum quidé esse iuxta exigentiã naturę terrę ratione suę imperfectionis, cum sit fœx elemẽtorum, sicut pater familias immũditias domus reijcit in occultiorem, & infimum locum absque eo, quod illæ habeant virtutem motiuam occupandi illum locum: Sed contra tum quia seruata proportione, sicut pater familis vtitur aliquo artificioso instrumento, quo immũditias eijcit in locum infimum, ita natura vtitur instrumento naturali, quo terra occupet infimum locum, hoc autem est grauitas terræ.

Tum quia est diuersa ratio, nam pater familias non habet rationem in eo opere naturę rerum, sed commoditatis, & apparentiæ, nec potest ipse mutare naturas, nec dare illis virtutes, & inclinationes, quas ex se nõ habent, sed potest natura, quæ singula producit, & locat iuxta exigentiam naturæ singulorum.

Centrum grauitatis, & vniuersi est idem.

Quarta concl. centrum grauitatis, & vniuersi est idem. Nam illud quod æqualiter distat ab omnibus partibus circumferentię vniuersi est centrum vniuersi, vt patet ex dictis, sed centrum grauitatis est æqualiter distans à circumferentia vniuersi, ergo, min. patet tũ ex dictis, nam cum terra sit in medio, & id habeat ratione grauitatis, fit vt grauitas tendat ad idem centrum, tum quia cum non sit maior ratio cur appetat approximari magis ad vnam partem, quam aliam circumferentiæ vniuersi, vel non exire poterit in actum sed hęrebit, vbicunque reperietur, vel tendet ad centrum, & medium vniuersi. Neq; contra has conclusiones obijci potest grauis difficultas, nisi quæ sumitur ex centro magnitudinis terræ, de qua dubit. seq.

## D V B I T. II.

*An centrum magnitudinis terræ sit idem cum centro grauitatis.*

## A R T I C. I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 Terrę superficies non est mathematice spherica.

PRimo Not. terræ superficiem non esse mathematice sphæricam, vt patet ex montibus, & vallibus, nam cum terrę circuitum ponant esse milliariorum 22500. non potest eius circumferentia esse perfecte sphærica. Nam peruana Planities à Tunbez vsque ad fretum Magellanicum extenditur per leucas 500. id est milliaria 2000. quæ quantitas est fere 22. para totius ambitus, sed hoc facile soluitur si dicatur illam partẽ apparere planam, ob maximam circuli quãtitatem, sed vere esse gibosam, & idem dici posset de planitie, quæ à Tauro monte ad Scyticum Oceanum spectat incipiẽs à Germaniæ finibus, sed hoc dici non potest de montibus, qui sine dubio sphæricitatem impediunt, nam Taurus mons, qui supra Rhodum initium sumens, & ad extremos totius Asiæ orientales fines se extendens, & varijs nominibus per partes insignitus gradus 120. in longitudinem occupat, quæ est totius terræ ambitus tertia pars, & in latitudinem ex Strabone tria millia stadia, quæ reducuntur in milliaria italica 375. Nec desunt alij quæ hãc peripherię perfectionem impediũt, vt mons Pichus, qui existit in Tenerife insula omnium altissimus cum in milliaria 72. attollatur.

Secundo not. ex dictis colligi posse vanã esse hanc opinionẽ, nam cum terra non sit secundum superficiem cõuexam circularis, non habet centrum, quod ex sua ratione cõnotat superficiẽ circularem, vt ex ipso ad illam lineæ ductæ sint æquales, at vbi nullum est centrũ, nulla potest quæstio institui an illud sit idem cum centro mundi. Sed huic facile occurri potest, tum negando centrum ex sua ratione enmmoni primariè connotatare circularẽ superficiẽ, sed id habere concomitanter, & secundario, seu per accidens, quatenus silicet de facto est in circulo, cuius centrum dicitur illud quod æque distat ab omnibus partibus superficiei, at si repetitur in alio corpore id non habet, sed ex cõcursu partiũ motarum ad ipsum centrum, vndecunque moueantur. 2

Terra habet sphæricitatẽ secundũ apparentiam.

Tũ cõcedẽdo talẽ connotationẽ, nã licet terra non habeat sphæricitatẽ perfectã mathematice, tñ habet illã sm̃ apparentiã, nã si oculus esset in orbe lunæ videret terrã rotũdã, nec aduerteret mõtiũ, & valliũ differentiam, vt patet ex ijs, quæ visa à remotis locis licet sint angularia, apparent sine angulis.

Tum quia illa diuersitas respectu tantæ sphæræ est, ac si nõ esset, cum nulla illius habeatur ratio, at instant cũ terra ex sex longitudinis partibus quinque habeant planas, & quatuor habeat gibbosas montibus, non est rõ cur dici debeat ea pars minima respectu totius magnitudinis terræ circuli, Resp. negando partes illas esse planas, vt dixi, & quę gibbosæ sunt cum inter se distent per magnam distantiam licet impediret perfectam sphæricitatem, non tamen imperfectam: sed de terræ rotunditate dixi supra.

3 An ex terra, & aqua fiat vnus globus

Tertio not. quia quæstio intelligi põt tã de centro terræ, sm̃ se, & solitariè spectatæ, q̃ vt facit vnũ globũ cũ aqua, ideo vidẽdũ ẽ an ex terra, & aqua fiat vnus globus, vt affirmant communiter tum mathematici, tũ philosophi apud Clauium in cap. 1. sphærę fol. mihi 139. & sequ. Primo quia habent idem centrum cum tam terræ partes, quam aquæ per eandem omnino lineam aeris si non impediantur descendant, vt experientia constat, nam sicut duo grauia dimissa ab eodem loco descenderent p duas lineas, tenderet ad diuersa centra, vt mathematici

si non impediantur descendant, vt experiētia constat, nam sicut duo grauia dimissa ab eodē loco, q̄ descenderent per duas lineas tenderent ad diuersa centra, vt mathematici ostendunt, ita tendentia per eamdem lineam habent idem centrum, at si duos globos diuersos efficerēt non possent ad idem cētrū tendere, cum vnus globus alterum intersecaret, sicut neque duo circuli seinuicē intersecantes possunt habere idem centrū.

Confirm. ex vna, & eadem superficie cōuexa aquæ, & terræ per vnitatem continuitatis, vt astronomi probant ex occasu, & ortu stellarum, & Solis apud Clauium folio mihi 545.

Conf. secundo ex eclypsibus lunæ cum in omni eclypsi vmbra genita ex corpore aggregato ex terra, & aqua fit rotunda, vt patet ex circulari obscuritata Lunæ, at vmbra imitatur figurā corporis, ex quo est genita; Neque dicant vmbram gigni à sola terra, nō ab aqua, vt patet ex vmbra, quæ apparet qñ Oceanus in altissimum tumorem erigitur. Nam cum totus Oceanus, & alia maria sint respersa innumeris insulis, vt referunt nautę qui totum Oceanum nauigarunt, ita vt semper reperiantur insulæ, vel continentes, & cum insulæ non supernatent aquis, dicendū est eas continuari cum cæteris partibus terræ, vnde si vmbra non efficeretur à globo ex aqua, & terra constituto, necessario vmbra fracta, & difformis à terra, & eius insulis efficeretur contra experientiam, nec repugnat aquam præsertim maris ob eius crassitiem vmbram proijcere, neq; dicatur vmbram natura sua esse rotundam, sicut & lumen, nam contrarium ostendit experientia, & flumina per longos terræ tractus ad mare fluunt, quia cum terra nō sit perfecte sphærica habet partes inęqualiter depressas, & eminentes, quare flumina, quærendo partes depressas ad mare fluunt.

In Oceano frequentes insulæ.

Conf. tertio ex nauigantibus, qui cum in
4 medio mari nihil videant, nisi cælum, & aquam, quo magis ad littora accedunt, eo magis, quæ sunt in terra videre, vt primo montium summitates, tum mediæ, tum extremæ partes videantur, at hoc non fieret si superficies aquæ non esset continua cum superficia terræ, sed eleuaretur supra terram, quia vt ex altissimo monte, ita ex illo aquæ tumore, omnia, quæ sunt in planitie terræ statim viderentur, & idem patet ex soluentibus à portu, qui viderent dum ab illo elongarentur signum positum in littore, quia ascenderent, sed de hac re infra, cum quæretur an terra sit mari depressior. Scio Franciscum Patritium lib. 6. pancosmię conatum fuisse Clauij rationes nullius roboris esse ostendere, sed ea, quæ adducit referre, & refellere, nec ad nostrum attinet institutum, nec congruit breuitati, quam intendimus; fortasse occurret occasio, vt illius doctrinæ vanitatem demonstremus.

Quarto not. vt intelligatur hæc vnitas sphæræ constitutæ ex vtroque corpore, terram ex natura suæ grauitatis occupare infimum locum, vnde nequit inniti supra aquā, hanc vero exigere situm supra terram, illūq; habuisse initio creationis, colligitur ex Genes. 1. & tradit Tamnerus 1. p. disp. 6. q. 4. dub. 1. qui propterea terram ait dictam inuisibilem, quia erat aquis cooperta; sed quia elementa fuerunt producta propter hominem, qui supra aquas habitare non poterat ob corpus terreum ipsius, Deus naturæ cretor aqueum elementum iussit congregari in vnum locum, vt terra arida appareret, & esset congrua habitatio hominum.

Quinto not. ex Aug. lib. 1. super genes. 12. tribus modis potuisse fieri hanc congregationem aquarum. Primo vt aqua in quibusdam locis erigeretur veluti in montes altiores terra, ex quo alia terrę loca veluti nuda relinquerentur *sicut* inquit, August. fit, *cum ad ventilandum in area messis trita surrigitur, & congesta in aggerem, nudat locum, quem diffusa contexerat* quē D. Tho. 1. p. q. 69. art. 1. supponens nunc mare esse altius terra, ex Basil. 4. Hexam. Ambr. 3. Hexam. c. 3. & 3. q. sequuntur ex recentioribus Burgensis, Catharinus, & Cano apud Molinam.

Aquarum congregatio in vnū locū quot modis fieri potuit.

Secundus, vt initio aqua rarior producta veluti nebula terram tegeret, tum vero densata cum dicitur congregata, & minorē terræ partem occupans reliquerit alteram terræ partem aridam, & habitationi congruam.

Tertius modus est, *vt terra longe, lateq; subsidens, aliquas partes præbuit concauas, quibus confluentes, & corruentes aquæ reciperentur, & appareret arida in his partibus, vnde humor abscederet*, ita Perer. in 6
c. 1. gen. Molin. de operibus sex dier. disp. 11. Valent. disp. 5. q. 3. p. 3. in opinione supponendum non totam aquam in maria confluxisse, sed ex maiori parte, Reliqua distributa in alias terræ cauernas, & flumina ex Valent. & Basil. hom. 4 hæc autem distributio facta est per omnes terræ plagas, nec repugnat scripturæ dicenti aquas congregatas in vnum locum, tum quia intelligi potest de vnitate quasi generica, vt. f. est distincta ab omni loco arido, & habitali ex D. Thom. ibidem art. 1. ad 3. tum quia intelligi potest de vnitate quidem numerica, sed per continuationem, nam probabile est omnes aquas, tam maris, quam fluuiorum ex aliqua parte continuari, vt notat D. Th. loc. cit. ex Basil. & Amb. loc. cit. & Hier. in c. 3. Habac; ex c. 1. Eccles. *omnia flumina intrat in mare, & mare non redundat, ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur.* Confirmari potest hic modus tum quia seruata est naturæ conditio quantum fieri potuit iuxta exigentiam vniuersi, nam licet terra fuerit ex aliqua parte discooperta, ob cōmoditatē hominum, tñ aqua retinuit suā cōnãralē conditionem quoad reliquas terrę par-

partes tum quia supra illas collocata est, & vt prius totam terram occupabat, ita, & nunc partem, tum quia cum illæ concauitates, & voragines sint inferiores, & decliniores, ad illas naturaliter aqua confluxit vi suæ grauitatis. Hinc inferunt ex mari, & terra vnum globum fieri tũ ex optica, quod terra ad designatum interuallum ex æquo in omni loco maris conspicua est, & tum ex arte nautica, quam cæteris paribus in omnes partes nauium cursus, ex æquo, & pari facilitate, nec minus facile à portu, quam in portum flectitur, vt dixi supra, & has concauitates significat scriptura cum Psal. 23. dixit *ipse super maria fundauit eam .s. terrã*, quia .s. terra recipiens, & exhauriens aquas suis concauitatibus est aquis superior, non quidem grauitando supra illos, quia id esset innaturale, sed eleuatis terræ partibus supra cæteras terræ partes quasi supra fundamenta innitendo, vt infra fusius.

7 Centrum attenditur facta variatione partium terræ, & aquæ.

Quinto Not. hanc difficultatem nõ intelligi, de elementis constitutis in puritate, & connaturalitate situs, quia sic constat esse idem centrum vniuersi, grauitatis, & magnitudinis, nam essent omnia elementa concentrica, sed difficultatem emersisse facta variatione partium terræ, & aquæ, nam vt variatus est circulus terræ, ita variari debuit centrum magnitudinis eius, quocirca extiterunt hac de re variæ sententiæ, iuxta tres modos cogregationis aquarũ relatos supra.

## ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

8 An terra habeat propriè centrum magnitudinis.

PRima opinio est dicentium non esse idẽ centrum vniuersi, & grauitatis cum centro magnitudinis terræ ita Ruuius lib. 3. de cæl c 8. q. 2. sequitur Patritius loc cit. & Philalt. t. 89. Primo, quia non habet propriè centrum magnitudinis, ergo non põt habere idem cum centro vniuersi. Antecedẽs prob. quia centrum magnitudinis dicitur à quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiã sunt æquales, seu punctum medium lineæ rectæ diuidentis corpus in duas lineas æquales, sed hoc esse non potest in terra, quia hæc diuisio fieri nõ potest in corpore circulari nisi sit perfecte circulare, quam perfectionem non habet circumferentia terræ propter montes, & valles, neque probabiliter dici potest posse fieri æqualem diuisionẽ quia in singulis eius diuisionis partibus easdem esse depressiones vallium, & elationes montium.

Secũdo prob. ex diuersitate partium terræ secundum grauitatem, nam aliæ partes sunt grauiores alijs, vt patet ex partibus humidioribus metallicis; & lapidibus refertis, quas probabile non est reperiri sm̃ æqualem proportionem in omnibus circumferentiæ terræ partibus, quibus addo terræ partes aquis coopertas esse valde depressiores infra. Ergo centrum magnitudinis non est idem cum centro grauitatis eiusdem, quia pars grauior est proximior centro grauitatis, vnde neque poterit esse idem cum centro vniuersi, quod identificatur cum centro grauitatis.

Resp. põt hæc quidẽ habere vim quoad circumferentiam terræ secundum se spectatæ quod sensibiliter recedat à perfecta sphæricitate, non tamen quoad circumferentiam globi compacti ex terra, & aqua: Sed contra, tum quia cum illæ partes sint inæqualis ponderis non potest globus habere idem centrum magnitudinis cũ centro grauitatis, sicut patet in globo constituto ex plumbo, & cera, atque adeo neque idem cum centro vniuersi. Tum quia in eo globo terra est eminentior, quam aqua, ergo earum superficies non æquẽ distant à centro vniuersi, ergo cẽtrum magnitudinis eorum est idem cum centro vniuersi.

Conf. quia hic globus comparatus cum magnitudine cælorum est instar puncti, ergo in eo non potest distingui centrum magnitudinis à puncto grauitatis.

Hi tamen inter se diuisi sunt, nam aliqui putant centra terræ, & aquæ non solum distingui à centro grauitatis, & vniuersi, sed etiam inter se, nam licet initio creata fuerint concentrica, tamen facta segregatione mansisse terram in centro vniuersi; aquam vero fuisse congregatam in alia parte, & eleuatã in magnum tumorem, ita vt constituti fuerint duo globi, quorum neuter inter apparet, sed se mutuo intersecare videtur. Quod si q̃ras cur aqua sic tumescens nõ defluit ad partes decliuiores terræ, Aliqui respondent id fieri naturali virtute, eo quod tam terra, quam aqua iussu Dei à cẽtro vniuersi recesserunt, & singula confluunt ad proprium centrum. 9 Centra terræ, aquæ p multos distinguuntur nõ solũ à cẽtro grauitatis, & vniuersi, sed & inter se.

Alij vero putant id fieri supernaturali virtute, quod omnia nata sunt obædire Deo qui aquæ terminum constituit, quem præterire non potest.

Sed contra vtrunq; modum dicendi Clauius fol. 538. pluribus instat, quia admittũt supernaturalitatem sine necessitate, nam secundus modus, licet neget supernaturalitatem quoad motum, non tamen quoad cõstitutionem terræ extra centrum mundi, q illi debetur connaturaliter ex vi grauitatis.

Alij verò admittentes fieri ex illis vnum globum, negant tamen identitatem centri magnitudinis cum centro grauitatis, & vniuersi.

Secundo opinio est dicentiũ absolute idẽ esse centrum vniuersi, & grauitatis cum cẽtro magnitudinis terræ, hanc docuit Fern. lib. 1. suæ cosmotheoriæ c. 1. sequi videntur Conimb. 2. cæl. c. 14. q. 3 art. 2. fundamentum quia licet habita ratione circumferentiæ perfecte circularis centrum grauitatis, & vniuersi distet à centro magnitudinis, tamen quia ea distantia in tanta magnitudine est

parui

parui momenti, ideo illius non est habenda ratio, nam sicut lineæ ductæ à centro mundi ad circumferentiam terræ sint mathematicè inæquales, tamen vulgari æqualitate inter se pares iudicãtur, ob modicum excessum, ita dicendum de distantia centri vniuersi à centro magnitudinis terræ.

3. opin. est dicentiũ centra illa omnino inter se distare mathematicè, vt oẽs concedũt, at si vulgari conceptione, & secundũ quandam apparentiam quæstio examinetur, dicendum est, dupliciter globum terræ posse considerari primo secundum se, vt nunc est, ablato corpore aqueo, vt si fingatur Deum totam aquam destruere relicta terra cum figura, quam nunc habet, & hac ratione non solum mathematice, sed etiam sensibiliter centrum magnitudinis terræ à centro vniuersi distaret, vt probant argumenta primæ opinionis, quibus non satisfit ab aduersarijs, negando partem terræ aquis coopertam, non plus distare à centro, quam pars terræ eminens distantia sensibili, & alicuius momenti; Nam si terra tota videretur discooperta vno intuitu, certe maxime appareret inæqualitas circumferentiæ illius, ergo appareret inæqualitas linearum ductarum à centro, atque adeo distantia vtriusque centri sensibiliter appareret, neque illa apparentia impediretur ex profunditate terræ existentis sub aquis, quia nõ auferret inæqualitatem circumferentiæ.

Secundo potest considerari terra, vt est pars globi conflati ex aqua, & terra, & ita centrum magnitudinis illius globi, non distaret à centro vniuersi distantia sensibili, & alicuius momenti, sicut neque circumferentiæ vtriusque inæqualitas à remotis perspecta appareret alicuius momenti, vt fuse probat Clauius lo. cit. & hæc mihi placet quoad vtranque partem, neque est cur in ea magis immorer, cum de ea tractetur, dum explicatur sphæra Ioannis de Sacro Bosco, vbi fuse Clauius, apud quem videre licet obiectiones, & earum solutiones, præsertim quomodo partes illius globi inter se librentur. Solum duo manent explicanda, an terra sit altior mari, & quomodo dicatur habere rationem puncti.

## DVBITATIO III.

*An terra sit altior mari, an depressior.*

1. opinio asserens terrã depressiorẽ mari.

PRima opinio affirmat terram esse depressiorem mari ita Cic. l. 2. de natur. Deor. *Mare*, inquit, *cum supra terram sit, mediũ tamen terræ locum expetens cõgregatur vndique aequaliter*, neque redundat, neque effunditur, sequitur D. Thom. 1. p. q. 69. art. 1. vbi Canus Burgens. & Cathar. in c. 1. Genes. ex Basil. hom. 4. Hexam.

Primo, quia flumina à mari ducunt originem ecclesiastes 1. sed flumina aliqua desfluunt ex altissimis montibus, ergo mare est altius, quam illi montes, alioqui necessario deberet concedi aquas ex loco depressiori ascendere ad superiorem, contra grauitatẽ sibi connaturalem. Conf. à Basilio oculata experientia qua mare rubrum apparet nauigantibus altius terra, nam quo magis accedunt ad littus eo magis terra videtur infra mare iacere, & montes magis attolli.

2. ex grauitate, & ignobilitate terræ.

Secundo prob. ex grauitate, & ignobilitate terræ, quæ exigit esse sub aqua, ergo aqua ex sua natura supra terram quiescit, q. si terra esset altior, tunc neutrum elementũ connaturalem situm haberet, contra ordinem vniuersi, qui ex D. Aug. lib. 19. de Ciuitate cap. 13. est dispositio parium, disparium que rerum sua cuique loca tribuens, vnde vtrunque elementũ esset perpetuo cũ violentia.

Conf. quia centrum grauitatis globi cõpositi ex aqua, & terra est idem cum centro vniuersi, vt dictum est, at hoc exigit, vt aqua sit eminentior terra, quia cum globus constet ex partibus inæqualibus secundum grauitatem, ita vt versus vnam partem circumferentiæ existant partes grauiores, & versus aliam partes leuiores in eo globo nõ potest centrum grauitatis esse idem cum centro magnitudinis, nam partes grauiores essent proximiores centro, & leuiores ab eo remotiores, atque adeo elatiores,

3. ex scriptura dicente operimentũ terræ aquã.

Tertio prob. ex scriptura, in qua terræ operimentum dicitur aqua Psal. 103. *Abyssus sicut vestimentum, &c. & super montes stabunt aquæ* .i. tegentes eos, conf. ex p. 3. d. 8. ibi *veni in altitudinem maris* & Christus dominus Luc. 5. iussit discipulis ducere in altum .i. cymbam, & laxare retia.

Confirmatur secundo, quia in scriptura commendatur potentia Dei constituendo terminos aquæ ne eos transfirent, vt Eccl. 39. *in verbo eius stetit aqua sicut congeries*, & infra *terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram*, & Prou. 8. *legem ponebat aquis ne transfirẽt fines suos* & Ierem. 5. *me non timetis*, inquit Deus, *qui posui arenam terminos mari præceptum sempiternum, quod non præteribit*. At quæ commendatio diuinæ potentiæ fuisset si aquæ essent inferiores terra, nam ex se haberent, vt nequirent ascendere, transgredi terminos, & operire terram.

Secunda opinio est dicentium terram nõ esse depressiorẽ mari, sed eminentiorem, ex recentioribus Contar. lib. 2. de elem. Molina 1. p. disp. 11. Lyppomanus, Caiet. & Huncala in c. genes. Conimb. 2. cæl. c. 16. q. 4. sect. 2. Ruuius lib. 3. c. 8. q. 3. Clauius in c. 1. sphær. fol. 148. Philal. 2. cæli context. 33. & 89. Ex antiquis Ægid. l. b. 2. Hexam. quam docuerunt ex Patribus D. Hier. in id Psal. 32. *congregans sicut in vtre aquas maris*. D. Chris. hom. 9. ad pop. Antioc. D. Aug. in psal. 135. & significat Damasc. 2. fid. c. 9. & 10. Hinc temere dixisse patet Catharinum non putare se quemquam sapientem vnquã du-

duxisse, quin mare sit terra altius, fundamentum huius opinionis patebit infra.

Tertia opinio est dicentium neutrum esse eminentius altero, sed eorum superficies ex aqua, quia cum ex vtroque corpore fiat vnus globus, non potest aqua totam terram ambire, quia hæc duo elementa habent vnam, & eandem superficiem conuexam, & ambo ex vi suæ grauitatis ad centrum vniuersi tēdunt, ita Clau. in c. 1. sphær. c. 1. de regione elementari fol. 32. fundamentum quia cum omnia consonant.

## ARTIC. II.

*Opinio Authoris.*

3 Prima concl. mare non est terra eminentius, primo quia sequeretur nauim impulsam eadem vi ventorum, vel remis cum è portu soluit tardius ascendere, quam cum portum petit, quia tunc ascendit in locum eminentiorem, & veniens descendit imo veniens perueniret ad portum cessante omni vento, sicut lapis sine alio impulsu deorsum mouetur, at hoc est contra experientiam, qua apparet nauim cum è portu soluit velocius moueri: quam cum portum petit.

Probatur terra non esse mare eminentius.

Conf. experientia eorum, qui ex Lusitania nauigant in nouam Hispaniam, nam post quindecim graduum progressum, aduertūt Solem in Lusitania oriri, & occidere citius vna hora; At id non contingeret si mare in tumorem, & altitudinem eleuaretur, quia citius illi deberent videre solem, sicut qui sunt in monte, nam licet sint distantiores ab oriente, tamen citius illis sol oritur, vt experientia constat.

Probatur ex virtute motiua.

Secundo prob. nam aqua eamdem virtutem motiuam retinet nunc congregata in vnum locum, ac cum primum producta est, sed antequam congregaretur, eius virtus motiua inclinabat ad centrum vniuersi, vt esset illi proximius post terram, alioqui violenter fuisset procreata supra terram, & neque naturaliter terra descenderet sub aquā: ergo etiam nunc post segregationem habet eandem inclinationem, atque adeo si terra esset illa inferior, naturali sua vi moueretur ad illam cooperiendam.

Conf. experientia fluminum, quæ semper per loca decliuiora fluunt nisi impediātur, at nullum mare haberet impedimentū quin ad terram decliuiorem operiendam concurreret, ergo dicendū est mare non esse altius terra.

Cur aqua non operiat terrā variæ causæ ex miraculo.

Resp. primo aliqui aquam miraculo detineri ne fluat supra terram, sed contra, tum quia sine necessitate fingitur miraculum, cū res possit naturaliter fieri. Tum quia est contra doctrinam Aug. 7. de ciuit. c. 30. *Deum sic administrare omnia, quæ creauit, vt ipsa proprios motus exercere, & agere sinat*, at proprius motus aquæ est ad decliuiora fluere, quomodo autem scriptura, id tribuat potentiæ diuinæ, dicetur infra.

Resp. secundo alij eam detentionem tribuētes quibusdam stellis existentibus circa polum articum. s. in vrsa, & dracone, &c. quæ influentes inter partes habitabiles vergentes in septentrionem propellunt oceanum, & coercent ne terram obruat; Sed hi fingūt ex suo cerebro virtutes cælorum, vt difficultatem effugiant, præsertim cum satis appareat quomodo fieri possit alia propulsio, & coercitio.

Ex stellis circa polum articum.

Tertio alij id oriri ex grauitate aquæ, quæ licet sit remissior grauitate terræ, tamen ob maximum excessum quantitatis aquæ supra quantitatem terræ, est maior extensiue, & sua extensione vincit grauitatem terræ, ex quo factum est, vt ipsa propellens à centro terram, occupauerit centrum, ibiq; quiescit, vnde sequitur primo terram quasi natare in aqua, & in ea tanquam in fundamento consistere.

Ex grauitate aquæ remissior.

Secundo terram habitari solum in ea parte, quæ respicit polum articum, quia illa sola est aquis discooperta; Reliquam vero versus antarticum totam esse coopertam aquis.

Sed hæc opinio destruit principia naturalia. s. virtutes motiuas elementorum, quæ non differunt secundum magis, & minus, sed perfectione essentiali, vnde videmus parum terræ descendere in multam aquam, nisi habeat impedimentum, tum falso supponit aquæ quantitatem esse maiorem terra, cum Clauius in c. 1. sphær. demonstret oppositum.

Denique repugnat experientiæ nautarum, qui suis nauigationibus detexerunt versus Antarticum terram magis, vel non minus habitari, quam versus articum.

Quarto alij resp. terram esse veluti spongiam, quæ intra se recipiat aquam, vt patet quia vbicunq; foditur terra reperitur aqua, vnde fit, vt licet aqua sit decuplo maior terra, tamen quia magnæ sunt intra terræ concauitates factum est, vt pars aquæ existens supra terram, cum sit minor terra, non possit illam totam occupare, ita aliqui Peripatetici ex Aristotele.

Ex terra spongiosa.

Sed hæc opinio tum supponit falsum. s. aquam esse maiorem terra, tum non sibi constat, nam etiam si supponatur totam terram esse concauitatem adhuc non posset in se recipere nisi tantam partem aquæ, quanta est sua capacitas, vnde recepta vna parte, nouem partes manerent extra terram, quarum vna sufficeret ad illa obruendam.

Quarto alij aquam ideo nec fluere ad terram obruendam, nec violenter detineri, sed naturaliter; Sed ex inclinatione, quam habet ad figuram circularem, quam ne amittat, non fluit; Neq; bene Rubius inde infert aquam fuisse primo productam contra inclinationem naturalem dum producta fuit operiendo totam terram, vt dixit Damasc. 2. p. cap. 9. & 10. Nam dum sic condita fuit,

ha-

habuit figuram circularem, nec illam sic permanendo amisit, at illam amitteret, si flueret.

Sed contra primo, quia licet aqua haberet inclinationem ad figuram circularem (de quo alibi) tamen inclinatio ad motum deorsum vincit illam, vt patet ex guttulis pluuiæ, quæ nisi impediantur, fluunt ad decliuiora, etiam amittendo figuram circularem, alias flumina non fluerent ad mare, sed ad conseruandam figuram sisterent se, & licet parua gutta se in figuram circularem effingit, tamen id est, vt se tueatur à contrarijs, at vero cum multa est aqua, quæ apta est resistere contrarijs fluit sua grauitate, nam grauitatis inclinatio vincit aliam inclinationem ad figuram.

Secundo quia si flueret ad operiendam terram non amitteret, sed moueretur ad habendam figuram, quam habuit in prima sui creatione.

5 Probatio ex scriptura.

Tertio probatur ex ijs, quæ habemus ex scriptura. Nam psal. 106. dicitur, *qui descēdunt mare in nauibus*, ergo mare non est altius, quia sic nauigantes ascenderent, & psal. 32. *cōgregans sicut in vtre aquas maris* at vter concludit aquas intra se contentas, & idem significat Iob 26. & 38. dum ait Deū circumdedisse mare terminis, ostijs, & vectibus, at hæc vera non essent, nisi mare esset depressius, quia ex ea parte qua eleuatum esset, non esset conclusum, & circumdatum, neque dicas ad veritatem huius sufficere, si mare sit depressius circa littora, nam illa conclusio, & circumdatio non esset naturaliter sufficiens ad detinendum motum aquarum naturalem.

Conf. ex diluuio, ad quod pluuia 40. dierum fuit necessaria, & ruptio cataractarum cæli, nam facile terra vniuersa fuisset submersa ex fluxu orbis aquei tantæ altitudinis supra terram.

Quarto probatur ex vnitate globi conflati ex terra, & aqua, nam inde fit habere idem centrum, vt fuse ostendunt Clau. quē sequuntur Conimb.

6 Terra partī altior aquæ partim depressior.

Secunda cōcl. terra partim est in æquali altitudine cum aqua, partim est altior quam aqua prima pars sumitur à Clauio, nam ex ea parte qua efficiunt vnum globum, debēt eorum superficies conuexæ conuenire ad talem figuram efficiendam.

Secunda pars prob. nam ex qua parte ille globus non habet perfectam figuram circularem, terra est altior, vt probatur tum ex fluminibus ad mare decurrentibus, tanquā ad locum decliuiorem.

Tum ex aquis inclusis in cauernis terræ, ex quibus prominent insulæ, tanquam eminentiores mari, vnde licet aqua maris detineatur supra terram, tamen semper habet aliquas partes eminentiores omnibus aquis.

Tum ex scriptura, quæ docet terram fundatam supra maria, vt psal. 27. & super aquas, vt ps. 135. hoc autem non potest intelligi de fundatione inexistentiæ, & inexistentiæ, quia esset contra vtriusque naturam, ergo de fundatione eleuationis, nam terra dū inclusit in suis concauitatibus aquas, eleuata est terra in montes, & insulas, vt cōtinerētur aquæ ne fluerent ad submergendam terram vt ait Damasc. loc. cit. quem sequitur Iacobus de Voragine apud Clauium. Ex quibus maxime elucet diuinæ sapientiæ perfectio, nam in hac congregatione aquarum seruata naturalis inclinatio aquarum, vt sit supra terra ibique quiescat in proprio loco. Secundo reddita est terra habitabilis ab hominibus, & alijs animalibus terrestribus.

Cōmēdatur Diuina Sapientia in cōgregatione aquarū ex quinque causis

Tertio reddita est fructifera tum aquis nudata: tum inclusione illarum intra cauernas in varijs terræ partibus excauatas, vt per varios anfractus totam ferme terram permearent, quarum humiditate terra posset & producere, ac conseruare virgulta, & herbas cæteraq; necessaria ad hominum conseruationem, & delectationem.

Quarto ex cauitatum productione hinc inde terra eleuata in varijs locis, data est via aquis, vt naturali motu defluerent ad loca decliuiora.

Quinto ex illa terræ eleuatione factum est, vt aqua nequeat terram suo cursu opprimere.

## ARTIC. III.

*Soluuntur argumenta primæ opinionis.*

AD primum Resp. Arist. 1. meteor sum. 4. c. 1. & 2. quem sequitur Schola Paris. & Molina loc. cit. omnia flumina oriri à mari, vel immediate, vt quæ oriuntur ex partibus decliuioribus, vel mediate, quatenus à mari nubes eleuantur vi solaris caloris, & deinde in aquas resolutæ partim fluunt per torrentes, partim conseruantur intra cauernas montium, vnde deinde flumina oriuntur, addita aqua ex mare, & alijs vaporibus intra easdem cauernas generatis. 7

7 Omnia flumina orirī à mari, vel immediate, vel mediate.

Sed de fluminorum origine suo loco, vbi referemus aliorum opiniones quomodo aqua maris ascendat ad fluminum generationem, siue sua grauitate premendo medias partes, vt vult Scalig. siue attracta à siccitate terræ, vt spongia attrahit humidum adiuuantibus etiam influxibus syderum præcipua solis ob hominum cōmoditatem, ob quam causam putat D. Thom. 2. d. 14. q. 1. art. 5. illum motum non esse aquæ violentū, quia ex Auer. naturę corporum est connaturalis subordinatio, vt inferiora deseruiant superioribus, & impressionem superiorum sequantur.

Ad conf. Resp. ex confessione nautarum patet falli sensum, & causa erroris est terrę opacitas, & nigrior quidem, seu minus lumen, nam nigra, vt patet picturis depressiora videntur posita iuxta magis lucida, qualia est aqua maris iuxta quam terra videtur, de

qua

quære Alexand. lib. primo quæst. 47.

Ad secundam Resp. concedendo nec terram, nec aquam post segregationem habuisse suum connaturalem situm. Resp. 2. omni parte singula tamen hebere eum situm, qui maxime potest esse connaturalis ipsorũ naturis, & vtilitati vniuersi, neque est absurdũ partes propter bonũ vniuersi carere aliqua perfectione accidentali, præsertim quando careotia illius perfectionis est sine violentia, vt accidit his elementis, tum quia licet aqua sit aliqua ratione extra suum locum, tamen semper vbi est terrę semper est, & subijcitur aeri; & licet terra non circundetur aquis sm̃ totam superficiem ob commodum vniuersi, tamen nunquam innititur aquæ, sed semper est sub aqua secundum aliquam sui partem, & cum est superior aquis, vt in cauernis terræ, non insistit aquis, sed alijs partibus terræ, Neque inclinatio aquæ ad tegendam totam terram fuit frustra, cum illa fuerit expleta initio creationis, & in tempore diluuij.

Quomodo situs terræ & aquæ sit nãralis, & in naturalis.

Tum quia inclinatio ad tegendam terram non conuenit illi primario, sed secundario, nam est consequens ad inclinationem, quæ illi primario conuenit ad centrum, cui appetit quam maxime potest approximari, vnde subtracta terra, si aqua non est impedita, mouetur vsque ad centrum, ibiq; quiesceret naturaliter.

Ad conf. Resp. globum ex aqua, & terra non ita esse compactum, vt terra sit ex vna parte, & ex altera aqua, sed ita vt per omnes partes aqua permeet terræ concauitates & anfractus, ex qua compositione partes illius globi sint æque libratæ, & vna pars non est alia grauior.

Quomodo ex terra, & aqua fiat vnus globus.

Hinc patet quomodo pars terræ cooperta aquis, sit æque grauis, ac pars discooperta, nam licet pars discooperta sit minus grauis, quam cooperta, tamen est profundior, & ratione huius compensat maiorem grauitatem partis coopertæ minus profundæ, & ideo habent idem centrum grauitatis.

8 Ad tertiam Resp. ibi vatem loqui initio de aqua, vt fuit initio creata ante segregationem, vt ibi Caiet. vbi futurum, cum illo hæbrei careant ex Eugubino, sumitur pro præterito, Deinde à vers. *ab increpatione sua* loqui de statu illorum post segregationem.

Ad conf. altitudo maris non dicitur per eleuationem, sed per profunditatem.

Ad secundam confirmationem Resp. primum locum intelligi ex Lirano de aquis Iordanis, & maris rubri, quæ cessarunt à fluxu transeuntibus hebræis. Quod si velint intelligi de statione ex vi congregationis, fauet nobis, nam statio illa fuit in cauernis terræ significatis ibi per exceptoria aquarum.

Ad reliqua testimonia Resp. nobis fauere quia Deus sua prouidentia, & potẽtia aquas conclusit intra terram, vt intra terminos ne habitationi hominum nocerẽt, hoc autem factum est terram eleuando, plus quam aquas.

## DVBITATIO IV.

*De partibus terræ habitabilis.*

De hac plura Philalt. 2. cæli post contex. 18. Conimb. c. 19. q. 1. Clau. in c. 1. sphæræ circa finem.

### ARTIC. I.

*Explicantur quæ necessaria sunt ad quæstionis cognitionem.*

1 De ambitu terræ variæ opiniones.

PRimo not. ex dictis varias extitisse sententias de ambitu terræ, vt videre licet apud Clauium in c. 1. sphæræ fol. 207. vbi etiam explicatur regula cognoscendi, & ambitum terræ, & eius diametrum, sed quia spatium terrestre simili interuallo cælesti respondens non potest mensurari adamussim tum propter impedimenta, vel montium, vel vallium, &c. tum quia raro sunt recta itinera ab vno loco ad alterum, nam semper est aliqua inflexio, & licet in regula Maurolyci non requiratur perambulatio spatij, tamen illa habet maiorem quandam difficultatem, quia difficile est radio visuali exacte, & præcise punctum illud cõtactus in terræ superficie contingere. At hanc rationem reijciunt Conimb. 2. cæl. c. 14. q. 1. sed putãt ortam fuisse dissentionem, vel ex dissimilitudine mensurarum, quibus vsi sunt, vel ex deceptione, quæ accidit in deducendis stadiorum, & milliariorum numeris.

2 Secundo not. licet de ambitu terræ variæ fuerint opiniones, tamen Recentiores, qui non semel totum Oceanum nauigarunt, referunt totum ambitum terræ continere stadia 152640. hoc est milliaria 19080. ponentes vni gradui maris correspõdere stadia solum 424. id est milliaria 53. ex quibus fit lõgitudinem diametri terreni esse stadiorum 48567 $\frac{1}{1}$, id est, milliariorum 6070 [illegible]. Hinc superficies conuexa terræ complectetur stadia 7413318509 $\frac{1}{1}$, id est milliaria 115832945 $\frac{3}{1}$, quæ non multum distat ab opinione Alphragani, at hæc opinio repugnat Tabulę Ptolomæi, quam vt veriorẽ sequuntur communiter Doctores dicentes ambitum terræ continere milliaria 22500. ita vt vni gradui respõdeãt in terra milliaria 62 $\frac{1}{2}$. Totam autem superficiem conuexã comprehendere milliaria 161079 [illegible].

Diuisio terræ ab antiquis in tres partes addita est 4. s. America.

Tertio not. totum terræ orbem fuisse ab antiquis diuisum in partes tres, Europam, Africam, & Asiam, quibus nunc addita est America ab Americo inuẽtore sic dicta, quę ob sui amplitudinem noui orbis nomen obtinuit, & inuenta anno salutis 1292. quo fere tempore fuit à Lusitanis detecta Brasilia Americæ longo tractu continua, quæ dicta fuit Terra S. Crucis, ibi à Lusitanis primum

erecta, Nunc vero Brasilia ab eius nomine ligno, & multi volunt à Priscis cognitam, & à Critia apud Platonem nominatam Atlanticam Oceano adiacentem, & nostro orbi oppositam; posterioribus vero inter mortuá. & ex Sacerdotum Ægyptiorum Sacerdotū apud Solonem in Timæo fabulis terręmotu. & aquis absortam. Sed de huius rei veritate inquirere non est nostrum.

Quarto Not. totum orbem à recentioribus diuidi in partes tres .f. in septentrionalem partem, quæ complectitur Europam, Africam, & Asiam, & in nouum orbem, & & in Australem, seu Magellanicam terram nondum plene exploratam, quarum subdiuisiones referre cum non sit nostrum, placuit ommittere.

Quinto not. vt terræ habitabilis partes cognoscerentur, diuiserunt Geographi totum orbem terræ in fascias quasdam, seu circulos parallelos complectentes totum ambitum terræ. & vocauit Zonas, quas Polibius sex posuit, At vero Strabo, quos alij sequuti sunt lib. 2. de situ, quinque ex Harmenide, quæ cæleſtibus responderent, Nã cælum primo diuiditur per lineam æquinoctialem, quæ æque distat ab vtroque Tropico relinquẽs ex qualibet parte gradus 180. scilicet septentrionali, & Australi, de qua Ptol. lib. 2. magnæ edit. c. 6. & proprie dicitur illa, quæ rectam sphæram omnino habet, quæ eundum polum mundi, & Horizontis habet, & dies, ac noctes semper duodecim horarum de qua Philalt. 2. cæli post t. 58. fol. 307. & Ioannes de Sacro Bosco in sua sphæra Ptol. lib. 2. edit. magn. c. 6.

Secundo per circulum solstitialis Tropici æstiui, qui apprehenditur in primo, vel secundo gradu Cancri, sed variabiliter aliquantulum.

Tertio huic respondet ex alia parte alter circulus Tropicus hiemalis. qui intelligitur in principio Capricorni, & vterque dicitur circulus minor, quia nec transeunt per medium sphæræ, nec eam secat in duas partes æquales, hic dicitur Antipodis æstiuus, & qui nobis est æstiuus, illis est hiemalis.

Quarto est circulus Articus minor; qui non intelligitur fieri à motu Solis, sed primę sphæræ ab ipso polo, & vertice signiferi dũ cardo signiferi circumfertur raptus à prima circa polum mundi, neque n. polus mundi, & signiferi, seu Zodiaci idem est cum hic sit obliquus, distetq; ab æquatore, seu polo mundi gradibus 23. & minutis 30. Hic dicitur etiam circulus polaris. Borealis multo minor Tropicis.

Quinto huic respondet ex alia parte alter circulus, qui dicitur antarticus à polo, & fieri intelligitur à stella Monoculari, quæ à nautis dicitur Cinabus, vbi est alter polus Zodiaci, seu signiferi, de quibus plura Clauius, & alij explicantes sphæram, & Philal. 2. cal. post cont. 18.

Sexto Not. his circulis in cælo descriptis respondent in terris totidem circuli, quos Zonas appellant, de quibus inquirendum, 4
quænam sint habitabiles, & quidem omnes concedunt Zonas, quę sunt à circulis solstitialibus ad polares esse habitabiles, quia sũt temperatæ, cuius conditiones hę referuntur. Prima vt in ea Regione dies longissimus sit horarum tredecim cum dimidio, & nox breuissima. f. horarum decem cum dimidio, siquidem illis polus altior est gradibus 23. & minutis 30.

Secundo vt Sol semel in anno est in vertice, nobis quidem initio Cancri, & Antipodis initio Capricorni, 3. quod stylus dum Sol est meridie non iacit vmbram, quod sibi explicatur. 4. est aeris temperies ob solis accessum, & recessum, & alibi explicabitur. Hæ conditiones pares sunt habitantibus sub Tropico Cancri, & Capricorni, nisi quod regio sub Tropico Capricorni est magis aliquanto ferueat, nam viciniorem habet Solem, quia tunc est in opposito augis; Nostra autem Zona continet gradus 43. & si cuilibet gradui assignabis 62. milliaria italica habebis quanta pars terræ sit habitabilis.

His adde non solum habitari regionem, quæ est inter Tropicos, & æquatorem, quoad aliquam distantiam de qua Geographi, vt sunt Æthiopes; Nam tam Septentrionalis regio, quam Australis habitabilis diuiditur in duas partes, vnam proximiorem æquatori circulo. Alteram polaribus Zonis.

*Terram intra Tropicos habitari ex recentioribus.*

Difficultas est de cæteris an sint habitabiles. Nam communiter negant cum Aristotele, quia Torrida, quæ subijcitur æquatori ob nimium æstum, continens gradus 47. quę vero duabus Zonis polaribus, ob nimiũ frigus, nec ab hominibus, nec ab animalibus incoli possunt, sed hæc Arist. ab alijs nõ recipitur, quod putent tam Torridam Zonam, quam extremas habitari.

*Dubitatio de Torrida.*

Septimo Not. partem Zonæ torridæ meridionalem 23 graduum cum dimidio habitari non solum recentiores experientia docuerunt, sed etiam antiqui coniecturá assequuti sunt, Nam Ptol. 1. Geograph. c. x. cõsecit vltra æquatorem vsque ad parallelum sexdecim graduum cum dimidio fere, remotum à medio, spatium incoli, qui parallelus transit per Ægysimbam, & Prassum promontorium, nam si Regio à Meroe insula Nili, vsque ad medium incolitur, eadem ratione altera Regio æque distans à medio Parallelo debet incoli, cum æque Solis cursu premantur, & æquales dies, ac noctes habeant, cuius Regionis incolas vocat Æthiopes, & latitudinem ait continere fere miliaria italica 4700. assignatis cuiq; gradui miliaribus 62. cum dimidio. 5

Sed duo sunt admiranda, Primum cum Ptolomæus dixerit terram habitari à Meroe vsque ad Syenem, nobilem Africæ vrbem existentem sub parallelo Tropico, cur et á Regionem à parallelo Aegysimbę, & Prassi promontorij, vsque ad Tropicum Capricorni

corni non dixerit habitari si fere pars est accessus, & recessus solis, & æquè temperata.

Cur Arist. dixerit torridam non habitari, cū partē Septentrionem Torridæ cognouerit habitari.

Secundo cur Aristot. dixerit in meteoris Torridam non habitari, cum cognouerit eā partem Torridæ septentrionalem habitari, quæ dicitur Aphrica, tum ex ijs, qui in Græcia ex Ægipto nauigabant, tum ex origine Nili, quam 1. meteor. dixit fluere ex monte Ægypto Æthiopiæ, qui dicitur mōs Lunæ, tum ex Ciuitate Thebas centum portarum apud Homerum, cur non etiam habitari cognouit eam partem torridæ meridionalem, cum vtraque pars æque à Sole incalescat, præsertim cum facile potuerit ab Alexandro cognoscere incolas illina regionis, cum hic India debellata miserit Onesicritum prefectum Classis Macedonicę in insulam Taprobanem, vt terminos orbis intelligeret, at illuc classis peruenire non potuit, nisi per mare Persicum, & Indicum, huiusq; littoribus appellere, atq; adeo coactus fuit vltra æquatorem nauigare, præsertim cum ad eam partem insulę primum appulerit vbi mira est elephantorum copia. Confirm. quia in lib. de Histor. anim. narrat conditiones Rhinocerotum, & aliorū animalium, quæ non nisi in interiori Libia oriūtur, quare potuit etiam inde intelligere posse ibi homines viuere, ideo valde mirandum cur 2. meteor. sum, 2. c. 2. dixerit Torridā non habitari propter æstum.

Ego existimo ab Aristot. non negari aliquā partem existentem sub ęquinoctiali habitari, vt recte argumenta proposita probant, sed non totam illam, quod in aliqua eius parte maxime vigeat ęstus, hanc autem putauit esse eam, quæ est sub Tropico hiemali in meridie, quod ibi existente Sole in Capricorno vniātur omnes causę inducentes calorem, silicet reflexio diametri in seipsū, Breuitas diametri Solis, vnde est ibi reflexio radij in seipsum, vbi est vicinitas Solis, & perpendiculariter mittit radios, & mora solis diuturna, & explicat Albert. lib. 3. tr. 1. c. 19. ex quibus etiam deducit ex Aristotele extremas Zonas non incoli propter excessū frigoris, quod ab ijs absint causę inducentes calorem, vbi addit ex Ptolomęo vsque ad sua tempora nō fuisse cognitum quanta pars terræ sit habitabilis, & quanta inhabitabilis; Sed nostris temporibus plane cognoscitur terram, quæ est sub ęquinoctiali, & inter Tropicum solstitialem hiemalem, & lineam ęquinoctialem esse habitabilem, vt sequentibus explicabitur. At Philalt. 2. cęli post t. 18. putat ante tempora Homeri fuisse cognitas partes terræ habitabiles sub media Zona, sed ommissa consuetudine nauigandi in eas partes ob difficultatem itineris, & exiguum lucrum, erupisse rumorem, mediam zonam, & meridionalem plagam non habitari ab hominibus, & percrebuit opinio vsq; ad annum 1549. post quem Columbus Americam, & Lusitani nautæ terram vsque ad gradum pene 46. detexerunt, Nec potuit illam opinionem euellere à mentibus hominum, quod Darius apud Horodatum misisse, qui vltra sinum Hespericum nauigarent oceanum, & Magonē refert Heraclides pōticus collustrasse meridionalem plagam.

## ARTICVLVS. II.

### *Quid senserint antiqui de partibus Terræ habitabilis.*

Explic. opinione Arist.

PRima opinio est dicentium Zonam Torridam, & mediam terram esse quadraginta septem graduum, & negant eam totam secundum latitudinem habitari, tribuitur Arist. loc. cit. quod nimio æstu ibi homines nequeant viuere, sicut neque sub polis vtrisq; ob nimium frigus, & videtur Cic. de somnio Scip. vbi *cernis eandem terram, quasi quibusdam redimitam, & circundā cingulis, ex quibus duos maxime, & inter se diuersos, & cæli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos, obriguisse pruina vides, Medium autem illum Solis ardore torreri, duo sunt habitabiles, quorum illi, in quo, qui insistunt aduersa vrgent vestigia, nihil ad vestrum genus; Hic autem alter subiectus Aquiloni, quem colitis*, & ibi Macrobius Plin. lib. 2. c. 70. Philo Iudæus lib quis rerum diuinarum hæres sit: Beda de ratione tempor. c. 32. D. Thom. 1. p. q. 12. art. 2. ad 4. Scotus, & Durand. 2. d. 17. tribuitur Homero, Proclo, Pythagoræ, & Hesiodo.

Communis antiquorum opinio apud Strabonem.

Secunda opinio est dicentium partem eius esse habitabilem .s. eum tractum, qui est inter vtrunque Tropicum hibernum, & æstiuum vsque ad Meroem insulam Nili, citra autem ad æquinoctialem circulum esse perustam vsque ad alterum meridionalem Parallelum oppositum è Regione Meroe vrbi, atque adeo inhabitabilem, tum quod ibi ob siccitatem terræ non oriantur, quæ sunt necessaria ad victum, tum quod caro animalium ferre nequeat tantum ardoris excessum: ita videtur sensisse communis antiquorum opinio, & illam refert Strabo lib. 2. de situ orbis, Vnde Ptol. lib. 1. Geograph. c. 10. 9. 8. & 7. de latitudine terræ habitabilis decreuit torridam habitari, & c. 10. æque incola censuit torridæ terræ partem meridionalem per gradus 16. ac Meroes colitur, & ea pars prope æquatorem septentrionalis totidem graduum, & merito, nam Meroe colitur etiam inde vsque ad medium parallelum erit habitatio, quia par est caloris influxus, nec magna differentia.

Quid Recentiores sētiāt Discrimen inter recentiores.

Tertia opinio est dicentium totam esse habitabilem, quia nulla est, quæ ob cæli intemperiem incoli nequeat, cum experientia constet in æquinoctiali plaga intra, & extra Tropicos habitari, & sub polis aliquos terræ tractus incoli, vt tradit Olaus magnus lib. 1. de partib. septentr. licet Ptolomæus nihil vltra Thylem vltimam describat, quæ tribus fere gradibus circulum articum egreditur.

tur, ita Recentiores omnes Conimb. Philalt. Clauius, & alij, qui illam tribuit antiquioribus, vt Eratostheni, Polibio, Ptolom. Auic. & alijs Theologis, qui apud D. Tho. loc. cit. putarunt Paradisum Terrestrẽ fuisse sub æquinoctiali, quod sit temperatissima ea mundi pars.

Hi tamen inter se primo diuisi sunt, Nam aliqui volunt, sub æquinoctiali vitam degi duram, & difficilem ob æstum.

Alij ibi degi vitam suauem ob temperiem regionis ita Recentiores, & tribuunt Ptolomæo lib. de iudicijs, licet lib. 2. magnæ editionis c. 6. dubitauerit, & hanc sequuntur Theologi ibi Paradisum constituentes. Conimb. Philal. Iosephus à Consta lib. 2. de natur. noui orb. c. 14. vbi ait, quod poetæ de campis Elisijs, & Tempe, & Plato de Atlandide, huic posse aptari; vnde Campanus in compendio Astronomiæ ait illum locum naturæ humanæ esse aptiorem; ibiq; fuisse Paradisum Terrestrẽ; Viuius lib. 14. de Ciuit. c. 21. Vnde Eratosthenes, & Polybius apud Philalt. ibi calidam regionem ait temperari imbribus, siquidem Etesias à Septentrione spirans illuc nubes cogit, Vnde Appianus, & Orontius ex Capuano perito astronomo dixerunt ibi esse vnam æstatem cum Sol est in Piscibus, & Ariete, alteram cum in Virgine, & Libra; Autumnum vnum cum in Scorpione, alterum cum in Tauro: cum in Cancro, & Geminis; Hiemem vnam, cum in Sagittario, & Capricorno alteram; Denique vnum ver cum in Leone, Alterum in Aquario, quæ tempora ibi non distinguuntur, vt in nostra Regione secundum excessum frigoris, & caloris, quia ibi non est ingens frigiditas, sed secundum calorem magis, vel minus intensum.

7 Fines Zonæ Torridæ, ex Ptolomæo,

Secundo diuisi sunt in situ mediæ regionis, Nam Ptolomæus lib. 1. Geogr. c. 10. Zonam Torridam terminat Meroe insula Nili, & Septentrionali Parallelo per Ægysimbam, vel passum Promontorium, quod spatium inter parallelum vtrunque Septentrionalem, & meridionalẽ est graduum fere 23. cum dimidio.

grad. 23. cũ dimidio

Alij illud spatium coarctant vtrinque ad gradus vndecim cum sex minutis, ita vt torrida Zona ex vtraque parte simul contineat gradus 22. cum duodecim minutis.

grad. 22. cũ 12. minutis.

Tertio Alij magis illud coarctant .s. inter duos Parallelos, vnum ad Septentrionẽ quatuor gradibus, seu miliaribus italicis 250 & alterum ad meridiem illi æquale.

Quarto alij tantum spatij torridæ tribuũt quantum Horizon sensibilis capit, quod secundum latitudinem solum miliaria 250. comprehendit.

Quinto Arist. Cicero, Eratosthenes, Posidonius, Plinius, & alij antiqui dixerunt mediam regionem continere totum spatiũ interceptum inter vtranque maximam Solis declinationem, id est inter vtrunque Tropicum, quod comprehendit gradus 47. cæli, quibus respondent miliaria italica 3000. assignatis singulis gradibus stadijs 50. hoc spatium in terra continetur inter parallelum per Syenem, & mediũ secundi climatis, & alterum parallelum illi oppositum meridionalem, hodie cognitum id est, per locum, qui dicitur Rinus lacus, & templum Sancti Ambrosij in Aphrica incognitum quidem Ptolomæo, nunc vero notissimum opera Lusitanorum, & per Americam in mari occiduo opera columbi inuentam, quia Sol in eo tractu semper decurrit sub orbita Zodiaci, & supereminet ceruicibus incolarum, ergo ibi producit calorem intollerabilem.

grad. 47.

## ARTICVLVS III.

*Opinio Auctoris de habitatione mediæ Zonæ.*

PRima concl. Zona, quæ subiacet circulo æquinoctiali, & dicitur Torrida est non solum secundum partem habitabilis, sed etiam secundum se totam .s. intra Tropicus, ita Ioseph à Costa lib. 2. de natura noui orbis per totum. Primo probat, quia cum ex nautis, qui illam Regionem nauigarunt habeamus habitari, vt certo testimonio cõstat, non est cur de potentia dubitetur, & licet non referant totam habitari, tamen quia multas eius regionis partes proferãt habitari imo esse valde temperatas; non est dubitandum de alijs, cum sit eadem ratio in omnibus, cum habeant Solem in vertice, ex quo torreri regionem autumant. 8

8 Torrida est tota habitabilis.

Confirmatur quia non solum aliquæ partes non sentiunt extremum calorem, sed etiam aliquæ sunt maxime temperatæ omni frugum, & fructuum copia abundantes, vt apud Peruenses, vbi magna cæli, soliq; salubritas, & aliquæ maxime frigidæ, vt nonnulli apud Conimb. testantur se fuisse expertos in quodam maris tractu, dum occidentalem Indiam nauigarent; Aliæ vero sunt maximè fæcundæ, vt apud Monomotapam, & Insulas Molucas, & in Regno Prætiosi, seu Presbiteri Ioannis.

Confirm. secundo, quia in ea Regione apparet in eodem climate nasci homines vario colore, nam alibi candidos, alibi atro, alibi medio colore affecti, hic aliqui intorto, ibi alij fluenti capillo, hic miti ingenio, ibi efferato nascuntur siue hæc varietas oriatur ex diuersa habitudine regionum ad cælum, siue ex diuersa materiæ dispositione, & aeris qualitate, etiam si syderum influxus æque illam regionem respiat, qua ratione idem calor ceram liquefacit, & terram indurat, ex quibus patet non esse magnifaciendã auctoritatem antiquorum, contra sensatam experientiam recentiorum.

Dices experientia constat Regiones habentes sphæram obliquam maximum calorem concipere cum Sol accedit ad Zenit, & tamen non respicit per perpendicularem lineam, nec diù Zenit, & regiones illas, vt 9

respi-

respicit continuo habitantes in Zona media, ergo in Zona media erit intensior calor, & igneus aptus potius ad destruendos, quā conseruandos habitatores, nam vnio radiorum facta in speculo concauo calorem producit igneum, vt experientia constat, cur nō idem præstabit maior vnio, quæ ex reflexione radiorū in seipsos ex sole directe, & perpendiculariter illuminante terram? Hinc videmus regiones Zodiaco viciniores esse calidiores, sic Æthiopia Arabiam vincit, & Africam, Hæc Bæticam, Bætica castellam, & Aragoniam, & hęc Cantabriam, & Galliam: Ad hunc vero calorem sequitur siccitas, vt ad frigiditatem humiditas, nam tempora calida sunt cognata siccis, vt frigida humidis.

Cur Sol non produceat ibi maximum calorem.

Resp. Philal. negando à sole ibi produci maximum calurem, nam ex quinque causis sol mittens radios perpendiculariter æstum magnū posset efficere, primo quia suo motu distrahens aerem, illum calefacit, & non, quia eodem modo distrabit aerem aliarum Zonarum, & vt die sic nocte, & tamen non producitur tam magnus æstus. Secundo ex vicinitate ad verticem, & neque quia Sol ad summitatem incolarum mediæ regionis accedit in principio Arietis, & Libræ, cum Sol maxime abest, quia tunc est in medijs longitudinibus, ergo non potest ob distantiam effectuum summum producere.

Cur reflexio non inducit tātū calorē.

Neqe obstat reflexio, quia cum sit remotior à terra mittit radios, qui reflexi nequeūr facile vniri. Nam cum radius quatuor modis respiciat terram, vel tangendo præcise, & sic nullum æstum facit, vel tangendo cum reflexione, oblique, & neque vt experientia patet nostrarum regionum, & quanto obliquius, tanto minus caloris producitur, vel cum reflexione perpendiculari, & tunc producitur quidem plus caloris, quam quando est obliqua, non tamen incendit, nisi vniātur radij in puncto, vt patet ex incidentia perpendiculari radij in speculū gibbosum, planum, & concauum, Nam incidens in gibbosum, & planum non incendit, nisi cum incidit in concauum, quia tunc radij reflectūtur, & per vnum centrum transeunt ad stuppam appositam centro. At non sic resiliunt ad vnum centrum quando incidunt in gibbosos, & planum, vnde cum radius ad perpendiculum non iaciatur in media regione, nisi cum Sol est in vertice Horizontis, & in principio Arietis, & Libræ efficier quidem magnum æstum, sed non incendium, quia concursus radiorum non fit ad punctum, tū facile temperatur, tum ex remotione Solis tum absentia in nocte, ex quibus patet non posse oriri incendium ex tertia causa, .s. ex vicinitate Solis, quia cum respicit perpendiculariter longius abest.

10 Tertio oritur æstus ex diturna mora Solis in Zenith, vel supra Horizontem, qua ratione experientia constat mense quintili, & sextili magnam gigni æstum ob moram Solis, et si tunc recedat a propinquitate verticis, & ab abside, vt notat Auic. lib. de medendi ratione, qui negat etiam id oriri ex vicinitate caniculæ.

Sed neque hæc causa adiuuat opininnem Arist. quia sol non diù manet in vertice, & supra Horizontem ex Ptol. lib. 2. magn. edit. c. 6. vbi ait *habitationem esse posse sub æquinoctiali, quasi in regione nimium temperatæ, multi contendunt*, nam solem nec in pūctis supra verticem, morari, quoniam recessus secundum latitudinem velociter ab æquinoctialibus punctis deficit, vnde temperatam reddi æstatem, nec in solstitijs multum distare à vertice, quare leuissimas Hiemes fieri, quod etiam lib. 1. Geogr. c. 23. significat, vnde videtur Aristotelis ingenium defecisse, quod non cognouerit discursu ex principijs, quod cognouit Ptolomæus, & negligentię reprehendi, quod ab Alexandro, & eius amicis neglexerit cognoscere missū ab Alex. Onesicritum ad cognoscendam Trapobanem insulam. Sed hæc est humanæ cōditionis infirmitas, vt non omnes possint omnia, in quo non potest dissimulari inconstantia, dum 2. meteor. dixit totam longitudinem terræ habitari, at si media non habitaretur. tunc non tota longitodo, nam maxima longitudo est parallelus medius, qui transit non per Rhodum, sed per mediam Zonam Torridam, qui transit per centrum circuli, & subijcitur lineæ æquinoctiali in cælo: Sed Aristoteli venia danda est, qui ex historia suæ ætatis nihil vltra citeriorem Æthiopiam Africæ, & Arabiæ subiectam cognouerit, nondum .n. vltima Æthiopia cognita erat, non dum immensa prætiosi Ioannis Regio, non dum quidquid æquatorem, quidquid Tropicum Capricorni excedit vsque ad bonæ spei promontorium Lusitanorum nauigatione detectum, quo ex loco si vsque ad vltimam Scythiam, & Tartariam latitodo capiatur, æquabit sine dubio totam à columnis Herculis, vsq; ad Indiam longitudinem.

Arist. ingenij defectus.

Excusatur Aristotelea

Hinc non mirum si Plinius habitationem dixerit, Terræ vsque ad alterum polum austrinum ab ortu ad occasum esse maximam secundum longitudinem, at secundum latitudinem à vertice australi vsq; ad æquinoctialem esse vel nullam, vel exiguam ex Arist. verum id falsum esse ostendit noui orbis habitatio, quæ fere tota est secundum latitudinem .i. à polo ad polum, & ab ortu ad occasum valde breuis, nam latitudo habitationis noui orbis longitudinem superat, & quantum, & magis, quam Denarius Ternarium.

Hinc denique patet, quam infirma sit philosophia sapientium huius seculi quando in ipsa terrena, & infima materia vbi sibi videtur maxime sapere vsque adeo desipit, vt recte notat P. à Costa lib. 1. c. 9.

Resp. secundo alij radios perpendiculares circa Zonam mediā à Sole immissos ex vi reflexionis producere quidem ingentem 11

ca-

calorem, vt patet ex calore, qui producitur circa Zonas in sphæra obliqua, sed non reddere illam inhabilem, quia calor ille temperatur ex multis causis, quas fuse prosequitur P. Ioseph lib. 2. de natura noui orbis c. 10. & seq. Primo, quod dies ibi sint æquales noctibus, vnde fit, vt dies illi sint breuiores nostris æstiuis, & ardor diei temperetur ex frigore nocturno, & frigus nocturnum ex diurno calore, quare fit, vt hæ duæ qualitates, quasi ad æquilibrium ibi sint.

vnde cōtẽperatur maximus calor ibi productus ex septẽ causis.

Secundo ex frequentia imbrium, nam cũ ex vehementia caloris magna copia vaporũ ex terra, & oceano circumiacente eleuetur, & non possit ab eodem consumi, fit vt concreti ex frigiditate mediæ regionis, & ex pluuialibus ventis soluantur in pluuias, neque enim ibi deesse potest septentrionalium ventorum frigiditas, sicut neque partibus, septentrionalibus desunt australes.

Tertio ex situ altiore terræ, nam sicut montes sunt frigidiores vallibus tum propter vicinitatem mediæ regionis, tum propter maiorem distantiam à vallibus, vbt magis vniuntur radij reflexi ad excitandum maiorem calorem, ita illa regio ob altitudinem minus calorem sentit, vt Iosep. c.12.

Quarto ex conditione primæua illius Zonæ, cum Deus sua infinita prouidentia talẽ conditionem, & qualitates proprias illi indiderit, vt non concipiat vehementem calorem, sed hæc causa diuinatione potius, quam ratione asseritur.

Quinto ex vicinitata oceani, qui magna ex parte eam alluit regionem, vel propinquitate attingit, at marinam aquam refrigerandi vim habere ostendit clementia maritimarum regionum: Sed hæc ratio nec experientię consonat, nec Arist. sed illam explicat, & probare conatur Ioseph c.55.

Sexto ex flatu ventorum præsertim auræ quæ ibi frequenter, & quasi quotidie certis horis regionẽ percurrunt, in quo maxime apparet diuina prouidentia proferens de thesauris suis ventos ad regionis illius commodum, hanc fuse exponit Ioseph. c.14. vbi c. 35. ostendit varietatem ventorum in illa regione, vt cap.16. qui venti perpetuo in eo oceano spirãt ad nauigationem commodi, vel incommodi.

Septimo ex artificiosis remedijs, vt sunt loca subterranea ad declinandam vim calo-
12 ris, ex quibus patet non recte ex nostræ Zonæ temperie inferri intemperiem mediæ, tũ quia possunt esse variæ causæ temperantes ardorem Solis, quare ex absentia vnius causæ fallitur fallacia consequentia, qui infert intemperiem, tum quia regio intemperata vni potest esse temperata alteri, qui est assuetus à natiuitate cum consuetudo reddat naturale, q ex se esset innaturale ex Plin. lib. 7. c.8. Pholon. lib. de Ioseph. & Plut. lib. de tuenda val. & hinc fit, vt nobis insuetis reddit ineptiorem regionem, quo quis accedat ad medium, at non sic Æthiopibus, nec alijs Asianis degentibus in eodem tractu, & parallelo terrarum, quod maxime patet experientia etiam in nostris regionibus, in quibus multi moriuntur ex mutatione aeris.

Cur ex qualitatibus nostræ Zonæ, nõ licet colligere qualitates Torridæ.

Hinc fit mediam Zonam, etiam si ægre nobis, sed suauiter ibi natis, & proprijs gentibus habitari, quia exteri in desuetum cælum perueniunt, quare idem dicendum de Zonis gelidis, vt infra.

Quanta autem longitudo, & latitudo huius regionis, & quæ eius climata legatur apud recentiores Geographos, & Clauium in sphæram, Philalt. 2.cæl. tom.x. in fine.

Hinc patet quãtum à vero distãt, qui terram illam siccitate premi ex caloris præsentia putant, cum experientia doceat esse humidissimam, immo nunquam ibi copiosiores imbres, q̃ cum Sol est vicinior ab Octobri ad Decembrem dum est in Capricorno, & à Ianuario ad Martium quando est in Zenith, tunc viget calor, & maximi imbres, & tunc esse serenissimam, cum Sol inde abest, vt à Costa c. 2. ait esse in mense Maij, Iunij, Iulij, & Augusti, cuius rei ibi rationem inquirit,

## A R T I C: IV.

*Opinio Auctoris de habitatione extremarum Zonarum.*

Secunda concl. terra est habitabilis etiam quoad Zonas gelidas, seu polares. 13

13 Zonas polares habitari ex historijs.

Primo probatur ex historia eorum, qui habitatores eius regionis affirmant, primo Nicolaus Germanus tabulis Ptolomæi addidit ad Boream Gottiam orientalem partem Liuoniæ, insulam Venilandiam, & vltra parallelum articum Engronelaniam, & insulam Islandiam, & terram multis promontorijs refertam, quod si vltra circulum articum terra habitatur, idem dicendum de circulo antartico; tum vltra Scythiam, & Imæum montem repertæ sunt gentes sub dtione magni Cam, & tamen non extinguuntur gelu, immo prædicit fore vt totius orbis habitatio cognoscatur tam ex parte orientali, quam occidentali, tam ad dextram, quam ad sinistram.

Secundo idem ostendit Olaus magnus lib. 2. de partibus septentrionalibus, vbi varias regiones, & nationum mores vltra Tropicos degentes describit, vt videre licet apud ipsum, tum alij memorant loca inuenta vltra Thylem.

Secundo probatur ratione, Nam regiones extremæ licet nobis insuetis tanto frigori non sint salutares, tñ'aũt ibi natis, nam cum eo virtus solis pertingant, non est cur dicamus ibi homines non posse viuere, patet .n. multa ibi oriri, & viuere, statis temporibus fructus suos edere, canescere, senescere, perire, & reuiuiscere, at hoc sine vi solis cõmunis parentis fieri nequeunt; Conf. quia ibi

## ARTICVLVS I.

*Explicantur termini necessarij ad intelligentiam quæstionis.*

1 Quid circulus meridianus apud Astronomos, quid apud Geographos

PRimo not. dici meridianum circulum, qui transit per polos mundi, & Zenit capitis nostri Astronomice, sed Geographice transit per vtrunque polum .s. mundi, & horizontis, & secat parallelum medium, ad quem cum Sol accesserit dabit meridiem, & mediam noctē, Hic quid circulus meridianus apud Astronomos, quid apud Geographos magnum vsum haberet apud Cosmographos ad metiendum longitudines, & latitudines ciuitatum, Nam Ptol. lib. 1. Geog. c. 6. videns terram habitari magis ab ortu ad occasum, quam ab Austro ad Boream, dixit longitudinem terræ habitabilis sumi ab ab ortu ad occasum; latitudinem vero ab Austro ad Boream, quia in omni quanto maior distantia dicitur longitudo, & minor latitudo, vel à motu Solis, qui longior est ab ortu ad occusum, quam à Septentrione ad Austrum, cum hic contineatur inter duos Tropicos, quorū distantia continet grad. 47.

Pūctus arietis, horizontis, & meridiani absolute, & comparatiue.

Secundo not. ꝙ sicut quælibet ciuitas habet suū oriens, & occidēs, horizontē, & meridianum, vt patet, ita debet constitui vnū oriens, & occidens absolute, hoc aūt illa pars terræ, q̃ est prima ex parte orientali, qualis finarū regio post quā putauit antiquitas esse mare, & nō aliā terrā, sicut ex parte occidētis sunt insulæ Fortunatæ in mari hesperico post extrema Europæ, & Africæ littora, & hinc Geographi accipiūt longitudines ciuitatū dicentes lōgitudinē cuiuslibet loci esse arcū æquatoris inter meridianū dicti loci, & meridianū insularū fortunatarū, vnde quot gradus continebit arcus æquatoris inter primū meridianū .s. qui transit per insulas fortunatas, & Meridianū ciuitatis, seu loci, tanta erit lōgitudo illius loci: At arcus æquatoris, qui intercipitur inter meridianos duarū aliarū ciuitatū dicitur differētia lōgitudinis.

Vnde longitudo ciuitatum.

Hinc patet latitudines locorū spectari ab æquatore, vt .s. tanta sit quāta est distātia ab æquatore in austrū, vel Bureā, q̃ distātia mēsuratur per meridianū, ex quo tertio sequitur, ꝙ sicut duplex est declinatio ab æquatore versus austrū, vel Boream, ita duplex latitudo .s. Australis, & Borealis.

Australia latitudo, & Borealis.

Hinc 3. sequitur loca existētia sub æquatore nullā habere latitudinē, quia nō declināt. Quarto sequitur loca sub polis cōstituta directe habere latitudinē grad. 90. Quinto sequitur loca, quorū vertices sunt constituti vel in eodē, vel æqualib⁹ parallelis eandē habebūt latitudinē, vnde Antipodes habēt latitudinē austrinā æqualē Boreali, quā habēt habitantes in parte declinante ad Boream.

Hinc intelligi facile pōt, q̃ habent eandē lōgitudinē, q̃ diuersā, q̃ fusius explicare pertinet ad sphærā, vbi c. 2. explicat Ioēs de Sacro bosco, & ibi fuse P. Clauius.

2 Tertio not. ex Philalthæo post cont. 58. reperiri varia nomina, quæ videtur significare antipodes. i. eos qui nos aduersus vestigia figunt, vt ait Cic. l. 4. Acad. 44. seu Antictones. i. qui terrā cōtrariā colunt, seu Antigones. i. contrario natos.

Qui Homæci, Antæci, Periæci, Amphiscij, Pariscij ex Philalthæo, qd ex Alberto.

Sed vere differre, vt Homæci, Antæci, Periæci, Amphiscij, Periscij, Homæci dicuntur quibus est idē Horizon sensibilis, idē ortus, & occasus, & similis dispositio aeris, q in latitudine nō plus inter se absūt, quā miliarijs italicis 62. cū dimidio, & inde dicūtur simul habitantes. Antæci dicuntur contra habitātes, qui diuersū hemisphæriū habitant. s. alij australe, alij Boreale sub eodē meridiano, & diuersis parallelis æque distātibus à medio, vnde habent eandē longitudinē, & latitudinē, sed nō similia tēpora, imo contraria, qa cū nobis dies, illis est nox, cū nobis æstas, illis est hiems, &c. sed cū pari duratione, nam quot dies durat apud nos æstas, durat apud illos hiems, vnde qui Meruem incolunt in Boreali parte Antæci sunt illi, degunt sub eodem meridiano Meroe in parte Austrina fere per 16. gradus remota ab æquarore respondetq; austrina pars supra montes Lunæ, & ꝙ dictū est de habitātib⁹ intra Tropicos, dicēdū ꝓportionaliter de habitātibus extra illos. *Periæci* dicuntur circum habitantes, qui sub vno parallelo, & meridiano in punctia est regione oppositis, loca incolunt, & habent æquales dies, ac noctes, paresq; æstates, & quatuor anni tempora præter quā, ꝙ cum nobis oritur sol illis occidit, & contra. Hinc patet differre ab antipodis, nam licet oēs Periæci sint Antipodes, non tñ oēs Antipodes sunt Periæci. siquidem Antipodes nō sunt sub vno parallelo, sed diuersis sm̄ latitudinē oppositis, nō sm̄ longitudinē, at Periçci sūt sub vno parallelo, & meridiano, absunt inter se partibus 180. vt videre in figura apud Philal. descripta, licet Albertus hæc nomina putet confundi, & alij Antipodes aliter explicent apud Philal. sed non est contendendum de nominibus, modo res constet

Amphiscij qui Biumbres.

Quarto not. reperiri alia nomina, quæ explicatione indigent, vt Amphiscij, Heterroscij, & Vdenoscij, & qui Periscij dici solent Amphyscij dicuntur, Biumbrea, qui mediā Zonā habitant, siquidē vmbrā ad septentrionē iaciūt, cū sol lustrat signa meridionalia, & ad meridiē cū lustrat Borealia; Vdenoscij, qui sunt nullius vmbræ extensæ, sed habent illā non extensā, quia lumē opposito corpore opaco sēper in oppositū iacit vmbrā, vt bene Macrob. de somn. Scipion. explicat, id autē illis accidit, cum Sol est in æquinoctijs, & in meridie: Heteroscij, qui perpetuo vnā habent vmbrā siue ad septentrionē, vt nostra regio extra Tropicū, vel ad austrū, vt antipodea extra suum Tropicum. Periscij deniq; qui sub vtroq; circulo artico, & antartico viuunt, & maxime sub polis eo ꝙ per dimidium anni vmbra more, & modo molæ circa eos voluitur. Quinto not. ex Arist. 2. cæli t. 15. probari partē superiorē sumi à polo australi, quia motus cū incipiat à parte orien-

Qui Noscij.

Qui Heteroscij.

Periscij qui.

rientali, illa pars erit dextera, at illa sic posita necessario caput respõdere debet australi polo nobis occulto, vt pedes polo septẽtrionali nobis apparẽt. Hinc notat Alber.2.cęl. tr.1.c.6. eos qui habitant in quarta illa parte extensa à linea æquinoctiali vsq; ad polũ australẽ habitare in orbe superiori in dextro orbis primi, id est, sub concauo, quod est à dextro orbis primi sũpti sm̃ motũ diurnũ; At eos habitantes in parte aquilonari, esse in parte inferiori; & in parte sinistra; eo q̃ oẽs à græcia citra habitãtes sunt occidentales, & à Græcia in Indiam habitãtes in eadẽ quarta sunt orientales contra Pythagoram dicẽtẽ nos habitare in parte superiori, & dextra.

## ARTIC. II.

*Opiniones Doctorum.*

4 Qui negant Antipodes ex varijs fũdamentis. PRima opio. negat dari Antipodes, vnde Lactãctius l.3.diuin.instit.c.23.putat fabulosã esse opinionẽ dicẽtiũ dari homines, qui ex contraria parte terræ aduersa nobis vestigia premãt, sequitur D.Aug.16.de ciu. c.9.Beda libr. de ration.tẽpor.c. 32. (& si lib.de elem.philos. contrariũ significet.)

Hinc Lucretius lib.1.sui poem.vocat stolidos assertores Antipodum, tribuitur apud Philal. Ptol.quod anceps, & dubius non est ausus quicquam conijcere, & scribere expresse Alb.2.cæl. tr.1.c.6. tribuitur Nazian. ep.71.ad Posthumianũ, q̃ dixerit vltra Gades mare esse impermeabile.

Hi tñ diuerso fundamẽto illã explicãt. Nã primo Lactãtius putans terrã nõ esse rotũdã dixit ex parte inferiori nullum habere terminum, atq; adeo in infinitum extendi.

Sed hoc fundamentũ duplici vitio laborat, & infinitatis assertione, & cælestis reuolutionis negatione, vt alibi ostendi.

Quid Aug. de antipodis 2. D.Aug. vero putans terrã ex parte inferiori esse aquis coopertã ob oceani inundationẽ, cõsequenter negauit ex ea parte habitari posse. Conf quia ẽt si esset arida, nõ sequitur habitari, quia nõ potuerũt eo homines peruenisse, nisi oceano trajecto, cũ omne genus humanũ ab vno Adamo ortũ habuerit ex scriptura, at Geographi vltimos terræ, & nauigationis fines posuerunt herculeas columnas. Cõf. 2. quia nõ potest hinc ad meridiẽ nauigari oceanus, quia vel ascẽderetur, vel descenderetur, at neutrũ effici potest.

3. Alij quia si ibi habitaretur, pedes essent superiores, quã capita, essentq; homines penduli, & q̃ apud nos iacent, apud illos penderent, vt fruges, arbores deorsũ versus crescerent, similiter pluuiæ, niues, & similia cadentes in terrã sursũ mouerẽtur: vnde non esset cur hortos pensiles numerauerint inter septem orbis miracula.

4. Quia illa regio vel calore feruet, vt qñ
5 lustrat signũ capricorni ob vicinitatẽ cũ sit in antabside, seu Perigæo, vel gelu oĩa rigent qñ sol est in cancro ob remotionẽ ab illorũ capite. Conf. quia si ex Arist. 2. meteor. loca ad quæ vmbra septentrionalis deficit, sunt inepta ad habitationẽ, multo magis ibi, cum multo magis deficiat vmbra ad Tropicũ Hybernũ, & contra illũ, quã ad Torridã Zonã, q̃a ibi sẽper vmbrã ad meridiẽ ꝓspicerent.

5. Si regio austrina extra hibernicũ Tropicũ incoleretur, tunc proportio longitudinis terræ ad latitudinẽ asserta ab Arist. & Ptol. non esset vera; nã Arist. 2. meteor. dixit esse ꝓportionẽ quinq; ad tria, & Ptolom. longitudinẽ statuit grad. 80. fere longitudinẽ vero à sinu hesperico, seu Æthiopibus hesperijs ad Sinas grad. 180. vnde dẽptis grad. 80 solũ remanẽt grad. 100. atq; adeo semel, & quarta parte excedet longitudo latitudinẽ, nõ ergo bis, & paulo plus, vt dixit Arist.

6. Tres causæ incendij oĩno faciunt terrã inhabitabilẽ, prima repercussio solis ad perpendiculũ, & recte. 2. vicinitas illius 3. lõga eius mora supra verticẽ, vel horizõtẽ, vt patet ex mensis Iulij calore, sed hæ oẽs cõcurrunt ad intẽperiẽ illius Zonæ australis, nam Sol cũ fit in apigæo, est illi vicinior, & cũ est in vertice repercutiuntur radij recte ad pũctum, & cum sit tale diũ durat.

2. opin. est dicẽtiũ antipodes dari, qui habitãt partẽ terræ australẽ nobis subiectã, fuit Pythagoræ, qui apud Arist. 2. cæli t. 15. putauit habitari, & esse partẽ inferiorẽ orbis, ac sinistrã, eo q̃ habeat pauciores stellas, quam aquinolaris pars, q̃ habet plures, & multę virtutis, & quia motus planetarũ proprius incipit ab occidente, sed hæc controuersia de dextro, & sinistro facile conciliatur ab Alb. qui omnino est vidẽdus, sequitur hanc Plin. l. 2. c. 67 & est Arist. 2. cæl. t. 15. & 2. meteor. sum. 2. c. 2. cuius sẽtẽtiã fuse explicat Ioseph à Costa l. 1. de nat. nou. orb. c 9. vbi addit regionẽ, q̃ Arist. cognouit esse habitabilem, vt pote Europæ respõdẽtẽ, non dũ esse cognitã & parũ habitari. & hanc sequuntur recẽtiores oẽs, apud Philal. loc. cit. & Conimb. 2. cæl. c. 4. q. 1. art. 2. & c. 16. q. 1. art. 4. vnde Manilius in Astron. 6 Prob. Antipodes dari.

Nec minor est illis mũdus, nec lumine peior,
Nec numerosa minus nascũtur sydera ĩ orbe

Hanc dicũt D.Hier. epist. 128. ad Fabiolã vbi hoc duplex hemisphæriũ docet significatũ duobus lapidibus smaragdinis, & onychinis positis in veste sacerdotis, qui vtrunque humerum tegebant.

Prob. 1. rõne Arist. quia ea regio est tẽperata, sicut est nostra illi ex diametro correspõdẽs, ergo nõ est rõ cur nõ sit habitabilis. cum p̃cipue rõnes appositæ facile soluantur.

2. Prob. experiẽtia eorũ, qui suis nauigationibus ad eas partes peruenerint, & quotidie inde ad nos multa, eaq; pretiosa reportãt, & lignũ Sanctissimæ Crucis ibi magna pietate erexerunt. Conf. quia ẽt hæc nauigatio fuit apud veteres licet raro, & ob difficultates omissa, & omnino incognita apud posteros, nã Plin. lo. cit. testatur Eudoxũ, vt irã Ptolomæi, Lathyri Ægypti Regis declinaret, ex sinu Arabico soluisse, & per oceanum ad Gades vsq; peruenisse, & contra florente Impe-

tio

rio Carthaginensi, aliquot ex illis ab herculeo freto ad Arabicum sinū nauigasse, Nec desūt, qui contendant classē Salomonis tertio quoq; anno missā ad aurū deportandum ex ophyri regione, peruenisse ad partē, q̄ dicitur Peru, vel vt alij ad insulā Hispaniolam in occidēte positā, & Christoforo Columbo detectā, alij sofolā, alij ad aureā chorsonesū, vbi nūc est oppidum Malacha, & hæc mihi placet, q̄ docuerat Cic. Macrob. Pōp. Mela l. 1. Solin. c. 56. nec Albert. sibi constat cum id recenter in libello de natur. locorum.

ARTICVLVS III.

*Soluuntur Argumenta Aduersariorum.*

7 AD primum Lactantij patet ex dictis ibi, & de rotunditate terræ & cælorum, ac ex dicendis de causa immobilitatis terræ.

Ad secundum D. Aug. Resp. illam partē esse aridam satis ootum est, nec recta ratione Aug. ductus est in illam sententiam, cum ibi vigeant eædem penè causæ, quæ in nostra, de que plura Philalthæus loc. cit. f. 319.

Ad conf. ibi homines reperiri experientia constat, & habuisse originem ab vno Adamo fides docet, & quomodo illuc peruenerint non constat, nam tribus modis id fieri potuit, primo virtute Angelorum iubente Deo ad ornatum mundi, qui hominis gratia conditus fuerat, si .n. Habacuc transferri potuit in Babilonem, cur non eo homines, cum præsertim Aug. fateatur 16. de ciuit. c. 7. Pantheras, leones, lupos, aliasque eiusmodi feras post diluuium fuisse ab Angelis transportatas in insulas à terra disiunctissimas. 2. id fieri potuit pedestri itinere ex partibus illi proximioribus, cum probabile sit nostrum orbem illo continuari, vel non multum disiungi, quod de Sinarum regno cum Tartarorum regione dicitur.

*Qua ratione terra nobis opposita fuerit habitari cœpta non constat.*

Tertio fieri potuit nauigatione, siue ex voluntate suscepta, siue casu vi tempestatū, docuit .n. experientia illam nauigationem non esse difficilem, dum suse ostendit Philalth loc. cit. qui vnam solum ponit difficultatem, quod illud mare non tam frequenter insulis ornetur, ad quos nautæ appellere possunt. sed quia non adeo profundum, possunt se ancoria tueri aduersus tempestates nec nauigationem impediri ex eo quod est per circulum æquinoctialem transeundum, præsertim cum ostenderimus etiam apud antiquos fuisse in vsu; Neq; nauigantes ascēderent, vel descenderent, quia illa pars dicitur superior, & nostra inferior metaphorice ratione motus diurni incipientis ab ortu ad occasum, quomodo autem nautæ soluentes à portu dicantur ascendere dictum est supra, vbi de altitudine maris.

*Quomodo illa maria nauigari potuerint.*

Ad secundam conf. Resp. illos errasse satis ostenderunt nauigationes Lusitanorum, & Columbi, quare solum hic excusari potest antiquitas ob ignorantiam.

8 Ad tertium argumentum Lactant. primo inde sequi terram debere cadere in alteram partem cæli, vel sustineri aqua, vel nullum terminū habere, quæ osa sunt satis absurda.

Resp. secundo non magis timendum cur illi penduli sint, quam nos, quare si nos pēduli non sumus, quod ad centrum tenderemus nisi terra sustineremur, ita neque illi cum ipsi etiam ad centrum, quod est in medio terræ tenderent, nisi terræ pedibus insisterent, & ratio est, nam cum terra sit figuræ circularis, vt omnes eius partes ad cētrū, seu mediū sui sua grauitate tendant, ex quacunque parte circuli dimittantur merito homines illi, qui vestigia nobis aduersa habent tendunt sua grauitate ad cētrum sicut nos, nec possunt ad cælum cadere, quia grauitate ascēderent, quod intelligitur facile si fingamus homines hinc descendere ad centrū, nam si vltra procederēt non descenderent, sed ascenderent, quo motus non fieret vi grauitatis, sed externa vi, quare idem dicendum si ex illo hemisphærio moueretur aliquis ad nostrum.

*Cur homines antipodes non cadant.*

Ad quartum Resp. illam regionem nec frigidam esse, nam nec solis propinquitas est tanta, vt tantum ardorem excitet, tum quia propinquitas non excedit duos gradus cum dimidio ex Philal. tum quia in Perigæo nō diū moratur, tum quia nunquam Sol est in vertice, cum terra sit extra Tropicos. Neq; distantia à sole est tanta, vt illa regio algeat. vt recte Philalt. ad 6. contra Albertum.

*Cur regio nobis opposita sit temperata.*

Ad confirmationem etiam si vera esset positio Arist. quod vbi deficit vmbra ibi nequeat habitari, tamen negatur primum deficere perpetuum vmbram septentrionalē, vbi est Zona extra Tropicum Capricorni, magis, q̄ in Zona extra Tropicū Cancri.

*Vbi deficit vmbra, ibi nequit habitari ex Arist.*

Ad quintum resp. illud argumentum esse ad hominem, quia Aristoteli, & Ptol. placuit illa proportio longitudinis ad latitudinem terræ habitatæ ad non habitatam, verū cum constet totum orbem habitari, non est cur illa ratio difficultatem faciat, sed quomodo illa proportio possit defendi legendus Philalt. tom. 2. vbi de terræ longitudiōe à latitudine.

*Philalthæus de terræ lōgitudine, & latitudine.*

Ad sextum patet ex dictis nullis ex illis causis separatim, nec omnes simul ibi præualere, vt incendium pariant, cum sit illa regio extra vltimam declinationem solis sita, vt nostra extra tropicum cancri.

DVBIT. VI.

*De terræ immobilitatis causa.*

De hac Arist. 2. cæl. à tex. 72. ad finem, vbi Peripatetici omnes Ioannes de Sacro Bosco in sph. c. 1. in fine vbi Clauius, & alij.

ARTICVLVS I.

*Explicantur termini, & sensus quæstionis.*

1 PRimo not. terra ex dictis patere esse in medio mundi, quia non solum ipsa cētrum occupat, sed quia est centrum mundi, vnde Ioannes de Sacro Bosco infert omnia elementa moueri præter terram, quia sua grauitate cæli circumferentia vndique fugiens æqualiter, mundi medium obtinet, sine motu in suo loco, cum alia omnia in suo loco circulariter moueantur, vt de

*Omnia elementa moueri aliquo modo præter terram.*

 su-

suprema parte aeris asserunt, & bona pars oceani motu primi mobilis ab ortu ad occasum ferri dicuntur.

Secundo Not. ex dictis supra satis constare partes terræ extra suum locum positas ferri ad centrum, & idem de tota terra asserit Arist. si poneretur extra suum locum, & nos probauimus contra philosophiæ nouatores, sicut etiam contra antiquos & Copernicum non moueri in suo loco circulariter, nec in mundi axe, neque extra illum, quare inquirenda est causa huius immobilitatis.

valles, & concauitates nō initio, sed deinde factę ob hominū cōmoditatē.

Tertio not. & si initio terra facta fuerit sine concauitatibus, vallibus, & montibus ex Damasc. tamen deinde ob hominum cōmoditatem facta sunt in illa magnæ concauitates, in quibus aquæ includerentur, vnde ex terra, & aqua factus est vnus globus, vt probatum est, & hinc factum est, vt iam aqua totam terram non ambiat, immo nec possit ambire, cum hęc elementa vnam, & eandem superficiem conuexam hebeant, & sua grauitate ad centrum tendant.

## ARTICVLVS II.

### *Opiniones Doctorum.*

2 Imobilitas ex infinita ex malcensibus.

PRima opinio est dicentium causam cur terra immobiliter persistat in infimo loco, nec vlterius progrediatur est, quia ex parte nobis opposita est infinitæ profunditatis, alioqui esset suspensa in aere, vel aqua, ita Colophonius, & Zenophanes apud Arist. qui mundum infinitum docuerunt, nec ab hac terræ profunditate videtur alienus Lactantius lib. 7. diu. inst. c. 23. & 24. qui idcirco negauit Antipodas, & terræ rotunditatem illam, Alb. tr. 3. c. 4. tribuit philosophis, qui dicti sunt Malaconenes.

illam reijcit Arist.

Sed hanc Arist. reijcit versibus Empedoclis, vt stultam vulgi opinionem, Sed reijci facile potest ex motu cælorum, qui non posset esse, nisi terra, & omnis elementaris regio esset finita, & intra cæli circumferentiam conclusa, vnde à veritate aberrant, qui dicunt sub terra existente in medio esse abyssum infinitum, & nihil potest moueri in infinitum, nam non potens perficere motū, nec potest illum incipere, & ideo terram dicunt consistere in medio.

Secunda opinio est dicētium esse immobilem, quia cum omnis motus fiat super immobili ex Arist. lib. de incessu animali. & cæli motus fiat circa terram, debet illa esse immobilis, de qua re Philal. 2. cæl te. 3.

Sed hæc ratio, & supponit falsum quia cæli motus fit super polos, & axem, vt alibi ostenditur, tum quia non reddit causam, quæ tribuat terræ immobilitatem, sed potius supponit illius immobilitatem, quare explicanda est causa efficiens immobilitatē, etiam allata possit esse causa finalis, cur natura tribuerit terræ immobilitatem.

Tertia opinio est Thaletis Milesij dicentis terram in aqua substentari ne cadat, vt lignum aquæ supernatat, & videtur probari 4
ex scriptura Psal. 22. *quia ipse super maria fundauit eam.* & Ps. *qui firmauit terram super aquas* tribuit illam Alb. loc. cit. cuidam Belo Ephesino, qui dicebat terram latam natare super aquam, licet non possit natare super aerem, vt experientia docet præsertim cum terram concauam esse dixerint, & hinc videmus, quod vbicunque terra effoditur, aqua reperitur, & Chrysost. ex Græcis apud Geneb. qui dixit aquam esse natura sua fluxam, sed Dei voluntate constantē, & fixam.

Terram substētari ab aqua cui supernatet, ex Thalete, & Belo.

5 Reijcitur ab Aristotele

Sed illam reijcit Aristoteles, quia licet Thales fuerit antiquissimus, cum primus ab Ægypto physicam in græciam minorē traduxerit, & præcesserit Pythagoram annis 87. tamen non consequenter philosophatur, nam cum terra sit grauior aqua, etiam descenderet per aquam, sicut per aerē, per quod ait terram descendere ob terrę grauitatem, præsertim cum constet portionem terræ in aqua non substineri, sed quo maior est, eo celerius deorsum ferri, at cum terra sit homogenea, quod conuenit parti: conuenire etiam debet toti, & licet non videamus aquā ascendere à terra, vt aer ab aqua, tamen terra est grauior aqua, cum portiones terræ per eam descendant, imo ipsamet aqua inclusa in vase terreo per aquam descendit.

Secundo quia non recte natura instituisset mundum collocando leuius sub grauiore, quia hoc repugnat naturæ, & experientiæ, qua videmus fluminibus, & mari terram supponi. 6

Tertio quia cum aqua sit grauis transfertur quæstio ad illam, cur non cadat, & à quo sustineatur. Neque Aristoteli pro Thalete obijcias cauatas moles plumbeas, & terreas, hominum cadauera emergentia die 2. ad summa maris oleum, & ligna supernatantia, Nam hæc omnia oriuntur ex aere incluso prædominante inter latera cauatæ molis, & intra cadauera, qui consumptis putredine interioribus, occupat locum illum, & intra poros ligni, quibus oppletis aqua patet ea descendere, neque olei supernatatio Thaleti prodest, siue quia oleum est ex prædominio aereum, siue quia ob lentorem partium non potest aquam penetrare, de quibus alibi fusius.

Resp. aliqui non descendere per aquā ob eius latitudinem ob uitandam penetrationē, & vacuū

Responderi potest pro Thalete ex opinione Anaximenis, & Anaxagoræ, & Democriti, apud Arist. t. 81. dicentium latitudinē terrę esse causam cur non moueatur, quia non potest diuidere aquam, vt ipsi dicunt non diuidere aerem, sed comprimere, ita vt substentetur, nam si esset pyramidata, vel angularis figura illū diuideret, ideo enim lata fiunt vela, vt resistendo vento nauem perferant, nam cum aqua, vel aer compressus nō habeat locum, quo tendat, quiescit, & sustinet terram, ne detur penetratio, quod etiam.

quod etiam ostenditur exemplo clepsidræ habentis in summitate foramen, & alia in parte inferiori, nam si obturetur foramen superius, aer inclusus in vase non præbet aditum aquæ, vt ingrediatur, sed repellit, & supernatat, donec aperiatur foramen, & inde aer egrediens det locum aquæ, ergo idē accidit terræ existenti supra aerem, vel aquā ob latitudinem aluei, hác rationem inducit Alb. & aerem posse tantum pondus sustinere docet experientia discētium natare ligno lato cui manus, vel ventrem opponunt, & vtris inflati, & naufragantium, qui ligno lato se committunt spe appellendi ad littora; nec terræmotus ex Aphrodisæo quatiunt loca nisi aere suspensa, & Plin. lib. 2. c. 5. terras trementes, & insulas fluctuantes, vide eundem c. 67. vbi contrarium insinuat.

7 Sed contra primo, quia falso supponitur terram esse latam, cum probatum sit esse sphæricam, & efficere vnum globum cum aqua.

Secundo, quia etiam si esset lata non posset tātum pōdus sustineri in aqua, tum quia aquæ elementum est minus, quam terra, at experiētia constat corpus graue cuiuscunq; sit figuræ descendere in minorem quantitatem aquæ, quam sit pondus, nisi corpus supra aquam sit aere plenū, cuius leuitas vincat resistentiam ponderis, Hinc est vt non omnia flumina sint nauigabilia, quia aqua non habet quantitatem proportionatam ad sustinendam grauitatem ligni, & mercium, etiam si intra nauim sit aer, qui tamen in hac opinione non supponitur esse intra terram, & licet latitudo sit minus apta ad scindendum aquam, vel aerem, tamen non omninò impedit quin illam scindat.

Tertio etiam si terra ratione latitudinis non posset descendere, non tamen hinc aliorum argumentorum vis eliditur, præsertim illud ex naturæ institutione, & ex quæsito, à quo sustineatur aqua cum sit grauis.

8 Hinc patet ad fundamenta aduersariorū. Ad primum ex scriptura sumptum Resp. dici terram esse fundatam supra aquas, & mare, siue quia terra est altior aqua, cum aqua, & maria contineantur intra concauitates terræ, ita omnes fere Rabbini apud Genebr. quos ipse sequitur, vel vt Acosta lib. 1. de natur. noui orb. c. 3. explicat, ea fundatio intelligitur sm vulgi apprehēsionem, qui existimat, id quod ex altera parte terræ à nobis habitatæ respondet esse subtus terram, atque adeo aquas, & mare terræ opposita, esse infra terram imaginatur, cum tamen ipsum infra vbiq; non sit aliud, quam orbis medium, vel vt alij, super idem est ac iuxta, quia terra non est procul a mari, & a fluminibus, quare Græci ex doctrina Thaletis decepti id dixerunt, vt notat 4. Geneb.

Explicantur varia loca scripturæ.

Ad Conf. sumptam ex aqua, quæ vbique reperitur terra effossa. Resp. id oriri ex varijs causis, tum quia aqua est terræ cōmixta, cum efficiant vnum globum,

Tum quia aqua pluuia conseruatur intra cauitates terræ.

Tum quia etiam ibi generatur ex aere, & ex vaporibus, vt dicemus in metheor.

Hinc Aristoteles pluribus reijcit opinionem Anaximenis t. 82. & 82. quod non causam per causā reddiderint cur terra possit sustineri in aere, quia non oriretur ex latitudine terræ, sed ex magnitudine, cuiusque esset figuræ, nam dicunt aerem inclusum intra certum spatium, vt intra vessicam videmus includi, & sustinere onus, quia non habet locum, quo tenderet si inde moueretur, & hinc fit, vt quiescat, & quiescens sustineat onera, at hæc coarctatio nō oritur ex latitudine, quia corpora parua lata descendunt, sed ex magnitudine terræ, ratione cuius occupana totum spatium, non relinquit aeri locum, quo se recipiat, dum compressus cederet.

Reijcitur Anaximenes.

Quarta opinio est dicentium terram in medio quiescere, & non cadere propter velocitatem motus cælestis, vt .n. inquiunt accidit aquæ in ciato existente, quæ ob concitatam velocitatem ciati non cadit, ita accidere terræ intra concauum lunæ existēti, neque obijcias illis motum partium terræ ad centrum tendentium, quia partes non mouētur ad terram, vt ad medium vniuersi, sed vt ad totum, nam totum est prius locus partium, & quia terra est in medio, ideo per accidens mouentur ad medium, quare oporter aliam causam inquirere, cur tota terra quiescit in medio, & illam dixerunt esse concitatam velocitatem motus, ita Empedocles apud Arist. t. 87. 9

Empedocles tribuit immobilitatem velocitati motus quo trahitur à cælo.

Sed hæc opinio, primo negat terrā quiescere naturaliter in medio, sed violenter, quia dicunt ibi quiescere, quia detinetur à cæli conuersione in medio, at hoc repugnat naturæ huius elementi, nam cum omni corpori naturali sit connaturalis aliquis motus, certe terræ non potest esse cōnaturalis nisi motus ad infimum locum, atque adeo ibi quiescere, non violenter, sed naturaliter, quia terminus motus naturalis non potest esse violentus corpori moto ad locum, vt suum terminum naturalem: Antec. prob. tum quia si terra naturæ suæ relinqueretur, cessante causa impediente motum siue sit eius latitudo, siue rapida cæli conuersio, quo tenderet? Non deorsum, quia secundum aduersarios terra ad locum inferiorem violenter tendit; non sursum, quia hic motus repugnat grauibus: neque dicas nullum motum illi conuenire, quia hoc repugnet principijs naturæ, vt in 1. lib. de cælo ostendi, & repugnat illis violentum conuenire, cum hic supponat naturalem, vt priuatio habitū. 10

Reijcitur.

Tum quia etiam ipsis aduersarijs fatentibus motus ad medium terræ conuenit, nam docet impediri ne cadat à cæli conuersione, sicut impeditur aquæ casus à motu vasis, ergo hac cessante caderet, at in quem locum caderet, non possunt assignare, ergo quiescet

ſcet in medio naturaliter, tum quia t. 89. exempla, quibus rem declarant oſtendunt grauibus deſcenſum, & leuibus aſcenſum deberi, quia ex eorum ſcientia ſub cæli cõuerſione cum grauia,& leuia exiſtant,grauia deorſum,leuia vero ſurſum tendunt,at hæc diuerſitas non poteſt illis conuenire ex cæli conuerſione illis communi, ergo ex proprijs ipſorum naturis.

Secundo id probat, quia cæli conuerſio non pertingit vſque ad terram, vt alibi oſtenſum eſt, ergo non poteſt impedire motum terræ,quare ſi terra quieſcit,alia eſt eius quietis cauſa; Conf. 1. quia ſi reuolutio non poteſt impedire ne ignis aſcendat, ergo neque terram,& ſi partes terræ nõ poteſt impedire,multo minus totam terram.

Conf. ſecundo quia terra quieſcebat antequam elementa eſſent per litem, ab Empedocle confictam, ſegregata, & diſtincta, at tunc cauſa illius quietis non poterat eſſe cæli conuerſio, quæ nulla tunc erat, cum nondum eſſent cæli, vt nunc ſunt formati, quare hæc Empedoclis doctrina, & naturis rerum, & ſibi ipſi non conſtat.

11 Quinta opinio eſt dicentium terram in medio quieſcere ob indeterminationem,nã cum ſol æque diſtaret ab omnibus partibus, non eſt ratio cur potius ad hanc, quam illã partem moueretur, ſicut ſi animali æque ſitienti,& eſurienti proponatur cibus,& potus in æquidiſtantia, cum omnibus æqualibus circumſtantijs, non moueretur magis ad cibum, quam ad potum, neque poteſt ſimul ad contraria moueri.hæc Maximãder Thaletis ſocius 2. cæl.t. 90. & ab Arabibus dicitur Balſamidus, & ſequitur Plato in Phædone *Perſuaſũ mihi,* (inquit Socrates) *quidem eſt primo, ſi eſt in medio cæli terra rotunda nihil ei opus eſſe vel aere, vel vlla alia neceſſitate eiuſmodi ad hoc, vt nunquam decidat, ſed ad eam ſuſtinendã ſatis eſſe, quod cælum vndique ſibi met ſimillimum eſt omninò, & terra vndique æquilibris. Res enim æquilibris in ſimilis alicuius medio poſito, nec magis, nec minus poteſt in partem aliquam inclinare.*

12 Reijcitur ab Ariſt. pluribus rõnibus

Sed contra hanc,quam vt elegantem laudat, ſeù vt minus veram inſurgit t. 91. quia eſſe in medio non eſſet proprium terræ,ſed cuilibet corpori v. g. igni ibi poſito idem conueniret, vt ibi quieſceret, nam hoc eſt proprium medio,& æquilibri, non autem terræ.nam ſi magnes eſſet in medio ſphæræ ferreæ nihil inde attraheret, quia æque ad omne ferrum ſe haberet, vel contra ſi ferrum eſſet in medio, magnes circum, non poſſet attrahere ad ſe ferrum, quia vna attrahente oppoſita pars diſtraheret, Neque dicant ignis ſi eſſet in medio, non quieſceret, quia ibi non eſt naturaliter, nam hoc fauet Ariſtoteli, nam ignis non ibi quieſceret naturaliter, quia eſt leuiſſimus,ergo ibi terra quieſcit,quia eſt grauis,deinde aduerſarij, vt notat Alb. c.6. dant motum naturalem à medio, & quietem violentam, licet vtrumque falſo, vnde putat cum Themiſtio argumentum Anaximandri eſſe à loco ſophiſtico ſecundum quid,& ſimpliciter,legite ipſum.

Secundo probat t. 92. nam videmus terram non ſolum quieſcere in medio, ſed etiã moueri ad medium, vt patet ex partibus terræ, quæ cum ſit homogenea, eadem eſt ratio totius, & partis, at cauſa,quæ mouet ad locum naturaliter,cauſat etiam quietem ibi, licet diuerſo modo, nam cauſat motum dum eſt terra extra ſuum locum, & quietem dum eſt in proprio loco,At æqualis diſtantia non eſt cauſa motus ad mediũ, cum graue extra exiſtens non æque diſtet à partibus Horizontis, vnde ſecundum ipſos deberet moueri ad partem viciniorẽ,& non ad medium Horizontis.

Conf. t. 93. quia oppoſitorum ſunt contrariæ cauſæ, cum igitur ignis opponatur terræ,ſicut cauſa quietis ignis in fine Horizontis eſt leuitas, ita & terræ in medio grauitas, vnde reprehendi debent non agitando cauſas proportionales vtriuſq. quietis.

Conf. t. 94.ex eo quod cum terra habeat magnitudinem; non diſtat ſecundum ſe totam .i. ſecundum omnes partes æqualiter ab omnibus partibus circumſerentiæ, nam pars terræ verſus orientem eſt proximior circumferentiæ partis orientis, quam partis occidentis, quare licet terra ſecundum ſe totam non poſſet moueri ad vnam partem magis, quam ad aliam circumſerentiæ,tamẽ diſtracta ſecundum partes, non eſſet ratio cur non moueretur, quia tunc non eſt ratio æqualis diſtantiæ, quæ magis apparet ſi fingamus elementum ignis eſſe in medio, quia proportionalis particula ad proportionalẽ circumſerentiæ partem, vt v.g. quarta pars ad quartam continentis, vt accidit dum res rareſiunt, & condenſantur dum ex magno ad minorem locum tẽdunt, & contra.nam dum ignis aſcendit rareſit, & occupat maiorem locum, contra vero terra dum deſcendit ex Philalthæo cont. 85. 13

13 Partes corporis circularis non diſtant æqualiter ab omnibus partibus circumſerentiæ.

Reſponderi poteſt terram non moueri ſecundum ſe totam, neque diſtinctam, quia ob continuitatem non poſſet ſcindi, ſed cõtra inquit Alb. quia corpora per ſuas quantitates ſibi quærunt punctum notum,in quo ſtet quantitas ipſorum per omnes partes, nã videmus ignem aliquando condenſari per omnes partes,& occupare minorem locum aliquando rareſieri, & occupare maiorem locum, quod præcipuè accidit corporibus quando ſunt extra ſua loca, quia tunc mutantur à ſuis quantitatibus,quas habent formæ ſibi debitas ſecundum proportionem raritatis, & denſitatis ipſorum, quare continuitas non poteſt impedire quin diſtrahãtur partes, ſed non video vim huius rationis, niſi dicatur quod ſicut partes corporis poſſunt variari ſecundum denſitatem, & raritatem, ita & poſſunt diſtrahi à ſeinuicem.

Hinc

Hinc patet ad fundamenta aduersariorū
14 ducta ex varijs exemplis, cum non sint similia, vt patet ex dictis, Nam capillus similis quoad omnes partes tractus à virtutibus cōtrarijs in contrarias partes, vel frangeretur in medio, ad quod concurrunt virtutes, vel à Deo determinationem expectandam, vt auctore naturæ ambiguitati causarum succurrente, vel non frangendum, ob mutuam resistentiam trahentiū, At in casu nostro terræ pars esset vni parti vicinior, quam alteri, vt dictum est, & ob alias causas sophistica illa opinio iudicatur.

*Capillus tractus à contrarijs partibus vbi diuideretur.*

Hinc patet ad casum positum de animali sitienti, & esurienti, nam ad potum confluerct, quia ex D. Th. magis affligi, quod si afflictio ponatur æqualis, mouebitur ad id quod illi primo occurrit, neque enim si res physicè consideretur, possunt omnes circūstantiæ esse similes, quod si metaphysice cōsideretur, dicendum, vt dictum est de sole de qua re D. Thom. hic & c. 2. q. 13. art. 2.

*Quid de animali sitienti, & esurienti æqualiter afflicto.*

## ARTICVLVS III.

### *Opinio Aristotelis & Auctoris.*

Sexta opinio Aristotelis t. 96 quietem
16 terræ in medio oriri ex grauitate ipsi connaturaliter debita; Nam eadem est causa quietis in termino, quæ est causa motus ad illum, nā ideo mouetur, vt acquirat terminum, quo acquisito cessat motus, sed motus terræ ad medium vniuersi est à grauitate, tū quia motus à medio est à leuitate, vt patet ex motu ignis, ergo motus ad medium illi oppositum est à grauitate opposita leuitati.

*quietē terræ in medio oriri à grauitate ex Arist.*

Tum quia eadem est causa quietis partis, & totius in homogeneis, sed grauitas est causa quietis partis terræ, quia ipsa est causa motus ipsius, ergo etiam causa quietis totius, nam pars accipit formam, & naturam à toto homogeneo, vt ait Alb. c. 8.

Confirm. ex constitutione debita vniuerso, nam perfectio totius oritur ex naturali partium distributione, & situ, ergo etiam perfectio vniuersi; sed partes primariæ vniuersi sunt prima corpora simplicia, f. elemēta, & cæli, ergo perfectio vniuersi exigit cōnaturalem ordinem, & situm corporum simplicium. At terram experimur habere infimum situm, cum semper quærat esse sub alijs elementis, ergo ille situs est terræ connaturalis, at infimum locum habet à grauitate, ergo ab illa habet quietem.

Confirmatur secundo, quia cum terra circundetur, vel aqua, vel aere, si moueretur à medio, moueretur versus cælum per aquam, vel aerem, at hoc repugnat grauitati terræ, quia ascenderet.

16 Ex his patet quam ridiculi sint, qui negant antipodes tanquam penduli sint, cum illi sint supra terram ex altera parte terreni globi, & habeant supra se cælum sicut nos, Nam infimus locus sphæræ non est cōuexa superficies, sed centrum sphæræ, quare sicut nos ex circumferentia terræ tendimus ad centrum terræ, ita illi ex opposita circumferentia ad idem centrum. Hinc non est quærenda alia causa cur terra non decidat in altam partem cæli, quia scilicet ascenderet, quod repugnat grauitati. Hinc non est quærenda causa sustinens terramque sua grauitate locum illum occupat, & conseruat, vt ignis existentiam sub circumferentia Lunæ.

*Cur ridentur negātes Antipodes.*

Secundo hinc patet si terra perforaretur à superficie nostri hemisphærij ad superficiem alterius & per illud foramen lapis demitteretur non moueretur nisi ad medium, & ibi naturaliter consisteret, nec vltra procederet, nisi vi, vt patet ex lapide demisso ab alio hemisphærio versus nostrum. Deniq; hæc omnia probantur ex scriptura psal. 103
*fundasti*, inquit, *terram super stabilitatem* 17
*suam* .i. ratione grauitatis sibi propriæ, & Psal. 74. *Ego confirmaui columnas eius* .i. verbo suo, quo dixit fiat terra, nam ex vi illius data est grauitas terræ, & Iob. 26. *qui appendit terram super nihilum* .i. in medio posuit sine alio fundamento extrinseco, & hæc opinio est omnino probāda, quam Aristoteles pluribus probat, & præcipuè t. 101. & t. 102. ex proiectione grauium in locum superum, quæ semper recidunt in locum vnum .f. medium, sed omnis motus tendit ad quietem, ergo in medio quiescit, ex quo Aristoteles ibi probat terram esse in medio immobilem, nam si moueretur non sic contingeret eandem partem terræ, vt patet ex proijciente lapidem dum existit in Naui mota.

*Immobilitas terræ probatur ex scripturis.*

Dices animalia sunt terrea, & tamen mo- 18
uentur in loco suo. Resp. Alb. c. 8. esse proprium animalium, & habentium intellectū moueri in loco suo ob indigentiam, at terra nec animam habet, nec intellectum.

Dices secundo Alb. c. 8. sit causam immobilitatis terræ esse mediū vniuersi, quod habet pro loco, nam medium est immobile, cum sit remotissimum à circumferentia, vnde habet vt sit frigidissima, & hinc sit grauissima, & immobilis. Resp. à medio habere immobilitatem, & quietem tanquam à termino, cum præsente termino cesset motus, sed à grauitate tanquam ab efficiente, & tanquam à fine, ne participet nobilitatem primæ causæ, quæ est operari, sed quia omnis creatura participat perfectionem iuxta perfectionem primæ causæ, hanc terra non participat per motum, sed per quietem. Hæc Alb. sed non licet illa examinare.

Dices tertio an terra trepidet quādo corpora in ea mouentur.

Respondetur negatiue, vt experientia constat etiam si vehementer terra quatiatur multo equitatu, & quadrigis non enim videmus peluim in pauimento tremere, nec vasa plena aqua titubare, vel versare aquā, nec pedes nostros ibi titubare,

At

gnitudinis globi compacti ex terra,& aqua dictum est supra contra Philalthæum post cont. 99. & alios,ex quibus etiam intelligitur errare, qui negant centrum firmamenti & vniuersi, seu magnitudinis esse idem,nam vtrumque sumi debet,& specificari ab eadé circumferétia,cum circumferentia vniuersi, & firmamenti non sit diuersa.

Sed difficultas est circa hanc doctrinam, & præcipue contra rationem, qua tex. 100. probat grauia moueri ad medium mundi, quia dum grauia descendunt non seruant semper inter se æqualem distantiam, nam quo magis accedunt ad centrum, eo magis inter se proxima fiunt, & ad similes angulos .f. rectos, at hoc signum est ferri ad mediú mundi, quale est angustissimum, quod non omnes partes eo perueniunt, id est ex impedimento, quod spatium illud est occupatú ab alia parte. Hinc fit partes inferiores duarum columnarum erectarum minus distare, quam superiores, sic duæ turres ad perpendiculum erectæ, & caput hominis velocius mouetur,quam pedes, quia plus spatij conficit;Hinc non potest deduci vna linea recta à summo ad infimum.

Prima difficultas proponitur à Ptolomæo lib. 1. magnæ edic. c. 5. quod frustra Arist. quærat causam cur grauia ad medium moueantur,quia id est notissimum, quare non potest dari medium notius, sicut neque quod terra m dium mundi obtineat.

Secunda difficultas si grauia quo magis accedunt ad centrum, eo magis inter se fiert vicintora, nullus motus esset rectus,sed omnis obliquus, quia non fieret per lineam rectam,sed tortuosam. Conf. quia hinc sequitur nunquam posse plana librari, quia à terra in superiorem locum amplior m reperimus, & à superiore loco ad terrá semper angustiorem, vnde Dioptræ Chorohates,& similia instrumenta p. sita à Vitruuio lib. 8. supervacanea essent similiter perpendiculi, quadratæ, lineæ dirigentes, cum quidquid ab alto descendit, oblique feratur. Hinc fundus quadratus 20. perticarum effusus posset fieri duarum, neque bombarba sub püćto 12. quadræ recta propelleret sursum, & tandem nemo posset pilam supra, vel infra recta iacere.

Tertia diff. qua ratione lineæ ductæ à circumferentia ad centrum possunt efficere angulos rectos, tum quia centrum non habet partes, tum quia duæ lineæ à circumferentia ad centrum ductæ efficiunt triangulum, at anguli trianguli, non sunt recti, sed acuti, vel obtusi.

Quarta difficultas dicuntur proiecta cadere in eundem locum, ex quo iaciuntur, sed hoc esse falsum patet ex proiectis arcu, Balistis, tormentis bellicis siue paruis, siue magnis, nam procul propelluntur, & ibidé non decidunt.

Quinta diff. deferri ad angulos rectos, non est signum deueniendi ad medium,nam ex Archimede si quid leuius in aquam iniji ciatur cum impetu ilico regreditur ad suú locum ad angulos rectos, ergo id conuenit etiam leuibus sursum motis.

Sexta diff. cur grauia non feruntur in centrum secundum lineas parallelas, sed quo longius abeunt, eo sibi magis appropinquant.

Resp. ad primum Resp. iniuria id effici à Ptolomæo, nam Philosophi est eorum, quæ sensibus patet causas inquirere, cum in hoc distinguatur ab imperita plebe, alioqui tota fere Ptolomæi astronomia esset vana, cum reddi causas rerum in cælo apparentium, nam ex alijs notis ratione redditur causa eorum, quæ cognoscuntur sensibus euidenter.

Ad secundum Resp. Philalt. ex Euclide lib 3. theor. 19. semper grauia descendere, sicut lineam perpé diculariter, sed cum hac doctrina non consistit Aristotelis dogma.

Resp. secundo ipse grauia, etiam si recta declinent, & quo magis accedant ad centrum angustiorem locum habeant, tamen semper recta moueri,quia quacunque transeant,semper angulos rectos efficiunt; Nam motus rectus esse potest siue fiat per mediú, siue per obliquum modo rectus angulus efficiatur, & in hoc sensu explicatur Arist. cú 1. cæli distinguit motum rectum à circulari per magnitudines, nam recta dicitur secundum angulos, non secundum longitudinis tractum, sed de hac re cum de motu locali.

Ad conf. resp. negando impediri librationem planorum, quæ paruo interuallo absunt, quia exigua differentia est recti non solum plani, sed lateris ab aere ad terram, vt ex figura posita à Philalthæo licet cognoscere, & ideo non sunt frustra mathematica instrumenta.

Hinc patet ad absurda, quæ infert, nam non est absurdum partem profundiorem plani esse eo angustiorem, quo magis accedit ad centrum.

Ad aliud de instrumentis bellicis. Resp. idem Philal. instrumenta bellica posse magis, vel minus attolli versus locum diruendum, siue vt directe diruat, siue vt pila descendédo in aliquod ædificium illud diruat; quod fit catapulta;Hoc autem vt recte præstent ministri debent cognoscere pondus pilæ, & longitudiné itineris cóficiendi à pila vnde quadram efficiunt,& 12.loca designát, cuilibet loco 12. minuta assignando vnde duodecies 12. minuta efficiunt minima 144. quomodo instrumenta bellica ædificia diruunt.

Tum illa quadra puncta,& loca designantur, vt per illam demetiuntur quanto id est quot punctis debet erigi, apposito latere quadræ in os bombardæ, quo quanto plus erigitur, tanto plus loci, & minutorum capit, vnde si erigatur plus vno loco,quam fuerat librata,longius pilam, & fortius proijcit, & si duobus locis erigatur adhuc longius, & sic consequenter vsque ad sex loca,

quod

quod si adhuc vsque ad duodecimũ locum erigeretur tunc quasi ad perpendiculum caderent, semper vero ad angulos rectos, cur autẽ fortius eijciatur pila, quo magis erigitur bombarda, non est nostrum inquirere.

25

Centrũ terræ nõ est pũctũ geometricum, sed physicum.

Ad tertium resp. Philal. centrum terræ non esse punctum geometricum, sed physicum, & ideo posse effici angulum rectum ex grauibus cadẽtibus à circumferentia terræ, quia omnes illæ lineæ sunt perpendiculares, neq; enim aliter perpendiculares duci possunt à circumferentia ad centrum, quomodo autem fiant ex lineis trianguli non est huius loci.

Ad quartã diff. Resp. Philal. omnia proiecta cadere in eundem locum suppositum illi loco aeris vbi finem fecit mouendi vis, siue proiecta in latus proieceris, siue proiecta fuerint directe in locum superiorem, vt dicunt accidere cum bombardæ in 12. puncto eriguntur, nam fere ad eundem directum locum pilæ decidunt, etiam si nunquam via, per quam decidunt sit omnino recta, vt dictum est, nam vt dicatur motus rectus satis è cõstitui angulos rectos, sed de hac re alibi, ex quo putat non intelligi casũ proiecti esse in eundem locum, à quo eijciuntur vt falso supponit argumentũ. Sed hæc doctrina licet vera sit, non tamen ad mentem Aristotelis, nam hic ex eo, quod proiecta recidunt in eundem locum probat terram esse immobilem, at ad hoc probandũ requiritur, vt proiecta recidant in eundem locum, ex quo proijciuntur, quare dicendum est loqui de proiectione, quæ fit non in latus, sed in altum perpendiculariter, quantum fieri potest, quo supposito nullam vim habent argumenta proposita, vt patet

Ad quintam diff. Resp. vtrique conuenire cõstitutionem anguli recti, sed cum hoc discrimine, quia leuibus cum maiore spatio inter se, grauibus vero cum minori.

Ad sextam diff. Resp. id oriri, quia singula nituntur occupare medium mundi, at si descenderent per lineas parallelas, id est, æque distantes abirent in diuersa, & ideo non singula renderent ad idem centrum occupandum.

Parietes erecti ad perpẽdiculũ minus distant in fũdamento, quã in parte superiori.

Hinc parietes ad perpẽdiculum erecti licet videantur inter se habere æqualẽ distantiam, tamen vere minus distant in fundamẽto, quam in tecto, licet ob paruitatẽ excessus visus non aduertat, vnde si fundamenta iacerentur vsque ad centrum, ibi se se contingerent quasi in pyramidis cuspide.

## DVBITATIO VII.

*Cur cum perfectius sit cessare à motu locali quam moueri, terra imperfectior habuerit quietem.*

1

Explicatur quid sit perfectius quies an motus.

RESpon. quietem cæteris paribus perfectiorem esse motu, quia finis motus, tamen aliquando perfectius est moueri, quã quiescere, vt quando ex motu oriuntur nobiliores effectus, quam ex quiete, & hinc factum, vt terræ ob suam imperfectionem cum habeat rationem materiæ, tributa sit quies à natura, cælo autem vt agenti tributus sit motus, quia ex illo oritur in mundo quadripartita anni varietas, dierum, & noctium alternatio, & congrua in terram influxus dispensatio, ex quo patet non recte aliquos apud Conimb. probl. 5. de terra, ex hoc argumento dixisse orbes esse immobiles, & astra per illos moueri, nam eadem est ratio orbium, & astrorum, cum vel habeãt eandem naturæ perfectionem, vel si inæqualem, perfectiora sunt astra.

Sed contra, quia ijdem effectus oriri potuisset in vniuerso ex terræ motu immotis orbibus, quare melius fecisset natura cæteris partibus tribuẽdo terræ imperfectæ motum, & orbibus perfectis quietem.

Resp. negando posse oriri eosdem effectus, tum quia, cum terra vna sit, non possunt ex motu ipsius variari tot aspectus, & conjunctiones syderum, quot sunt necessarij ad producendum effectuum tantam varietatẽ, quanta nunc est. 2

Tum quia etiam si potuisset, saluari eadẽ varietas effectuum, non tamen æque commode, quia ex motu terræ multa pericula ædificijs imminerent, præsertim in tanto tẽporum spatio, & tanta velocitate motus.

## DVBITATIO VIII.

*Vnde terra habuit montes, valles, & concauitates cum sit sphærica ex natura sua.*

1

Terra initio creata sine montibus ex Damasc. cõtra Basil.

DIco primo terra initio fuit creata sine montibus ex Damasc. lib. 2. fid. c. 9. & 11. & alij qui dixerunt fuisse creatam aquis circundatam, & globosam, nam singula Deus creauit iuxta exigentiam naturæ ipsorum.

Contrarium Basil. hom. 4. Hexam. Ians. & Euseb. psal. 103. quod ibi dicatur, super montes stabunt aquæ, ergo creati fuerunt montes initio, quando terra erat aquis circumfusa, & loqui de prima terræ creatione patet ex versu sequenti ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt, id est, quando Deus dixit congregentur aquæ in locum vnum, & appareat arida, quia tunc ascenderunt, id est, apparuerunt montes, emergentes ex aquis, & descẽderunt valles.

Explicatur psal. 103. super montes stabũt aquæ

Resp. nomine montium nõ intelligi partes terræ eminentiores alijs, sed globus terræ, qui apparet, vt mons, super cuius rotunditatem steterunt aquæ.

Resp. secundo alij ex D. Aug. ibi non loqui de statu primæ creationis, sed de tempore diluuij quando aquæ vniuersam terrã operuit, sed propter tuam increpationem fugerunt, id est ex diuino imperio retractæ sunt in locum suum, iuxta illud, imperauit

venti a

ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna, & iuxta hanc interpetrationem.

Tertio Resp. intelligi de montibus, & promontorijs, quæ sunt in mari, dum ex fluctibus maris cooperiuntur, qui aliquando tam magni esse solent, vt videantur posse montes, qui sunt in terra träscendere, sed ex præcepto Dei quo posuit mari terminos, nō vltra procedunt, sed potius fugiunt.

Quarto Resp. intelligi de aquis pluuijs, quæ super montes cadunt, & inde fluunt in campos, & valles.

2 Montes, & valles perfectæ qū aquæ ex mādato Dei sūt congregatę.

Dico secundo montes eo die facti sunt, quo Deus iussit aquas congregari in vnum locum, vt terræ pars arida appareret, ita Damasc. loc. cit. quia cum cauernæ in terra sint effossæ ad recipiendā aquā, ea pars terræ quæ inde extracta est, erecta est in montes, idque ex maxima Dei prouidentia vt homines etiam ex montibus, & vallibus vtilitaté reciperét, cum alia fælicius in montibus, alia in vallibus, & collibus oriantur.

Ex quibus patet primorum montium generationem non esse referendam in diluuiū, nam non est probabile mundum caruisse tot seculis montium commodis, quæ ex montibus oriuntur tum ob pulchritudinem, decorem, & delectationem aspectus, tum ad salubritatem cohibendo ventorum impetus, & delationem aeris infecti, tum ad arcendos maris, fluminumq; incursus, quibus regiones summergerentur, tum quia inde sunt origines fontium, & fluuiorum, qui sunt necessarij ad terram irrigandam pro rerum generatione, & alia de quibus Plin. l. 36. nat. histor. c. 1. Conf. quia ex scriptura patet montes præcessisse diluuium, cum Gen. 7. Aquæ fuerint quindecim cubitis altiores mōtibus, & c. 8. Arcam quieuisse super montes Armenię, & prima die mensis decimi apparuisse montium cacumina.

geniti montes etiam ex alijs causis.

Dico tertio præter primam generationē montium geniti sunt alij mōtes ex alijs causis; Nam primo ex decursu fluminum excauatis alueis montes in ripis geniti sont. Secūdo ex impetu aquarum sæpe alia dissipantur, quæ in montes alicubi erecta consistunt.

Tertio ex terræmotibus sæpissime montes generantur, & valles, vt in meteoris.

Quarto ex vi ventorum sæpe tanta arenæ copia cogitur in vnum locum, vt montes inde fiant.

## DVBITATIO IX.

*An terra portio aliqua sit parua sine [ad-]mixtione extranei elementi.*

1 Terra ex se est simplex nō cōpositione, sed mixtione.

NOt. quæstionem hanc posse intelligi de terra, & elementis, secundum exigentiam naturæ. Secundo intelligi secundum statum illis aduentitium de facto, & quia puritas potest intelligi tripliciter, primo secundum qualitatem, 2. secundum substantiam per informationem, tertio secundum substantiam per coniunctionem seu iuxta positionem, eo quod vnum elementum cum alio est coniunctum secundum partes minutas, quomodo vinum est cōiunctum cum aqua, & fęx cum musto.

Dico primo terra est corpua natura sua simplex, non quidem simplicitate excludēte compositionem, vt fabulosè Patritius, sed excludente mixtionem, quia non componitur ex alijs elementis, vt corpora mixta.

Contrarium Patritius l. 32. Pancosmias, qui nō solum terræ tribuit compositionem ex materia, & forma, sed etiam tum ex spatio fluere, lumine, & calore, tum ex Telesio, quia solaribus radijs immersa est acta in aliud ens, tum quia vt ait Contarenus terra nullibi, nulla sui parte est simplex nisi circa centrum, nam nobis simplicitatis assertores inquit, nullam portionem terræ simplicem ostendere possunt, immo nec terrā possunt ostendere, sed lapides, metalla, & mixta pro terra ostendent, nam si cinerem, vel puluerem pro terra monstrabunt cum Stratone Aristotelis tertio successore, iam non terra simplex ostendetur, quia ex ipso Stratone sunt coloribus tincta, cinis quidem à fumo ob quem non est omnino alba, & puluis à flammeo, & nigro. At secundum Stratonem 2 terra alba est, At quatuor terræ albæ genera videntur, vnum arenæ, quæ totum operit spatium inter Atlantem, & Nigrum, & Libiam, sed arena ex Aristotele est petra comminuta in paruas particulas.

Alterum est genus album, cerussa. Tertio Gypsum, at cum terra sit elementum mixtorum compositionem ingreditur, at nullum ex prędictis mixtum aliquod componit & si componit mixtum est ad tam paucum terræ totum elementum terræ reduci.

Quartum genus est illud, quod Galliæ Marne dicitur, sed neque, tum quia Italia, Germania, Græcia, & tota Europa præter Galliam, tota Asia, & Africa, & totus nouus orbis, quæ Marne carent, terram non haberent. Tum quia Marne, quæ ex terra, mixtionem non ingreditur.

Denique nullum ex his elementum esse potest, nam cum colore sint infecta, necessario mixta erunt ex Aristotele.

Sed terræ ingenij vis non distinguit ea, q̄ rebus ex natura sua conueniunt, & quæ ex accidenti, nam etiam si nulla esset pars terræ puræ ob alterationem in ea factam vi astrorum, & aliorum agentium, non tamen hinc fit ex natura sua non exigere proprietates, & dispositionem ex puritate suæ naturæ. Conf. quia etiam si aliquando partes terræ sint mixtæ per iuxta positionem cum partibus alterius elementi, non tamen hinc fit non dari puram terram, quia licet totum aggregatum non sit terra pura, tamen pars illius esse poterit pura terra, quia resolutio illius aggregati debet terminari in simplicia, ne detur processus in infinitum. Reijcitur.

Dico secundo terra substantialiter pura 3 est pura per informat.



est

est per informationem, quia datur terra, & similiter alia elementa, quæ constant ex materia, & vna forma simplici; Nam si non daretur, vel essent in vna materia plures formæ elementares per informationem, & alibi ostendemus id repugnare naturæ, vel nullam dari formam elementarem, sed omnem esse mixtam, atque nihil esse in mundo inferiori nisi mixta, & repugnat tum naturali generationi mixtorum, quæ ex primaria intentione naturæ generantur ex elementis, & secundario ex mixtis, tum communi omniū conceptioni, qua concipiuntur, & nominātur mixta, vt distincta ab elementaribus essentijs, nam lapis concipitur vt habens diuersam essentiam à terra, & sic de alijs, in quo Patritius suo more à communi hominū conceptione dilabitur. Conf. quia vt nulla terra est essentialiter simplex, ita neq; aqua, quia eadem est ratio impuritatis, sed hoc est falsum, quia Baptismus debet fieri in aqua elementari, non autem mixta essentialiter, vt rosacea; Neq; hæc puritas deperditur per iuxta positionem mutuam elementorum et secundum minutissimas partes, nam hinc potius probatur dari aliquam partem elementi puram, nā licet totum non dicat puritatem vnius elementi, tamen singulę illius partes dicunt puritatem, vt recte notauit Angestus l. 2. de propriet. form. proprietate 7. dub. 4.

4 Probabile est in centro dari portionem terræ puritate con iunctiones, seu adhęsionis.

Dico tertio probabile est in centro dari puram terram secundum qualitatea, & secundum substantiam per coniunctionem, quia cum elementa fuerint à Deo creata secundum connaturalem statum, ab eo non recedunt nisi per actionem alicuius agentis, sed ad centrum non peruenit actio alicuius agentis naturalis potentis alterare partes cētro proximas, nam virtutes agentium naturalium, vt sunt determinatæ quoad perfectiones, & numerum effectuum, ita quoad sphæram actiuitatis, atque adeo non apparet agens cuius sphæra extendatur ad centrum, nam maxime esset solis, cuius actio illuminatiua pertingit vsq. ad sydera, at Solis actio vt illuminatiua, ita calefactiua impeditur ab opacitate terræ quominus ad centrum pertingat, etiam si penetret viscera terrę virtus calefactiua luminis vsque ad certam distantiam, neque video cur actionea aliarum virtutum astrorum non impediatur ob opacitate terræ ad tantam distantiam cū experiamur minui ex interpositione domus, vel similis instrumenti ordinati ab arte ad arcendas cæli iniurias; Neque est cur dicamus puritatē auferri per actionem Dei, vt agentis supernaturalis, quia nullum finem haberet, qui nobis appareat hæc actio miraculosa; Neque objiciant nobis ignem sub coocauo lunæ, nam eo pertingunt actiones astrorum, contra Angestum loc. cit. vbi in conca uo lunę esse aliquam partem ignis purā qualitatiue, eo quod si ex vna parte tollitur puritas actione cælesti frigefactiua, vel humefactiua, tamen in alia parte ignis, calafit & exiccatur ob alia influentia, sed non videt quotidie esse in igne ex motu cælorum hāc diuersitatem influxuum, & hinc probatur idem de aere, & aqua nullam dari partem puram, sed quia hæc non sunt certa, non est improbabile aliquam partem ignis, aeris, & aquę esse puram qualitatiue per aliquā moram temporis, vt putauit Angestus.

Quarta conclusio nec terra, nec aliud elementum est de facto purum accidentaliter, 5
vel substantialiter per coniunctionē in alijs partibus orbis. a. pars. prob. nam satis apparet mutari secundum qualitates nunc .n. calefiunt, nunc frigefiunt, nunc humectantur, nunc exiccantur, aliquando condensantur, aliquādo rarefiunt, & similiter aliter & aliter alterantur, siue à seinuicem ratione qualitatis dissimbolæ, siue ab astris, vt fuse Plato de Phędone, & de summo bono Arist. 2. de Gener. à t. 24. & lib. de mundo ad Alex. nam existente vna influētia in vna parte terræ, in opposita erit opposita influentia.

Nullum elementum est purum accidentaliter, vel substantialiter per coniunctionem.

Secunda pars probatur ex mixtorum generatione intra viscera terræ, quæ esse non potest sine coniunctione quatuor elementorum, vt patet ex metallis, quæ exigūt nō solum terræ, sed etiam aquæ aeris, & ignia cōcursum, cū nec aqua, nec aer terreia exhalationibus carcant.

## DVBITATIO X.

*De virtute terræ plantarum procreatrice.*

PRimo constat ex c. 1. Gén. dictum terræ, *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum.* Vnde Scholastici disputant de modo an Deus ipse tunc procreauerit plantas ex terra, an vero dederit semina terræ; quibus plantæ producerentur, de qua D. Thom. 1 p. q. 69. art. 2. & 2. d. 14. q. 2. art. 5. & Aug. lib. 5. de Gen. ad Lit. c. 4 & probabilius putant SS: & communiter Scholastici contra Aug fuisse plantas productas in suis speciebus actualiter, & non virtualiter in seminibus, vt fuse Suar. 1

Plātæ initio productæ secundū suas spēs immediate a Deo.

Deinde vero ex influxu cælorum, & seminali ex terra productę sunt, & producuntur virgulta, difficultas solum hic est quomodo terra ad hanc generationem concurrat præbendo solum materiam, an etiam effectiue, sed de hac re diximus alibi contra Caietanum, & probat Tannerus 2. p. d. 6. quæst. 4. d. 1. num. 20.

Secundo probabile est initio creationis productas plantas noxias hominibus, vt spinas, venenatas herbas, & similia, quia hæc faciunt ad ornatum vniuersi, vt Conimb. 1. cæl. c. 1. q. 1. art. 4. & vtilitatem illius, qui licet noceant quoad aliqua, tamen prosunt quoad alia, vt ad cibum aliquorum animalium, medicamenta, & similia, ex Aug. l. 3. 2

Etiam plantæ, & herbæ noxiæ initio productæ.

de

de gener. ad Litt. c. 18. D. Thom. loc. cit. art. 2. ad 3. Alb. sum. p. 2. tr. & q. 57. m. 3. Tamn. & Conimb. & alij, ex quo patet Rosas non fuisse productas sine spinis, quia hæc profunt illis ad tutamen.

Contrarium alij.

Contrariū docent Basil. hom. 5 Hexam. Amb. l. 3. Nex. c. 9. & 11. Roban. Alcuin. l. 3. c. 18. tom. 3. Damasc. 2. fid. c. 10. Aug. 1. de Gen. contra Manich. c. 23. quia Deus post peccatum in pœna peccati dixit, *spinas, & tribulos germinabit tibi*, vt D. Thom. loc. cit. notat.

Resp. Thom. 2. 2. q. 164. art. 2. ad 1. id dictum non quod antea non produxerit, sed quia nō produxerit illa, nec producta esset, vt noxia homini, quia nec venena homini nocuissent, nec alia pœna intulissent in statu innocentiæ, vt Tamn. & Conimb. loc. cit. & Suar. fuse.

## DVBITATIO XI.

*Cur non omnia ferat omnis tellus.*

Inquiritur causa cur q-libet pars terrę non producat oīa.

RESp. aliqui id oriri primo ex conditione primæua tributa terræ ab auctore naturæ, sed quæ sit hæc conditio, & proprietas non apparet, cum terra sit homogenea ex natura sua. Resp. has proprietates diuersas fuisse superadditas, cum dictum est germinet terra, nam experimur vnam terram fertiliorem alia sub eodē cæli aspectu.

Secundo alij id referunt in diuersitatem influxus, quia coniunctiones astrorum non æqualiter respiciunt omnes terræ partes, at non omnes plantæ exigunt eundem influxū, sed aliæ, alium, neq; id negari potest.

Tertio alij addunt ex summa Dei prouidētia facta esse, vt sit hæc diuersitas inter regiones, vt sic ob indigētiam mutuam rerum esset communicatio inter diuersas nationes & hac ratione amicitia conseruetur, & mutuus amor.

## DVBITATIO XII.

*Cur terra dicatur respectu cælorum habere rationem puncti.*

1 Terra non vere punctū.

PRima conclusio terra non habet veram rationem puncti, quia punctum est indiuisibile, terra autem, vt patet in multas Zonas, & Zonæ singulæ in multa climata, dicitur autem clima ex Ioanne de Sacro bosco c. 3. sphær. illud spatiū terræ per quod sensibiliter dies variatur per semihoram, Hinc diuidit terram habitabilem in septem climata.

At recentiores cum inuenerint terram habitabilem esse multo maiorem, quam eius quarta pars, posuerunt 23. climata, quorū primum incipit per Meroem. & vltimum est insularum sub altitudine poli grad. 66. & m. 30. vt videre licet apud P. Clauium in c. 3. sphæræ, ex quibus intelligitur quomodo differat Zona, & clima; Nam Zona dicitur spatiū illud terræ, quod est inter duos Tropicos, vel inter alterutrum Tropicorū & vicinum circulum polarem, vel inter alterutrum circulorum polarium, & proximū mundi polum interpositum, vnde ponuntur Zonæ duæ frigidæ, vna Torrida, & duæ tēperatæ inter torridam, & frigidas, at clima continet spatium terræ, in quo accidit varietas maxima diei per semihoram, & ideo sub vna Zona plura climata continentur, videte Clauium.

2 Terra est pūctū similitudinarie, & cur.

Secūda conclusio, terra respectu cælorum habet rationem similitudinariam pūcti, primo, quia ipsa non tam est in centro mundi, quam est centrum mundi, nam vt centrum est punctum in medio circuli, circa quod moueri potest circulariter sphæra, ita terra est in medio tamquam centrum, circa quod vertitur cælum.

Secundo quia vt punctum caret vere partibus, ita terra respectu cæli apparet sensui vt punctum, id est, insensibilis quantitas, nam si esset sensibilis quantitatis non posset Horizon ductus à superficie terræ diuidere cælum in duas partes æquales, atque adeo non videretur medietas cæli contra experientiam relatam ab omnibus astrologis. Conseq. patet, quia si esset sensibilis quantitatis distantia superficiei à centro terræ esset notabilis quantitatis, atque adeo Horizon ductus à centro terræ notabiliter differet ab Horizonte ducto à superficie eiusdem terræ atque adeo oculus existens in centro, & in superficie terræ non videret eandem medietatem, vt fuse Clauius in c. 1. sphæræ.

3 Tertia concl. terra non habet hanc insensibilem quantitatem, respectu orbis lunæ, Veneris, & Mercurij, nam cum hi planetæ sint minores terra visi ab oculo existente supra terram viderentur apparenter alicuius quantitatis, ergo multo maioris quantitatis appareret terra, si videretur ab oculo existente in illis orbibus.

Ita insensibilem respectu cæli solaris, & superiorū

Quarta concl. terra hanc insensibilitatem habet respectu orbis Solis, & aliorum, qui sunt supra Solem, vt orbis Iouis, Saturni, firmamentum, & cæteri, patet, quia illa sydera visa ab oculo existente in terra apparent exigua, & tamen excedunt quantitatem terræ excessu multo maiori, quam sit requisita ad visionem obiecti alicuius quantitatis ad tantam distantiam, nam stellæ quælibet sextæ magnitudinis, quæ minimæ apparēt in cælo, sunt maiores terra octodecies, & amplius, vnde terra visa à firmamento nullo puncto cerneretur, sed instar pūcti esset insensibilis.

Diff. esse potest de terra comparata cum orbe Solis, & Martis.

Quid Clauius sentiat.

Resp. Clau. in c. 1. sphæræ habere terram respectu illorum orbium aliquam quantitatem, sed non tantam, quæ sit alicuius momēti, nam si terra videretur ab orbe Solis, iudicaretur bis maior quā nobis Venus apparet, & si ab orbe Martis, æstimaretur æqualis vni stellæ minimæ, id est sextæ magnitudinis.

FINIS.

# Index difficultatum Textualium in Tertiũ, & Quartum de Cælo.



In-

# Index Tractatuum, & Quæstionum in lib. de Cælo.



Art.

FINIS.





